This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

2 Ant. 94 Núdk.

78

Digitized by Google

Digitized by Google

2 Ant. 78 .94 ňdk.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SEON

ANTIQVITATVM CONVIVIALIVM LIBRI III.

IN QVIBVS HEBRAEORVM, GRAECORVM, ROMANORVM ALIARVMQVE NATIONVM ANTIQVA CONVIVIORVM GENERA,

nec non mores, consuetudines, ritus cerémoniæq; conuiuiales, atque etiam aliæ explicantur, & cum ijs, quæ hodie cùm apud Christianos, tûm apud alias gentes à Christiano nomine alienas in usu sunt, conferuntur: multa Grammatica, Physica, Medica, Ethica, Oeconomica, Politica, Philosophica deniq; atque Historica cognitu iucunda simul & utilia tractantur: plurima sacrorum prophanorumq; auctorum ueterum loca obscura illustrantur, corrupta emendantur: deniq; desperatus deploratusq; nostrorum temporum luxus atque luxuria graui censura damnatur.

AVCTORE IO. GVILIELMO STVCKIO TIGVRINO.

INDEX EORVM QVAE CAPITIBVS SINGVLIS *toto volumine continentur (qui simul ordinem quo alia ex alijs nectuntur indicat) statim post præfationes sequitur.*

Iste liber servit nunc bibliothecæ Seonensis mōnrii, antehac serviebat familiæ Thalmannorū Año 16[illegible]5.

TIGVRI

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS FROSCHOVERVS

ANNO M. D. LXXXII.

Honoratus Abbas in Seon. 1646.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILITATE, DOCTRINA, PIETATE, PRVDENTIA, OMNIQVE VIRTVTVM GENERE ORNATISSIMIS VIRIS, CONSVLIBVS

D. Diethoego Ringgio à Vildenberg, & D. D. I. V. Io. Conrado Meyero, totiq; Senatui inclytæ reipublicæ Scaphusianæ, dominis suis summa obseruantia colendis Io. Guilielmus Stuckius S. P. D.

VONIAM in more consuetudineq; reipublicæ literariæ, antiquissima sanè laudabilissimaq; est positum, vt qui scripta aliqua sua in lucem ædere cogitant, illa hominibus & illustribus, & sibi coniunctissimis ceu patronis beneuolis atq; fidelibus dedicent: multæ me graues sanè iustæq;, vt mihi quidem persuadeo, causæ ad hasce meas lucubrationes vobis potissimùm, viri amplissimi, dedicandum, quasiq; consecrandum impulerunt. Nam primùm etsi inter nos Heluetios omnes communis quædam, & quidem arctissima sanctissimaq; fœderis necessitudo intercedit (quam Deus pro sua clementia contra omnium aureæ nostræ libertati inuidentium insidiantiumq; conatus quàm diutissimè tueatur atq; conseruet) tamen cum patria mea charissima singularis quædam, & quidem antiquior vobis coniunctio fœdusq; iam per ducentos ferè annos extitit, mutua fidè officijsq; diligentissimè cultum. Et certè non ita multò post fœdus illud cum nostra repub. initum, qui fuit annus domini 1345. patriæ meæ ob turbulentorum quorundam hominum coniurationē in summum periculum atq; discrimen adductę, ad hostes suos persequendū, iniurias sibi illatas vindicandum, omnesq; insidiarum periculorumq; reliquias delendum, egregiam profecto atq; fidelem operam præstitistis. Iam verò vt & à communi illa omniū Heluetiorum, & à peculiari illa vestra cum mea patria amicitia coniunctioneq; discedā, Deus, cuius consilio ac voluntate omnia fiunt, me adhuc vobis peculiari quadam necessitudine deuinctum iunctumq; esse voluit, ita vt Scaphusium ceu alteram meam patriam meritò mihi agnoscendam colendamq; esse existimem. Etenim cùm & coniunx mea fidissima, ex vestra sit ciuitate bono honestoq; genere oriunda, & sororum mearum vna apud vos sit ciui vestro bonæ similiter honestæq; familię viro nupta (quorum maiores amplissimis quondam vestræ reipub. muneribus functi, omne ingenium studiumq; suum pro sua pietate ad benè de patria sua merendum contulerunt) hinc certè fit, vt cum multis & amplissimi vestri collegij, & ciuitatis vniuersæ viris honestissimis affinitate iunctus sum atq; copulatus, atq; adeò iunctum me copulatumq; esse vehementer gaudeam, magnìq; boni beneficij q; diuini loco ducam. Huc accedit aliud adhuc arctius & sanctius coniunctionis vinculum, nempe quod ipsum maternum quoq; meum Fulachiorum, Prümsiorumq; genus atq; familia vestram ciuitatem ceu antiquam & benignam suam matrem, nutricem atq; patronam meritò agnoscit, colit atq; veneratur: quippe cùm maioribus vestris iam per aliquot sæcula optimis ac fidelissimis dignitatis, honoris, fortunarumq; suarum omniū tutoribus & amplificatoribus vsa fuerit, & adhuc vtatur, licet illorum nonnulli quasi colonijs ex vestra vrbe deductis hinc atq; illinc alias atq; alias sedes sortiti sint atq; possideant. Huiusce autem rei, vt omittam alia innumera, vel vnicum saltem illustre exemplum proferam, cuius præter annales nostros Iosias Simlerus, clarum illud patriæ nostræ lumen, qui nunc æterno illo lumine fruitur, in Heluetica sua epitome luculentam mentionem facit. Nam

cùm maiores mei materni ex arce illa vobis vicina Lauffen ad superiores Rheni cataractas (vnde nomen suũ sortita est) sita, ceu ex paternis & auitis suis sedibus atq; monumentis non ex iure manu consertum (vt Ennianis illis vtar) sed magè vi atq; ferro ab Alberto Austrio fuissent eiecti, easdem Ioannes & Conradus à Fulach fratres, cùm Dei beneficio, tùm maiorum vestrorum opera atque consilio occultè per insidias recuperarunt. Quam sanè ob causam cum fratres illi à Peregrino Hevvdorffio, acerrimo Heluetiorum hoste, Roteuilæ in ius fuissent vocati, maiores vestri pro æquitate iustitiaq; sua vel proscriptionis fortunam subire, quam ciues suos in æquissima iustissimaq; causa deserere maluerunt: qua tamen proscriptione mox ob bellicam illorum virtutem, cuius illo tempore multa præclara specimina ædiderunt, Sigismundi Austrij opera sumptuq; exempti fuerunt atque liberati. Sic itaque vno eodemq; tempore maiorum vestrorum cùm fides, clementia, atque iustitia in ciuibus suis defendendis, tùm bellica virtus atque fortitudo in hostibus propulsandis, clarissimè eluxit. Vobis igitur, vobis, inquam, ceu & patriæ meæ socijs confœderatisq; fidelissimis, & affinibus meis atque cognatis charissimis, & generis familiæq; meæ fautoribus atque patronis clementissimis, hunc qualemcunque literarium meum fœtum offerendum, illumq; vestræ tutelæ, vestræq; iam per multos annos spectatæ multis in rebus exploratæq; fidei humanitatiq; committendum duxi. Ad idem porrò faciendum non leui quoq; mihi incitamento fuit egregius vester literarum disciplinarumq; liberalium amor atque studium, & scientia quoque atque cognitio, qua non paucos vestræ ciuitatis, vestriq; ordinis atque collegij excellere noui. Plato, vt multa alia, præclarè sanè sapienterque dixit, illas demum florere ac beatas esse ciuitates, quas aut philosophi regerent, aut qui regerent, philosopharentur. Hanc diuini illius philosophi, quem Cicero philosophorum deum appellauit, vocem veluti oraculum sapientissimũ Marcus Antoninus & philosophus, & imperator Romanorum celeberrimus in ore semper habuisse, crebrisq; sermonibus vsurpasse fertur, vt testis est Iulius Capitolinus: qui etiam, eodem teste, tanto philosophiæ amore flagrauit, vt ad imperatoriam dignitatem euectus, tamen illius studium minimè abijceret, sed Apollonij domum discendi causa frequentaret, præstantissimorum quorumq; philosophorum familiaritate vteretur, cúmque illis potissimum omnia publica priuatáque consilia communicaret. Non sermone igitur solum, verumetiam exemplo suo præclaram illam Platonis sententiam comprobauit, quippe cum illo rerum potiente, ac iustè sapienterq; imperante Romanum imperium in optimo fuerit ac florentissimo statu. Idem porrò multorum quoque aliorum regnorum atque rerumpub. exemplis probari potest: quas tunc maximè floruisse constat, quando illis viri philosophiæ præceptis institutisq; abundantes præfuerunt. Testis est respub. Iudaica, quæ tandiu fœlix fuit atque beata, quandiu illam administrarunt viri sacrarum literarum, legumq;, ceu veræ solidæq; philosophiæ, studiosi atque periti. Testis est prima illa mundi monarchia Chaldaica, quæ tunc maximè opibus potentiaq; floruit, quando illius clauum tenuit Nabuchodonosor ille & re & nomine Magnus: in quo quantum philosophiæ studium extiterit, vel inde patet, quod multos pueros Iudæos atq; Chaldæos omni doctrinarum disciplinarumq; genere diligenter erudiri atq; instituí curauit, vt illorum postea opera in imperij sui administratione tantò commodius atq; fœlicius vteretur. Tantam vir ille sapientissimus vim atq; momentum in literis reipub. fœliciter regendę, omnibúsque bonis cumulandę, positum èsse iudicabat. Testis est Persarum monarchia, quæ & ipsa tunc fœlicitate maxima vsa est, quando illius reges magiæ, hoc est, philosophiæ maximè fuerunt dediti. Testis præterea est tertia illa mundi monarchia, quam Alexander ille Magnus fundauit atque instituit, breuique temporis spacio incredibili opum diuitiarúmque accessione auxit & amplificauit: quo etiam extincto illa imperij moles statim labascere, & ad occasum interitumq; suum

inclinare

inclinari cœpit. At qualis ille quantusq; vir fuit? Omni doctrinarum genere, vt hiſtoriæ loquuntur, inſtructiſsimus, quibus Ariſtoteli facile tunc temporis omnium philoſophorum principi, cuius diſciplinæ à Philippo patre & rege commiſſus fuerat, operam dedit. Hanc illius ardentiſsimam inexplebilemq;, qua flagrabat, literarum ſitim nulla negotia, nulla bella, quæ breui tempore geſsit maxima & grauiſsima, extinguere potuerunt. Homeri Iliada, quam rei militaris viaticum appellabat, aſsiduè lectitauit, illiuſque poetæ ſcriptis (quæ plurima vitæ morumq; documenta vtiliſsima continent) tantopere fuit delectatus, vt ſub puluino poſita ſemper in promptu haberet, dicere crebro ſolitus diſciplinis ſe malle, quam diuitijs & opibus excellere. Et cum expugnata quadam vrbe capſa aurea pretioſiſsimis gemmis diſtincta illi oblata fuiſſet, nihil pretioſius ea recondendum quàm Homeri poema putauit. O vtinam hodie Chriſtiani reges, principes atque magiſtratus ſacra illa veteris nouiq; Teſtamenti volumina, in quibus vera perfectaq; philoſophia, optima ac ſaluberrima non huiuſce modò vitæ benè feliciterq; degendæ, & reipub. fortiter ſapienterq; adminiſtrandæ, verum etiam æternæ illius vitæ adipiſcendæ præcepta continentur, tanti facerent, tantoq; ſtudio lectitarent, quemadmodum illis faciendum eſſe Deus in lege ſua præcepit, vt Deuter. 7. ſcriptum eſt. Ponticum præterea regnum tunc temporis opulentiſsimum ac potentiſsimum extitit, quando Mithridates ille poſt Alexandrum, vti à Cicerone appellatur, maximus, plurimarum gentium victor atque domitor illius gubernacula tractauit. Is autem, ſi hiſtorijs fides eſt adhibenda, XXII. gentium, quæ illius imperio erant ſubiectæ, linguas ita calluit, vt cum earum hominibus non minus ſcitè, quàm ſi inde fuiſſet oriundus, loqui potuerit: & cùm Muſicæ, aliarumq; diſciplinarum, tum Medicinæ in primis peritiſsimus fuit, à quo etiam primò veneni antidota feruntur fuiſſe inuenta, inter quæ vnum nobiliſsimum ab illo Mithridatium fuit denominatum, quod nomen etiamnum retinet. Quid dicam de repub. Thebana, quæ quandiu Epaminondæ (qui Lyſis Pythagorei diſcipulus fuit) viri rebus bellicis, multiplicique artium cognitione clariſsimi conſilijs vſa eſt, tandiu libertate, omniq; fœlicitatis genere floruit: illo è viuis ſublato, libertatem ſtatim ſuam rurſus amiſit, ita vt gloriam Thebanam cum Epaminunda natam, cumq; illo mortuo rurſus extinctam fuiſſe Xenophon teſtis locupletiſsimus ſcripſerit. Quid dicam de repub. Athenienſi, quam totius Græciæ, imò Aſiæ lumen veriſsimè appellare poſſumus? An non Solon, admirandum illud doctrinæ eruditionisq; exemplum, illam primùm optimis legibus inſtitutisq; fundauit atque inſtituit? An non omni illo tempore quo Mineruæ (vnde etiam denominata fuit) hoc eſt, doctrinarum omnium fideliſsima cultrix extitit, laude, gloria, potentia, omni bonorum fortunarumq; genere cumulatiſsima fuit? Deniq; (vt, vnde ſum digreſſus, ad rempub. Romanam, quam omnium rerumpub. reginam atque dominam meritò quis dixerit, quaſi in orbem redeam) an non conſtat ex omnibus hiſtorijs Africanos, Lælios, Furios, Fuluios, Metellos, Catones, Lucullos, Ciceronem, alioſq; innumerabiles viros optimarum artium ſtudijs excellentes maximo illi quondam adiumento ornamentoq; extitiſſe? Quid dicam de imperatoribus Iulio Cæſare, Auguſto, Antonino, Traiano, Hadriano, quos doctiſsimos fuiſſe conſtat, qui quidem eandem mirum in modum auxerunt, & amplificarunt? Vnde Senatus Ro. in Curia Tacitum Cæſarem huiuſmodi fauſta acclamatione fertur proſecutus: Quis melius, quàm literatus imperat? Ex his ergo commemoratis exemplis ſatis liquet ciuitatum rerumq; publicarum gloriam atque fœlicitatem in literis conſiſtere: id quod Mitylenei quoq; præclarè olim intellexiſſe videntur, qui quos populos bello deuicerant, nullam eis aliam pœnam irrogabant, niſi vt ne liberos ſuos literas edocerent: ſentiebant videlicet eas tantùm ciuitates florere poſſe, in quibus literarum ſtudia colerentur. Extat Plutarchi ſapientiſsimi doctiſsimiq; philoſophi libellus, in quo docet doctrinã reipub. principi ac moderatori vtilem, imò planè neceſ-

sariam esse. Vegetius quoq; grauissimus auctor verè grauiterq; dixit neminem plura vel meliora scire debere, quàm principem, cuius doctrina omnibus subiectis prosit. Hisce porrò adhuc à me commemoratis exemplis ac testimonijs firmissimè illorum error, seu dementia potius coargui potest (quam sanè etiam ob causam in hanc orationem ab eruditis vestris auribus nequaquam alienam sum digressus) qui literas nihil cum repub. habere commertij, illas à principis atque magistratus dignitate alienas esse, denique viros doctos & eruditos ab omni reipub. munere ceu ineptos summouendos longè atq; arcendos esse arbitrantur. Quàm bruta sit hæc hominum istorum opinio & oratio, Alfonsus quoque ille sapientissimus Aragonum rex indicauit, qui cùm audiuisset quendam contendentem non decere principem literas, fertur exclamasse: Eam vocem bouis esse, non hominis. Nec tamen hæc à me ita disputantur, vt contendam nisi literis eruditum reipub. neminem prodesse posse. Reperti enim olim sunt, & hodie reperiuntur plurimi excellenti animo & virtute homines, qui sine doctrina, naturę ipsius habitu prope diuino, egregiam rebus pub. quibus præfuerunt, operam nauarunt. Sed hoc dico atq; contendo, eos qui ad naturam eximiam & illustrem doctrinam adiungunt, longè maiori reipub. emolumento ornamentoq; esse posse. Literæ namq; hominum animos emolliunt, & ad omnem humanitatem (vnde etiam humaniores vulgò dictæ) fingunt atq; formant, benè dicendi, faciendiq; viam commonstrant, veræ gloriæ facibus inflammant. Ex illis, ceu fontibus saluberrimis, non priuatæ modò vitæ, verum etiam reipub. benè sapienterq; regendæ præcepta optima hauriuntur. Possunt enim sibi, vt scitè sapienterq; Cicero dixit, rerumpub. rectores in historijs multas imagines non solùm ad imitandum, verumetiam ad imitandum proponere, quas expressas Græci & Latini scriptores reliquerunt, quas illi sibi in administranda repub. proponentes, possunt animum & mentem ipsam cogitatione hominum excellentium conformare. Vt nihil dicam, quod ex ijsdem curarum, molestiarum, laborum, quibus assiduè conflictantur atque vexantur, honestissimam liberalissimamq; requiem, & animi remissionẽ, recreationemq; petere possunt. Quis igitur quęso vestram, viri amplissimi, vt ad vos redeam, ciuitatem atque rempub. secundum non Platonis solùm, sed etiam innumerabilium aliorum philosophorum, regum, imperatorum, rerumpub. sententiam atque iudicium, fœlicem meritò atque beatam prædicet, illamq; summis laudibus efferat, quæ artium ac disciplinarum alma quædam est mater atque nutrix, nullisq; sumptibus parcit ad multorum studia alendum atque fouendum, qui aliquando reipub. ecclesiæq; vestræ cum dignitate vtilitateq; præsint, in qua denique viris doctis & eruditis non ad ecclesiastica solùm, verumetiam politica munera atque honores aditus, qui in alijs rebus pub. ferè est intercluſus, patet. Et hoc quidem ipso tempore Deus binos vobis dedit consules, quorum vnus (vt taceam alias vtriusq; animi ingenijq; virtutes) rei bellicæ, alter iuris ciuilis, aliarumq; disciplinarum cognitione excellit, ita vt pacis belliq; temporibus reipublicæ vestræ optimè sit consultum. Vobis igitur iterum, viri ornatissimi, ceu literarum Musarumq; patronis æquis atque beneuolis (quæ etiam alijs ante me literarios suos labores vobis potissimum dedicandi causa fuit) tenue hoc meum & exiguum opus commendo, vosq; rogo, vt illius vos non rigidos nimis censores, sed æquos potius beneuolosq; æstimatores præbeatis.

Postremò, præter illas adhuc à me commemoratas causas, alia quoque non parui, meo iudicio, momenti atque ponderis, & huic quidem ipsi meo operi perquàm accommodata causa me ad illud vobis nuncupandum impulit, quæ sequitur. In hoc enim meo opere varia à me tractantur explicanturq; conuiuiorum genera, inter quæ omnia palma meritò ijs videtur deferenda, ceu humanitati, charitatique Christianæ conuenientissimis, quæ hospitibus atque peregrinis præbentur. Hospitalitas enim, vnde illa promanant, inter omnes virtutes Christianas principatum facilè

obtinet,

obstnet, Deo hominibusq; gratissima virt. Quãta aũt vestra sit erga peregrinos cuiuscunq; gentis, sexus conditionis, ordinis humanitas atq; liberalitas, experiẽtia quotidiana, plurimiq;, qui ferè quotidie ad vos veniũt, peregrini atq; hospites, quiq; à vobis humanissimè excipi atque tractari solent, id locupletissimè testantur, ita vt Scaphusium omnium peregrinorum hospitium, & quasi Pritaneum meritò appellari posse videatur. Hãc equidem ipse quoq; vnà cum meis multifariàm sum expertus: quam quoniam reipsa atq; factis, id quod vehementer vellem, referre non possum, gratum saltem memoremq; meum animum publico hoc meo scripto testificari volui. Vos igitur, viri amplissimi, qui me sæpe publicè priuatimq; ad lautas & opiparas vestras epulas inuitastis, humanissimeq; tractastis, nunc vicissim ad literarias hasce meas viles admodum atq; tenues epulas ex ingenioli mei tenuissimi penu depromptas inuito, vosq; rogo vt illas pro singulari vestra humanitate equi bonique cõsulatis. Legimus Theseum illum potentissimum, ac multis rebus gestis victoriisq; clarissimum Athenarum regem ab Hecale paupercula hospitio exceptum, cœnã eius inopem minimè fuisse aspernatum. Sic vos quoq; spero, quæ vestra est humanitas, hãc literariã meam cœnulam pauperẽ & inopẽ minimè repudiaturos, ad dantis potius animum vestri obseruantissimum, vestræq; dignitatis cupidissimum respicientes, quàm ad ipsius cœnæ tenuitatẽ. Deum, vt scribendi finem faciam, ne diutius vobis sim molestus, precor Opt. Max. vt pulchram ornatamq; reipub. vestrę nauem (vnde etiam vrbs vestra inclyta nonnullis videtur denominata) vosq; eius gubernatores sapientissimos, vnà cum vectoribus vestræ ab illo fidei commissis atq; concreditis, inter tot tantasq; seculi huiusce ceu pelagi fluctuosissimi procellas atq; tempestates, secunda semper gratiæ atq; fauoris sui aura prosequatur, & quam diutissimè saluos incolumesq; conseruet.

Digitized by Google

PRAEFATIO AD LECTO-
rem pium & candidum.

VERISSIME sanè Dominus noster Iesus Christus, ceu ipsissima Veritas, de temporum nostrorum, in quibus volutamur, intemperie, hoc est, de extrema intemperantia atq; luxuria, &, quae illam comitatur, supina securitate atq; socordia, deniq; proiecta effrenataq; peccandi libidine, quae nostris hisce temporibus regnat, est vaticinatus. Quod quidem illius vaticinium simul &, quam subiunxit, admonitionem fidelissimam ab Euangelistis ceu auritis locupletissimisq; testibus literis memoriaeq; fideliter consecratam, vtinam nobis assiduè ante mentis nostrae oculos proponeremus. Comparauit haec nostra tempora prisciis illis Noachi tẽporibus, in quibus homines omni abiecto Dei timore pietatisq; studio, securi atq; socordes gulae, ebrietati, amoribus impuris atq; voluptatibus indulgentes tandem repentino illo horrendoq; diluuio oppressi, & ad internetionem omnes, paucis exceptis, deleti fuerunt. Sic eodẽ planè modo futurum esse ait, vt extremis temporibus, quae mundi occasum, Christiq; ceu Solis iustitiae, orrum aduentumq; antecedent, plaeriq; hominum ijsdem sceleribus flagitijsq; alligati, subito illo Christi aduentu, mundiq; ruina opprimantur, & aeternis illis corporis animiq; cruciatibus addicantur. Monet itaq; omnes, quibus salus sua curae est, vti capita, hoc est, mentes animosq; suos è terra excitatos ad Deum erigant, minimeq; corda sua crapula, gula, curis atque solicitudinibus terrenis aggrauari patiantur, sed potius precibus, ieiunijs, alijsq; virtutibus atque operibus bonis inuigilent, ne improuiso illo die veluti laqueo mortifero obruti ac irretiti ad diros funestosq; illos Gehennae cruciatus deuoluantur: sed contrà vt & in extremo illo generaliq; futuro iudicio coram ipsius Dei tribunali consistere, & tandem sempiternis illis bonis atq; gaudijs, quae Deus omnibus veris sui Numinis cultoribus praeparauit atq; promisit, potiri fruiq; possint. Hisce consimilia plurima alia prophetarum & apostolorum oracula atq; monita fidelissima in sacrarum literarum monumentis extant: quae quidem vaticinia omnia exitu euentuq; ipso partim iam fuisse comprobata, partim adhuc quotidie magis magisq; comprobari videmus. Nam cùm haec mundi sanè immundissimi ad occasum interitumq; suum appropinquantis quasi decrepita atq; delira senectus plurimis alijs grauissimisq; vitiorum morbis affecta sit atque laboret: tum nullum hodie magis commune est ac peruagatum, quàm gulae, crapulae ebrietatisq; vitium, de quo Christus potissimum praedixit, & à quo nos grauiter est dehortatus, ex quo etiam ceu fonte, seu puteo potius putidissimo reliqua omnia vitia, scelera atque flagitia, quae hodie passim dominantur, promanant. Hoc etenim vitio tetro atque capitali omnium ferè gentium, omnis sexus, aetatis, conditionis, ordinis, religionisq; homines infecti sunt atq; polluti: ita vt non solum Barbaros, & à Christiana religione alienos, sed ipsos quoque (siquidem hoc nomine digni sunt) Christianos, & in his non modò viros, verum etiam mulieres, non adultae solum ac prouectae aetatis homines, sed etiam impuberes adhuc pueros atque puellas, nec solum vulgus ignobile, verùm ipsos quoque rerumpub. ecclesiarumq; proceres, ac optimates: deniq; non prophanos modò atque politeos homines, quos vulgò laicos siue seculares appellant, verùm etiam ipsos clericos, cultui diuino consecratos, ipsos sacrorum religionisq; antistites huic vitio addictos planè ac mancipates esse videamus. Grauissimae hodie acerbissimaeq; sunt inter Christianos de fide religioneq; dissẽsiones & dimicationes, cum interim, quod vehementer est dolendum, omni ferè fide religioneq; neglecta atq; contempta, in Bacchi, Comi, Cereris, Veneris, Pluti, aliorumq; huiusmodi deorum atque dearum, seu daemonum potius infernalium cultu impietatis plenissimo concordissimus sit inter plerosq; eorum consensus, seu conspiratio potius execrabilis atq; pernitiosa. Et, vt alia omittam, quousq; impietatis progressi simus, vel ex hoc vno satis superq; apparet, quod illum, illum iniquam ipsum sacrum diem, Soli olim ab ethnicis, à Christianis primitiuae ecclesiae vero & salutari illi Soli iustitiae, id est, Domino nostro Iesu Christo dicatum (vnde etiam Dominicus fuit appellatus) nos iam pridem nocti, tenebris, atq; impuris illis daemonibus paulò ante commemoratis dedicauimus, & in illorum honorem celebramus, seu polluimus potius atq; contaminamus. Nullo etenim die, vt experientia quotidiana testatur, magis publicè priuatimq; comessationibus potationibusq; immanissimis,

&, quae

&, quæ illarum solent esse comites, libidinibus impurissimis plerisq; indulgent, quàm hoc ipso die, ita vt nostri respectu non tàm dominicus, quàm dæmoniacus appellandus esse videatur. Ab hac porrò intemperantissimâ luxuriosissimâq; nostra viuendi consuetudine Deus per multos iam annos partim verbi sui tuba, partim multis pœnis, multisque prodigijs atque portentis horrendis (de quibus ipsis quoque Christus ceu signis sui aduentus, finisque mundi pro sua bonitate nos fidelissimè admonuit) nos dimouere, & ad pietatis sanctitatisq; studium traducere sedulò est conatus, & adhuc conatur. Quanta enim, prob Deum immortalem, quamq; post hominum memoriam inaudita ferè annonæ caritas, atq; fames, quàm graues & atroces motus, tumultus, seditiones, bella intestina, quàm multi tristes, diri atque funesti terræmotus, aquarum inundationes, tempestates, incendia, partus prodigiosi, pestes deniq; in omnibus ferè Christiani orbis partibus grassatæ sunt iam per multos annos, & adhuc grassantur? Quoties iam cœlum breui annorum spatio visis horrendis atque tristificis horruit? quoties diris & inusitatis ignibus exarsit? qui quidem ignem æstumq; iræ atque furoris diuini, & horrendum illud mundi vniuersi incendium atq; conflagrationem à S. Petro, cæterisq; sanctissimis viris multis ante seculis prædictã, deniq; funestissimum illum inextinguibilemq; Gehennæ ignem omnibus impœnitentibus portendere ac minitari videntur. An non igitur quæso omnia elementa, ac vniuersa natura præ insigni hominum intolerabiliq; improbitate, ac diuini iuditij seueritate tremere, gemere, horrere, nostram malitiam nobis exprobrare, ab illa nos auocare, ad improborum pestem perniciemque, ceu fidelissima diuinæ vindictæ administra, videtur conspirare? Hisce certè paulò ante commemoratis malis, tot tantisq; prodigijs atq; portentis cæloterraq; editis, maiorum adhuc malorum calamitatumq; præmuntijs certissimus Deus, ceu clementissimus pater, nobis quasi aurem vellicat, nosq; ab inueterata nostra malitia atq; improbitate deterret, & ad salutarem vitæ conuersionem pœnitentiamq; adhortatur. At plerique nostrum immani quodam mentis stupore, seu furore potius planè diabolico obcæcati, omnia hæc saluberrima Dei monita aspernantur, atq; contemnunt, in impiæ suæ vitæ curriculo obfirmatis obstinatisq; animis perseuerant, atq; adeò ad pristina peccata atq; scelera magnum quotidie impietatis cumulum addunt, ac proinde, id quod est consequens, iræ simul atq; furoris diuini maiores thesauros colligunt atq; coaceruant. Verè hîc mihi Virgiliana illa ceu luctuosis periculosisq; hisce nostris temporibus accommodatissima vsurpare posse videor.

Quippe vbi fas versum atq; nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies. & paulò post.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe.
Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

Quid igitur quæso nobis aliud quam Christiani, vel totius potius orbis occasus interitusq; secundum Christi, prophetarum apostolorumq; prædictiones est expectandus? De hac porrò desperata planè deploratag; nostrorum temporum morumq; nequitia atque luxuria, cum aliquot ante annis in doctorum cœtu, non quidem pro rei ipsius magnitudine atq; grauitate, sed pro tenui mea ingenij dicendiq; facultate, conquestus fuissem: multaq; simul de conuiuiorum origine, fine, vsu, & abusu (qui hodie latissimè patet atq; dominatur) nec non de eorundem generibus, ritibus, atq; cæremonijs varijs & antiquis ex veterum monumentis collecta atq; deprompta oratiunculæ illi meæ aspersissem: viri quidam pij atq; graues mihi magnopere auctores fuerunt, vt hoc antiquitatum conuiualium argumentum plenius atque copiosius tractandum explicandumq; susciperem. Horũ, equidem voluntatem auctoritatemq; nequaquam mihi, salua meo officio, videbar posse aspernari. Hoc autem ipsum tantò facilius mihi persuaderi sum passus, quod ab ineunte ætate cùm linguarum, omniumq; generis artium, disciplinarumq; liberalium, vti vulgò appellantur, tùm verò atq; in primis antiquitatum, hoc est, antiquos quosuis quarumuis gentium mores, consuetudines, ritus atque cæremonias cognoscendi miro quodam studio flagraui, quas etiam addiscendi, si ingenium modò mihi non defuisset, magnam mihi ipse Deus occasionem facultatemq; suppeditarat. Nam primò in ipsa patria mea charissima

quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsq; repetens Ludouicum Lauaterũ acerrimi ingenij iuditijq; virũ, omniq; doctrinarum genere politissimum, quemadmodum præclara illius literarum monumenta testantur, video mihi principem ad suscipiendam & ingrediendam hanc studiorum rationem extitisse. Quemadmodum igitur illius pater piæ memoriæ, imò patriæ nostræ quondam pater consulq; fortissimus ac sapientissimus, me ex sacrosancto Baptismi lauacro suscepit, ita hic illius tanto patre dignus filius me ipsius disciplinæ à charissimis meis parentibus commendatum primus Musarum quasi sacris initiandum imbuendumq; suscepit. Deinde verò & in patria mea. Io. Frisio, Conrado Gesnero, Rodolpho Collino, Samuele Pellicano, & postquam peregrina in loca à parentibus meis missus sum, Lausannæ Io. Randono, & Francisco Beraldo, & Argentinæ Francis. Hotomanno, Io. Sturmio, & Lutetiæ Parisiorum (quò bis profectus sum, ante primi, & ante secundi belli ciuilis initia) Sanctogermano, Carpentario, Ramo, Forcadello, Turnebo, Lambino, Aurato, Peregrino, Mercero, Salignaco, Genebrardo, Quinquarboreo, Querculo, & Tubingæ Scheggio, Heylando, Crusio, Lieblero, Hizlero, & Patauij R. Menahemo Iudæo, Panzerollo & alijs linguæ Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, totiusq; ἐγκυκλοπαιδείας optimis fidelissimisq; præceptoribus sum vsus, qui quidem omnes me singulari quadam humanitate beneuolentiaq; fuerunt prosecuti. Hosce autem meos præceptores, quorum alij viuunt adhuc florentq; cum laude, alij in cœlestes illas sedes ex hac vita migrarunt, hîc honoris causa, sicuti illorum dignitas postulat, nominare volui, vt iustam debitamq; meam εὐχαριστίαν, obseruantiam beneuolentiamq; erga illos publicè testificarer. Quoniã igitur, vt vnde deflexit paululum, redeat mea oratio, cùm omnium doctrinarum, tùm in primis antiquitatum studiosissimus semper fui, ad quas percipiendum præ cæteris Fran. Hotomannus, clarissimum illud reipub. literariæ decus atque lumen, magno mihi olim incitamento adiumentoq; fuit: facilè doctorum ac piorum illorum hominum petitioni auctoritatiq; cessi. Ac proinde quicquid mihi à publico meo docendi munere, & alijs grauioribus meis studijs atq; negotijs reliquum fuit temporis quasi subcisiui, id in antiquitatibus, hoc est, antiquis Hebræorem, Græcorum, Romanorum, aliarumq; nationum non conuiualibus tantùm, sed etiam quibusuis alijs moribus, atq; ritibus tam sacris, quã prophanis indagandis, colligendis, conscribendis, ac disponendis, consumpsi. Quas quidem meas lucubrationes cùm illis ipsis, qui me ad illas elaborandum impulerunt, monstrassem, ijdem mihi vehementer suaserunt, vt illas in lucem ederem, vt quas reipub. literariæ non ingratas, sed vtiles fructuosasque sperarent fore. Nec enim ea tantum, quæ ad conuiuia propriè pertinent, tractaui, verum etiam plurima alia iucunda, vti spero, & vtilia cognitu interposui, id quod mihi necessariò faciendum fuit. Nam cùm hac ipsa conuiuandi epulandiúe ratio ac consuetudo per omnes ferè humanæ vitæ partes sit diffusa, quippe cũ conuiuia omnes ferè hominũ actiones tam sacras quàm prophanas vel antecedere, vel comitari, vel consequi videamus, mihi profectò de conuiuijs scribenti, simul de maxima vitæ humanæ parte necessariò fuit scribendũ. Multa itaq; ad priuatam publicamq; vitam atq; mores benè informandum regendumq; per quàm vtilia documenta ethica, oeconomica, politica atque etiam militaria ex antiquis literarum monumentis deprompta in hoc volumine continentur. Multa præterea valetudinis tuendæ atq; conseruandæ medica ac salutaria præcepta in eodem reperies. Habebunt adhæc linguarum atq; Grammaticæ studiosi vocabulorum quorundam elegantium obsoletorum obscurorumq; explicationẽ. Spero itaq;, absit inuidia dicto, omnibus quarumcunq; artiũ ac disciplinarum studiosis & professoribus hosce meos labores non fore inutiles, imò magno admodum illis ad quosuis auctores sacros & prophanos facilius intelligendum explicandumq; futuros adiumento. Quòd si quis autẽ à Christiani hominis grauitate alienum esse existimat de conuiuijs & ad ea pertinentibus scribere, is mihi grauiter hallucinari, & tota, quod aiunt, via videtur errare. Nam conuiuia ipsa cum publica, tùm priuata, si sint tempestiua, moderata, atq; frugalia, res sunt non modò honesta, vtilis, laudabilis atq; iucunda, verum etiam in hac vita necessaria ad mutuam hominum communionem societatemq; fouendã atq; tuendã ab ipso Deo instituta & ordinata: quibus sublatis iã non hominũ, sed ferarum potius vita esse videatur. Cumque, vt paulò antea attigi, conuiuia vniuersam ferè vitam humanam complectantur, fieri non potest, quin is qui de conuiuijs scribit, simul de plurimis humanæ vitæ officijs scribat, cuius rei hæ qualescunq; meæ lucubrationes, si quis eas vel extremis digitis attrigerit, indicio esse poterunt. Quamobrem mirum non est & ethnicorum quondam philosophos grauissi-

grauissimos & sapientissimos, Athenæum, Plutarchum, Xenophontem, Aristotelem, Platonem, aliosq; multos, quorũ Athenæus meminit: & inter Christianos post Clementem Alexandrinum, & alios antiquos, Marsiliũ Ficinum, Pontanum, Platinam, Cæliũ Rhodiginum, Villichium, Erasmum, Stephanum Nigrum aliosq; plurimos multa symposiaca passim in operibus suis sparsisse, atq; adeo peculiares de symposijs libros conscripsisse. Sed quem grauiorem, augustiorem, sanctiorem que auctorem proferre possumus, quàm ipsum Spiritum sanctum omnis sanctitatis fontem & auctorem, cuius verbũ, quod appellamus vetus & nouum Testamentũ symposiacis plenum est atq; refertum? An non enim statim ab origine mundi generisq; humani mentio fit luculenta iucundissimi illius conuictus primorum nostrorum parentum, quos Deus connubialis simul atq; conuiuiali consuetudine ac societate deuinxerat? An non omnium antiquissima, & quidem prima lex, quam Deus in ipso Paradyso, in beatissimo illo florentissimoq; rerum statu tulit, fuit lex cibaria, qua primis illis nostris parentibus omnium reliquarum arborum cibo concesso, vnius tantum arboris fructu, grauissima mortis pœna proposita, interdixit? Nam cùm illi legem tartarei illius Serpentis instinctu afflatuq; violassent, ex beatissimo illo suo statu deciderunt, & se nosq; suos posteros in æternam miseriam præcipitarunt. Secunda deinceps post horrendã illam primorum nostrorum parentum apostasiam, & quidẽ dura acerbaq; lex cibaria à Deo hominibus fuit lata, nempe vt sudore vultus sui suo pane, hoc est, cibo vescantur. Quid? totus ille cultus Mosaicus & ceremonialis à Deo diligenter acurateq; descriptus ac mandatus, an non ferè maxima sui parte re cibaria constat? Nam multa illa & varia sacrificia quid fuerunt aliud, quàm epulæ quædam sacræ, quæ partim pecoribus, partim frugibus atq; fructibus constabant, & cum ad sacerdotes alendum ac sustentandum, tùm ad Christum ceu vnicum & salutarem animarum nostrarum cibum, qui in cruce erat offerendus, adumbrandum, tùm deniq; ad Dei hominumq; arctissimã cõmunionem societatemq; designandam erant instituta? Hinc Deus apud Malachiam & altare ipsum, in quo hostiæ illæ offerebantur, suam mensam, & ipsa sacrificia, suum cibum appellat, quo ostendit se Iudæorum quasi ὁμοτράπεζον, hoc est, vnius eiusdemq; victus communione cum illis velle esse coniunctum. Sacrificiorum porrò illorum appendices erant epulæ, quas quidem Deus summa cum lætitia hilaritateq; ab illis celebrari voluit. Huc præterea pertinet & ciborum delectus, quo Deus Iudæos à gentilium communione consuetudineq; segregatos esse voluit, & celeberrimum illud epulum Paschale, aliaq; epulæ festiuæ atq; solennes, nec nõ panes azymi, panes propositionis, quæ omnia mysteriorũ maximorum fuerunt pleniss̃ima. Quam multa præterea (vt à sacris discedamus) prophanarũ omnis generis epularum exempla commemorantur, quas sanctissimos quoq; viros adijsse, celebrasse, alijs adornasse legimus? Quàm multa cùm vniuersa scriptura sacra, tùm in primis liber ille Ecclesiasticus dictus vtilissima præcepta symposiaca continet? quæ quidem ipsa in hoc meo opere nõn exiguam mihi scribendi materiam suppeditarunt. Adhæc non pauca luxuriosarum epularum exempla, vt etiam alia vituperatione digna, nobis non ad imitandum, sed ad fugiendum atq; vitandum in sacris literis proponuntur, quarum tragicos plærumq; euentus fuisse legimus. Multa etiam, quæ huiusmodi conuiuia comitari solent, de ludis, choreis, vnguentis, cantu, alijsq; huiusmodi luxuriæ irritamentis ibidem scripta inuenies. Huc præterea in primis referenda admirabilis illa ratio, qua Deus Israelitas in squalido horridoq; illo deserto 40. circiter annorum spacio pauit ac sustentauit. Postremò, vt hoc quoq; addam, & admirabilis illa planeq; diuina gentium ad fidem religionemq; Christiamam vocatio atq; conuersio ab Isaia ca. 25. conuiuij apparatissimi imagine, & passim iustissima Dei vindicta, quã in impœnitentes exercit, epularum funestissimarum similitudinibus exprimitur, vt ex Ier. ca. 7. 11. 12. Isaia 56. & vlt. Ezech. 39. constat: quibus similia sunt quæ Apoc. 19. conscripta reperiuntur. Iam verò vt ad nouum testamentũ veniamus, in illo quoq; multa continentur, quæ ad conuiuia pertinent. Nam ipsum primo Christum, perfectissimum virtutis sanctitatisq; exemplum, vnà cum suis discipulis nõ solum piorũ, verum etiam impiorum atq; inimicorum suorum, conuiuia adijsse ac frequentasse legimus, illos nimirũ hac occasione à vitæ morumq; improbitate summouendi causa. Deindè in illis ipsis symposijs cum alia vitæ morũq;, tum symposiaca multa vtilia & salutaria præcepta tradidit. Nec verò tantùm inuitatus ad alterum conuiuia accessit, verùm etiam ipse alijs epulas admiratione dignissimas præbuit, in quibus ingentem hominum turbam fame confectam exiguo panis atq; piscium cibo ad satietatem vsq; pauit, ita vt reliquiarũ quoq; plurimum fuerit: quo quidẽ egregia suæ cum bonitatis,

tùm potentiæ diuinæ ſpecimina ædidit, & reipſa demonſtrauit, hominem non ſolo pane viuere, ſed omni verbo, quod exit ex ore Dei. Præterea conſtat Chriſtum plurimis ſimilibus à re conuiuiali cibariaque petitis, regni cœlorum, hoc eſt, Euangelij, & æterni cœleſtisq; illius regni atq; vitæ myſteria abſcondita & abſtruſa illuſtraſſe. Se quoq; ipſum ceu vnicum vitæ & ſalutis æternæ auctorem, ſuaq; dona atq; munera cœleſtia corporei panis & aquæ quaſi inuolucris atq; integumentis propoſuit. Iiſdem ſimilibus apoſtoli quoq; vt conſtat ex illorum epiſtolis, vſi ſunt partim ad ipſam vitam æternam, partim ad veram & ſalutarem doctrinam, quæ nobis ad illam dux eſt, ſignificandam. Quid dicam quod & ad arcanam illam corporis & ſanguinis ſui κοινωνίαν ſanciendam & obſignandam, & ad mutuam fidelium pacem, concordiam, charitatemq; tuendam ac confirmandam, & denique ad mortis paſſionisq; ſuæ ſalutiferæ memoriam aſſidue recolendam ac retinendam Epulum illud ſacroſanctum inſtituit, quod in eccleſia perpetuò ſumma cum fide, charitate, precibus ardentiſſimis atq; reuerentia vult celebrari? Infinitum eſſet omnia perſequi. Sed ex his, quæ adduxi, ſatis puto fit manifeſtum in ſacris literis multa contineri ſympoſiaca, quæ quidem in hoc meo opere vno quaſi faſciculo complecti, & exemplis atq; ſententijs ex prophanis ſcriptoribus petitis illuſtrare ſtudui, ita vt hunc meum laborem, etiam ſacrarum literarum ſtudioſis non parum vtilitatis allaturum ſperem. Et ſi ipſe ſpiritus ſanctus plurima conuiuialia diuino illi ſuo volumini mandari voluit, nequaquam me iuſtam hominum reprehenſionem mereri exiſtimo, ſi de iiſdem ſcripſi, quæ quidem non ad ventrem hominum voluptuariorum ganeatis delitijs atq; cupedijs, ſed ad mentem potius philologorum & antiquitatum ſtudioſorum rebus cognitione iucundiſſimis paſcendum, nec ad gulam irritandam, ſed coercendam potius ac reprimendam ſpectant. Hæc de cauſis, quæ me adhanc ſcriptionem impulerunt, ac præſertim de fine, qui mihi in illa fuit propoſitus, ſint dicta. Methodo autem, vt de illa quo que nonnihil addam, vſus ſum huic materiæ, niſi me fallit animus, accommodata, ſimplici, maxime que naturali. Nam primò omnium exorſus à nominibus, definitione, fine vſu, & abuſu & ad diuiſionem progreſſus, varia conuiuiorum genera libro primo explicaui. Deinde illa quæ conuiuia ſolent antecedere, quæq; ad illorum apparatum pertinent, ſecundo libro ſum complexus. Tum ipſum conuiuialem actum (qui in cibi potusq; ſumptione, & in colloquijs mutuis videtur conſiſtere) & ſimul ea quæ conuiuia partim comitantur, partim conſequuntur, libro tertio ſum perſecutus. In ſingulis autem locis ſeu capitibus explicandis exorſus à nominibus, primò Hebræorum, deinde Græcorum, tum Romanorum & aliarum deinceps gentium mores conſuetudinesq; antiquas propoſui, illasq; poſtremò cũ ijs, quæ nunc apud varios populos in vſu ſunt, diligenter contuli: quæ collatio, vti ſpero, & ad perditum noſtrorum temporum luxum luxuriãq; demonſtrandum, & ad multa veterum ſcripta illuſtrandum non parum momenti adferret.

Hæc autẽ omnia, humaniſſime lector, ab animo bono, ac reipub. literariæ quouis modo gratificandi cupidiſſimo profecta, bona quæſo beneuolaq; mente accipias, bonamq; in partem interpreteris: et ſi quæ in tam ampla & late patente materia ſunt errata (homo enim ſum, humanũ eſt errare, humani autem à me nihil alienum puto) de ijs me fideliter beneuoleq;, ſicuti charitatis Chriſtianæ ratio poſtulat, admoneas. Quod ſi quæ etiam vel antiqua, vel recentia, vel extranea, vel vernacula atq; patria, cognitu iucunda atq; vtilia tibi in mentem venerint, quæ huic meo operi accommodata, ac proinde addenda videbuntur, ea quæſo mihi communicare non graueris, vt illud denuò, Deo volente, & emendatius, & locupletius atq; cumulatius aliquando in lucem exeat. Poſtremò Deum Opt. Max. vnà mecum preceris, vt omnibus ijs, qui ad reipub. Chriſtianæ gubernacula ſedent, eam mentem iniiciat, vt luxuriã ceu luem quandam tetram atq; funeſtã longè lateq; graſſantem, omniaq; depopulantem, partim vitæ ſuæ exemplo, partim legibus atque pœnis ſeueris coercere atq; reprimere ſtudeant: nosq; omnes ſancto ſuo ſpiritu regat atq; gubernet vt illius ductu auſpitioq; aduerſus omnes mundi diaboliq; illecebras atque lenocinia fideliſſimis Chriſti & apoſtolorum monitis obtemperare, & vitam ſobriam, caſtam, honeſtam & ſanctam hîc agere, tandemq; ad æternam illam infinitis bonis gaudijsq; cumulatiſſimam vitam peruenire poſſimus. Vale.

INDEX

Digitized by Google

INDEX EORVM, QVAE SINGVLIS LIBRIS PER CAPITA TRACTANTVR.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

DE varijs conuiuiorum nominibus. folio 1

CAPVT II.

Conuiuij definitio. 4

CAPVT III.

De conuiuiorum origine, fine, vsu & abusu multiplici, eius corrigendi ratione, de legibus sumptuarijs. 5

CAPVT IIII.

De conuiuiorum diuisione, quæ multiplex est. 12

CAPVT V.

Prima conuiuiorum diuisio est secundum defectũ, medium, & excessum. De conuiuijs moderatis, frugalibus, atq; etiam nimis parcis, atque sordidis. Ibidem

CAPVT VI.

De conuiuijs magnificis, splendidis atq; luxuriosis. 14

CAPVT VII.

Secunda conuiuiorum diuisio secundum tempus diurnum atq; nocturnum, ita vt alia sint matutina, alia meridiana, alia vespertina, alia nocturna. De singulorum varijs nominibus, atq; conditione: ac primo de conuiuijs matutinis, siue ante meridianis. 16

CAPVT VIII.

Conuiuia meridiana, quæ vel paulò ante, vel circa meridiem aguntur. 18

CAPVT IX.

De epulis vespertinis. 19

CAPVT X.

De conuiuijs nocturnis. 20

CAPVT XI.

Quoties in die, & quò potissimum diei, atq; etiam noctis tempore, veteres manducarint. 21

CAPVT XII.

Gentes quędam certas habuerunt cibi capiendi horas, aliæ non item. 26

CAPVT XIII.

Quæstio, quoties in die cibus sumendus. Ibidem

CAPVT XIIII.

Quæstio, prandendũ ne an cœnandum largius. 27

CAPVT XV.

Quæstio, satius ne sit certam prandendi, cœnandi, ac omnino cibi sumendi horam habere. 28

CAPVT XVI.

Tertia conuiuiorum diuisio secundum quinque principes vitæ humanæ actus: & primò de conuiuijs natalitijs, & puerperalibus. 29

CAPVT XVII.

Secundus vitæ humanæ actus est educatio. De varijs conuiuiorum generibus, quæ in illum cadunt. De conuinio ablactationis Hebræorum, Dentitionis Festanorum. De infantum nutricatione, lactatione (quæ magna sunt Dei mirabula) ablactatione, atq; victu. Quibus de causis matres, si vllo modo fieri potest, suo lacte infantes alere debent. Exempla epularum puerilium, vt in comæ & barbæ depositione, vestitus mutatione, &c. In genere de puerorum & adolescentum diæta, atque victu vel probo, vel malo. 35

CAPVT XVIII.

Tertius vitæ humanæ actus est munus qualecunque siue officium, in quem multa conuiuiorum genera cadunt. Ac primò de conuiuijs, quæ in sacrorum, religiosorũ atq; scholasticorũ munerũ susceptione, siue initiatione adhibentur. 41

CAPVT XIX.

De decimis, stipendijs, atq; salarijs eorum qui ecclesijs scholisq; præsunt. 46

CAPVT XX.

De conuiuijs regum, imperatorum, quæ in illorũ creatione, coronatione, inauguratione ue fieri consueuerunt. De conuiuijs consularibus Romanorum. De cónuiuio Cæsariano, seu imperatorio nostris temporibus. 47

CAPVT XXI.

De conuiuijs militaribus, diæta, atq; victu militari veterum. De epulis ante & post prælium. De cœnis victorialibus, triumphalibus. De donatiuis, atque congiarijs. 51

CAPVT XXII.

De conuiuijs artificum, opificum, seruorumq; proprijs. Nec non de seruorum victu atq; diæta. 60

CAPVT XXIII.

De conuiuijs rusticis. 61

CAPVT XXIIII.

Quartus vitæ humanæ actus est matrimonium. De conuiuijs matrimonialibus, quæ vel ante nuptias, vel in ipsis nuptijs, vel post nuptias agitantur. 65

CAPVT XXV.

De epularum nuptialium vsu, & abusu, deq; coniugum syssitijs. 69

CAPVT XXVI.

Quartus & vltimus vitæ humanæ actus est mors. De conuiuijs funebribus, feralibus, exequialibus, siue sepulchralibus. 72

CAPVT XXVII.

Quarta conuiuiorum diuisio secundum personas, ita vt alia dicantur esse ciuium, siue populariũ, alia quæ cum peregrinis hospitibus, & aduenis agitantur. De Iudæorum, Græcorum, Romanorum antiquo hospitij iure, atque necessitudine eius contrahendæ, colendæq; modo. De populorum aliorum mirifica erga peregrinos liberalitate 81

CAPVT XXVIII.

De mercenaria peregrinos excipiendi ratione, de tabulis & diuersorijs mercenarijs. De luxuria,

Digitized by Google

et auaritia, quę in publicis diuersoriis inter Christianos exercetur, coercenda. Quæ cautio in peregrinis excipiendis & in conuiuijs, quæ cum illis ineuntur, sit adhibenda. De præpostera, & peruersa hospites tractandi consuetudine, cur in illis epulis quæ cum peregrinis ineuntur, sobrietati potissimum studendum, quàm periculosa sit in illis ebrietas. 96

CAPVT XXIX.

De conuiuijs quę vel ante, vel post quamcunq; profectionem, peregrinationem, loci, domicilijue mutationem agitantur. 101

CAPVT XXX.

De conuiuijs sacrificijs, & alijs etiam cæremonijs, quæ quibusuis pactis, conuentis, fœderibus adhibentur: Apud veteres duo fuerunt in primis insignia & maximè vsitata fœderis, amicitiæq; symbola, panis nempe, & sal, de vtriusq; vsu plura. 102

CAPVT XXXI.

Quinta conuiuiorum diuisio, in publica, & priuata. Conuiuiorum publicorum nomina. De sysitiorum quotidianorum fine. De Italorum, Cretensium, Lacedæmoniorum, Carthaginensium sysitijs De Athenienſium Prytaneo, Romanorum collegijs, et sodalitatibus, Pythagoreorum conuictu. De Christianorum ecclesiæ Apostolicæ communione victus. De Germanorum, Heluetiorum, Argentinensium, Scholasticorũ, Gymnosophistarum, Indorum veterum sysitijs. 107

CAPVT XXXII.

De conuiuijs priuatis amicorum, familiarium, quæ per vices agirantur.

CAPVT XXXIII.

Sexta conuiuiorum diuisio in sacra, & prophana. De epulis sacris Iudæorum veteris Testamenti, Christianorum noui Testamenti, de superstitiosis ethnicorum epulis, atque sacris, de horrendo festorum, epularumq; festiuarum apud Christianos abusu 114

CAPVT XXXIIII.

Septima conuiuiorum diuisio secundum symbolas. De symbolarum nominibus Græcis, Latinis, de conuiuijs symbolicis, seu collatitijs, & asymbolis. 130

CAPVT XXXV.

De cœna recta, & erogationibus, siue largitionibus alimentarijs cũm publicis, tũm priuatis. 132

LIBER II.

CAPVT I.

DE ijs, quæ conuiuium antecedunt, inter quæ primum locum obtinet inuitatio. De inuitandorum delectu. 134

CAPVT II.

De numero inuitandorum, seu conuiuarum. 138

CAPVT III.

De tempore inuitationis, necnon varijs inuitandi modis, atq; formulis. De seruis inuitãtibus. 140

CAPVT IIII.

De ijs qui non vocati impudenter se quibusuis epulis ingerunt De parasitorum nominibus, natura, atq; moribus. 141

CAPVT V.

De ijs qui non vocati, vel honestatis, vel etiam necessitatis causa ad conuiuia accedunt. De mendicis, de canibus nonnunquam mensæ adhiberi solitis. 145

CAPVT VI.

De vmbris, hoc est, ijs, qui non à conuiuatore, sed conuiuarum aliquo inuitati ad conuiuia accedunt. De inuitati officio, quoad ipsam inuitationem. 149

CAPVT VII.

De præparatione duplici ad conuiuium, conuiuatoris nimirũ, & conuiuæ. De conuiuatoris, seu magistri conuiuij nominibus, atq; munere. 151

CAPVT VIII.

De alimentorum nominibus, atq; generibus varijs. 154

CAPVT IX.

De absurdo, ac ferè monstroso populorum quorundam victu. De Ioannis Baptistæ acridophagia quęstio De locustarum secundum sacras literas, Rabbinos, atque etiam Græcos generibus, atque nominibus. 165

CAPVT X.

De alimentorũ quorumuis receptaculis, seu promptuarijs, ea recondendi, asseruandiq; more, & consuetudine. 169

CAPVT XI.

De opsonatione, opsonatoribus, opsonandi varijs consuetudinibus. De locis in quibus omnis generis edulia venalia prostant. 173

CAPVT XII.

De eduliorum venditoribus, præpositis, atq; præfectis, eorundem munere de coercenda dardanariorũ, atq; propolarum auaritia, de modo in opsonatione adhibenda. 173

CAPVT XIII.

De ciborum præparatione, siue de re coquinaria. De coquorum nominibus, differentijs, muneribus De loco coquinario, quæ conuiuatori in ciborum confectione, præparationeue obseruanda. 179

CAPVT XIIII.

De temporis, lociq; conuiualis obseruatione, delectu, apparatu, varijsq; differentijs. De triclinijs. 184

CAPVT XV.

De supellectili, & vasis, instrumentisq; conuiualibus, eorundem cura, custodia, dispositione, vsu, & abusu. 191

CAPVT XVI.

De mensarum nominibus, significatione, vsu sacro, atque prophano. 195

CAPVT XVII.

De mensarum varia figura, atque forma. 199

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XVIII.
De materia mensarum. 200
CAPVT XIX.
De varia & multiplici mensas adornandi, insternendi, extruendi, mundandi, abstergendi, apponendi, remouendiq; consuetudine. 201
CAPVT XX.
De ministerio conuiuiali, ac primo quidem de nominibus generalioribus ministrorum, atq; seruorum. 202
CAPVT XXI.
De varijs ministrorum conuiuialium generibus, atque differentijs. 204
CAPVT XXII.
De ministrorum habitu, & officio. 210
CAPVT XXIII.
De Dominorum, atque etiam conuiuarum ipsorum erga ministros officio. 212
CAPVT XXIIII.
De præparatione conuiuarum ad conuiuia, quæ partim animo, partim corpore constat. De exercitatione corporis varia, atque multiplici ante epulas, eius vsu, modo atque generibus 213
CAPVT XXV.
De Balneis, atque vnctionibus veterum ante epulas vsitatissimis. De balnearum veterum vsu, forma atque partibus 216
CAPVT XXVI.
De vestitu conuiuiali. De vestium albarum (quæ in epulis potissimum vsurpari fuerunt solitæ) ac in genere coloris albi vsu, significatione, præstantia, ac dignitate. 221
CAPVT XXVII.
Plura de certis quibusdam vestium epularium generibus. De more veterum calceos, soleasue antequam accumberent deponendi. De calceorum quatenus vel indui, vel detrahi, atque deponi solent, significatione symbolica, de eorundem abusu molli, atque luxurioso. 227
CAPVT XXVIII.
De varia, & multiplici tùm sacra, tùm prophana, atque ciuili in conuiuijs, in sacris, in luctu, atq; aliâs capita aperiendi, operiendiue consuetudine. De pileorum vsu, & significatione symbolica. 229
CAPVT XXIX.
De cingulorum, & zonarum vario, multiplicique vsu. De zonis, cinctuq; virginum, puerperarum, ministrorum, sacerdotum, prophetarum, militantium, interfacientium, epulantium. De more antiquo nummos in zonis portandi. De modo in vestibus adhibendo. De more arma quoque gestandi inter epulas. 232
CAPVT XXX.
De conuiuæ aduentu, nè is nimis sit vel maturus, vel tardus. Ad ianuam ædium vbi peruentum, quomodo conuiua, & conuiuator se gerere debeant. De ianuarum situ, eas pulsandi, aperiendi, custodiendiue antiqua consuetudine, de earundem ornatu, superstitioneq; veteri. 235
CAPVT XXXI.
De salutationibus sacris & ciuilibus, ac primò de ijs quæ verbis constant, quas verbales posses. appellare, de varijs illarum modis, atque formulis. 239
CAPVT XXXII.
De salutationibus quæ vel totius corporis, vel certarum eius partium quodam gestu, motu, contactu, atque deosculatione fiunt. De earundem vsu, & abusu. 242
CAPVT XXXIII.
De manuum, pedumq; ablutionibus sacris, atque prophanis ante epulas, remque diuinam vsitatis. 247
CAPVT XXXIIII.
De more vestes nonnunquam quasdam, & arma deponendi, antequam ad mensam accumbatur. De more sedendi ad mensam. De sedilibus, atq; sellis. De more accumbendi mensæ, de lectis ac cubitorijs, eorum nominibus, materia, apparatu, numero. De consuetudine standi, atq; etiam inambulandi in cibo capiendo 252
CAPVT XXXV.
De conuiuarum collocatione, atque ordine. Quænam hac in re conuiuatoris, & conuiuarum sint partes. De locorum discrimine secundum varias gentes. 259
CAPVT XXXVI.
De consecratione mensæ, qua Iudæi, Christiani, & aliæ gentes olim vsæ sunt, & hodie vruntur. 264
CAPVT XXXVII.
De libationibus ante, & post epulas adhibitis. De illarum nominibus, materia, ceremonijs, instrumentis, vsu. 268

LIBER III.

CAPVT I.

DE ciborum appositione, Ferculorum nominibus, perionis apponentibus illa. De eorundem numero, & ordine. Cuiusmodi ciborum genera antiquitus primò fuerint apposita, & in genere quis ciborum ingerendorum salubris ordo de medicorum sententia 274
CAPVT II.
De mensis secundis, illarum nominibus, materia varia atque multiplici. De ferculorum, edulio rumue varietate viranda, ceu valetudini aduersa. Gesneri iudicium de modo, & ordine in ferculis adhibendo. De certis cùm antiquis, tùm recentibus ritibus, ac instrumentis in ciborum appositione adhibitis 277
CAPVT III.
De more antiquo cibos diuidendi, distribuendiq; singulis conuiuis. De partium epularium nominibus, atq; differentijs, ac more conuiuas honoratiores partibus lautioribus honorandi, ac etiam absentibus de cœna mittendi. Quæ olim τῆς διαθέσεως disciplina, qui munus illud obire sint soliti. De more nonnunquam animalia integra cocta in mensis apponendi. 282

Digitized by Google

CAPVT IIII.

De cibi sumptione, eius nominibus, gestibus inciuilibus, & in primis gula, & ingluuie ceu animo, corpori, atque fortunis pernitiosissima fugienda. De repletionis immoderatæ remedijs. 287

CAPVT V.

De abstinentia vel ab omni, vel à certis ciborum generibus, multiplicique eius forma, atque modo. 293

CAPVT VI.

De potatione, ceu altera substantiali conuiuij parte. De potationis nominibus, fine septuplici, materia varia. De aquarum vtilitate ac differentijs. An aqua nutriendi vim habeat, & quæ potu sit saluberrima. De aquæ niuatæ, frigidæ, calidæque vsu antiquo in epulis, de varijs modis aquæ refrigerandæ. 298

CAPVT VII.

De vino, eius definitione, nomihibus, origine, auctore, commodis. 305

CAPVT VIII.

De ebrietate, eius nominibus, diuisione, incommodis animi, corporis, atque fortunæ. 309

CAPVT IX.

Ebrietas populis vniuersis, ac omnis ætatis, sexus, ordinis, conditionisue hominibus exitialis, omnis societatis, officijque perturbatrix. De vinis factitijs, quorum duo sunt præcipua zythum atque sydra, de quibus pauca. 317

CAPVT X.

De bibendi modo partim medico, partim liberali & ciuili, partim illiberali, & inhonesto. De propinationum nominibus, origine, fine, vsu, & abusu. 322

CAPVT XI.

Propinationum quibus hodie Christiani vtuntur, cum antiquis illis Græcorum, Romanorum, Scytharum, Thracum, aliarumque nationum Barbararum comparatio, atque descriptio, certis quibusdam constans circumstantijs, siue capitibus. Huiusmodi sunt primò certæ quædam corporis exercitationes, ceu progymnasmata, nec non antidota, siue antipharmaca, partim esculenta, partim poculenta, quæ propomata appellantur, quibus homines se ad dirum illud propinandi certamen, quasi præmuniunt. Deinde personæ ipsæ à quibus certamen illud exercetur, tùm vinum quo potissimum propinatores multifariam ad sese inebriandum abutantur. De vini, vel meraci, vel diluti, atque temperati vsu. De varijs veterũ vini temperaturis. 325

CAPVT XII.

De poculis, ceu præcipuis propinationum instrumentis. De eorum nominibus, materia, atque forma multiplici. 330

CAPVT XIII.

De poculorum quantitate. De more ad certam poculorum mensuram, atque numerum propinandi. De precatiunculis quibusdam atque etiam imprecationibus inter propinandum adhiberi solitis. De more pocula ad summum vsque implendi, certam vini, poculorumque mensuram conuiuis præscribendi. De poculo illo Christo in cruce propinato disputatio. 337

CAPVT XIIII.

De propinandi methodo atque modo multiplici. De antiquis Græcorum, & Romanorum propinationibus in orbem fieri, & à dextris inchoari solitis, quæ hodie Christianis quoque sunt familiares. De varijs loquendi formulis, salutationibus, cantiunculis, gratulationibus, acclamationibus, gesticulationibus, ludis, præmijs atque pœnis quibus potatores inter propinandum vtuntur. De amystidis vt olim, ita hodie quoque vsitatissimis. De varijs vini effusionibus inter potandum fieri solitis, cùm superstitionis, tùm amoris ergò, cuiusmodi fuit cottabus, antiquus Siculorum ludus. 342

CAPVT XV.

De vnguentorum nominibus & vsu multiplici præsertim in epulis. Historia euangelica mulieris illius, quę Christum inter epulandum vnguento nardino inunxit. 346

CAPVT XVI.

De coronarum nominibus, forma, materia, vsu vario atque multiplici, præsertim in conuiuijs. 350.

CAPVT XVII.

De sermonum conuiualium (qui tertia sunt pars substantialis conuiuiorum) nominibus, vtilitate iucunditateque mirifica. De garrulitate & silentio perpetuo, ceu duobus extremis, inter epulas vitando. De griphis & ænigmatibus conuiualibus. De facetijs & cauillationibus, an, & quomodo ijs vtendum. 355

CAPVT XVIII.

An, & quatenus de rebus seriis, grauibus & philosophicis sit inter pocula disserendum. De sermonibus, problematibus & parabolis conuiualibus Christi. De lectiunculis cùm sacris, tùm prophanis & olim, & hodie inter epulas, postque adhiberi solitis. 361

CAPVT XIX.

De more quorundam populorum consultandi inter pocula. Quo tempore cœnæ, sermonibus sit vacandum. De vocis risusque moderatione: clamores, aliosque sonos inciuiles & indecoros esse vitandos. Ea quæ dicta aut facta sunt, non temerè esse eliminanda. 365

CAPVT

CAPVT XX.

De Musicæ diuisione, vi, vtilitate ac suauitate, vsu multiplici in sacris, bellis, epulis, apud Hebræos, Græcos, Romanos, &c. De lyra & myrto ἄσαρκα dicta, in conuiuijs circumferri solita. De scolijs & cantiunculis epularibus. An & quatenus musica in epulis adhubenda, de eius abusu. 368

CAPVT XXI.

De saltationum siue chorearum nominibus, origine, differentijs, vsu quadripartito, nempe superstitioso, theatrico, militari, conuiuiali. De saltationum epularium vsu apud Græcos, Ionas, Sybaritas, Macedonas, quæ vt olim Romanis, ita hodie Moscouitis feruntur esse exosæ. Quot nominibus illæ sint improbandę, atque vitandæ, præsertim Christianis. 375

CAPVT XXII.

De ludis conuiualibus in genere, varijs illorum generibus, vt comœdijs, tragœdijs, ludo aleatorio vt olim, ita hodie in epulis frequentissimo, de pugnis, certaminibus, ludis obscœnis inter epulandum ædi solitis. 381

CAPVT XXIII.

De ijs quæ conuiuium consequuntur. Quando veteres cœnam finierint. De peruigilijs symposiacis, certamine & præmijs antiquorum vino tota nocte inuigilantium. Quomodo & conuiuæ, & conuiuator se circa consurrectionem è mensa gerere debeant. De manuum ablutione post cœnam. De poculo seu propinatione vltima vt olim, ita hodie vsitatissima. An cœna potu terminanda. 384

CAPVT XXIIII.

De precibus & cantiunculis post cœnam. De mutua conuiuarum & conuiuatoris gratiarum actione, salutationibus atque valedictionibus. De munusculis conuiualibus, vt apophoretis, &c. De more conuiuas domum deducendi. De lucernarum vsu partim inter ipsas epulas, partim in conuiuis domum deducendis. 388

CAPVT XXV.

De somno siue quiete, & motu siue exercitationibus animi atque corporis post cibi potusq; sumptionem adhibendis, vel non adhibendis. 390

CAPVT XXVI.

De reliquiarum nominibus, vsu multiplici, varia illa, vel colligendi ac recondendi, vel absumendi consuetudine. De ijs quæ sub mensam cadunt. 394

FINIS

Digitized by Google

CATALOGVS AVTHORVM QVI IN HOC OPERE CITANTVR.

ABenezra
Ælianus
Ælius Dionyſius.
Ælius Spartianus
Æolus poeta Græcus
Æmilius probus
Æneas Sophiſta.
Æſchylus
Achæus Tragicus
Actuarius
Acro Grammaticus
Adrianus Iunius
Adrianus Turnebus
Afranius
Agatharchis
Agretius
Agrippa
Alanus Monachus
Albertus Cranzius.
Alciatus
Alcimus poeta
Alexander ab Alexandro
Alexand. Aphrodiſ.
Alexander Sardus Ferrarienſis
Alexander Trallianus
Alexis poeta Comicus
Aloyſius Mundella
Aloyſius Triſinus
Ambroſius
Amerias
Amerinus
Americus Veſputius
Amoſus
Ammianus Marcellinus
Ammonius Monachus
Amphis poeta Comicus
Anacreon
Anaxilas
Anaxandrides
Anaſtaſius
Antias
Antiphanes Comicus
Antiphanes Delius
Antiſthenes
Antonius Gazius
Antonius Schnebergerus
Appianus Alexand.
Apollonius
Apollonij Mirabileshiſto.
Apollonij Interpres
Apuleius
Archeſtratus Syracuſanꝰ
Archilochus Poeta
Arias Montanus
AriſtonChius philoſophꝰ
Ariſtænetus Nicæus
Ariſtophanes
Ariſtophanes Gramaticꝰ
Ariſtoteles
Ariſtoxenus
Arnobius
Arthemidorus
Aſclepiades
Aſconius Pædianus
Aſcenſius
Aſtydamas poeta
Athanaſius
Athenagoras
Athenæus
Auguſtinus
Auguſtinus Eugubinus
Auguſt. Zarath.
Auſonius
Auerroes
Auicenna
Aurelius Victor
Baal Aruch.
Bachilides poeta
Baptiſta Egnatius
Baptiſta Pius
Baſilius
Bartholomæus Georgieuizius
Beatus Rhenanus
Beniamínus Iudæus
Benedictus Curtius
Rabbi Benſyra
Bereſchit Rabba
Beroaldus
Bilibaldus Birkheimerus
Blondus Forolienſis
Boemus deAſia
Boetius
Boethius Seuerinus
Bonfinius
Brodæi Miſcellanea
Bruno de Ceremonijs
Bruſo
Bruyerius Campegius
Budæus
Buchananus
Callixenus
Callimachus
Calphurnius
Camerarius
Canteri nouæ lectiones
Canoniſtæ
Caper Grammaticus
Carcinus
Caſparus Vuolphius
Caſsius Iuriſconſultus
Caſsiodorus
Catius
Catullus poeta
Cedrenus
Cenſorinus
Cælius Rodiginus
Cæl.Auguſtinus Curio
Celtes poeta Lat.
Celſus
Cercides Megapolitanus
Chaldæus Paraph.
Chamæleon Ponticus
Claudianus
Cleantes
Cleatchus Solenſis
Cledemus
Clemens Alexandrinus
Clitarchus
Chriſtianus Vrſtiſius
Chriſtophorus de Vega
Chronicum Caſſinenſe
Chryſippus
Chryſoſtomus
Columella
Conciliator
Conradus Geſnerus

Cordus

Cordubenſis Princeps
Cornelius Balbus
Cornelius Celſus
Cornelius Nepos
Cornelius Tacitus
Cornarius
Cratinus poeta.
Cranzius Hamburgenſis
Crinas Maſſilienſis
Crinitus.
Cuiatius Iuriſconſultus
Cuſpinianus
Cyprianus
Damaſcius Syrus
Demetrius Scepſius
Demoſthenes
Dicæarchus
Dictis de bello Troiano
Didymus Grammaticus
Diogenes.
Diogenes Laertius
Dion Academicus
Dion Caſſius
Dion Chryſoſtomus
Dionyſius Areopagita
Dionyſ. Halicarnaſſæus
Dionyſius Samius
Dinus Florentinus
Diphilus poeta Græcus
Dipnoſophiſtarũ author
Direchidas
R. Doſa
Doſiadas
Duris Samius
Durandi Rationale
Elearchi Amatoria
Elxai
Euneades
Epicharmus
Epictetus Philoſophus
Epigenes
Epigrammatarius
Epiphanius
Eraſmi Chil.
Eratoſtenes
Erotianus
Etymologici magni autor
Eubulus Comicus
Eumolpus
Euphron Comicus
Euſebius
Euſtathius
Euripides
Fabius Pictor
Fagius
Feſtus Pompeius
Firmicus
Fl. Vopiſcus
Fortunatianus
Franſciſcus Forerus Vlyſiponenſis Theologus
Franciſcus Hotomannus
Franciſcus Marius
Franciſcus Patritius
Franciſcus Philelphus
Franciſcus Robortellus
Fronto
Fulgentius Placiades
Fuluius Capitolinus
Fuluius Vrſinus
Galenus
Galatinus
Gaza
Gaſtius Briſacenſis
Gerdonius
Rabbi Gerſon
Gellius
Gerbelij Græcia
Georgius Pictor
Gorrhæus
Gratarollus
Gratianus
Gregorius Palamus Theſſalonicenſis
Gregorius Romanus
Gregorius Sauiræus
Gregorius Nazianzenus
Gregorius Niſſenus
Gulielmus Plantinus
Gyraldus
Hadrianus Iunius
Hecathæus
Hegeſander poeta Græcꝰ
Hegendorphinus
Hephæſt. Schol.
Heliodorus
Hellanicus
Henricus Stephanus
Heraclidis politica
Heraclitus
Hermippus
Hermon de linguis Cretenſibus
Hermolaus Barbarus
Herodianus
Herodotus
Heſiodus
Heſychius
Hieronymus
Hieronymus Cardanus
Hieronymus Gabucinus
Hieronymus Magius
Hieron. Mercurialis
Hieronymus Rhodius
Hieron. Oſorius Luſit.
Hieronymus Zanchus Cant. Lat.
Hippocrates
Hizkuni
Horatius
Homerus
Hotomannus
Hyperides
Iabolenus Iuriſconſ.
Iamblichus
Ianus Laſcharis
Iauolenus
Ioannes Auentinus
Ioannes Fabricius
Ioannes Langius
Ioannes Leryenſis
Ioannes Magnus
Ioannes Manlius
Ioannes Miletius
Ioan. Michael Brutus
Ioannes Peregrinus Petrosolanus
Ioannes Rauiſius
Ioannes Ruſſiæ Metropolitanus
Ion Comicus
Ioſephus Indus
Ioſephus de Antiquit. & bello Iud.
Ignatius
Iſaaci diæcæ particulares
Iſidorus
Iſogonus
Iſychius in Leuiticum

Digitized by Google

Iuba Manusius
Iulius Capitolinus
Iulius Firmicius
Iulius Paulus
Iunij Adagia
Iuuenalis
Iustus Lipsius
Kimhi
Labeo Amistius
Lactantius Firmianus
Lambinus
Lampridius
Lazarus Bayfius
Laertius
Leo Africanus
Leonhardus Fuchsius
Leonhardus Thurneyserus
Leonicenus
Leuinus Lemnius
Libanius
Liber fidei
Liuius
Lucanus Poeta
Lucius Actius Poeta
Luc. Apuleius in Metamorph.
Lucianus
Lucilius
Lucretius
Ludouicus Barthema
Ludouicus Romanus Patritius
Lycus
Lycophron
Macrobius
M. Mantua
M. Minutius Felix Romanus
M. T. Cicero
Mamertinus
Mancinellus
Manardus
Maphæus in Supplem.
Marcellinus
Marcellus Pontifex
Martialis
Martianus Capella
Martianus Iurisc.
Martinus Dunensis Episcopus
Martini Chronicum
Marsilius Ficinus
Massa
Massurius
Mathæus Curtius Papiensis
Mathiolus
Maximus Planudes
Megasthenes
Menander
Mercerus
Mercurialis
Mesue
Methodij Etym.
Michael Sauanarola
Michael Toxites
Miletius
Molpi de Laced. politia
Moscion
Rabbi Moses
Mureti variæ lectiones
Musonius
Nannij Miscellanea
Næuius
Nazianzenus
Neoptolemus Parianus
Nicander Colophonius
Nicesius
Nicolaus Contius
Nicolaus de Moribus gentium
Nicolaus Massa
Nicolaus Mirepsus
Nicolaus Liranus
Nicolaus Perottus
Nicephorus
Nicephorus Callistus
Nicetas de Imperio Isaaci Angeli
Nicostratus
Nigidius
Nonius Marcellus
Nonnus
Olaus Magnus
Odus
Olimpiodorus
Onosander Platonicus
Pachymerius
Palladius
Pandectarius
Paraphrastes
Paulus Ægineta
Paulus Burgensis
Paulus Diaconus
Paulinus
Paulus Iouius Nouicomensis
Paulus Iuriscon.
Paulus Ticinensis
Papinius Poeta
Papinianus
Pædianus
Perotti Cornucopiæ
Perionius
Persius
Petrus Cieza
Petrus Marsus
Petrus Menenius
Petrus Pithœus
Petrus Ramus
Petronius Arbiter
Peuttingerus de Germania
Phanias
Phauorinus
Pherecrates
Phidipides
Philo
Philander in Vitruuium
Philetætus poeta
Phileterus
Philochorus
Philostratus
Philoxenes
Phrynichre
Pierij Hieroglyph.
Pindarus
Plato
Placiades
Plautus
Platina
Plinius
Plutatchus
Poggius Florentinus
Polemon
Politianus
Polybino
Polybius
Polydorus Virgilius

Digitized by Google

Pollux
Pollio Trebellius
Pomp. Festus
Pomponius Iurisc.
Pompeius Lætus
Pomponius de Origine iuris
Pomponius Mela
Pontanus
Pontius Paulinus
Posidippus Comicus
Posidonius Stoicus
Proculus Iurisc.
Propertius
Prudentius
Pul. Callimachus
Publ. Callymachus
Pyrgion
Q. Curtius
Quintilianus
Rabanus
Rasis
Ritius
Robertus Constantinus
Samuel Heylandus
Satyrus
Saxo in Danica historia
Sabellicus
Sapho
Sardus
Seleucus
Seneca
R. Selomoh Iarchi
Septuaginta
Serenus
Seruius
Scaliger
Schola Salernitana
Scholiastes Aristophanis
Scholiastes Apollonij Rhodij
Scholiastes Theocriti
Scæuola
Sidonius Apollinaris
Sigismundus Baro in Herberstein
Simeon Bosius
Simeon Sethi
Simonides
Simplicius Physicus
Socrates
Solinus
Sophocles
Sophronius
Spartianus
Statius
Stapulensis
Stephanus
Stoeflerus
Strabo
Stratides
Stat. Papin. Syl.
Suetonius
Suida
Synesius
Tacitus
Thalmud
Tarrhæus Scholiastes Pindari
Theognis
Theocritus Chius poeta
Theodectes Phaselita
Theodorus Zuinggerus
Theophilus
Theophrastus
Theophylactus
Theopompus
Terentius
Tertullianus
Tibullus
Timon Phliasius
Thomas
Thomas Aquinas
Thomas super Ioannem
Thucidydes
Trebatius
Trebellius Pollio
Tremellius
Tryphon
Turinus
Tylesius
Valescus
Valerius
Valleriola
Varinus Hesychius
Varro
Vergilius
Vetrius Flaccus
Vitruuius
Vlpianus Iurisc.
Vopiscus
Vuolphgangus Lazius
Vulcatius Gallicanus
Vulfchius de Arte Magyrica
Xenophon
Zenodotus
Zonaras

Digitized by Google

DE LIBRIS CONVIVIALIBVS DO. IO. GVILIELMI STVCKII ERVDITISSIME SCRIPTIS.

QVISQVIS amas lautis conuiuia regia menſis,
Seu ritu Graco cernere, ſeu Latio:
Quiſquis amas tenues epulas, paruumq; ſalinum,
Et quæ grata bonis ſimplicitate placent:
Aſpice quæ STVKIVS chartis apponit miſtis:
Magno illi ſumptu, ſed tibi parta leui.
Néue putes parcum te conduxiſſe choragum,
Ille vna lectos, vaſa, tapeta dabit.
Quin numerumq;, locumq; vmbris, famulosq; paratos:
Et quà quiſq; dapes veſte decorus adit.
Vina quoq; è cellis ſi quæ generoſa vetuſtis
Promuntur, larga porrigit ille manu.
Poſtq; dapes iſtas, bellaria lauta miniſtrat.
Quid non? Saltantes, Muſica, dicta, iocos.
Ergo quid melius tantis accumbere menſis,
Quáſue epulas vnquam latior eſſe potes?
Verùm fallor ego. Nanq; hæc imitatà Platonem,
Mentis, non ventris, ſunt tibi ſympoſia.

L.D.L.B.

FElix qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
Εργων τε βεοτέων πάντ' ἴδη εἰδήμφαι.
Quod verò ex paucis STVKIVS ſit talibus vnus,
Βιβλία ταῦτα λέγει, ἄλλα τε μάρτυρίει.

ΑΛΛΟ.

Αρχαίων τε νέων τε ἴδη γνῶναι φίλε δ' εἴπτων
Βυλόμθ', ΣΤΤΚΙΟΤ βιβλία γνῶθι τάδε.

ΑΛΛΟ.

ΕΙΣ ΧΡΙΣΤΟΝ ΨΤΧΟΣΩΜΑΤΟΘΡΕΠΤΗΡΑ.

Αἰνετός ἐσσι ξείφων ψυχὰς καὶ σώματα ΧΡΙΣΤΕ.
Δὺς εἶδ' ἀρ φθαρτοῖς σώμασ' ὀπιχθόνιον.
Ψυχαῖς τ' ἀθανάτοις αἰεὶ μίμνουσαν ἐδωδὴν.
ΧΡΙΣΤΕ, καλῶς χρῆσθαι, μοι δόσι, ἀμφοτέρων.
Ὄφρα τυχὸν ποτε σεῖο ἐπουρανίοιο ξαπίζης
Χαίρω, ἀεὶ μετὰ σοῦ εἰλαπινάζομθ'.

Sadrachus Thomannus Tigurinus.

Digitized by Google

IN DOCTISSIMI VIRI D. IO. GVILIELMI STVCKII PRAECEPTORIS SVI SVMME obseruandi Libros de Conuiualibus Antiquitatibus Carmen Erhardi Schieggij.

שיר החרדי שיש מרכב

מתנוצצות ויתרים חברו ארתריוס שיגיוס
להוחיר את בעלי משתים לקרא
בספר חזה חיטב:

קום בוא חלום עושה משתה במבטחה
חקשיב רבנת מח־נאיה ליום שמחתה:
בעל גרל־חבמה חזה לך ספר
חבר מלא־אמרי בינה וחור שפר:
מבל ספרים שחמח מקרשים
אסת רברים חבבור מלבשים:
ויבתבם על גליון לפי סרר
לתת ראויים משפטים בטוב גרר:
על־בן במשתים אם תרצה חיית נבון
או לעריך את שלחנות בהור נבין:
רע העלמות חאלת ובקרות
מפר ומפי שחיו מפזרות:
בזח קרומים יש נגלים ותרושים
שיראי מחם בל־שבבר חישים
רק אר להתעג אימה בעת קרמת
נחיר ארחות בין אוהבי חבמה:
שלא להשמין בטנו בסעודתי
בי אם להלל את חאל בתודתי
נולר אנוש: לבן איש איש אשר יבל
בוא לאבול לחב קורש ולא תחול:

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIQVITATVM
CONVIVIALIVM LIBER
PRIMVS.

DE VARIIS CONVIVIORVM NOMINIBVS. CAPVT. I.

QVONIAM, vt ille inquit, εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα, id est, ad benè docendũ primò expendere oportet nomina, operæpretium mihi facturus videor, si de nominibus conuiuiorum varijs prius dixero, exordio ducto ab Hebræis ceu omnium antiquissimis. Inter ea autem maximè commune est nomen משתה Mischte deriuatum à שתה quod bibere siue potare significat, cui affine est nomen Græcum συμπόσιον compotatio. Gene. cap. 19. & 21. Ierem. 16. Iud. 14. Esdræ 3. Esther 1. Esther 4. semel atq; iterum Mischte iain, id est, conuiuium vini appellatur. Hebræa.

Dicitur etiã ab ijsdem מסב Meseb, id est, discubitus epularis, vt Cicero, inquit, siue accubatio, propriè circuitus à סבב Sabab, quod accũbere significat, 1. Sam. 16. & Cantici 1. Dum esset rex במסבו in conuiuio suo: sic autem dicitur, quia in circuitu vt in mensa rotunda discumbebant.

Vox quoq; לחם Lechem (quæ propriè panem significat, & synecdochicôs pro quouis cibo accipitur) etiam pro conuiuio vsurpatur. Daniel. 5. Balsezar rex עבר לחם רב Abad Lechem rab, id est, adornauit conuiuium magnum.

Similiter יין Iain, id est, vinum pro compotatione tota aliquando accipitur, vt in illa sententia R. Dosæ, Somnus matutinus, & vinum meridianum, &c.

Item זבח & טבח Zebach & Thebach propriè quidem sacrificium siue victimam significant, sed crebrò in sacris literis pro conuiuijs vsurpantur, quæ sacrificijs præsertim pacificis adhiberi fuerunt solita, vt suo loco dicetur. Vt Soph. 1. Præparauit Dominus sacrificium, & sanctificauit inuitatos suos. Item 1. Sam. 9. 16. & 20. vbi Dauid excusatur, quod non venerit ad conuiuium, eò nimirum quod Bethlehemam abierit ad sacrificium suæ familiæ, hoc est, ad conuiuium, non enim licebat illic sacrificare. Iudicum cap. 6. v. 18. Gedeon scribitur voluisse viro Dei, id est, angelo sacrificium apponere, quo tamen in loco dubitant interpretes, fuerit ne illud sacrificium, an prophanum conuiuium, verum posterior sententia videtur esse verisimilior.

Aliud quoq; vocabulum conuiuium significans reperitur Amos 6. v. 7. מרזח Marzeach, de quo sic Mercerus piæ memoriæ præceptor meus obseruandus disserit in suis commentarijs: Marzeach epulum propriè significat, vel (vt nonnulli volunt) coctionẽ, qualis in exequijs mortuorum fiebat, vnde vertunt tabernam. Hebræi doctores exponunt pro luctu, Ierem. c. 16. v. 5. sed eo loco significat etiam conuiuium, sed funebre. Kimhi etiam hoc loco pro luctu exponit. Quidam Hebræorum inquiunt radicem רזח Razah (quæ hic tantum & Ierem. loco citato occurrit) significare vocem vel ob luctum, vel ob lætitiam attollere: ex lingua Arabica, vbi ita sumitur. Vnde Abenezra hoc loco exponit: Et facesset canticum. Hieronymus factionem reddidit, sed respicit ad consensum eorum qui simul conuiuium celebrant. Rectè ergo, si libet, compotationem verteris. Nam & in libro Siphre apud illos celeberrimo, in illud initium, Num. 25. מרזחין Mirzechim sunt epulæ, vbi agitur de filiabus Madianitarum quæ Israëlitas vocarunt ad epulas deorum suorum, & Baalpeori, & ita etiam in Targum Ionathæ hoc loco sumi necesse est. In Thalmud exponunt, vt docet Baal Aruch מרזח Mirzach, id est, luctum, vt sit vox constata ex מר mar, id est, amaro, & זח Zach, id est, educi, remoueri, quasi, vt ille inquit, sit luctus eductus cum amaritudine & commotus. Hæc ille. Septuaginta verterunt θίασον, de qua voce postea.

סעודה Seudach quoq; conuiuiũ Rabinis dicitur, nimirum à סעד Saad, quod & corroborare, & prandere significat, 1. Reg. 13. Veni mecũ vt prandeas, nam cibi sumptio stomachũ corroborat. Hinc סעד משתי Said Misthe, recreatio potus siue conuiuij. Isa. 3. & סעודתא Seudetha cibus, 2. Reg. 11.

Digitized by Google

His adde ארוחה *Arucha, quod vulgò prandium siue conuiuium vertunt, Ierè. 4. & Prouerb. 15. cum tamen, vt Grammatici monent, propriè consuetum seu vsitatum cibi demensum significet. vel etiam viaticum ab* ארח *Arah, id est, iter fecit.*

כרח *Kerah quoque Hebræis est conuiuium, vt 2. Reg. 6.* ויכרח לחם ברח גדולה *Et adornauit illis conuiuium magnum.* ברח *Karah propriè scindere, incidere significat, sed sæpe pro emptione, & venditione accipitur, sumpta significatione, vt nonnulli volunt, à ritu ementium & vendentium, quod illi (vt apud nos) dextras datas discinderunt percussione, siue discissione, qua emptionem factam ratam esse significare voluerunt. Sic quoq; in fœderibus contrahendis animalium dissectiones fiebant, quibus fœdera confirmabantur, de quo infra. Simili quoque ratione verbum* שבר *Schabar in emptione, & venditione panis, vel frumenti, vel alterius escæ pro distribuere, seu comparare accipitur. Loca autem in quibus* ברח *Karah pro emere vsurpatur sunt, Deut. 2. Et aquas scindetis ab eis pro argento vt bibatis, id est, emetis. Iob. 6. Oseæ 3. Ego scidi mihi eam pro 15. argenteis. Conuiuium ergo Kerah dicitur ab emptione nimirum eorum quæ ad illud sunt necessaria. Quid si etiam sic appelletur vel à concisione siue mactatione animalium, vel ciborum dissectione, atque distributione, vt δαῖς apud Græcos, de quo infra.*

Chaldaicè siue Syriacè conuiuium nominatur משתיא *Misthaia, Iudic. 14. &* משתות *Mæschthuta, Matth. 22.* γάμος, *&* שרותא *Scharuta (quæ vox etiam Iob. 1. reperitur) Luc. 14.* ἄριστον, *&* קרבלא *Kubala, Luc. 14.* δοχὴ, *&* חשמית *Haschameta, eodem in c.* δεῖπνον *vertitur. De voce Lechem, Dan. 5. supra dictum est. Hæc de nominibus Hebraicis atque Chaldaicis.*

Græca. *Græci porrò, quorum lingua & Hebræa & Latina est locupletior, multa habent nomina quibus conuiuium appellant, quorum alia quidem sunt generalia, alia vero specialia, quæ tamen ipsa quoque generatim sæpe & per synecdochen pro quouis conuiuio vsurpantur. Maximè autem commune & tritum Græcis est vocabulum* συμπόσιον, *quod Latinè compotium siue compotamentum nonnulli reddunt. Cicero compotationem vertit lib. de senectute, vbi vocem Latinam conuiuij Græco vocabulo longè vrbaniorem atque honestiorem esse dicit. Idem porrò vocabulum, vt ex Athenæo & Polluce patet, non modo conuiuium, sed locum quoque significat in quo conuiuium agitatur, nec non librum qui conuiuij alicuius descriptionem continet, qua quidem significatione à Platone, Xenophonte, & Luciano vsurpatur. Nonnunquam* συμπόσιον *de ipsis conuiuis dicitur, vt conuiuium aliquando apud Latinos.* Συμποσίας *quoq; vocabulum in fœmineo genere à Polluce affertur, sed nullius Scriptoris authoritate confirmatur. Lib. 3. Machab.* ὁ συμποσία, τὸν τῆς συμποσίας καιρὸν, *id est, compotationis tempus significat.*

Συμπόσιον

Πότος & ποτός. *Πόσις quoq; & πότος, & in plurali πόσεις, id est, potatio, compotationem siue conuiuium significat apud Menandrum,* πόσεις συνηχεῖς, κύβοι, *id est, compotationes assiduæ, lusus: Eadem voce Cyrillus quoque in hac significatione vtitur. Athen. lib. 4.* ὅταν ὁ βασιλεὺς πόσιν ποιῆται, συμπότας αὐτοῦ εἰσιν εἰς μάλιστα δώδεκα. *Sic παρὰ πόσιν apud Athen. & Plut. inter potandum: Item super conuiuium.* Ποτὸς *vero accentu in vlt.* ἔκπωμα, *id est, poculum est Ammonio & Suidæ,* ποτὸς τὸ πινόμενον, πότος ὁ τὸ συμπόσιον. Σφοδρῶς ὁ πότος γινόμενος, ἐνεδρίουσιν ὁ ἰσιάτωρ, αὐτὸς μὲν ὀλίγον ἔπινεν, αὐτοῖς δὲ πολὺ ἐγχεῖν τοῖς θεραπόντεσιν ἐκέλευσε. *Cum autem ferueret compotatio, ipse quidem conuiuator veteratoriè agens parum bibebat, conuiuis autem iubebat multum infundi. Hæc ergo duo vocabula Græca respondent Hebræo Mischte, de quo supra.*

Δοχὴ. Δοχὴ *quoque conuiuium dicitur ab excipiendis conuiuis, Luc. 5.* ἐποίησε δοχὴν μεγάλην, *id est, fecit conuiuium magnum, & Luc. 14.* Δοχὴν ὅλως τελεῖν *conuiuium scilicet dominicum celebrare, Ignatius, quod interpres reddidit missas celebrare. Item* ὑποδοχὴ *cum ipsum excipiendi actum, tum etiam aliquando conuiuationem, siue conuiuiũ significat quo quis excipitur. Bud. Com. ex Plut.* ἀπὸ τῆς ὑποδέχεσθαι, *conuiuio excipio. Athen. lib. 6.* τὸ ὑποθεὶς τὰς χεῖρας δέχομαι, & δέξιῶμαι, φιλοφρονοῦμαι, ἱστιῶ *Bud. Com. Inde* ὑποδεκτὴ, *id est, cœna aduentitia, de qua infra, &* ὑποδοχεὺς, *id est, ἱστιάτωρ qui excipit conuiuio. Vocabulis* δοχῆς & ὑποδοχῆς *respondet Syriacum Kubala, Luc. 14. de quo supra, similiter à recipiendis hospitibus dictum.*

Ἑστίαμα. *Item* ἑστίαμα *Euripid. in Iphig. &* ἑστίασις, *Plato de Rep. 1. Thucid. 6. Clem. Alexand. Paedag. epulationem siue epulum significat: his adde* ἑστιατορίαν *ex Græc. Bib. interpret. Reg. lib. 4. cap. 24.* ἀπὸ τῆς ἑστιᾶν, *id est, domo, siue conuiuio excipere.*

Συσσίτια

Συσσίτια quoq; & συσσίτιον cibi communio, siue communis cibi participatio dicitur, & σίτησις Polluci ius epulandi, siue cibum capiendi, victus. Συσσίτια.

Συνουσία similiter cum pro consuetudine, colloquio, conuentu, coitu, tum pro conuiuio quoque sæpe accipitur. Plato Sympos. μὴ δῆτα μάθης ποιήσασθαι τινὰ ἐν τῷ παρόντι συνουσίαν. Plut. Symp. συνουσίας ποιοῦνται μετ' ἀλλήλων ἐν ἀφθόνοις πᾶσιν cœtus instituunt cœnuales. Eadem significatione ab Ath. lib. 10. & alibi sæpe vsurpatur. Συνουσία.

Similiter σωσσιτος quoq; sæpe pro cœtu siue congressu conuiuiali vsurpatur, vt Ath. 5. σωσσιτοι δὲ φιλοσόφων conuiuia Philosophorum, & Athen. lib. 7. σωσσιτος & παμμιγὴς ὄχλος conuiuium ex promiscua hominũ turba. Apud Diog. Laert. in Epicuri testamento, καὶ εἰς τὴν γινομένην σύνοδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν εἰς τὴν ἡμέραν τοῦτον, καὶ μηνὸς δωδεκάτης κατὰ τεταγμένην, quæ Cicero ita reddidit: Itemq; omnibus mensibus vicesimo die lunæ dent, ad eorum epulas, qui vna secum philosophati sunt, vt sui, & Metrodori memoria colatur. σύνοδος ἐν οἴνῳ Polluci, id est, conuentus siue congregatio in vino. Σωσσιτος &.

Ευωχία quoque conuiuium à Græcis appellatur, non vt inquit Athen. ἀπὸ τῆς ὀχῆς, id est, à cibo, vt nonnulli volunt, sed ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα ἐυ ἔχειν quod in ijs se benè haberent, quasi ἐυεχία: quippe cum ad ea conuenientes Dei cultores lætitiæ indulgerent: animumq; relaxarent, Eustathius vtramq; notationem ponit & proinde approbare videtur. Ιλ. α. 118. ἀπὸ τῆς ὀχῆς (quod cibum significat) secundum nonnullos deriuatur, & τὸ ἐυωχθεῖν apud Hesiodum lætari, feliciter agere, & ἐυωχία per ἐπίτασιν. Idem Ιλ. β. 212. ἀπὸ τῆς ὀχης fit ἐυωχία per intentionem ὡς ἐῦ συμέχουσα, τὸ σῶμα: alij tamen sic volunt, dictum ἀπὸ τοῦ ἐυ ἔχειν τὰς συνόντας εἰς ἐυφροσύνην τιμῇ τοῦ θείου, καὶ εἰς ἄνεσιν ἑαυτὰς καθιέναι. Clemens Alex. Pædag. lib. 2. ad eandem etymologiam alludens. In cœlis autem, inquit, est hoc cœleste conuiuium (ἡ ἐπουράνιος & ἐυωχία) quod quidem dicit esse charitatem Dei & proximi. Hinc Xenophon lib. 3. de factis dictisq; Socratis ἐυωχεῖσθαι dicit de ijs verè pronunciari, quæ sunt parabilia, & neq; animo, neq; corpori grauia, eosq; qui sobriè viuunt rectè ἐυωχεῖσθαι dici ex verbi proprietate. Cel. lib 9. cap. 13. Ευωχία.

Δαῖς quoque, poeticè δαίτη Appollon. 2. Argon. δαίτην ἀμφιέπουσι, & Ιλ. χ. (Eustath. id σκληρότερον esse dicit) & δαιτὸς Ιλ. χ. cum cibum, tum conuiuium significat. Deriuatur autem teste Athen. lib. 1. ἀπὸ τοῦ δαίεσθαι, ὅ ἐστι διαμοιρᾶσθαι ἐπίσης, hoc est, ab æquali diuisione, seu distributione cibi, atq; potus olim in conuiuijs vsitata. Hinc eodem teste, δαῖτα volunt sæpe ab Homero ἴσην dictam quasi ἴσην ἀπὸ τῆς ἰσότητος secundum pleonasmum Ionicum literæ Iota, quia, vt Eustath. interpretatur, ἰσομοίρως ἐδαίνυντο διὰ τὸ ἀφιλόνεικον, id est, æqualibus portionibus cuique assignatis conuiuabantur contentionis vitandæ gratia: vnde δαιτὸς teste Athen. dicebatur is qui carnes assabat, quique æqualem singulis portionem dabat. Hac autem æquabili portionum distributione idem author vult conuiuia (quæ olim summa cum contentione, atq; etiam cædibus fuerunt celebrata, singulis cibum auidè rapientibus, vnde etiam ἀταδαλίαν nonnulli volunt esse dictum) εἰς κόσμον ad modestiam, ac iustum legitimumq; ordinem fuisse redacta. Idem quoque vult hanc ob causam δαιτὸς vocabulum solis hominibus ab Homero merito tribui, bestijs non item: propterea quod soli homines, vt electionis, ita æquabilitatis quoque seu æqualitatis sint capaces, atq; idcirco Zenodotum reprehendit, quod is vocem hanc de bestijs quoq; prædicarit. Seleucum tamen, idem testatur, δαῖτα voluisse literarum mutatione dictam quasi δαιταν, & priorem illam deriuationem ceu nimis coactam & violentam reiecisse. Δαῖτα quoq; pro conuiuio videtur accipi apud Athen. lib. 4. ἄχλυτον ἐποίσειν ἐλθόντα τὸν χείρονα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος δαιταν, nisi forsan sit mendum, & δαῖτα legendum. Suidæ quoq; δαῖς videtur dicta quasi δαιτα literarum transpositione, illud autem etymon δαίεσθαι esse βιαιότερον. Hinc πανδαισία quoq; δαψιλὴς καὶ παντοία ἐυωχία, siue ποικίλη, καὶ ἐκ διαφόρων ὄψων ἐυωχία vt tradit Aristoph. Schol. Pace, id est, conuiuium magnificum, varijsq; ferculis constans. Δαῖς.

Αγάπας quoq;, hoc est, charitates nonnulli Clementis Alexandrini tempore prandia & conuiuia vulgo nominabant, vt ipsemet testis est Pædag. lib. 27. vbi hanc appellationem reprehendit: Nam fit quidem, inquit ille cœna propter charitatẽ, sed non est ipsa charitas, verum δεῖγμα ἐυνοίας κοινωνικῆς, καὶ ἐυμεταδότου, id est, signum beneuolentiæ ad cõmunicandum, largiendumq; propensæ. Et paulo post, Charitas, inquit, non est cœna, sed cœna à charitate pendet. Et tamen cœ Αγάπας.

ne illæ Christianorum primitiuæ ecclesiæ quæ cœnæ dominicæ fuerunt appendices, agapæ fuerunt appellatæ, propterea quod mutuæ charitatis atq; coniunctionis tuendæ causa fuerunt institutæ.

Εἰλαπίνη. Εἰλαπίνη (qua voce crebrò Homerus vtitur) propriè magnificum & opiparum conuiuium significat. Ιλ.χ.

Αἰειδ' ἐν δαίτῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι παρίστα: interpretantur ἑορτάς, ὅτι κατὰ ἴλας πίνουσιν εἴρηται δὲ καὶ παρὰ τὸ ἴλαστον ἄζεσθαι τὰς ἰωχέντας, ὅ ἐστι παράστεσθαι. Et Odyss.α. εἰλαπίνη ἠὲ γάμοιο, ἐπὶ οὐκ ἔραται τὰ δεῖγ' ἔστιν: vbi εἰλαπίνη & γάμος, quod ad splendorem & magnificentiam essent apparata, opponuntur ἱράνῳ ad quod plurimi, sed suo quisque sumptu conueniunt. Athen. lib. 8. (id quod etiam docet Eustath. Ιλ.ρ. p. 1160. 201.) τὰς, inquit, θυσίας, καὶ τὰς λαμπροτέρας παρασκευὰς, id est, sacrificia, & splendidiores apparatus veteres nominabant εἰλαπίνας, & qui illis fruebantur εἰλαπινασὰς. Idem paulò post, εἰλαπίνας, inquit, vocarunt ab illorum apparatu, atq; sumptibus, nam λαφύσσειν, & λαπάζειν idem significat quod ἐκκενοῦν καὶ ἀναλίσκειν, id est, exinanire & absumere. Vnde & λαπαρὸς macilentus, & λάπαθος herba quod ventrem euacuet, & λαπάρα, id est, venter, Eustath. videtur dici Οδ.α. Poetis quoq; ἀλαπάζειν per pleonasmum literæ α idem est quod πορθεῖν, id est, depopulari, diripere, & ea quæ depopulando abrepta sunt λάφυρα, id est, spolia appellantur παρὰ τὴν λάφυξιν. Æschylus & Euripid. εἰλαπίνας volunt dici ἀπὸ τοῦ λιλαπάχθαι, id est, euacuando, λάπτειν enim significat concoquere. Eustath. quoq; de Athenæi sententia à λάπτειν derivat διὰ τὸ λαπτικὸν τῆς τοιαύτης λαμπρᾶς παρασκευῆς καὶ δαπάνον, addit tamen antiquis Grammaticis εἰλαπίνην etiam ἰωχίαν πολυτελῆ ἐν ᾗ κατὰ εἴλας, ἤτοι ὁμοῦ εἰλούμενοι πολλοὶ ἵππον χαίοντες δηλαδὴ τοῦ δειπνοκλήτορος. Οδ.α.50. Idem Οδ.ρ.646. in illa verba,

εἰλαπινάζουσιν πίνουσι τε αἴθοπα οἶνον,

πίνουσι, inquit, addit, quoniam εἰλαπίνη etiam dicitur ἐκ τοῦ λάπτειν, καὶ πίνειν, ἢ κατὰ εἴλας πίνειν. Pindarus ἔνθαμιν δ' Ὧρονες ἴλαι σὺν καλάμοιο βοᾷ θεὸν δ' ἔχονται. Celius lib. 27. c. 24. Dici ilapinem interpretantur ab ἴλαι, quo nomine ordines intelligunt, ac vertigines, quas iuniores ederent in choris, cuiusmodi à commessantibus post victoriam exhibebantur. De voce εἰλαπίνη & ἴλαι, siue εἰλαι, vide plura apud Eustath. Οδ.α.50.

Θοίνη. Θοίνη similiter epulum siue conuiuium significat, sic dictum, teste Athenæo lib. 2. ὅτι διὰ θεοὺς οἰνοῦσθαι δεῖν ὑπελάμβανον, id est, quia propter Deos largius vino indulgendum esse putabant. Addit idem ex Seleuco, antiquitus neq; vino, neq; vllis alijs lautitijs indulgere fuisse licitum, nisi id deorum gratia fieret: hinc & θοίνας, & θαλίας, & μέθας dictas esse. θοίνημα quoq; apud Euripid. in Oreste, & θοίνα in epigram. & θοινητήριον apud Eurip. Hesych. pro dapibus pariter, atq; epulis vsurpantur. Hinc θοινᾶν, & θοινᾶσθαι, id est, conuiuari, θοινήτωρ conuiua, θοινητικὸν ad conuiuandum aptum, θοινητικὰ ὄργανα. Xenoph. in Oecon. instrumenta ad epulationem, Cic. apud Columellam 12. c. 13. προτόθοινία prima conuiuij portio Polluci. Item δημοθοινία, πανθοίνη, πανθοινοία Polluci. Suidæ idem quod πανδαισία, id est, publicum & magnificum conuiuium: & inde πανθοινεῖν epulari, & πανθοινεὶ aduerbium, id est, solenni epulo, siue per totum epulum. His adde εὐθοῖνον splendidum conuiuium.

Θαλία. Θαλία quoq; conuiuium propriè magnificum, ac omnibus rebus abundans significat, quasi dicas floridum siue virens, nimirum à θάλλειν, quod florere significat. Athen. lib. 2. θαλίας à veteribus testatur nuncupata esse conuiuia festiua ὅτι θεῶν χάριν ἠλίζοντο, καὶ συνήεσαν, id est, quia deorum gratia congregari, & conuenire consueuerant: videtur ergo Athenæus hoc vocabulum deducere ab ἀλίζομαι. Vnde ab Hesychio exponitur πανήγυρις. Budæus quoq; apud Herodotum non tantum pro epulo, sed etiam pro die festo, & feria vsurpari annotat. Inde θαλλιάζειν Plutarch. in Sympos. & alibi interpretatur φιλοφρόνως, καὶ ἱλαρῶς συνίεναι ἀλλήλους ἐν οἴνῳ, id est, summa cum hilaritate, & beneuolentia mutua celebrare conuiuia. Hinc Athenæus lib. 1. ἀπαθαλίαν vult esse dictum, quoniam homines ἐν ταῖς θαλίαις, hoc est, festis deorum atque conuiuijs, quæ in ijs agitari fuerunt solita, peccandi initium fecerunt. Notandum quoque δαῖτα θάλειαν, & εἰλαπίνην τε θαλίην ab Homero, & alijs Poetis sæpe poni pro conuiuio opiparo, quod aut ipsum splendido apparatu quasi vireret, aut ipsos conuiuas quasi virere faceret, hoc est, conuiuium latum, & festiuum. Eustath. ex quodam poeta, ἐπὶδ' ὀφρύσι σελίνων στεφα-

νίσσας

νίσκους θέμιδος θάλειαν ἑορτὴν ἀγάγωμεν, id est, vt inquit, in qua ἔθαλλον ὑπερβάλλοντες τὰ ἐωθότα: vbi bene exprimitur quid sit θάλεια ἑορτὴ siue λαῖς, in qua nimirum στεφανίσκους ἐπὶ ὀφρύσι τιθέντες ἐλώχευν, id est, in qua coronati latiâ, ac hilares genio indulgebant: Ac deinde generalius hoc vocabulum vsurpatum pro quauis festa ac hilari celebritate.

Θίασος etiam conuiuantium cœtum siue conuiuium significat, vnde Hesychius quoq; non solum exponit βαχχικὸν πλῆθος, sed etiam ἐυωχίαν. Et Athen. lib. 8. quum ἔρανος esse dixisset τὰς ἀπὸ τῆς συμβαλλομένων εἰσαγωγὰς subiungit, hunc ipsum ἔρανον vocari etiam θίασον, indeq; συνθιασώτας appellari τοὺς συνιόντας ἐρανιστάς. Eodem sensu accipiendum quod initio lib. 5. dicit, τάτε φυλετικὰ δεῖπνα, καὶ τὰ δημοτικὰ συνεστίαζον: ἐν ᾗ τοὺς θιάσους, καὶ τὰ φρατρικὰ καὶ ὀργεωνικά. Et Plut. in Hel. de Ægin. ait: τῷ ποσειδῶνι θυσίαν ἄγουσι τοὺς καλουμένους θιάσους, ἐν ᾗ καθ' αὐτοὺς ἐφ' ἡμέραις ἑπταίδεκα μετὰ σιωπῆς ἑστιῶνται. Hæc eadem porrò vox cùm generatim pro quouis cœtu saltantium, reiq; diuinæ vacantium, tùm, vt testis est Athenæus lib. 8. pro turba hominum Bacchicos choros agitante vsurpatur, secundùm illud Euripid. ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν. Video autem thiasos tres muliebrium chorearum. Eiusdem meminit Demosth. pro Coron. Virgil. Eclog. 5. Θίασος.

Instituit Daphnis thiasos inducere Baccho. Et Æneid. lib. 7.

Tum quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultant thiasis ——— *vndiq; collecti coeunt.*

Thiasos autem alij ἀπὸ τῆ τὰ θεῖα ἄσαι, id est, à sacris carminibus, alij verò ἀπὸ τῆ θεῖν, id est, currendo, volunt esse nuncupatos. Athen. vult ἀπὸ τῆ θεῦ, id est, Deo esse dictos, quoniã dij Laconica lingua σοὶ appellantur. Eadem ferè Suidas habet.

Ερανος idem quod θίασος, teste Athenæo, conuiuium collatitium, quod à symbolarum collatoribus (vt Plautus loquitur) instruitur, conuiuium in quod suam quisque symbolam siue partem confert. Athen. lib. 8. ἔρανοι αἱ ἀπὸ τῆς συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ ἀπὸ τῆ συνερᾶν (quod si legendum συνερανίζειν, Eustath. Odyss. λ. 459. συνερᾶδαι legit, quam vocem vocat nouam) καὶ συμφέρειν ἕκαστον ἔρανον, id est, conuiuium collectas conferentium. Didymus exponit, δεῖπνον ἐκ συμβολῆς, id est, conuiuium ex collecta. Idem etiam ἀπὸ σπυρίδος, id est, à sportula dicebatur, teste Athen. Eustath. in Odyss. λ. vbi tria hæc γάμος, ἔρανος, & εἰλαπίνη coniunguntur. Sciendum est, inquit, quod τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον, id est, conuiuium ex symbola, Hesiodus ἐκ κοινῆ, id est, ex communi appellauit, & id est ἔρανος. Idem in Ιλ. α. annotat ἔρανον esse τὴν ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἤγουν καταβολῆς, καὶ δαπάνης ἐυωχίαν. Vbi annotat etiam ἔρανον fuisse κόσμιον, ac minime πολυτελῆ. Solitos enim fuisse τοὺς ἐρανιστὰς vt plurimum φειδωλῶς ἐδίειν parcè comedere, quoniam vnusquisq; τὸ ἴδιον ἤδιε, id est, suum comedebat. Hesiodo huiusmodi conuiuia placuerunt, propterea quod in illis iucunditatis plurimum, sumptus haud multum inesset. Quin & Romanis probrosum videbatur esse ἀλλοτριοφάγον, id est, alienis vesci ac proinde singuli ferebant quod essent ac biberent. Ερανος.

Συναγώγιον quoq; Græcis conuiuium dicitur, vt συνάγειν est compotare. Athen. lib. 8. sub finem, ἔλεγον ᾗ συνάγειν καὶ τὸ μετ' ἀλλήλων πίνειν, & συναγώγιον τὸ συμπόσιον. Sed conuiuium propriè intelligendum quod ex symbolis fit, quod θίασον & ἔρανον paulò antea diximus appellari. Addit enim Athen. (interiecto Menandri loco) μήποτε ᾗ τοῦτ' ἔστιν τὸ ἀπὸ συμβολῶν καλούμενον, id est, quod ex collectis siue collatis symbolis fit, quod etiam Athen. συναγώγιμον δεῖπνον appellat, id est, σύμβλητὸν collatitium. Eadem Eustath. tradit. Ιλ. π. f. 1113. Συναγώγιον.

Αριστον, δεῖπνον, σύνδειπνον (Athen. lib. 8. quod concœnationem Cic. epistola 9. ad Pœtum vertit) δόρπος & δόρπον licet certas quasdam conuiuiorum species propriè significent, tamen in genere pro quouis conuiuio creberrimè apud authores vsurpantur, de quibus infra commodior erit dicendi locus. Αριστον.

Αἶκλον quoq; & συναίκλειαν à Doris δεῖπνα, & σύνδειπνα dici, testis est Athen. lib. 4. & ἑπαικλία ab ijsdem secundæ mensæ appellantur. Αἶκλον.

ἡβητήρια quoq; conuiuia dici, testis est Athen. lib. 10. καὶ τὴν ἥβην ᾗ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοῦσαν αὐτοῖς, ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια, id est: Heben finxerunt Poetæ stare à poculis deorum, forsan quia conuiuia dicta sunt Hebeteria. Eustath. quoque annotat ἡβητήρια.

ἠβητήριον esse συμπόσιον, & interdum τὴν ἄσεμνον συναγωγὴν. Il. φ. 1280. Idem vocabulum & Suidas παιδευτήριον, id est, ludum literarum, & Hesych. ἐστιατόριον, & κατάλυσιν, id est, locum amœnum comparatum ad conuiuia agitanda exponit. Suidas quoq; ἠβητήριον interpretatur κατάλυσιν.

Κυλικεῖον. Κυλικεῖον quod proprie calicum repositorium, siue locum calicibus reponendis destinatum significat. Aliquando pro cõuiuio vsurpatur, vt accipit Eustath. in illo loco qui citatur ab Athen. lib. 11. ex Cratino. μόλις εἰς τὸ κυλικεῖον ἀνεγράφην, id est, εἰς τὸ συμπόσιον, quasi videlicet παρεγγεγραμμένος. Κώθων quoque (quod est poculi Laconici, & militaris genus Athen. lib. 11.) etiam pro ipsa compotatione nonnunquam videtur accipi, quod horum poculorum maximus in compotationibus vsus esset. Athen. lib. 11. τῷ δὲ κώθωνι ἐῦ μάλα προβεβηκότι. Hinc περὶ κώθωνα διατρίβειν potare seu compotare. Plutarchus in Pyrrho & Antonio.

Κώθων.

Κλητώριον quoq; pro conuiuio à Græcis vsurpatur. Suidas κλητώριον ἡ βασιλικὴ δόξα, ἢ τράπεζα, id est, regia gloria, siue mensa. Cedrenus in Leone Basilij, τὰ κατὰ τύπον ἐκπιλεῖν κλητώρια, & in Iustiniano τὰ ἐξ ἔτους κλητώρια. Anastasius prandia quæ ex more fiunt interpretatur. Videntur ergo regia & imperatoria conuiuia propriè hoc nomine intelligi.

Κλητώριον.

Atq; hæc de nominibus Græcis quibus conuiuium insignitur, quæ deriuantur vel à potu seu potatione, vt συμπόσιον, πότος, εἰλαπίνη, δεῖπνον: vel à vino, vt θοίνη: vel à societate siue communione, vt συνουσία: vel à conuentu siue congressu, vt σύνοδος & συνέλευσις: vel à symbolarum collatione, vt ἔρανος, θίασος, συναγώγιον: vel à cibi potusq; æquabili distributione olim vsitata, vt δαῖς, siue δαίτη, δαιτὺς: vel à conuiuis peregrinisq; excipiendis, vt δοχὴ, ὑποδοχὴ: vel à charitate, vt ἀγάπη: vel à bona corporis, animiq; constitutione, vt ἐυωχία: vel à calicibus, vt κυλικεῖον, κώθων: vel à flore, vt θαλία, &c.

Latina nomina. Conuiuium.

Apud Latinos conuiuij nomen maximè tritum est, & vsitatum, cuius etymon eleganter à Cicer. his verbis exprimitur lib. de Senect. Benè enim maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem (συμπόσιον) tum cõcœnationem (συνδεῖπνον) vocant. Idem ad Paetum: Sapientius nostri quàm Graeci, illi σύμποσια & συνδεῖπνα, id est, compotationes aut concœnationes, nos conuiuia, quod tùm maximè simul viuitur. De eadem voce sic Isidorus lib. 20. Etym. Conuiuium apud Græcos à compotatione συμπόσιον, apud nos verò à conuictu rectius appellatur: vel quia vitæ collocutionem habet. Item conuiuium dicitur à multitudine conuescentiũ, nam priuata mensa victus conuiuium non est. Hæc ille. Conuiuium omnino à verbo antiquo conuiuere videtur deduci, quod conuiuari significat, quia nimirum tùm maximè, vt Cicer. inquit, simul viuitur. Sunt alia quoq; permulta vocabula magis specialia, quibus idem exprimitur, certa quædam conuiuiorũ genera significantia, de quibus suis in locis, quæ tamen sæpenumero ad quoduis conuiuium generatim significandum adhibentur: cuiusmodi sunt epulæ quasi edipulæ, epulum, epulatio Columellæ, prandium, cœna, comessatio, &c. Mensæ quoq; vocabulum præsertim plurali in numero crebro metonymicôs pro conuiuio vsurpatur, vt mensæ primæ, secundæ, Italicæ, Syracusanæ, &c. Pastus quoq; (vnde forsan Gallicum repas) pro conuiuio vsurpatur. Item sodalitas, conuentus, congressus, conuictus, cœtus, conuiuarum congregatio à Macrob. conuiuium appellatur lib. 1. Satur. c. 5. quibus respondent Græca συνοδος & συνέλευσις.

Germanica vocabula.

Germanicè conuiuium vulgò maal/ gastmaal/ gasterey/ banquet/ weerdt schap à Belgis appellatur. Notabis præterea omnia ferè cõuiuiorum nomina Germanica desinere vel in maal, vt abendtmaal / id est, vesperna, nachtmaal / id est, cœna: vel in suppen/ quod pultem siue pulmentum significat, quo Germani maximè delectãtur, vt morgensuppen/ id est, ientaculum: vel in stuck/ id est, frustum, vt frühstuck/, id est, ientaculũ: vel in trunck/ id est, potum siue potationem, vt abendtrunck/ id est potatio vespertina, schlaafftrunck/ quasi dicas ὑπνοπόσιον, id est, comessatio: vel in ässen / id est, edere, vt morgen ässen/ abendt ässen/ znacht ässen/ imbiß/ id est, ientaculum, vesperna, cœna, prandium: vel in brot/, id est, panem, vt morgenbrot/ id est, ientaculum, abendtbrot/ id est, vesperna: vel denique in zächen & türten/ quæ duo vocabula symbolã siue collectũ significant) vt abentzächt/ abendtürten/, id est, vespertina cõpotatio. Gallicè

Digitized by Google

Gallicè banquet, conuiue, festin: Ital. conuito: Hispan. combito de muchos: Polonicè biesiada à sedendo, quasi consessio, siue consessus.

Conuiuae porrò, hoc est, qui vno & eodem cibo potuq; simul vtuntur, siue qui cibi potuq; communione, & consuetudine vtuntur, ab Hebraeis appellantur מסבים *mesibbim à* סבב, *quod accumbere ad comedendum significat, 1. Sam. 16. Psal. 140. v. 10. Amaritudo conuinarum meorum. Alij tamen à* סבא *saba volunt deriuari, quod significat potare, siue inebriari, id quod in cõuiuijs fieri solet. Nominantur etiam* קרים *kerijm, id est, inuitati 1. Sam. 9. Soph. 1. sicut Chaldaicè* סמוניא *samnaia 2. Reg. 13. Luc. 14. à* סמן *seman, id est, inuitauit: item viri panis apud Abdiam.* Conuinarum nomina Hebraea.

Apud Graecos autem varijs modis nominantur, vt ab inuitatione seu conuocatione ἔκλητοι, ἐπίκλητοι, σύγκλητοι, συγκεκλημμένοι, συγκληθέντες *passim apud Ath. Vel ab accubatione, vt* συγκλῖται, συγκλῖται, σύγκλινοι, *Polluc.* ἀναπείμενοι, *Mat. 22.* συνανακείμενοι, *Luc. 14.* ὁμοκλινέες *Nonnus Ioan. 2. Vel à mensae cõmunione, vt* ὁμοτράπεζοι, συντράπεζοι, τραπεζῖται, *siue* τραπεζῆες *Poll. vel à potus communione, vt* συμπόται, *& in fae.* συμπότριαι *siue* συμποτίδες: *vel ab ipsa cõsuetudine conuiuiali, vt* συνεστιαζομένοις, συμβιῶται, ὁμόδιοι *Plut. vel in genere à cibi, potus, conuiuij deniq; societate, vt* συμποσιαζομένοις ὁμόσιτοι, σύσσιτοι, συσσίποι (*Aristoph. Scholiast.* σύσσιτον *interpretatur* σιτοτροφον καὶ διαιτητήν) συνέστιοι, ὁμότροφοι, σιτότροφοι, ἐδίοντες *Mat. 14.* φάγοντες *Mar. 6.* σιτοδρόποι, σιτοδρόποιοι, ὁμοδρόποι, δαιτυμόνες, δαιτυμονῆες, δαιταλεῆς, σιτοδαίταλεῆς *Suid.* θοινήτορες *Non.* σιτοθοινοι, σιτοθοίνιοι *Ath.* δειπνηταὶ, σιτίνοχοίδυοι *Iud. 1. 2. Pe. 2.* θιασῶται, σιτοθιασῶται, *Pol. Ath.* εἰλαπινασταὶ, οἰνοποτῆρες *passim apud Ho.* ὁμοχοίνικες *Plu.* ὁμοδιαιτοι *Luc. Gre.* σιτοδαίται. *Luc.* ἐν ὄινῳ ὄντες *Ath. li. 5.* Graeca.

Latinè conuiua, conuiuiones compotores, siue compotatores, fae. compotrices, cõpransores Cic. Philip. 2. consessores idem pro Flacco, combibones, commensales vulgò. Dicuntur etiam epulares non modò qui Ioui olim, caeterisq; dijs epulas instruebant, verum etiam qualescunq; conuiua, qui epulis interssunt, quos etiam veteres epulonos dixerũt per secundam inflexionem. Inde coepulonus dicitur conuictor, & ijsdem epulis vescens. Plaut. Persa. O mi Iupiter terrestris, & coepulonus. Sodales etiam ferè in conuiuijs dicuntur, qui eadẽ mensa vtuntur Zächgsellen. *August. sodales vult dictos quod simul sederent, & simul epularẽtur, quod hodie in caenobitis est videre. Contubernalis quoq; interdũ pro conuiua, aut hospite familiari ponitur. Symplator, vt testatur Beroaldus in Suet. dicitur amicus sponsi, qui cum eo per conuiuia ambulat. Symplones dicebantur conuiuae.* Latina.

Conuiuiũ parare Hebraicè עשה, *id est, facere. Isa. 25. Gen. 19. 21. Est. 1.* עבד *aabad Dan. 5.* Conuiuium parare Hebraicè

Conuiuiũ parare Graecè ποιεῖν δοχὴν *Luc. 5. & 14.* ποιεῖσθαι ὑποδοχὴν *Plut. Sym.* δοχὴν ἐπιτελεῖν. *Ignat.* ποιεῖν δεῖπνον, ἢ ἄριστον *Lu. 14.* ποιεῖν γάμους, *id est, symposium* γαμικὸν *Mat. 22.* δειπνοποιεῖν, & δειπνοποιεῖσθαι, ἀριστοποιεῖν & ἀριστοποιεῖσθαι *Xenoph.* συμπόσιον κατασκευάζειν *Pla.* ἀπασκευάζεσθαι *Plu.* συσκευάζειν, σκευάζειν *Ath. 8.* ἑτοιμᾶν *Lu. 12.* ἐπισκευάζειν δεῖπνον *Aristoph.* ἀνασκοπίζειν, ἄριστον ἐπιχωρίευειν, *id est, conflare, Diph. apud Ath. Ho. hae ferè tritae sunt phrases:* δαῖτα ἐφοπλίζειν τισι Ιλ. δ. ἐφοπλίζεσθαι Ιλ. θ. δόρπον ὡπλίσαντο Ιλ. δ. *Eust.* αὐτὶ τῦ ἐσκεύασαν, ὅπλασθαι δὲ τὰ πολεμικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ παντὸς ἔργου ὄργανα, *id est, paranerũt,* ὅπλα *enim nõ modò bellica verùm etiam cuiusuis operis instrumenta dicũtur. Nota obiter etiam in sacris literis vocem armorũ simpliciter instrumenta significare Ro. 6. exhibere membra sua arma iniustitiae, & arma iustitiae. Item* δεῖπνον ἐφοπλίσαι Od. τ. ὅπλεσθαι Ιλ. τ. *Ité* τύχεσθαι Ιλ. α. τετυκεῖν Od. α. *Ité* δαῖτα πένεσθαι τισι Od. γ. περὶ δεῖπνον πένεσθαι Od. Δ. & Ω. δαῖτα ἀλιγύνειν Od. θ. δόρπα πονέεσθαι Ιλ. ω. δόρπον κοσμεῖν τινὶ Od. ν. *ab initio. Item* ἐντύνεσθαι ἄριστον Od. π. *ab initio. Item* Od. ω. ἐντυέειν *Bachilides apud Ath. li. 4.* πονέεσθαι *Appol. 2. Argo. Ité* δαῖτα τίθεσθαι Ιλ. ν. & Od. γ. τιθέναι παρὰ τισι Ιλ. ι. παρατίθεσθαι τισι Ιλ. ψ. δεῖπνον δ' αἶψα συῶν ἱερεύσατε *Eustath.* δεῖπνον σφάζειν, δεῖπνον δαίειν τινὶ Od. ο. τινὶ λαβεῖν παρὰ δεῖπνον θέσθαι Ιλ. τ. Armapro instrumentis.

Latinè conuiuium parare & instruere. Cic. in Verrem, Omnibus curat rebus paratũ & instructum sit conuiuiũ. Ornare & apparare conuiuiũ. Ibid. Ornare magnificè, splendideq; conuiuiũ. Idẽ pro Quintio, Conuiuium parũ scite exornat Sal. Magnificè & ornatè conuiuiũ comparare. Cic. in Ver. Caenulas facere, idẽ ad Pet. Instaurare epulas, Vir. Instituere epulas, Sil. Instruere epulas Liu. Onerare mensas epulis: Ponere epulas, Ouid. Conuiuiũ adornare, Cic. Prandiũ illicò fabricatur opiparè, Apul. Prandiũ accuratius, Plau. Conuiuium parare Latinè.

Conuiuari.

Conuiuari Græcè συμποσιάζειν, συμπόσια ἄγειν, Lat. conuiuiũ agere. Ath. lib. 5. συνάγειν Ath. interpretatur τὸ μετ' ἀλλήλων πίνειν, id est, συμπίνειν, vnde συναγώγιον, id est cõpotatio· ἐυωχεῖσθαι, συνευωχεῖσθαι. Hom. συμφαγεῖν, & συγκαταφαγεῖν, συγκλίνειν, & συγκαλακλίνειν· συνεστιᾶσθαι, συνουσίαν ποιεῖσθαι, Ath. 8. ἀριστᾶν, ἀριστοποιεῖσθαι, συναείστᾶν, συναειστῶσαι, Poll. δειπνεῖν, δειπνεῖν δαῖτα, δειπνεῖν δεῖπνα πολυτελῆ. Lucia. δειπνῆσαι ἄειστον. Hesiod. συνδειπνεῖν σύνδειπνα, Ath. lib. 5. συναριστίζεσθαι, κρατηρίζειν, Athen. δοινᾶν, θοινᾶσθαι δοίνη θῆναι; Od. Δ. θῶσθαι Doricè, εἰλαπινάζειν, δαίειν, & δαίειν, δαιταλῦν apud Lycoph. ἐυδαιτεῖσθαι, ὄπιδαιτεῖσθαι, Hesych. δαίεσθαι, μεταδαίεσθαι, Hesych. δόρπον ἑλέσθαι, Hom. δεῖπνον ἑλέσθαι. Od. β. δαίνυσθαι, δαίνυσθαι ἱερηυδία δαῖτα. δαίνυσθαι ἐγάμῳ, δαίνυσθαι κατὰ δῶμα. Il. α. δαίνυσθαι εἰλαπίνην dicuntur venti. Il. ϕ. δαίνυσθαι κρέα Apollon. θ. δαίνυσθαι παννύχιοι λέγονται ἀχαιοὶ Il. η. in fine. ἴυ δαίσασθαι Apollon. δαιτὸς κορήσασθαι θυμὸν. Od. θ. δαιτί παρήμενοι & τέρπεται (Neptunus) Od. α. ferè ab initio. δειπνω ἐφιζάνεσθαι, Il. χ. in fine.

Latinè, Conuiuari, conuiuium agere, Cic. Conuiuium agitare, Plaut. celebrare, concelebrare, inire, Cic. Conuiuium exercere. Tertull. lib. 2. ad vxorem: Si ieiunia obseruanda, maritus eodem die conuiuium exerceat. Conuiuere antiquum vocabulum, Plautus, Quintil. Epulari, epulis accumbere, Virg. Adire epulas, Ouid. Obsonare, & obsonari quoq; antiquitus pro conuiuari ponebatur, vnde obsonator, obsonatrix, obsonatio, & obsonito, id est, assiduè conuiuor. Naeuius, Multi eo die mecum obsonitauere. Commanducare. Spartianus in Pescenino, Iussit ne in xonis milites ad bellum aureos, aut argenteos nummos portarent, sed publicè commanducarent.

Conuiuio aliquẽ excipere.

Conuiuio aliquem excipere, siue conuiuium præbere, Græcè ἑστιᾶν quod & conuiuio excipere significat, & interdum cum accusatiuo rei pro celebrare agitando conuiuia, vt ἑστιᾶν γάμους, Athen. ἑστιᾶν γενέθλιον, vel potius γενέθλια, Luc. ἑστιᾶν τὸ δεῖπνον τὸ ἐπιτάφιον, Synes. Epist. 3. id est. celebrare nuptias, natalitia, exequias agitando conuiuia. Sic δαίειν γάμον, Il. τ. δαίειν ὑμεναίους nimirum à ciborum diuisione olim vsitatissima. Item ἀειστίζειν, δειπνίζειν δαίειν, & δαίειν. Herod. τὸν ἀσυάγη ἀνόμῳ ξαπίζῃ ἔδαισε, id est, mensa nefanda excepit. δαινῦναι. Hom. δαίνυ (pro δαίνυθι) δαῖτα γέρουσι, id est, da conuiuium senibus. δαινῦναι γάμον. Od. δ. δαινῦναι τάφον τισι, Il. ω. δειπνεῖν, ἑστιάζειν, ἀναλαμβάνειν, & παραλαμβάνειν ὅτι δεῖπνον, Plut. Sympos. 2. Prob. 5. ἐπὶ δεῖπνα, Athen. lib. 6. conuiuio excipere. δεξιῶσθαι ξαπίζῃ, ἢ σιτίοις, Herod. id est, accipere epulis.

Latinè. Cœnam alicui dare, Prandium alicui præbere. Cic. Accipere epulis apparatis, Liuius. Adhibere aliquem epulis, Sueton. Dare epulas alicui, Virg. Plautus in Captiuis. Æternum tibi dapinabo cibum.

CONVIVII DEFINITIO.

CAPVT II.

Conuiuium quid.

ATQVE hæc quidem de nominibus quasi prima quædam ducta sint lineamenta, nunc ad rem ipsam aggrediamur exordio ducto ab eius definitione, quoniam vt sapientissimè Cicero monet, omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur. Ac Cicero quidem conuiuium epularem amicorum accubationem vocat, quod plenius sic mihi videtur posse definiri. Conuiuium est honesta, suauis, & iucunda amicorum hominum eiusdem cibi atque potus (adde sermonis) communio, mutui amoris amicitiæq; cum Deo pariter, atque hominibus partim contrahendæ, partim tuendæ atq; confirmandæ caussa instituta. Huic descriptioni affines sunt elegantissimæ illæ duæ Plutarchi definitiones, vna quæ extat lib. 7. Symposiacôn Probl. 6. συμπόσιον ὄζι κοινωνία καὶ φιλίας, καὶ παιδιᾶς, καὶ λόγων, καὶ πράξεων, hoc est, Conuiuium est seriorum, atque iocorum, sermonum, actionumq; communio. Altera est lib. 1. Sympos. probl. 1. vbi definitur διαγωγὴ ἐν οἴνῳ εἰς φιλίαν ἐπὶ χάριτι & πλουτῶσα: hoc est, oblectatio, seu viuendi ratio inter pocula cum gratia quadam in amicitiam desinens. Hæc definitio, vt & duæ illæ superiores,

Digitized by Google

superiores, potissimum conuiuij finem complectitur, quem Plutarch. eodem in loco dicit esse συμποτικὸν, nimirum φιλίας ἐπίτασιν ἢ γένεσιν δι' ἡδονῆς, id est, amicitiæ incrementum, siue generationem quæ cum voluptate fiat. Nunc videtur esse consequens vt de conuiuiorum origine, fine, vero legitimoq; vsu (quæ breuiter atq; summatim qualiscunq; illa nostra descriptio continet) nec non de eorundem abusu, atq; eius coërcendi corrigendiq; ratione generatim quædam dicamus.

DE CONVIVIORVM ORIGINE, FINE, VSV ET ABVSV MVLTIPLICI, eius corrigendi ratione, de legibus sumptuarijs.

CAPVT III.

CONVIVIVM *iustum atq; legitimum, rem esse non modò honestam, vtilem, & iucundam, verum etiam sacram quodammodo, diuinã & religiosam multis cum sacrorum, tum prophanorum authorum testimonijs videtur posse comprobari. Ac primo quidem eius inditio est solenne illud Scytharum iusiurandum per conuictum, seu conuiuendi conuiuandiue consuetudinem ab illis fieri solitum, quod quidem ab illis factum minimè fuisset, nisi conuiuiali huic consuetudini diuinam quandam vim tribuissent. Nam Ethnici vel ipsa natura duce & magistra nonnisi per ea quæ deorum loco atq; numero habebant, sibi iurandum esse existimabant. Athenæus quoq; li. 5. πᾶσα, inquit, συμποσίου συναγωγὴ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς τὸν θεὸν ἀνέφερε, hoc est, omnis conuiualis cœtus apud veteres sui causam ad Deum referebat. Et idcirco idem subiungit, veteres cum coronis, atq; hymnis deorũ proprijs, tum mensæ ministris non seruis, sed liberis & ingenuis in conuiuiorum celebratione vti solitos fuisse. Plut. quoq; in suis Symposiacis dicit veteres mensam rem sacram iudicasse, vnde etiam ab Homero sæpe videtur* αἰδοίη *& αἰδοῖα, id est, veneranda fuisse appellata. Idem certè ipsos quoq; Deos & crebra inter se conuiuia agitasse, & hominum conuiuia sæpe sua præsentia cohonestasse finxit. Vnde Asclepiades, teste Pausania, moderatum conuiuium, deorum conciliabulum nominauit, dum ad tale non modo heroas, verum ipsum quoq; Iouem, deosq; omnes accedere posse credidit.*

Iusum conuiuium res præclara.

Scytharum iusiurandum per conuictum.

Conuiuium veteres iudicarũt rem esse diuinam.

Mensares sacra.

Hæc autem Ethnicorum opinio à ratione, atq; veritate mihi minimè videtur abhorrere. Nam conuiuiorum siue originem, siue finem, vsumq; legitimum spectemus, facile patebit ea merito ceu rem quandam sacram & religiosam existimari debere. Ac primo quidem conuiuiorum origo sanè est antiquissima, quæ ab ipso generis humani primordio repetenda, & ad ipsum Deum ceu primum authorem videtur esse referenda. Deus enim in ipso paradyso, in beatissimo illo florentissimoq; mundi, rerumq; omnium statu, primos illos nostros parentes firmo stabiliq; matrimonio copulatos non μονοφάγους *instar Cyclopum, sed* ὁμοφάγους, *&* ὁμοζώους, *id est victus communione coniunctos esse voluit. Qua tamen illi* συνζωΐᾳ, *id est, victus consortio (prohibitos nimirum à Deo cibos Diaboli instinctu commedendo) cum impiè nefarieq; fuissent abusi, se pariter atq; nos illorum posteros, in profundissimum malorum omnium gurgitem præcipitarunt. Deus itaq; vt matrimonij, sic conuiuij quoq; primus vt author, & institutor, ita dominus quoque & magister haberi debet, non nescio quis* Δειπνεύς, *qui in Achaia, aut* Δάιτης ἥρως, *qui à Troianis, aut* Δάιτωρ, *& κρεάων qui à Spartanis, aut* εἰλαπιναστὴς, *&* σπλαγχνοτόμος, *qui in Cypro ceu dij quidam & cõuiuiorum præsides diuinis honoribus culti fuisse perhibentur, vt testis est Athen. & Eustath. Od. θ. & Od. α. pa. 50.*

Conuiuiorum origo.

Primi nostri parentes conuictores primi extiterunt.

Deus primus auctor conuictus.

Iam vero si finem quoq; conuiuiorum consideremus, is cum augustus sit, atq; diuinus, ipsa quoque conuiuia rectè augusta atq; diuina iudicabimus. Stoici (vt passim Cicero in præclaris suis literarum monumentis, nec non alij authores testantur) cum multa alia, tum illud quoq; præclarè sanè, sapienterq; tradiderunt, nos nimirum ad communitatem, societatemq; communem esse natos, eaq; nihil naturæ humanæ aptius & accommodatius esse: quam quidem fecerunt duplicem. Vnam, quæ sit hominibus cum Deo, alteram quæ sit inter ipsos homines. Ad vtramq; autem societatem vel ineundam, vel fouendam, atque stabiliendam, vel denique redintegrandam, reconciliandamq;

Conuiuiorum finis.

Digitized by Google

conuiuia cum ſacra, tum prophana plurimum ſane momenti, atque ponderis habent, id quod plurimis & ſacris, & prophanis teſtimonijs, rationibus, exemplisq; comprobari poteſt.

Conuiuiorum finis ex nominum etymis.

Ac primo quidem hunc eſſe proprium legitimumq; conuiuiorum finem, vel ex ipſorum nominum, quibus ea ſunt inſignita, notationibus ſatis conſtat. Nam conuiuium Latinis dicitur à conuiuendo, quia vitæ habeat coniunctionem & quaſi conuictum epularis illa amicorum accubatio, vti Cicero in libro de ſenectute teſtatur. Sic cœnam Plutarchus vult dictam eſſe quaſi κοινὴν, id eſt, communem ἀπὸ τῆς κοινωνίας, id eſt, communione, cuius nimirum ea ſit interpres, conciliatrix atq; cuſtos. Eandem ob cauſam, quauis etiam conuiuia veteres Ethnici, teſte Clemente Alexand. pædagog. 2. ἀγάπας, id eſt. Charitates appellarunt, eò nimirum quod conuiuia optima ſint mutuæ hominum charitatis vincula, atq; ſymbola. Eódem pertinet συνουσίας vocabulum quod cum propriè vitæ conſuetudinem, atque coniunctionem ſignificet, pro conuiuio quoque ſæpe vſurpatur.

Conuiuij etymon.

Cœnæ etymon.

Ἀγάπαι.

Συνουσία.

Plurima præterea ſcita atque præclara doctiſſimorum ſapientiſſimorumq; dicta ſiue teſtimonia extant, ad hunc conuiuiorum finem demonſtrandum perquàm accommodata. Cicero ad Pætum, Sed me hercule, inquit, mi Pæte extra iocum moneo te, quod pertinere ad beatè viuendum arbitror, vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas. Nihil eſt aptius vitæ, nihil ad beatè viuendum accommodatius: nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ, atq; victus, remiſſionemq; animorum, quæ maximè ſermone efficitur familiari, qui eſt in conuiuijs dulciſſimus: vt ſapientius noſtri, quam Græci: illi συμποσια, aut σύνδειπνα, id eſt, compotationes aut concœnationes, nos conuiuia, quod tum maximè ſimul viuitur. Idem ad eundem. Sic igitur viuitur, quotidie aliquid legitur, aut ſcribitur: deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà non modo contra legem, ſi vlla nunc lex, ſed etiam intra legem, & quidem aliquantò. Idem de amicitia, Verum illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiæ munus expletum ſit. Hiſce ergo verbis Cicero ſignificat conuiuia ſubintellige modica, & moderata cum viris bonis honeſtis, iucundis, noſtriq; amantibus inita, ad vitæ iucunditatem, ad ſanitatem, ad amicitiæ, beneuolentiæq; mutuæ confirmationẽ plurimum facere. Huc quoq; facit illud Poetæ:

Ciceronis teſtimonia de conuiuiorum fine.

Homerus.

ἀχρὴ συμποσίοισι φίλους ἀπέχεσθαι ἑταίρους
Δηρὸν, ἀιδρείησι ἔοικε γὰρ ὅστις φίλος.

Ambroſia.

Et Euſtath. in illa Homeri Od. α. παρέθηκε (Calypſo Mercurio) ἕδητζαν Ἀμβροσίης πλήσασα: illo nectare, atque Ambroſia nihil aliud Homerum allegoricè ſignificare voluiſſe oſtendit, quam φιλοτήσιον ὁμιλίαν τὴν συμποτικὴν, id eſt, conſuetudinem, colloquiumq; conuiuale amoris, amicitiæq; pleniſſimum. In eandem ſententiam multa pulcherrima apud Plutarch. teſtimonia extant. Lib. 4. Sympoſ. Probl. 1. conuiuij finem dicit eſſe συμπολιτικὸν, id eſt, ciuilem, qui ſit φιλίας ὄρεξις ἢ γένεσις δι' ἡδονῆς, id eſt, amicitia vel generatio, vel confirmatio coniuncta cum voluptate. Ac proinde ipſum conuiuium definit eſſe διαγωγὴν εἰ ὄινῳ εἰς φιλίαν ὑπὸ χάριτος πλευτῶσαν, id eſt, viuendi rationem, quæ per vini vſum in amicitiam deſinat gratiæ lenocinio. Idem lib. 1. probl. 1. ἕδητζαν eleganter φιλοποιὸν, id eſt, amicitiæ procreationem, ſeu conciliatricem appellat. Sic in lib. de educatione liberorum συνδοφίαν, id eſt, conuictum διοίας ἐπίτασιν, id eſt, beneuolentiæ intenſionem, & in alio loco διοίας νηὸν beneuolentiæ templum appellat. Idem Sympoſ. lib. 7. probl. 6. conuiuium definit κοινωνίαν καὶ φιλίας, καὶ παιδιᾶς, καὶ λόγων, καὶ πράξεων, vnde concludit ibidem non quoſuis, ſed illos tantum qui familiaritate & amicitia inter ſe ſunt deuincti, conuiuia inter ſe debere agitare.

Plutarchi teſtimonia de conuiuiorum fine.

Præterea in ſuo conuiuio menſam dicit dijs amicitiæ hoſpitijq; patronis eſſe conſecratam, & paulo poſt conuiuia appellat, prima & humaniſſima hominum quæ inter ipſos ſint commercia, quibus ſublatis, id quod de igne Thales affirmauit, miram rerum confuſionem ac perturbationem ſequi ſit neceſſe. Idem eodem in libro Sceletum illum Ægyptiacum conuiuijs inferri ſolitum conuiuis non ad potum, ac voluptates, ſed ad mutuam potius beneuolentiam, atque amorem incitamento fuiſſe teſtatur. Lib. 2. Sympoſ. probl. vlt. Non edendi, inquit, & potandi, ſed ſimul edendi potius, ac compotandi gratia nos inuicem ad conuiuia vocamus. Et ibidem antiquam illam ſuam cuiq; cibi potuſq; portionem in conuiuio tribuendi conſuetudinem vel hac maxime de cauſa improbari poſſe dicit, quod ἀκοινώνητον quiddam & ἀνελεύθερον, hoc eſt, à communitate alienum,

atque

atque illiberale esse videatur. Et paulò post, Hoc ipsum, inquit, nos ad omnium rerum communitatem inuitat, quod & communi in conuiuijs sermone vtimur, & psaltria atque tibicinis nos oblectantis cantu ex æquo fruimur, & denique quod crater positus in medio, nullisq; circumscriptus cancellis, quasi largus quidam existit fons amicitiæ. His mox subiungit, laudandam potius esse priscorum hominum humanitatem, qui vt omnem communionem venerarentur, non victus modò, atque tecti, sed cœnicis etiam atque cibi societatem honoris loco duxerunt.

Idem in præfat. 7. Sympos. dicit, Romanos festiui cuiusdam hominis, quisquis ille fuerit, scitum huiusmodi dictum semper ferè in ore habuisse, qui cum solus aliquando cœnasset, eo die se non cœnasse, sed edisse tantum dixit. Ὡς τῆ δείπνε κοινωνίαν, καὶ φιλοφροσύνῃ ἡφανύνεσαν ἀεὶ πόθεν τ', hoc est, cum cœna semper communione, & amicitia veluti condimento quodam indigeat. Et paulò post, Euenus quidem ignem suauissimum dixit esse condimentum. Homerus salem diuinum, propterea quod is plurimis rebus admixtus, illas gustui commodas atq; gratas reddat: at cœnæ mensæq; condimentum diuinissimum est amicus, familiarisue præsens non ob cibi atque potus, sed sermonis potius communionem. Idem præterea in præfat. lib. 4. Sympos. sapientissimè monet hunc debere omnibus ijs qui conuiuia ineunt finem esse propositum, vt sibi amicum aliquem comparent. Et huc appositè sanè Polybij illud sapientissimum præceptum accommodat, quod Africano discipulo suo dedit, vt nimirum nunquam inter ciuium negotia versans è foro discederet, quin aliquem sibi fecisset amicum. Sic inquit Plutarchus, nunquam è conuiuio nobis est discedendum, quin alicuius nobis è conuiuijs amorem, amicitiamq; conciliauerimus. Nam in forum quidē nos ob nostra negotia, aliosq; vsus necessarios conferimus, at conuiuium qui adeunt, illi non tàm præsentes oblectandi, quàm amicos sibi parandi causa, siquidem sapiunt, venire debent. Ac inde quidem aliquid asportare illiberale profectò est & importunum, amico vero auctum inde abire iucundum & honestum, quod facere qui negligit, næ ingratam ille sibi & inutilem conuiuialem huiusmodi consuetudinem facit, ac ita discedit, vt ventre non animo conuiuatus esse censeatur. Verus enim conuiua non obsonij modò, vini atque bellariorum, sed etiam sermonum, ioci, comitatis, quæ in beneuolentiam desinat, participandæ atque fruendæ causa venit. Concludit denique ad amicitiam beneuolentiamq; reconciliandam (qui conuiuiorum finis censeri debet) conuiuialem in primis sermonem magnam vim obtinere.

Plutarch. Solq cœnans non cœnare sed edere ē.

Idem in conuiuio 7. Sapientum (vbi inter alia quæritur an maximum sit bonum cibo non indigere) sub Cleodemi persona docet, alimento sublato mensam tolli amicitiæ, hospitijq; patronis consecratam: sublata vero mensa tolli πῦρ ἑστιῦχον, ἑστίαν, κρατῆρας, ἐπαοδοχὰς, ξενισμὺς, φιλανθρωπότατα, καὶ φρῶτα κοινωνήματα φρὸς ἀλλήλυς, ignem vestalem, focum sacrum, crateras, conuiuia, hospitia, quæ prima sint atque humanissima hominum inter se commertia. Et sicut Thales igne dempto totius vniuersi confusionem secuturam esse dixit, sic mensa sublata totam vitæ rationem perturbari atq; deleri. Hæc Plutarchus philosophus præstantissimus de conuiuiorum fine, vsuq; germano ac genuino passim in præclaris suis literarum monumentis disputauit, quem quidem non, vt multi hodie Christiani, in Bacchò atq; Cerere, hoc est, in cibi potusq; delicijs ac voluptatibus, sed potius in mutua animorum coniunctione, in mutuo amore atq; beneuolentia tuenda atque augenda consistere voluit.

Aristoteles similiter in Ethicis conuiuationes hominum amicitijs tuendis, stabiliendisq; per quam accommodatas esse scribit. His conuenienter Marsilius Ficinus nobilissimus philosophus scripsit, qui legitimi conuiuij finem dicit esse, sicut ipsum quoque nomen indicat, non comessationem, non compotationem, vt est apud Græcos, sed dulcem vitæ communionem, ita vt quemadmodum in eo communi vescimur corporis alimento, ita eodem mentis, vitæq; bono, & communi voluptate fruamur. Communis, inquit idem, Peripateticorum, medicorumq; sententia est, hominem ex corpore, animoq; constitui: Atq; corpus ex parte quidem altera crassiore, hoc est, membris, humoribusq;: alteram vero subtiliore, hoc est, vaporibus quibusdam sanguinis, spiritibusq; constare. Animam autem ex ratione, & sensu componi. Et quemadmodum humor se habet ad spiritum, ita se habere sensum ad rationem. Neque posse quenquam aliquando in rebus humanis contentum viuere, nisi quum vel parumper his omnibus hominis partibus fuerit satisfactum. Hæc omnino solum conuiuium comprehendis, conuiuium dico legitimum, quod quidem, vt singula

Aristotelis testimonium. Marsilij Ficini dicta egregia de cōuiuij fine & vsu.

Digitized by Google

numerem, humores instaurat, spiritum recreat, oblectat sensus, fouet, & excitat rationem. Conuiuium laborum requies, remissio curarum, ingenij pabulum, amoris, & magnificentiæ argumentum, esca beneuolentiæ, amicitiæ condimentum, fomentum gratiæ, vitæ solatium. Idem, Seorsim ab alterutro non sine molestia viuimus, vnà iocundissimè conuiuamur. Memineriműq; verum hominis alimentum non tam plantam, bestiamq; esse, quàm hominem. Alimentum quoq; integrum hominis non tam hominem esse, quàm Deum, cuius nectare, & ambrosia duntaxat sitis, & fames continuè excitatur & crescit, ac tandem tam admirabiliter, fœliciterq; impletur, vt illic solum, summa sit cum voluptate saturitas.

Pontani testimonium de vero conuiuij fine.

Conuiuia porrò ad vitæ societatem facere Pontanus quoq; egregiè testatur in libro suo, quem inscripsit de Conuiuentia. Tametsi, inquit, hominem homini natura conciliat, ad hanc tamen naturæ conciliationem duæ in primis res mihi videntur plurimum conferre, eorundem scilicet studiorum societas, consuetudoq; conuiuendi. Hæc ille. Huc quoque referri commodè potest Timoclis illud ænigma, apud Athenæum, quod nimirum conuiuialis consuetudo sit ἁρμόνια βίου πολυθρύλητος, πολεμία λιμοῦ, φύλαξ φιλίας, ἰατρὸς ἀλύπου βιωτικῆς, hoc est, commoda & idonea vitæ nutrix, hostis inediæ, custos amicitiæ, & famis insaturabilis medicamentum. Egregia hæc est Ζαπάζης φιλοτησίου laus, vt Eustath. inquit, Od. θ. 294. Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. δι' ἀγάπην ᾠδὴ, dicit, γίνεσθαι τὸ δεῖπνον, ἀλλ' οὐκ ἀγάπην εἶναι τὸ δεῖπνον: δεῖγμα γὰρ εὐνοίας κοινωνικῆς, καὶ φιλοτησίου, id est, Conuiuium fieri quidem propter charitatem, sed non ipsam esse charitatem, verum argumentum beneuolentiæ ad communicandum, largiendumq; proclivis: Et paulò post dicit conuiuium non esse charitatem, sed à charitate pendere. Idem lib. 7. Strom. cap. 24. ad epulas conuiuiales veniendum quidem esse dicit, propterea quod mutuam consensionem, concordiam, atque amicitiam profitentur, sed rarius.

Legislatorũ finis in conuiuijs publicis instituendis.

Atque ad hunc quidem conuiuiorum finem spectasse Rerumpub. quarundam sapientissimos legislatores, atque moderatores in publicis quibusdam quotidianisq; conuiuijs instituendis satis superq; constat. Hoc enim modo existimarunt eiues arctiore firmioreq; societate, charitateq; conglutinari posse. Sic itaque (vt à sacris exordiar) supremus ille sapientissimusq; legislator Deus Opt. Max. ad primos illos nostros parentes, sicuti paulò ante dictum est, arctiore animorum, atque amoris vinculo constringendum, ipsos eiusdem cibi, victusq; communione vti voluit. Idem

Cur Deus Iudæis Ethnicorum conuictu interdixerit.

postea quo electum illum suum, vniceq; adamatum Iudæorum populum à cæterarum gentium societate, communioneq; abstraheret, illis non modo matrimonij, verum conuiuiorum consuetudine cum gentibus seuèriter interdixit. Atque hanc quidem præcipuè ob causam illis certorum quorundam ciborum esum prohibuit, quo facilius nimirum illos & à conuictus consuetudine cum Ethnicis auelleret, ac ipsos tanto firmiore inter se amicitiæ fœdere copularet. Aristoteles enim lib. 1. Polit. c. 3. eleganter docet secundùm varia ciborum & alimentorum genera, varias quoq; & diuersas esse hominum, animaliumq; brutorum genera. Nam cum sine alimentis vita animalium sustentari non possit, αἱ διαφοραὶ τῆς τροφῆς, vt ille inquit, τοὺς βίους ποιοῦσι διαφέροντας, hoc est, victus alimentiq; diuersitas, diuersas quoque ac dispares animalium vitas efficit. Cum itaque animalium alia sint ζωοφάγα, alia καρποφάγα, alia παμφάγα, hinc fieri vt alia quidem illorum sint ἀγελαῖα, alia vero ἀποσκηνῶντα, ipsa scilicet natura sic illorum vitas ad victum singulis accommodatum facilius comparandum distinguente. Sic inter homines quoq; idem docet varia esse vitæ genera & instituta, secundùm varia atq; disparia victus genera. Ex quibus omnibus constat vt victus communio magnam vim obtinet ad homines eiusdem vitæ, amicitiæq; vinculo coniungendum, ita contrà vitæ communionem, societatemq; non facile inter illos constare posse, qui dissimili ac dispari victu vtuntur. Sapientissimè itaque Deus ne Iudæi cum cæteris prophanis, impuris, & idololatricis gentibus conuiuiorum, ac proinde id quod erat consequens, morum quoque atque idololatriæ societate coniungerentur, victum illis à cæterarum gentium victu diuersum instituit, illumq; certis quasi terminis atque cancellis circumscripsit.

Iudæi hodie quoq; à Christianorũ conuictu abhorrent.

Hinc adhuc hodie quoque (vt ex libro qui inscribitur liber fidei constat) Iudæi sapientum suorum (quos verius insipientes dixeris) præceptis atque mandatis cum Christianis cibum potumq; capere prohibentur: Ac proinde omnis qui cum Christianis cibum capit perinde habetur impurus, & immundus ac si cadauere, aut animali in agris capto vesceretur. Atque adeò tam

grauem

grauem illis laqueum hi illorum magistri iniecerunt, vt ne caseum quidem aut butyrum à Christianis coctum, aut sale conditum comedere ausint. Sed et lacte, quod Christiani mulserunt, quidam Iudæorum vesci nefas ducunt, & quocunque alio cibo, quantumuis licitò atque concesso ad vescendum, nisi is illis spectantibus, ac secundum illorum voluntatem coctus fuerit. Deniq; quo magis acerbum illorum odium, quo Christianos prosequuntur, pateat, vase quoque quo Christianus aliquis vsus sit, vt caldario, paropside, & hisce similibus Iudæi nequaquam vtuntur, donec illud prius feruidis & bullientibus aquis semel atq; iterum eluerint, ac defricarint. Vasa quoq; fictilia Christianorum omnia confringunt. Atq; hæc quidem sunt sapientum illorum doctorum instituta, atq; præcepta, quæ superstitiosiores qui sunt inter illos diligentissimè seruant, ex quibus quàm graui & immani odio à Christianis Iudæi dissideant satis superq; constat. Quemadmodum autem Iudæi & olim Dei iussu ac mandato à gentilium conuictu abhorruerunt, & hodie quoq; pro immani quodam mentis stupore, superstitioneq;, qua laborant, à Christianorum conuiuiali consuetudine abhorrent, ita Ægyptij quoque nephas ducebant cum Iudæis, quos grauissimè oderant, eodem pane (qui communionis est symbolum) vesci, vt ex 43. c. Geneseos colligere licet, vnde etiam ibidem legimus seorsim Ægyptijs & seorsim Iosepho, eiusq; fratribus panem fuisse appositum, verisimile est ipsas quoque mensas fuisse separatas.

Aegyptij Iudæorum conuictu abhorruerunt.

Iam vero, vt ad propositum redeam, ipsa quoque sacrificia veteris Testamenti, quæ fuerunt quasi epulæ quædam sacræ, cui dubium esse posit quin & ad Dei cum hominibus, & ad hominum inter ipsos communitatem partim tuendam, partim testificandam spectarint. Quid dicam de epulis illis, quæ sacrificiorum fuerunt appendices (de quibus suo loco plura) quæq; non secus atq; ipsa sacrificia à Deo diligentissimè institutæ, à Iudæis religiosissimè vsurpatæ fuerunt, quid aliud sibi voluerunt nisi vt mutua inter illos pax, concordia, atque amicitia tanto facilius conseruari posset. Eodem quoque solenne illud, & augustum epulum Paschale, cæteraq; festiua conuiuia, de quibus suo loco, spectarunt. Præterea vt ad nouum Testamentum veniamus, an non Christianos illius quasi primogeniæ & Apostolicæ ecclesiæ, quò facilius omnium animi in vnam fidem, spem, charitatemq; coalescerent, non modo simul precari, verbum Dei audire, mysterijs sacris communicare, verum etiam simul epulari ac conuiuari solitos fuisse legimus. Quid dicam quod ipse Christus, quò facilius hominum sui temporis animos sibi vera fide atque charitate deuinciret, non dubitauit quibusdam etiam sceleratissimorum, atque flagitiosissimorum conuiuijs interesse? Eodem referenda sunt conuiuia illa primitiuæ ecclesiæ statim post sacrosanctæ cœnæ communionem celebrari solita, quæ quidem ad mutuam Christianorum amicitiam, charitatemq; alendam atque fouendam spectasse, vel ipsum nomen ἀγάπης, quo fuerunt insignita, satis superq; testatur.

Sacrificia quasi sacræ fuerunt epulæ.

Epulæ post sacrificia.

Epulum Paschale.

Conuiuia Christianorum ecclesiæ primitiuæ.

Agapæ.

Verum præ cæteris omnibus luculentum in primis, & efficax eius quod volo testimonium, & argumentum est augustissimum illud, & sacrosanctum conuiuium dominicum, quod ab vnico nostro domino, & seruatore Iesu Christo ad geminam illam nostram cum ipso pariter atque nobiscum inuicem communionem, vt ita loquar, Φιλάλληλον, atq; charitatem testificandã, obsignandam atq; corroborandã fuit institutum, quemadmodum Apostolus Paulus in sua illa Epistola ad Corinthios pluribus explicat. Poculum benedictionis (inquit) cui benedicimus nónne communio est sanguinis Christi? Panis quem frangimus nónne communio corporis Christi est? Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, nam omnes ex vno pane participamus. Hoc igitur vitale & salutare conuiuium verè conuiuium dicitur, quoniam verè in illo simul viuitur, veramq; vitæ veræ coniunctionem habet. Cœnæ quoque vocabulum, si vera est illa supra ex Plutarcho allata eius etymologia, eidem optimè conuenit, & idcirco etiam à veteribus σωτήριος, & ἰνιαίως, vt Dionys. Areopagitæ verbis vtar, σωτηρία καὶ κοινωνία fuit appellata ἀπὸ τοῦ σώζειν, vt idem elegantissimè sanè interpretatur, ἕνωσιν καὶ κοινωνίαν πρὸς τὸ ἓν, id est, reducit, seu reuocat vnitatem, atq; communionem ad vnum, hoc est, ad Deum essentia vnum, hypostasi trinum. Idem quoque patet egregiè sanè verbis his explicat quomodo sacrosanctum illud conuiuium mutuæ nostræ charitatis, atq; communionis sit symbolum. ἡ ὑπὲρ θεότητα τὴν ἑνὸς καὶ ταυτὴν καὶ ἄρρητον, καὶ πατρικὴν κοινὴν, καὶ εἰρηναίαν μετάδοσις ὁμοψυχίαν αὐτοῖς ἔνθεον ὡς ὁμοψύχοις νομοθετεῖ καὶ τὴν θεοτάτην ἀλείπτου, καὶ ἀρχισυμβόλου τῆς τελειμήτων εἰς μίμησιν ἱερὰν ἄγει, id est, Diuinissima vnius eiusdemq; panis atq; poculi communis, pacificaq; communicatio diuinam illis ceu conuictoribus vitæ morumq; coniun-

Cœnæ Dominicæ finis.

S. Pauli testimonium.

Cur cœna Dominica dicta σωτηρία, & κοινωνία.

Dionysij Areopagitæ testimonium.

Digitized by Google

ctionem sancit, & diuinissimi illius conuiuij ceu exemplaris horum mysteriorum memoriam sacram affert.

S. Augustini testimonia de fine cœnæ Dominicæ.

Idem quoque Augustinus theologus augustissimus, vt plurimos alios omittam, multis in locis testatur: vt contra Faustum Manichæum: In nullam, inquit, religionis seu verum seu falsum cultum homines coagulari possunt, nisi aliquo signaculorum, vel sacramentorum consortio colligantur. Idem in hæc verba Pauli, vnus panis, vnũ corpus multi sumus exclamatiô sacramentũ pietatis, ô signum vnitatis, ô vinculũ charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat, vnde viuat, accedat, credat, incorporetur, viuificetur. Eandem communitatem geminã quæ sacrosancto hoc epulo repræsentatur, idem pater copiosè admodum, eleganterq; explicat in sermone de sacramento ad infantes; in quo inter alia dicit, Christum symbolis illis panis & vini, quorum vtrunq; ex multis granis vnum existit, pacis & vnitatis nostræ mysterium in sua mensa consecrasse, & ideo subiungit: Qui accipit mysterium vnitatis, & non seruat vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Idem lib. 1. de ciuit. Dei cap. 6. Hoc est sacrificium Christianorum, multi vnum corpus sumus in Christo, quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat ecclesia: vbi ei demonstratur, quod in ea oblatione quam offert ipsa offeratur. Plura in hanc sententiam si legere cupis, vide quæ ille scribat lib. 3. c. 31. de doctr. Christ. & de ciuit. Dei lib. 10. c. 20. & lib. 21. c. 27. Psalm. 30. Serm. 1. & Psal. 147.

Cœna Dominica pax dicta.

Atque hanc quidem ob causam, cœna Dominica pax quoque à veteribus fuit appellata. Vnde moris quoq; olim in primitiua ecclesia fuisse legimus, vt quando præsules Romam veniebant, protenus ab Episcopo illis Eucharistiæ sacramentum mitteretur, quod quidem illi in signum pacis, & vnitatis fidei sumebant, de quo videre licet Euseb. lib. Eccles. histor. 5. c. 24. Hinc quoque maximos & potentissimos Christianorum principes sæpenumero sacrosanctæ Eucharistiæ communione fœdera quoq; prophana inter ipsos contracta, confirmare fuisse solitos legimus, vnde Gregorius Nazianzenus multis rationibus probat, nefas esse in fœderibus cum infidelibus ineundis, sacrosanctum illud mysterium adhiberi, ac proinde Vladislao Vngariæ regi suadet, ne, quod Turci ab eo postulabant, in confirmandis pacis conditionibus prolata in medium Eucharistia iuraret, vt testis est Pul. Callimachus lib. 2. de Clade Varnensi. Quàm verò dolendum est perditis hisce nostris temporibus atq; moribus, sacrosanctum & salutare illud conuiuium, mutuæ illi nostræ cum Christo pariter atq; nobiscum inuicem communionis sacramentum, tot ac tantarum rixarum, contentionum, inimicitiarumq; acerbissimarum inter Christianos quasi seminarium extitisse.

Fœdera Eucharistiæ cõmunione sancita.

Dolendũ cœnam Dominicam fieri rixarum seminarium.

Iam vero (vt à sacris discedamus) multarum quoque aliarum gentium & Rerumpub. optimè constitutarum conuiuia commemorari possunt, quæ ad amicitiam, & concordiam inter ciues firmandam & conseruandam à sapientissimis legislatoribus fuerunt instituta. Athenæus lib. 5. statim ab initio de conuiuijs hospitalibus verba faciens, dicit vnum habere ἑλκυστικόν πρὸς φιλίαν, hoc est, vim quandam philtri attrahendi, alliciendiq; ad amicitiam. Et idcirco à sapientibus ciuitatum legislatoribus conuiuia φιλικὰ, & δημοτικὰ, id est, amica & publica, vt διάσους, φρατρικὰ, & ὀργεωνικὰ fuisse introducta ad priuatorum, quæ inter amicos erant, conuiuiorum exemplum. Huiusmodi porrò conuiuia publica fuerunt & illa omnium, vt vult Aristot. in Politicis, antiquissima Italorum συσσίτια ab Italo, & Cretensium ἀνδρία à Minoe, & Lacedæmoniorum φιδίτια quasi φιλίτια à Licurgo instituta, & quæ Laconicis, teste Aristot. similia fuerunt, Carthaginensium sodalitatum atq; collegiorum syssitia: His adde Athenienſium συμπόσια in Prytaneo, in Panathenæis, & Thesmophorijs, nec non Romanorum Charistia inter proximos, & cœnas in Capitolio, publicisq; sacrificijs fieri solitas. Huiusmodi omnium conuiuiorum publicorum, vnus finis fuit ciuilis societatis, amicitiæ, concordiæq; conseruatio. His antiquis similia sunt publica illa ducum Venetorum conuiuia, quæ quater in anno nobilibus exhibent, & illa quotidiana Reip. Argentinensis, nec non φρατρικὰ, id est, tribulia Heluetiorum conuiuia, quæ quidem omnia ad ciues ab odijs, inimicitijs, vindictæ studio, atque litibus ad pacem, ad amorem beneuolentiamq; mutuam reuocandum antiquitus fuerunt instituta. Neapolitanorum quoque regum institutum fuit, singulis annis statis quibusdam diebus parare nobilitati epulum ad ædem Mariæ coronatæ, adhibitis etiam præstantissimis matronis, vt nobilium, & clarorum in vrbe hominum animi reconciliarentur, testis est Pontanus lib. de conuiuentia. Sic Cornelius Tacitus scribit Germanos veteres in

Conuiuiorũ prophanorum finis.

Vini vis.

Conuiuia publica: eorum finis.

Conuiuia publica ducum Venetorum.

Argentinensium.

Heluetiorũ.

Neapolitanorum.

Germanorũ priscorum.

conuiuijs

conuiuijs solitos fuisse inimicos sibi inuicem reconciliare, atque in gratiam reducere, amicitias, affinitatesq; contrahere.

Multas præterea graues, & diuturnas priuatorum hominum simultates, & inimicitias conuiuijs olim extinctas atque sublatas fuisse legimus, vt etiamnum hodie sæpe homines diuturnis à se inuicem & capitalibus odijs, atque inimicitijs dissidentes conuiuiorum occasione sibi inuicem rursus reconciliantur. Marcus Crassus ad bellum Parthicum profecturus maluit Ciceronem amicum, quàm inimicum relinquere. Quare eum amicè appellans, apud eùm dixit se velle cænare, quem Cicero comiter inuitauit. Paucis interpositis diebus adierunt Ciceronem amici aliquot rogatu Vatinij, vt illum quoq; Ciceroni (nam erat inter illos grauissima simultas) reconciliarent. Quibus Cicero, num & Vatinius apud me vult cænare? testis est Plut. in Cicerone. Memorabile quoq; est illud exemplum quod Liuius lib. 8. secundi belli Punici commemorat. Syphax rex Scipionem, & Hasdrubalem ad se vno tempore casu venientes, ac pacem amicitiamq; suam petentes, etsi populorum duorum sibi inuicem infestissimorum legatos, tamen vtrunq; in hospitium inuitauit, quos ad colloquium simultatum dirimendarum causa contrahere conatus est. Verum Scipio id renuit cùm diceret, haud priuatum sibi cum Pœno odium esse, quod colloquendo finiret, nec de Repub. se cùm hoste agere quicquam iniussu Senatus posse: Verum ita rege contendente, ad easdem epulas venerunt, simulq; apud regem cænauerunt, & eodem lecto Scipio atque Hasdrubal (quia regi ita cordi erat) accubuerunt. Pulchrum sanè barbari regis, & imitabile exemplum, quo monemur, per quancumq; occasionem hostium animos inter se conciliare. Sed & in eo conuiuio Scipio quoque præstitit, quod legati magnorum principum meritò imitentur: Tam comem enim se in eo præstitit, vt non Syphacem modo barbarum, insuetumq; omnibus moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi conciliarit. Huic adde aliud non minus insigne exemplum, quod de Rodolpho Habspurgense Cuspinianus scribit. Is enim cum Abbate S. Galli grauissimum bellum gerens, paucis comitatus, & inermis in monasterium S. Galli sponte (dum Abbas adhuc cænaret) venit, mensæq; assedit, atque ita inter cænandum secum inuicem in gratiam redierunt, adeò vt mutua quoque auxilia aduersus alios quosdam suos hostes sibi inuicem polliciti fuerint. Huc quoque referri potest, quod Iustinus lib. 2. de Arthemeno, & Xerxe fratribus memoriæ prodidit. Hi enim cum de regno grauiter contenderent, certamine concordi animo ad Anapharnem patruum suum, veluti ad domesticum iudicem delato, in ipso litis tempore & munera inuicem miserunt, & iucunda quoque inter se, non solum Credula conuiuia habuerunt. Atq; huc facit præclara illa Bensyræ Rabbi sententia: Mensa parata, siue posita contentio tollitur, qua significatur mensæ communione, siue conuiuijs sæpe tolli contentiones, rixas, inimicitias, & gratiam reconciliari. Eius rei exemplum à Iudæis vulgò profertur de Isbosetho filio Saulis, in cuius ædibus cum exarsisset altercatio, seruus eius adornato conuiuio eam diremit. Ergo vt publica conuiuia ad publicam, & communem omnium ciuium, ita priuata quoque ad priuatorum hominum amicitiam concordiamq; sartam tectam tuendam: contraq; ad odia, dissidia, inimicitias delendum, atque tollendum plurimum faciunt, & ad id ceu optimum verissimumq; illorum finem referri omnino atque dirigi debent. Conuiuijs quomodo vtendum, & conuiuij ὀρθῶς παιδαγωγηθέντος, quanta sit vtilitas Plato pluribus docet libro 1. & 2. de legib. tradit ibidem νόμους συμποτικούς, hoc est, multas leges conuiuales.

Conuiuijs simultates sublatæ.

M. Crassus Ciceroni reconciliatus conuiuio.

Scipio & Hasdrubal sibi inuicem reconciliati conuiuio.

Rodolphus Habspurgensis cum Abbate S. Galli in gratiam rediit per conuiuium.

Nunc quoniam de vero, legitimoq; conuiuiorum fine (quo quidem verus eorundem vsus, nec non dignitas atque vtilitas æstimari debet) dictum est, consequens videtur esse, vt de eorundem abusu, qui hodie passim regnat, ac dominatur, & varius est atque multiplex, quædam dicamus. Ac omninò vt in omnibus nostris actionibus, ita in conuiuijs quoque aurea est illa adhibenda mediocritas, duo vitanda extrema, quorum vnum est defectus quasi ad dextram, alterum excessus quasi ad sinistram. Extremum defectus appello, vt cum quis omnia prorsus quantumuis honesta, legitima, tempestiua, moderataq; conuiuia culpat atque damnat, eaq; à Christiani hominis officio, atq; munere prorsus aliena iudicat. Sunt enim nonnulli qui vel superstitione, vel misanthropia quadam cyclopica atque timonia, vel auaritia ducti ab omni prorsus conuiuiali consuetudine abhorrent, ita vt nec ad conuiuia alios inuitare, nec inuitati aliorum conuiuia adire, ijsq; interesse fas esse existiment. Sic olim Periclem illum Atheniensem legimus ab omni conuiuiorum apparatu, & consuetudine ita fuisse alienum, vt nunquam apud quenquam vel amicissimum cænarit, nisi semel

De conuiuiorum abusu.

Duo extrema vitanda.

Extremum defectus.

Quidam ab omni conuiuiali consuetudine abhorrent.

Periclis exemplum.

Digitized by Google

apud Eurytolemum nuptiarum die, licet aliâs liberalis admodum fuisse, ac plurimorum inopiam sua copia subleuasse, feratur ac sustentasse. Hunc tamen Archilochus poëta Parius, vt Athenaeus testatur lib. 1. scripsit, non vocatum Myconiorum more in conuiuium irruisse.

Inconuiuentia.

Hunc porrò defectum Pontanus in illo suo libro de Conuiuentia, putat non incommodè Inconuiuentiam posse dici, aut inconstantiam, incontinentiamq́, quod à conuictu prorsus abhorreat. Atq́ hoc quidem vitium testatur idem pleruńq́ ab auaritia oriri, quae vtiq́ sordida est (quanquam & auari quandoq́ splendidiores videri volunt in conuiuijs, vt auaritiam dissimulent) nonnunquam etiam à quadam animi tristitia, & solitudinis studio gigni. Huiusmodi autem defectũ siue vitium non inepte forsan μονοφαγίαν appellare possis. Nam μονοφαγεῖν, vt & μονοσιτεῖν, hoc est, solum cibum capere (licet hoc posterius etiam semel tantum in die cibum sumere significet) & συσσιτεῖν, id est, conuiuari, inter se opponuntur. Athenaeus lib. 1. dicit veteres solitos fuisse μονοφαγεῖν, sicut & Plut. 8. Sympos. prob: 6. Romanos in prandio quidem καθ' ἑαυτὸς, hoc est, solos & seorsim comedisse: cœnam autem cum amicis (vnde cœna ἀπὸ τῆς κοινωνίας videatur dicta) celebrare consueuisse.

Μονοφαγία olim probrosa.

Μονοφαγίαν porrò olim probro ac dedecori fuisse habitam, ex illis Athenaei exemplis satis constat, lib. 1. Ex Antiphane, μονοφαγεῖς ἤδη καὶ βλάπλεις με, solus comedis, nocet quod profectò mihi. Ibidem ex Amipsia, ἐρῶ ἐς κόραλλας μονοφάγε καὶ τοιχορύχε, hoc est, abi in malam crucem solus comedens, & murorum suffossor. Hinc apud Aristoph. Μονοφαγέσαι dicitur, qui maximè, & supra quosuis alios talis est, vt solus comedat, neminem ad conuiuium inuitet. Inter monophagos possis etiam referre Clodium Albinum Imp. Rom. qui, vt testis est Ful. Capitol. cum suis nunquam cœnauit: vel propter vinolentiam, vt dixit Seuerus, vel propter morum acrimoniam. Seneca solitudinem in conuiuio fugiendam esse docens, viscerationem sine amico leonis, ac lupi vitam esse dicit.

Non omnia conuiuia fugienda. Exẽpla vet. & noui Testamenti.

Ac omnino eorum opinio, qualis ferè est Anabaptistarum, qui Christianos ceu μονοφάγους ab omni prorsus conuiuiali consuetudine alienos esse debere existimant, plurimis (vt alias rationes taceam) sacrarum literarum testimonijs & exemplis refutari potest. Nam & in veteri, & in nouo Testamento plurimos pios, religiososq́ homines & conuiuia alijs apparasse, & inuitatos aliorum conuiuia adijsse legimus. Deus quoq́ certa quaedam conuiuia, quae quidem cum lætitia atq́ gaudio sunt celebranda, populo suo præscripsit, atque mandauit. Verum alijs omissis, vnicum profectò Christi exemplum (cuius vniuersa quidem vita perfectum, absolutumq́ nostrae vitae exemplar iudicari debet) omnium exemplorum, rationumq́ loco nobis esse debet. Is igitur (vt testis est Euangelica historia) & conuiuio alios excepit, & ad aliorum conuiuia accessit, atque adeò cum malae quoque notae, improbaeq́ famae hominibus, vt cum publicanis, cum meretricibus sæpenumero conuiuia inire minimè dubitarit, ita vt speciosam admodum suis aduersarijs sui criminandi, calumniandi q́ ansam præbuerit. Conuiuium quoque illud nuptiale in Cana Galileae vnà cum sanctissima sua matre, & Apostolis non modo sua præsentia, verum etiam insigni illo, quod quidem primum edidit, aquae in vinum conuersa miraculo decorauit. Atque hanc quidem ob causam à Pharisaeis vini potor, atque guloſus per contumeliam fuit appellatus. Verum ille non libidine, non immoderata quadam cibi, potusq́ auiditate, sed potius insatiabili illa, qua fuit affectus, humanae salutis fame sitiq́ impulsus, huiusmodi sceleratorum quoque flagitiosorumq́ hominum conuiuiali consuetudine vtebatur, quo facilius illos hac occasione, ab improba sceleataq́ vita ad bonam frugem perduceret. Atque ita clementissimus ille noster Dominus pro potu, ciboq́ mortali, atque caduco, quem ab illis accipiebat, ipse vicissim illos nectare, & ambrosia sui verbi, cibo potuq́ immortali, vereq́ vitali pascebat. In hanc sententiam sic Hieronymus c. 9. Matthaei disserit, Ibat, inquit, Christus ad peccatorum conuiuia, sed vt occasionem docendi haberet, vtq́ illorum inuitationes cum spiritualibus epulis compensaret, neque alia ibi referuntur, nisi quae Christus ipse dixerit, aut fecerit, quaue potentia illius doctrina fuerit, &c. His adde Salomonis regis sapientissimi testimonium, qui in suo Ecclesiaste, homini nihil ferè optabilius esse dicit, quàm lætari, conuiuari, & soluta quadam animi libertate esse: nec non Syracidis, qui conuiuia iucunda esse, & quomodo quis se in illis gerere debeat pluribus docet, c. 31. & 32. Quod si igitur veteris pariter atque noui Testamenti sanctissimi homines, & ipse sanctorum omnium princeps dominus noster Iesus, non dubitauit conuiuiali huiusmodi consuetudine vti, non video cur non idem nobis quoq́ saluo officio, religioneq́ nostra facere liceat.

Christi exẽplum.

Cur Christus improborum quoque conuiuijs interfuerit.

At

At obijciat aliquis Ieremiæ fuisse à Deo præceptum, ne ingrederetur domum conuiuij. Ierem. 16. Obiectio ex Ieremia.
Respondeo id cùm singulare quid, & extraordinarium fuisse (cuiusmodi fuit & illa Ioannis Baptistæ in solitudine μονοφαγία) tùm futuræ cladis, & calamitatis significationem habuisse. Quod præterea legimus scriptum, satius esse domum luctus quam conuiuij frequentare, illo dicto non omnino conuiuiorum vsus prohibetur, sed immoderatæ conuiuandi cupiditati modus statuitur.

Verum quæri potest an Christi exemplo, qui cum Pharisæis, cum Publicanis atque meretricibus epulari solitus est, sicut Euangelicis literis est proditum, nobis quoque cum impuræ religionis, vitæ, morumq; hominibus conuiuari liceat? Paulus quidem 1. Cor. 10. non videtur omnem cum infidelibus conuictum prohibere: cum inquit, Quod si quis infidelium vos vocat (videlicet domum suam, non in phanum idololatricum, aut ad epulum sacrum) & vultis ire, quicquid apponitur vobis edite, nihil interrogantes propter conscientiam &c. Loquitur hic non de sacris & solennibus conuiuijs, sed de priuatis, & ciuilibus, ad quæ neque iubet Apostolus vt accedant, neq; etiam prohibet, sed hoc liberum illis relinquit: Quod si omnino & simpliciter nefas esset conuiuari cum infidelibus, id omnino prohibuisset. Et tamen in alijs sacræ scripturæ locis omnis sæpe cum impijs consuetudo vetatur, cum quibus nulla omnino nobis videtur debere esse societas, sed summa potius distractio. Ioannes hæreticum ne salutari quidem vult à nobis. Paulus quoque 1. Cor. 5. cum fratre scortatore, auaro, simulachrorum cultore, conuitiatore, ebrioso, rapace ne cibum quidem nobis capiendum esse docet. Respondeo non simpliciter, & in vniuersum omnem Christianis conuiuandi cum impijs atque hæreticis libertatem sacris literis interdici, quam ipse Paulus, vti paulò antea dictum est, liberam relinquit. Sed ne huiusmodi vel conuiuiali, vel quacunque alia cum impijs, improbisq; hominibus consuetudine nimium delectemur, illam nimis auidè, magnoq; studio sectemur, vt multi facere solent, qui cum se Christianos esse profiteantur, atque simulent, interea impiorum, idololatrarum, atque hæreticorum consuetudine assiduè conflictantur, cum illis dies noctesq; helluari, comessari, Bacchanalia denique viuere solent. Vitanda ergo est, & cane peius & angue fugienda frequens et assidua vt colloquiorum, ita conuiuiorum cum impijs consuetudo, vnde maxima in nos pericula redundant. Quod si vero vel necessitate, vel honestate aliqua, vt sæpe fit, ad cibum cum impijs idololatris & hæreticis capiendum compellamur, summopere nobis est cauendum, ne quem vel dictis, vel factis nostris illorum superstitionibus, impietatiq; assensum præbeamus, nullius vel dicti, vel facti alicuius nostri turpitudine, & obscœnitate illis nos, religionemq; veram criminandi occasionem subministremus: quin potius Christi exemplo, & imitatione omnem illos ab impietate, atque superstitionibus abstrahendi, & ad pietatis, veræq; religionis cultum traducendi occasionem conuiuiali huiusmodi alacritate aucupemur. Et idcirco Paulus 1. Cor. 10. cum liberam Corinthijs idololatrarum conuiuia adeundi potestatem permisisset; statim subiungit, siue igitur editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia ad Dei gloriam facite. Hic enim præcipuus vt omnium actionum, ita conuiuiorum quoque finis statui debet. An cum impijs & infidelibus Christiano homini conuiuari liceat?

Verum vt ad propositum redeam, vitij huius siue extremi defectus, quatuor videntur species esse. Prima est, cum quis ita omnino à conuiuiali hac consuetudine abhorret, vt neque alios ad epularum suarum communionem vnquam inuitet, neque inuitatus ad aliorum conuiuia accedat, id quod ferè cuiusdam immanitatis videtur esse, quippe cum ipsa natura atque humanitas omnino hanc vitæ, cœnarumq; consuetudinem postulet. Secunda species est, cum quis alios quidem inuitat, ijsq; epulas suas impertit, at aliorum epulas & conuiuia aspernatur, id quod insolentiæ, superbiæ, atque morositati cuidam videtur ascribendum. Tertia est, cum quis inuitatus libenter quidem ad aliorum conuiuia accedit, at ille neminem inuitat, id quod cùm auaritiæ, tum ingratitudinis cuiusdam impudentissimæ vitium est, quo qui laborat ἀλλοξιοφάγος dici potest. Quarta species est eorum qui inuitatos ad conuiuium nimis tenuiter atque sordidè tractant, semifamelicos, atq; sitientes dimittunt, qui μικροβάπτοι possunt appellari, quo nomine sordidi Græculi olim fuerunt appellati. Sed in his omnibus excipi debent illi qui vel præ aduersa valetudine, vel negotiorum multitudine, vel denique inopia & egestate conuiuiali huiusmodi officio minimè fungi possunt. Vitium seu extremum defectus, quatuor habet species.

Sequitur alterum extremum excessus nimirum, quo, vt olim, ita hodie quoque magis peccatur, quod Comessabilitatem Pontanus vult dici posse. Est autem illud nihil aliud quàm inordinata, immoderata, & effrænata conuiuiorum cupiditas, non ex honestatis, charitatisq; erga Deum, atque Extremi siue vitium excessus.

proximum studio, sed ex ambitione, superbia, insatiabili quadam inexplebiliq; voluptatum cupiditate promanans. Pontanus vero illud à voracitate atq; ingluuie discernens sic describit, Ipsius autem, inquit, exuperantiæ, atque excessus nomen erit Comessabilitas. Nam voracitas et ingluuies ad corpus magis referuntur, suntq; homini cum belluis communes. Ipsa vero Comessabilitas, quod animum labe sua inficiat, atque perdat, solius est hominis. Hoc enim vitio ac labe infecti qui sunt, curare id solum videntur, vt comedant: neque conuiuia exercent conuiuandi gratia, sed comessandi, dumq; assiduè, ac liberaliter potent, dum ventrem impleant, dum palato indulgeant, cæterorum obliuiscantur omnium. Hæc ille. Hoc porrò extremum consistit in nimia conuiuiorum crebritate, atq; frequentia, in eorum effuso, sumptuosoq; apparatu, ferculorum luxurioso splendore, varietate, atque copia, in conuiuarum nimia turba, in temporis ἀχαιρία, in dictorum factorumq; obscœnitate. Horum finis est non Dei gloria, non mutui amoris, beneuolentiæ, charitatisq; conseruatio, sed voluptatis amor, libido, superbia, auaritia, ambitio. Hac crebrò luxurioseq; conuiuandi libidine qui flagrant, eleganter à Græcis φιλόδειπνοι, ξιχόδειπνοι, ὀλιγυμόδειπνοι, δειπνομανεῖς, et ἀλλόξιοφάγοι appellantur, qui non cœlum, sed cœnam quærunt, vt Cicero in Epistola quadam ad Pætum loquitur. Hi sunt quos Philo quasi ἀοίκους & ἀνεστίους foris semper in cauponis atq; popinis volutari dicit. Non est autem opus huiusmodi intempestiuorum, profusorum, luxurioseq; conuiuiorum exemplaex antiquis historijs depromere, (de quibus etiam suo loco) nostra hac tempora passim in omnibus nationibus orbis terrarum eorum nobis quotidie plurima exempla suppeditant. Ac ne quid de gentibus à Christiano nomine, atque religione abhorrentibus dicam, apud nos, nos inquam Christianos, ille conuiuiorum luxus atq; luxuria, ceu lues quædam contagiosa atque pestifera breui tempore ita creuit, vt ad summum perducta, nihilq; ei amplius addi posse videatur. Imò, proh dolor, barbaros illos & à Christiano numine, atque nomine alienissimos hac in parte longè vincimus, & superamus; ita vt contra nos passim ab illis armis, bellisq; vinci minimè profecto sit mirum. Nec vero in sumptuosissimis huiusmodi luxuriosissimisq; conuiuijs Dei gloria, non proximi salus, non mutuus amor, beneuolentia atq; charitas (quæ ab orbe Christiano omnino videtur exulare) quæritur, ad quæ ceu veros legitimosq; fines dixi conuiuia omnia dirigi, atq; referri debere: sed longè alij peruersi præposteriq; fines in conuiuijs nostris nobis plerunq; sunt propositi, de quibus quædam sunt dicenda. Nam vt verus conuiuiorum finis, eorundem verum legitimumq; vsum docet, ita contra nothi atque adulterini fines, quos homines in ijs plerunq; spectant, eorundem turpem, fœdumq; abusum, qui hodie passim dominatur, demonstrant.

Comessabilitas à Pontano dicta.

Conuiuiorũ abusus luxuriosus apud Christianos.

Multi ergò sunt, & fuerunt semper, qui vana quadam & inani ducti seu potius seducti gloria, suæ magnificentiæ, potentiæ, atque opulentiæ, ostentandæ gratia huiusmodi conuiuiorum luxuriæ studeant, quò quidem Assuerum regem in magnificentissimi illius sui epuli apparatu spectasse Esthera primo capite legimus. Huiusmodi autem vana & inani ostentatione nihil aliud assequuntur, quàm quod plurimorum aduersus se odia, inuidiam, atque insidias concitant. Et dum nimis stultè suas opes ostentant, illas simul profundunt, quibus amissis vel diminutis omnium ludibrio, atq; risui exponuntur. Est autem hic finis regibus ferè atq; principibus viris propositus, qui quidem cùm aliarum rerum, tùm conuiuiorũ in primis (ô infœlix & funestum certamen) luxuria inter se certant, cum virtutibus potius inter se certare deberent. Stulta hæc & insana φιλονεικία, siue vt Athenæi verbis vtar, ξυφὴ ἐράμιλλος (qualis olim inter Antonium & Cleopatram fuit teste Macrobio lib. 3. Saturnal. c. 17. Plin. lib. 9. c. 35: & inter Stratorem, atque Nicoclem, vt testis est Athenæus lib. 12. & qualis etiam hodie inter Christianos principes versatur) florentissimas Respub. atq; regna pessundat. Eandem vero tenuis quoq; sortis atq; conditionis homines plerunq; imitantur, qua quidem ambitiosa stultaq; sua æmulatione res suas dissipant, tantumq; in conuiuiorum celebritatibus atq; festis decoquunt, ac prodigunt, vt diebus deinde profestis esuriales, vt Plauti verbis vtar, ferias agere cogantur. Deinde multi sunt quibus in conuiuijs nihil aliud est propositum, quàm vt ventrem qui illorum Deus est, saginent, distendant, atq; saburrent immodico cibo, atque potu, cuius insatiabili quadam & inexplebili cupiditate flagrant. Sunt præterea qui auaritiæ quoq; suæ sordes conuiuiorum splendore tegere, & occultare conantur. Multi etiam vt maiora quædam commoda atq; emolumenta consequantur, lautis & opiparis conuiuijs alios inescare student. Atqui Christus, vt inquit Theophylactus in c. 14. Lucæ, docet non gratia humanæ aucupandæ ergò, & ob celerem

Finis luxuriosorũ conuiuiorum.

Vana ostentatio.

Gula. Ἀπὸ τῆς περὶ τὴν γαστέρα φιλοτιμίας. Auaritia.

celerem ἀντιμισθίαν conuiuia esse facienda, vt facere solent μικρόψυχοι, hoc est, qui angustis sunt abiectisq; animis. Nam μεγαλόψυχοι, id est, magnanimi retributionem futuram expectant ab eo, qui reuera diues est & opulentus, hoc est, à Deo. Plurimi quoq; quô suorum scelerum, atq; flagitiorum, quæ vel iam perpetrarunt, quorumq; conscientia dies noctesq; anguntur, vel quæ designare in animo habent, impunitatem consequantur, iudicum atq; magistratuũ ora, linguasq; huiusmodi quasi iniectis offis obturare, ac illorum mentis oculos, quô minus iustum & æquum cernant, excæcare nituntur. Nam, vt sacris literis proditum est, munera excæcant oculos prudentũ. Cui simile est illud,

Spes retributionis.

Vt scelerum suorum impunitatem consequantur.

Munera crede mihi placant hominesq; Deosq;
Placatur donis Iuppiter ipse datis. Ouidius.

Quid dicam, quod vt olim, præsertim à Romanis factitatum legimus, ita hodie quoq; plurimi in ciuitatibus omnium, quoad eius fieri potest, summæ, mediæ, infimæ sortis hominum gratiam conuiuijs aucupari student, hocq; pacto viam sibi aditumq; ad quos suis honores, atq; munera cùm ecclesiastica, tum politica muniunt. Huc pertinent quæ Cicero in genere contra omnem largitionem, qua homines ambitiosi ad honores & dignitates viam affectant, egregiè disserit lib. 2. Offic. Et tamen hæc vt olim inter Ethnicos, ita hodie quoq; inter Christianos valde trita est & vsitata honorum ambiendi via atq; ratio, cùm, vt verissime ille apud Plautum dixit, virtute ambire oporteat, non fautoribus. Cato grauissimus morum censor, cum L. Murænam consulem ambitus nomine accusasset, inter alia hoc quoq; illi obiecit, quod spectacula tributim dedisset, & ad prandium vulgò multos vocasset, quo nimirum facilius consulatum adipisceretur. Negabat ille verum esse cibo beneuolentiam allici, negabat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere: indignum esse iudicabat summum imperium, summam authoritatem, gubernacula Reip. petere fouendis hominum sensibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus, vt Cicero testatur in sua pro L. Murena oratione. Et tamen hac potissimum ratione hodie multi Christianorum summos honores atq; dignitates consequi studeant. Sed fit sæpenumero, quemadmodum quotidiana docet experientia, idq; iustissimo sane Dei iudicio, vt qui hac via ad honores atq; dignitatem nituntur, præter iacturam rei familiaris, quam effusis istis conuiuiorum sumptibus fecerunt, spe sua frustrati pro honore & dignitate, dedecus & ignominiã reportent, & illis quos epulari largitione corrumpere fuerunt conati, non fautoribus, & suffragatoribus, sed aduersarijs potius acerrimis vtantur.

Ambitio.

Denique conuiuijs homines sæpe amicitiæ specie & simulatione ad aliorum exitium, interitumq; abutuntur, dum inuitatos vel vi aperta, vel clàm & veneno impiè, nefarieq; priuant. Huiusmodi vero tragica, tetra, funesta, et immania conuiuia Thyestea, Agamemnonia, atq; Cyclopica peruulgatis prouerbijs appellantur. Nota est fabula de Thyeste Pelopis filio, cui Atreus frater epulandos suos ipsius liberos apposuit, quorum nomina prodidit Euripidis Scholiastes esse Aglaum, Orchomenum, & Caleum. Hinc δυέστειον δεῖπνον, id est, Thyestea mensa, aut cœna pro immiti, & cruento epulo ponitur. Athenæus libro de mortuorum resurrectione, & τὰ ζαγρηὸ δεῖπνα δυέστειον, id est, & Tragicus Thyestæ epulas. Euseb. lib. 5. Eccles. historiæ in epistola Gallicanorum Christianorum, quæ est de martyribus in Gallia necatis & ἐφάσαντο ἡμῶν δυέστεια δεῖπνα, καὶ οἰδιποδείους μίξεις, id est, Mentiti sunt de nobis Thyesteas cœnas, & Oedipodios incestus nobis obijcientes. Oppianus Cylix in Cynegeticorum 3. de Onagro loquens testes sui catuli absumente, conqueritur de natura, quæ non homines tantum in pignora sua diro exemplo armauerit, verum etiam bestias eadem immanitate imbuerit, sic inquiens, θηροὶ δυεστείλω ὀλόλιον παρέθηκε ζάπεζαν, hoc est, apposuit feris epulum ferale Thyestæ. Philon in oratione de dirarum imprecationibus ἐπιδεῖξι ζοφαὶ τὰ δύεστα παιδία καὶ συγχεινόμενα ταῖς ἐμβολαῖς τῆ συμφορῶν, id est, execrandæ dapes Thyestæi liberi inter grauissimas calamitates adnumeratæ. Martial. lib. 1.

Conuiuiorũ abusus ad cædes.

Thyesteæ cœnæ.

—— Qui scribit prandia sæui
Tereos, aut cœnam crude Thyestæ tuam.
Et lib. 5. Fugerit an Phœbus mensas, cœnamq; Thyestæ
Ignoro, fugimus nos Ligurine tuam. Hæc Iunius in Adag.

Charmides Siculus apud Plaut. in Rudente,

Sceleſtiorem cœnam cœnaui tuam
Quam quæ Thyestæ quondam antepoſita eſt, & Tereo.

Digitized by Google

Terei cœna.

Progne enim Tereo viro suo, quod is Philomelam Prognes sororem vitiasset, eiq; postea, ne enunciaret, linguam præcidisset, Itym communem filium dilaceratum patri comedendum obiecit.

Cœna Agamemnonia.

Refert Homerus Od. δ. quomodo Ægistus adulter lautum apparauerit conuiuium ad Agamemnonem excipiendum, quo illum nil mali suspicantem interemeret, sic enim ait, κατέπεφνε δ' ἐπὶ σταθμὰς, ὡς τις τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ, id est, Cœnæ acceptũ mactat, vt si quis bouem mactaret in ipso præsepi. Iuuen. Sat. 8. Quippe ille (Oreſtes) deis vltoribus auctor Patris erat (Agamemnonis) cæsi media inter pocula, etc. Hinc Ἀγαμέμνονος δ' αὖς, ἣ ξάπεζα, id est, Agamemnoniũ epulum, vel Agamemnonia mensa prouerbialiter dicitur de ijs, qui in exitiali mensa epulantur, vltimamq; cœnam sumunt. Torquebitur in eos qui amicè excepti medicatum hauriunt poculum, aut venenatam offulam, & Claudij Cæsaris boletum edunt, quod multis ex purpuratorum collegio contigit, qui ab Alexandro pontifice eius nominis sexto opiparè excepti, paulò post interierunt, Iunius in Adag.

Medica mensa.

Medicam quoque mensam (quæ alias prouerbialiter pro sumptuosa accipitur) Athenagoras libro de mortuorum resurrectione pro immitibus, & cruentis epulis vsurpat, respiciens fortassis

Astyagis crudele factum.

(vt Iunius in suis adagijs docet) ad crudele Astyagis Medorum regis factum, qui Harpago amico consiliorum omnium participi epulandum filium apposuisse legitur apud Iustinum.

Conuiuiorũ exitialium exempla.

In conuiuio Godolias fortissimus heros, qui Iudeæ à Nabuchodonozore Babyloniorum rege præfectus fuerat, vnà cum multis alijs Iudæis atque Chaldæis in Mizbach immanissimè occisus fuit, sicuti scriptum est Ierem. 4. & 2. Reg. 25. Sic Ammon filius Dauidis ab Absolomo conuiuio exceptus magnifico, temulentus obtruncatur, 1. Reg. 13. Similiter Simon sacerdos vnà cum duobus filijs à Ptolomæo Alobi filio ad conuiuium vocatus, & inebriatus occisus fuit, 1. Machab. 13. Vespasianus, teste Suetonio, suspectissimum quenq; sibi, per theatra, et castra ad cœnam inuitando haud cunctanter oppressit. In his Aulum Cæcinnam consularem virum vocatum ad cœnam, ac vixdum triclinio egressum confodi iussit. Similiter Demetrius Poliorcetes, hoc est, expugnator vrbium cognominatus, Alexandrum ad cœnam vocauit, eum è cœnaculo egredientẽ multis vulneribus confodi iussit. Sic Ioan. Baptista ab Herode, Quintus à Perpenna, alij ab alijs oppressi sunt. Atq; hoc quidẽ sæpissimè fieri testes sunt sacræ, et prophanæ literæ, testis est, proh dolor, quotidiana experientia. Immane profecto et inexpiabile hoc scelus conuiuio, quod ad ineundã, tuendam atq; conseruandam mutuam hominum amicitiam plurimũ habet ponderis, ad hominũ perniciem atq; cædem abuti. Hinc trito et peruulgato Germanorũ prouerbio, ein man ein banquet schencken/ donare alicui conuiuiũ idem significat, quod alicui malum aliquod ingens siue exitiũ conciliare. Sic φάγε ἔγχος, id est, Phoci conuiuiũ dicitur, vbi quis suo malo conuiuas excipit. Nam cum Phoco cuidã fuisse filiam iam nuptijs maturã: is procos, nam erant complures, conuocare solitus præmia statuebat, et conditionibus subinde nouis propositis nuptias prorogabat. Quamobrẽ indignati iuuenes Phocũ in conuiuio trucidarunt, auctor est Zenodotus, etsi Plut. in amatorijs narrationibus fabulam hanc aliter narret. Eras. Chil. 2. Cent. 8. At dixerit hîc non nemo, Estera tamen, quæ fuit sancta, & religiosa mulier, Hammanum amicitiæ specie, & simulatione ad conuiuium vnà cum Assuero rege inuitatum cum è medio tolli. An non hoc videtur fuisse à proba, religiosaq; illius fœminæ officio alienum? Respondeo hoc illius factum fuisse extraordinarium, ac proinde non temerè ad imitationem trahendum. Id namq; fecit non solùm Mardochei suasu & hortatu, verumetiam ipsius Dei singulari quodam impulsu, atque instinctu, vt nimirum vniuersus populus Iudæus præsentissimo funestissimæ internetionis periculo liberaretur, iustissimo Hammani supplitio, atq; ita simul Dei iustitia, atque gloria illustraretur. Illud ergo ipsum epulum licet sceleratissimo illi viro exitio fuerit, tamen innumeris alijs fuit saluti. Idem etiam dici potest de Iuditha, quæ similiter videtur esse vituperanda, quòd amicitiæ, & amoris prætextu accesserit ad Holophernis conuiuium, eo animo atque consilio, vt illum hac occasione è medio tolleret, sicuti scriptum est, c. 12. illius historiæ v. 13. Hoc illa quoque fecit non suo quodam prauo affectu, sed Dei instinctu impulsa. Nam quoniam Holophernes non animo amico & honesto, sed inimico potius, et inhonesto, illius nimirũ pudicitiæ violandæ gratia, illam inuitarat, factum est iusto Dei iudicio, vt ab ea quam ipse per summũ nefas virginali sua pudicitia spoliare est conatus, vita sua priuaretur, id quod simul cùm ad Dei gloriã, tum ad vniuersi populi salutẽ spectauit.

Phoci conuiuium.

Zenodot

Luxuriosa conuiuia exitialia sunt.

In genere autem omnia intempestiua luxuriosaq; conuiuia Thyestea, Agamemnonia, Medica, atq; Cyclopica meritò appellari possunt. Nam in ijs alij alios seu Antropophagi quidam feri, ac immanes

immanes deuorumus, alij alijs mortem, interitumq; & animi, & corporis, fortunarumq; omnium accelerauimus. Nam primò immodicæ illæ intemperantesq; cibi potusq; ingurgitationes (ad quas nos mutuò in conuiuijs nostris inuitamus, seu potius cogimus) quid quæso sunt aliud quàm venenata quædam pharmaca, quibus omnis generis morbos, mortemq; nobis celerem & immaturam accersimus? Deinde sumptus illi infiniti, & immanes pecuniarum, quæ in conuiuia illa profunduntur iactura, quò quæso aliò spectant, nisi ad nostrimet ipsius perditionem? Nam, vt verè eleganterq; inquit Aristot. δοκεῖ δ' ἀπόλεια τὶς εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά, ὡς τοῦ ζῆν διὰ τοῦτον ὄντος, hoc est, videtur sui cuiusq; interitus esse quidam facultatum profusio, quod ijs vita sustentetur. Et idem dicit ἀσωτον suas opes consumendo, atq; perdendo per se ipsum perire. Hinc per Prophetam Deus impijs principibus exprobrat, quod comedant populum suum tanquam panem, dum nimirum illos partim vi aperta, partim fraudibus, bonis & facultatibus suis spoliarent, quibus ceu necessarijs vitæ humanæ præsidijs ablatis, atq; sublatis, illos interire sit necesse. Hinc ergo colligimus luxuriosis huiusmodi profusisq; conuiuiorum sumptibus, & magistratus suos deuorare subditos, & parentes Thyestis illius instar, suos liberos, vxorem, totamq; familiam, et deniq; vnumquemq; & seipsum, & alios deuorare, atq; consumere. Adhæc in luxuriosis profligatisq; istis conuiuijs homines vino, ciboq; nimium onerati, ac proinde mentis impotes, mutuis sese plerunq; conuitijs (vt Paulus ad Gal. loquitur) mordent, atq; comedunt. Vt nihil dicam, id quod creberrimè fieri experimur, quod in illis ipsis luxuriosis conuiuijs sæpe homines Baccho atque Cerere ceu pessimis consultoribus impulsi in mutua verbera, corporis mutilationes, vulnera atq; cædes prosiliunt, atq; prorumpunt, φωμὸς, vt poëta ille inquit, de Cyclopibus & Vlyssis socijs verba faciens, ἐπιδόντες ἀνδρομέης, ita vt Antropophagorum, Cyclopum, Centaurorum, atq; Lapitharum conuiuia, imò non conuiuia sed commouia potius, vt ita loquar, dici mereantur. Non enim qui eiusmodi conuiuijs indulgent conuiuere, sed potius (vt de Antonio & Cleopatra dictum est) ob paulò ante commemoratas causas, συναποθνεῖσθαι, hoc est, commori verissimè dicuntur. Conuiuiorũ luxuriosorũ effectus funestissimi.

Sunt ergo (vt concludam) conuiuia illa vero illi conuiuiorum fini (de quo iam supra dictum est) plane contraria, charitati geminæ erga Deum atq; proximum inimicissima. Nam primo ipsum Deum huiusmodi conuiuiorum luxu nobis ex amico inimicum infestumq; reddimus, nosq; ab illius communione atq; societate disiungimus. Nullum enim Deo cum Belial, hoc est, cum Baccho, atq; Cerere eiusmodi conuiuiorum præsidibus, potest esse commerciũ. Deinde cum conuiuia illa plerunq; rixarum, litium, contentionum, iurgiorum, atque conuitiorum sint semina, ex quibus funesta sæpe odia, inimicitiæ, atque cædes nascuntur, non ad tuendam, & conseruandam, sed disturbandam potius ac labefactandam hominum societatem, pacem, atque concordiam plurimum valent. Huc referri potest celebre illud Epicharmi dictum, cuius Athen. lib. 1. meminit, ἐκ θυσίας θοίνη, ἐκ θοίνης πόσις γίγνεσθαι, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ δὲ κώμου γένεσθαι θυμέας, ἐκ δὲ θυμέας λοιδορίαν, ἐκ δὲ λοιδορίας δίκην, ἐκ δὲ δίκης κατὰ δίκην, κατὰ δίκης δὲ πόλεμον, καὶ συμφορὰς, καὶ ζημίας, id est, ex sacrificio conuiuium, ex conuiuio potionem prouenisse, ex potione lasciuia, ex ea insania, ex insania iudicium, à iudicio condemnatio, hinc compedes, fiderationes, mulctæ: Quamobrem mirum profecto non est bene moratas & constitutas Respub. pernitiosam hanc & exitialem communibus pariter atque priuatis rebus comessandi libidinem atque luxuriam, seueris quibusdam legibus veluti vinculis atque frenis (quas leges sumptuarias, atque cibarias appellauerunt) coërcere atque reprimere sedulo studuisse. Hæ leges vel conuiuarum numero, vel alimentorum pretijs, vel vasorum atque suppellectilis conuiuialis magnificentia, vel tempori, vel deniq; ferculorum copiæ & multitudini certum quendam modum præscripserunt.

Ac præ cæteris quidem illustres fuerunt illæ Romanorum antiquæ sumptuariæ leges, prophanorum Scriptorum monumentis admodum celebratæ, de quibus sic Macrob. lib. 3. Saturnal. c. 17. Longum fiat si enumerare velim quot instrumenta gulæ inter illos vel ingenio excogitata sint, vel studio confecta. Et hæ nimirum causse fuerunt, propter quas tot numero leges de cœnis & sumptibus ad populum ferebantur, & imperari cœpit, vt patentibus ianuis prætaretur, & cœnitaretur. Sic oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus fieret. Prima autem omnium de cœnis lex ad populum Orchia peruenit, quam tulit C. Orchius Trib. Pleb. de senatus sententia, tertio anno ante quàm Cato censor fuerit, qua præscribebatur summa conuiuarum tantum, luxui nihil derogabatur. Leges sumptuariæ. Lex Orchia de conuiuarũ numero.

Digitized by Google

Eiusdem Festus meminit lib.17. At XXII. *annis post Fannia lex lata fuit, non à prætoribus aut tribunis, sed ab ipsis consulibus, C. Fannio, M. Messala anno* D. XCII. *qua sumptus coercebantur, & modus præscribebatur assibus centum, vnde à Lucilio poeta Centussis festiuè vocabatur. Eò enim res redierat, vt gula illecti plerique ingenui pueri, pudicitiam, et libertatẽ suam venderent, plerique ex plebe vino madidi in comitium conuenirent, & ebrij de salute Reip. consulerent. Ea lex statuit, ne quid volucrum præter vnam gallinam, quæ altilis non esset, apponeretur: neue singulis diebus præterquam Saturnalibus, & Romanorum ludis, vel plebeis plures denis assibus domesticis cœnis impenderentur. Huiusce legis Tertull. quoque meminit in Apologetico his verbis. Leges sumptum comprimentes centum æra, non amplius, in cœnam subscribi iubebant: non amplius, quàm vnam inferri gallinam, & eam non saginatam. Centenarias antiqui appellauere cœnas, ab impensa centenum sestertiorum. Eiusdem & Plin. lib. 10. c. 50. & Athen. lib. 6. sub finem mentionem*

Lex Didia. *faciunt. Post annos* XVIII. *secuta est Didia duplici de causa, tùm vt vniuersa Italia, non sola vrbs lege sumptuaria teneretur, tùm vt non soli, qui prandia, cœnasue maiore sumptu fecissent, sed*

Lex Licinia. *etiam qui ad eas vocati essent, pœna legis tenerentur. Post Licinia, à Pub. Licinio Crasso diuite lata est, quæ in plerisque cum Fannia congruit, & quæsita tantum fuit nouæ legis authoritas exolescente metu antiquioris. Summa eius fuit, vt Calendis, Nonis, Nundinis Romanis cuique in dies singulos triginta duntaxat asses edundi causſa consumere liceret. Cæteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponeret quam carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo, libra quod ex terra, vite arboréue natum sit. Festus, Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus præter terra nata impendebatur, id est, centum assibus, qui erant breues nummi ex ære. Eiusdem Cic. meminit lib. 7. epist. ad Gallum epist. 27. Has secuta lex Cornelia, à Cor-*

Lex Cornelia. *nelio Sylla dictatore lata, qua non gulæ modus factus, sed minora tantum pretia rebus imposita, nimirum vt vtilitas eduliorum animos hominum incitaret potius, quàm legis authoritas absterreret. Sylla luxu ipse diffluens sumptuosus (inquit Plutarchus in vitis) ciues composuit ad frugalitatem. Eo mortuo Lepidus & ipse legem tulit cibariam, sic enim Cato sumptuarias leges appel-*

Lex Lepidi. Lex Antia. *lat. Paucis deinde interiectis annis, Antius Restio optimam legem tulit, quam tamen vitiorum firma concordia nullo abrogante irritam fecit. Ipse Restio quoad vixit foris postea non recœnauit, ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico pertulisset: Hæc Macrobius. De ijsdem vide Gellium lib. 2. c. 24. Noct. Attic. Quidam principes qui etiam Bacchanalia ipsi viuerent, tamen luxuriam suorum subditorum refrænare seueris legibus fuerunt conati, vt de P. Sylla Macrob. de Tiberio Cæsare, & alijs, testis est Plinius lib. 14. c. 14. Eundem vide lib. 8. c. 17. Hæ leges sumptuariæ (vt docet Ammianus Marcellinus) Romam fuerunt translatæ ex Rhetris Lycurgi, quæ diu obseruatæ tandem exoleuerunt. Rhetræ verò dictæ sunt Lycurgi leges, quasi ex oraculo decreta. Quantum præterea Lacedæmoniorum in hoc conuiuiorum luxu coercendo authore Lycurgo studium extiterit, & Plutarchus in vita Lycurgi, & innumeri alij Scriptores testantur. Verum de huiusmodi legibus & institutis ad conuiuiorum effrænatam licentiam coercendam accommodatis plura dicentur, quando ad singulas conuiuiorum species atq; partes peruentum fuerit.*

Optandum sanè esset Christianos Rerumpub. atq; regnorum moderatores, ad Ethnicorum illorum exemplum, & imitationem insanam hanc & immanem conuiuiorum luxuriam, quæ maiora indies incrementa sumit, imò quæ ad cumulum summum videtur peruenisse, cùm seueris legum sanctionibus, tùm vero atque in primis sobriæ, & frugalis suæ vitæ, ceu viuæ legis exemplo refrænare conarentur. Id si fieret multo profecto meliore in loco Christiana Respub. staret. Verum quoniam, proh dolor, plerique Christianorum principes Vitellios, Nerones, Diocletianos, Hæliogabalos, Caligalas, & alios huius farinæ tyrannos, seu portenta potius atq; monstra naturæ luxuriosissima imitari malunt, & ipsi non modo huic luxuriæ pestifero morbo, nullam salutarẽ medicinam adhibent, verumetiam illum luxuriosæ profligataq; suæ vitæ exemplo magis magisq; augent. Hinc fit, vt vniuersa Respub. Christiana (ne quid de singulis illius membris dicam) magis magisq; diminuatur, ac deformetur, & quotidie ferè propius ad fatalem suum occasum interitumq; appropinquet. Hinc, inquam, fit, vt Respub. Christiana Moscouitarum, Tartarorum, Turcarum, aliarumq; immanissimarum gentium prædæ, depopulationi, atque tyrannidi magis magisq; subijciatur. Et huc quidem facit Christiani cuiusdam imperatoris dictum ad milites à Sarracenis victos. Illi enim cum tau-

sam

Digitized by Google

ſam acceptæ cladis in vini inopiam conijcerent, quod ſcilicet vinum ſoleat hominum animos accendere, & corpori vigorem agilitatemq; addere, dixit, at qui nos vicerunt aquam potant, quippe cum eorum legibus & inſtitutis Mahometanis vini vſus prohibeatur. Sic quænam quæſo eſt hodie alia eſt causa cur Chriſtiani plerunq; immaniſſimis illis gentibus ſuccumbant, niſi monſtroſa iſta conuiuiorum luxuria, quæ & ſummæ, & mediæ, & infimæ ſortis hominibus eſt familiariſſima, quaq; animi corporisq; vires franguntur ac debilitantur. Adhæc opes atque diuitiæ maximæ, quæ ſæpe vel acerbiſſimis tributis extortæ ad arma bellumq; contra illas gentes parandum atq; gerendum conferri debebant, iſtæ conuiuiorum quaſi Scyllæ atque Charybdes deuorant & abſumunt.

Atq; hæc quidem in genere de conuiuiorum origine, fine, vſu & abuſu, abuſus deniq; tollendi corrigendiq; ratione ſatis ſint dicta, quæ quidem omnia in ſpeciali explicatione magis adhuc patebunt.

DE CONVIVIORVM DIVISIONE.

CAPVT IIII.

CONVIVIORVM *quoniam varia ſunt, & multiplicia genera, idcirco variè quoque diuidi poſſunt. Ac primo quidem conuiuium aliud dicemus eſſe corporeum (quod propriè conuiuium dicitur) quod quidem corporeo cibo potuq; conſtat. Aliud vero incorporeum & ſpirituale, quod ſpirituali mentis paſta pabuloq; conſtat, quod impropriè & tranſlatè conuiuium dicitur. Illud Thomas Aquinas ſuper Iſa. 25. facit triplex nimirum animæ, eccleſiæ, & beatorum, quorum vnumquodq; rurſus dicit habere tres ſpecies.*

Conuiuium aliud eſt corporeum, aliud incorporeum.

Conuiuium incorporeũ.

Conuiuia porro corporea propriè ſic dicta, de quibus nunc diſputamus, multis modis diuidi poſſunt, cum variæ ſint illorum ſpecies atque formæ. Illa enim longè lateq; in humana vita patent, perq; omnes humanæ vitæ partes, actionesq; ſunt diffuſa, ita vt nulla ferè ſit hominum actio, quam conuiuia non aut antecedant, aut comitentur, aut conſequantur, adeò vt conuiuia omnium ferè humanarum actionum principia, media, atque termini appellari poſſint. Et quemadmodum apud veteres, teſte Valerio, non ſolum publicè, ſed etiam priuatim nihil gerebatur niſi captato prius auſpicio, ſic & olim, & hodie quoque nihil vel publicè, vel priuatim, vel domi, vel militiæ, vel ſacri, vel prophani geritur, niſi conuiuium aliquod interceſſerit.

Conuiuia corporea variè diuidi poſſunt.

Ac prima quidem conuiuiorum diuiſio cum præcedentibus maximè cohærens videtur poſſe ſtatui ſecundùm eorum vel defectum, vel medium, vel exceſſum, ita vt alia moderata, atque frugalia, alia nimis parca, & ſordida, alia ſplendida, & magnifica, alia nimis ſumptuoſa, luxurioſaque dici poſſunt.

Prima conuiuiorum diuiſio.

DE CONVIVIIS MODERATIS, FRVGALIBVS, ATQVE ETIAM NIMIS PARCIS, atque ſordidis. CAPVT V.

CONVIVIVM *itaq; primi generis, mediocre, moderatum, temperatum, tenue, frugale, ſiue frugi, & parcum à Latinis appellatur. Conuictus facilis, ſine arte menſa, Martial. Cœnula diminutiuè. Cic. 5. Tuſc. Quid vos heſterna, inquit, cœnula non intellexiſtis, me pecunia non egere? A Græcis dicitur* συμποσιον λιτὸν, *id eſt tenue,* μέτριον, *id eſt, mediocre, moderatum, temperatum,* ἀφελὲς, *id eſt, ſimplex,* ὀλιγέλης (νη δι᾽ ὀλίγον ὀλιγέλης ἡ ποιεῖ παροινίαν, *id eſt, cœna ſumptu facilis non parit debachationem*) & εὐδάπανον, *id eſt, parui facilisq; ſumptus. Item* ἄθρυπτον, *id eſt, durum & auſterum,* ἀφλέγματον *quod nullam inflammationẽ gignit. Clem. Alexand. huiuſmodi conuiuium* δεῖπνον λιτὸν καὶ εὐζωνον, ὀλιγοτέλειον εἰς ἐγκράτειαν, ποικίλαις ἀνεπιμίκτον ποιότησιν, ἐκ παραδιαγώγητον *eleganter vocat. Idem præterea exprimitur variis prouerbijs ſumptis vel à dijs, vel ab hominibus, qui eiuſmodi conuiuiorum tenuitate vſi, & delectati ſunt, vel deniq; ab ipſis cibis.* *Vt cœnæ Deûm.* *Horat.*

Conuiuium moderatum.

Cœnæ Deûm.

O noctes, cœnæq; Deûm.

Suas frugi, & modicas, ſed iucundas & ſuaues cœnas comparat epulis, quæ in honorem Deûm

in templis apponebantur tenues, & parabiles, non sumptuosæ et splendidæ, vt testatur Dionys. Halicarnass. lib. 1. Antiquit. Credidisse videntur prisci deos non tantum nectare, & ambrosia pasci, verumetiam vilibus quibusdam cibis, vt Romulus rapis, credo de paupertate illius sæculi, quo Romulus vixerat. Proinde quasi in cœlis ijsdem cibis victitet, quibus in terra alebatur. Seneca sic scripsit in Apocolocynthesi, sitq; è Repub. esse aliquem, qui cum Romulo possit feruentia rapa vorare. Vnde Martialis quoque,

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus in cœlo Romulus esse solet.

Cel. lib. 28. c. 7. cœnas deorum vult dici, quæ citra omnem fiunt sollicitudinem. Erasmus contrà in Adag. suis cœnas deûm apud Horat. interpretatur prælautas, & opiparas, & vult nectar, & ambrosiam indicari. Nam hæc, inquit, illis tantum à poëtis tribuuntur, si quando domi cibum capiunt, alioquin si contingat aliquô ad opimam victimã inuitari, nidore carnium magis delectantur.

Cœna Saturnia. Cœna quoq; Saturnia dici potest κρόνιος βίος, hoc est, vita siue victus Saturnius dicitur prouerbiali tropo, pro beata, & luxus exotici doliq; ignara, qualis aureo sæculo tribuitur à poëtis, quem admodum Iunius in suis Adagijs multis testimonijs probat.

Hecatæ cœna. Hecatæ quoque cœnam perparcam, & impendiò frugalem appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu, minimoq; cibo, eoq; vilissimo viui putabatur, iuxta poëtarum fabulas, de quo sic Erasmus in suis Adagijs, veteres cœnam perparcam, & impendiò frugalem. Hecatæ cœnam appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu minimoq; cibo, eoq; vilissimo viuitur iuxta poëtarum Theologiam. Siquidem vmbræ plebeiæ malua porroq; victitant. Hecate (vt Antiphanes testatur apud Athen. lib. 6.) mœnidas ac triglidas pisces, apud nos contemptissimos, habet in delitijs, vt sibi sacros. Verum illud expendatur, an prouerbium accipi possit de cœna illa quam singulis mensibus in triuijs collocabant diuites, diripiebant pauperes. Cuius rei meminit etiam Aristophan. in Pluto.

— Παρὰ τῆς ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πυθέσθαι
Ἢ τὸ πλουτεῖν ἢ τὸ πεινᾶν βέλτιον, φησὶ γάρ αὕτη
Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουσίους δεῖπνον κρὺ μιᾶς ῥοδάγλη
Τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν ὧν κατάθηται, Χρέμυλε ῥοὸς πείαν.

Quo quidem loco in hanc sententiam scribit interpres. Olim in triuijs venerabantur Hecaten, quod eadem tribus nominibus appelletur, Luna, Artemis & Hecate. Cæterum sub nouilunium diuites mittebant cœnam vespere, veluti cœnam Hecate in triuijs, pauperes autem esurientes diripiebant ac deuorabant, quæ erant apposita, dicentes quod Hecate comedisset. Ipsius Scholiastis verba hæc sunt, κρὺ νεμεσιᾶν οἱ πλούσιοι, ἔπεμπον δεῖπνον ἐσπέρας ὡς θυσίαν τῇ ἑκάτῃ ἐν ταῖς τριόδοις, οἱ δὲ πένητες ἤρχοντο πίνωντες καὶ ἥδιον αὐτὰ, καὶ ἔλεγον ὅτι ἡ ἑκάτη ἔφαγεν αὐτά. ἄλλως τε καὶ ἦν ἄρτος καὶ ἄλλα τινα κρὺ μιᾶς τιθέναι τῇ ἑκάτῃ τοὺς πλουσίους· λαμβάνειν δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς πένητας, ὅτι τῶν ἱερῶν δὲ οἱ πολλοὶ ζῶσιν. Lucianus quoque Dialog. 1. Necricorum meminit

Hecales cœna. δείπνου ἑκάτης, cui canes immolasse priscos Brodæus probat lib. 1. Miscel. c. 24. Hecales similiter cœna de frugali admodum, tenuiq; apparatu effertur, ab Hecale paupercula, cuius apud Ouid. fit mentio, & cuius egenam cœnam non aspernatus fuisse Theseus legitur. Iulianus Cæsar ad Iamblichum philosophum, πάντως δὲ καὶ τῆς ἑκάλης ὁ Θησεὺς τὸ δεῖπνον τὸ λιτὸν ὑπεξέφευγεν, ἀλλ' ἤδεται καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι, id est, nimirum Theseus non detrectauit tenuem Hecales cœnam, sed norat etiam paruis esse contentus, cum ita ferret necessitas. Dicitur autem Hecale anus Theseum iam tùm iuuenili in ætate hospitio solita excipere, proq; illius ad pugnam profecturi sospite reditu vota dijs nuncupasse, in cuius beneficij memoriam Theseus instituit postea Hecalesion festum, quo Ioui ab illius nomine Hecale dicto sacrificabatur. Callimachus scribit in opere, quod ab illa anu inscripsit Hecalen, habuisse illam φιλοξενίης στέγον ἀκλήιστον, id est hospitij lares nemini clausas, cunctisq; patentes. Hæc Iunius in Adagijs. Hecales meminit quoque Plautus in Cistellaria,

Siquidem eris, vt volo, nunquam Hecale fies.

Icci cœna. Item Ικκου δεῖπνον, id est, Icci cœna, teste Iunio in Adagijs paræmiacè de perparca & frugali cœna dicitur, vt commemorat Eustath. Iccus Tarentinus fuit medicus, ὃς καὶ βίβλους ἔγραψε εἰς

παροιμίαν

παροιμίαν κεῖται, id est, cuius vitæ parsimonia in prouerbium abijt, illudq; dici, vt inquit, ὅτι τῆς ἀπεριττῶς δειπνούντων. Meminit Ælianus lib. 11. variæ historiæ Icci Tarentini non medici, sed luctatoris, quem toto certationis tempore, temperatissimo victus genere vsum, venerisq; omnis expertem fuisse scribit. Græcè est κακολασμὸν ξοφῆ διαβιώσας. Huiusmodi omnium Christianorum, quibus in hoc mundo periculosa luctuosaq; est cum diabolo, mundo, atque carne lucta, conuiuia esse oportebat.

Cœna quoque philosophica pro frugali nonnunquam vsurpatur: nam, vt inquit Laxius, cœna philosophica frugalissimè erat instructa, non multum à sportula diuersa, quod philosophi frugalissimè, & disserendo de rerum natura solerent cœnare. Huiusmodi συμπόσια φιλοσόφων. Athen. lib. 5. statim ab initio, vt Diogenistarum, Antipatristarum, & Panætiastarum Athenis fuisse scribit. In ea reliquit Theophrastus pecuniam, non vt intemperanter agerent vna conuiuantes, sed vt σωφρόνως καὶ παιδευμένως, id est, moderate, eruditeq; in conuiuijs dissererent: & paulo post, ὀλίγαι λὲς ἦν τοῖς φιλοσόφοις συνάγεσι τὰς νέας μετ' αὐτῶν πρὸς τινα τεταγμένον νόμον ἐυωχεῖσθαι. Dabant operam vt iuuenes secum adducentes ad certum legitimumq; modum conuiuarentur. Hæc fuit philosophorum illorum veræ sapientiæ expertium in conuiuijs frugalitas, temperantia, atque modestia. Pudeat ergo nostros philosophos, illos præsertim qui summæ illius verissimæq; sapientiæ, hoc est, religionis Christianæ studium, cognitionemq; profitentur, suæ luxuriæ, intemperantiæ, immodestiæ, cui cum summa pernitiosaq; plebis Christianæ offensione atque scandalo, & cum ipsius religionis, ecclesiæq; detrimento, nimis effrænate indulgent. Quorum sermones conuiuiales non sunt quales Athenienſium illorum philosophorum Athenæus scribit fuisse, σώφρονες, καὶ παιδευμένοι, id est, temperantes, & eruditi, sed, Bacchonimirum, Como, atq; Venere per illos loquentibus, vani, futiles, scurriles, turpes, & obscœni, qui non ad iuuentutis institutionem, sed offensionem potius faciunt. Quamobrem vt illæ Athenienſium philosophorũ cœnæ virtutis, & industriæ, ita hæ philosophorum Christianorum cœnæ cœnosæ, vt ita loquar, vitiorum omnium scholæ appellari possunt. KB.

Cœna philosophica.

Vt autem philosophicum, ita musicum quoq; conuiuium & apparatus pro mediocri, temperatoq; passim apud authores accipi Iunius in Adagijs testatur. Damascius Syrus in historia, quam de philosophis scripsit: τὸν ὃ ξοφὸν ἐμπλησάσθαι μοῖραν τινα καὶ ἄθρυπτον, ἔτε κακυργῆσαν διὰ πενίαν, ἔτε διὰ πλοῦτον βλακεύσασαν, ἀλλὰ μέσον, καὶ μουσικὸν, καὶ τὸν θεῖον ζόφον τῆς τύχης ἀληθῶς ἁρμοσμένον, id est, victum sortitus est, moderatum, & frugalem, neque ob egestatem præparcum, neque propter opes diffluentem, sed medium, atque musicum pro fortunis verè temperatum, ad instar Doriorum modorum. Plutarchus in præceptis salubribus Timotheum Athenienſium ducem cœnasse dicit in Academia apud Platonem μουσικὸν, καὶ λιτὸν δεῖπνον, id est, musicam & frugalem cœnam: quod repetit idem in Sympos. sexto his verbis ἐδειπνισε μουσικῶς, καὶ ἀφελῶς, id est, tractauit ipsum musicè & mediocriter absque graui apparatu. Similiter Athen. lib. 10. ἐστιαθεὶς ἀφελῶς καὶ μουσικῶς, id est, conuiuio exceptus mediocri & musico. Euphron Comicus, ἅλας δὲ μουσικῶς, id est, mediocri salis copia iniecta. Huc referri puto illud Plauti in Mostellaria,

Cœna Musica.

Musicè hercle agetis ætatem, ita vt vos decet,
Vino, & victu, piscatu, probo, electili vitam colitis:

Quum vellet innuere mediam viuendi rationem illos sequi, neque vilis & minimi pretij, neq; rursus maximi dapibus victitando, sed medio victu contentos. Lambinus musicè illo in loco interpretatur concinnè, & lepidè: licet etiam, vt idem inquit, musicè accipere propriè, vt referatur ad fidicinas, & tibicinas, quæ fidibus & tibijs apud Philolachetem canebant. Musicum conuiuium latinè mundum quoque appellare possis, nam mundum est medium inter sordidum, & luxuriosum seu profusum, vt pluribus Lambinus docet, in Horat. lib. 2. Sat. 2. Notabis etiam hic conuiuium virorum sapientum, μουσεῖον eleganter à Luciano appellari.

Cœna quoque Platonica prouerbialiter nonnunquam pro mediocri & frugali vsurpatur, propterea quod is philosophus eiusmodi cœna delectatus fuisse scribitur. Eius rei testis est Plut. lib. 6. Sympos. Plato, inquit ille, Timotheum Cononis filium, vt illum à sumptuosarum ac militantium cœnarum consuetudine abduceret, ἐδείπνισε μουσικῶς, καὶ ἀφελῶς ταῖς ἀφλεγμάντοις, ὡς φησιν,

Cœna Platonica.

ὁ Ἰων ξαπίζαις, αἷς ὕπνοι τε καθαροὶ, καὶ βραχύνειοι φαντασίαι, τῷ σώματι & ἀσκήσει, καὶ γαλήνῃ ἔχοντες ἵπονται, hoc est, excepit tenui, & musico, id est, moderato victu, inflammationem nullam parente, qualem somnus tranquillus, nec crebris interruptæ somnijs imaginationes, sed cùm corporis alacritate tranquillitateq; coniunctæ sequuntur. Timotheus itaque postridie discrimine suarum, quibus adhuc vsus fuerat, & Platonicæ cœnæ animaduerso, dixit eos qui apud Platonem cœnarent, etiam sequenti die bene se habere.

Cœna rustica. Cœnas rusticas Horat. lib. 2. Satyr. 5. Vocat tenues, & minimè sumptuosas, post quas dicit se noctes ducere quietas, & tranquillas, somnosq; capere placidissimos, neque à cibo immoderato, nimiaq; potione interruptos.

Cœna Laconica. Cœna Laconica similiter pro parca, atq; tenui sæpenumero accipitur, propterea quod Lacedæmoniorum summa fuit in publicis illis syssitijs, de quibus suo loco, parsimonia, atque temperantia, vt Athenæus, innumeriq; alij authores testantur.

Sacrificiũ nephalium. Νηφάλιον θυσίαν, hoc est, nephalium seu abstemium sacrificium (quod etiam ἄοινον, id est, vini expers dictum) pro conuiuio vehementer frugali & sobrio vsurpari posse, Erasmus vult in suis Adagijs. Idem quoque testatur accipi posse, pro quouis prandio ἀοίνῳ, id est, vino carente, siue abstemio, in quo videlicet nihil vini potatur, quod etiam caninum dicitur, quod canis vino caret, teste Gell. lib. 13. c. vlt. Eiusmodi Adriani imperatoris fuisse prandia, Dion Cassius testatur.

Sacrificium ἄκαπνον. Ἀκαπνὸν quoq; θυσία, id est, sacrificium absq; fumo, teste Erasmo, dicitur de nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti obsonijq; apponitur, translatum à pauperculorum sacris, molas, thusculum, lac, aut corollas offerentium, cum dij nidorem illum expectant, vna cum fumo subuolantem iuxta Homerum. Lucianus in amoribus βαθὺ γὰρ μοὶ ὁ λαίμων. ὦ λυκῖνε, καὶ τοῖς ἀκάπνοις, ὥς φασι, θυσιῶν ἥδιστα τερπόμενος, id est, sane perquam edax est deus, ô Lycine, quiq; fumi expertibus sacris haudquaquam gaudeat. In eodem sensu vsus est & Athenæus. ἀκαπνία γὰρ ἀεὶ ἀοιδοὶ θύομεν, id est, poëtæ semper sacra sine fumo sacrificamus. Sic parcum tenuemq; prandium Grippus piscator apud Plaut. in Rudent. his verbis describit,

Sed hic rex cum aceto pransurus est sine bono pulmento,
Nam miseris obsoniorum loco est sal cum aceto.

Cœna Cynica. Cœna Cynica pro nimis tenui, & sordida accipitur. Petronius arbiter,

Ipsi qui Cynica traducat tempora cœna.

Quibus verbis Turnebus in suis aduersarijs eos significari putat, qui miserè viuunt, vt siliquis, & leguminibus, quiq; vilissimis cibis se tolerant, & sustentant: nam talis erat Cynicorum philosophorum victus. Sic Lucianus de Cynico quodam, ὃν ἔδη τῆς ἑκάτης τὸ λεῖπτον φαγόντα, καὶ τὰ ἐκάτῃ καθαρσίων τὰ ὠά, πρὸς τούτοις τε σπείρας ὠμὰ διαθεῖν, id est, cœnis agitur Hecates, & ouis lustrationum, vt mendici, & sæpius crudis viuebant.

Cœnæ Timoniæ. Cœnæ quoque Timoniæ eodem sensu videntur vsurpari. Seneca, Non est, quod nunc existimes me dicere Timoneas cœnas, & pauperum cellas, Puto, inquit Turnebus in suis aduersarijs, verum esse Timoneas à Timone dictas, cui humanum genus exosum erat, vitamq; quandam inhumanam, & feram sequebatur, in cibisq; non modo vulgaribus, sed vilissimis, & à reliquis hominibus prope damnatis acquiescebat.

Cœnæ terrestres. Cœnæ tenues, quæ nil nisi terra natum habent, terrestres à Plauto appellantur, quas Horatius egregiè cœnas sine sanguine vocat imitatione Græcorum, vt videtur. Apud Diphilum Parasitus auguria captans ex fumo culinæ.

Εαν ἡ πλάγιος, καὶ λιπὸς, βοῶς νοσῇ
Οτι τοῦτό μοι τὸ λεῖπτον ἀλλ' εὐθὺ αἷμ' ἔχει.

Huc potest referri illud Salom. Prouerb. 15. Melius est conuiuium oleris, vbi sit dilectio, quam bouis saginati, in quo sit odium.

Prandium passerinum. Prandium passerinum pro exiguo bolo, & minuto eleganter extulit Pomponius, quantum passer absumat: poterit etiam vsurpari pro tenui conuiuio. Germanicè, vulgo hominem exigui cibi dicimus comedere instar passeris. De frugalitate conuiuiorum antiquorum, vide Eustathium, Ἰλιαδ. β. fol. 185. v. 49. in illa Homeri verba:

Κάπνισσε

Κάπνισαν ἢ κατὰ κλισίας (Graeci iussu Agamemnonis) καὶ δόρπον ἕλοντο.
Αλλος δ' ἄλλῳ ἔριζε θεῶν.

Atque hæc quidem de conuiuijs vel frugalibus atque moderatis, vel nimium sordidis. Omnino autem, vt in genere supra dictum est, medium hic est nobis tenendum, vt nimirum conuiuia nostra, præsertim quibus alios accipimus, sint munda, parca, frugalia, moderata, nec tamen nimis sordida, quæ Cynica & Timonia verissimè appellari possint. Est enim parsimoniæ frugalitatiq; ita studendum, vt repellantur nimiæ sordes.

DE CONVIVIIS MAGNIFICIS, SPLENDIDIS, ATQVE LVXVRIOSIS.

CAPVT VI.

NVNC *de conuiuijs splendidis, magnificis, sumptuosis, atque luxuriosis dicamus. Conuiuium magnificum ab Hebræis* רב *Rab appellatur, Daniel. 5. Item Esa. 25. v. 6. Conuiuium splendidum, quo conuiuium spirituale adumbratur, appellatur* משתה שמנים & משתה שמרים *Miste Schemanim; Miste Schemarim (notanda elegans paranomasia) Hic Kimhi vult Miste Schemanim significare, conuiuium ebriosorũ, cui opponatur conuiuium Schemarim, id est, sobriorum, qui cauent ne nimiũ bibant. Alij per Miste Schemanim intelligunt, conuiuium pinguium, scilicet carnium, Miste Schemarim, conuiuiũ vinorũ asseruatorum: nam deriuatur à custodiendo, & significat non vinum quod Latini fecatum vocant, id est, ex fecibus expressum: sed quod immediate supra feces residet, quod quidem suaue est, & odoriferum. Addit Esaias, Schemanim Memuhaim, Schemarim Mezukakim, id est, pinguium medullatorum, vinorum defecatorum. Conuiuij hæc est periphrasis delicatissimi, quod duobus potissimum constat, carnibus pinguibus, & medullatis, & optimo vino.*

A Latinis varijs nominibus insignitur, cuiusmodi sunt illa quæ sequuntur. Conuiuium, mensa siue cœna lauta, opipara, exquisita, magnifica, splendida, nitida, elegans, copiosa, omnibus rebus instructa, parata, ornata, &c. Martialis, Latina nomina.

Illa quidem lauta est, dapibusq; instructa superbis.

Apuleius, Gaudiales instruunt dapes.

Cœna dapalis. Plinius lib. 10. c. 10. Pauonem cibi gratia primus occidit Hortensius dapali cœna sacerdotij. Varro, Primus pauones Q. Hortensius augurali dapali cœna posuisse dicitur. Dapalis dicta, teste Marcello, quod diuersis & amplis dapibus constat. Eadem etiam dapsilis à Sueton. in Vespasiano, & dapsatica appellatur. Plautus, dapsaticè excepti. Dapticè, inquit Festus, se acceptos antiqui dicebant significantes magnificè, & dapticum negotium amplum, ac magnificum. Dapes appellatæ sunt lautæ & magnificæ epulæ, à δαψίλιον quod largum, & δαψαυλία quod largitatem significat. Cœna dapalis, dapsilis, dapsatica.

Cœna pollucibilis, Macrob. lib. 3. Satur. c. 17. Cœna pollucibilis.

Cœna recta, Sueton. in Vespasiano, sed & conuiuabatur assiduè, ac sæpius recta & dapsili, vt macellarios adiuuaret: alij legunt rectè & bapsilè. Sic rectè viuere pro lautè, & opiparè Seneca vsurpauit, cum inquit, Hanc petunt omnes isti, qui vt ita dicam, rectè viuunt. Apud eundem rectus apparatus est lautus. Non, inquit, magnam rem facis, quod viuere sine recto apparatu potes. Nero cœnas alias rectas & opiparas dicitur instituisse, alias per sportulam: at Domitianus sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Cœna recta dabatur à dignitibus clientibus, & erat opipara, & modis omnibus instructa, sic dicta quod recto ordine in hac conuiuæ assidebant. Sueton. in Augusto, Conuiuabatur assiduè, nec vnquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumq; delectu. Huc alludit Martialis, Cœna recta.

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Cœnam quoq; vnctam possis appellare, vt cibum vnctum Horat. pro apparatu condito accepit. Cœna vncta.

Cœna item epularis, ganeata, gliscera à nonnullis dicitur. Cœnas epulares Cyprianus dixit pro affluentibus, Cicero epulas profusas vocat in oratione pro L. Murena. Cœna epularis, ganeata, gliscera.

Cœna dubia

Cœna item dubia appellatur, id est, varijs ferculis instructa. Phormio apud Terentium, Cœna dubia apponitur. Quid isthuc verbi est? Vbi tu dubites, quid sumas potissimum. Exponit parasitus verbum suum alioquin anceps. Nam dubium etiam periculosum significat, vt dubia cœna possit intelligi, quæ non careat suspicione veneni. Horat. in Serm.

— Vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia, &c.

Dubium tamen pro sordida Hen. Stephanus festiuè admodum in festiuo illo suo epigrammate, in Posthumum quendam vsurpat,

Conuiuis dubiam dico te apponere cœnam
Posthume, sed dubiam nomine more nouo.
Non etenim dubia est cœna, vt fuit illa Terenti
Quum dubitat primum quem velit esse cibum.
Sed quoniam hanc dubitat quisquis cœnatus abiuit,
Verè an per somnum sit data cœna sibi.

Cœna popularis.

Cœnam popularem Philto ille Plautinus in Trinummo appellat, vt vult Erasmus in Adagijs, magnificam, egregiéq; lautam, atque adeò gratuitam quoque quales solent exhiberi populo. Sic enim ille loquitur,

PH. Quid tum si in eadem ad cœnam veneris, Atq; ibi opulentus tibi par fortè vt veneris
Apposita sit cœna, popularem quam vocant. Si illi congestæ sint epulæ à clientibus.

Cœna ebria.

Cœna quoque ebria Plauto est opipara in Casina,

Facite cœnam mihi, vt ebria sit
Cœnare lepidè, nitideq; volo.

Cœna adipalis.

Adipalem quoque & adijcialem nonnulli vocant cœnam lautam, quæ voces non reperiuntur apud probatos authores, melius forsan adipatam dixeris: nam adipatum veteres honestè propingui, & succulento, & opimo posuerunt. Cic. de Orat. Asciuerunt suis artibus opimum quiddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.

Epulæ regales.

Epulæ regum Horat. regales Ouid. Cœna regia, Sidonio. Epulæ carnifices (bánckermaal) Claudiano, Epulæ dulces Horat. Geniales Claudiano, Lautiores Statio, Liberæ Tacito, Solennes Tacito, Apparatæ Liu. Parasitus apud Plaut. in Menæch.

Cereales cœnas dat, ita mensas extruit
Tantas struices concinnant putinarias, &c.

Cereales cœnæ.

Cereales cœnas, inquit Turnebus in suis aduersarijs, appellari suspicor opimas, & lautas, & multis ferculis oneratas, quod Cerealibus populariter solerent genio indulgere. Vnde Maro,

In primis venerare deos, atque annua magna
Sacra refer Cereri lætis operatus in aruis
Extremæ sub casum hyemis iam verè sereno
Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina.

Sed & ante messem ei sacra faciebant, ac epulabantur, vt ex eodem Marone intelligitur. De cœnis Cerealibus, vide Turneb. in aduersarijs.

Nocturna conuiuia.

Sic nocturna illa conuiuia quæ post cœnam aguntur, quoniam reuera sunt intempestiua, & luxuriosa, lasciuiæ petulantiæq; plena, hinc κῶμος Græcè, Latinè comessatio (quibus illa exprimuntur) pro quouis intempestiuo luxurioso q; conuiuio accipiuntur. Aristoph. in Pluto:

Εὔικε δ' ὀπὶ κῶμον βαδίζειν, id est, videtur ad comessationem ire, hoc est, ad conuiuium lasciuum, & immoderatum. Menedemus consulit anti Antigono an κῶμον adiret, renunciare iussit, memento regis te esse filium. Laert. lib. 2. interpres vertit luxuriosum conuiuium. Εαὶ ὀπὶ κῶμον κληθῇς, μὴ ταχύνεις, Nazianz. id est, si ad conuiuium luxuriosum, vel ad vitam voluptuariam vocatus fueris, ne properes. Eadem vox κῶμος, vt illud quoque addam, & deum comessationum, nocturnarumq; saltationum præsidem, quem Philostratus imagine tertia ἐν εἰκόνων eleganter depingit, & iuuenum contubernium nocturnumq; discursum, qui coronati noctu cum facibus musicisque instrumentis ad amicarum fores, saltandi cantandique gratia concurrebant procacitérque lasciuiebant, adeò vt fores confringerent (vt apud Christianos in Bachanali-

bus

bus potißimum fieri conſueuit) & genus ſaltationis atq; carminis (vnde forſan noſtrum gumpen) & tibiam atq; fiſtulam in comeſſationibus vſitatam, & deniq; tempus à cœna vſq; dum cubitum itur ſignificat.

A Græcis ſplendida ſumptuoſaq; conuiuia huiuſmodi ferè nominibus deſignantur. Ac primo quidem nomina ſunt, εὐωχία, εἰλαπίνη licet pro quouis conuiuio vſurpentur, tamen propriè lauta & opipara conuiuia ſignificant, vti ſupra pluribus explicatum eſt. Græca nomina.

Πανδαισίαν inquit Cæl.lib.9.c.12. Græci vocant additiale conuiuium ac ganeatum, dubiumq; & omnifariam obſonijs differtißimum. Id nos excuratum gliſcerumq; dicere poſſumus, & ſaliare. Sunt tamen qui eo nomine intelligi malint ad quod, vbi veſcerentur publicè, commeantes paſſim domo portionem quiſq; ferrent, in medium tamen quod attuliſſent, collaturi. Ariſtoph. inquit, πανδαισία

Ὡσπερ μέζα, καὶ πανδαισία, hoc eſt, ἁλμυλὶς καὶ παντοῖα εὐωχία, ſeu ποικίλη, καὶ ἐν διαφόροις ὄψων εὐωχία. Quum vnuſquiſq; ſua obſonia ſecum portans in medium conferebat, aut cum multis propoſitis edulibus, caperet quiſq; quod vellet, vt tradit Ariſt. Scholiaſtes. Apud Herodotum in Terpſichore pro conuiuio opiparo & velut ſaliari vſurpatur; Ὡς περσαι, ὅκατε πανδαισίῃ τελείῃ εἰσιῶσαι, Quod paulò ante vocarat δεῖπνον μεγαλοπρεπὲς. Gregor. ἐπειδή σοι πάντα προύθηκεν ἡ φύσις ὡς ἐν πανδαισίᾳ κοινῇ.

Conuiuium præterea lautum huiuſmodi epithetis à Græcis exprimitur. δεῖπνον μέγα, Luc. 14. λαμπρὸν ſplendidum, πολυτελὲς ſumptuoſum, λιπαρὸν pingue, opimum, ſeu adipatum, ἁλμυλὲς dapſile, dapale, dapſaticum, μεγαλόεργον, & μεγαλοπρεπὲς magnificum, ὠνιαιότατον Athen. ſummo ſtudio apparatum, ἐκλελεγμένον electum, electile, eximium. Athen. ποθεινὸν deſyderabile ibid. ζάπεζα ἀβρόδαις Athen. ex poëta quodam, menſa delicatis cibis inſtructa, δαῖτες εὐοχθοι Bacchilid. apud Athen. δαῖτες εὐδεῖπνοι Euripid. δεῖπνον ἄμεμπτον, (forte δεῖπνον ἄμεμπτον) cœna perfecta, omnibusq; numeris abſoluta. Cel.28.c.1. Conuiuium lautum Græcè.

Τεράπεζαν φλεγμαίνουσαν Syneſ. appellat menſam ſaliaribus dapibus inſtructam. Nazianz. libro de recto ordine, ἢ φλεγμαίνουσα, καὶ ἐκμαίνουσα ζάπεζα, id eſt, turgida & inſana menſa. Plutarchus Sympoſ.4. ὥσπερ ἀλεξιφάρμακα πρὸς ὕπτον πολυτελεῖς, καὶ φλεγμαινούσας ζαπέζας περιάψαμενοι, velut amuleta aduerſus ſumptuoſas & turgidas menſas epulas ſuſpendentes. His opponit Ion comicus, vt ſupra dictum eſt, ἀφλεγμάντους ζαπέζας menſam tenuem, neq; turgidam. Athen. ὕπως τεθραμμένους, ἀφλεγμάντους εἴη) τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχάς. Huc ſpectat Antiphanis comici cœna frugalis ex bulbis & fungis. τοιοῦτος βιὸς ἀπύρετος φλέγμα ἔχ' ἔχων, id eſt, eiuſmodi victus febrium vacuus eſt, tumore omni carens, Iunius in Adagijs. Homerus biſce ferè epithetis conuiuium eximium inſignit δεῖπνον ἠδύ, καὶ μενοεικὲς, Οδ.γ.λαοὺς, Ιλ.ε & τ.μέγα δόρπον Ιλ.τ. δαῖς ἀγαθὴ Ιλ.ψ & Οδ.ο.ἐδωλὴ Ιλ.α.θαλείη, Οδ.θ.δυὴ Οδ.θ.ἐϊκυδὴς Οδ.κ.Ιλ.α.ἴσον, ἐΐσω δ' αὖτα (inquit Euſtath.fol.22.) ἢ τὸ ἴσω ἴσῳ κ' πλεονασμὸν ἰωνικὸν, (ἰσομοίρως γὰρ ἐδαίνυντο, δηλ. τὸ ἀφιλόνεικον) ἢ παρὰ τὸ εἶμι, τὸ πορεύομαι, ἢ δηλ. πάντες ἰκνεμμένοι τῷ σώματι. πείρη Ιλ.τ. pinguis. Euſtath.1244. δαῖτα λέγει πίειραν τὸ δηλ. τῆς καὶ θαλείαν.

Multis præterea et varijs prouerbijs conuiuiũ magnificum, atque ſumptuoſum cùm apud Græcos, tùm apud Latinos authores exprimitur. Ac primò certæ quædam lautißimorum conuiuiorum ſpecies ſynecdochicôs, atque generatim pro quibuſuis lautis & opiparis conuiuijs accipiuntur. Sic exempli gratia, quoniam fabuloſa vetuſtas commentitijs ſuis dijs epulas tribuit, eaſq; lautas eſſe credidit, hinc cœnæ deûm apud Horat. Eraſmus vult accipi pro lautis, & magnificis, de quo ſupra. Item quoniam epulæ illæ vna cum ſacrificijs in honorem deorum apparatæ (quæ dapes vulgò dictæ ſunt) magnificæ fuerunt, hinc dapes dicuntur non ſolum deorum, vel noſtræ in ſacrificijs deorum epulæ, ſed quiuis magni, & opipari conuiuiorum apparatus. Sic Βυθυσίαν veteres regale, ſacrum magnificum, & opiparum quoduis conuiuium appellarunt teſte Eraſmo in Adag. Præterea quoniam regum magna ſolet eſſe in conuiuijs magnificentia, hinc regum epulæ apud Horat. ſiue regales, vt eſt apud Ouid. pro quibuſuis ſplendidis epulis accipiuntur. Vnde Virgil. paratas epulas luxu regifico dixit. Sic apud Plautum in Perſa, Baſilice agite Eleutheria: & paulò poſt, Baſilico accipiere victu. Conuiuia quoque militaria olim fuerunt luxurioſa, hinc apud Plutarchum Sympoſ.6. in præfatione δεῖπνα πολυτελῆ etiam στρατιωτικὰ appellantur. Adhæc quoniam vt hodie, ita olim quoq; nuptialium conuiuiorum magnus fuit ſplendor (de quibus ſuo loco) hinc quod- Cœnæ deorum. Βυθυσία. Epulæ regiæ Epulæ militares.

Epulæ nuptiales.

uis conuiuium exquisitum & splendidum γαμικὸν, id est, nuptiale dicitur. Aristot. libro 4. Ethic. Βάναυσον τὰς ἑορτὰς γαμικῶς, δαψιλῶς, καὶ μεγαλοπρεπῶς ἑστιᾶν indecorum est sodales nuptiali ritu magnificè splendidéq; accipere. Eodem modo cœnæ sacerdotales, vt Pontificales, augurales. Saliares (de quibus plura suo loco) quoniam earum, vt hodie quoque, magnus fuit luxus, creberrimè apud authores prophanos pro quibusuis sumptuosis, luxuriosisq; conuiuijs vsurpantur,

Cœnæ saliares, augurales.

Saliares cœnas cœnasse credidit, Apuleius de suo equo lib. 4. Martialis in lautum inuitatorem.

Non Albana mihi sit comessatio tanti,
Nec Capitolinæ Pontificumq; dapes.

Cœnæ Pontificales.

Cœnæ Capitolinæ.

Iam vero à gentibus quoque conuiuialis huiusmodi lautitiæ, atque luxuriæ studiosissimis (quæ illis tandem exitium peperernnt, vt testantur historiæ) quæuis magnifica, sumptuosaque conuiuia apud scriptores denominantur. Exempla subijciam. Vt mensæ siue cœnæ Persicæ. Horat. apparatus Persicos pro opiparis dixit. Fuit enim Persica opulentia luxuriaq; admirabilis, vt ex historijs Græcis & Latinis satis patet, de qua vide Herod. libro 1. & 5. Athen. libro 4. & innumeros alios.

Mensa Persica.

Mensa Medica.

Sic μηδικὴ τράπεζα, id est, mensa Medica pro exquisitè sumptuosa, & ingentis apparatus mensa prouerbialiter accipitur à Synesio lib. de insomnijs qui Persis vicini eodem luxuriæ morbo laborarunt. Synesij verba sunt, ὁ δὲ τράπεζαν εἰ μὲν βάλοιτο σικελικὴν, εἰ δὲ βάλοιτο μηδικὴν, id est, mensam apponit, si velit Siculam, aut si malit Medam. Vsurpat & Dion Chrysostomus in Orat. 33. ἅμα σπάτης, καὶ ἀλυργίδες, καὶ μηδικὴ τράπεζα, καὶ τὸ γέλοιον αὐτῶν ἐξελιπεν. Defecerunt pariter sceptra, paludamenta, mensa Medica, ipsorúmque prosapia. Thucid. libro 1. de Pausania elatius se gerente, τράπεζαν μηδικὴν παρετίθετο, id est, mensam apponebat Medicam, quanquam Scholiastes Græcus περσικὴν legisse videatur, sed exponit rectè τρυφερὰν, id est, opiparam, delitijs affluentem. Diuerso tamen sensu μηδικὴν τράπεζαν, id est, Medicam mensam posuit Athenagoras libro de mortuorum resurrectione pro immitibus cruentisq; epulis, de quo supra Iunius in Adag. Porrò de Medorum ἁβρότητι & καλακίᾳ. Vide Athen. lib. 12. & Xenoph. lib. 8. Eiusdem & Persicæ & Medicæ luxuriæ luculenta testimonia sunt magnificentissima illa, vereq; regalia Darij, & Assueri (qui Persarum atq; Medorum reges fuerunt) conuiuia, quorum descriptionem habes 3. Esdræ 3. & 1. c. Esther.

Sybariticum conuiuium.

Sic quoniam Sybaritarum monstrosa olim plurimorum Scriptorum monumentis celebratissima luxuria extitit, de qua Athen. lib. 12. Plutarch. in conuiuio sapientum, Suidas. Quintil. libro 3. & innumeri alij, hinc prouerbiali locutione & luxuriosi Sybaritæ, & quoduis luxuriosum conuiuium, Sybariticum, & voluptatibus delitijsq; indulgentes συβαρίζειν, Sybarissare dicuntur, de quo vide plura apud Erasm. in Adagijs. Sed animaduersione dignum est quod vt luxuria, ita cladem quoque & calamitas illius gentis (quæ luxuriæ semper solet esse comes atque pedissequa) valde insignis atque funesta fuit, ita vt illa quoque in prouerbium abierit, de quo vide Eras.

Mensa Syracusanæ.

Sic mensæ quoque Syracusanæ atq; Siculæ quoniam luxu fuerunt percelebres, & ideò à Platone damnatæ, pro quibusuis lautis & opiparis conuiuijs passim accipiuntur, de quo idem Erasm. pluribus in suis Adag.

Mensæ Italicæ.

Eodem sensu mensæ Italicæ, vt ibidem Erasmus docet, à Scriptoribus vsurpantur, de quarum luxu Athenæus scribit. Basilius σικελικὴν, ἢ ἰταλικὴν ζυφὴν dicit. Eiusdem Philo quoque testis est in lib. de vita Theoretica his verbis, ἴσως δ' ἂν τις ἀποδείξατο τὴν ὑπερβολάζουσαν νυνὶ παντα χοῦ τὴν συμποσίων δαψίλειαν, καὶ πότον τῆς ἰταλικῆς πολυτελείας, καὶ ζυφῆς ἣν ἐζήλωσαν ἕλληνές τε, καὶ βάρβαροι. Quis forsan demonstrauerit conuiuiorum rationem, quæ nunc passim apparet, iuxta cupiditatem Italicæ luxuriæ, atque delitiarum, quas & Græci & Barbari imitantur. Italiæ porrò omnium delitiarum & voluptatum abundantissimæ elegantem sane descriptionem habes apud Dionysium Halicarnassæum libro primo, vbi illam regionem non dubitat totius orbis terrarum ferè κρατίστην, id est, optimam, παμφορον καὶ πολύτιλη, πάσης ἡδονῆς, καὶ ὠφελείας ἔμπλεον, omni voluptate, vtilitatéq; refertam appellare. Eandem πολύκαρπον, παντοφόρον, ἐλαιοφόρον, φίλαμπελον, omnis generis frugum atque fructuum feracissimam, denique πολύβοτον, αἰγονόμον, ἱππόφορβον, βωκολίδα, hoc est, pecorum abundantissimam nominat, ita vt mirum non sit veteres illam Saturno Sacram existimasse, quem quidem opinati sunt, πάν-

Italiæ præstantiæ.

σης

ονὲ δδαιμονίας δοτῆρα, καὶ πλουτοδώτορα, hoc est, omnis felicitatis authorem, & largitorem extitisse, id quod de vero & vnico illo Deo Schaddai verissimè est affirmandum. Mensas Siculas, Syracusanas, Italicas pro lautis & opiparis à veteribus accipi, tametsi aridè & frugaliter posteris temporibus Itali, & Siculi agerent. Brodæus probat lib. 5. Miscel. c. 33.

Vt autem Persicas, Medicas, Sybariticas, Syracusanas, Siculas, Italicas, sic eodem modo Syras, Lydias, Thyrrenas, Agrigentinas, Cyrenenses, Chias, Tarentinas, Ægyptias, Babylonicas, Iapygias, Massilienses, Mylesias, Scythicas, Abydonas, Ephesias, Samias, Colophonias, Ionias, Byzantinas, Thessalas, Ætolicas, Arycandeas, Zacynthias, Campanas, Cumæas, Asiaticas mensas siue cœnas rectè pro luxuriosissimis quibusuis conuiuijs vsurpare possis, propter immanem gentium illarum luxum, atque luxuriam, quam præter cæteros innumeros authores. Athen. libro 12. & 4. & Ælianus lib. 12. copiosissimè describunt. Ac omnino quæ olim Monarchiæ, eadem luxuriæ quoq; fuit inter gentes successio. Sic enim à Babylonijs atque Assyrijs ad Medos & Persas, ab his ad Græcos, à Græcis denique præsertim debellata Asia ad Romanos vna cum imperio luxuria quoq; deuoluta est, vt ex historijs omnibus satis liquet. Sed quid dico de antiquis illis gentibus? hodie Christianorum proh dolor, tanta est luxuria, vt antiquarum illarum gentium, quarum ab historicis fit mentio, luxuriæ non modo æquiparanda, verumetiam longè anteponenda esse videatur. Sibariticæ planè non Christianæ sunt Christianorum mensæ atq; cœnæ, quæ profectò orbi Christiano, & plurima iam maximaq; mala dederunt, & πανωλεθρίαν, hoc est, exitium interitumq; celerem minantur. Mensa Ægyptia, Democratica, Satrapica, quæ Cæl. lib. 7. c. 11. docet.

Gentes luxuriosissimæ.

Christianorum luxuria

Verum vt gentium, ita hominum quoque certorum insignis prodigiosaq; luxuria quibusuis luxuriosis, sumptuosisq; conuiuijs nomen imposuit. Sic exempli gratia mensæ Ciceronianæ, pro quibusuis cœnis sumptuosis à Tertulliano videntur vsurpari, cuius hæc sunt verba de animæ Metempsychôsi & Metensomatôsi, Quod funus inter cocos pretiosissimos inuenit, quod condimentis Apicianis, & Lurconianis humatur, quod mensis Ciceronianis infertur, quod lancibus splendidissimis Syllanis effertur, quod exequias conuiuium patitur, quod à coæqualibus deuoratur potius, quàm à miluis & lupis, &c. Simili modo Antonianæ, Neronianæ, Diocletianæ, Domitianæ, Vitellianæ, Apitianæ mensæ siue cœnæ prouerbialiter quæuis luxuriosa conuiuia appellantur, propterea quod illi vnde sunt denominata conuiuiali luxuriæ præter omnem modum atq; rationem dediti fuerunt. Cleopatricas similiter dapes Sidonius sumptuosas, atque profusas appellat. Sic eandem ob causam quasuis nimis sumptuosas, luxuriosasq; cœnas, Nini, Niciæ, Sardanapali, Annari, Stratonis, Nicoclis, Charetis, Themistoclis, Artemonis, Archidami, Isanthis, Ptolemæi, Philadelphi, Antiochi Epiphanis, Calliæ, Alexandri M. Antiochi, Demetrij, Phalerei, Alcibiadis, Vanthis, Pausaniæ, Lysandri, Luculli cœnas siue mensas dixeris, propterea quod hi omnes cum dignitatibus atq; honoribus, tum delitiarum voluptatumq; studio atq; amore valde celebres extiterunt, vt Athen. lib. 5. 12. & alijs in locis, nec non alij scriptores prophani testantur. Philosophorum quoque nonnullorum (qui quidem hoc tam augusto nomine indignissimi fuerunt) desperata deploratag; luxuria similibus prouerbijs locum dare possit, ita vt intempestiuas quasuis cœnas, Epicuri, Speusippi, Aristippi, Sophoclis, Polyarchi, qui Tarentinus fuit Philosophus, Parrhasij, qui pictor fuit nobilis, Architæ, Gnosippi, Æthi conuiuia siue cœnas nominare possis, de quorum luxuria cùm apud Athen. tùm apud alios authores multa legantur.

Mensæ Ciceronianæ.

Virorũ quorundam illustrium luxuria.

Philosophorum quorundam luxuria

Conuiuiorum magnificentissimorum atq; luxuriosorum exempla atq; testimonia in sacris literis habes Is. 25. Amos 6. Oseæ 4. Naum 1. Conuiuium Darij 3. Esd. 3. Conuiuium Assueri Esther 1. patris Samsonis Iud. 14. Conuiuium Absolomi, in quo Amon fuit occisus. Herodis conuiuium natalitium. Nabali in tonsura ouium, 1. Sam. 25. Conuiuia Dauidis, et Salomonis. Conuiuiũ Balthasaris regis Babyloniorum Dan. 5. Non est autem existimandum omnia splendida, magnifica, sumptuosaq; conuiuia esse vituperanda, sed quæ Arist. in genere de μεγαλοπρεπείᾳ, id est, magnificentia sapienter admodũ meo iudicio præcipit, ea conuiuijs quoq; debent accommodari. Consideranda enim diligenter esse monet, quis sit ille qui vult esse magnificus, & quæ suppetant facultates. Nam si quis cui tenues et exiguæ sunt opes, magnificentiæ conuiuiali, vel etiã a lijs in rebus, studere velit; vt merito stultus sit habendus, tum id faciat quod sit præter dignitatẽ et decorũ. Nobiles ergo et illustres, magnisq; opibus præditos homines conuiuialis huiusmodi magnificentia decet. Deinde videndũ ne

Conuiuiorũ magnificorũ & luxuriosorum exempla.

Quæ conuiuia nomine luxuriæ sint vituperanda

Digitized by Google

in res, atq; personas viles, et abiectas, sed claras potius, & illustres huiusmodi magnificentia conferatur. Qui secus facit, is non μεγαλοφρεὶς, hoc est, magnificus, seu munificus, sed βάναυσ & ἀπειρόκαλ, & proinde illius quoque conuiuia non μεγαλοφρεπῆ, hoc est, magnifica, sed βάναυσα potius, & ἀπειρόκαλα, καὶ ἄστεα, id est, illiberalia, honesti expertia, & luxuriosa censeri, dicíq; debent, quippe cum non honesti causa, sed vel diuitias ostentandi, ac popularem auram, famamq; captandi gratia, vel etiam alia aliqua illiberali de causa adornentur, atque celebrentur. Quanta autem sit luxuriosorum conuiuiorum siue publicorum, siue priuatorum pestis, atque pernicies supra pluribus dictum est.

SECVNDA CONVIVIORVM DIVISIO.

SECVNDVM TEMPVS DIVRNVM, ATQVE NOcturnum, ita vt alia sint matutina, alia meridiana, alia vespertina, alia nocturna. De singulorum variis nominibus, atq; conditione: ac primo de conuiuijs matutinis, siue ante meridianis. CAPVT VII.

SECVNDA conuiuiorum diuisio non incommodè videtur posse fieri, secundùm tempus diurnum, atq; nocturnum, in quo illa fiunt, ita vt alia dicantur esse diurna alia nocturna.

Diurna porrò conuiuia rursus trifariam diuidi possunt, secundùm tres principes diei naturalis partes, ita vt alia sint matutina, siue antemeridiana, alia meridiana, alia vespertina.

Conuiuia antemeridiana, siue matutina, quæ vel ante lucem, id est, diluculo, vel mane quum solis lux videtur, vel ad meridiem, vt veteres loquebantur, hoc est, paulò ante meridiem aguntur, hisce ferè nominibus à Græcis exprimuntur, quorum diligens consideratio nos multorum monet: Illa sunt ἀκράτισμα, siue ἀκρατισμὸς, ἄριστον, & ἀκρατισμὸς.

Ἀκράτισμα, siue ἀκρατισμὸς quid, & vnde dictum.

Athenæus lib. 1. ἀκράτισμα, siue ἀκρατισμὸν dicit esse πρωϊνὸν ἔμβρεγμα, id est, cibum matutinum, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου, hoc est, à vino mero, non lymphato, διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν, καὶ ἐμβρέχεσθαι τοὺς ψωμούς, hoc est, quoniam panis bucellas, siue offulas meraco tinctas atq; imbutas matutino tempore comedebant. Idem, Philemona dicit 4. tradidisse epularum genera veteribus vsitata, nimirum ἀκράτισμα, ἄριστον, ἐπανάριστμα, δεῖπνον: ibiq; addit Philemona per ἀκράτισμα intellexisse ἄκρατισμὸν: per ἄριστον, δόρπιον: & nomine δείπνου, ὁπλοδειπνίδα. Eustath. in illum versum Hom. Ιλ. ω.

Εσυμφώς ἐπόνοτο, καὶ ἐντύνοτο ἄριστον,

Ἄριστον, inquit, nunc vocat τὸ πρωϊνὸν, id est, matutinum, quod nos appellamus ἀκράτισμα: vt rursus quod nobis est ἄριστον, poëta vocat δεῖπνον, posit quod oportet πονεῖν, id est, laborare: δεῖπνον autem δόρπον, id est, cœnam. Plutarchus in Symposiacis primo Soolari testimonio probat ἀκράτισμα dictum, διὰ τὴν ἀκρασίαν, id est, intemperantiam, propterea quod olim probro ducebatur mane cibum sumere. Deinde Theonis testimonium subiungit, qui affirmat veteres ἐργατικὺς καὶ σώφρονας, hoc est, laboris, sobrietatisq; studiosos mane solitos fuisse, pane tantum vino macerato vesci, & nulla alia re, & idcirco ἀκράτισμα appellasse, διὰ τὸν ἄκρατον, id est, vinum non dilutum. Ὄψον autem, hoc est, obsonium, illis ad δεῖπνον, hoc est, cœnam parari fuisse solitum. Nam illos ὀψὲ, id est, sero, posit actiones nimirum, & ex anthlatos labores, cœnasse.

Ἀκράτισμα Athenæo & Plutarcho idem quod ἄριστον.

Athenæo ergo & Plutarcho ἀκράτισμα, idem est quod ἄριστον, hoc est, epulum matutinum, sic dictum ab antiqua Græcorum consuetudine, qua bucella panis vino meraco macerata matutino tempore vesci consueuerunt, qui idem hodie mos Gallorum. Quidam etiam sic dictum volunt, quod iuxta medicorum consilium in ientaculo vino meraciore sit vtendum, quàm in prandio, atq; cœna. Eadem voce Aristot. quoque vtitur lib. 6. de natura animal. c. 8. Palumbium, inquit, fœmina incubat à pomeridiano incipiens, totaq; nocte μέχρι τοῦ ἀκρατίσματος, id est, ad tempus ientaculi, siue matutinum perseuerans. Idem, Aquilam, scribit, non venari, sed quiescere μέχρι ἀκρατίσματος, id est, tempus matutinum, quo ientari veteres consueuerunt, siue ad tempus ientandi. Τῶν δὲ φαγέδαινα ῥᾳθυμεῖ δοκεῖ δὲ εἶναι ἀρξαμένη τὴν πυκτὰ ἄλλων ἐπιπάζει, καὶ ἕως ἀκρατίσματος ὥρας.

τὸς ἄρτας, ὃ ἦ ἄρριψ τὸ λοιπὸν τῦ χρόνυ, id est, Plinio interprete lib. 10. c. 58. *Palumbes incubas femina post meridiana in matutinum, cætero mas.* Theocriti Scholiastes annotat, ἀκρατισμὸν esse quum πρωΐας ἔτι ὄσης ὀλιγόν τινα ἐσθίομεν ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον πίνομεν, vt validiùs operi manum admoueamus. Ἀκρατίζεσθαι itaq; vnde ἀκράτισμα derivatum est, idem est quod ientare, & propriè offulas meraco imbutas assumere. Canthor apud Athenæum ἔχειν ἀκρατισόμεθα, ἐν ἰσθμῷ γὰρ ἀριστήσομεν: Ientemur igitur, nam in Isthmo prandebimus, siue cœnabimus. Ibidem Aristomenes ἀκρατίσθαι μικρὸν, εἶθ' ἥξω πόλιν, ἄρτε δὶς, ἢ τρὶς ἀποδακών. Sic Antoninus pius senex, antequam salutatores venirent, panem siccum comedebat ad sustentandas vires, vt Iul. Capitol. testatur. Hinc συνακρατίζεσθαι, hoc est, vnà ientare, siue ientaculum sumere, & ἀκρατὴς, qui non ientauit, siue gustauit, ἄγευς, vt quidam apud Theoc. Idyll. 1. Ἀκρατίζεσθαι proprie quid

—— Τὸ παιδίον, ὃ πρὶν ἀνήσω, Φαὶ, πρὶν ἢ ἀκράτισον ὅτι ξηροῖσι καθίζοι.

Διανηστισμὸν similiter Athenæus lib. 1. τὸ ἀκράτισμα, id est ientaculum appellat, cui respondet Gallicum desiuner: nos vernacula nostra lingua id vocamus, sich entnüchteren / id est, ieiunio valedicere, cum mane parum quid comedimus. Idem Angli, breqfasten / id est, ieiunij fractum appellant. Διανηστισμός.

Ἄριστον quoque Athenæus similiter atque ἀκράτισμα lib. 1. definit esse πρωϊνὸν ἔμβρωμα, id est, epulum matutinum, Vnde Eumæum scribit Homerus ἄριστον parasse, ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃ, id est, sub auroræ ortum. Idem in illum Palimedis versiculum, Ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι ζείτας Ἄριστον μὲν, inquit, ἔστι τὸ ὑπὸ τινὶ ἐῶ λαμβανόμενον: δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον. Hinc apparet ἄριστον antiquitus pro ientaculo, à recentioribus pro prandio, siue epulo meridiano fuisse vsurpatum. Ioan. quoque 21. ἀρίστησαι pro ientaculum sumere accipitur. Nam ibi Christi discipuli, qui tota nocte piscando nihil ceperant, ac cibo omni erant destituti, πρωΐας γενομένης, Christi beneficio ingentem piscium vim extraxisse, & panem, piscemq; prunis tostum sibi à Christo appositum ἀριστῆσαι, id est, comedisse dicuntur. Luc. 11. Pharisæus dicitur Christum rogasse ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ, & paulò post miratus quod non se abluisset, πρὸ τῦ ἀρίστυ. Hoc vocabulum apud Homerum bis tantùm reperitur, in Ιλιαδ. ω. ferè ab initio, & Οδυσ. π. statim ab initio, vt Eustath. vtroq; in loco annotauit. Eius variæ ab authoribus etymologiæ afferuntur. Plutarchus in Sympos. iacis ἄριστον (quod idem vult esse quod ἀκράτισμα) vult dictum esse vel quasi ἄυριον, διὰ τὴν ἐωθινὴν ὥραν, id est, propter matutinam horam, in qua fuit adornatum, vt ex illo Homeri versu paulò ante citato constat: vel quasi ῥᾷστον, id est, facile, tanquam ἀπραγμόνως παρασκευαζόμενον, καὶ ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς τυχόντων. Eustath. Οδ. β. f. 76. sciendum est veteres tribus epulis vsos esse, quorum primum ἄριστον fuit appellatum, quod quidem πρωΐ, id est, mane sub auroræ ortum fieri consueuit. Idem tradit Eustath. Οδ. π. f. 589. 31. ἄριστον ἰσταμένυ, id est, marte imminente: illud ergo sic vult dictum quod πρὸς τὸν ἄρεα, id est, in bellum pergentibus apparari consueuisset. Quidam ἄριστον dictum volunt quasi ἀόριστόν τι ὄν, id est, indefinitum, quod nullo certo definitoq; tempore agitaretur. Sunt quibus illud videtur à precibus dictum, quæ ἄραι à Græcis appellantur, propterea quod veteres Græci non sine precibus ad cibum capiendum accedebant. Nonnulli, ὅτι δεῖ ἀριστεύειν. Suidas eius horam ordinariam tertiã apud veteres fuisse dicit, & παρὰ τὸ εἰς ἀρίστιαν πρόϊρχεσθαι, dictum esse. Quid si, vt tempus matutinum apud Latinos à bonitate (nam manum veteribus, idem est quod bonum, vnde mane, teste Seruio) dictum est, quia illud quibusuis actionibus est accommodatissimum: sic epulum illud matutinum à veteribus ἄριστον dictum esse dicamus, quasi omnium optimum, & iucundissimum. Notandum etiam ἄριστον tùm generatim aliquando pro quouis conuiuio, tùm speciatim & antiquitus pro ientaculo, vt ab Homero: & posterioribus temporibus, vt ab Hippocrate, & alijs, pro prandio, siue conuiuio meridiano vsurpari. Athenæus in illas 4. epuli species, ἀκράτισμα, ἄριστον, ἐπίδειπνον, δεῖπνον, quas ex Philemone poëta citat, dicit ἀκράτισμα quidem significare διανηστισμὸν: ἄριστον, δόρπησιν: δεῖπνον, δηλονότι δόρπησιν. Hæc de vocis istius varia significatione, atque notatione. Hinc ἀριστᾶν, ientari: ἀριστίζειν ientaculum præbere, siue apparare, Aristoph. in Equit. &, quod idem significat, ἀριστοποιεῖν Xenoph. lib. 2. παιδ. & in passiua voce ἀριστοποιεῖσθαι cum ientaculum apparare, tum ientare, tum ientaculum siue prandium alicui apud se condicere significat. Συναριστᾶν, & συναριστῶσι Me- Ἀριστον antiquitus pro ientaculo, à recentioribus pro prandio fuit vsurpatum. Τῦ ἀρίστυ etymologiæ variæ.

nandro apud Gell. vnà ientare, & συνάριος & Xenoph. ientaculi socius, siue particeps. Ἀριστικὸς ὁ ἴθ' ἕχων ἀριστᾶν, id est, qui ientare, siue prandere solet: & ἀριστίται ab Hippoc. in lib. de Aere, aq. & loc. videntur edaces appellari, qui tàm in prandio, quàm in cœna impleri volunt. Ἀριστοφόριον quoque vas dicitur in quo prandium, siue ientaculum fertur. Eustath. in Odyss. β. fol. 76. 44. dicit Δεῖπνον quidẽ à pluribus dici τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, μεθ' ὃ πάνυ δεῖ, id est, cibi sumptionẽ matutinam, postquã sit laborandum; ἄριστον verò, addit ibidẽ, id esse, quod vulgo γεῦμα dicitur, ἔ παρὰ τὴν ἄρην, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἀρίστως ἔχειν κατ' ἐξοχὴν: nõ à Marte, sed quod optimè se habeat, quasi per excellentiam. Ex his apparet matutinum epulum, Δεῖπνον quoque (de qua voce postea pluribus) & γεῦμα, id est, gustum dici, vt à Gallis merenda, vulgo gonster, id est, gustus appellatur, nimirum quod vtroq; tempore, & matutino, & vespertino non tàm comedi, quàm gustari nonnihil cibi atque potus soleat, & debeat. Idem Eustath. Ιλ. β. fol. 183. 30. Δεῖπνον, inquit, ἐστὶ τὸ ἰωθινὸν ἄριστον, vt dicunt veteres, quod κατ' ἀνάγκην πρὸ τοῦ δείπνου & ποιοῦνται χάριν, ὡς ἂν ἐν τῷ προσεῖναι σπρίζοιντο τὴν ὁδοιπορίαν: hoc est, quod necessitate quadam homines ante iustum legitimumq; tempus adornare solent cibo sese ad futuros labores muniendi, corroborandiq; causa. vnde subiungit, tale ἔμβρωμα πρωϊνὸν, id est, epulum matutinum Δεῖπνον dicitur. Ergo, vt hæc concludam, epulum matutinum à Græcis πρωϊνον, ἰωθινὸν: item ἀκράτισμα, ἄριστον, δίαιτησις, γεῦμα, Δεῖπνον
Ientaculum. appellatur. Latini cibum matutinum, qui sumi solet antequam homines aggrediantur opera, ientaculum vocant. Afranius, Hæc ieiuna ientauit. Idem, Dum exeo domum, ientare nulla inuitat. Plautus in Curculione:

Nunc ara Veneris hæc est ante horum fores,
Me inferre Veneri vouì iam ientaculum,

Hoc est, interprete Lambino, vouì me Veneri prima luce sacra facturum, quo tempore pueri ientant, vel, vt Simeon Bosius, quo tempore ientacula venduntur, secundùm illud Martialis lib. 14.

Surgite iam pueri; vendit ientacula pistor.

Licet etiam hoc modo explicare, vt Simeoni Bosio videbatur: Vouì me ante alios omnes Veneri sacra facturum, quæ sint ei pro ientaculo. Quærit deinde Palinurus seruus, Quid antepones Veneri ientaculo? Ideò autem quærit, vt vult Lambinus, quia nihil præter vinum videt. Plautus in Truculento:

— Huius pater pueri ille est, vsque ad ientaculum
Iussit ali, &c.

Pomponius, Nihil habens ientaculi, præter nauticum panem.
Martialis, Surgite iam pueri, vendit ientacula pistor,
Cristataq; sonant vndiq; lucis aues.

Ientaculum dicitur à iento, & hoc à ieiuno, quod tunc maximè ieiuna sint corpora. Lambinus, Ientaculum primus erat cibus apud Romanos, vt apud Græcos ἀκράτισμα, quem sequebatur apud illos prandium, deinde vesperna, postremo cœna: apud Græcos ἄριστον, deinde ἀπόδειπνον, postremo Δεῖπνον. Isidorus, Ientaculum est primus cibus, quo ieiunium soluitur, vnde est nuncupatum. Nigidius, Nos ipsi ieiunia ientaculis leuibus polluimus. Lambinus in Plautum, Ientaculum est cibus matutinus, aut matutina cibi degustatio, vt veteres quidam Grammatici volunt. Fulgentio Placiade authore ientaculum dicitur gustatio, & est quasi prægustatiua comestio. Apuleius eleganter ientaculum ambulatorium dixit, quod sensim ambulando carpit equus in prato. Idem, gustum vocat ientaculum, nec non cibum primùm, quem nonnunquam antequàm discumbamus, & ante legitimam cœnam præsumimus, seu carpimus. Germani appellant ein beitzumpffel. Eadem voce Cyprianus quoq; vtitur. Inde forsan Gallorum gouster, quod merendam significat, quod nimirum cibi aliquid degustetur ante cœnam. Ientacula etiam vulgo collationes dicuntur. A iento etiam ientatio dicitur. Scaliger lib. 1. c. 5. poët. Ientatione præparca ac minima contenti (à quo etiam ientare verbum ὃν Δεῖ ἰεῖν, & vt Dores loquuntur ἰᾶν) haud multò largius merendabant, quod ab hora mediæ diei, in qua eum cibum caperent, appellatur. Prandiculum quoque à Festo, & prandiolum à nonnullis pro ientaculo accipitur, quod sit paruum prandium, hoc Cicero eleganti vocabulo prandiusculum dixit, sic enim in epistolis ad Atticum legendum putat Beroaldus in Apu-
Silatum. leium. Silatum, inquit Festus, pro eo, quod nunc ientaculum dicimus, appellabant, quia ieiuni vi-

num

num fili conditum ante meridiem absorbebant. Est autem Sili herba, quam alio nomine Seselin vocant, cuius vel radice, vel semine vinum condiebant, quod ante meridiem sumere mos erat. Σίλι, τὸ Σίσελι, apud Hippoc. vt scribit Galenus: Sili, id est, Siler, vel Seseli & Siseli, Pandectarius. Germani ientaculum appellant frühstuck/id est, fruſtum matutinum, frühsuppen/id est, pulmentum matutinum, morgenbrot/morgensuppen. Belga, den oubit. Galli, Ledesiuner, quod affine est δεῖπνισμῶ. Itali, collatione. Hispani, almuerzo de manana. Angli, breakefaste. Poloni, sniadantze, quasi zesna iadantze, hoc est, ex somno manducatio, seu quæ statim post somnum fit.

Sili, herba, alio nomine Seseli vocata.

CONVIVIA MERIDIANA, QVAE VEL PAVLO ANTE, VEL CIRCA MERIDIEM aguntur. CAPVT VIII.

CONVIVIVM siue epulum meridianum, quod circa meridiem ferè fieri solet, à Græcis δεῖπνον appellatur, seu δειπνοσοφία, quod poëticum est vocabulum apud Athen. de quo vocabulo, quoniam est πολύσημον, paulò copiosiùs dicendum. Primò igitur, vt & eius compositum συνδειπνον, generatim pro quouis conuiuio siue epulo accipitur, quocunque tempore illud celebretur, & apud Homerum quidem non est definiti temporis, vt ex multis locis constat. Deinde speciatim idem trifariã ab authoribus vsurpari reperio. Primò enim, de quo etiam supra dictum, antiquitus pro cibo siue epulo matutino vsurpatum fuit, vt Ιλ. β.

Δεῖπνον, seu δειπνοσοφία. τὸ δεῖπνον generalis significatio. τὸ δεῖπνον specialis significatio triplex. Prima significatio.

Νεῦ δ' ἴρχαθ' ὅπι δεῖπνον, ἵνα ξυάγωμεν ἄρηα. Athenæus, δεῖπνον, inquit, aliquando συνωνυμεῖ τῷ ἀρίστῳ, id est, eiusdem est nominis & significati cum ἀρίστῳ: addit deinceps, ὅτι γὰρ τῆς πρωϊνῆς πραγματείας ἴφη, hoc est, nam de cibo matutino quodam in loco verba faciens, Homerus inquit,

Δεῖπνον aliquando συνωνυμεῖ τῷ ἀρίστῳ.

Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο, δύσετο δ' ἀμφὶ θωρήκτας, hoc est, Isti dipnum sumpserunt, post ipsum armati sunt. Statim enim, inquit idem, post ortum Solis δεῖπνον sumentes, ad pugnandum se conferebant. Idem lib. E. τὸ αὐτὸ ποτὲ μὲν ἄριστον, ποτὲ δὲ δεῖπνον ὀνομάζεται, hoc est, vnum idemq; epulum siue cibus modò ἄριστον, modò δεῖπνον nominatur. Eustath. in Odyſ. β. 76, 44. δεῖπνον dicit dictum esse, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν, id est, post quod est laborandum, quod etiam ἄριστον nonnulli appellant. Idem, Odyſ. α. in illum versum,

Δεῖπνον vnde dictum

Χαῖρε ξεῖνε·····δεῖπνα παρασάμενος μυθήσεαι,

δεῖπνον, inquit, ἐνταῦθα φατικῶς τὸ πρωϊνὸν ἐμβλημα. Idem, Odyſ. ν in illum versum, ἐντύνοντο, id est, Vlysses & Eumæus, ἄριστον ἀμ' ἠοῖ κεκαμόντε πύρ, statim ab initio fol. 589. 31. ταυτὸν ἐνταῦθα δεῖπνον, καὶ ἄριστον συνωνυμίας λόγῳ. γινόμενον τὸ μὲν παρὰ τὸ δεῖ πονεῖν, τὸ δὲ παρὰ τὸ ἄρδειν πινόντα συνίσασθαι, ὥσπερ αὖ πάλιν ἑστίασις δόρυ πάντων, (inde δόρπος) τουτέστι πόλεμος. Suidas, δεῖπνον τὸ πρωϊνὸν ἄριστον ὅπερ ἀκροατισμὸς λέγεται: εἶτα ὥρα ἐστὶν ἕως, ἄριστον παρὰ τὸ εἰς ἀρίστου παρέρχεσθαι, καὶ δεῖπνος μεθ' ὃν δεῖ πονεῖν: εἶτα τὸ ἑσπερινὸν, δόρπος παρὰ τὸ δόρυ πάντων. Et hæc de prima speciali δεῖπνα significatione. Deinde idem vocabulum cibum epulúmue meridianum significat, in qua significatione nunc à nobis ponitur. Athen. lib. 1. in illud Palamedis, ἄεισα, δεῖπνα, &c. ἄριστον, inquit, est quod sub auroram sumitur: δεῖπνον ἢ μεσημβρινὸν, id est, matutinum, quod nos ἄριστον vocamus: δόρπον ἢ τὸ ἑσπερινὸν, id est, vespertinum. Hinc ergo apparet δεῖπνον antiquitus, præsertim apud Homerum, & pro ientaculo, & pro prandio, siue epulo meridianò fuisse vsurpatum. His addam, quod Ιλ. λ. in illo versu,

secunda.

Δεῖπνον ab Homero, & pro matutino, & pro meridiano epulo accipitur.

Ἡμὼς ἢ ῥοδοδάκτυλος πὰρ ἀνὴρ ὠπλίσατο δόρπον,

Videtur esse mendum, & pro δόρπον legendum esse δεῖπνον. Etsi enim illo in loco duo diuersa exemplaria, Bryllingeri videlicet, & Frobenij cum Commentarijs Eustathij, δόρπον habeant, δεῖπνον tamen probatur legendum esse ex sequentibus Eustathij verbis 766. 16. quæ subijciam, quoniam ex ijs magis adhuc vocabuli δεῖπνον varia significatio, simulq; notatio patet: ὅσα ἢ ἐκ μέλει ποτὲ βέλεται ὁ ποιητὴς δίκειν τὸ δεῖπνον: ἐοῦσιν γὰρ ἄμφω καὶ μέσης ἡμέρας, ὅτε καὶ ὁ ῥυτομὸς, μάλιστα κάμνει τέμνων δεύρια: ὅτι ἢ τὸ δεῖπνον ἀορίστως δηλοῖ: ὧδε δὲ μὴ γὰρ,

Δεῖπνον in Homeri versu.

τὸ δεῖ μεσημβείαν δηλοῖ, ἀλλαχοῦ ἢ πολλαχοῦ τὸ ἑωΐθεν, ἐν ᾗ τῷ τέλει τῆς Κ. ραψωδίας, τὸ ἅμα τῇ ἠῶ, ἵνθα λειπνεῖσθαι εἰποῦν τὰς κατ' σπόπους, ἐπάγει ἠὼς δ' ἐκλεχέων, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἴσως ἢ δεῖπνον ἄρτι τὸ δεῖ μεσημβείαν, διότι ταυτὰ δεῖ (τυτίσειν ἐλλείπει) τὸ πονεῖν ἐργάτης, χορεννύμει & τὰς χεῖρας κατ' τὸν ποιητὴν: ἔπειτα πάλιν, λεῖπνον τὸ ἑωθινὸν, ἐπεὶ τότε λεῖ (ὁ ἐστι χρεία ὄζει) πόνε τοῖς ἐργατικοῖς. *Ex his ergo verbis apparet* λεῖπνον, *& pro matutino, & pro meridiano epulo ab Homero accipi, & vtrumq; ἀπὸ τοῦ δεῖν τὸ πονεῖν, sed diuerso respectu, pro diuersa nimirum verbi* δεῖν *significatione, dici.*

Tertia δείπνου significatio.

Sequitur tertia illius significatio, recentioribus vsurpata, qua pro cœna, siue epulo vespertino accipitur, & τῷ ἀείσῳ, hoc est, ientaculo, siue prandio sæpè opponitur, de qua licet postea commodior forsan esset dicendi locus in explicatione conuiuiorum vespertinorum, tamen nunc quoq; dicemus, vt omnia huius vocabuli significata simul coniunganturr. Eustath. Ὁδ. α. δεῖπνον, *inquit,* λέγεται καὶ τὸ δόρπον, *vt Athenæus testatur his verbis,* ὁ ζαγμὸς ὁπλισμὸς τὶς ἐστι, καὶ δεῖπνον ἕτερον. *Xenoph.* ἐργασόμενοι μὲν ἠείσων, ἐργασάμενοι ἢ δεῖπνων, *antequam ad labores aggrederentur, ientabant, at laboribus exantlatis, cœnabant. Idem Hell. 5.* καὶ ὅταν ἀριστήσῃ ἄειστον, καὶ δεῖπνον ποιησάμενοι & ἅμα πονεῖσθαι. *Alluditur hic ad etymologiam* λείπειν, *quam nonnulli afferunt, illud volentes dici quasi* δεπαστοπονημένον, *hoc est, summo studio paratum & elaboratum. Plato quoque* λεῖπνον *pro cœna accipit lib. 1. de Repub.* ἐξαναστησόμεθα μετὰ τὸ λεῖπνον. *Aristoph.* νεφελ. ἐλθὲς δεῦρ' ἡμῖν λεῖπνον ἐκ τοῦ ἑστιάσεως. *Huc facit illud Alexandri apophtheg. apud Plutarch.* χρείττους (*inquit*) ἔχειν αὐτὸς ἐμοποιούς, ἀφὸς μὲν ἄειστον τὴν νυκτοπορείαν, πρὸς ἢ λεῖπνον ὀλιγαρκείαν, *id est, dicebat ille se meliores habere coquos, ad ientaculum quidem siue prandium ambulationem profectionémue nocturnam, ad cœnam tibi paucitatem, seu frugalitatem. Idem auctor de fortuna Alexandri,* νύκτα μὲν ἐν δείπνοις, ἡμέραν ἢ ἐν ἀείστοις διέλιπεσαν. *Hinc Athen. lib. 3.* ἄειστον *eleganter* λειπνοπρόδρομον *appellat. Cœnam autem siue epulum vespertinum sic volunt dictum, vel* ὅτι τῆς πόνων δεπαύει *patiam facit laboribus, vel quod sit* ὥσπερ δεπαστοπονημένον τὸ παρασκευασμένον, *id est, summo studio elaboratum, & exquisitum, vt contra* ἄειστον *dicatur quasi* ῥᾷστον *ex obuijs non anxiè comparatum: vnde etiam* ὄψον, *id est, obsonium videatur dictum, quia non manè, sed* ὀψὲ, *id est, sero in cœna, finitis nimirum laboribus, & actionibus sumi sit solitum. Hæc Cæl. Rhod. lib. 27. c. 24. ex Plutarcho. Quid si dicamus* λεῖπνον *dictum,* ἀπὸ τοῦ δεῖ πίνειν, *secundum illud tritum Græcorum;* ἢ πίδι, ἢ ἀπόδι. *Cœnas porrò apud antiquos liberaliores fuisse prandijs, postea dicetur. In sacris quoque literis noui Testam. eorundem vocabulorum fit mentio: Luc. 14.* ποιῆς ἄειστον, ἢ δεῖπνον. *Tempora, inquit Camerarius, cibi capiendi veteres distincta habuére præcipuè duo, matutinum, & ad vesperum vergens, quorum illud* ἄειστον, *hoc* λεῖπνον *vocarunt. Luc. 14. Christus mysterium regni cœlorum, siue vocationis hominum ad regnum cœleste depingit conuiuij magni similitudine, quod* λεῖπνον *appellat, cuius hanc elegantem sanè rationem reddit Theophilactus,* λεῖπνον ἐκάλεσε τὴν οἰκονομίαν ταύτην, διὰ τὸ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, καὶ οἷον ὅτι δυσμαῖς, τὸ αἰῶνος ἦλθεν ὁ κύριος, *hoc est, Dipnon appellauit Oeconomiam istam, quoniam extremis temporibus, & ferè sub occasum sæculi Christus venit. Quoniam autem idem mysterium à Matthæo c. 22.* ἄριστον *appellatur, vtriusq; appellationis rationem idem Pater pulchrè his verbis tradit,* ἄριστον ἢ ἐνταῦθα ὀνομάζει, καὶ τοι ἀλλαχοῦ (*nimirum Luc. 14.*) λεῖπνον αὐτὸ λέγων, οὐκ ἀλόγως: δεῖπνον μὲν γὰρ, ὡς ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τελείως φαίνεται τὰ τοιαῦτα γάμου, καὶ πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ, ἤτοι τῷ τέλει τῶν αἰώνων: ἄριστον ἢ διότι καὶ ἐν τοῖς πρώτοις αἰῶσιν ἀπεκαλύφθη τὸ μυστήριον, ἢ καὶ ἀμυδρότερον, *id est, Ariston hîc appellat, quod alibi dipnon; non sine ratione: Dipnon enim dicitur, quia postremis demum temporibus, & ad vesperum, siue in fine sæculorum hæ nuptiæ perfectè apparuerunt. Ariston autem, quia prioribus quoque temporibus, licet obscuriùs, hoc mysterium fuit patefactum. Ex hac igitur Theophilacti allegorica istorum verborum interpretatione constat,* ἄριστον *quidem pro prandio, siue conuiuio matutino,* λεῖπνον *autem pro cœna accipi. Possumus tamen simpliciter quoque dicere vnum idemq; epulum à Luca* λεῖπνον, *à Matthæo* ἄριστον *appellari, propterea quod hæc duo vocabula, vt supra ex Athenæo probauimus, sæpenumero apud auctores confunduntur, & vnum pro altero vsurpatur. Cœna quoque illa dominica sacra & augusta, quæ vesperi fuit celebrata,* δεῖπνον *appellatur Luc. 22. & alibi, & μετὰ τὸ δειπνῆσαι, Christus dicitur accepisse poculum, &c. His porrò*

Δείπνου hoc mihi videtur verisimillimum etymon.

Δεῖπνον etiam in sacris literis pro cœna accipitur.

Cur vnum idemq; epulum allegoricum in Euangelio δεῖπνον & ἄριστον vocetur.

Cœna Dominica λεῖπνον.

tribus

tribus Δεῖπνου significatis, quartum etiam addi potest: nam aliquando ἐπιδορπίδα, id est, post cœnium significat, teste Athenæo, de quo supra. Denique videtur etiam δεῖπνον speciatim pro cœna collatitia accipi. Aristoph. Scholiast. in Pace, φάσι γὰρ τὸ δεῖπνον ἐν ᾧ ἵκας & αὐτὸς κομίζων εἰς κοινὸν κατατίθεται, καὶ πάντες πάντων μετέχουσι. Ergò, vt summatim quæ dicta sunt de hoc vocabulo complectar, δεῖπνον cùm generatim pro quouis epulo, siue cibo, tum speciatim quadrifariam vsurpatur. Antiquitus quidem & ientaculum, & epulum meridianum, & ἐπιδορπίδα significabat: at posterioribus temporibus pro cœna, siue epulo vespertino fuit vsurpatum. A δείπνῳ fit δειπνάριον, & δειπνίδιον, diminutiuum, id est, prandiolum, siue cœnula. Δειπνεῖν prandere, siue cœnare, δειπνοποιεῖν, δεῖπνον ποιεῖν, Luc. 14. cœnam parare, siue condicere, δειπνοποιεῖσθαι cœnare, δειπνίζειν cœna prandióue excipere, siue prandium præbere. Δειπνητὸς, Od. ρ. & δειπνητὸς, siue δείπνητος, cùm pro cœna prandióue, tùm pro cœnandi prandendíue tempore accipiuntur. Quidam hæc ita distinguunt, vt δειπνητὸς, accentu in vltima, sit ipsa cœna: δειπνητὸς autem, accentu in penultima, prandendi, cœnandíue tempus. Δειπνίας vicus Thessaliæ, vbi cœnasse ferunt Apollinem. Δειπνητικὴ ὄψις ὁλοσχερὴς, Athen. lib. 4. Δειπτίδης nomen cuiusdam qui in Achaia à cocis colebatur, teste Athenæo. φιλόδειπνος, & ἐπιθυμόδειπνος, δειπνομόνης, ἑκὼν δεῖπνος, qui libenter comessatur. φιλοδειπνίστης, qui alios libenter conuiuio excipit. αὐτόδειπνος, qui vocatus secum ipse affert, quod cœnet. Hesych. αὐτοδείπνῳ, Luciano dicitur conuiua qui sufficitur in locũ alterius, qui inuitatus non venit. Apud Latinos cibus epulúmue meridianum duobus vocabulis antiquitus fuit appellatum, nimirum cœna, & merenda. Quoad prius, de illo sic Festus, Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium. Vesperna, quam nunc cœnam appellamus. Idem, meridianum cibum cœnam vocabant. De altero idem sic: Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur. Nam meridio, & meridior aliquando est meridianum cibum capere. Plautus, ientando, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere. Aliquando significat meridianum somnum capere. Cornel. Celsus, Longis diebus meridiari potiùs ante cibum vtile est: sin minus, post per hyemem potiùs totis noctibus conquiescere. Sueton. de Caligula, Gloriatusq; est expergefacta somno Cesoniæ quantum egisset, dum ea meridiaret. Merenda postea pro cibo post meridiem, siue vesperi sumpto vsurpata est, teste Nonio. Recentius vocabulum, quo meridianum epulum exprimitur, est prandium, cuius ipsius tamen duplex est potestas. Nam aliquando etiam pro cibo epulóue matutino, siue ientaculo vsurpatur, & idcirco Plutarchus libro 8. Sympos. de Græcis quibusdam Latinorum vocabulorum etymis disserens, hæc de prandio dicit: Τὸ ἄριστον συλήθη ἀπὸ τῆς ὥρας: ἔνδιον γὰρ τὸ δείλινον, καὶ πλεῖ μετ' ἄριστον ἀναπαυσιν ἐνδιάζειν, ἢ φωϊνλῶ τινα σημαίνοντες ἰδιωδῶς, ἢ ξοφλῶ ἢ χρῶνται φρὶν ἐνδιεῖς λέγειν. His verbis duplicem videtur afferre prandij etymologiam, quasi illud inde dictum sit, vel quod περὶ τὸ ἔνδιον, vel quod περὶ τῆς ἐνδείας sumatur. Quamobrem cùm Festus inquit. Prandium ex Græco - - - est dictum, nam meridianum cibum cœnam vocabant, verbum Græcum, quod hîc desyderatur, videtur fuisse ἔνδιον, quoniam hîc prandium pro ientaculo sumit, antiquo more, sicut & Græci olim τὸ ἄριστον. Hæc est Canteri coniectura in libro nouarum lectionum. Festus, prandicula antiqui dicebant, quæ nunc ientacula. Deinde prandium significat cibum epulúmue, quo homines circa meridiem fruuntur, sic dictum, quasi ἔνδιον τὸ δείλινον, id est, meridianum, vnde ἐνδιάζειν, ἐνδιᾶν, & idem quod μεσημβριάζειν meridiare, siue meridiari, hoc est, à prandio quiescere, teste Plutarcho. Prandium nonnulli ab edendo, quasi peredium volunt dictum. Pollio Trebellius prandium scribit dici, quod ad bellum milites paret à cinctis initum, quod à discinctis cum imperatore cœnaretur. Nam & prandium militare à multis astruitur, Cel. lib. 27. c. 24. Beza prandium existimat dictum, quasi perendium, quod nihil ferè eo ipso die coctum, sed ex perendiarum epularum reliquijs aliquid ferè, & quidem non accumbendo sumeretur. Isidorus, prandium ab apparatu edendi vult fuisse dictum, proprièque autem veteres prandium vocasse omniũ militum cibum ante pugnam: inde est illud ducum alloquium, Prandeamus tanquam ad inferos cœnaturi, lib. 20. cap. 1. Scaliger similiter prandium vult dictum esse, quia iterum ad opus parati essent illicò, qua ratione à Græcis δεῖπνον dictum est, ὅτι δεῖ πονεῖν, libro 1. Poët. cap. 5. Hinc prandeo, pransito frequentat. Pransor, compransor, impransus, &c. Germanicè epulum meridianum, imbiß vulgò dicitur, vel quasi ainbiß, id est, vnum frustum, quod vno ex ferculo tale

Δείπνου quarta significatio.

Anacephalæosis de significatis δείπνου.

Cœna.

Merenda.

Meridio, & meridior quid.

Prandij duplex significatio.

Secunda.

Prandium vnde dictũ.

Imbiß germanicè.

Digitized by Google

prandium constet, vel quasi anbiß/ *quod cibum primo degustare significat. Gallicè, le disner. Italicè, prandio, desinar, pransar. Hispanicè, comida temprana, siue ayantar. Polonicè, obiad ab obieść, quod cibo satiari significat.*

DE EPVLIS VESPERTINIS.

CAPVT IX.

EPVLAE *pomeridianæ, quæ inter prandium, & cænam fiunt tribus ferè horis post prandium, Athen. lib. 1. videtur* δειλινον *appellare, citans illud Homeri* Οδ. ρ. σὺδ' ἐρχεο δειλίσας, *quod, inquit, Athenæus nonnulli vocant* δειλινὸν, *quod quidem est inter prandium, & cænam. Idem tamen lib. 5. ridiculos sibi videri ait, qui ex illo Homeri loco probare contendunt, heroas illos quater in die cibum sumere fuisse solitos.* Δειλὸς & δείλη *crepusculum significat; vnde Cic. ad Attic.* τὸ τλὸ δείλια *dixit, pro vespertino tempore. Idem* ἑσπέρισμα *dicitur, teste Athen. lib. 1. cui respondet vocabulum vesperna, de quo supra. Latinè, merenda, teste Nonio, à recentioribus vsurpatur pro cibo qui post meridiem sumitur, quia fit à merendo, siue mercede, quod operariorum atque mercenariorum sit propria. Apuleius antecœnium appellat, quasi cœnæ* προόδρομον, *Lib. 2. Prorsus gladiatoria Veneris antecœnia. Germanicè,* abentbrot/ abenteſſen/abentiürten/abentzäch/ abenttrunck/ zimderneſſen *vulgò appellatur. Belgæ, tuesperbroot appellant, Galli, gouster, à gustando, cui respondet Græcum* γεῦμα *& vocabulum, de quo supra: & le reciner, forsan à raisins, id est, racemis, & alijs fructibus, qui illo tempore comeduntur. Itali, merenda. Hispan, la merenda del medio die. Polonicè, yusina, vel potwieczorek à vespera, quæ Polonis wieczora, quasi diceres, sub vesperam. Hebræi,* סעורת בנויות *Seudah Benonith, cibũ intermediũ, merendã appellant. Isidor, Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, & proxima cœnæ. Vnde & antecœnia (siue antecœna) à quibusdam vocabatur: item merendare quasi meridie edere, lib. 20. c. 1. Idem c. 3. Merum, dicimus vinum purum. Nam merum dicimus quicquid purum, & syncerum est: sicut & aquam meram, nulli rei mixtam. Hinc & merenda, quod antiquitus id temporis pueris, & operarijs panis merus dabatur, aut quod meridient eodem tempore, id est, soli, ac separatim, non vtique in prandio, aut in cœna ad vnam mensam. Inde credimus etiam illud tempus, quod post medium diem est, meridiem appellari, quod purum sit. Cyprio boui merendam, Festus Pompeius ostendit conuenire, quoties conuiua sordidus, & insipidus, sordido atque insipido accipitur conuiuio. Festiuiùs erit, si ad res animi deflectatur, vt si quis apud spurcos, spurcè loquatur, apud indoctos, indoctè.*

Ἑσπέρισμα. Vesperna. Merenda. Antecœnium.

Epulum quod sub noctem, suprema tempestate, vt veteres loquebantur, hoc est, dici nouissimo tempore, siue etiam post solis occasum agitur à Græcis appellatur δεῖπνον, *de quo vocabulo supra satis, quibus illud tantùm addam, quod Eustath.* Οδ. β. *f.* 76. 44. δεῖπνον *pro cœna à recentioribus sumptum dicit,* παρὰ τὸ δεῖν τοτε ὕπνῳ, *hoc est, quod tunc opus sit somno, siue quiete. Idem* Ιλ. β. *fol.* 183. 30. Δεῖπνον *primò pro ientaculo siue prandio accipi à veteribus docet,* παρὰ τὸ δεῖν πονεῖν, *deinde addit,* ἢ λλον ὅτι δεῖπνον καὶ τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐλέγετο, *manifestum est.* Δεῖπνον *etiam illud dici quod sub vesperam fit, vt etiam ab Euripide in Hecate vsurpatur, & generatim omnem cibum. Magis proprium vocabulum, quod semper pro vespertino epulo vsurpatur, est* δόρπος, *siue* δόρπον, δορπορὴ *apud Suidam, & in plural.* δόρπα, *Xenophon* δόρπιον *vocat,* ἀπὸ δορπίς, *Arist.* σφῆκες. *Interpres ibi,* λυχνόφορον, *inquit,* ἀπὸ ἀείρω. Οἱ δ' ἄλλοι πάντες δόρπα τὰ δεῖπνα. *Athenæus lib. 1. in illum Palamedis versum,* ἄειρα, δεῖπνα, *&c. addit,* δόρπον ὃ τὸ ἑσπερινόν. *Idem citans illud* Οδ. ξ. δόρπον ἕλωρ, *addit,* παρὰ τὸ δόρυ πάυειν, *ab hasta scilicet iam deponenda. Eustath.* Οδ. β. *f.* 76. 44. ζήτον ὃ δόρπος ἐναντίον ἀείρω, ἵνα δόρυ πάυεται, *quod nos dipnon appellamus.* Οδ. β. *f.* 76. 44. δόρπον ὃ ὐδ' εἰς ὃς ἀμφίβαλε μὴ δύνεσθαι τῇ ἑσπέρᾳ. *Scaliger lib. 1. Poët. cap. 5. Græci* δόρπον παρὰ τὸ δόρυ πάυειν, *militaris sane vox: non enim curarent corpora, neque arma deponerent, nisi opere absoluto. Hinc* δορπεῖν, & δορπήσασθαι *apud Polluc. id est, cœnare.* Δορπία, *vt apud Pollucem, siue* δόρπεια, *vt apud Suidam scriptum reperitur, dicebatur primus dies festi cuiusdam apud Athenienses, quod* ἀπατούρια *vocabant, sic dictus,*

Δεῖπνον pro cœna à recentioribus sumptũ, vnde dicatur

Δόρπος, siue δόρπον.

Δορπία, siue δόρπια

tus, quod qui ex eadem tribu essent, ad cœnam in illo festo conuenire solebant. Δορπηςὸς *apud Aristoph. siue vt apud Hesych. & Suidam scribitur cum accentu in penultima,* δόρπης, ἡ ὥρα τῦ δεῖπνυ, *id est, hora cœnæ, quam Non.* δηλόρπιον ὥραν *vocat.* Δόρπη *quoque apud Eroti-* Δόρπη.
anum dicitur tempus vespertinum, παρὰ τὸ δόρυ πάλυειν. Ἐπιδορπίσματα, δηλιδορπίδες, *secundæ* Ἐπιδορπί-
mensæ, & δηλιδορπίζεσθαι, *secundam mensam apponere.* Ἀναδεῖπνια, *inquit Eustath. Il. σ.* σματα,
Lycijs idem sunt quod δηλιδορπίδες, ἐσπερινὰ ἐδέσματα ἐκ ἡμερῶν ἢ μετὰ ἡρέα, ἢ ἐχθύς. *Cœ-* δηλιδορπί-
na quoque ἐσπέρισμα *à Græcis dicitur, de quo supra. Latinè, Cœna dicitur, quod vocabulum* δες.
olim, teste Festo, pro prandio fuit vsurpatum, & vesperna apud Plautum, quod nomen, vt idem Vesperna.
vult, antiquitus, quoque propriè pro vespertino epulo vsurpatum fuit, cui respondet ἐσπερίσμα *&* Cœna.
vocabulum. Cœna porrò, (quæ sæpe generatim pro quouis conuiuio accipitur) dicta est, teste Plu- Cœna quasi
tarcho, quasi κοινὴ ἀπὸ τῆς κοινωνίας, *hoc est, communis, à communione, quid nimi-* κοινὴ dicta.
rum, vt Athenæus quoque testis est, Romani in prandio quidem soli atque seorsim, (vnde etiam μονοφάγοι *à Græcis fuerunt dicti) in cœna autem cum amicis accumbentes cibum capere consue-uerunt. Isidorus, Cœna vocatur à communione vescentium,* κοινὸν *quippe Græci commune vocant, vnde & communicantes, quod communiter, id est, pariter conueniant. Apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci, & communiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret. Est autem cœ-na vespertinus cibus, quam vespertinam antiqui dicebant. In vsu enim non erant prandia, libro 20. c. 1. Sic Scaliger lib. 1. poët. c. 5. In sero diei, opere perfecto, lautius, largiùsue se accipiebant, tum vberiore epularum apparatu, tum familiarium, atque affinium societate. Idcirco cœna dicta, quia* κοινῇ *vescerentur, non priuato dimenso diurno. A cœna fit cœnula diminut. Cic. Græcè,* δειπνίδιον: *cœnare, aui, & atus, cœnam sumere: cœnitare, Cic. id est, frequenter cœnare: cœnaturi-re, cœnandi cupiditate affici: cœnaticius, ad cœnam pertinens. Plautus, spes cœnatica: Var-ro, sermo cœnaticus. Concœnatio,* συνδεῖπνον *Cic. Cœnipeta cœnam aliorum affectans, nec li-benter domi cœnans. Incœnis, vt impransus, qui nondum cœnauit. Domicœnium,* οἰκοσιτία, *id est, cœna quæ domi fit: Martialis,*

Si tristi domicœnio laboras.

Cœnatiuncula, Plin. in epist. μικρὸν δειπνοτήριον, *locus paruus ad cœnandum aptus. Germani-cè cœna* nachtmaal/nachtessen/*id est, nocturnum conuiuium appellatur. Belgæ,* auondtmaal. *Galli, soupper, & cene. Italicè, Hispanicè, cena. Poloni, wieczerza vocant à vespera.*

DE CONVIVIIS NOCTVRNIS.

CAPVT X.

CONVIVIA, *siue epula nocturnæ, quæ post cœnam aguntur, à Græcis* κῶμοι *appellan-tur, de qua voce supra: item* δηλιδορπίσματα, δηλιδορπιμοὶ, *&* ὀξυδορπίδες, δηλιδόρπιαι ξάπεζαι, *deutipaq; ξάπεζαι,* μεταδόρπια, δηλίδειπνα, *&* δηλιδειπνίδες *appellantur, vt passim ex Athenæo, & alijs auctoribus constat. Epidipnidos quoque voce Græca Martialis pro Latina vsus est libro 11.*

Hinc seras epidipnidas parabat.

Posteriores illæ voces sæpe pro quibusuis mensis secundis, etiam post prandium appositis, vsurpan-tur, de quibus suo loco. Latinè conuiuium huiusmodi comessatio vocatur, siue vt Fulvius Vrsinus, Comessatio.
Lambinus, & doctiores quiq; legendum scribendumq; existimant, comissatio, siue etiam comassatio. Comissatio.
Vulgus legendum putat comessationem, & comessari existimans à comedendo, aut comesse dictum Comassatio.
esse. Festus comissationem legit, & à vicis, quos Græci κώμας *dicunt, vult appellari, in his enim* Comissatio.
habitabant prius, quàm oppida conderentur, quibus in locis alij alios conuictus causa inuitabant. Lambinus in suis Commentarijs in Horat. & Plautum, comissare, siue (vt potius vult legendum) comassari, & comassationem secundùm Varronem vult dictam, ἀπὸ τῦ κώμυ, *deo intempestiui,*
luxuriosiq; conuiuij seu compotationis: siue ἀπὸ τῦ κωμάζειν, *quod est conuiuium inire meretri-* Κωμάζειν
cium, & impudicum, cum scortis & meretricibus compotare, lasciuire, saltare (vnde forsan no- quid.
strum vernaculum gumpen) *nocturnas compotationes cum mulieribus impudicis agitare:*

Digitized by Google

Paulus hoc nomine vtitur, Rom. 13. *Vt interdiu compositè ambulemus, μὴ κώμοις, καὶ μέθαις, non in comessationibus & ebrietatibus*, alludens ad illum morem comessantium. Hinc comissatio conuiuium meretricium, proterunm, & lasciuum: compotatio nocturna, petulans, & libidinosa cum scortis, & mulieribus impudicis, Hæc Lambinus. Plutarchus Symposiacôn octauo, τὸ ἐπὶ δεῖπνον ἑλληνικῶς κωμάσαι (id est, comissationem) λέγεσθαι (à Romanis scilicet: qui prandium cœnam & alia huiusmodi, Græcis nominibus efferunt, οἰκειοτέρως τῇ ἑλλήνων, vt idem ibidem testatur.) Scaliger libro 1. poët. c. 5. κωμάζειν est per vicos vagari animi gratia. (Gassatum gehen.) Iuuentus enim vacui temporis otio, atque licentia noctis abusa, secura imperiorum, vel heri, vel patroni, vel parentum, per pagos (nondum enim in vrbes conuenerant) discurrere. Qui mos simul cum nomine ad nos deductus est. Legimus enim apud Liuium comessationes. Vnde ij lusus, quos vicatim exercerent, παρὰ τὸ ἐν κώμαις, καὶ τὰς κώμας, aptè comœdiam dixere: quoniam non in pascuis, aut in aruis, aut ad tumulos, aut ad aras canerent. Lucianus in Discategorumeno, Lunam, ait, splendere τοῖς κωμάζουσι. Sunt qui Græcum κῶμον (quo & Deus temulentiæ, & conuiuium procacius, cantiones, atque saltationes lasciuæ, significantur) deductum esse à במוש Cemosch, quod est nomen Dei, seu idoli Moabitarum, Num. 21. 1. Reg. 11. & 2. Reg. 23. Ierem. 28. Iud. 11. Ammonitarum Deus esse dicitur, verisimile enim est finitimas has gentes eadem idola coluisse. 70. verterunt χάμος, forsan dictus est, hic Deus à במס Camas, id est, occultare, abscondere, vt Bacchus κρυπτόλιος, intelligatur, nisi malis Plutonem, siue Ditem, hoc est Deum subterraneum, seu inferorum intelligi. Lambinus non committi cum duplicato m, vult esse legendum, quamuis ita scriptum reperiatur in libris veteribus, cum ratio, & veritas reclament, & o, in comissari natura sit longum, sine alterius consonantis appositione. T. Liuius comissationis meminit lib. 11. vbi refert, Demetrium post cœnam, qua sodales acceperat, dixisse: Quin comissatum ad fratrem imus? & mox subdit, comissatores tanquam ad cœdem suam venientes, aditu ianuæ arcet. Legitur etiam Perseus apud eundem Liuium, tanquam reprehendens fratrem Demetrium, Conuiuam me tibi committere ausus non sum, comissatorem te cum armis recipiam? Huc pertinet illud Suetonij in Vitellio, sed vel præcipuè luxuriæ, sæuitiæq; deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientucula, & prandia, & cœnas; comessationesq. Idem, in Domitiano, conuiuabatur frequenter, & largè, sed penè raptim, certè non vltra solis occasum, nec vt postea comessaretur. Idemq; in Vespasiano, Præter sæuitiam, inspecta in eo etiam luxuria erat, quod ad mediam noctem comessationes cum profusissimo quoque familiarium extenderet. Ex his locis apparet comessationes propriè dici cibos potusq; qui post cœnam extraordinariè ex luxu sumuntur, & comessari propriè esse post cœnam epulari: & conuiuam à comessatore distingui, ita vt conuiua sit qui ad conuiuium, cœnámue vocatur: comessator verò post cœnam ad comessationem. Vnde apud Liuium loco paulò ante citato Perseus criminans fratrem Demetrium, Conuiuam me tibi, inquit, committere ausus non sum, comessatorem te cum armatis recipiam? Perottus quoque in Cornucopiæ, Propriè comessatio, inquit, est cibus qui post cœnam sumitur, sicut merenda cibus, qui sumitur ante cœnam, & ientaculum cibus, qui sumitur ante prandium. Interdum tamen comessationes generali vocabulo epulationes, compotationesq; intempestiuas cum luxuria, & crapula significant, veluti voragines mensarum. Ad huiusmodi comessationem, siue vespertinam potationem post cœnam, alludit Lampridius in historia Alexandri Cæsaris, cum amicos militares habuisset, vt vsum Traiani, quem ille post secundam mensam potandi vsque ad pocula instituerat, reseruaret, vnum tantum poculum exhibebat in honorem Alexandri Magni. De metaphoricis translationibus, apud Ciceronem, vt sunt tempestas comessationis, comessatio tempestatis, comessatores coniurationis, vide Turnebum in Aduers. libro 9. cap. 1. Nonnulli postcœniam, siue, vt Hermolaus Barbarus, pocœnium, huiusmodi nocturnum conuiuium existimant posse appellari, vt Apuleius lagenam Veneris antecœniam vocat, tanquam prægustatio quædam sit, & præludium ac præparatio ad palæstram Veneream exercendam. Dicitur autem Antecœnia, quasi ante cœnam sumpta, vt Martialis finxit Domicœnium, quod domi cœnare significat. Germani illud vocant Schlaaffrunck / ὑπνοπόσιον Græcè commodè dici posset, id est, compotatio ante somnum. Belga, slapen gaet / slaptdranck: item een bancketten ermen. Galli, vng petit banquet apres auoir souppe, siue vne collation. Itali similiter, vne collation dopo cena.

Comessationes propriè quid.

Conuiua à comessatore distinguitur.

Digitized by Google

cena. Poloni, collacia. Hispani, manijar despues de la cena appellant. Collatio à Germanis etiam, vt à Gallis, Italis, Polonis appellatur, forsan quia vt olim, ita hodie quoque eiusmodi conuiuia sæpe sint collatitia, ad quæ symbola à singulis conuiuis conferantur.

QVOTIES IN DIE, ET QVO POTISSIMVM DIEI, ATQVE ETIAM NOCTIS TEMPORE, veteres manducarint. CAPVT XI.

NVNC quoniam de conuiuijs secundùm tempus diurnum atque nocturnum diuisa, varijsq; eorum nominibus est dictum, videtur omnino esse consequens, vt dicamus quoties in die, & quo potissimùm diei, atque etiam noctis tempore prisci sæculi homines cibum capere consueuerint, quæq; hodie sit multorum populorum ea in re consuetudo. Inter doctos quæstio fuit diu admodum agitata, semel ne in die tantùm, an sæpius veteres manducarint. Verùm ex historijs non vnam aliquam certam, & fixam, sed varias & diuersas fuisse veterum hac in parte consuetudines constat.

Græcorum in comedendo consuetudo.

Græci, vt inde exordiar, Troiani belli temporibus, si Philemoni apud Athenæum libro 1. est credendum, quater in die cibis vtebantur. Hinc Muretus in suo variarum lectionum libro, Ego, inquit, in Græcorum commentarijs reperio, quater die ipsos cibo ac potu corpus reficere solitos: quod etiam hodie multis locis fit apud quasdam transalpinas nationes. Primum quidem diluculo, id vocabant ἀκρατισμὸν, aut ἀκράτισμα, quod non dilutum, sed merum, vt ait Ausonius, biberent: aut etiam ἄριστισμὸν, quam vocem vnà cum re ipsa nostrates (desiuner) retinuerunt. Quidam tamen ἄριστισμὸν non ἀπὸ τῦ νηστεύειν, id est, ieiunando, quod nimirum ieiuno corpore sumeretur, sed ἀπὸ τῦ ἀνίστημι, hoc est, surgendo volunt dictum, propterea quod simul atque è lecto surrexissent, eo fruerentur, quam ob causam etiam à Polonis Sniadanye dicitur, quod statim somnum sequeretur. Sequebatur ἄειστον, ita dictum, quod postea oporteret ἀειστύειν, quod, vt supra dictum, aliquando δεῖπνον ab Homero appellatur. Inde ἑσπέρισμα, cuius hora erat, cum iam nocteseceret, antequam tamen contenebrasset. Postremò δόρπος, quod recentiores δεῖπνον appellarant: qua posteriore voce Philemon in hac quadripartita conuiuiorum diuisione vtitur. Palamedes autem apud Æschylum, eodem Athenæo teste lib. 5. tres tantùm Græcis illis antiquis in die vsitata epulas facit, ἄειστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι ξίτα: vbi Athenæus ἄριστον, epulum matutinum: δεῖπνον, meridianum: δόρπον, vespertinum interpretatur. His idem δείλινον, hoc est, epulum inter prandium & cænam interiectum (quod merendam vocant) à nonnullis perperam addi, testatur ex quodam Homeri loco malè intellecto. Eustath. quoque Od. β. Sciendum est, inquit, veteres tribus cibis vsos fuisse, quorum primus vocatus fuit ἄριστον, secundus δεῖπνον, tertius δόρπον: subiungit deinde Æschyli versum paulò ante commemoratum. Idem tamen Ιλ. β. f. 183. 30. citans eundem Æschyli versum de tribus illis epulis, quæ sunt, ἄειστα, δεῖπνα, δόρπα ξία, addit ἢ μᾶλλον ξίτα κ' τὰς παλαιὰς, καλῶς ῥηθῆναι λέγουσιν οἱ παλαιοὶ· ὧδ' ἐ μυησῆρες γὰρ φάσιν, ὧδ' ἐ κύκλωψ ξισὶ ξοφαῖς ἐχεῶντο. Quidam ergo existimant hanc siue ter, siue etiam quater in die cibum sumendi consuetudinem à Græcis illis heroibus in bellis tantùm, quæ ob magnos labores largiorem cibum potumq; requirunt, seruatam fuisse, aliâs non item. Hinc Lambinus in Horat. Ne illud quidem prætermittendum est, Græcos illos heroas, tantisper dum bellum gerebant, & in castris erant, ter die cibum capere consueuisse, ac primum quidem cibum, & matutinum ἄριστον esse nominatum: secundùm δεῖπνον, id est, prandium: tertium δόρπον id est, cænam, cum hodie δεῖπνον idem quod cæna valeat, ἄριστον autem prandium. Verùm vt Hieron. Mercurialis in suo variarum lectionum lib. 4. c. 17. annotat, apud Græcos, Hippocratis præsertim temporibus, nullam huiusce consuetudinis legem firmam fixamq; fuisse ex veterum monumentis constat: sed multos ter, vel etiam quater, plures semel, plurimos bis cibum sumere consueuisse. Vnde Cardanus, quòd tempore Hippocratis ter, et plus ederent, totidem etiam eos cacasse in Comment. in 2. Prognost. scripsit, quod sanè est ridiculum. Hippoc. autem verba 2. de rat. vict. in acut. morbis hæc sunt, vbi sanorum hominum consuetudinem multis verbis exponit: ἐπεὶ κ' τοῖσι διαιτωμένοισι τὰς ἡμέρας, καὶ τοῖσι μοχθεῦσιν, αἱ ἐξαπιναίοι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀῤῥωστίας παρέχουσιν. Καὶ τὰς μὲν γὰρ μὴ

1. Ακράτισμα, aut ἄριστισμος.

2. Αειστον.

3. Εσπέρισμα.

4. Δόρπος.

Græcorum consuetudo in comedendo varia & diuersa.

Cardanus deridetur.

μαμαθητὰς ἀεισᾶν, εἰ ἀεισήσουσιν, ἀθρόως ἀρρώστους ποιεῖ καὶ βορίας ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἀδυνεῖς, καὶ ὀκνηρούς. Ηὐ ὃ ἅπαξ λειπνήσουσιν, ὀξυρεγμιώδεις, id est: Quippe siue bis, siue semel duntaxat in die, quis cibum capere solitus est, si subitò consuetudinem mutauerit, noxam, imbecillitatemq; subibit. Etenim prandium assumens, qui id non consueuit, protinus imbecillus, grauis, ægrotus, segnisq; redditur. Et paulò post: καίτοιγε πολλοί εἰσιν οἱ ἀφόρητοι φέρουσι δυσκιτιόμβοι τῆς ἡμέρης εἰς πλῆθος, εἰ αὖ ἅπαξ ἐνδιδῶσιν, id est: Quanquam sunt nonnulli, quibus nihil molestiæ affert, ter in die cibo repleri, præsertim si ita assueuerint. Ex his & alijs multis eo in loco scriptis facilè colligitur, mores hominum Græcorum in comedendo diuersos fuisse. Quòd verò Plato miratus est Siculos, atq; Italos bis in die impleri cibis (vnde nonnulli veteres Græcos semel tantùm die cibum sumpsisse colligunt) id Muretus atque Mercurialis ita intelligendum existimant, quod rarò essent, qui vsque ad satietatem bis die cibum caperent, vnde Plato vtitur in nobili illa sua epistola verbo ἐμπιπλᾶσθαι, & Hippocrates quoque loco paulò ante citato scribit: ἔτι δ' ἂν μᾶλλον πονήσειεν ὁ τοιοῦτος, ἢν ἐς σιτοῖσι τῆς ἡμέρης ἐς κόρον, ἔτι μᾶλλον εἰ πλεονάκις, hoc est, Maiori tamen molestia afficietur is, qui ter eadem die ad satietatem vsq; cibum ingesserit, ac multò magis, si crebrius etiamnum assumpserit. Beroaldus ad probandum Græcos non semel tantùm, vt Seruius putauit, sed bis die, licet non ad satietatem vsque cibum sumpsisse, his testimonijs & exemplis vtitur. Primum est Magacreontis Abderitæ celebre dictum, qui, vt Herodotus est testis lib. 7. magnam aiebat se Xerxi gratiam habere, quod non bis in die cibum caperet. Fore enim vt Abderitæ, si tuberentur, vt etiam prandium simile cœnæ instruerent, pessimè de ipsis ageretur. Hoc ergo in Xerxe admiratus est Abderites, vnde constat illo quoq; tempore, quod proculdubio antiquissimum fuit, prandere, & cœnare moris fuisse. Idem apparet ex illo Alexandri Magni apophtegmate, quod à Plutarcho celebratur: Is enim dicere solebat, ad prandij condimenta nocturnas profectiones optimas esse, ad cœnæ autem, prandij parcitatem. Idem Aristot. in Probl. suis, prandendum est largè, cœnandum parcè dixit. Huc quoq; facit peruulgatum illud Leonidæ Spartani dictum: Prandete commilitones, apud inferos forsan cœnaturi. Hinc à Satyro dictum, Prandebat ibi quisq; Deus. Ex his apparet apud Græcos veteres prandia quoq; in vsu fuisse. Sed illud quoq; silentio non est prætereundum, ientacula illa, siue prandia Græcorum parca fuisse atq; tenuia, ita vt qui illis ad saturitatem vsq; vterentur, nimiumq; indulgerent, infamia notarentur. Atq; hoc quidem testantur nominum, quibus ientaculum, atq; prandium à veteribus exprimitur, notationes. Nam & ἀκράτισμα vel ἀπὸ τοῦ ἀκράτου, id est, mero, quod solum cum pane veteres manè sumebant, vel ἀπὸ τῆς ἀκρασίας, id est, intemperantia, cuius nomine accusabantur ientantes: & ἄεισον, quasi ῥᾷον, quod facilè esset paratu, teste Plutarcho, dictum fuit. Idem & γεῦμα à gustatione, & ἀριστισμὸς, quod à ieiunis sumeretur fuit appellatum. Plutarchus 8. Sympos. 6. tradit olim infames fuisse, qui ante cœnam quicquam edebant: quemadmodum etiam Hippoc. in lib. de Aere, aq. & loc. monens, vt hominum viuendi ratio à medico consideretur, scilicet πότερον φιλόποτας, καὶ ἀεισταὶ, ἢ ἀπαλαίποτοι, videtur ἀεισταὶς, id est, ientatores, siue pransores inter eos collocare, qui non rectam viuendi normam sequerentur. Clemens Alexand. lib. 2. c. 2. Pædag. Οἱ ὑ ἀκμάζοντες μεθημέραν μὲν ἄεισον μεταλαβόντες οἷς καταλληλον τὸ ἄεισον, ἄρτον μόνον ἀπογευσάμενοι, ἀπεχέσθων πάσης τῆς ποτῆς, πρὸς τὸ ἀναπίνεσθαι τῷ πρεσβυτέρῳ ὑγρότητα αὐτῶν ἀναστυγνιζομένῳ τῇ ξηροφαγίᾳ, &c. & paulò post, εἰς ὑ ἑσπέραν τὸ δεῖπνον πρὸ τοῦ ὥρας οἶνῳ χρηστέον, &c. id est: Qui autem sunt in ætatis flore, cum interdiu ientaculum, siue prandium sumpserint, quibus conuenit prandium, pane solo gustato, à vino omnino abstineant, vt ebibatur, atque consumatur superflua eorum humiditas, aridorum esca, veluti spongia quadam exhausta. Vesperò autem tempore cœnæ vino vtendum est. Atque hæc de Græcorum consuetudine.

Plato cur miratus sit, Italos atq; Siculos bis in die impleri cibis

Prandia quoque apud Græcos veteres in vsu fuerunt.

Alex. Magni apophtegma

Græcorum ientacula, seu prandia, parca & tenuia fuerunt

Ante cœnam edentes olim infames fuerunt.

Nunc de LATINORVM & ROMANORVM consuetudine, quam Celsus his verbis describit lib. 1. c. 1. bis die potius, quàm semel cibum capere: & semper quàm plurimùm, dummodo hunc concoquant. Sed qui aut laboribus corpora fatigant, aut pueri, aut senes, aut ex fœminis quàm plures ientaculum accipiunt summo mane, & quidam ex eis quinta à meridie hora paruam refectionem ex fructibus aut oleribus. Sunt etiam nonnulli, qui hyemis tempore ventriculi calefaciendi gratia, aut ne frigore, & aëre ambiente occupetur, summo mane partum panis tosti ex vino mersum (ἐν ἀκράτισμα) accipiunt, quidam oui vitellum, quidam conditum aliquid. Sed hæc iam præseruatio-

Latinorum & Romanorum in prandendo & cœnando consuetudo.

nis

nis potius sunt, & hominibus aut non admodum valentibus, aut aegrotantibus debentur. Sanis vero simpliciter, quibus etiam sanitatis custodia propriè debetur, interim dum valent, consuetudo est seruanda in numero refectionum. Ab initio vero probè instituendi sunt, natura tamen ciborum, & quantitas pro aetate, & anni tempore varianda, vti diximus. Licebit quoq; sensim pro aetatum mutatione refectionum numerum mutare, & pro mutatione temporum, sed id minus. Apud Romanos igitur, vt ex his Celsi verbis constat, maior pars hominum semel saturari consueuit, atq; id vesperi. Romanos quoque ὡς ὀπὶ τὸ πλεῖστον bis in die cibum cepisse, & prandia apud illos fuisse vsitata, ex multis veterum monumentis constat. Cicero in 5. Tuscul. quæst. scribit, Platonem solitum improbare vitam Italicorum, quoniam in die bis saturi fiebant. Apud Plautum quoque atque Terentium prandia celebrantur. Plautus, in Amphit. Hoc adeò commemini, quia illo die impransus fuit. Sueton. de C. Caligula, Nono Cal. Februarias hora quasi septima cunctatus an ad prandium surgeret, marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis, egressus est. Idem, de Claudio imperatore: Bestiarijs, meridianisq; (gladiatoribus, qui hora meridiana digladiabantur) adeò delectabatur, vt à prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo, persederet. Opilius Macrinus, teste Iul. Capitolino, vini cibiq; auidissimus, nonnunquam vsq; ad ebrietatem, sed vespertinis horis. Nam si prandisset vel priuatim parcissimus, in cœna effusissimus. Quin etiam Macrobius refert morem fuisse antiquorum Romanorum, vt patentibus ianuis pransitaretur, & cœnaretur. Sicuti & Valer. Max. antiquos in propatulo prandere, & cœnare fuisse solitos, scribit. Plinius quoq; in suis epistolis testatur, Plinium Naturalis historiæ scriptorem, cibum sumpsisse interdiu leuem, & facilem veterum more, vt prandium esset parcius, cœna copiosior. Hisce testimonijs Beroaldus refellit Seruij sententiam, qui negabat prandere veteres fuisse solitos. Idem quoq; Galeni testimonio comprobari potest: Is enim in lib. de tuend. val. 5. vbi senes nutriendi rationem exponit, satius esse dicit illos ter cibum sumere, atq; illud facitasse Antiochum medicum, ac Telephum grammaticum scribit, quasi hoc præter communem aliorum morem esset. Præterea in 6. eiusdem tractationis lib. eorum victus rationem docens, qui negotijs districti sunt, considerandum esse monet, meliúsne sit in die semel, an bis comedere, atq; hoc ex consuetudine definiri debere: quasi certò sciret homines Romæ (nam librum illum ad Romanos potissimùm dirigi certum est) modò bis, modò semel, rarissimè vero ter comedere fuisse solitos: id quod etiam ex Celso in principio librorum de Medicina intelligi potest. Idem etiam ex Plutarcho, de quo postea, & multis alijs auctoribus constat. Apud Romanos ergo prandia fuisse in vsu satis constat, licet Seruius aliter senserit, cui etiam suffragatur Isidorus. Is enim cœnam dicit esse vespertinum cibum, quam vespertinam antiqui dicebant, quoniam prandia non erant in vsu. Alexander quoq; ab Alexandro, prandia apud priscos in vsu fuisse negat lib. 5. c. 21. Idem ante medium diem, vel ante lucem cibum cepisse crimini datum esse testatur. Et paulò post, Romanos antiquissimos licet nòctu cœnasse nonnulli opinati fuerint, constat tamen post multas aetates vsum inualuisse, vt meridianis horis vescerentur, hæc ille. Lambinus in illũ versum Horat. li. 1. epist. ad Villicum sum.

Romani quoties in die comedere soliti.

Quem bibulum liquidi media de luce Falerni. Et lib. 2. Sat. 8.

— dictus here illic,
De medio potare die.

Inquit, Atq; hoc tempore diem frangere dicebantur homines inertes, voluptuarij, luxuriosi, in cute curanda occupati, conuiuiaq; ad multam noctem nonnunquam producebant. Ego igitur (inquit) qui cœnis à meridie vsq; ad multam noctem productis olim delectabar, nunc breuibus delector magis. Licet igitur prandia, vti probatum est, Romanis fuerint vsitata, tamen notissimum est, vt Lambinus in Horat. Satyr. 1. verè scribit, prandia Romana aut breuissima, aut parcissima fuisse, aut si qua fuerunt sumptuosiora, et liberaliora, ea vel festis diebus vsurpari solita, vel nuptialia fuisse, vel ambitionis, & largitionis, vel luxuriæ causa instituta: his causis exceptis, & similibus, parcè admodum prandebant, cœnabant liberaliùs: ientaculo autem, merenda, & vesperna puto pueros duntaxat, & mercenarios homines vsos esse. Idem in illum Horat. versum lib. 1. Sat. 6.

Pransus non auidè, quantum interpellet inani,

Significat, inquit, se non tantum vorare in prandio, vt cibo, & potione ventrem referciat, atq; oneret: sed quantum satis sit ad ieiunitatem, famemq; depellendam, viresq; corporis reficiendas, donec

cœnæ tempus aduéniat. Si quis enim non prandeat, sed cibi & potionis vsum in vesperum & cœnæ tempus differat, ieiunus & inanis diem totum durare dicendus sit. Nunc autem cum prandet reuniter, & parcè, saltem hoc prandium eum interpellat, hoc est, obstat, quo minus inanis ad vesperam permaneat. Partem quoque solido demere de die Horat. lib. 1. Od. 1. idem valet, quod frangere diem, hoc est, labore & opere vsitato, & quasi legitimo intermisso, atque interrupto, corpus cibo & potione curare, genioq; indulgere. Solebant enim magna ex parte Romani illi veteres totum ferè diem (vnde solidus, & integer dicebatur) in rebus agendis ponere: sub vesperum autem, aut certè post meridiem corpora curare, vinoq; & epulis indulgere. Hæc Lambinus. Celsus lib. 1. c. 4. iis quibus caput est infirmum, aut aliquas corporis partes infirmas habent, cibum modicum necessarium esse dicit, quem facilè concoquant, eumq; (si ieiuno caput laditur) etiam medio die assumendum censet. Hinc Sidonius in epistol. Prandebamus breuiter, copiosè, senatorium ad morem. Plutarchus quoque Symposiacôn 8. priscos Romanos scribit moderatè, κατ' ἰαυτὸς, id est, seorsim prandere fuisse solitos, cum amicis verò cœnare consueuisse: ideoq; cœnam quasi κοινὴν, id est, communẽ illis fuisse appellatam. Prandebant ergo Romani parcè quantum ad ieiunitatem, famemq; arcendam, viresq; corporis reficiendas satis esset, vesperi autem circa horam ferè nonam accumbentes, largiùs atque liberaliùs cœnabant. Hinc Papinius,

Iam moriente die rapuit me cœna benigni, Vindicis.

Nam mori dies dicebatur, quando iam erat exactus, sicut vesperum. Sic & componi dies vt mortuus, id est, sepeliri dicebatur. Maro,

Ante diem clauso componit vesper olympo.

Romani vesperè cœnare soliti.

Sic diei morte atq; sepulchro, metaphoricè vespertinum cœnandi tempus intellexit Menæchmus apud Plautum, his verbis iocans: Clam vxorem vbi sepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem, interprete Turnebo in aduersarijs suis, vbi mortuo die, & exacto genium curemus, & epulemur, perinde quasi cœna sit eius bustum, & sepulchrũ. Vel, vt Lambinus interpretatur, vbi hunc diem iam quasi moribundum, & in occasum præcipitantem consumamus, atq; adeo absumamus, iucundè scil. et hilariter viuendo, epulando, et cõpotando. Sic ferè dixit Horat. condere diẽ, Od. 5. li. 4.

Condit quisque diem collibus in suis.

Vesper pro cœna.

Ac quoniam Romani vesperi solebant cœnare, idcirco Plautus vesperum metony. pro cœna vsurpat duobus ferè in locis. Primò, in milite glorioso, Qui de vespere viuat suo, hoc est, interprete Lambino, qui domi suæ, & sumptu suo cœnet, qui habeat vnde cœnet, per vesperũ cœnam significat, quia scilicet Romani vesperi cœnabant. Secundò, in Rudentibus: Si tu de illorum cœnaturus vesperi es, hoc est, interprete Lambino, de illorum cœna, seu cibo cœnaturus es. Hoc ideò, quia veteres vesperi cœnabant, quemadmodum & nos (Galli) quanquam nos non omni tempore vesperi cœnamus, sed Vere, & Autumno duntaxat. Nam & Æstate longè ante vesperam, & Bruma longè post vesperam cœnamus. Horat. Sub lumina prima. Satyr. lib. 2. id est, paulò ante vesperam, paulo ante solis occasum, quod erat tempus cœnæ, Lambino interprete. Idem Epist. 11. libro 1.

Lecto Samnitas ad lumina prima duello.

Obseruabis etiam hîc λύχνων ἀναμμάτων, id est, lucernis accensis à Galeno καὶ τὸ προσηγορεύσειν vsurpari pro hora vespertina, qua lucernæ accendi solent. Prima autem fax à Latinis vesper dicitur, non quòd faces, & lucernæ vesperi accenderentur, vt quidam tradunt, sed quoniam Venus & Vesperugo, fax cœlestis, et stella post solis occasum prima tum lucere incipit, vt vult Brodæus lib. 4. Miscel. c. vltimo.

Hora cœnandi apud Romanos ordinaria, quæ.

Hora autem ordinaria, cœnæ destinata, fuit nona apud Romanos (vt etiam apud Hebræos) sicuti ex veterum scriptis potest colligi. Cic. in Epistol. quadam ad Pœtum ad horam nonam dicit se accubuisse, quæ ordinaria cœna. Eundẽ Alexander ab Alexand. lib. 5. c. 21. rarò ante solis occasum discubuisse dicit. Nonam autem horam cœnæ apud Romanos fuisse destinatã, liquidò apparet ex elegantii illo Martial. Epigram. in quo testatur, Romanos Cæsares solitos curare sua negotia vsq; ad 6. & 7. horam, deinceps autem reliquas horas curando corpori, animoq; à laboribus reficiendo impendisse. Eius versus hi sunt lib. 4. Epigram. ad Euphemũ dapûm structorem Domitiani, vt creditur.

Prima salutantes, atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia cansidicos.

In quintam varios extendit Roma labores.
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris.
Imperat extructos frangere nona thoros.
Hora libellorum decima est Eupheme meorum.
Temperat ambrosias quum tua cura dapes.
Et bonus athereo laxatur nectare Cæsar,
Ingentiq; tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos, gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thaleia Iouem.

Diei distributio apud Romanos, quid singulis horis fieri sit solitum.

Prima ergo & secunda (vt ex hoc epigrammate constat) quæ nobis est quarta, & quinta, siue quinta & sexta, salutationibus illis officiosis impendebantur.

Hora tertia, quæ nobis est 7. aut 8. in causis, & iudicijs versabantur. Hinc Gell. lib. 17. c. 2. In duodecim autem tabulis verbum hoc, inquit, ita scriptum est: Ante meridiem causam conscito, cùm perorant ambo præsentes. Post meridiem præsenti litem addicito: Si ambo præsentes, sol occasus, suprema tempestas esto. Vnde apparet ante meridiem causidicorum horam fuisse.

Quarta & quinta, quæ nobis est decima ferè & vndecima, familiaribus atque domesticis suis negotijs incumbebant. Vnde Persius iuuenes sui temporis desidiæ nomine accusat, quod hora quinta, qua in negotijs homines maximè exercebantur, somno indulgerent. Sic enim inquit,

Dum clarum mane fenestras,
Intrat & angustas extendit lumine rimas;
Stertimus indomitum quod despumare Falernum,
Sufficiat quinta dum linea tangitur vmbra.

Sexta & septima, quæ nobis est duodecima, & prima pomeridiana partim meridiabantur, id est, somnum capiebant, partim otio indulgebant. Obseruabis etiam hîc, id quod Brodæus lib. 4. Miscel. c. 32. annotat, quoniam maxima populi olim circa horam sextam, id est, meridiem, in foro esset frequentia: hoc à Græcis hominibus tempus, ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγοράν fuisse appellatum. Id quod loco quodam Luciani ἐν φιλοψεύδει probat.

Octaua, qua nobis est secunda à meridie, lauabant, & palæstris se exercebant.

Nona, quæ nobis ferè est tertia pomeridiana, cœnabant.

Idem, *Nunciat octauam Pharia sua turba iuuencâ*
Temperat hæc thermas, nimios prior hora vapores *Halat.*

Id est, hora octaua lauabantur, nonâ decumbebant. Hinc meretrix (quam verè Boëtius inferni ianuam vocat) à Iuuenale, & Persio dicta est nonaria, quod post nonam in lupanari prostarent, Persius Satyr. 1.

Si Cynico barbam peculans Nonaria vellat,
His mane edictum, post prandia Calliroën do.

Id est, hora diei tertia causas agant apud prætorem. Nam edicta sunt prætorum, secundùm illud,

Exercet raucos tertia causidicos.

Post prandia legant fabulas. Alijs meretrix videtur dicta Nonaria, tanquam infausta, infelix, & omnino damnosa iuuenibus, quos pessundant meretrices, expilant, & ad miseriarum voraginem sæpe detrudunt, à Nonis, quæ inter dies atros numerantur ab antiquis: cuius rei causam referunt Verrius Flaccus in 4. de verb. sig. Liuius, Macrobius, in 1. & Gell. lib. 5. c. 17.

Hac porrò eadem de re extat lib. 1. Epigrammat. Græc. epigramma incerti auctoris huiusmodi.

Ἐξ ὥραι μοχθοῖς ἐκανώταται, αἳ ἔμετ' αὐτὰς
Γεδμμασι λειχνύμθαι, ζῆδι λέγυσι βεγοῖς.

Id est, vt incertus quidam auctor Latinè reddidit:

Sex horæ tantùm rebus tribuantur agendis,
Viuere post illas, litera χetha monet. *Siue vt Gyraldus vertit,*
Sufficit in sextam labor horam, deinde sequenter
Vt viuas numeri littera, ζῆδι, monet.

Digitized by Google

In hoc Distichon, quia argutum & obscurum est, sic commentatur Maximus Planudes. Ad sextam vsque diei horam (quæ nobis est meridiana) rem suam, & opus curare oportet: postea penso absoluto ad cibum capiendum accedere oportet: id quod intelligitur ex notis & horologij literis. Nam si Græcas literas, quæ septimam, octauam, nonam, & decimam horam significant, hoc est, ζ η θ ι coniungas, ζηθι expresseris, quod est Latinè, Viue, quasi dicat, Ede vt viuas. Hæc ille. Monet ergo hoc epigramma ad sextam vsque horam laborandum esse, quæ etiam propterea melior diei pars videtur esse. Vnde & Paulus Iureconsultus lib. 1. ad edictum scribit, cuiusque diei maior pars est horarum septem, primarum dixi, non supremarum: quæ verba leguntur, & in Pandect. tit. de verborum & rerum signif. In hanc sententiam quidam etiam Virgilianum illud interpretantur:

Nunc adeò melior quoniam pars acta diei est.

Iuuenalis quoq; Sat. 1. hanc horarum diei distributionẽ Romanis vsitatam his versibus perstringit:

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum
Sportula, deinde forum, iurisq; peritus Apollo
Atque triumphales, &c.

His verbis ignauiam pariter, & auaritiam diuitum Romanorum carpit, qui mane à clientibus suis salutati, postea in forum illis comitantibus prodeuntes, ac inde rursus redeuntes domum, lassos clientes non cibabant. Sportula, id est, sportulæ tempus, scilicet distinguitur: prima enim & secunda hora salutabant sportulæ causa. Deinde Forum: tertia enim hora iurisdicendi tempus erat. Eandem consuetudinem Galenus his verbis luculenter describit libro 1. de Meth. Therapeut. Περσαγορεύοιμι ἢ εἰς ἀγορὰν ἰὼν, εἰς ἑστίασιν συνδειπνοῖμι τοῖς δυναμένοις. Ἐκ τούτων γὰρ καὶ φιλεῖσθαι, καὶ προσάγεσθαι, καὶ τὰς τέχνας πιστεύεσθαι, οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας παρασκευῆς; εἰ δ' ἐξ ἐκείνων, ἀπάντων δι' ὅλης ἡμέρας ἀχολυμένων, ἐὰν μὲν ἐν προσαγορεύσει κοινῇ, μετὰ ταῦτα δ' ἤδη χιζομένων, ὅτι μὲν τὸν ἀγορᾶν, καὶ τὰς δίκας, ὑσμικρῶν τινὸς ἔθνους, ὅτι δ' αὐτὰς ὀρχήστας τε καὶ τὰς ἰσχύς, ἑτέρου πλείονος. Οὐκ ὀλίγου ἢ τινὸς ἄλλου τοῖς κύβοις, ἢ ποσὶν ἕρμασιν, ἢ λυρῴοις, ἢ μέθαις, ἢ κώμοις χολαζόντων, ἢ ποσὶν ἄλλαις ἡδοναῖς τῶν σώματος, εἰς ἑστίασιν ἢ κοινὴν πάντων αὖθις συναθροιζομένων εἰς τὰ συμπόσια. Κἄπειδὰν ἐμπλησθῶσιν οἴνου, ὑλύρας ἐν κύκλῳ περιφερομένης, ἢ κιθάρας, ἢ τινὸς ἄλλου τῶν μουσικῶν ὀργάνων, ὧν ἁπλεσθαι πᾶσι καὶ τὰς τοιαύτας συνόδους καλὸν ἐνόμισε, καὶ δεινῶς αἰσχρὸν τοὐναντίον λῦ. Ἀλλ' οὐδὲ λόγων ἀνακινουμένων, οἷς ἐν τοῖς συμποσίοις συνέχαιρον ἡμῖν οἱ παλαιοὶ γινομένοις, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλου τῶν καλῶν οὐδενὸς, ἀλλὰ περπινόντων μὲν ἀλλήλοις, ἀμυλλωμένων δὲ καὶ μεγέθει ἐκπωμάτων. Ἀεὶς δὲ ἐν τούτοις, οὐχ ὁ πλείστων ἁψάμενος ὀργάνων μουσικῶν, ἢ λόγων φιλοσόφων, ἀλλ' ὁ πανπόλλας καὶ μεγίστας ἐκπιὼν κύλικας. *Id est: Et mane salutando circumeam, & vesperi apud potentes cœnem. His enim artibus tum amari, tum amicitias conciliari, tum verò pro artificibus haberi, nequaquam ex priuata, ac domi parta industria. Neque enim esse, qui de ea iudicent, vbi omnes totum diem diuersis studijs transigant: manè quidem omnes salutationibus occupati, post autem distracti, ad forum quidem, & lites non exigua turba, ad saltationes autem, & aurigas alia maior. Iam vel aleæ, vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel comessationi, vel demum alicui corporis voluptati deditus sanè non exiguus numerus. Vesperi vero omnes rursum ad Symposia simul collecti, vbi postquàm se vino impleuêre, non lyra cytharáue, aut aliud musicum instrumentum circumfertur (quod sicuti olim in eiusmodi congressu tetigisse, honestum: sic contrà, non tetigisse admodùm erat turpe) sed nec sermones vlli habentur, quales in Symposijs agitari solere veteres prodiderunt, nec aliud honestum quicquàm: imò inuicem sibi propinant, & de magnitudine poculorum certant, vtpote inter quos optimus censetur, non qui plurimis instrumentis musicis, aut etiam sermone philosophico vti nouit: sed qui multos, eosq; maximos calices exiccauit. Iuuenal. in eadem Satyra 1.*

Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Dis
Iratis, &c. Hoc est,

Interprete Mancinello, Marius Priscus qui exulabat propter spoliationem Africæ, bibit ab octaua, hoc est, statim post octauã voluptuosus indulget genio suo, et agit lætam conuiuã, cum secundùm ritum Romanũ solummodo hora nona inciperent discumbere, et frangere theros discubitorios. Nam

Salutationes
Forensia.
Lusus.
Balnea.
Cœna.
Musica.
Sermones conuiuiales.

Digitized by Google

octaua hora palæstris, & exercitantibus corpora debebatur. Nec ante nonam licebat meretrici publicè prostare, vnde aspersio nonaria dicta est. Hæc ille. Sic decima hora, hoc est, post cœnam vsurpatur à Martiali in Epigrammate ad Gallum. Ex his apparet horam nonam pomeridianam (quæ Christi morte est celebris) cœnæ apud Romanos fuisse destinatam, vt etiam apud Græcos, & Hebræos. Hinc Isidorus. Annona tractum est à tempore, quo Romani veteres ad cibos aduocabantur, sicut Martial. Imperat. excelsos frangere nona toros: quod ad vsque hodie Persa faciunt, lib. 20. c. 1. Inde nonaria quoque meretrix dicta à Persio, ab hora nona qua se prostituebat. Plin. lib. 3. epistol. scribit Spurinam in sole solitum nudum ambulare, vbi hora balnei nuntiata esset, quæ hyeme erat nona, æstate octaua, deinde lotum accubare apposita cœna non minus nitida, quam frugi.

Notandum præterea cœnandi horam vespertinam à Græcis σκιὰ & σιχεῖον δεκάπουν fuisse appellatam. Veteres enim, (vt hodie quoque rustici) vt scribit Cel. lib. 12. c. 9. vmbris notabant dicì horas. Lucianus in Gallo, συνεχὴς δηλονοτῶν ὁποσαπῶν τὸ σιχεῖον εἴη, id est, assiduè obseruans, quot pedes haberet linea. Et apud eundem in Saturnalibus inter leges conuiuales hæc quoque traditur: Λέγεσθαι μὲν ὁπόταν τὸ σιχεῖον ἑξάπουν εἴη, id est, lauari, cum linea iam est sex pedum. Poëta in Bucolicis:

Cœnandi hora vespertina, à Græcis quomodo appellata.

Veteres dicì horas vmbris notabant.

Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ,

Cui simile illud Hierem. 6. Vmbræ vespertinæ appetunt, id est, tempus vespertinum. Aristoph. Ἐκκλησιάζουσαι - - - σοὶ δ' μελήσει, ὅταν ἡ δεκάπουν τὸ σιχεῖον, λιπαρῶς χωρεῖν δεῖ δεῖπνον, hoc est, cum hoc fuerit tibi curæ, vbi facta sit linea decempes, ad lautam decurrere cœnam, in quæ verba sic interpres: δεκάπουν, id est, ἡ τῦ ἡλίου σκιὰ ὅταν ᾖ δέκα πηχῶν, θέλει ἔν εἰπεῖν ὅτε γίνεται ὄλβε, id est, quando solis vmbra fuerit 10. cubitorum, hoc est, quando erit serò. His addit, illos, qui olim vocabant ad cœnam, designasse ad quam vmbram solarij vellent conuiuas adesse: & itidem illos, qui vocabantur, ne venirent ante tempus, rogasse ad quotam lineam esset veniendũ. Sic δωδεκάποδ & alibi ellipticè, vt subaudiatur σιχεῖα, vel σκιᾶς. Huc quoq; referenda illa Eubuli comici apud Athen. lib. 1. c. 3. Quem aiunt vocatum ad cœnam ab amico quodam, amico dicentes

Vmbra decempes.

—— ὁ πηνίκ' ἄν
Εἰκοσι ποδῶν μέλλῃ τὸ σιχεῖον ἡ
Ἥκειν ἔωθεν αὐτὸν ἀθὺς ἡλίου
Μέλλειν ἀνέχοντ', μαχεσιτέρας δ' ἔσοιτ' ἴσως
Πλεῖν ἢ δυοῖν ποδοῖν παρεῖναι τῆς σκιᾶς
Ἔπειτα φαίνει, μικρὸν ὀψιαίτερον
Δι' ἀσχολίαν τιν' ἄλλον ἥκειν ἄμ' ἡμέρᾳ, Id est,
Elatus vt Phœbus pedes mensoribus
Viginti erit, tum prandio hunc accedere
Cœpisse mane sole vix orto statim
Vmbram metiri, cum pedes maior foret
Etiam duos, tunc aduenire, postea
Dixisse paulò forte tardiusculus
Negotijs veni retentus cum die.

Erasmus, quoniam vmbra illa 10. pedum erat gratissima parasitis cœnæ spem faciens, quemadmodum & fumus largior exiliens è culina, existimat prouerbialiter posse vsurpari de homine vehementer edace, si illi dicamus magnopere placere vmbram decempedem, aut nihil agere quempiam, nisi obseruare vmbram decempedem, quomodo vtitur Aristoph. loco ante citato. Horologij sciotherici, id est, vmbratilis inuentionem Diogenes Laertius tribuit Anaximandro. Plinius verò illius magistro Anaximeni Milesio, sacræ tamen literæ horologij solaris in ægrotatione Ezechiæ regis meminerunt, quod temporis fuit annis ferè 200. ante Anaximenem.

Porrò, quoniam Romani, vt & Græci, cœnas suas sæpe in multam noctem producebant, hinc in illis crebra fit lychnorum, & lucernarum mentio. Horat. Od. 8. lib. 3. Carm.

Mos producendi cœnã in multam noctem.

—— & vigiles lucernas Perfer in lucem:

In quæ verba sic annotat Lambinus: Compotationem, & cœnas sumptuosiores ac liberaliores no-

Hinc lucernarum crebro fit mentio apud auctores.

ctu fieri solitas esse, cùm ex hoc poëta, tum ex multis alijs scriptoribus intelligere licet. Od. 21. lib. 3. ad Amphoram.

Te, Liber, & si læta aderit Venus,
Segnesq; nodum soluere Gratia,
Viuæq; producent lucernæ,
Dum rediens fugat astra Phœbus. Epist. lib. 1. ad Torquatum,
Supremo te sole domi Torquate manebo. Et epist. ad Mænatem 3. lib. 1
Hoc simul edixit, non cessauere poëtæ
Nocturno certare mero, putere diurno. Idem lib. Satyr. 2. Sat. 6.
O noctes, cœnæq; deûm, quibus ipse, meiq;

In quem versum Lambinus: Cur noctes cum cœnis coniunxit, an quod cœnæ veterum plerumq; nocte agitabantur, totamq; noctem producebantur? Theognis,

Τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι φίλε παρὰ οἰνοχόῳ τε
Οὐ πάσας νύκτας γίγνεται ἄβρα παθεῖν.

Lucret. lib. 2. Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur. Hinc Athenæus lib. 7. medicum quendam Daphnum nomine inducit ita loquentem: ὠφελιμώτερα ἐστιν φίλτατε τῷ παντὶ σώματι τὰ νυκτερινὰ δεῖπνα. Τὸ γὰρ σέλλιον ἄφρον φέρος τὰς τῆς τροφῆς ἁρμόττει πέψεις σπλιχνον ὑπάρχον, καὶ σῆψιν δ' ἡ πέψις: Id est, vtiliores sunt omni corpori nocturnæ cœnæ. Nam Lunæ astrum ad cibum concoquendum valde accommodatum est, cum vim habeat putrefaciendi, concoctio autem putrefactione constat. Eodem pertinet locus ille Horat. Od. 26. lib. 1.

Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat, &c.

Ad hanc vesperi, siue noctu cibum capiendi consuetudinem allusit Paulus 1. Thess. 5. cùm inquit, Estote sobrij, nam qui dormiunt, noctu dormiunt, & qui inebriantur, noctu inebriantur: nos autem cum simus filij Dei, sobrietati studeamus.

Nox, & amor, vinumq; nihil (vt ille inquit) moderabile suadent.

Huc etiam pertinet illud Persij Sat. 5.

Et tecum primas epulis decerpere noctes,

Id est, primas partes noctis, vel pueriles, vt alij volunt.

Ex his ergò quæ adhuc de Romanorum consuetudine dicta sunt, patet Romanos & his vt plurimùm die cibum capere fuisse solitos, & parcè quidem atque tenuiter prandisse, cænasse autem largè atque copiosè ab hora nona initio ducto sæpe vsq; in multam noctem. Quod autem legimus quosdam ter, vel etiam quater die cibum sumpsisse id cùm à paucis, tùm vel valetudinis, vel etiam luxuriæ causa factum fuisse legimus.

Valetudinis ergò, vt de Antiocho medico, et Telepho Grammatico supra ex Gal. indicatũ est.

Luxuriæ autem nomine (vt omittam alia exempla) malè audiit Vitellius imperator, qui, Suetonio teste, epulas suas contra communem Romanorum consuetudinem, sæpe trifariam, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientaculum, prandium, cœnam, comessationem, quibus omnibus vomitandi consuetudine sufficere poterat. Idem, vt testis est Sueton. manè singulos iam ne ientassent scisciabatur, seq; fecisse ructu quoque ostendebat. Sergius quoque Galba cibi plurimi fuisse traditur, quem tempore hyberno etiam ante lucem capere consuevit, testis est idem auctor.

Ientaculo pueri soli manè vtebantur apud quosdam.

Quo ad ientacula, quorum à Latinis auctoribus fit mentio, pueros ferè solos ipso vsos fuisse legimus, id quod hodie quoque vbiq; ferè gentium moris est, vt pueri summo manè semper aliquid cibi capiant. Idcirco in Curculione Plautus facit Phædromum adolescentulum Veneri ientaculum vouere. Similiter & in Truculento Phronesium meretrix sic ait:

— non nouisti obsecro?
Qui illic apud me erat, cuius pater pueri ille est, vsque ad ientaculum,
Iussit ali.

Idem significat Martialis lib. 14. hoc disticho:

Surgite iam pueri, vendit ientacula pistor
Cristaq; sonans vndiq; lucis aues.

Præter

Præter pueros & senes, nec non valetudinarios, qui valetudinis gratia vtebantur ientaculo, si qui alij ientabant, illi incontinentes habebantur. Sic Antoninus Pius senex antequam salutatores venirent, panem siccum comedebat ad sustentandas vires, teste Iulio Capitolino. Ita quoque de merenda apud Afranium (quæ erat, vt Nonius docet, cibus post meridiem sumptus) videtur esse iudicandum. Sed præter antenominatos, mercenarij quoque atque operarij, qui laboribus corpus fatigabant, videntur sine infamiæ nota ientaculo, atque merenda vsi fuisse. Diodoro grammatico, quoniam si irascereturr, aut ludi literarij negotijs, aut actione forensi occupatus diutius inediam sustineret, morbo comitiali corripiebatur, Galenus suasit, vt ad corroborandum stomachum manè quotidiè ἀχρατίσματι, hoc est, ientaculo, pane scilicet in vino subaccerbo macerato vteretur, quo quidem stomachi subsidio vir ille 30. annis integra valetudine vitam transegit. Clemens Alexand. in 2. Pædagogiæ vehementer in pueris quoque prandiola, cænas, atque merendas (quæ omnia ἀγάπας, id est, charitates aliqui appellabant) damnat. An, quibus, & quomodo ientaculum manè sumendum, vide Leuinum Lemnium de Occul. naturæ miraculis lib. 2. c. 21. Diluculo vinum bibere naturæ aduersissimum, ibid. Non consultum diu ieiunum persistere.

Senes quoq; apud antiquos valetudinis gratia ientabant.

Quoad comissationes, seu cibos post cænam sumptos, qui illis vtebantur, infames ferè habebantur, & comissatores per contumeliam appellabantur, quibus hodie inter Christianos nihil est peruulgatius.

Apud Iudæos quoque & prandia & cænas fuisse in vsu ex sacris literis constat, idq; vel ex ieiunij apud illos vsitati ratione videtur posse comprobari, quo nimirum à prandio, omniq; cibo abstinebant vsq; ad vesperam, siue nonam diei horam: id quod exemplis aliquot probabimus. Iud. 20. v. 26. Ieiunarunt illo die vsque ad vesperam. 2. Reg. 1. Ieiunauerunt vsque ad vesperam propter Saulem & Ionathanem. Act. 10. Vsq; ad horam nonam sedebam ieiunus, & precabar domi meæ. 2. Reg. 3. v. 35. Post sepulturam Abner cum vniuersus populus venisset ad Dauidē cibum cum illo capiendi gratia, iurauit Dauid se ante solis occasum, nec panem, nec quicquam aliud gustaturum. Ex hoc loco manifestè colligi potest prandia fuisse Iudæis vsitata. Erat enim meridies, cum prandere voluit populus Abneri peractis exequijs. Nam si fuisset vespera, Dauid non recusasset, neque iurasset, quippe cum comedendo ad vesperam ieiunium non violaretur: nam vespera finis erat ieiunij. Saul quoque cum Palæstinos profligasset, ieiunium indixit vsque ad noctem. Quando vero vesperi ieiunium soluebatur, vel vna die, vel post plures dies, tunc vesperi lautius se tractabant: vt Iuditha cap. 6. vocatis presbyteris fecit magnam cænam, & confecto ieiunio illos refecit. Idem 1. Reg. 12. finito ieiunio Dauidem feciſſe legimus: nam aliàs nondum soluto ieiunio, ne vesperi quidem licebat illis nimijs ciborum lautitijs atque delitijs indulgere. Cum igitur ieiunium apud Hebræos fuerit abstinentia ab omni cibo vsq; ad vesperum, siue nonam horam, (vt ex commemoratis exemplis patet) inde colligimus extra ieiunium Iudæos ante vesperum quoque prandere, ac proinde bis in die cibum capere solitos fuisse. His addere libet quæ Iosephus de Essæis in libris de Antiquitate, & bello Iudaico scribit: Illorum enim νῆψιν, hoc est, sobrietatem, frugalitatem, seu temperantiam hanc fuisse dicit, quod scilicet à laboribus quinta hora, quæ nobis est vndecima, conuenerint ad prandium, & vesperi ad cænam, vbi panis, & vasculum ex vino & eodem ἐδέσματι, id est, edulio (quod pulmentum interpres vocat) singulis fuerit appositum. Philo autem Iudæus Essæorum quosdam, dicit, practicam vitam coluisse (de quibus Iosephus loco ante citato:) alios verò circa θεωρίαν fuisse occupatos, qui vulgò θεραπευταὶ vocati fuerint. Horum vitam peculiari libro descripsit, in quo inter alia hanc illorum ἐγκράτειαν, id est, temperantiam, seu abstinentiam fuisse scribit, vt cibum, aut potum nemo illorum ante solis occasum ceperit.

Apud Iudæos prandia, & cænas in vsu fuisse, ex illorum ieiunandi consuetudine cō probatur.

Iudæi finito ieiunio vespere lautius se tractabant.

Essæorū frugalitas in cibo & potu.

Iudæorum ieiunandi consuetudo in Primitiua quoq; ecclesia vsurpata.

Illam porrò antiquam Iudæorum ieiunandi consuetudinem, qua ab omni cibo ad vesperum vsque, precibus reiq; diuinæ tanto melius vacandi gratia, abstinebatur, in Primitiua quoque ecclesia nonnunquam vsurpatam fuisse constat, ex qua ipsa quoque patet, extra ieiunandi tempus, prandia Primitiuæ ecclesiæ Christianis fuisse vsitata. Quæ, quoniam in ieiunijs intermitti consueuerant, hinc fit, vt prandere, & ieiunare sæpe apud Patres inter se opponantur. August. epist. 86. Prandere, ieiunare, item prandentes, & ieiunantes aliquoties inter se opponit, ieiunantes enim prandio abstinebant, & ad vesperam primum cibum capiebant in cœna: quando verò non ieiunabant, tum prandebant. Epiphanius in compendiaria doctrina dicit, ieiunium seruari vsque ad nonam horam,

Prandere, et ieiunare apud Patres sæpe opponuntur, & cur.

Epiphanius.

Digitized by Google

Augustinus. hoc est, ad vesperam vsq. Augustin. de moribus ecclesiæ catholicæ cap. 33. Ieiunia, inquit, prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quòd est vsquequaq; vsitatissimum, sed continuum triduum, vel amplius sæpissimè sine cibo, ac potu ducere. Idem, in Sermone in die Calendarum Ianuarij: Gentes inebriantur, vos ieiunate, aut si ieiunare

Basilius. non potestis, saltem cum sobrietate prandete. Basil. Homil. 1. de ieiunio: Verum enim ieiunium est, ab omnibus vitijs esse alienum, expectas vesperam, vt cibum capias, sed diem totum absumis apud

Chrysostomus. tribunalia. Idem innuit Chrysostomus, Homil. 36. in Matthæum ad finem his verbis: Veniat tibi, oro, in mentem, quoties ieiunij tempore mensa vesperi apposita, si minister vocatus tardiusculè ac-

Tertullianus. cesserit, &c. Tertullianus quoq; contra Psychicos ait, Ecclesiam ieiunia producere vsq; ad vesperã. Augustinus de moribus ecclesiæ contra Manichæos: Vsitata, inquit, ieiunia ecclesiæ continuantur vsq; ad noctem. Sola enim die celebrabantur sacri cœtus, preces publicæ habebantur, sub vesperam

Thomas. dimittebantur, & cibum sumebant. Thomas quoq; in 22. ait, sua ætate ieiunia fuisse producta vsq; ad horam nonam, & adducit Chalcedonensis concilij decretum, quo statuitur vt ne, qui ante horam

Cabilonensis Concilij decretum. nonam comederit, putetur ieiunare. Huc quoq; facit Cabilonensis concilij decretum huiusmodi: Nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium. Vetus enim erat constitutio, in reliquis ieiunijs ante horam nonam non esse soluendum ieiunium: in Quadragesima verò, ante horam vespertinam non esse sumendum cibum.

Christianorum nostri temporis ieiunandi consuetudo. Hanc veterum cum Iudæorum, tum Christianorum primitiuæ ecclesiæ ieiunandi consuetudinem dum nostrorum temporum Christiani imitari volunt, vespertino officio ante meridiem decantato prandent, hoc est, ante meridiem cœnant, & tamen volunt videri per totum diem vsq; ad vesperam ieiunasse, sed fictione iuris, sicut summa Angelica dicit. Deinde post tale prandium, sub vesperam non cœnam sumunt, sed collationem, vt vulgò loquuntur, faciunt, ita vt mensa non solenniter sternatur, sed tantùm mantili circumposito confectiones, electuaria, placentas, ficus, nuces, dactyli, poma, pyra, & aliæ huiusmodi cupediæ apponuntur. Hæc ieiunandi ratio, quàm propè ad antiquam illam accedat, cuiuis liberè dijudicandum relinquo. Ergò, vt ad propositum redeam, Iudæos, vt & Christianos primitiuæ ecclesiæ, prandijs quoq; vsos fuisse inde constat, quòd vetus illorum ieiunandi consuetudo in abstinentia à prandio consistebat. His adde locum illum Luc. 14. Cum, inquit Christus, paraueris ἄριστον ἢ δεῖπνον, vbi per ἄριστον prandium per δεῖπνον Cœna omnino videtur esse intelligenda.

Iudæi quo tempore diei prandere soliti. Prandij vero tempus fuisse meridianum, vel ex illo loco Gen. 43. v. 16. satis videtur posse colligi, vbi Iosephus Bazaharaim, id est, in meridie dicit fratres suos secum cibũ capturos, ac proindè in illud tempus apparari iubet. In illius loci interpretatione, memini aliquot ante annis Mercerum præceptorem meum obseruandum piæ memoriæ dixisse, videtur meridie prandium sumi solitũ in illis regionibus. Et tamen meridianæ compotationes videntur repudiari illa celebri sententia Rabbi Dosæ ben Harkinon: Somnus matutinus, & compotatio meridiana, & confabulatio de rebus puerilibus, atq; commoratio in conciliabulis vbi homines plebei confluunt, educunt hominem de mundo.

Bazaharaim. Chaldæus paraphrastes vocem illã Bazaharaim vertit בשירותא Beschirutha, in quo loco notat

Schiruta vox dupliciter accipitur. R. Selomoh Larchi, nomine Schirutha designari סעירה ראשונה Seudah rischonah, primum pastum, sæpiusq; in hac significatione in Thalmud occurrere affirmat, quamuis aliâs צהרים Zaharaim, id est, meridies, vertatur Chaldaice טיהרא Thibara. Notat etiam Elias in suo Meturgemam paraphrastas Hagiographorũ vertere Hebræum משתה Misthe, id est, conuiuium שירותא Schiruta. Ergo vox Schiruta cùm pro quouis conuiuio generatim, tùm speciatim pro primo pastu, qui circa meridiem sumebatur, accipitur. In eum porrò Geneseos locum annotat, Rabbi Bachaiai tempus, quo principes, & iudices edere solent, debere esse meridiem, quod scil. totum tempus matutinum in Reipub. negotijs expediendis collocare debeant. Scripturam enim sacram eos vituperare qui mane edunt, iuxta illud Ecclesiastis cap. 10. v. 16. Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & Principes tui manè edunt: ibiq; eos laudat, qui in meridie edunt, Beata terra, cuius rex, &c. & principes tui in tempore edunt. Iosephus in vitâ sua, quam ipse conscripsit, testatur Iudæos hora sexta die Sabbathi prandere solitos: Verba eius hæc sunt καὶ ἦν, inquit, (scil. horam sextam) τοῖς σάββασι ἀριστοποιεῖσθαι νόμιμον ἐστὶν ἡμῖν.

Verisimile autem est, vt apud Romanos, sicuti supra dictum est, ita apud Iudæos quoque prandia

prandia fuisse parca atq; tenuia, ita vt non iustarum epularum instar essent, quibus communiter accumberetur, cœna autẽ & accumbebant, & largius atq; copiosius cibum, potumq; sumebant. Hunc morem Christus sequutus ὀψίας γενομένης, vt testatur euangelista, hoc est, vespere potius, quàm manè mysticum & sacrosanctum illud suum epulum cum discipulis suis celebrauit atque instituit. Cuius altera quoq; ratio reddi potest, quòd nimirum voluit nouum, quod instituerat Sacramentum veteri eius ἀντιτύπῳ comparare. Pascha enim inter duas vesperas celebrabatur. Rectè tamen consuetudo postea obtinuit, vt in matutino potius tempore, & à ieiunis, quàm pransis cœna Dominica celebretur, quo maiore id cum reuerentia animorumq; attentione fieret.

Christus cur vesperi potius, quàm manè mysticum illud suũ epulum cum discipulis celebrauerit.

Cœna Dominica cur hoc tempore manè celebretur.

Cœna autem, vt supra demonstratum est, apud Iudæos, vt etiam apud Romanos, & Græcos, vesperi sub noctẽ circa nonam ferè horam pomeridianã (quæ nobis est tertia, siue quarta) agebatur.

Quòd ientacula, illa apud Iudæos non fuisse vsitata, vel ex illo videtur posse colligi, quod 2. Acto. Petrus se, & reliquos apostolos non ebrios esse probat circumstantia horæ tertiæ ante meridiem, quæ in nostris regionibus ferè est octaua ante meridiem, quæ illius excusatio nullius fuisset momenti, si ientacula apud illos fuissent in vsu. Quod autẽ Isaias cap. 5. sui seculi hominibus exprobrat matutinas compotationes ad noctem vsq; ab illis productas, id ab illis non modò contra legem Dei, sed etiam contra morem & consuetudinem fieri docet, ibiq; optimates potissimùm videtur perstringere. Sic Solomon quoq; Ecclesiastis 10. maledictam dicit esse illam terram, cuius principes manicant (vt Hebræi loquuntur, quo verbo etiam Gellius vtitur) hoc est manè surgunt ad comedendum. Obijciat enim non nemo, discipulos Christi, vt Ioan. 21. scriptũ est, ὀψίας γενομένης ἀρήσασθαι, manè ientasse post ingentem, admirabilemq; illam piscium capturam, quam Christi beneficio fuerunt consequuti: vnde videtur posse colligi ieiunia apud Hebræos fuisse in vsu. Respondeo, ex singulari non posse colligi vniuersale. Nam discipulos totius noctis laboribus, vt ibidẽ legitur, confectos, ac proinde viribus exhaustos, fameq; affectos Christus cibo reficere voluit, ita vt inde non possit probari, ieiunia omnibus fuisse communia. Deinde fieri potuit, vt non manè, sed aliquot horis post illam piscationem atq; capturam circa consuetam prandij horam cibum sumpserint.

Ientacula apud Iudæos non fuerunt vsitata.

Quod autem de ientaculo dixi, idem etiam de merenda dici debet: nihil enim post prandium cibi ante cœnam illos cepisse, est verisimile. Excipiendi tamen hic videntur esse, vt supra quoque, pueri, senes, operarij, valetudinarij, quos præter prandiũ atq; cœnam, ientaculo quoq; nonnunquam, atq; merenda vsos fuisse non omnino est negandum. Adhuc ergo demonstratum est, veteres Græcos, Romanos, atq; Iudæos bis in die ὅς ἐπὶ τὸ πλεῖστον cibo potuq; se refecisse, in prandio quidẽ tenuiter, in Cœna verò sub vesperum liberalius.

Merẽda quoq; non fuit vsitata Iudæis.

Arabas (vt de aliarum quoq; gentium moribus dicam) bis tantùm in tribus diebus comedere, Christophorus Vega testatur. Calecutienses octies & decies cibũ capere, testis est Ludouicus Barthema, Hispani ferè omnes adultæ ætatis, vt Christoph. Vega tradit, bis in die comedunt, iuxta meridiem, & rursus 7. aut 8. horis transactis. Hic mos hodie quoq; apud omnes ferè populos obtinet, apud quos duo in die iustæ sunt & ordinariæ epulæ, prandium & cœna. Excipio senes, pueros, mercenarios siue operarios, ægrotantes, atq; luxuriosos siue intemperantes (quorum hodie, proh dolor, maxima est turba) qui vel necessitate id postulante, vel intemperantia illos impellente non modò ter, quater, quinquies, aut etiam sæpius, die comedunt: verùm etiam diem noctemq; comedendo atq; potando continuant, vt de Germanis antiquis Tacitus memoriæ prodidit, de plerisq; nostri temporis idem verissimè affirmari potest.

Semel quoq; die gentes quasdam olim cibos cepisse quos μονοσίτους & μονοσιτοῦντας Græci appellant, in historijs legimus. Persas olim semel tantùm, circa meridiem nimirum, vesci solitos fuisse testis est Alexand. ab Alexand. Idem Æthiopas quoq; olim vnico in die cibo contentos, corpus singulis diebus aluisse, non saginasse scribit. Iberas quoq;, sed auaritiæ causa semel die cibum sumpsisse Athenæus, atq; Cœl. lib. 27. cap. 24. testantur.

GENTES QVAEDAM CERTAS HABVERVNT CIBI CAPIENDI HORAS, aliæ non item. CAPVT XII.

Digitized by Google

OBSERVARE præterea operæpretium est, gentes quasdam, vt de Iudæis, Græcis, atq; Romanis dictum est, certas quasdam & definitas prandendi, cœnandi, cibi deniq; capiendi horas habuisse, ita vt hora tertia matutina ientaculo: sexta aut septima, prandio: nona aut decima cœnis esset dicata: alias verò non item, sed quoties suadebat venter, cibum sumpsisse.

Caspiæ gentes. Ammianus Marcellinus lib. 23. de Caspijs gentibus verba faciens, ait: Venter vnicuiq; solarium est, eoq; monente, quod inciderit, editur. Hoc Adrianus Iunius in suis Adagijs vult prouerbij instar aptissimè posse accommodari gulonibus, qui nulla habita horæ prandendi, aut cœnandi ratione, quoties cunq; libido edendi suadet, ventrem saburrant sagina cibi, nati tantùm fruges, vt ille ait, consumere, his namq; ventrem solarium esse appositè, & cum gratia dicemus. Hæc ille. Apud Plautum in Comœdia, cui nomen Boeotia, (quæ hodie non extat) parasitus esuriens, his verbis in solarij inuentorem inuehitur:

Vt illũ Dij perdant, primus qui horas reperit,
Quiq; adeò primus statuit hîc solarium,
Qui mihi comminuit misero articulatim diem.
Nam, me puero, vetus erat solarium
Multò omnium istorum optimum, & verissimum.
Vbi iste monebat esse, nisi cùm nihil erat,
Nunc etiam quod est, non est, nisi soli lubet.
Itaq; adeò iam oppletum est oppidum solarijs
Maior pars populi aridi reptant fame.

Hos versus, quos Plautinissimos vocat, citat Gell. lib. 3. cap. 3.

Solarium quid. Est autem solarium, vt illud obiter dicam, horologij genus, quod ad Solem horarum discrimina indicat, gnomone vmbram eiaculante: cuius inuentio, apud Romanos Lut. Papyrio Cursori adscribitur: à Græcis, Anaximeni Milesio, à quo etiam ἀπὸ τῆς σκιᾶς Sciotericon fuit appellatum.

INDI. Verùm vt ad propositũ redeam, INDOS quoq; horam prandij, aut cœnæ non nouisse, sed quando cuiq; libitũ erat, comedere consueuisse, testatur Alex. ab Alexand. Canarienses similiter non certis, & statutis horis, sed siue interdiu, siue noctu, quoties cunq; edendi libido illos impellit, cibum capere,

Canarienses. Diogenes Cyn. testis est Americus Vesputius. Diogenes Cynicus, teste Laërtio, dicere est solitus, congruam cibi capiendi horam, esse habenti quando esurit: nõ habenti, quum habere potest. Hodie apud omnes ferè populos, plærumq; certæ, & definitæ cibi sumendi horæ obseruantur. Adhuc explicatum est, vt paucis, quæ dicta sunt, repetam, quomodo epulæ secundùm diei partes, atq; etiam noctem, in 4. siue 5. species partésue diuidi possint: quæ sunt, ientaculum, prandium, merenda, cœna, comissatio: & quomodo illa à Græcis, atq; Latinis, & alijs etiã populis appellentur. Deinde, quoties & quando potissimùm veteres die cibum capere sint soliti. Adhæc, quinam certas cœnandi, prandendi, cibi deniq; capiendi horas obseruarint, & qui non: quæ sint hodie nonnullorum populorum consuetudines.

Hodierna populorum consuetudo. Obseruabis etiam hîc ἀναγκοφαγεῖν, & αὐαγκοφαγεῖν, Græcis significare certum quendam statoq; tempore & modo cibum necessario sumere: quod athletæ non modò ad amussim obseruare, sed eum etiam ambulando perficere consueuerunt. Rationem dandi cibi ægrotis, & obseruandi horas maximè instituit Crinas Massiliensis ad syderum motus. Olim nonnullos nimis superstitiosè nullũ prorsus cibum capiendum putasse, nisi præfinita prius hora ab astrologo ex illo Iuuenal. versu videtur colligi posse Saty. 6. Ægra licet iaceat, capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quã dederis Petosiris, id est astrologus. De Petosiri vide Plin. lib. 7.

QVAESTIO, QVOTIES IN DIE CIBVS SVMENDVS. CAPVT XIII.

OCCVRRVNT porrò ex his quæ dicta sunt, quæstiones quædam & vtiles, & iucundæ, quas propterea silentio præterire non possum, licet illarum explicatio ad Medicos prior pertineat.

Vitia varia in his qui semel tantùm in die comedebant. Aristotel. Prima est, quoties die cibus sit sumendus: in quo medici quidem valetudinis: Christiani verò omnes pietatis quoq; religionisq; rationem ducere debent. Aristot. in Physicis quæst. quemadmodum refert Apollonius in Mirab. historijs, scribit, τὺς μονοσιτοῦντας πικρότερα τὰ ἤθη ἔχειν μᾶλλον, ἢ τὺς δὶς ξοφᾶις χεφμένυς, hoc est: Eos qui die semel tantùm cibis vescuntur, amarulentioribus esse moribus, quàm eos qui bis, quoniam aucta in ipsis vtraq; bilis, animum magnopere perturbat,

Plinius. eosq; iracundos & melancholicos facit. Plinius quoq; lib. 28. cap. 5. ex sententia Hippocratis tradit,

Digitized by Google

non prandentiũ exta celerius seneſcere. Vndè ante illum Celſus dixerat, aſſuetis bis in die comedere, ſi ſemel ſolùm cibis impleantur, aluũ aſtringi. Hippocrates, ex quo Plinius & Celſus ſua illa dicta videtur deprompſiſſe, lib. 2. de Diæta: μονοσιτὶν ἰσχναίνει, καὶ ξηραίνει, καὶ τὴν κοιλίην ἵστησι, διότι τὰ τῆς ψυχῆς θερμὸν τὸ ὑγρὸν σώματος καταναλίσκεται. ἄριστον δὲ πάντα διαφθείρεται τῇ μονοσιτίῃ, id eſt, Semel in die cibum capere extenuat, & exiccat, & aluum ſupprimit. Prandium autem contraria facit. Ἄριστον, quo nomine prandiũ intelligitur, opponit μονοσιτίῃ, hoc eſt, conſuetudini ſemel edendi, vt ſupra diximus ieiunium prandio opponi. Ex his autem colligimus, τὸ μονοσιτίειν, hoc eſt, ſemel in die cibum capere non omnibus eſſe tutum: quemadmodũ noxium & inutile videtur eſſe omnibus, ſi cibis quotidie bis repleantur, quod Plato in Syracuſanis reprehendit. Celſus lib. 1. c. 1. Bis die potius, quàm ſemel cibum capere prodeſt, & ſemper quàm plurimùm, dũmodo hunc concoquat. Verùm, vt benè ſapienterq; monent Medici, pro ætatis, temperaturæ, corporis habitus, temporis, conſuetudinis ratione, aut ſemel, aut bis, aut minus, aut amplius cibi eſt ſumendum. Celſus. Hippocrates.

Quo ad ætatem, pueri ſæpius comedere debent, quoniam eorum ventres non poſſunt multum ſemel ſuperare, quo tamen illis ad nutritionem, & augmentum maximè eſt opus. His itaq; omnium ferè populorum & antiqua, & hodierna conſuetudine, ientacula, atq; merendæ maximè congruunt. Similiter extremæ ætatis ſenes, quoniam vires habent languidas, copioſo cibo ſuperando & concoquendo nequaquã pares, partitione ipſius indigent. Mediæ ætatis, medio modo ſe habent: Senes tamen medij, propriè ſic appellati, maximè omniũ famem, & inediam ferunt, teſte Hippoc. Inediam, inquit Celſus lib. 1. facillimè ſuſtinent mediæ ætates, minus iuuenes, minimè pueri, & ſenectute confecti. Quò minus fert quiſq;, eò ſæpius debet cibum aſſumere, maximéq; eo eget, qui increſcit. ÆTAS.

Quoad deindè temperaturas: Qui ſunt calidæ, facilè famis tolerantia delinquunt animo, & exoluuntur: ſæpè igitur alendi, maximè in quibus bilis in ventrem curſus timetur. Frigidæ verò temperaturæ diutius famem tolerant, tùm quod calor minus celeriter humidum diſſoluit, tùm quòd picuitoſi, & craſſi humores ſe offerunt mutandi per famem. Quapropter pituitoſis famem adhibere conuenit, quoniam exiccat, inquit Hippoc. Aphor. 59. Sectione ſeptima. Temperaturæ.

Quantum verò ad corporis habitum attinet, graciles, & qui latos habent poros, frequentius ſunt alendi: Pingues autem, & anguſtis poris præditi, rarius. Quàm μονοσιτίαν gracili corpori noxiam, ſupra quoq; dictum eſt. Habitus corporis.

Præterea anni quoq; tempora ſunt conſideranda. Hippoc. Secunda Aphoriſ. ſectione, Æſtate & Autumno, teſtatur, homines grauiſſimè cibos ferre: Hyeme verò, facilè: Ver, ſecundum locũ obtinet, quod lib. de Victus rat. priuatorũ auctor ſeruauit. Hyeme itaq; cibus abundè offerendus, ſed rarò, ita vt ſemel multum adhibeatur, eritq; cibus ſiccior & calidior, & veluti caro aſſa: potus verò vinum, idq; meracius. Vere autem impertiendus eſt cibus magis, & vinum dilutum bibendum, & maiori quantitate, quàm hyeme Æſtate frequentius, quàm alijs anni temporibus, cibus eſt adhibendus: & potus dilutior ſit, & maiore quantitate: carnes verò elixæ erunt. Autumno paulò maiorem, quàm æſtate cibi quantitatem adhibere licet: & vinum adhuc meracius, & quantitate minus. Idem tradit Celſ. lib. 1. cap. 3. & Hippoc. lib. 3. de Victus ratione. Anni tempora. Hyeme quæ magis conueniat. Vere quæ ad victũ magis conueniant. Æſtate quæ ad victum magis conducant. Autumni tempore quæ ad victũ magis conferant.

In omnibus tamen ætatibus, temperaturis, temporibus, & reliquis, CONSVETVDO (quàm rectè ille alteram naturã eſſe dixit) eſt ſeruanda, cuius maior eſt vis, quàm verbis explicari poſſit, adeò vt qui luxurioſe, & intemperanter viuere conſueuerunt, ſi id protinus facere deſinant, cõtinuò nonnunquã ſe ægrius habeant, vt Ariſtot. teſtatur Sect. 28. probl. 1. Hinc Dionyſius tyrannus, quòd in vrbis ſuæ obſidione aliquantò diutius conſuetũ potum intermiſerit, tabe è veſtigio correptus traditur. Celſ. itaq; lib. 1. cap. 3. Periclitatur, inquit, & qui ſemel, & qui bis die cibum incontinenter, contra conſuetudinem aſſumit. Item neq; ex nimio labore, ſubitum ociumneq; ex nimio ocio, ſubitus labor, ſine graui noxa eſt. Ergo cùm quis mutare aliquid volet paulatim debebit aſſueſcere. Hippoc. lib. 2. de ratione vict. acutor: Qui bis comedere aſſueuit, ſi prandium intermiſerit, inflammabitur, & bilis in eius ventre augebitur, & excrementa omnia mordentia fient, & vrina flaueſcet. Notum enim eſt, quàm ægrè ferant ſani homines, qui ientaculũ accipere ſolent, ieiunium, aut eius ablationẽ. Præterea, auctore Hippoc. lib. 2. de rat. vict. acutor. Qui prandere aſſueuerunt, ſi pranſi nõ fuerint, deindè cænauerint, ventris prauitatẽ patientur, & malè cubabunt. Qui verò cænare aſſueuerunt, vbi non cænauerint, ſequenti nocte non dormient, & manè ſequentis diei languidi à lecto reſurgent, CONSVETVDO. Celſus. Hippocrates.

& inualidi, & suspensis visceribus. Huc quoq; facit illud Celsi lib.1.cap.3. Aluum astringit labor, sedile, creta figuralis corpori illita, cibus imminutus, & is ipse semel die assumptus ab eo, qui bis solet. Idem lib.1.cap.1. Bis die potius, quàm semel cibum capere: & semper quàm plurimum, dummodo hunc concoquat. Hæc de prima quæstione Christophorus à Vega lib.2. de arte medendi ex Hippoc. Gal. atq; Celso disserit. His idem addit id, quod ad antiquam pariter, atq; hodiernam consuetudinẽ vbiq; ferè obtinentẽ, pertinet. Sed qui aut laboribus corpora fatigant, aut pueri, aut senes, aut ex fœminis quàm plures, ientaculũ accipiunt summo mane: & quidam ex eis quinta à meridie hora paruam refectionem ex fructibus, aut oleribus. Sunt etiam nonnulli, qui hyemis tempore ventriculi calefaciendi gratia, aut ne à frigore, & aëre ambiente occupentur, summo mane parum panis tosti ex vino meraco accipiant: (hoc est ἀκρόποσμα propriè dictum, vt veteribus Græcis, ita hodie quoque Gallis, & alijs populis vsitatum:) quidam oui vitellum: quidam conditũ aliquod. Sed hæc iam præseruationis potius sunt, & hominibus, aut non admodũ valentibus, aut ægrotaturis debentur. Sanis verò simpliciter, quibus etiam sanitatis custodia propriè debetur: interim, dum valent, consuetudo est seruanda in numero refectionum. Ab initio verò probè instituendi sunt, natura tamen ciborum, & quantitas pro ætate, & omni tempore varianda. Licebit quoq; sensim, pro ætatum mutatione, refectionum numerum mutare, & pro mutatione temporum, sed id minus.

QVAESTIO, PRANDENDVM NE AN COENANDVM LARGIVS.

CAPVT XIIII.

An cœna prandio maior, & plenior esse debeat.

SVM verò prandere, atq; cœnare assueuerint omnes ferè homines in sanitatis conseruatione, secunda hîc mouetur quæstio, inter iuniores medicos multũ agitata, An cœna prandio maior & plenior esse debeat. QVIDAM igitur, inter quos & Auicenna, Conciliator, Mesue, Actuarius, Massa, prandiũ volunt, maius esse debere cœna, his adducti rationibus, quæ sequuntur: Primò, quoniam interdiu calor natiuus à calore solis iuuatur ad ciborum concoctionem. Deinde, Exercitandi cibo egent, vt ad labores valeant: sed interdiu vigilantes exercentur: tunc igitur cibo egent copiosiore. Præterea, Exercitatione alimenta facilè digeruntur: ergo interdiu copiosior competit cibus. Adhæc plus cibi sumendum in æstate, quàm in hyeme: quia in æstate maior fit resolutio: ergo etiam in prandio, quod æstati respondet. Item, Cum natura tempore somni intenta sit concoctioni noxiorũ humorum, atq; distributioni, cibo non est impedienda. Has rationes Cõciliator affert. Idem etiam, ad eandem hanc suam sententiã confirmandam, Auicenna auctoritate vtitur, quo teste athletæ prisci temporis, qui exercebantur, in prandio sola carne, in cœna solo pane fuerunt contenti. Vnde vult effici, prandiũ debere esse cœna copiosius. Cardanus dicit falsò hæc citari, nam aliter Galenum de athletarũ diæta tradidisse. Idem Conciliator, Telephi Grammatici quoq; exemplum adducit, qui diutius vixit Antiocho, nam centesimum annum attigit, teste Galeno lib.5. de tuenda sanitate: Atqui is, hora diei ferè tertia, mel crudum cum aqua cocta permixtũ, edebat: septima, prandebat, oleribus primò sumptis, inde piscibus saxatilibus, aut auibus: Vespere autem pane cum vino permixto erat contentus. His addi potest illud peruulgatum scholæ Salernitanæ:

Auicennæ authoritate conciliator vtitur.

Telephi Grammatici exemplum adducit conciliator.

Ex magna cœna, stomacho fit maxima pœna.
Vt sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

Aristotelis

Rationes, quibus nonnulli vtuntur ad probandum cœnã prandio maiorem esse debere.

Aristot. in problem. prandendum esse largè, cœnandum esse parcè vult, ijs potissimùm, qui rei Venereæ operam sunt daturi, vt cruda insint, quàm concocta, pauciora. Secundum hoc Aristot. præceptum, Domitianus, teste Suetonio, lauabat de die, prandebat ad satietatem, vt non temerè super cœnam præter Martianum malum, & modicam in ampulla potiunculam sumeret. Contrà alij, vt Fuchsius, Aloysius Trissinus, Cœlius Rhodiginus, Cardanus, Langius, Christoph. à Vega affirmant, potius cœnam, ὡς ὅτι τὸ πλεῖστον, prandio copiosiorem, vberioremq; esse debere, nixi cùm auctoritatibus Galeni, Cor. Celsi, Hippocratis: tùm rationibus, meo iudicio, validioribus quàm illi, qui contrariam

contrariam sententiã tuentur. Galenus lib.7. Methodi artis curatiuæ, vult cibum leuiorem in prandio sumendum, quàm in cœna: cuius suæ sententiæ has rationes affert: Prima ducta est à temporis interuallo maiore inter cœnam, & prandium, quàm sit inter prandiũ & cœnã, quo quum plus cibi concoqui possit, plus etiam in cœna est sumendum. Secunda ducta est à somno, qui cœnæ succedens, concoctionem adiuuat, teste Hippoc. 1. Aphoris. 15. & alibi, lib. 6. Epidem. part. 5. & 4. Nam sanguis in somno magis ad interiora refugit. Idem testatur Galen. lib. 1. de Symptomatum causis, cap. 8. & Paulus lib. 1. cap. 97. Vigilia contra cruditates affert, teste Hippoc. 2. de victu in acutis. Tertia ratio sumpta est à quiete, quæ & ipsa ad concoctionem facit, cum qualiscunq; motus, assumpto cibo, sit noxius. Ad hanc rationem obijciat quis, rustici tamen, quorum teste Hippoc. 1. aphor. 3. bona est temperatura, & habitus laudabilis, à cibo statim exercentur. Respondetur ex Galeno 1. de Aliment. qui dicit, illos licet diu viuant, tamen ob validas has exercitationes à cibo, in validos morbos incurrere: quibus addi potest, consuetudinem esse alteram naturam. Quarta ab experientia athletarum, qui in cœna carnes cum pane, in prandio solum panem sumebant. Præter has rationes, aliæ quoq; ab ijs, qui in eadem sunt sententia, afferuntur. Huiusmodi est illa à frigore nocturno sumpta. Nam frigus nocturnum, quum externum calorem intrò pellat, ac proinde fortiorem reddat, concoctioni magno est adiumento. Huc facit quod Hippoc. affirmat, ventres hyeme, & vere natura esse calidissimos, ac somnos longissimos: vnde efficitur copiosiora alimenta illis temporibus esse exhibenda: Atqui vt aurora, veri: meridies, æstati: crepusculum, autumno: ita nox, quæ somno est dicata, hyemi respondet, ac proinde plenius, & copiosius alimentum requirit. A Luna quoque concoctionem adiuuante, apud Athenæum lib. 7. quidam argumento ducto, probat nocturna conuiuia maximè vtilia esse: cuius hæc sunt verba: ὠφελιμώτερα δὲ φίλτατε τοῦ παντὶ σώματι τὰ νυκτερινὰ δεῖπνα. τὸ γὰρ σελήνης ἄφορον πρὸς τὰς τῆς ἕψησις ἁρμόττει πέψεις, σπληνὸν ὑπάρχον: κατὰ σῆψιν δὲ ἡ πέψις. εὐσηπλοτέρα γὰρ τὰ νύκτωρ ἑυόμενα τῶν ἡμερινῶν, καὶ τῶν ξύλων τὰ πρὸς τὸ σελήνιον κοπτόμενα, καὶ τῶν καρπῶν δὲ πλεῖστοι πρὸς σελήνιον πεπαίνονται, hoc est, conducibiliores sunt, ô amice, omni corpori nocturnæ epulæ: nam Lunæ astrum ad cibariorum concoctiones multùm confert, putrefaciedi enim vim habet: concoctio autem, quædam est putrefactio. Victimæ sanè, noctu in sacrificijs mactatæ, sunt putrefactu faciliores: nam & ligna ad lunæ splendorem cæsa, citius putrescunt, & fructus quidam matures cunt. Adidem porrò probandum, vtuntur exemplo dietæ veterum, qui parce prandere, largiter copioseq; cœnare consueuerunt. Antiquorum ientaculum, atque prandium solo pane, & modico mero constabat, vti supra dictum est. Athletæ, palæstritæ, pancratiastæ, pugiles, à Græcis βαρεῖς dicti, in prandio solum panem colibium edebant, vt supra quoque dictum est: in cœna liberius genio indulgebant, & præcipuè carne suilla, maximam nutriendi vim habente, vescebantur. Iulius Capitolinus refert, Antoninum Pium Cæsarem, senem iam, & filicernium, mane, antequam salutatores venirent, solo pane ficco robur virium sustentasse. Aristoxenus perhibet, Pythagoricos non aliud, quàm panem cum melle Attico prandere solitos. Erat autem id placentæ genus, quod ex butyro, semidale, & melle conficiebatur, gratum palato obsonium. Gallenus lib. 5. de tuenda sanitate, ad eandem sententiam comprobandam vtitur Antiochi medici experientia, qui validus atque robustus 80. annos excesserat, ter in die cibum capiens: Hora die tertia, ad summum quarta, panem sumebat cum melle Attico crudo, vel cocto: inde post horam sextam diei fricabatur, exercebatur, lauabatur: post prandebat tenuiter, cœnabat vberius. Ac omnino veterum exemplo rectè nonnulli vtuntur ad idem probandum, qui non valetudinis modò, verum etiam honestatis ciuilis ergò, matutinum tempus, ingeniorum exercitijs, & sapientiæ studijs per quàm aptum, & accommodatum, totum, partim in actionibus publicis, atque priuatis: partim in meditationibus bonis, & honestis collocarunt, & vel ab omni cibo atque potu abstinuerunt, vel parcè admodum, atque tenuiter illo vsi sunt. His atque alijs huiusmodi rationibus, nonnulli vtuntur ad probandum, cœnam prandio maiorem vberioremque esse debere, quæ certè verisimilior videtur esse sententia. Verum benè, sapienterque monet Christoph. à Vega, qui eandem sententiam sequitur, diuersam esse quæstionem, si quis modum excedat: expedire enim id prandij hora facere, quippe quum postea exercitatione, & abstinendo à cœna, excessum illum seu abundantiam emendare possit, minusque grauetur, quàm si in cœna nimio sese potu ciboq; onerasset. At verò si iusta adhibeatur cibi, potusq; quantitas, tunc duo

Somnus cœnæ succedens concoctionem adiuuet.

Vigilia cruditates affert.

Panis cum melle Attico quid.

bitari posse, an cœna debeat esse maior: qua in re, vt in alijs omnibus, cum Hippoc. monet, consuetudini esse seruiendum, quæ quidem optima fuerit, si cœna prandio sit maior, licet hac tempestate homines, qui nullam viuendi rationẽ seruant, & soli appetitui seruiunt, plenius prandeant, quàm cœnent. Hæc ille. Non contemnenda etiam videtur esse Hieronymi Gabucini sententia de hac medicorum controuersia, cuius ille hanc rationem reddit lib. 3. de morbo comitiali, quæ ad antiquitatis consuetudinem melius intelligendam facit: Prisci illi, inquit, diem, quicunq; ille fuisset, siuè æstiuus, siuè hybernus, in 12. horas diuidebant, ad cuius tertiã prandebant, cœnabant ad nonam: quumq; supereſſent horæ diei tres post cœnam ante solis occasum, (quatuor enim ventriculo ad concoctionẽ cibi ingesti ascribuntur horæ) ideò lautius, copiosiusq; cœnabant, haud veriti vapores, qui à copiosiore cœna esse runtur ad cerebrum, quum iam discussi fuissent, antequàm dormiendi instaret necessitas. Actuarius verò, (intellige etiam reliquos, qui eiusdem fuerunt sententiæ) vt qui hodiernum morem in exhibendo cibo tenebat, in quo per horam, ad summùm duabus à somno abstinemus, minorem prandio cœnam esse voluit, vt qui, si copiosior foret cœna, ob somnum imminentem caput multis vaporibus repleri, atq; ita spiritus illos animales lædi posse, existimauerit. Atq; hæc quidẽ de hac quoq; quæstione satis sint dicta, de qua, quoniam multa in vtramq; partem, probabiliter sanè, disputari possunt, qui plura cognoscere cupit, legat Langium in epistol. medic. Hieron. Gabucinum lib. 3. de morbo comitiali. Cardanum de abusu medendi, & in tractatu 5. contradict. 18. Christoph. à Vega. lib. 2. de arte medendi. Fuchsij Paradoxa 72. 21. Dinum Florentinũ in epistola Andreæ Thucini. Nicol. Massam in 4. tom. epist. medic. epist. 4. de tuenda valetudine. Cœlium Rhodig. lib. 14. cap. 9. cur veteres largius cœnarint, quàm pransi sint. Vallericlam lib. 3. cap. 13. loc. comm. Aloysium Mundellam Dialog. 6. Aloysium Tristinum prob. 4. cap. 99. Scholam Salernitanã fol. 24. Matthæi Curtij Papiensis libellum de prandij, ac cœnæ modo. Eadem de re Turinus & Odus disseruerunt.

Hieronymi Gab. sententia.

Diei diuisio in 12. horas secundum veteres.

Actuarij opinio.

QVAESTIO, SATIVS NE SIT CERTAM PRANDENDI, COENANDI, AC OMNINO cibi sumendi horam habere, nec ne.

CAPVT XV.

TERTIA quæstio consideratione, meo iudicio, non indigna hîc moueri potest: Satius ne sit certã prandendi, cœnandi, ac omnino cibi sumendi horam habere, nec ne: ac multæ sanè vtramq; in partem probabiles admodũ rationes videntur posse afferri. Verùm illis omissis, sic simpliciter, vereq; hac de re mihi videtur esse statuendum. Omnino, cum valetudinis, tùm etiã ordinis, ac honestatis ciuilis ratio videtur postulare, vt quemadmodum in alijs actionibus, munijsq; nostris obeundis: ita quoq; in cibi potusq; sumptione, corporisq; refectione, certum diei tempus obseruemus, & sequamur: id quod ab humanioribus gentibus, vt Iudæis, Græcis, atq; Romanis factitatũ esse suprà diximus. Certas enim illi diei horas, vt alijs actionibus, prandijs quoq; atq; cœnis suis destinarunt. Quod si enim in domo, familiáue aliqua, nulla certa, & ordinaria prandij, cœnæq; hora teneatur, multa inde incommoda, perturbatam, & confusam totius rei familiaris rationem, consequi est necesse, quemadmodũ in quibusdam familijs cernere licet. Verùm id valetudinis quoq; ratio postulat, cui incerta, inordinata, & tumultuaria cibi capiendi consuetudo multùm officit. Est autẽ consuetudo illa diligenter seruanda, cuius mutatio, subita præsertim, & repentina, maximas sæpè valetudini incõmoditates affert, vt Hippoc. testatur, quando nimirum is, qui hora certa & constituta consueuit cibum sumere, eam præterit. Incidunt tamen nonnunquam tempora, vt vel valetudinis, vel etiam pietatis, honestatisq; ergò consuetum cibi capiendi tempus sit negligendum. Valetudinis causa, vt quùm quis vel inedia, aut imbecillitate quadam conflictatur, vel stomachi cruditate laborat, huic consultum erit, solito vel tardius, vel etiam celerius cibũ capere. Honestatis ergò, vt quùm negocia aliqua necessaria, pia & honesta, ad Dei gloriam, proximiq; salutem pertinentia tibi incumbunt, illa quauis cibi potusq; sumptione, atq; adeò valetudine tua, priora potioraq; ducere debes, quùm honestati potius, quàm valetudini sit seruiendum. Satius ergo multò est, consuetũ cibi capiendi tempus, etiamsi id cum aliquo valetudinis tuæ damno, atq; incommodo fiat, quàm res negotiaq; illa à te negligi. Sed deinceps, quum id tibi & per valetudinem, & honestatem licebit, ad pristinam consuetudinem redibis.

In cibi potusq; sumptione, quẽ admodũ in alijs quoq; actionibus obeundis, certũ dici tempus obseruãdũ.

Incerta ac inordinata cibi capiendi cõsuetudo valetudini multum officit.

Cõsuetum cibi capiendi tẽpus quando negligendum.

TERTIA

TERTIA CONVIVIORVM DIVISIO,

SECVNDVM QVINQVE PRINCIPES VITAE humanæ actus, & primò de conuiuijs natalitijs, & puerperalibus.

CAPVT XVI.

CONVIVIA *præterea non incommodè forsan secundùm quinq; præcipuos vitæ humanæ, ceu Comediæ, siue potius Tragœdiæ cuiusdam actus videntur posse diuidi. Hi sunt, natiuitas, educatio, muneris cuiuscunq; susceptio seu adeptio, matrimonium, & mors: in quibus omnibus secundùm & antiquum, & hodiernum omnium ferè gentium morem, & consuetudinem conuiuia aut antecedere, aut consequi solent.*

Primò itaq; omnium ferè gentium consuetudine tritum semper fuit, & adhuc est, vt dies illi, Mos natales celebrandi antiquus. *quibus quis primùm lætã hanc lucem aspexit, (qui à Græcis γενεθλιακοὶ, siue γενέθλια: à Latinis, dies natales, seu natalitij, item natalia, & genitales dies appellantur) illustris præsertim dignitatis hominum, summa cum lætitia, pompa, cõuiuiali alacritate atq; magnificentia ornentur, ac celebrentur. Quæ sanè consuetudo vetus & peruagata, probabili admodùm ratione videtur niti. Quid enim quæso rationi magis videtur esse consentaneum, quàm diem illum, in quo homo* στοιχεῖον, *hoc est, ad Dei imaginem fictus & formatus, ex tetro caliginoso; illo vteri materni carcere, in iucundam hanc lætamq; lucem erupit, & mater tot, tantis, tamq; periculosis gestationis, parturitionisq; doloribus, atq; cruciatibus liberata est, lætis huiusmodi & gratulatorijs conuiuijs celebrare: quibus & Deo pro tanto, tamq; admirabili beneficio gratiæ agantur, & parentes vnà cum tota familia ex innumeris curis, sollicitudinibus, laboribus, atq; terroribus recreentur ac reficiantur?*

γενεθλιακοὶ γενέθλια.

Sunt autem natalitia huiusmodi conuiuia ferè duplicia: alia, quæ statim post partum, aut aliquot diebus post agitantur: alia, quæ quotannis eo ipso die, quo quis in hanc lucem fuit æditus, agitari, celebrariq; consueuerunt. Conuiuia natalitia sunt duplicia.

Quò ad priora, illa Puerperij, siue Puerperalia conuiuia vulgò appellantur: Repotia Ausonio, Puerperalia. Repotia. *epulæ nimirum, quæ æditis in lucẽ liberis adornantur. Verba Ausonij hæc sunt. Coniugioq; dapes, & sacra repotia patrum. Ecce, inquit Turneb. Aduersar. lib. 3. c. 7. eorum epulas dicit, qui susceptis liberis facti sunt parentes: & paulò ante in illa Horatij. Licebit ille repotia, natales, aliosue dierum, Festos albatus celebret. Festus quoq; Pompeius, repotia postridie nuptias interpretatur, cum apud nouum maritum cœnatur, quia quasi reficitur potatio, affertq; exemplum Pacuuij, ab hoc depulsum mamma pædagogandum accipit Repotialis liber. Et interpretantur Grammaticorũ tribules, septimum à nuptijs diem, quo iterum epulabantur: alij secundum, quo virgo in habitum muliebrem componebatur. Sed crediderim etiã Repotia celebrari solita liberis natis, & cum maritis noua quotannis soboles nascatur, vt renouanda sit epulatio, idcirco ea conuiuia repotia appellata: cui interpretationi Pacuuij exemplum nõ repugnat: nec verò Auidieni personæ conuenit nuptiale conuiuium: Ea, nisi me fallit, voluit dicere Acro Grammaticus* παιδοτρόφια *Græcè vocari, velut sublatis & susceptis liberis, & parentibus eos alere decernentibus. Nam in Græcorum potestate erat liberos exponere, nec alere. Qui igitur ali volebat, depositum humi infantem tollebat, vnde & dea quædam Leuana dicebatur, vt scribit S. Augustinus. Vnde apud Terent. Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. Et in Heauton: Si puellam parerem, nolle tolli, Hæc Turneb. in suis aduersar. de hac voce Repotia. Huiusmodi conuiuij (vndè illa apud Romanos in vsu fuisse constat) meminit Iulius Capitolinus in vita Clodij Albini his verbis: Cùm rarum esset aquilas in his locis videri, quibus natus est Albinus, septima eius diei hora conuiuij, quod celebritati pueri deputabatur, cum ei fierent nomina, septem aquilæ paruæ de nidis allatæ sunt, & quasi adiocum circa cunas pueri cõstitutæ. Hîc dubium videtur esse, an hoc acciderit eodem die, quo natus est Albinus, an verò alio die, quo nomina ei fuerunt imposita. Nam omnino cõstat cùm apud Græcos, tùm apud Romanos, dies illos, quibus infantibus recens natis nomina fuerunt, imposita, conuiuijs fuisse celebratos, quæ nominum impositio apud Iudæos in circumcisione: apud Christianos in Baptismo fieri consueuit. Sic apud Athe-*

Iulius Capitol. in vita Clod. Albin.

Dies quo nomina infantibus imponebãtur.

Δεκάτη Athenienſium.

nienſes moris fuit, decimo die congregatis neceſſarijs, & amicis, & infantibus nominibus impoſitis, peracta re diuina, ſplendidum parare conuiuium, quod idcirco illi appellabant δεκάτην ἐϛιᾶσαι, id eſt, decimam diem, nominum impoſitioni conſecratam, conuiuio celebrare, teſte Suida, & Cel. lib. 22. cap. 12. Ariſtophanis ſcholiaſtes in illa verba in Auibus.

Ες δεκάτην γὰρ ποτε παιδείου κληθεὶς ὑπέπιν-
ον ἐν ἄϛει.

ὅτι, inquit, τὴν δεκάτην εἰϛίων ἐπὶ τοῖς γενηθεῖσι, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παι-
σί, καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ. τίσε μάτερ ἐν δεκάτα τόκου ὠνόμασεν, Diem hunc in nominis impoſiti memoriam celebrem ὀνομαϛήρια Graeci, teſte Gregorio Nazianzeno, Latini luſtricum, & luſtrarium, Tertullianus Nominalia (quae vox Graeco reſpondet) appellauit. Addit idem Cel. quinto à nato infante die, Amphidromia agebatur, qua manus expurgabant, quae obſtetricum munere fuerant perfunctae, curſuq; ad focum ferebatur puer, mittebanturq; à propinquis polypodes, ac ſepiae munerum loco. Ad hanc morem alludit Socrates apud Platonẽ in Theaeteto his verbis: τοῦτο μὲν δή, ὡς ἔοικε, μόλις ποτὲ ἐγεννήσαμεν, ὅτι δ' ἤποτε καὶ τυγχάνει ὄν. μετὰ δὲ τὸν τόκον τὰ ἀμ-
φιδρόμια αὐτοῦ ὡς ἀληθῶς ἐν κύκλῳ περιθρεκτέον τῷ λόγῳ, σκοπουμένους μὴ λάθῃ ἡμᾶς ἀνάξιον ὂν τροφῆς τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ ἀνεμιαῖόν τε, καὶ ψεῦδος, ἢ σὺ οἴει πάντως δεῖν τόγε σὸν τρέφειν, καὶ μὴ ἐκτιθέναι, Id eſt, Hunc tamen, qualiſcunq; tandem fuerit, aegrè tandem, vt perſpicuum eſt, genuimus: poſt partum verò amphidromia celebrando, (feſtum nimirum illud, ex patrijs moribus ita nuncupatum) reuera circulatim diſcurrendum eſt, ſermone attentius inſpicientes, ne fallamur, an ille minimè dignus fuerit educatione, an ſubuentaneus ſit, & euanidus, túne exiſtimes omnino illum eſſe nutriendum vt tuum, & nullo modo exponendum. Eiuſdem quoq; meminit Ephippus apud Athenaeum lib. 9. Heſychius tamen amphidromiam (ἀμφιδρομίαν, Plato & Athenaeus in neut. gen. ἀμφιδρόμια) ſeptimo die ſcribit, celebrari ſolitam. Huiuſmodi autem feſti, & munuſculorum, quae infantibus dari conſueuerunt, meminit Terentius in 1. Phormionis ſcena, vbi Daues de Geta verba faciens, inquit.

ἀμφιδρόμια Athenienſ. die quinto poſt natu infantem.

Munuſculo infantibus recẽs natis data.

—— porrò autem Geta
Feretur alio munere, vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt, omne hoc mater aufferet. Puer cauſa erit mittendi.

In haec verba ſic Turnebus lib. 3. Aduerſ. c. 6. Liberis ſuſceptis epulae fiebant, tum autem etiam ſerui & liberi munera dabant, quod Terentius ſignificat, dabant & nuptialia, & natalitia. Amphidromia quoq;, vt Grammatici grati referunt, dies erat familiae feſtus, quo natum puerum circum focum ferebant, propinquiq; & amici & familiares dona dabant, quas ferias Terentium in palliata fabula intellexiſſe crediderim, aequè è Graecorum moribus: vbi initiabunt, intelligendum arbitror, non de Edulia, & Potica, & Cuba. Nam Athenienſes ſuos liberos Cereri & Libero initiare ſolebant. Hac ille. Et Plautus in Truculento, in qua fabula Phroneſium meretrix,

HP. Quin dis (inquit) ſacruficare hodie pro puero volo
Quinto die, quod fieri oportet. DIN. Cenſeo.
PH. Non audes aliquod dare mihi munuſculum?
DIN. Lucrum hercle videor facere mihi voluptas mea,
Vbi quippiam me Poſcis. PH. At ego vbi abſtuli?
DIN. Iam faxo hîc aderit, ſeruolum huc mittam meum.
PH. Sic facito. DIN. Quicquid autem erit, boni conſulas.
PH. Ædaſtor munus te curaturum ſcio,
Vt cuius me non paeniteat, mittas mihi, &c.

Lambinus ἀμφιδρομία, inquit, dicebantur haec ſacra, quae fiebant die quinto à puero nato: ſic dicta, quod curſim circa focũ geſtabatur puer. Eraſmus in Chiliad. ex priſca hac conſuetudine prouerbiũ elicit, ἀμφιδρομίαν ἄγεις, quod dicit, ad varios vſus poſſe accõmodare: vel ad eos, qui pueros oſtentant, ac circumferunt: aut qui munuſcula captant, & ambiunt. Ex hac porrò antiqua munera, die poſt partum quinto, mittendi conſuetudine, videtur promanaſſe mos ille, qui hodie apud Germanos obtinet, vt nimirum & eo die, quo infans ſacris aquis initiatur, munuſcula ab ijs, qui illum ex ſacro fonte ſuſcipiunt ei donentur, quae vulgò ynbinderen appellantur, & puerperae quoq; cuã gallina,

Vnde mos apud Chriſtianos muneris dandi infantibus.

Digitized by Google

gallinæ, aliasq; eius generis dona à vicinis atq; necessarijs mittantur. His quoq; adde indusia, caseos, liba mellita, & alia quæ à compatre atq; commatre circa anni noui initium strenæ loco mittuntur atque donantur.

Quo die apud Rom. infantibus nomina imposita.

Vt igitur apud Græcos, Athenienses præsertim, infantes & quinto post partum die, siue, vt vult Hesychius, septimo sacrificijs quibusdam, circumgestatione celeri circa focum, donorumq; missionibus lustrari consueuerunt, & decimo illis nomina fuerunt imposita interpositis conuiuijs: sic idem ferè à Romanis quoq; factitatum fuisse legimus, licet de tempore impositionis nominum inter auctores Latinos non satis constet. Festus inquit, Lustrici dies infantium appellantur, puellarum octauus: puerorum nonus, quia his lustrantur, atq; eis nomina imponuntur. Plutarch. in Quæstionibus Romanis huiusmodi inter alia problema proponit: Cur pueris nono, puellis octauo die nomen imponatur: Respondet, an causa est naturalis, quod prius puellis? fœmina enim citius augetur, ad vigorem peruenit, atq; absoluitur, quàm mas. Dies porrò post septimam sumunt. Septima enim periculosa est infantibus, cùm alijs de causis, tùm quòd ea die vmbilicus decidit plærisq;, quod antequam fiat, plantæ, quàm animali similior est infans. Aut maribus & fœminis hunc dierum numerum censuerunt congruere, Pythagoricos sequuti? Hi enim marem, imparem numerum vocant: parem, fœminam. Impar enim fœcundus est, & in compositione præstat pari: diuisisq; in vnitates ambobus, par instar fœminæ, vacuum in medio relinquit spatium: impar semper medium habet plenum. Aut quia omnium numerorum nonus primus est quadratus, natus ex ternario, qui est impar, & perfectus: octonarius autem primus est cubus natus è binario pari? Oportet autem marem quadratum esse, & agilem & perfectum: fœminam cubi instar stabilem, domi affixam, & non facilè mobilem. His addendum, sicut nonus quadratus est ternarij, octauus cubus binarij: ita mares, tribus: fœminas duobus vti nominibus. Hæc ille. Ante septimum rarò data sunt nomina: Ratio est, præter illa, quæ ex Plutarcho fuerunt allata, quod ante hunc diem infans pluribus casibus sit expositus, teste etiam Aristot. quæ ratio etiam afferri potest, quod Deus apud Iudæos octauo die circumcisionē administrari voluerit, & simul imponi nomina, vt pote corpusculo infantis per dies iam octo confirmatiore. Addunt Physici septimum diem climactericum esse, & infirmitatibus in primis subiectum, vnde anni critici & climacterici, qui fatales ferè esse solent, ex impari numero, nominatim ex septenario & nouenario in se reducto, qualis est 63. qui annus magnis viris solet esse fatalis.

Dies Lustrici.

Cur non nisi post septimum diem nomina infantibus imposita.

Hinc Nundinam Romanorum Deam, teste Macrobio, volunt à nono die nascentiū nuncupatam, qui & lustricus, vt dixi, fuit appellatus. Porrò, vt illud quoq; addam, qui eos lustrabant, lustratores: & si fœminæ sint, lustratrices: qui verò lustrantur, lustrati nominantur: & actus ipse, lustratio, id est, expiatio, quæ aspersione aquæ fieri solebat. Persius quoque Satyra. 2. huiusmodi pueros expiandi morem fuisse tradit his verbis:

Nundina Romanorum dea, nono nascentiū die nuncupata est.

Lustratio aspersione aquæ fieri solita.

Ecce auia, aut metuens diuum matertera cunis
Exemit puerum, frontemq;, atq; vda labella
Infami digito, & lustralibus ante saliuis (Hic mos ad Christianos
Expiat, vrentes oculos inbibere perita. promanauit)

Saliua hominis efficaces habet vsus. Illa despuimus, inquit Plinius, comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus, simili modo & fascinationes repercutimus sinistro, dextroq; clauditatis occursu. Varro etiam tradit non esse paucos in Hellesponto circa Parium, quorum saliuæ contra ictus serpentum medeantur.

Valerius, vt ad propositū redeam, pueris non priusquàm togam virilem sumerent: puellis non antequàm nuberent, nomina, dicit, fuisse indita. At Iulius Capitolinus in Antonino philosopho: Inter has, inquit, liberales causas ita puniuit, vt primus iuberēt apud præfectos ærarij Saturni munus atq; ciuium natos liberos profiteri, intra tertium diem nomine impositio. Tertullianus quoq; in lib. de Idololatria, illustrē impositionis nominū, magna cum cæremonia à Romanis vsurpatæ, mentionē facit, Nominalium solennitatē appellans: Circa officia verò, inquit, priuatarū, & communiū solennitatum, vt Togæ puræ, vt Sponsalium, vt Nuptialium, vt Nominalium, nullū putem periculum obseruari de flatu idololatriæ, quæ interuenit. Causæ enim sunt cōsideradæ, quibus præstatur officiū. Eas mūdas esse opinor per semetipsas, quia neq; vestitus virilis, neq; anulus aut cōiunctio maritalis, de alicuius idoli honore descēdit. Nullū denique cultū à Deo maledictū inuenio, nisi muliebrē in viro.

Antoninus luserit nomina ferre tertio à partu die.

Nominalium solennitas.

Digitized by Google

Maledictus enim inquit Deut.22.qui muliebribus inquitur. Toga verò etiam appellationis virilis est. Nuptias quoq; celebrari non magis Deus prohibet, quàm nomina imponi. Sed his accomodantur sacrificia, &c. Solennitates ergò hîc à Tertulliano priuatæ, & communes, (quas publicis & sacris puto opponi) quatuor commemorantur, in quibus omnibus certæ quædam ceremoniæ, sacrificia, atq; conuiuia adhibebantur. Prima est solennitas puræ togæ, id est, vestitus virilis, quando is sumebatur, de qua postea. Secunda est solennitas sponsalium, quæ anulo fiebat. Tertia nuptialium, hoc est, coniunctionis maritalis. Quarta Nominalium, quando nomina (quæ Plin. lib.28.cap.4.impositiua vocat) pueris imponebantur.

Cõparatio circucisionis atq; Baptismi cum Græcorum, Romanorumq; Nominalibus.

Hisce porrò & Græcorum ὀνομαστηριοις, ἀμφιδρομίοις, atq; Λιχάναις, & Romanorũ solennitatibus, lustricis, siue nominalibus, vt illas Tertul. appellat, (quibus sacrificia atq; conuiuia interponi consueuerant) respondent & Circumcisio veteris, & Baptismus noui Test. sacramenta, infantibus potissimùm verè initiandis, lustrandis, nominandisq; ab ipso Deo destinata, quæ & ipsa cùm cæremonijs certis, tùm conuiuijs quoq; celebrari consueuerunt. Nam quemadmodũ in illis, infantes certis quibusdam cæremonijs, igne præsertim, & aquæ aspergine, initiati atq; lustrati fuerunt: ita &

1 Lustratio igne, & aqua fieri solita.

in Circumcisione olim vet. Testament. præputij amputatione, & in Baptismo nostro cùm extrinsecus aquæ aspersione, (qui est baptismus Fluminis.) tum intrinsecùs igne S. Spiritus, (qui est baptismus Flaminis) verè initiantur, atq; lustrantur: Vnde Baptismus à nonnullis lustricus, &

2 Dies certus quo nomina imposita.

initiale signum dicitur. Deindè, quemadmodum in illis, infantibus, apud Græcos quidem decimo, apud Romanos vel nono, vel octauo, vel etiam tertio pòst partum die, nomina fuerunt imposita: ita & in Circumcisione octauo ab ortu die, & in Baptismo eodem die, quo baptizantur, nomina simul illis induntur. Tertiò, vt in Amphidromijs Græcorum, sicuti dictum est, certa quædam munu-

3 Munuscula data.

scula ab amicis, atq; necessarijs, infanti atq; puerperæ missa fuerunt: ita & in Circumcisione (vti postea dicetur) hodie adhuc à Iudæis, atq; Mahometanis vsurpatur, & in Baptismo nostro, dona quædam & infanti, & ipsi quoq; puerperæ dari solent. Munera autem illa pecuniaria, quæ ab ijs, qui infantes ex sacro fonte suscipiunt, dari consueuerunt, quæq; nos vulgò ynbinderen appellamus, nonnulli volunt esse λύτρα, siue pretia, quod pro redemptione, seu liberatione exponunt, ne eum, cui fuerunt testes in Baptismo, alere cogantur. Malim ego illa interpretari veluti arras, seu pignora quædam, quibus infanti sese obstringunt ad officium dilectionis, atq; institutionis ad pietatem, id

4 Conuiuia luxuriosa adhibita.

quod verbis quoq; in baptismo pollicentur. Postremò, quemadmodum illæ Græcorum, & Romanorum festiuitates conuiuijs luxurioſis fuerunt celebratæ: ita & Iudæi atq; Mahometani suam Circumcisionem, & Christiani suum Baptismum luxurioſis plerunq; sumptuoſisq; conuiuijs concludunt, atq; terminant, sicuti nunc seorsim de vtroq; dicetur.

Conuiuiũ Circumcisionis.

Ac primò quidem, quoad Circumcisionem, qua olim in veteri Testam. seuero Dei iussu atque mandato, infantes octauo ab ortu die circumcidi consueuerunt, amputato præputio, (vnde Iudæi apellæ, quasi sine pelle, recutiti à restituta cute post circumcisionẽ verpi à versa pellicula quæ mutilatur à Iuuenale, Persio, Martiale fuerunt denominati) dubium profectò non est, quin læta ei ceremoniæ conuiuia adhiberi sint solita, licet nulla eiusmodi conuiuij, quod sciam, in sacris literis expressa fiat mentio. Hodie quidem Iudæi cæremoniã illam, vt & alias, Christi aduentu abrogatam, mordicus retinentes, conuiuium illi adhibent, quod ab illis משתה המילה Misthe Hamilah, hoc est, circumcisionis conuiuium vulgò appellatur. In Polonia, nato puero die Veneris, quæ occurrit inter natiuitatem & circumcisionem, quidam circuit plateas, clamans זוּן zun, id est, ad masculum, & die Sabbathi quiuis patris ædes adeunt, iisq; conuiuium datur, quod similiter Zunsecar vocant Germani Iudæi. Die autẽ proxima, quæ est ante circumcisionem, ij, qui inuitati sunt in diem crastinum ad prandium, serò ædes adeunt vbi natus est puer, ibiq; totam noctem insomnem traducunt, pro puero agentes excubias, ne is à cacodæmone abripiatur. Die, quo circumcisio celebratur, fit conuiuium, quod vocant משתה מילה Misthe milah, & si sit primogenitus, post triceſimum diem fit conuiuium, ad quod sacerdotem, cum affinibus inuitant, quod vocant משתה פדיון הבן misthe pidion ha ben, conuiuium pro redemptione filij, daturq; Sacerdoti munus ceu λύτρον, vt puerum absoluat, quùm secundum legem primogenitus sit ipsius. Turcæ quoq; in multis Iudaizantes circumcisionem, (quam Tsuneth vocant) magna conuiuiorũ celebritate peragunt, non octauo die, secundum antiquum Iudæorum morẽ atq; ritum, ab ipso Deo præscriptum, sed postquàm puer septimum, (ante

mum, (ante quem annum, teste Valerio, Persæ liberos suos non aspiciebant) aut etiam octauum annum attigerit, sermonis iam peritus. Id autem faciunt (en quos Anabaptistæ sui erroris patronos habeant) propter verba confessionis, quæ ante circumcisionem à circumcidendis erecto pollice requiruntur. Atque ob id puer non in templum defertur, sed in parentum ædibus circumciditur huiusmodi adhibitis cæremonijs. Primò amici vocantur ad conuiuium, omni ferculorum delicatissimorum genere refertum. Carnes omnis generis, quibus quidem illis vesci licet, apponuntur: à diuitibus quoq; bos mactatur, in quem excoriatum, & exenteratum ouem, in qua gallinam, & in illa ouum, quæ integre assantur ad illius diei splendorem. Deinde inter putas, cænæq; tempus puer circumcidendus adducitur, cuius glandem medicus illius artis peritus retegit, & pellem replicatam forpiculis apprehendit: deinde, quò metum puero adimat, ait, se proximo die circumcisionem peracturum, atque ita discedit: mox simulans quasi omissum aliquid esset, quod ad præparationem pertinet, ex improuiso præputium abscindit, vulneri parum salis, & bombasini apponens, tuncq; vocatur Musalam, id est circumcisus. Nec verò die circumcisionis illis nomina induntur, sed ipso die natali, quo in lucem æduntur. Postea continuato trium dierum conuiuio, circumcisus ducitur in balneum maxima cum pompa, eorundemq; conuiuarum comitatu domum redit, cui parata munera offeruntur. Alij vestes sericas, alij scyphos argenteos, alij pecunias, vel etiam equos: mulieres induuia, sudariola, & alia huiusmodi. Vnusquisque conuiuarum pro voluntate, & facultate sua donat. Hæc Bartholomæus Georgeuiz oculatus testis scripta reliquit in suo libello de Turcarum moribus. Apud Fessanos quoq; circumcisio est in vsu, quæ septimo natiuitatis die celebratur, in quo magnificum apparatur conuiuium. Huic incisor vna cum affinibus, & consanguineis interesse solet: quo transacto, quisq; conuiuarum munuscula, pro facultatũ suarum ratione, confert, idq; in hunc ferè modum: Suas quisq; pecunias in facie cuiusdam pueri, quem circumcisor adducit, affigit: puer pronunciato cuiusq; nomine, gratias agit. Deinde puero circumciso, dies non minore cum lætitia transigitur, quàm si essent nuptiæ. Hæc Leo Affricanus lib. 3. de Affrica. His adde quòd Æthiopes quoq;, teste Osorio Lusitano, mares octauo ab ortu die circumcidere solent, & fœminis etiã aliquid amputatur, vt non omnino incircumcisæ videantur. Quadragesimo deinde à circumcisione die, mares: octogesimo autem fœminæ, salutaribus aquis expiantur, & eucharistiam eo die infantes initiati in mica panis assumunt. Atq; hæc de circumcisione, eius conuiuijs, atq; ritibus nonnullis.

Anabaptistarum patroni.

Turcarum in circumcisione ritus.

Conuiuia.

Bos mactatur.

Nomina infantibus imponuntur ipso die natali.

Munuscula dantur.

Circumcisio Fessanorum.

Epulum circumcisionis.

Aethiopum circumcisio.

Vt autẽ circumcisionis, ita Baptismi quoq; conuiuia, Christianis hodie valde vsitata, natalitijs atq; puerperalibus conuiuijs meritò annumerantur: quippe quum ipsum partũ statim consequantur. Deinde ipsum Baptismum, qui circumcisioni Vet. Testamenti successit, verè spiritualia nostra γενέσια, sine γενέθλια, atq; lustrica appellare possumus: quia eo initiamur, lustramur, atq; regeneramur. Vndè etiam Dionys. Areopagita illum θεογενεσίαν, hoc est, diuinam generationem: & Gregor. Nazianzenus λοῦτρον παλιγγενεσίας, id est, lauacrum regenerationis appellauit. His non modò apud Anglos, (vt Polydorus Virgilius scribit) verùm etiam apud cæteros Christianos plærunq; in ipso die natali celebratur, quemadmodum faciendum esse B. Cyprianus epistol. 3. ad Fidum multis rationibus probat. Veteres verò, vt ex Primitiuæ ecclesiæ historia constat, ad nullum licet certum tempus fuerint alligati, quo baptizarent: tamen potentiores ferè solennia festa, vt Paschatis, & Pentecostes, obseruarunt, quibus potissimùm voluerunt liberos suos baptizari. Sed Gregorius II. Rom. pontifex in epistola ad Thuringos, conatus est Baptismum ad certum tempus adstringere, cum inquit: Nemo citra mortis necessitatem, nisi Paschali, & Pentecostes festiuitate, cælesti lauacro mergatur, Auentinus lib. 3. Annalium. Idem decretum Gregorius III. in epistola ad sacerdotes Bauariæ confirmat, teste eodem auctore. Verùm, vt ad propositum redeam, lustricus hic Baptismi dies hodie apud Germanos, & alias gentes Christiani nominis, sumptuosis plærunq; luxuriosisq; conuiuijs celebratur: in quibus, vt infans aqua fuit baptizatus, ita viri pariter atq; mulieres vino immodico ita baptizantur, obruunturq;, vt neq; mens, neq; sensus ipsius mentis satellites, amplius officium suum facere possint. Est autem hæc consuetudo multis nominibus vehementer imbrobanda. Nam primò maxima Deo fit iniuria, cuius augustum venerandumq; sacramentum (quo infans initiatus, & in sanctorum album ascriptus est) fœdissimè polluitur, atq; contaminatur. Illud est symbolum, quo monemur, nos Christi sanguine agnati nostri peccati sordibus esse ablutos: ita vt vnà cum Christo, ceu capite nostro, & crucifixi, & sepulti, & mortui, & excitati, cor-

Baptismus Christianorum.

De tempore Baptismi.

Conuiuia Baptismalia.

Consuetudo illa, lustricũ Baptismi diem luxuriosis conuiuijs celebrandi, improbanda.

Digitized by Google

quę peccatorum carnis exuti regeneremur, ſanctificemur, in ſanctorum numerum & ſocietatem accenſeamur. Quî igtur conuenit nos eodem ſtatim die, quo ea quæ paulò ante commemorata ſunt, & noſtro & infantis nomine, ſanctè ſpopondimus, ebrietatis rurſus gulæq; ſordibus inquinari? An non hoc eſt & canis inſtar ad vomitum, & ſuis inſtar luculentæ ad priſtinũ ſtatim cœnum, lutumq; reuolutari? Non ergò vel nobis, vel infanti Dei gratiam, ſed iram potius, atq; furorem horrendum, inſana iſta tanti ſacramenti prophanatione, cõciliamus. Deinde in ſanis huiuſmodi, luxurioſiſq; conuiuijs ipſis quoq; miſeris puerperis, quæ tot, tantisq; paulò antea exantlatis laboribus, otium & quietem deſyderant, plurimùm laboris, atq; moleſtiæ exhibetur. Adhæc ſumptuoſis iſtis epulis, opes ad puerperarum, atq; infantum miſerorum ſuſtentationem per quàm neceſſariæ abſumuntur: ita vt & puerperas, & infantes miſellos fame poſtea, ſiti, omniumq; rerũ inopia premi, atq; venari ſit neceſſe. Rectè ergo vernacula noſtra lingua luxurioſis huiuſmodi cõpotationibus dicimus das kind vertrincken: *quippe cùm quantum in nobis eſt, miſellum infantulum inopiæ, mendicitati, atq; ſeruituti addicamus. Quid dicam quod ſæpe propter inſanum baptiſmalium huiuſmodi epularum apparatum ipſe Baptiſmus differtur, quo magna & ipſi Deo, & infantibus fit iniuria? Quid quod intemperantiſſimis huiuſmodi compotationibus virorum mulierculariumq; ebriarum incuria atq; negligentia infantes miſelli in ſummũ vitæ ſuæ, quam vix aſpexerunt, periculum adducuntur? Atq; hæc de Baptiſmali epulo.*

Mos antiquus lac, mel, vinũ, panem euchariſticum dandi infantibus.

Huc quoq; videtur referendus eſſe mos ille veterum cùm lac, & mel: tum lac & vinum: tum panem euchariſticum dandi baptizandis. Quò ad primùm, Tertullianus eius lueulentam mentionẽ facit in lib. de Corona militis: Inde ſuſcepti (hinc ſuſceptorum nomen) lactis, & mellis concordiam præguſtamus. Idem lib. 1. aduerſus Marcionem: Sed ille quidem (Marcion) inquit, vſq; nunc nec aquam reprobauit creatoris, qua ſuos abluit: nec oleum, quo ſuos vngit: nec mellis, & lactis ſocietatẽ, qua ſuos infantat. B. Rhenanus hanc cæremoniã (quam Tertullianus inter traditiones numerat) ex veteri Teſtamento vult fuiſſe deſumptã, in quo ſubinde fit mentio terræ fluentis lacte, & melle. Quò ad ſecundum morem, eius D. Hieronymus aduerſus Luciferianos, vt & primi, mentionẽ facit: Nam explicans illud Iſaiæ: Venite, emite abſq; vllo argento, & abſq; vlla commutatione vinum, & lac. Prouocat nos Iſaias, inquit, non ſolùm vt vinum emamus, ſed & lac: quod ſignificat innocentiam parulorum, qui mos & typus in occidentalibus eccleſijs adhuc hodie vſq; ſeruatur, vt renatis in Chriſto vinum, & lac tribuatur. Quò ad tertiam conſuetudinem antiquam, euchariſtiam nimirum infantibus dandi, obſeruandum apud Æthiopes quoq; vt teſtis eſt Oſorius lib. 9. de rebus geſtis Emmanuel, infantes eo die, quo ſalutaribus aquis initiati ſunt, euchariſtiam in panis mica aſſumere. His adde quòd Sigiſmundus Liber Baro ſcribit in ſuis comment. rerũ Moſcouit. Moſcouitas pueris 7. annorum ſacramentum porrigere, dicuntq; tum hominem peccare, & ſi puer forte aut infirmus fuerit, aut animam cœperit agere, ita vt de pane ſumere non poſſit, infunditur ei gutta ex calice.

Non vnum tantùm, ſed plura etiam puerperalia huiuſmodi conuiuia apud Germanos vſurpantur. Frõudſuppen. Tauffmal. Küchleten.

Nec verò vnum tantùm, ſed plura etiam puerperalia huiuſmodi conuiuia apud Germanos vſurpantur. Nam primò eo die, quo puerpera enixa eſt fœtum, obſtetrici, cæteriſq; mulierculis, quæ parturienti adfuerunt, epulum datur, quod nonnulli frõudſuppen, *hoc eſt, pulcẽ lætitiæ vocant. Sequitur deinde conuiuium Baptiſmale, de quo dictum eſt, quod vulgò appellatur* das Tauffmal/ & Tauffſuppen. *Tum tribus quatuorue ſeptimanis à partu elapſis, rurſus conuocatis mulieribus vicinis, atq; cognatis, quo tempore illa, quæ infantem ex Baptiſmo ſuſcepit, puerperam inuiſere, & munuſcula quædam, vt induſium, pecunias, adferre ſolet, aliud rurſus conuiuium exhibetur, quod alij, vt Auſtriaci,* kindelmüß/ *id eſt, infantile pulmentum: alij* küchlerẽ *ſiue* küchelmaal/ *id eſt, conuiuium laganorum: alij* kindsbaderen/ *id eſt, infantis balneationem: alij* weſterlege/ *neſcio qua de cauſa, appellãt. Galli puerperalia huiuſmodi cõuiuia le conuiue de releuage, quando puerpera è lecto rurſus ſurgit, & conuiue de commeres, hoc eſt, epulum commatrũ appellant. Ital. feſtino di gioia, quando è nato il figliolo. Hiſp. combite de alegria aſſi que naſcio el byo, abija.*

Equidem vt non omnino puerperalia huiuſmodi cõuiuia, ſi ſint frugalia, & moderata, temporis, loco, & facultatibus accommodata, ad amicitiam, lætitiamq; modeſtam facientia, improbarim: ita eorundem, qui hodie apud Germanos potiſſimùm regnat, inſanum luxum à Chriſtianis magiſtratibus coërceri tam eſſet optandum, quàm quod maximè. Atq; hæc quidem de puerperalibus conuiuijs,

ſine

Digitized by Google

siue repotijs sint dicta: ad quæ ablactationis conuiuium, Iudæis olim vsitatum, & alia huiusmodi, forsan non incommodè referri possint: sed illa commodius secundo vitæ humanæ actui, qui est educatio, subijcientur.

Quòd autem ad conuiuia natalitia attinet, alia sunt, vti suprà dixi, quæ quotannis eo die, quo quis natus est, celebrantur: idq; cùm à viuis, tum in mortuorum honorem atque gratiam, quorum illustria quædam exempla subijciam. Conuiuia natalitia.

Apud Ægyptios, vt inde exordiar, natalitia conuiuia fuisse in vsu, argumento est illustre illud Pharaonis Ægyptiorum regis conuiuium, quod illum die suo natali (qui Hebræis יום הלדת *Iom Hulladath, hoc est, dies natiuitatis dicitur) seruis suis apparasse Moyses testatur, in quo recordatus magistri pincernarum & principis pistorum, illum quidem in pristinum locum officiumq; suum restituit, vt illi poculum ministraret: hunc verò patibulo affigi curauit, vt Iosephi coniectoris veritas, ipso euentu comprobaretur.* Ægyptiorum. Gen. 40.

Persarum quoq;, vt testis est Athen. lib. 4. legibus sancitũ fuit, eum præcipuè diem præ reliquis omnibus venerari, in quo quis in hanc lucem susceptus erat, quem idcirco pluribus conuiuijs celebrabant. Ac diuites quidem in illo boues, asinos, equos, & camelos integros in fornacibus assatos apponebant: Pauperes verò diẽ suum natalẽ minoribus pecoribus agebant, cibisq; vtebantur perpaucis, bellarijs multis quidem, sed non admodum bonis. Hæc Athen. ex lib. 1. Herodoti. Plato quoq; Alcibiad. 1. testatur, postquàm regis Persarũ filius primogenitus, ad quẽ ius regni pertinebat, natus erat, primùm quidem omnes Persico regno subiectos, festiuum illum diem celebrasse: Deinde verò in reliquum tempus hac ipsa die, qua rex natus erat, vniuersam Asiam τὰ γενέθλια θύειν, καὶ ἑορτάζειν, hoc est, natalia solenni in hunc vsum festo instituto, solennibusq; sacrificijs celebrare fuisse solitam. Persarum natalitia.

Apud Iudæos vsitata fuisse genethliaca conuiuia, inditio esse poterũt funesta illa, atq; tragica Herodis γενέσια, hoc est, natalitia: in quibus regni sui proceribus, atq; Chiliarchis, & primarijs Galileæ δεῖπνον, hoc est, cœnam adornasse dicitur, quæ quidem Ioanni Baptistæ, Christi prodromo sanctissimo, indignissimam mortem attulit, testibus Matth. 14. & Marc. 6. cap. de quo obseruatu digna sunt, quæ scribit D. Chrysostomus in Matth. homil. 49. Multa, inquit, etiam nunc huiusmodi Symposia celebrantur, in quibus etsi Ioannes non interficitur: Christi tamen membra dilaniantur, &c. & si non adsit Herodiadis filia: tamen adsit diabolus. Iudæorum Genethlia.

A Græcis hæc festiuitas & γενέσια (qua voce Matth. 14. & Marc. 6. vtitur) & γενέθλια appellantur. Atticis tamen γενέσια, vt est apud Herodotum in μελπομένῃ, etiã sunt annua sacrificia in memoriam parentum. Γενέθλια Suidæ ἡ δ' ἐνιαυτῦ ὅτι φοιτῶσα τὴ τεχθέντ ἑορτὴ: & γενέσια, ἡ δ' ἐνιαυτῦ ὅτι φοιτῶσα ἡ τεχθέντ μνήμη. Ammonius hæc duo vocabula ita inter se distinguit: γενέθλια τὰ ἐπὶ τῶν ζώντων, καὶ ὅταν ἡ ἡμέρα ἐγένηθη, αὕτη καλεῖται γενέθλι ἡμέρα: γενέσια δὲ ὅτι τῶν τεθνηκότων, ὅταν ἡ ἡμέρα τελευτήσῃ. ὁ δὲν λέγων ὅτι τῶν ζώντων ἀπογραφεῖ, hoc est, Genetlia tribuuntur viuis, & dies, quo quis natus est, natalitius, siue natalis dicitur: Genesia autem de mortuis dicuntur, & is dies, quo quis diem suum obijt. Qui igitur γενέσια viuis tribuit, is impropriè loquitur. Plutarchus lib. 8. Sympos. prob. 1. mentionẽ facit γενεθλίων Socratis, quæ sexto die, mensis Thargelionis dicti, fuerint celebrata: & Platonis, quæ postridie eius diei ab illis fuerunt agi solita, quo in loco notabis, γενέθλια appellari festiuitates natalitias in mortuorum honorem celebratas, contrà illam paulò ante commemoratam Ammonij distinctionem. Ibidem & Euripidem die natali Dionisij senioris, Siciliæ tyranni, mortuum esse: & regem Attalum in natalitijs suis diem suum obijsse: & Platonẽ atq; Carneadem, ambos die septimo, Thargelionis mensis, Apollini sacro, (vnde Hebdomagenes dictus fuit) natos fuisse, commemorat. Græcorum Genethlia. Discrimẽ inter τὰ γενέσια, & γενέθλια.

Naucratitæ, teste Athen. lib. 4. in Prytaneo conuiuia soliti sunt agitare in genethlijs, hoc est, natalibus Dionysiacis, & Vestæ, quàm Prytanitida vocabant, albis inducti vestibus, quas etiam Prytanicas vocant. Naucratitarũ epulæ genethliacæ.

Romani quoq; cùm suos, tum aliorum & viuorum, & mortuorum dies natales, genitalésue multis cum cæremonijs, sacrificijs, atq; conuiuijs celebrare consueuerunt: id quod ex multis literarum monumentis colligere licet. Virg. Ecclog. 3. Romanorum natalitia.

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
Cùm faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

In quos versus sic Seruius commentatur: Amicam communem, causa natalis diei, in cuius tantùm sacrificio licebat voluptatibus operam dare. Nam in alijs sacrificijs erat castitatis obseruatio, quod etiam sequentia indicant, vbi dicit: Cùm faciam vitula, id est, cùm pro frugibus sacrificare cœpero, tu tantummodo venito. Iuuenalis Satyr.12.

Natali Coruine die mihi dulcior hæc lux: quo, inquit interpres Ascensius, tamen maximè genio, & voluptati indulgere solebant. Britannicus, Summa, inquit, hilaritate antiqui diem, quo nati erant, quotannis celebrabant, gratias Dijs agentes pro hac luce, quam acceperant.

Munera natalitia.

Amici verò, & clientes natalē celebrantibus munera mittebant: Vndè multi auaritia adducti, non solùm diem natalem semel, sed sæpius in anno, quò plura ab amicis munera acciperent, celebrabant, quare à Mart. sic taxatur Clytus:

Vt poscas clyte munus, exigasq; Vno nasceris octies in anno.

Terent. in Phor. Porrò autem alio feretur munere, vbi puero erit natalis dies. Persius Satyr.1.

Et natalitia tandem cum Sardonyche albus, Sede leget celsa.

Sardonyche natalitia, hoc est, secundum Britannicum interpretem, quæ die natali dono missa fuit: nam diem natalē celebrantibus dona ab amicis mitti solebant. Martial. de natali Restituti lib.10.

Certent muneribus beatiores Pugnorum reus, ebriaq; noctis
Agippæ tumidus negotiator Cœnatoria mittat aduocato, &c.
Cadmi municipes ferat lacernas:

Augustus à Mœcenate sodali, singulis annis phialā dono in natalitijs accipiebat, teste Plutarcho. Extat Virg. Epigramma in diem natalem:

Clarus inoffenso procedat lumine Titan,
Lætificusq; dies eat omnibus æthere puro,
Vosq; simul iuuenes animis, & voce fauentes
Concelebrate diem votis fœlicibus almum:
Prosper vt is semper redeat, vatiq; quotannis
Asmenidæ referant alacres sua munera nati.

Munerum hic quoq; fit mentio: vbi notabis hodie quoq; apud Germanos quosdam moris esse, vt munera mittantur ab amicis illi, cuius dies est natalis: id quod volunt signum esse amicitiæ, vt testentur illis muneribus, se gaudere natum esse in hunc mundum eum, cui illa mittunt. Cic. Philipp.2.

Natalitia conuiuia.

Hodie nō descendit Antonius: Cur? dat natalitia in hortis: (quod vulgus soluere festū dicit) Cui? neminē nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnatoni, tum Ballioni, &c. Vbi interpres: Natalitia sunt conuiuia luxuriosa ad celebrandū diem natalem peculiariter structa. Cic. ad Att. Is dies casu Bruti natalis erat. Idem de Finibus: Diem suum natalem quotannis agebat. Iuuenalis Satyr.11.

Moris erat quondam festis seruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, si quam dabat hostia, carne, &c.

Toxilus apud Plaut in Persa: —Hoc age, accumbe, hunc diem
Suauem meum natalem inter nos agitemus amœnum:
Date illi aquam manibus, apponite mensam.

Sic Leno apud eundem in Pseudolo:

—Facite vt offendam parata omnia
Vorsa, præsterga, strata, lautaq;, coctaq; omnia vti sint:
Nam mihi hodie dies natalis est, decet eum omnes vos concelebrare.

Et paulò post:

Facite hodie vt mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant
Nam nisi penus annuus hodie conuentit, cras populo prostituam vos,
Natalem scitis mihi esse diem hunc, vbi isti sunt, quibus vos oculi estis?
Quibus vitæ, quibus deliciæ estis? quibus suauia, mamillæ? mellitæ?
Manipulatim mihi munerigeruli facite ante ædes iam hîc adsint.

(Hic obserua morem mittendi munera in die natali:)

Et in Scena sequent. Pseudolus:

Mittam

Mittam hodie huic (lenoni) suo die natali malam rem magnam & maturam.

De natali amicæ suæ conscripsit Martial. elegiam 9. lib. 3. Lucianus natalitij muneris loco mittit Quintillo libellum μακροβίων. Alexander Seuerus, teste Lampridio, cum natalem diem commendaret, hostia cruenta effugit: & albam eius vestem, cum qua constiterat, cruentauit: id quod mortis eius videtur fuisse præmuntium.

Nec verò priuatim tantùm nonnulli dies suos natales summa cum lætitia, ac voluptatibus celebrare consueuerunt: verùm etiam publica & solennia quædam fuerint natalitia, ab vniuerso populo celebrari solita, in illorum etiam mortuorum honorem, qui de Repub. benè meriti fuerunt: id quod Lazius lib. 3. de Repub. Rom. testatur, cùm inquit: Apud Romanos natalitia huiusmodi conuiuia publica fuerunt, atq; adeò post mortem etiam (vt apud nos beneficia sacra) reditu in hoc pecuniæ locato, memoriæ eius, qui obierat, retinendæ, conseruandæq; causa, celebrata. Ad quod quidem genus conuiuij alludunt inscriptiones vetustatis in Italia repertæ. Natalitia publica.

Spoleti in ede S. Pontiani.

TRIB. MIL. LEG. XV. APOLLINARIS ET LEG.
V. MACEDONIC. HIC LEGAVIT TESTAMENTO
MVNICIPIB. HS. LXVI. C. MONET. VT EX REDITV
EIVS SVMMAE QVOTANNIS VIII. IDVS NOVEMB.
NATALI SVO MVNICIPIB. EPVLVM ET CRVS.
ET MVLSVM DARETVR.

Reatæ.

T. FVNDILIO GEMINO VIVIR. AVG. MAG. IVV.
AVGVSTALES PATRONO ET QVINQ. PERPETVO
OPTIME MERITO HIC ARCE AVGVSTALIVM SE
VIVO HS. XX. DEDIT: VT EX REDITV EIVS
SVMMAE DIE NATALI SVO. IIII. KAL. FEBRV.
PRAESENTES VESCERENTVR ET OB DEDICA-
TIONEM. STATVAE DECVRIONIB. ESE VIRIS
ET IVVENIBVS SPORTVLAS ET POPVLO EPVLVM
ET OLEVM EADEM DIE DEDIT.

Ipsius quoq; vrbis Romæ diem natalem, qui fuit 12. Calendarum Maij, in quo Romulus augurio capto, vrbem aratro designauerat, celebrare consueuerunt. Sacra, quæ illo die fiebant pastorali deæ Pali, hoc est, telluri, Parilia dicta fuerunt, vel à Pario, quod pro partu pecorum celebrabantur, vel, vt vult Varro, quasi Palilia à Pale dea, cui illa offerebantur. Ouidius à paleis frumenti deducit, cum id aliquando augustius proueniisset: & illa à Numa Pompilio vult fuisse instituta, cùm alij à Romulo. Solinus, & alij à partu Iliæ volunt fuisse vocata. Propertius lib. 4. Eleg. Parilia siue Palilia festa quæ, & vnde dicta.

Vrbi festus erat, dixere Palilia patres, Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

De die illo natali Genethliacon carmen extat non illepidum P. Marsi, & aliorum. Variæ verò eo die fieri solebant purgationes & expiamina: de quibus vide Ouid. in Fastis, Propertium, Persium, Tibullum, Dionys. Halyc. lib. 1. Seruium in Georg. Plutarchum, Varronem, & alios. Cic. pro Flacco: Hunc ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possum. Sueton. in Caligula: Decretum autem, vt dies, quo cœpisset imperium, Palilia vocaretur, veluti argumentũ vrsus conditæ vrbis. Saltabatur in Palilijs per ignem, vt apud nos, inquit Lazius, die S. Ioannis Baptistæ fieri solet: item vulpibus ignis alligabatur, & lac potabatur, qui fructus pecoris est. Vnde Propert. lib. 4. Mos saltandi per ignem in Palilijs.

Annua pro accenso celebrate, Palilia fœno.

Ouid. in 4. Fast.

Dum licet apposita, veluti cratere canella,
Lac niueum potes, purpureamq; sapam,
Moxq; per ardentes stipulæ crepitantis aceruos,
Transilias celeri strenua membra pede.

Tibull. Ille leuis stipulæ solennis ponit aceruos, Accendet flammas transiletq; sacras. Natales Pharaonis & Herodis.

Hinc fumosa fœno à Persio fuerunt dicta. Solinus scribit, obseruatum fuisse, ne qua hostia Parilibus cæderetur, vt dies iste à sanguine purus esset. (Pharao tamen, & Herodes natales suos sanguinis humani profusione (vt Origenes inquit) cruentarunt.) Idem scribunt Plutarchus in Romulo, Euseb. lib. temp. Censorinus cap. 1. de die natali recenset Varronis verba: Id mortis, inquit, ini- Hostia in Parilibus cæde nefas.

ſtitutiq́, maiores noſtri tenuerunt, ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, alijs demerent. Vnde liquet, non in Parilibus tantùm, ſed alijs quoq; diebus natalibus nullam hoſtiam fuiſſe mactatam: id, quod ex illis Virg. verbis, Cùm facia vitula, &c, videtur poſſe colligi. Romani ſimiliter Calendas Martias, quod eo die natum crederent Romulum, qui fundamenta imperij iecerat, ad tantaq; rerum incrementa ſemina dederat, celebrarunt: nec non nonas Ianuarias, quod ea die Ser. Tullius in lucem editus exiſtimaretur. Alexandri quoq; Seueri, & eius matris dies natalis magna feſtiuitate, religioſiſſimeq; fuit à Romanis cultus, vt teſtis eſt Æ. Lampridius. Octauius quoq; Auguſtus, Iulij natalem maximis honoribus decorauit. Sic apud Syracuſanos Timoleontis natalis publicè cultus, quod inſignes victorias ſemper ſuo natali reportarit patriæ. Adoptionis quoq; natalem à Romanis celebrari fuiſſe ſolitum illa Æ. Spartiani teſtantur de Hadriano. Quinto iduum Auguſti die legatus Syriæ literas adoptionis accepit, quando & natalem adoptionis celebrari iuſſit. Tertio iduum earundem, quando & natalem imperij ſtatuit celebrandum, exceſſus ei Traiani nuntiatus eſt.

Natales Romuli, Ser. Tullij, Iulij.

Natalitia cum publica, tum priuata.

Ex his ergo adhuc cõmemoratis ſatis conſtat, cùm priuatim & promiſcuè cuiſq; conditionis & fortunæ homines, vitæ ſuæ auſpicia, atq; natalem, nõ vno ſacri genere pro ſuis facultatibus, inuocato prius genio, cui naſcentes committi arbitrabãtur, ad redintegrandã eius lucis memoriam, quam primam aſpexerint, diuerſis rationibus honorificè ornaſſe: tùm publicè quoq; vniuerſum populum eorum, qui benè de repub. fuiſſent meriti, & viuorum, & mortuorum, natalem diem egiſſe, & memoriam eorum præconio ſolenni celebraſſe, cùm ſuæ erga illos gratitudinis teſtificandæ, tum alios, cupiditate laudum, ad ſimilis virtutis, atq; beneficentiæ imitationem, inflammandi cauſa. Illa porrò ſiue priuata, ſiue publica natalitia cùm ſacris nonnullis, (vnde Plin. lib. 18. cap. 8. hodie, inquit, ſacra priſca, atq; natalium pulte fritilla conficiuntur) tum conuiuijs plærunq; luxurioſis, (quæ natalitia à Cic. appellantur) omniq; voluptatum, atq; libidinum genere celebrari fuerunt ſolita: ac proinde cùm ſuperſtitionis, tùm luxuriæ pleniſſima fuerunt.

Natalitia quomodo celebrata.

Dij natales.

Soliti etiam fuerunt illis diebus Iunonem præſertim, & Genium, ceu deos vitæ huiuſce, atq; lucis almæ largitores, potiſſimùm colere, vnde etiam natales à poëtis fuerunt cognominati. Tibullus:

Natalis Iuno ſanctos cape thuris aceruos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu. Idem de Genio:
At tu natalis quoniam Deus omnia ſentis.

Græci γενέθλιον, quo nomine etiam Iouem, & Lucinam appellarunt. Pindarus in Olymp. εἰδ. α. Alcimedonti & Timoſtheni ait,

Τιμόσθενες ὔμμε δ' ἐπλάξωσεν πότμος, Ζηνὶ γενεθλίῳ.

Timoſthenes, nos autem concilianit fortuna, Ioui generationis auctori. Idem in Olym. εἰδ. γ. Xenophonti Corinthio meminit τῷ γενεθλίῳ δαίμονι, penè ſub fine. Cic. lib. 3. de Nat. Deor. ait: Natio quoq; dea putanda eſt: cui, cùm fana circuimus in agro Ardeati, rem diuinam facere ſolemus: quæ, quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus Natio nominata eſt.

Chriſtiani primitiuæ eccleſiæ cur à natalium celebratione abhorruerint.

Origenis teſtimonia.

Chriſtianis nõ natiuitatis, ſed mortis dies fuit celebris.

Quamobrem mirum profectò non eſt, ob hanc ethnicorum cùm ſuperſtitioſam, tùm luxurioſam natales ſuos celebrandi cõſuetudinem, Chriſtianos primitiuæ eccleſiæ à natalium ſuorũ celebratione prorſus abſtinuiſſe, imò abhorruiſſe: de quo operæpretium mihi videtur eſſe, aliquot ex Origine luculenta admodum teſtimonia proferre, quæ ad antiquitatis cognitionem faciunt. Is igitur lib. 3. in Iob inquit: Animaduertamus ô homines, quæ immutatiõ facta eſt in hominibus. Nam priores diem natiuitatis celebrabant, vnam vitam diligentes, & aliam poſt hanc non ſperantes. Nunc verò nos nõ celebramus diem natiuitatis, cum ſit dolorum, & tentationum introitus: ſed diem mortis, vtpote omnium dolorum depoſitionem, & omnium tentationum effugium: quia non moriuntur, ſed perpetuò viuent hi, qui mori videntur. Idem homil. 8. ſuper Leuit. Primò quærit, quid cauſæ ſit, cur mulier nõ modò cum ſuſceperit, ſed etiam cum pepererit, pro expiatione ſua iubeatur offerre pullos columbinos, atq; turtures pro peccato? & reſpondet, id non carere myſterio: hoc enim ſignificari, & illam eſſe immundam, & tanquã peccati ream, piaculari hoſtia indigere: & ipſum quoq; infantem, etiamſi vnius diei ſit vita eius, tamen, teſte Sacra ſcriptura, non mundum eſſe à ſordibus. Deinde ſubijcit: Nemo ex omnibus ſanctis inuenitur diem feſtum, vel conuiuium magnum egiſſe in die natalis ſui. Nemo inuenitur habuiſſe lætitiam in die natalis filij, vel filiæ ſuæ. Soli peccatores ſuper huiuſmodi natiuitate lætantur. Inuenimus enim in veteri quidem Teſtamento, Pharaonem regem Ægypti diem

natalis

natalis sui cum festiuitate celebrantem: in nouo vero Testamento, Herodem: vterq; tamen eorum, ipsam festiuitatẽ natalis sui, profusione humani sanguinis cruentauit. Ille enim præpositum pistorũ: hic sanctũ Ioannem prophetam, obtruncauit in carcere. Sancti verò non solùm non agunt festiuitatem in die natalis sui: sed & spiritu sancto repleti, execrantur hunc diem: Subijcit Ieremiæ, & Iobi exempla, quorum vterq; diem natiuitatis suæ diris deuouit. Vnde concludit natiuitatẽ nostram corpoream, esse immundam: vndè & maledictione digna sanctis viris visa sit, & expiationis indiga. Idem lib. 3. in Iob: Plærique, inquit, hominũ sub cælo, hac sola se oblactantes vita, solaq; terrena, quæ fragilia sunt atq; caduca, respicientes, diẽ natiuitatis suæ summa cum delectatione celebrare studẽt, eoq; die splendidè iocundantur. Nam hanc existimant portionem, & hæreditatem suam, & per hæc sperant se diutius victuros in corpore, &c. Et paulò post: Meritò terrenã hanc, atq; carnalem vitã solam diligentes, celebrant diem natiuitatis suæ: diem verò mortis nec nominari patiuntur: Iob contra odio carnalis huius vitæ adductus, pro celebratione diei natalis sui, eum maledicit, quia sit peccatorum & delictorum principium. Hieron. in comment. in Matth. lib. 2. Nullum, inquit, alium inuenimus obseruasse diem natalis sui, nisi Herodem & Pharaonem, vt quorum erat par impietas, esset & vna solennitas. Pharaonis, & Herodis natalitia funesta.

Nostris verò temporibus, natalitiæ huiusmodi festiuitates, atq; conuiuia apud multos populos Christianos sunt in vsu, ita vt, cùm, decurso anno, natalis dies redierit, tum ferè amicos quisq; cognatosq; suos cõuiuio excipiat: à quibus vicissim ille munera quædã, vt supra dictũ est, accipere solet, quæ idcirco munera natalitia appellantur. In primis verò magnæ dignitatis, auctoritatisq; homines, vt reges, principes, optimates, magna sæpè cũ pompa, atq; splendore dies suos natales agũt, atq; celebrãt. Natalitia Christianorum nostris temporibus.

Nec equidem huiusmodi diem natalitiũ celebrandi morem, vt olim apud omnes ferè gentes, ita hodie quoq; apud nonnullos vsitatum, per se & simpliciter improbarim, modò pia adhibeatur modestia, absit luxus atq; superstitio. Nam cùm ingens sit Dei donum hominem nasci, vitæ luciq; huius iucundæ, atq; salutaris participẽ fieri, nõ alienum, meo iudicio, est à pij honestiq; viri officio, de eo gratias Deo agere, & animi hilaritatẽ in gratijs agendis, modesti alicuius conuiuij quasi externo symbolo, testificari. D. quoq; August. lib. 2. de ord. cap. 1. fatetur se diem natalem suum celebrasse, & non paruam de hac re disputationẽ cum conuiuis suis habuisse, eamq; in libellũ contulisse: qua nihil apcius vera Philosophiæ sibi videretur. Et lib. 1. Retract. cap. 2. ex occasione diei natalis, se scripsisse refert librum de Beata vita. Quòad verò mortuorũ natales, qui olim ab ethnicis, vti supra dictũ est, magna cæremoniarũ, epularumq; magnificentia fuerunt celebrati, multis illi superstitionibus maximas occasiones præbuerunt, dum nimirum illos, quorũ dies natales egerunt, non tàm humanis, quam diuinis honoribus coluerunt. Et huc facit verissimũ illud antiquissimi, sanctissimiq; martyris Iustini dictum in lib. de monarchia: δι μὲν γὰρ τὸ καθ' ἀρχὴν εἰς τιμὴν τῶν ὑπερεχόντων τελετὰς, καὶ λειτουργίας τελοῦντες, ἀμυησίαν τοῖς μετ' αὐτοὺς τῆς ἀληθοληπτοῦς δόξης ἐνέβαλλον, hoc est, Illi, qui primùm festa sacraq; in honorẽ magnorum hominũ instituerunt & peregerunt, posteris oblitionẽ attulerunt catholicæ seu vniuersalis opinionis, nimirum de vno vero Deo mundi monarcha. Hodie quoq; Christiani sanctorũ dies γενεθλιακὰς nõ tam religiosè, quàm superstitiosè, luxuriosèq; colunt, ita vt ethnicis illis hac in parte nihil inferiores esse videãtur. Tertullian. lib. de corona militis: Oblationes, inquit, pro defunctis natalitijs annua die facimus. In quæ verba sic B. Rhenanus: Hoc, inquit, tametsi ethnicorum aliquandiu tolerauit ecclesia: Concilium Nicenum, & sequentia, apertè damnãt, vt primorum Conciliorũ Canones ostendunt. Author est Pontius Paulinus populum, qui ad Natalem D. Fœlicis Nolam cõfluebat, epulari solitũ in ædæ sacra: ac proinde ipse picturis ex Vet. Test. desumptis templi parietes ornari curauit, quibus accumbentes in mensa, temperantiæ admonerentur. Id quod propterea duxi referendum, vt mos comessandi in dedicationibus templorũ, & natalibus diuorum diebus, antiquus esse cognoscatur. Opus autẽ erat olim multa Christianis indulgere, qui plærunq; iam senes, de paganismo ad nostram religionem cõuertebantur: difficulter ea relinquentes, quibus per omnẽ vitam assueuerant. Secus est hodie. Porrò in celebrando natali die, genialis ethnicorum lætitia, de qua Macrinum suũ Persius admonet, Funde merum genio, à præsulibus Christianis rectè in oblationes, quæ in eleemosynam pauperum conferebantur, mutata est, quum ad nostram religionem illi transijssent: Hæc ille. Ex quibus constat sanctorũ natales epulis agitandi consuetudinem ethnicã esse, & ab antiqua ecclesia aliquandiu toleratam, à Concilio Niceno, & alijs sequentibus damnatam fuisse. Natalium eorũ qui mortui sunt celebratio superstitionis fuit causa. Mos celebrandi natalitia nõ videtur omnino improbandus. Mos celebrandi sanctorum natales. B. Rhenani de his iudicium. Natalis S. Fœlicis.

Quæ vera & pia ratio celebrandi Natales.

Iam verò quid dicam in vniuersum de natalitijs Christianorum priuatis, publicisq; festiuitatibus, annon illa plena sunt, vt illa antiqua ethnicorum, libidinis, superbiæ, luxuriæ, voluptatum? ita vt non natalia, sed mortualia potius dici mereantur. Debebant illi in recolenda dierũ suorum natalium memoria, primò debitas meritasq; Deo, ceu vero natali siue genethlio, gratias agere pro accepta iucundissimæ, saluberrimæq; huius lucis vsura, proq; fœlici in hanc vitam introitu: Deinde illi ardentibus votis supplicare, vt & breuem, lubricumq; caducæ huius vitæ cursum, piè honesteq; ad ipsius gloriam, proximiq; salutem conficiendi: & cum vera fide, certa explorataq; æternæ illius vitæ atq; lucis spe hinc rursus emigrandi, sibi facultatem largiatur. Adhæc animis suis reputare debebant, quàm funesti sint dies illi sui natales, ob originalem nimirum illam labem, qua nos omnes, ab ipso statim conceptu, infecti atq; polluti nascimur, quamq; in ipso ætatis progressu peccatis, vti vocant, actualibus magis augemus. Quæ sanè cogitatio nobis ad Dei gratiam, atq; veniam tantò ardentius implorandam, eiq; pro sanctissimo filij sui vnigeniti natali, quo impuros nostros natales expiauit, gratias agendum: deniq; ad spiritualia illa γενέσια, seu potius παλιγγενέσια per totum vitæ nostræ curriculum tanto maiori cum studio agendum moliendumq;, stimulus acerrimus esse deberet. Hæc verò meo iudicio, optima esset, vtilissimaq; dies nostros natales agendi, celebrandiq; ratio, cui si epulæ modestæ moderataq; adiungantur, non tàm ferculorum, quàm sermonum piorum honestorumq; quasi condimentis refertæ, cùm ad se, suosq; lætificandum, tùm ad pauperes quoque atq; inopes pascendum comparatæ, illas equidem minimè culpandas esse existimarim. Verùm, prob dolor, hodie Christianorum plærique, vt nihil de externis, barbarisq; nationibus loquar, ethnicorum illorum priscorum more & imitatione dies suos natales cum summa Dei, lucis huiusce datoris ac largitoris, contumelia, totos libidinibus, pompis epulisq; luxuriosissimis transigunt, ita se cibo potuq; immoderato ingurgitant, vt nihil pij, honestiq; cogitare possint, seq; lucis huiusce, quam à Deo acceperunt, vsura indignissimos esse ostendant. Quin imò semetipsos, quantùm in se est, hac luce priuant, diemq; suum natalem, vt ille apud Plautum loquitur, sibi emortualem faciunt. Hæc sunt Christianorum non Christiana profectò, sed Herodiana potius natalitia, ethnicorumq; illorum natalitiorum simillima. Nec verò suos tantùm natales, verùm etiam, id quod vel cogitatu est horrendum, sacrosanctum illum, illum, inquam, omnium natalium principem, & lustratorem (quem Chrysost. omnium festorum metropolim in orat. de Philog. appellat,) Christi, imò totius mundi natalem, salutaremq; diem, quem omnes pijs meditationibus, diuini numinis collaudationibus, gratiarumq; actionibus, colere ac venerari optimo iure debebant, plurimi hodie Christianorum diurnis nocturnisq; compotationibus, comessationibusq; contaminare non dubitant, ita vt non Christi natalia, sed Bacchanalia potius, atq; Lupercalia agere videantur. Quò etiam fit, vt nox illa, cuius memoria celebratur, ob Christum in illa natum Wienacht/ *hoc est sancta vernaculo nostro sermone appellata, ob fœdum illius abusum potius* Weinnacht, *hoc est, nox vini, epicureorum illorum respectu, sit dicenda. Gregorius Nazianzenus veram iustamq; natalitia Dominica celebrandi rationem his verbis docet in præclara illa sua oratione in Natalem Domini. Festiuitatẽ primò hanc & θεοφανία, & γενέθλια rectè dicit appellari, ὅτι ἐφάνη θεὸς ἀνθρώποις διὰ γενήσεως, hoc est apparuit Deus hominibus per natiuitatem. ἐπιφάνια quidem διὰ τὸ φανῆναι, διὰ δὲ τὸ γενάσθαι γενέθλια. Hanc igitur festiuitatem celebremus, μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ θεϊκῶς, μὴ κοσμικῶς ἀλλ' ὑπερκοσμίως, &c. hoc est, non panegyrico, sed diuino, non mundano, sed supermundano modo. Verum quo pacto id perficiemus? μὴ στεφανώσομεν, μὴ χορὸς συστησόμεθα (obserua hic tritam olim & vsitatam quæuis festa celebrandi consuetudinem) μὴ κοσμήσωμεν ἀγυιάς, μὴ ὀφθαλμὸν δελεάσωμεν, μὴ ἀκοὴν καταυλήσωμεν, μὴ ὄσφρησιν ἐνθηλύνωμεν, μὴ γεῦσιν καταπορνεύσωμεν, μὴ ἁφὴν χαεισώμεθα ταῖς προχείροις εἰς κακίαν ὁδοῖς, καὶ εἰ σόδοις τῆς ἁμαρτίας: μὴ ἐσθῆσι μαλακιθῶμεν, ἁπαλῇ καὶ περιῤῥεούσῃ, καὶ ἧς τὸ κάλλιστον, ἀργηστία, μὴ λίθων διαυγείαις, μὴ χρυσῷ περιλάμψεσι, μὴ χρωμομάτων σοφίσμασι ψευδομένων τὸ φυσικὸν κάλλος, καὶ κλοπῆς εἰκόνα ἐξευρημένων, μὴ κώμοις, καὶ μέθαις, οἷς κοίτας καὶ ἀσελγείας οἶδα συνεζευγμένας, id est, Nequaquam fores coronemus (de hoc more alibi pluribus) non choros instauremus, non compita viarum exornemus, non oculos pascamus, non auditum oblectemus, non odoratum effœminemus, non gustui lenocinemur, non tactui obsequamur: (hæc enim ingressus sunt ad peccatum, & viæ pronæ) non vestimentis teneris ac fluidis, ex quibus id quod pulcherrimum, planè est inutile, molliter induamur,*

Mos natalitia celebrãdi à pietate Christiana alienus.

Christi natalẽ quomodo hodie Christiani celebrent.

indùamur, non gemmarum splendoribus, non auri fulgoribus, non colorum fucis naturalem mentientibus pulchritudinem, & propter imaginem repertis: non comessationibus, & ebrietatibus, quibus cubilia atq; libidinem scimus esse coniunctam. Addit non thoros altos, veluti delitias concinnantes, sternamus, non οἴνων εὐθυμείας, ὀψοποιῶν μαγγανείας, μύρων πολυτελείας, vini fragrantiam coquorum commenta, vnguentorum sumptus honoremus. Et hæc de dierum natalitiorum & sacrorum, & prophanorum fœdissimo abusu.

Natalitijs porrò conuiuijs non ineptè, mea quidem sententia, accenseri adiungiq; possunt vsitata illa apud Germanos conuiuia Würgeten vulgò appellata, quæ cum antiquis illis Græcorum ὀνομαστηρίοις magnam videntur affinitatem habere. Moris namq; est apud Germanos nonnullos, vt tàm viri, quàm mulieres sanctorum illorum, qui in Calendario scripti reperiuntur, sibi cognominum diebus, velati natalibus suis, à familiaribus & amicis suis collo obtorto, tam diu strangulentur, donec illis stipulantibus cibi aliquid, potúsue, aut etiam iustum epulum, ceu λύξον, promittant, quod quidem idcirco Würgeten/ ceu dicas strangulatoria, appellant: quiq; illud exhibent, strangulatoria vulgò dicuntur dare, vt Cic. dixit natalitia dare. Sæpè etiam accidit, vt idem dies alicui fuerit natalis, quippe cùm secundùm antiquũ morem, & consuetudinẽ infantes sæpenumero illius sancti, in cuius die nati fuerunt, nomine fuerint insigniti. Quò fit vt non immeritò hoc quoq; epuli genus ad natalitia cõuiuia videatur esse referendum. Atq; hæc de natalitijs, & puerperalibus conuiuijs satis sint dicta: quibus tamen illud quoq; adijciendũ, silentioq; minimè videtur esse prætermittendum, quod de Thracum consuetudine, reliquarũ gentium consuetudini planè contraria, scriptum legimus. Nam cùm, quemadmodum suprà pluribus explicatum est, omnes ferè gentes suorum natales lætitia, conuiuijsq; celebrarint, Thraces soli, vt testis est Herod. lib. 3. infantem recens natum circumsedentes ploratu, atq; lachrymis fuerunt prosequuti, commemorantes quot, & quantæ illi, vitam hanc ingresso, clades atq; calamitates subeundæ sint, atq; perferendæ. Contrà autem hominem defunctum cantu, tripudijs, omniq; lusus lætitiæq; genere fuerunt prosequuti, narrantes quantis malis, atq; ærumnis ille sit liberatus. Valer. Max. lib. 2. Thratiæ verò illa natio, inquit, meritò sibi sapientiæ laudes vendicauerit, quæ natales hominũ flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans, sine vllis doctorum præceptis, verum conditionis nostræ habitum præuidit. Remoueatur itaq; naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa & facere, & pati turpiter cogit, si ea mortua, aliquantò eius felicior, & beatior reperietur finis. De hoc ipso Thracum more vide & Solinum, & Melam Pompon. lib. 2. quem etiam Archias eleganti carmine græco expressit. Cic. lib. 1. Tuscul. Hac sententia, inquit, in Cteſiphonte vsus est Euripides:

Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum
Lugere, vbi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala.
At, qui labores morte finisset graues,
Omnes amicos laude, & lætitia exequi.

Sed quid dico de Thracibus? Ipsum quoq; Iobum, atq; Ierem. sanctissimos viros legimus natalia sua fuisse execratos: & Solomon quoq; mortuos viuis prætulit: vtrisq; autem eos, qui nunquam nati, miserias huius vitæ experti non essent. Vnde etiam, vt suprà ex Origine probatũ est, nõ natiuitatis dies, sed mortis potius, siue exitus ex hac vita, Christiani primitiuæ ecclesiæ sibi celebrandos esse duxerunt. Et hinc, id quod obseruatione sanè dignissimũ est, dies illos, quibus olim martyres pro Christo mortem fortissimè oppetierunt, γενέθλια, hoc est, natalia, seu natalitia ipsorum fuisse vocatos, propterea quod per mortem in Christo ad vitã verè vitalem, hoc est, æternam, & immortalem transierint, atq; renascerentur, secundùm illud Christi Ioan. 11. de Lazaro, Non est mortuus, sed viuit. Item, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet: vndè etiã cælestis patria vocatur regio viuentium. Orig. lib. 3. in Iob. Nõ maledicatur, inquit, dies mortis, neq; dies finis, neq; exitus ex hac vita. Est enim cõsummatio, & requies, & dolorum omniũ transitus, ac depositio. Sed dies natiuitatis, ceu omnium angustiarum, ærumnarum, dolorum peccatorum, atq; impietatũ initium atq; introitus. Sic apud Euseb. l. 4. c. 14. Ecclesia Smyrnensis scribit, se diem martyrij Polycarpi, tanquam natalitiũ, cum gaudio, & exultatione, coacto cœtu ecclesiastico, celebraturã: & additur finis εἰς τὴν τοῦ ἀθλητηρίου μνήμην, καὶ τὴν μελλόντων ἄσκησιν, καὶ ἑτοιμασίαν, hoc est, ad memoriã eorum, qui certamẽ illud

Würgeten.

Thraces natales suos non lætitia, sed luctu fucrunt prosequuti.

Iob & Ierem. suos dies natales execrati sunt.

Martyrũ dies, quibus mortem pro Christo oppetierunt, γενέθλια dicti, & cur.

Dies mortis nõ maledicendus, sed dies natiuitatis, Origeni.

Digitized by Google

iam certarunt: & ad eorum, qui idem certamen sunt subituri, exercitationem, & præparationem. Verùm de his in funebribus cõuiuijs plura forsan dicentur. Postremò, vt hunc de natalitijs locum concludam, notandum est, natalem sacrorum ab Apuleio lib. 11. appellari illum diem, quo quispiam consecratur, fitq; sacris initiatus, quem non minus religiosè celebrare debemus, quàm diem natiuitatis: quoniam ex illo vita tantùm, ex hoc verò vita religiosa producitur: Hæc Beroaldus interpres. Ipsius vero Apulei verba hæc sunt: Ex hinc festiuissimam celebraui natalem sacrorum, & suaues epulas, & faceta conuiuia. Verùm hæc pertinent ad illud conuiuiorum genus, quod in alicuius muneris susceptione celebratur.

Natalis sacrorum dies ab Apuleio quis dicatur.

SECVNDVS VITAE HVMANAE ACTVS,

EST EDVCATIO. DE VARIIS CONVIVIORVM GENERIBVS quæ in illum cadunt. De conuiuio Ablactationis Hebræorum, Dentitionis Festanorum. De infantum nutricatione, lactatione (quæ magna sunt Dei miracula) ablactatione, atque victu. Quibus de causis matres, si vllo modo fieri potest, suo lacte infantes alere debent. Exempla epularum puerilium, vt in comæ & barbæ, depositione, vestitus mutatione, &c. In genere de puerorum & adolescentum diæta atque victu vel probo, vel malo.

CAPVT XVII.

SEQVITVR *secundus vitæ humanæ actus, nimirum educatio, qui quidem reliquorum trium qui sequuntur quasi basis est, & fundamentum. Nam qualis præcesserit educatio, talis plærunq; & muneris cuiuslibet, & matrimonij & mortis deniq; ratio conditióue, siue bona, siue mala consequi solet. Nolo autem hîc de ipsius educationis, institutionisúe puerilis vi, quæ in bonam pariter, atq; malam partem maxima est, deq; vera illius, legitimaq; ratione disputare, de qua præ cæteris & Plutarchus in aureolo illo suo libellio περὶ τῆς ἀγωγῆς τῶν παίδων, & Plato in lib. de Repub. de Legibus, nec non in Dialogo, qui Laches inscribitur, sapientissimè disseruerunt: Verùm de conuiuiorum tantùm nonnulis generibus, quæ ex multarum gentium more, & consuetudine cum puerili hac educatione sunt coniuncta: deq; ipsa puerilis diætæ ratione, atq; consuetudine, quæ apud gentes quasdam olim obtinuit, & adhuc obtinet, proprius hîc mihi videtur esse disserendi locus. Sunt autem conuiuia, quæ in teneram illam ætatem incurrunt, duplicis ferè generis: alia, quæ à maioribus natu in illorum gratiam celebrantur: alia quæ ab ipsismet pueris agitari solent.*

Conuiuia puerilia duplicia.

Quòad prioris generis conuiuia, primum meritò inter illa locum obtinet, antiquissimum illud, Iudæis olim vsitatum, Ablactationis conuiuium: cuius duo illustria in sacris literis exempla habemus. Primum est Gene. 21. vbi Abrahamus eo die, quo Isaacus filius eius à lacte fuit depulsus, magnum conuiuium dicitur adornasse: de quo sic Origenes Homil. 7. in Gene. Huius pueri diem natalem non celebrat Abraham, sed celebrat diem, quo à lacte fuit depulsus, magnumq; conuiuium facit. R. Selomoh tradit Saram, vt suppositicij partus suspicionem, quæ vulgò increbuerat, amoliretur, omnibus conuiuarum infantibus, quos illi secum adduxerant, lac exhibuisse: atque hoc tam largo lactis fonte, qui omnibus potuit satisfacere, fidem fecisse, se non suppositicio, sed vero partu gaudere. Verùm de hoc quoniam nihil affirmant sacræ literæ, eadem facilitate, qua affertur, reijci ac repudiari potest. Quæritur autẽ à nonnullis, cur potius conuiuati sint, quando puer à lacte fuit depulsus, quam vbi est circumcisus: & respondetur, propterea quod circumcisio & infanti, qui vulneratur, ac spectantibus quoq; parentibus, cognatis atq; alijs, molestiã afferat: deinde, quod amor parentũ non tantus sit ab initio erga infantes, quantus postea. Verùm primò superuacanea videtur illa esse quæstio, nec certò potest affirmari circumcisionis die nullum conuiuium ab Abrahamo fuisse celebratũ, licet sacræ literæ nullam eius mentionẽ faciant: quippe cùm non omnes semperrerum gestarum circumstantiæ in sacris literis exprimantur, & ex supra cõmemoratis satis constet, circũcisionis diem hodie à Iudæis, atq; Mahometanis magnificis conuiuijs celebrari. Deinde ratio, quæ redditur,

Ablactationis conuiuium. Primum exemplum conuiuij ablactationis.

Quæstio. Cur olim Iudæi potius conuiuati sint, quãdo puer à lacte fuit depulsus, quàm vbi est circumcisus.

admodum

admodum videtur esse leuis: quippe quũ & ablactatio, non minus quàm circumcisio, infanti pariter, atq; parentibus dura sit atq; molesta: & conuiuia non solùm in læto, verùm etiam in tristi rerum statu, vt in funeribus, nonnunquam agitari soleant, ad illos, qui mœrore sunt consternati, nonnihil erigendum atq; consolandum. Alterum exemplũ est 1. Sam. 1. vbi Hannah scribitur filium suum Samuelem, posteaquã eum à lacte depulit, cum iuuencis tribus, & modio vno farinæ, atq; vtre vini ad domum Iehouæ in Silo adduxisse. Ibi R. Dauid Kimchi existimat ex tribus illis iuuencis vnũ sacrificio fuisse destinatũ, reliquos vero duos epulo quod sacrificium fuit consequutum, quæ sententia doctis quibusdam videtur esse verisimilis: quidam tamen vnum iuuencum ad holocaustum, reliquos duos ad pacifica volunt fuisse destinatos. *Secundum exemplum.*

Ex duobus ergo illis locis constat, tempus ἀπολακτισμῶ (quod Moschion in gynæcijs anno, & mensibus sex, aut biennio integro post partum definiuit, cùm nimirum infantis dentes iam solidiores, solidiorem cibum facilius diuidere, atque manducare possunt) *sacrificijs, conuiuijsq; fuisse apud Iudæos celebratum: quorum finis, vsusq; partim gratulatorius seu eucharisticus, partim consolatorius, partim deniq; typicus, seu mysticus videtur fuisse.* *Ablactationis tempus.* *Conuiuij ablactationis finis vsusq; triplex.*

Nam primò parentes læti, quod infantes sui eò ætatis iam progressi, tantumq; viribus aucti essent, vt iam non amplius lacte indigerent, sed solidiore cibo vti possent, huiusmodi sacrificijs, atq; conuiuijs, ceu externis symbolis, animi sui lætitiam, atq; εὐχαριστίαν erga Deum, vicinis, amicis, atq; cognatis suis declarabant, quò nimirum illi vnà secum, non modò ad gaudendum, verùmetiã ad gratias Deo, pro tanto beneficio agendum, incitarentur. 1 *Eucharisticus.*

Deinde quoniam hæc infantum à maternis vberibus, maternoq; lacte, ceu naturali, iucundissimoq; cibo atq; potu, repentina auulsio atq; abstractio, & ipsi infanti & matri φιλοστόργῳ, magnos animi, corporisq; dolores conciliat: huiusmodi conuiuijs, mutuisq; amicorum, cognatorumq; suorũ colloquijs, illos proculdubio lenire, atq; mitigare tentabant. 2 *Consolatorius.*

Postremò, quoniam omnes veteris Testam. cæremoniæ, atq; actiones rerum spiritualium, eorum quæ noui Testamenti temporibus futura atq; euentura erant, typi atq; figuræ fuerunt, dubiũ profectò non est, quin ablactatio quoq; spiritualium quorundam mysteriorum imago fuerit: ita vt mirum non sit, illam à veteribus, sacrificijs, conuiuijsq; fuisse celebratam. 3 *Typicus seu mysticus.*

Primò igitur ablactatione ista corporea, spiritualis ablactatio adumbrata fuit, qua nimirum veri, & spirituales Isaaci, hoc est, fideles, & electi, Sancti Spiritus vi atq; virtute, à lacte materno, atq; naturali, hoc est, ab originalis labis prauitate, quam vnà cũ lacte materno suxerũt, depelluntur, vt solidi cibi, hoc est, veræ solidæq; pietatis & innocentiæ, seu ipsius potius Christi, compotes fiant. *Quæ mysteria corporea illa ablactatione significentur.* *Primum mysterium.*

Deinde eadem quoq; signum fuit admirabilis illius, quæ post Christi aduentũ extitit, futuræ ablactationis: qua nimirum Isaaci spirituales, lac infantiæ illi veteris Testam. conuenientissimũ, hoc est, legis elementa ac rudimenta cum solido cibo, hoc est, cum euangelio commutarunt. *Secundum mysterium.*

Adhæc infantium, qui modò à materno lacte remoti fuerunt, imagine egregiè in sacris literis veri Isaaci secundum spiritum, hoc est, electi depinguntur, qui, vt infantes ad matrem, ad Deum solùm respiciunt, in illo solo mentis, cor disq; sui oculos defixos habent, secundùm illa Dauidis carmina à Buchanano elegantissimè his versibus latinis expressa:

Qualis puer tenellus	*Æterne rector orbis*
Vix lacte pulsus, vnam	*Te mens mox intuetur*
Suspirat in parentem,	*Vnum, vni adhæret, vnum*
Hanc spectat, hac ab vna	*Te vindicem salutis*
Dependet, ambit vnam.	*Agnoscit.*

Eadem metaphora vtitur quoq; Isaias cap. 28. Præterea hac eadem ablactatione significatum fuit, Spirituales Isaacos in hac vita, ceu infantia insciticæ, ignorantiæq; plena, lacte tantum, hoc est, caduco cibo sustentari, qui quidem post hanc vitam solido æternoq; quasi nectare, atq; ambrosia pascentur. *Tertium mysterium.*

Postremò, vt Isaacus, atq; Samuel à lacte matrum suarum fuerunt depulsi, ita futurũ erat, vt illorum posteri, iusto Dei iudicio, à terra Canaan, ceu matris suæ lacte & melle fluentis vberibus depellerentur, & exterarũ gentium crassis, sordidisq; cibis vesci cogerentur. Hæc atq; alia huiusmodi mysteria, quùm corporea illa ablactatione significentur, quid mirum est illam tanta à veteribus sacrificiorum, conuiuiorumq; festiuitate fuisse decoratam? *Quartum mysterium.*

Spartanorum πανδνίδια, *similia festiuis ablactationis epulis.*

Hisce autem festiuis ablactationis epulis, similia videntur fuisse illa Spartanorum πανδνίδια, *quasi dicas nutricalia, pro pueris celebrari solita, quorum Athen. lib. 4. meminit. Illo enim tempore nutrices infantes mares in agros exportabant, ad Dianam Corythalliam cognominatam,*

Digitized by Google

cuius ædes erat iuxta Tiassum in locis vicinis Cletæ. Tunc igitur copidas (genus id erat Spartani conuiuij) agitabant, sacrificabant præterea γαλαθηνὰς ὀρθογωρίσκους, hoc est, porcellos adhuc lactentes, & in conuiuio apponebant panes furnaceos: Hæc ille. Verisimile igitur est, eo tempore, quo infantes erant ablactandi, illud sacrificij, epuliq; genus celebrari fuisse solitum. Cato Edusam, & Potinam vocauit deas præsides puerorum: has enim nutrices inuocare solebant, cum pueri lac dimittere incipiebant.

Edusa & Potina Deæ præsides puerorũ.

Nunc & loco huic, & proposito in vniuersum nostro videtur esse consentaneum, vt de infantum nutricatione, atq; lactatione, nec non ablactationis tempore, atque victu, quædam dicamus. Verissimè Dauid Psal. 8. cecinit Deum in infantum, atq; lactentium ore laudem suam fundasse, ita vt infantes adhuc lactentes, licet ne verbulum quidem adhuc fari possint, tamen eloquentissimi, vocalissimiq; sint diuinæ laudis, atq; gloriæ præcones. Nam vt alia omittam, quid quæso admirabilius, & ad diuinam laudem illustrius, quàm illud epulum, quod Deus infantibus adhuc vtero materno inclusis adornat præbetq;? quod quidem, vt Hippoc. & Galenus, medicorum facilè principes testantur, menstruo sanguine, quo nihil fœdius, ac pernitiosius, constat: cuius quidem ex venis defluxu infans alitur, ac incrementa suscipit. Hæc sunt infantum illorum fercula, hæ cupediæ, atq; delitiæ, quæ cùm suapte natura sint virus monstrificum, atque pernicioſum, vt Plinius, & alij Physici, atque adeò ipsa experientia testatur, excrementum, admirabili Dei virtute, atq; potentia in vtile, alendoq; fœtui accommodum alimentum, conuertuntur. Huiusce epuli consideratio diligens & accurata, nos & ad ipsius Dei potentiam, benignitatemq; cognoscendam, ac collaudandam: & ad fastum, superbiam, luxuriamq; nostram compescendam ac coërcendam, meritò inuitare deberet.

De infantũ nutricatione, lactatione, & ablactationis tempore.

Infantes eloquentissimi diuinæ gloriæ præcones.

Iam verò postquàm infans ex illis materni vteri tenebris, atque tetrofœdoq; carcere in lucem hanc almam atque iucundam euasit, ecce aliud illi à Deo epulum apponitur, quod quidem eodem ferculo constat, quo in vtero adhuc inclusus, nutritus fuit, nempe sanguine illo, qui quidẽ singulari Dei virtute atq; potentia in lac commutatus in mammillas sursum fertur, ad infantem recens natum alendum atq; nutriendum, de quo sic egregiè Phauorinus apud Gellium disserit: Nónne hac quoque in re solertia naturæ euidens est, quòd posteaquàm sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit, aduentante iam partus tempore, in supernas se partes profert, & ad fouenda vitæ, atque lucis rudimenta præsto est, & recens natis notum, & familiarem victum offert? Cogitatu quoq;, ne dum dictu est admirabile, quanta sit tenelli illius oris dexteritas, ac promptitudo ad lacteum illud suum alimentum ex maternis vberibus sugendum, atq; deglutiendum, ex quo ipso quoq; singularis Dei virtus elucet, atq; apparet. Philo in lib. περὶ τῆς φιλανθρωπίας scitè admodum, eleganterq; inquit, diuinæ prouidentiæ duo esse maxima munera: nimirum & γένεσιν, δι' ἧς τὸ μὴ ὂν ἄγεται εἰς τὸ εἶναι, hoc est, generationem, qua id quod non est, in esse producitur: & τροφὴν τὴν γάλακτος ἅπλετον, hoc est, lactis affluxum, quo quidem, ceu mollissimo nutrimento infans ἀπήμων, hoc est, recens natus alitur atq; nutritur. Nam, vt ibidem addit, singulari Dei prouidentia fit, vt vnum idemq; nutrimentum partim aqueum, partim crassum infantibus cibi simul, potionisq; vsum præstet, & ad illorum sitim pariter, atque famem vno eodemq; tempore restinguendum optimum sit, efficacissimumq; pharmacum.

Promptitudo infantũ ad lac sugendum.

Prouidentiæ diuinæ duo maxima munera secundũ Philonem.

Vnum idemq; nutrimentum infantibus cibi, potionisq; simul vsum præstat.

Cum itaque, vt ex pauculis his, quæ attigi apparet, hæc infantum nutricatio, atque lactatio ingens sit Dei miraculum, & illustre diuinæ potentiæ, atque clementiæ documentum, vel hæc sola ratio omnes matres ad illa sua viscera, suo proprio lacte alendum nutriendumq; optimo iure impellere debebat. Quam enim quæso maiorem voluptatem simul, ac vtilitatem capere possint, quàm ex iugi assiduaq; tanti miraculi diuini inspectione, & consideratione, si, inquam, tantum Dei miraculum consideratione, admirationeq; dignissimum, non oculis solum atque auribus: verùm etiam tactu, cæterisq; sensibus assiduè vsurpent? An non hoc ad illarum animos cùm diuini amoris, atq; laudis studio inflammandum: tùm aduersus innumeras molestias, curas, solicitudines, dolores, atq; ærumnas, quibus matrimonialis vita obnoxia est, vera fide fiduciaq; muniendum plurimum valeret? Pudeat ergo mulieres multas suæ ignauiæ atque mollitiæ quæ semetipsas tanto fructu priuant, dum partum suum alijs committere, quàm illum alere malunt. Verùm præter illam à me commemoratam rationem, multæ aliæ, validæ admodum, & efficaces, ab Hippoc. Galeno, Phauorino apud Gellium, Macrobio, Quintiliano, Plutarcho in lib. de liberorum educatione, rationes afferuntur,

Lactatio infantum ingens Dei miraculum.

Infantes matrum lacte alendi.

quæ

quæ docent matrum munus atq; officium esse, vt infantes suo lacte nutriant atq; educant: siquidem illis liberorum suorum salus tuæ est, atq; cordi. Prima ratio est, quia infans iam in vtero, vti supra dictum est, nutrimento illi assueuit: quamobrem illius mutatio infanti non parum periculi creabit. Non decet igitur, vt benè pieq; Christoph. à Vega dixit, infantem orbari sua hæreditate, qua creator summa clementia, liberalitate, & prouidentia ipsum donauit. Quod enim per vmbilicum intra vterum capiebat, id sibi tradi voluit in mammis confectum, ad easdem traductum per venas vtero, ipsisq; communes. Secundò, matres συμπαθέστερον, vt Plutarchus inquit, hoc est, maiori cum affectu, atq; etiam iure infantes suos alent, vt quos ex intimo corde, atque ex vnguiculis, vt dicitur, amant, quàm nutrices, quarum beneuolentia non naturalis, sed aduentitia est, atque supposititia, ex mercede, qua conductæ sunt, promanans. Tum illa quoq; non leuis est ratio, quæ matres ad infantes suos lacte suo alendum impellere debet, quod periculum est, ne illorum & animi & corpora alieno nutricis alicuius lacte corrumpantur. Nam, vt eleganter Phauorinus apud Gellium disputat, non frustra creditum est, sicut valet ad fingendas animi, corporisq; similitudines vis, & natura seminis, non secus lactis ad ingenia, & proprietates valere. Neq; id in hominibus solùm, sed etiam in brutis animaduersum. Nam si ouium lacte, hœdi: caprarum, agni alantur, constat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Compertum quoq; est, canem lacte cati nutritum, perinde mures capere, atq; catum. Hinc poëtæ hominum quorumuis crudelitatem depingentes, illos fingunt tigridum, leænarum, aliarúmue ferarum mammas suxisse. Habidem Iustinus narrat, quod ei cerua vbera admouerit, summa pernicitate præditum, inter ceruorum greges, saltus montesq; peragrasse. Sic Tiberij bibacitas, Caligulæ crudelitas, illorum nutricibus accepta fertur: quarum altera temulenta mulier fuit, Tiberiumq; ablactando vinolentis offis pauit: altera cùm suapte natura crudelis fuit, atq; barbara: tùm mamillæ extremitatem sanguine imbuit, vt illam Caligula sugeret. Ac omnino constat, nutricũ cum animi, tùm corporis vitia in infantum animos, atq; corpora deriuari. Vnde Alaidem S. Bernhardi matrem, illustrem fœminam, legimus septem suos liberos non alienis vberibus nutriendos commisisse, quasi cum lacte materno, materni quodammodo boni infundens eis naturam. Quamobrem non ignauiæ modò, atq; mollitiæ, verùm etiam inhumanitatis, immanitatisq; nomine accusandæ sunt matres istæ, (si matres sunt appellandæ, ac non potius duræ, tristesq; nouercæ) quæ miselios suos infantulos à se ablegant, & alienis nutricibus cum illorum maximo animi, corporisq; periculo tradunt, seu produnt potius atq; prostituunt. Præterea si matres suo lacte infantes suos alant, id ad mutuum matris atq; infantis amorem augendum & confirmandum plurimùm valet: de quo, si secus fiat, multum detrahi atq; diminui est necesse. Nam vt scitè admodum, vereq; Plutarchus inquit, ἡ συνήθεια ὥσπερ δίκτυόν ἐστι τῆς εὐνοίας, hoc est, conuictus est incrementum, seu quasi intensio quædam beneuolentiæ: ita vt ipsas quoq; feras ab illis, quarum conuictu vsæ sunt, abstractas, illarum desiderio tangi videantur. Hinc Phauorinus apud Gellium, quis, inquit, illud etiam negligere, aspernariq; possit, quòd quæ partus suos deserunt, ablegantq; à sese, & alijs nutriendos dedunt, vinculum illud, coagulumq; animi, atq; amoris, quo parentes cum filijs natura consociat, interscindunt, aut certè quidem diluunt deteruntq;? Nam vbi infantis aliorsum dati, facta ex oculis amolitio est, vigor ille maternæ flagrantiæ sensim atq; paulatim restinguitur, omnisq; impatientissimæ solicitudinis strepitus consilescit: Neq; multò minor amandati ad nutricem aliam filij, quàm morte amissi obliuio est. Ipsius quoq; infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea sola, vnde alitur, occupatur: & proinde (vt in expositis vsu venit) matris, quæ genuit, neq; sensum vllum, neq; desiderium capit. Ac propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atq; matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis: Hæc ille. Iam vero ipsa quoq; natura, vt inquit Plutarchus, docet matribus lactandam esse atq; alendam suam progeniem: quæ id circo vnicuiq; animanti parienti alimentum lactis suppeditauit, ac proinde sapienter bina mulieribus vbera dedit, vt si gemellos edidissent, vterq; suum lactis fontem haberet. Hinc Phauorinus, An tu quoq;, inquit, putas naturam fœminis mammarum vbera, quasi quosdam næuulos venustiores, nõ liberorum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? Sic enim pleræq; istæ prodigiosæ mulieres, fontem illum sanctissimum corporis generis humani educatorem arefacere & extinguere, cum periculo quoq; auersi corruptiq; lactis, laborant, tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet. Idem

Matrũ munus atq; officium esse infantes lacte nutrire, & educare.
Prima ratio.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Lactis materni vis & efficacia
Quarta ratio.
Mulieribus cur bina à natura data sint vbera

auctor prodigiosas istas, vti vocat, mulieres, quæ partum suum alere detrectant, parricidij reas facit. His adde, quòd cùm ipsa quoq; animalia bruta, quantumuis fera, suos fœtus vel ipsius naturæ impulsu alant, nutriant, foueant diligenter ac delicatè, mulieres illas, quæ idē officij infantibus suis præstare recusant, vel ipsis feris immaniores ac deteriores esse. Præterea legimus, apud gentes, quantumuis non religionis modò veræ expertes, verùm etiam barbaras atq; feras, moris fuisse, vt matres infantes suos lactarent. Nobilissimas Romanorum matronas suis vberibus liberos lactare solitas legimus: quo nomine cùm aliæ, tùm Catonis Censorij insignis vxor laudatur, quod non passa esset alio, quàm suo lacte, infantem ali. Idem de Germanis memoriæ prodidit Cornel. Tacitus: Sua, inquit, quenq; mater vberibus alit, nec ancillis, ac nutricibus delegatur. Quod si ergò mulieres ethnitæ à vera religione alienæ, natura duce atq; magistra, sobolem suam omnino sibi lactandam esse duxerunt, pudeat mulieres Christianos se hoc pietatis officio ab illis superari. Deniq; in populo Dei & Saram, & Annam & Elisabetam, Ioan. Baptistæ matrem confectæ iam ætatis mulieres (vt taceam de alijs) legimus hoc lactationis officium filijs liberisq; suis fidelissimè præstitisse, à quarum pietate se alienissimas esse illæ produnt, quæ idem officij charis suis pignoribus præstare grauantur. Atq; hæc satis sint dicta de mollibus illis & delicatis mulieribus, quæ cùm per ætatem, & valetudinem illo maximè naturali, pio, honesto, debitoq; infantes suos lactandi officio fungi possent, illud vel superbia, vel ignauia atq; mollitie quadam (dum lactationis labores atq; molestias fugiunt) turpiter cum summo liberorū suorum periculo atq; pernitie deserunt, & catulos sæpè potius melitæos ac delicatos, quàm naturales illos suos amores atq; delitias in sinu gremioq; suo fouere malunt. Vt autem hæ meritò sunt culpandæ: ita excusandæ sunt piæ & honestæ quadam matronæ, quæ quum libenter hoc officij charis suis liberis præstarent, illud vel ob ægritudinem, vel conceptum, vel aliam deniq; necessariam ob causam facere non possunt. Illæ tamen dabunt operam, vt non temere obuias quasuis, sed, vt Plutarchus monet, delectu habito, maximè σωφρόνας, hoc est probas & honestas nutrices infantibus suis asciscāt: quæ nimirum sint moribus verecundæ, castæ, sobriæ, hilares, placidæ: sermone expedito, blando, & verecundo: à garrulitate alienæ, corporis bona & inculpata valetudine: lacte bono præditæ, quod nimirum & substantia mediocre sit, nec tenue nimis, nec nimis crassum, sed ex omni parte æquale & colore vel, vt vult Gal. candidum, vel, vt Aristot. ad liuorem tendens: & sapore dulce, non salsum, acidum, aut amarum: odore deniq; non ingratum, neq; fœtidū, aut putrilaginem redolens. Hæ sunt bonæ nutricis, (cuiusmodi olim Lacænas fuisse tradunt, quarum operæ etiam exteri vsi sunt, teste Plutarcho in Alcibiade) animi, corporisq; virtutes: quibus opposita vitia in nutricibus maximè vitanda, ne illa contagione quadam in infantes transfundantur. Porrò de nutricatione, lactatione, & ablactatione infantum, eiusq; modo, si plura cupis cognoscere, lege medicorum libros, & in primis Christophorum à Vega, qui lib. 2. de arte medendi, de his omnibus benè & pienterq; scripsit. Ex Homero, vt idem auctor annotat, videtur colligi posse, Troianos olim infantes suos medulla, aut pinguedine ouili lactis, quam butyrum appellamus, aluisse. Eius versus hæc sunt. Il. χ. Ἀστυάναξ, ὃν περ μὲν ἐὼ ἔτι νήπια τέκνα

μυελὸν ἠδ' ἔριφον πίειρον ἐδέσκετε, καὶ ἀπείρων πώεα δημόν. hoc est,

Astyanax qui solebat ante in genibus patris solam medullam edere, aut ouium pingue. Huiusmodi cibum sexto ætatis mense infantibus concedendum esse arbitratur.

Ablactationis porrò conuiuio, Hebræis vsitato, non absimile videtur esse dentitionis conuiuium, quod apud Fessanos in vsu fuisse legimus. Parentes enim, vt testis est Leo Africanus, vbi primùm infans dentes edere incipit (quod Græci ὀδοντιᾶν, & φύειν: Latini dentire vocant: quodq; nonnullis quinto mense, vt vult Moschion: plerisq; septimo mense accidit vt Macrob. testatur lib. 1. de somn. Scip.) lautum conuiuium parant, quod ὀδοντιάσεως, siue ὀδοντοφυΐας, Latine dentitionis conuiuium commodè appellare possis. Quoniam autem hanc infantum dentitionem plærunq; dolores gingiuarum (quibus non secus vexantur, ac si aculeis pungerentur) nec non febres, ventris immodicum profluuium, aliaq; incommoda atq; pericula consequuntur, vt Hippoc. 3. Aph. 25. & Celsius lib. 2. cap. 1. testantur, verisimile est, Fessanos ad se se, ex illis dentitionis infantū molestijs, molesto odioso; illorum ploratu, nonnihil reficiendum atq; recreandum, conuiuia huiusmodi vsurpare: vt nihil dicam, quod inexplebile hominum abdomen quauis ex re, etiam minima, conuiuandi, epulandiq; occasionem captat.

Quid mulieres illas facere deceat, quæ ipse necessarias ob causas, infantes suos lactare non possunt.

Nutrices quales infantibus asciscendæ. Vide Quintil. lib. 1. cap. 1. de sermone.

Lactis boni conditiones.

Troiani quo ei bi genere infantes suos aluerint.

Dentitionis conuiuium.

Digitized by Google

Athenienſium κυρεῶτις.

Nunc ad alias quoq; feſtiuitates pueriles cùm ſacris, & ceremonijs, tùm conuiuijs celebrari ſolitas, accedamus. Inter illas autem, non poſtrema eſt illa Athenienſium κυρεῶτις, ſcil. ἡμέρα, ſiue ἑορτὴ, quæ fuit tertia dies Apaturiorũ, in qua κόυρους, hoc eſt pueros triennes, quadriennesue (vnde κυρεῶτις, id eſt, puerilis dicta) ſodalitati aſcribebãt, & in claſſes tributim diuidebant, teſte Suida. Eodem quoq; die pueri, vt quiſq; ingenio valebat, certatim poëmata recitabant, alter alterum ſuperare contendens: cuius conſuetudinis Plato in Timæo mentionẽ facit: cùm inquit, parentes in illo die pueris certaminis loco rapſodias fuiſſe proponere ſolitos. Totum verò illud ἀπατουρίων feſtum, 4. diebus diſtinctum, Suidas ſic deſcribit: ἀπατούρια, inquit, celebritas Athenis celebrabatur, in qua Sitalei Thracum regis filius ciuitati fuit aſcriptus: Quatuor autem dierum ea fuit. Primùm diem δορπίαν appellabant, quòd ſodales ad veſperam in vnũ coacti epularentur. Secundùm, ἀναῤῥύσιν, à ſacrificando, nam Ioui Sodali, & Palladi ſacrificabant. Tertium κυρεῶτιν, id eſt, puerilem ſiue puellarem vocabant, quod κόυρους & κόυρας, id eſt, pueros, & puellas ſodalitati aſcribebant. Quartus dies ἐπίβδην dictus eſt. De hoc feſto vide plura apud Herod. lib. 1. Xenoph. 1. Hellan. Tertul. Simplicium in Phyſicis, Ariſtot. Heſych. Euſeb. in lib. de Temporibus, & alios.

Feſti ἀπατουρίων deſcriptio.

Solennes feſtiuitates puerorum ludum literarium frequentantium.

Huic verò κυρεώτιδι & feſtiuitati, videntur ſimiles eſſe, quædam noſtris temporibus apud Chriſtianos vſitatæ feſtiuitates puerorum, ludum literarium frequentantium, quæ certis anni temporibus illis, animos ſuos à ſcholaſticis pulueribus relaxandi recreandiq; cauſa, parentum, præceptorumq; indulgentia, concedũtur. Sic, exempli gratia, apud Baſilienſes die S. Georgij omnes pueri literarum tyrones militari habitu, atq; pompa, cum tympanis atq; tibijs, extra vrbem in latum & amœnum quendam campum progrediuntur, ibiq; ad aliquot horas, propoſitis illis præmijs quibuſdam, currendo, luctando, iaculando, alijſq; ludis inter ſe certant: tandemque ſub veſperam illis, in ſcholam ſuam reuerſis, veſperna, pane mulſoq; conſtans, præbetur.

Baſilienſiũ puerorum ſolennis feſtiuitas.

Tigurinorum tyronum literarum ſolennis feſtiuitas.

Similiter apud Tigurinos, æſtiuo tempore quotannis ſingularum ſcholarum pueri, omni militarium armorum genere inſtructi, cum vexillis, tympanis, atq; tibijs in pratum, hortúmue aliquem ſpatioſum atq; amœnum excurrunt, præceptoribus ac ludimagiſtris illos comitantibus: ibique cum varijs ludis puerilibus ſeſe mutuò oblectant: tùm vnà epulantur, quæ epulæ, quoniam lacte potiſſimùm, atq; pane conſtant, hinc tota illa feſtiuitas vernaculo ſermone profectio in lac appellatur, In die milch ziehen/ quod Græcè non incommodè γαλακτοπορεία vocari poſſet. His Bernenſium puerorum ſolennis feſtiuitas (quæ Tiſchlintag appellatur) poteſt annumerari. Similium feſtiuitatum, epularumq; puerilium, dubium non eſt, multa apud alios quoq; populos exempla reperiri. Apud ethnicos olim ſeptima menſis cuiuſq; die, propter Apollinis natalem, ſcholaſticis, feriæ erant, vt Muſas magis haberent propitias: & per ſeptimanam dies Mercurij, quod eloquentiæ ſit antiſtes. Eidem 4. cuiuſq; menſis dies ſacer erat. De puerorum ſcholaſticorum more à ſcholis vacandi quinquatribus (vt etiam Saturnalibus & Calendis) ſic ſcribit Horatius in extrema epiſtola:

Bernenſiũ puerorum ſolennis feſtiuitas.

Ac potius puer vt feſtis quinquatribus olim,
Exiguo, gratoq; fruaris tempore raptim. *Item Ouid. in Faſtis.*
Nec vos turba feri cenſu fraudata magiſtri,
Spernite, diſcipulos attrahet illa nouos.

Apud nos in Autumno ferè, & diebus canicularibus vacationes dantur ſcholaſticis.

κυρόσυνοι; feſtiuitas Athenienſium.

Legimus præterea in antiquis literarũ monumentis, & comæ barbæq; depoſitionem, & veſtitus mutationem (quæ circa pubertatis ferè tempus fieri ſolita eſt, cum pueri iam ex ephœbis exceſſiſſent) multis cum cæremonijs, ſacrificijs, atq; epulis fuiſſe à veteribus celebratam. Hinc κυρόσυνον, vt à Suida, ſiue κυρόσυνα in plurali numero, vt à Greg. Nazianzeno in oratione de Baptiſmo, appellatur, feſtiuitas fuit Athenienſium, aliorumq; Græcorum celebris, qua illi, qui ex ephœbis exceſſerant, capillum, barbamq; primam tondebant, illiusq; primitias & Apollini, (qui idcirco κυρόσυνος & dictus fuit) & fluminibus conſecrabant, propterea quod corporea illa excrementa ex humore, & caliditate conſtent. Scholiaſtes Ιλ. ψ. ἦθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις μετὰ τὸ παραμῆσαι τῆς νεότητος, τὰς κόμας ἀποχείρειν τοῖς ποταμοῖς: τύτους γὰρ ἐνόμιζον τῶν ἀναξίων αἰτίους εἶναι. Idem Tarrhæus in 4. Odam Pythiorum, & Euſtath. ἦθος ἦν, ξύρειν κόμην τὸν νέον μέχρι καὶ ἀκμῆς, εἶτα χείρειν ἀυτὴν τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς, &c. Athenis, vbi puberes facti erant, publicè illis oſtendebantur artium omnium inſtrumenta, quæ quis apprehendiſſet, illam artem, tanquam inuitante na-

Digitized by Google

tura exercebat. Mox primam barbam, comamq; deponebant: prius tamen certa vini mensura in Herculis templũ illata, quam libabant, & his, qui cõuenerant, propinabãt: vnde illa festiuitas ὀνιστήρια, quasi dicas Latine vinalia, fuit appellata, vt testis est Hesychius, & pollux, qui ita ait: ὀνιστήρια, inquit, ὅτε δόσις ὑπὲρ τῶν παίδων ἐν τοῖς φράτορσιν. Cælius idem tradit lib. 7. cap. 32. Et Perionius lib. 2. de Græc. magist. Lacedæmonij, vt testis est Plutarchus in Apophtegmatis Laconũ, comam alebant, idq; Lycurgi instituto, qui comam formosis pulchritudinem augere, deformes terribiliores reddere, affirmabant: Ijdem tamen postea comam deponere, illamq; Apollini in Delphis consecrare consueuerunt, vt auctor est Plutarchus in Theseo, vbi etiam Theseum Delphos iuisse, ibiq; Apollini comam suam dedicasse scribit, anteriore capitis parte abrasa. Nam alij temporum comam offerebant, alij posteriorem, vt est apud Pollucem. Apud Homerum Achilles Sperchio fluuij deo comam suam vouit: apud Sophoclem Oreστes comã in patris tumulum deposuit. Capillus autem ille Deo dicatus θρεπτήρια & ab Æschilo fuit appellatus, forsan quod ceu præmium nutricationis Dijs offerretur, quod θρεπτήρια Græci vocant, vt reliquias πυθιστήρια à luctu, vt Cælio videtur, quod vsitatissimi moris apud Græcos fuerit in luctu comam recidere, & inter nauigandũ, tempestate vrgente, eam euellere fusis precibus, vt testis est Libanius in lib. de sua vita. Longobardos quoq; testis est Gregorius Romanus, primam barbam apud amicissimos deposuisse, futuræ in posterum amicitiæ symbolum. Romani quoq; altero & vigesimo anno, conuiuio acceptis amicis, comam barbamq; attondebant, & numini alicui offerebant. Hinc arbor capillata, vel capillaris sic dicta, teste Festo, quod in illa capillum tonsum suspendebant, vel, vt Plin. lib. 16. cap. 43. quod Vestalium virginum capillus ad eam deferebatur, quam ibidem 450. annis antiquiorem, atq; adeò incertam eius ætatem esse, testatur. Nota sunt etiam Nazaræorũ κυρόσυνα, Num. 6. Iud. 16. qui, quandiu voto illo suo erant obligati, comam nutriebant: quo soluto, vel interrupto, adhibitis sacrificijs, illam deponebant, & in ignem abijciebant, coramq; Domino concremabant. Ab illis autẽ & Græcorum, & Romanorum, Vestalium præsertim, & Nazaræorum κυροσύνοις, videntur sacerdotum, atq; monialium apud Christianos κυρόσυνα, quæ & ipsa multis cum cæremonijs; atq; conuiuijs celebrantur, promanasse. Concil. Carthag. cap. 44. In veteri Testamento (Leuit. 21.) Leuiticis sacerdotibus capitis barbæq; tonsura fuit interdicta, cùm contra, vt ex lib. Baruch constat, cap. 6. Babylonij sacerdotes rasis essent capitibus, sciſsisq; vestibus.

ὀνίστρια.

Capillus Deo dicatus, quomodo ab Aeschilo dictus.

Vestitus mutatio.

Vt autem comæ barbæq; depositio circa pubertatis tempus à veteribus fuit sacrificijs, epulisq; celebrata: ita etiam vestitus mutatio. Tertullianus, vti supra dictum, in lib. de idololatria nominalium, sponsalium, atq; nuptialium solennitatibus addit Togæ puræ solennitatem, quam postea vestitum virilem appellat, & addit: Nullum deniq; cultum à Deo maledictũ inuenio, nisi muliebrem in viro. Maledictus enim, inquit, qui muliebribus induitur. Toga verò etiã appellationis virilis est: Hæc ille. Ex quibus constat, illam togæ puræ siue virilis sumptionem festiuã apud Romanos fuisse. Idem patet ex illis Suetonij verbis de Claudio Cæsare. Et togæ virilis die, circa mediam noctem, sine solenni officio (hoc est, sine pompa, & magnificentia in illo die vsitata) lectica in Capitolio latus est. Puerorum porrò apud Romanos impuberum & ingenuorum, duo fuerunt insignia, quibus ad 14. vsq; ætatis suæ annum (quo vel Musarum, vel Martis tyrocinio initiabantur) vti solebãt postea quasi pueritiæ, atq; nucibus, vt ita loquar, renunciantes, (quod nos vernaculo nostro prouerbio vocamus, pueriles calceos exuere) illa deponebant, & cum alio vestitu commutabant. Primum insigne fuit bulla aurea, vt inquit Festus, quæ dependebat eis in pectore, vt significaretur, eam ætatem alterius regendam consilio. Dicta autem est à Græco sermone βυλὴ, quod consilium dicitur latine: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est, pectus, in quo naturale manet consilium. Asconius Ped. in 3. Verr. simul cum prætexta etiam bulla suspenda in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi bullientis aquæ sinus communiens, pectusq; puerile. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 6. Nonnulli, inquit, credunt ingenuis pueris attributum, vt cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, quam inspicientes, ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent. Hanc pueri pueritiæ annos egressi apud lares familiares suspendebant: quemadmodum puellæ virginitati renunciantes, Veneri puppas donabant: Persius Satyr. 2.

Puerorum impuberum apud Romanos insignia.

Primũ insigne Bulla aurea.

Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ.
Bullaq; succinctis laribus donata pependit.

& Satyr. 5.

Alterius

Alterum insigne puerorũ impuberum, fuit toga prætexta, vestis sic dicta, quòd, vt inquit Macrobius, ei prætexebatur purpura: ex cuius rubore, vt idem testatur, monebantur, vt ingenuitatis pudore regerentur. Hinc pueri dicti sunt prætextati, quos olim Senatores secum in curiam ducebant, teste Macrobio: & puerilis amicitia, prætextata à Martiale dicta est:

Alterum insigne toga prætexta.

Tu mihi simplicibus Manui dilectus ab annis,
Et prætextata cultus amicitia.

De vtriusq; origine, & vsu sic scribit Macrob. lib. 1. Satur. cap. 6. Tullus Hostilius, rex Romanorum tertius, debellatis Hetruscis, sellam curulem, lictorseq; & togam pictam, atq; prætextam, quæ insignia Magistratuum Hetruscorum erant, primus vt Romæ haberentur, instituit. Sed prætextam illo seculo non vsurpabat puerilis ætas: Erat enim, vt cætera, quæ enumeraui, honoris habitus. Sed postea Tarquinius Demarati exulis Corinthij filius Priscus, rex tertius ab Hostilio, quintus à Romulo, de Sabinis egit triumphum. Quo bello filium annos 14. natum, quod hostem manu percussérat, pro concione laudauit, & bulla aurea, prætextaq; donauit, insigniens puerum vltra annos fortem, præmijs virilitatis & honoris. Nam sicut prætexta magistratuum: ita bulla gestamen erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remedijs, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductius mos, vt prætexta & bulla in vsum puerorum nobilium vsurparentur ad omen, & vota conciliandæ virtutis ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt: Hæc ille, & adhuc plura, quæ ibi legere poteris: Vbi dicit, Libertinis & peregrinis olim non fuisse licitum prætextam & bullam gestare: at postea illis propter casum quendam, & prætextam, & lorum in collo, pro bullæ decore, gestare concessum fuisse. Postquam igitur 14. annum attigerant, & ex ephœbis excesserant, & bullam illam auream deponebant, & togam illam puerilem, siue prætextam commutabant tum alio togæ genere, quæ & virilis, & pura siue candida fuit dicta. Persius Sat. 5.

Origo & vsus horum insignium.

Cum primum pauido custos mihi purpura cessit,
Bullaq; succinctis laribus donata pependit.

Hoc est, postquàm ex ephœbis excessi, deposita bulla, atq; toga. Gell. lib. 18. cap. 4. Cum iam adolescentuli Romæ prætextam, ac puerilem togam mutassemus, magistrosq; tunc nobis exploratiores quæreremus. Dicta est virilis, & pura, seu candida ad discrimen togæ puerilis, & quod non esset purpura prætexta. Nonnulli etiam non malè, meo iudicio, volunt pura illa candidaq; toga adolescentes fuisse admonitos, vt puerilibus nugis, atq; ineptijs valedicentes, vitæ, morumq; candori, ac puritati, nec non Musis studerent. Huic togæ puræ solennitati comparari possunt illa monialium vestialia, vt ita loquar, quibus, quando initiantur, vestibus certis induuntur ceu insignibus vitæ monasticæ. De hoc monialium habitu sic Alcimus:

Toga puerilis cur pura, & candida.

Monialium vestitus mutatio.

Sed tibi cùm geminum tetigerunt tempora lustrum,
Mox stola syncero velat te candida cultu.
Virginis os, habitumq; decens, quæ mater amictu,
Religiosa suis manibus confecerat, &c.

Vnde Plin. lib. 8. Tanaquil, inquit, prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura induuntur tyrones, nouæq; nuptæ. Cic. 9. epistola ad Atticum: Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimùm togam puram dedi, idq; municipibus nostris fuit gratum. Et iterum alio loco: Quinto sororis tuæ filio togam puram iubeo dari, & lib. eodem: Neq; me Arpini hoc tempore abdam, nisi Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini vellem, hanc eram ipsam excusationem relicturus cum Cæsare. Et sic intelliguntur loca poëtarum. Lucani septimo Pharsaliæ

Togam puram dare.

——Pura venerabilis æque
Quàm currus ornante toga. *Catullus ad Mallium.*
Tempore quo primùm vestis mihi tradita pura est
Iucundum cum ætas florida ver ageret. *Persius Satyr. 5.*
Cum primum pauidò custos mihi, &c. *& paulò post:*
Cum blandi comites, totaq; impune suburra.
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo.

Hic vmbonis candidi nomine quidam interpretum candidam illam & virilem togam intelli-

Vmbo candidus.

Digitized by Google

sunt, & idcirco vmbonem volunt dictam, vt vult Britannicus interpres, quia vt scuto aduersus hostem audacius insurgimus, & omnia pericula subimus: ita pueritiam egressi, sumptaq; toga virili licentius liberiusq; omnia facimus, secundùm illud Terentij:

Nam is postquàm excessit ex ephœbis Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas.

Vnde contra purpura illa puerilis custos dicta, quia illa induti, erant sub custodia magistrorum: vt contra virilis libera, & liberior dicta. Alij, vt Cœl. lib. 14. cap. 15. quoniam Gabino habitu recurris ad humerum sinistrum vestis vmbonis formam representat. Ascensius verò eiusdem Persij interpres, non vestem vult intelligendam vmbonis candidi nomine, sed breue scutum, & album, quod tyronibus, id est, nouis militibus dabatur, quum primum militiæ sacramento obstringerentur. Sic apud Germanos, teste Corn. Tacito, arma sumere non ante cuiquam moris, quàm ciuitas suffecturum probasset. Tum in ipso Concilio vel principũ aliquis, vel pater, vel propinquus scuto, frameaq; donauit: Hæc Tacitus. Idem mos hodie quoq; in Principum German. aulis obtinet, in quibus non licitum est adolescentibus gladios gestare, quàm id illis à Principibus fuerit concessum, quod vernacula lingua weerhafft, id est, armorum capacem facere, vocant. Hadrianus Iunius in suo Calendario Fastor. tradit pueros ingenuos virilem togam induere fuisse solitos 17. die Martij. Atq; hæc quidem de conuiuijs puerilibus sint dicta, quæ partim puerorum gratia, partim ab ipsismet pueris celebrari solent.

De puerorum, atq; etiam adolescentũ victu atq; dieta.

Nunc consequens esse videtur vt in genere de puerorum, atque etiam adolescentum victu atq; diæta, cuius varia apud alios atq; alios populos, vt olim, ita hodie ratio est ac consuetudo, nonnulla dicamus. Victus autem, siue diæta puerorum, vt vno verbo dicam, optima atq; saluberrima illa est, quæ in mediocritate consistit, hoc est, quæ moderata est, simplex, atq; frugalis: nec nimis exquisita, austera, atq; ieiuna, nec nimis etiam mollis, delicata atq; copiosa. Duo igitur hîc extrema puerorum & animis & corporibus infesta vehementer, atq; inimica sunt fugienda.

Duo vitanda extrema.

1. Extremum.

VNVM extremũ est, ne illorum corpora vel nimia fame, inedia atq; ieiunijs macerentur, atq; conficiantur, vel cibis crudis, insalubribus, atq; noxijs repleantur: quorum vtrumq; cum magno valetudinis, roborisq; illorum detrimento fieri est necesse. Nam primò corpora quæ crescunt, vt sunt iuuenum, adolescentum, & maximè puerorum, ob natiui caloris abundantiam, copiosiore cibo alimentoq; indigent, quo si destituantur, illa marcescere, atq; tabescere est necesse. Vnde ieiunia ante 16. annos, aut circiter in pueris non admodum esse requirendas, Hieronymus ad Latam docet. Deinde alimenta nimis crassa, κακόχυμα, difficilisq; concoctionis, tenellis adhuc puerorum & corporibus prauos vitiososq; humores: (ex quibus omnis generis morbi nascuntur) & animis stuporem, stoliditatemq; ingenerant. Nam qualis est cibus, talis sanguis esse solet, qui quidem seruit spiritui: spiritus sensibus: sensus, rationi & intellectui. Sanguinis enim tenuissima pars, vt medici docent, in cordis fontem fluit, vbi vitalis virtus viget: indeq; creati spiritus, in cerebri arcem ascendunt, in quibus sentiendi, mouendiq; virtus dominatur. Itaq; vt Marsilius Ficinus lib. 1. cap. 2. è medicorũ placitis tradit, talis ferè est contemplatio, qualis sensus: talisq; sensus, qualis sanguis: quoniam τὸ αἷμα πλεῖστον συμβάλλεται μέρος συνέσεως, vt Hippocrates dicit. Alimentis igitur humidioribus & mollioribus, & vino aquoso, minimeq; frigido alendos esse pueros, Hippoc. & Galenus docent. Huiusmodi autem victus maximè conuenit illis hominibus, qui musis, reiq; publicæ administrationi sunt destinati. Nam quod ad illos attinet, qui vel rei militari, vel rei rusticæ, vel artibus sordidis, atq; illiberalibus, quas vulgò manuarias vocant, addicuntur, illi minimè tàm exquisito victus atq; diætæ generi assuefieri debent. Et hæc sint dicta de primo extremo.

2. Extremum.

ALTERVM extremum, in quo hodie præsertim & frequentius, & periculosius peccatur, in excessu qualitatis quantitatisq; alimentorum consistit.

Pueri nõ assuefaciendi delicatis cibis.

In qualitate peccatur, dum pueri à teneris statim annis lautissimis atq; delicatissimis quibusq; cibis assuefiunt, cum maximo & valetudinis ipsorum, & rei familiaris, vbi ad ætatem virilem pertenerint, incommodo. Nam huiusmodi ciborum cupedijs atq; delitijs assueti, primò peregrinis in locis, ad quæ literarum causa mittuntur, difficulter, magnaq; cum molestia, atq; etiam cum valetudinis suæ damno, atq; periculo, exoticis, & inusitatis, præsertim grossioribus alimentis vtuntur, vel certè vulgaribus cibis non contenti, omnes exoticas delitias atq; lautitias studiosissimè consectantur,

Digitized by Google

tantur, tum maxima temporis, studiorum, rei pecuniariæ, valetudinis denique suæ iactura. Deinde vbi domum redierint, & patres familiâs facti fuerint, cùm domesticarum, tum externarum delitiarum, quibus assueuerunt, studio, patrimonium paulatim abliguriunt, & se, familiam, remq; familiarem omnem perdunt. Satius itaq; fuerit, illos præsertim, quibus negotiosum laboriosumque vitæ genus erit subeundum: peregrinationesq; suscipiendæ, nisi corporis, valetudinisque infirmitas obstiterit, duriusculo, parabiliq; cibo assuescere, varioquè victus generi, quò facilius se, si ita res & necessitas postularit, cuiuis diætæ, quantumuis duræ & insuetatæ, sine molestia magna, valetudinisque suæ incommodo, sese accommodare possint, vt Celsus quoque libro primo, capite primo, ex Hippocratis aphorismo videtur præcepisse his verbis, quæ sequuntur: Sanum, inquit, hominem vitæ genus varium habere oportet: modò rure esse, modò in vrbe: sæpiusque in agro, nauigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere. Siquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur: interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere: modò plus iusto, modò non amplius assumere: bis die potius, quàm semel cibum capere. Hæc ille. Huiusmodi victus atque diætæ generi ab ineunte statim ætate si homines assuefierent, facilius postea quemuis victum, quantumuis durum, quosuis labores, famem etiam atque sitim, si id vel honestas, vel necessitas flagitaret, tolerare possent. Hinc ille, qui S. Bernhardi vitam descripsit, monachus Clareuallensis, Alanus nomine, testatur Axalaidem S. Bernhardi matrem, piam religiosamq; fœminam, septem suos liberos, quos non tàm viro, quàm Deo genuerat, non passam esse delicatioribus cibis assuescere, sed grossioribus, & communibus pauisse, & sic ad Eremitarum durum atq; austerum vitæ genus præparasse. De educatione & disciplina puerorum à Numa instituta, vide Plutarch. in eius vita sub finem.

Varium vitæ genus sanis conuenit.

Quoad potum, Galenus vinum aquosum, minimè tamen frigidum, pueris dandum esse suadet. Pueris certè vel à vino omnino abstinendum, vel parciore certè illo, & meraciore videtur esse vtendum. Ab alijs quoq; potitionibus fortioribus, atq; calidioribus, arte confectis, vt aromatite, trimate, sibi temperare debent. Nam cùm succi sint pleni, siti non grauiter admodum vexantur: & quia calidiores sunt natura, si calidior illis potus, vel etiã cibus præbeatur, perinde est, ac si oleum igni infundatur, vndè plurima & maxima valetudinis incommoda consequi est necesse. Quamobrem mirum non est, in Gallia, Italia, & Hispania pueros vinum ante adolescentiam non gustare, nisi vehementer dilutum, & perparcè. Plato quoq; ante annum decimum octauũ ætatis à vino planè abstinendũ existimat. Germanos priscos, testis est Cornel. Tacitus, olim vini vsu omnino caruisse, cereuisiaq; tantùm vsos esse, id quod de alijs quoq; nationibus historiæ testantur. Puerorum potus apud Persas olim fuit, vt testis est Xenophon lib. 1. de educatione Cyri, aqua, qua Spartanorum quoq; pueri olim vsi fuerunt, vt ex historijs colligere licet. Eodem potu Danielem, eiusq; socios, repudiato, quod illis offerebatur, vino regio, contentos fuisse, sacræ historiæ docent. At hodie nõ modò apud Germanos, verùm alias quoq; nationes, vini vsus, seu potius abusus ita inualuit, vt ipsi quoq; pueri ab ipsis statim incunabilis, atq; adolescentes, vinum non dilutum, parcè, ac moderate: sed meracum ad ebrietatem vsq; hauriant, atq; ita ætatis, corporis, ingenij, memoriæq; suæ florem atq; vigorem in ipsa statim herba, vt ita loquar, opprimant ac extinguant. Atq; hæc de cibi potusq;, quoad qualitatem, excessu.

Vinum pueris vel omnino dandum, vel parce.

Puerorum potus apud Persas aqua. Dan. 1.

Nunc de quantitatis excessu dicamus. Pueri licet, quemadmodum dictum est, ob caloris naturalis copiam copiosiore alimento indigeant, ac proinde non sint inedia nimia, rigidisq; ieiunijs affligendi, vt à nonnullis puerorum non tàm educatoribus, quàm tortoribus atq; carnificibus lucri quæstusq; gratia fieri consueuit: tamen cauendum quoq; est, ne ijdem immodico, immoderatoq; cibo atq; potu ingurgitentur, atq; obruantur, vnde maxima in illorum corpora animosq; vitia atq; incommoda redundant. Modus itaq;, vt in alijs rebus, ita in hoc quoq; puerorum victu est adhibendus. Nec satietas, inquit Hippoc. 2. aphoris. 4. nec fames, nec aliud quicquã bonum est, quod naturæ modum excedit. Idem πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνος, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια, hoc est, labor, cibus, potus, somnus, venus, moderata debent esse omnia. Insigne eiusdem hot quoq; est eandem in sententiã dictum: 6. Epidem. ἄσκησις ὑγιείης, ἀχορίη ξοφῆς, ἀοχνίη πόνων, hoc est, valetudinis exercitatio atq; studium optimum est non impleri cibo, sed citra saturitatem edere, & esse ad laborem impigrum. Hæc vtinam aurea doctissimi illius medici præcepta, cuius ætati conuenientia cùm pueri & adolescen-

Pueri non obruendi immoderato cibo, atq; potu.

Cibi potusq; intemperantia quam noxia.

tes: tùm illorum nutricatores, & educatores sibi semper ante mentis oculos haberent proposita, & ad auream illam mediocritatem puerilem victum, atq; diætam accommodarent. Eodem spectat Celsi simile superioribus dictum lib. 1. cap. 2. Vbi ad cibum ventum est, nunquam utilis est nimia satietas: sæpe etiam inutilis nimia abstinentia. Meritò itaq; Cynicus ille philosophus irridebat eos, qui pro sanitate sacrificarent, & interim immodico cibo & potu se ingurgitarent. Athenæus quoq; Dipnosoph. 1. quantum cibi potusq; moderatio, animi corporisq; viribus ac incremento prosit: intemperantia contrà eidem obsit, eleganti hac similitudine docet: Nam quemadmodum plantæ si nimio imbre, & inundatione obruantur, non possunt in altum surgere, neq; oportuno tempore fructum producere: contrà si moderato, naturæq; accommodato liquore aspergantur, & lætiores crescunt, & maturos uberesq; fructus edunt: ita & corpora nostra moderato cibo atq; potu optimè aluntur, crescunt & augentur: contrà verò immoderata cibi potusq; ingurgitatione corporis simul, atq; mentis vigor debilitatur atq; opprimitur. Ab hac autem cibi potusq; intemperantia cùm omnes pueri atq; adolescentes: tùm verò atq; in primis artium liberalium atq; sacrarum tyrones arcendi, temperantiæq; contra, ceu optimæ mentis corporisq; custodi ac conseruatrici, sunt assuefaciendi. Nam cibi potusq; redundantia non modò cruditatem efficit, corporisq; vires eneruat atq; debilitat: verumetiam mentis aciem obtundit, languorem animis affert, desidiam, ignauiam, stuporem, tarditatemq; ingenerat, ac proinde homines ad literarũ studia, & ad quoduis utile honestumq; vitæ munus obeundum, exequendumq; ineptos reddit. Huc facit Gellij Noct. Att. lib. 4. cap. 19. dictum: Pueros, inquit, impuberes compertum est, si plurimo cibo, nimioq; somno uterentur, hebetiores fieri: aduertimusq; hinc elici tarditatem, corporaq; eorum improcera fieri, minusq; adolescere. Idem plerique alij medicorum philosophorumq;, & M. Varro in Logistorico scripsit, quæ inscripta est Capis, aut de liberis educandis. Eandem ob causam Plato Siculos & Italos scientiæ atq; virtutis minimè capaces esse censuit eo tempore, quo ille eas oras peragrauit, propterea quod se bis in die extructis epulis satiarent: quippe cùm corpus cibis expletum, saginaq; grauatum, nõ solùm virtutis imperium sequi non possit: verùm etiam mentis altitudinem deprimat, ac de sanitate sua deijciat. Hinc Sophocles:

Quotquot, inquit, philosophantes excludunt aliquid,
Ante omnia ventri vt dominentur decet:
Quo sine nihil pulchrum est dicere, & facere.
Magistra consiliorum frugalitas est prudentium.

Cùm itaq; tantùm sit in moderato legitimoq; puerorum & adolescentum victu momenti, mirum profecto non est, in omnibus benè moratis, & constitutis ciuitatibus atq; rebuspub. magnam illius & publicè, & priuatim curam, rationemq; fuisse habitam. Persarũ legibus, vt testatur Xenophon. lib. 1. παῖδες χύρα παιδείας, pueri discebant, ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς, καὶ ποτῦ, id est, ventris potusq; esse continentes. Ad id autem, eodem teste, plurimùm conferebat, & quòd pueri seniores videbant non prius ventris causa discedere, quàm à principibus fuissent dimissi, & quòd non apud matres cibum capiebant, sed apud præceptorem illis à principibus præfectum. Cibus autem, quem domo secum afferebant, erat panis, obsonium, nasturtium: nec non ad bibendum cothonem, (vas fictile) quo vrgente siti, ex fluuio aquam haurirent, secum afferebant. Addit deinceps, ephœbos ad venationem exeuntes ἄριστον, hoc est, ientaculum, siue prandium copiosius quidem, vt par erat puerorum cibo, sed illi simile secum portare fuisse solitos, quod venationi intenti non statim sumebant. Sed si vel feræ alicuius gratia, vel aliâs animus illis erat diutius in venatione commorari, prandio illo per cœna quoque sumpto posterum quoque diem in venationibus consumebant ad cœnam vsque, vnico per biduum cibo contenti. Id autem faciebant, quò facilius in bellis quoque, si ita esset necesse, inediam ferre possent. Obsonium autem illis erat id, quod venando ceperant: quòd si nihil cepissent, nasturtio vtebantur. Quod si verò quis existimat, illos aut nasturtij solius esu insuauiter edisse, aut aquæ potu minus iucundè bibisse, is animo secum reputet, quàm & maza atq; panis, esurienti: aqua, sitienti suauis sit vehementer, atq; iucunda. Atq; hæc quidẽ fuit puerilis victus atq; diætæ apud Persas olim ratio atq; consuetudo, dura admodum atq; seuera, qua nõ tenuis modò, verùm etiam summæ equidem regiæ sortis, conditionisq; homines, tractari, educariq; consueuerunt. Hac eadem ille sacris atq; prophanis literis celebratissimus totius ferè orbis terrarũ domitor atq; moderator, secundæ mundi monarchiæ auctor atq; fundator Cyrus, diligentiss ẽm inuitus & educatus

Cyri educatio. Persarum educatio.

tatus fuit: qui quidem eximiæ suæ temperantiæ præclarum specimen edidit in lauto magnificoq; illo conuiuio, quo vnà cum Mandane matre ab Astyage auo materno fuit exceptus: cuius lautitias atque cupedias omnes aspernatus est, atq; contempsit. Eius descriptionẽ prolixam vide apud eundem authorem eodem in libro. Persicæ verò illi puerorũ nutricationi atq; diætæ, similis ferè apud Spartanos diæta ac disciplina extitit. Apud illos enim Lycurgi institutis atq; legibus pueritia atq; iuuentus laboribus, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuandoq; studiosissimè exercebatur. Lycurgus cum videret apud Græcos pueros pro ventris capacitate repleri, ipse in Repub. suâ instituit, ne pueri crapula grauarentur, & inediam ferre discerent: ac proinde illos iussit se decimo quoq; die ephoris ostentare, quò ab illis cæderentur, si molliores pinguioresue essent. Hac disciplinæ seueritate atq; duritia, illos ab immoderata cibi potusq; cupiditate arcere est conatus, qua sæpe adeps & aruina (vnde obesus, quasi ob esum) non modò noxia, & incommoda, verùm etiam deformis aspectu contrahitur. Sic Gallorum olim proprium fuisse, Strabo testatur, laboribus exerceri, ne crassi & ventrosi fierent: iuuenemq;, qui zonæ modum excessisset, plecti & mulctari, cui illud Romanæ censuræ simile fuit, obesum equitem publico equo priuari. Indorum quoq; consuetudo laudabilis fuit, quòd pueri, qui literis operam nauabant, cibum sumpturi, gymnosophistas magistros suos adibant, & referebant eo die quæ bona fecissent: qui nihil habebat, quod diceret, impransus ad opus mittebatur, Sardus de gentilium ritibus. Romani quoq; vt docent historiæ, seuera admodum disciplina, ac tenui frugaliq; diæta pueros atq; adolescentes suos educabant, apud quos Principum liberi & alij eiusdem ætatis nobiles, sedentes in propinquorum conspectu, propria & puriore mensa cibum capere fuerunt soliti. Claudius imperator, teste Suetonio, adhibuit omni cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisq; nobilibus, qui more veterum ad fulcra lectorum sedentes vescebantur. Hæc consuetudo vtilis sanè, cùm apud Germanos, tùm alios quoq; populos obtinet, vt nimirum pueri & adolescentes, vel in eadem cum parentibus, ac præceptoribus suis mensa epulentur: vel mensam habeãt propriam quidem, & separatam, sed in parentum, præceptorumq; conspectu positam, quò facilius ab ipsis illorum omnia dicta, facta, gestus, moresq; obseruari: & si sint indecori, inciuiles, intempositi atq; agrestes, (cuiusmodi sanè illius ætatis esse consueuerunt) ab ijs partim verbis, partim etiam verberibus, prout res ratioq; postularit, corrigi ac emendari possint. Alexander quoque imperator, adhuc puer à matre in poculentis, & esculentis magna diligentia custodiebatur, vt testatur Herodianus lib. 5. In sacris literis pueriles diætæ egregium sanè exemplum extat apud Danielem cap. 1. Rex Nabuchodonosor principi eunuchorum, Aspenaz nomine, mandarat, vt cùm ex Iudæis, tùm ex Chaldæis pueros sibi deligeret liberali forma, eximiaq; indole præditos, qui omni artium disciplinarumq; liberalium genere excolerentur, vt illorum opera vti posset. His autem certum cibi viniq; regij dimensum constituit, quod illis singulis diebus daretur. Daniel vnà cum socijs ac popularibus suis, qui tres erant numero, leguminibus vesci, & aquam bibere maluerunt, quàm regijs delitijs, atque vino frui, ne illis polluerentur. Triennio exacto, quod temporis spatium à rege puerorum illorum institutioni constitutum ac definitum fuerat, Daniel eiusq; socij, & corporis robore, ac pulchritudine, & sapientia atque scientia Chaldæis illis, qui regio cibo potuq; vsi fuerant, decuplo, hoc est, longè superiores extiterunt, cuius periculum Nabuchodonosor interrogationibus suis fecerat. En optimam pulchrimamque puerilis educationis atque diætæ ideam siue formam, quam vtinam Christiani nostrorum temporum sibi ad imitandum proponerent. Multa hæc nobis sub Nabuchodonosoris regis, nec non magistrorum discipulorumque persona laude, admiratione, imitationeque dignissima proponuntur, quæ paucis perstringemus. Ipse Nabuchodonosor totius ferè mundi dominator atque Monarcha egregium sanè speciosumq; singularis suæ sapientiæ atque prudentiæ specimen in hac actione edidit, quam omnes mundi reges atq; principes sedulò imitari debebant. Nam primò ministros atq; consiliarios sibi comparare studuit sapientia, linguarum doctrinarumq; scientia probè instructos, quorum & consuetudine ac familiaritate, & opera in amplissimi sui regni administratione vteretur. Hæ enim sunt amplissimæ regum opes, præsidia & ornamenta. Hodie contrà plærique Christianorũ regum atq; principum, moriones, scurras, adulatores, homines omni scientia doctrinaq; vacuos secum habere volunt, horum consuetudine & colloquijs stultis atq; scurrilibus delectantur, pios contra, sapientes doctosq; homines consuetudine sua indignissimos, & in vltimas potius terras ablegandos censent. Deinde Nabuchodonosor cum sapienter animaduertisset quantũ

Spartanorum puerorũ diæta Cic. lib. 5. Tusc.

Obesus, quasi obesum.

Obesorum pœna apud Spartanos, Romanos.

Indorum disciplina.

Puerorum Romanorũ diæta.

Pueri in conspectu parentum cibum capientes.

Claudij imper. disciplina.

Alexandri Imp. Rom. educatio

Danielis, & eius sociorum educatio, egregium puerilis diætæ atq; disciplinæ exemplũ

Nabuchodonosor quales sibi consiliarios, atq; ministros comparare studuerit.

Digitized by Google

Nabuchodonosoris diligentia in puerorum educatione.

in puerili educatione vel ad benè, vel ad malè agendum esset momenti, pueros quosdam à teneris statim annis omni artium doctrinarumq; genere imbui atq; institui voluit, quibus postea ceu optimis fidelissimisq; ministris in Monarchiæ suæ administratione vteretur. Nec verò, quod ipsum quoq; singularis illius sapientiæ est argumentū, quosuis pueros eligi voluit, qui ad regia & ardua illa munera educarentur, sed illos potissimum, qui & genere essent honesto ac illustri, & corporis specie atq; forma liberali, & ingenio docili, scientiæq; capace præditi. Hodie contra citra vllū delectum ferè atq; temerè ignobilissimi, deformosissimi, stupidissimi & ineptissimi quiq; pueri deligi, & ad grauissima munera tùm politica, tùm Ecclesiastica suo tēpore obeunda educari consueuerūt, cū maximo, vt ipsa experientia quotidie docet, reipub. Ecclesiæq; Christianæ dedecore atq; damno. Obseruatione etiam dignum, quòd non suæ tantum nationis, hoc est, Chaldæos atq; Babylonios, sed externos quoq; atq; adeo captiuos ex Iudæis pueros, qui quidem regia educatione sint digni, & in quibus aliqua virtutis species appareat, eligi iubet. Vnde colligimus id quod ipsa quoq; experientia docet, vtile esse non modò illos, qui nostræ sint patriæ atq; nationis, verùm etiam peregrinos nonnunquam & externos pueros; in quibus eximia aliqua indoles & virtutis spes elucet, in alumnorum, qui ad futura munia atq; officia educantur, numerum asciſci ac cooptari.

Non populares tantū, sed etiā peregrinos pueros delegit.

Nabuchodonosoris cura in alumnorum suorum educatione adhibita.

Iam verò id quod maximè ad nostrum propositum pertinet, cōsideratione digna est singularis, quam Nabuchodonosor suscepit, educationis horum puerorum cura, nec non modus eius atq; ratio sanè optima, quam constituit. Primò vult illos non otio ac voluptatibus indulgere, sed literarū atq; artium liberalium, atq; adeo Philosophiæ, quæ illarum omnium mater est ac procreatrix, præceptis & institutis, nec non linguæ Chaldaicæ, cuius vsus tunc latissimè patebat, cognitione institui & erudiri. Deinde magistros illis atq; doctores artium atq; morum aptos & idoneos præposuit. Tum certum illis discendi tempus, triennium nimirum, præscripsit ac definiuit, quo & magistrorū ad docendum, & discipulorū ad discendum alacritas atq; diligentia tantò magis incitaretur. Præterea certum quoq; pueris victum atq; diætam præscripsit, in quo ipso modum optimè tenuit. Nam illum nec nimis parcum, atq; sordidum esse voluit, sed liberalem: nec etiam nimis copiosum & effusum, sed dimensum, certisq; quasi terminis circumscriptum ac definitū. Deniq; triennio exacto ipsemet pueros illos interrogationibus suis examinauit, illorumq; in literis atq; artibus progressum explorauit, id quod illius cum scientiæ atq; intelligentiæ (qua si caruisset, illos non potuisset benè interrogare, ac illorum scientiæ periculum facere) tùm industriæ atq; diligentiæ singularis fuit documentū. Quàm pauci sunt, proh Deum immortalem, hodie Christiani reges atq; principes qui non dicam tantam, quantam Nabuchodonosor, sed vel leuem solùm atq; exiguam suorum alumnorū tùm politicorum, tùm Ecclesiasticorum, qui patriæ Ecclesiæq; maximo vel commodo, vel incommodo esse possunt, curam suscipiant atq; gerant? Hæc de Nabuchodonosore.

Nabuchodonosoris exemplū omnibus rerūpub. atq; ecclesiarum rectoribus imitandū.

Boni pædagogi præclarum exemplum.

Ipsius porrò principis Eunuchorum Aspenazij nomine, cui rex educationis puerorū curā commiserat, laude digna est egregia sanè in regijs mādatis conficiendis alacritas atq; diligentia. Quoad verò Danielis eiusq; condiscipulorū pædagogū, cui Melsar nomen fuit, in illo boni sapientisq; pædagogi atq; magistri luculentū habemus exemplum. Nam primò quāta ab illo in pueris illis, suæ fidei cōmissis, erudiendis instituendisq; adhibita fuerit diligentia, ipse euentus, hoc est, eximia illorū eruditio atq; doctrina docuit. Deinde illū sese discipulis illis suis (id quod cuiusuis pædagogi est officiū) nec nimis facilem & indulgentē, nec nimis acrem & seuerum præbuisse illud nō leui est argumento, quod illorū petitioni de abstinentia à regio cibo & potu, ab ipso rege præscripto, nec nisi periculo prius per decem dies facto cedere voluit, nec postea, cum id ratio illorumq; salus postularet, illā pertinaciter repudiauit. Danielis verò eiusq; sodaliū laudanda est cùm pietas, tùm temperantia, atq; frugalitas eximia. Pietatis indicium fuit, quòd alimentis lege diuina prohibitis vesci, ac proinde ipsam Legem diuinā violare noluerunt. Nam cibi illi regij procul dubio maxima ex parte erant ex illorum numero, quorū esu Deus Iudæis interdixerat, vel certè ex illorū more & cōsuetudine Dijs erant primò libati, quibus vesci nefas omnino erat. Vinū quoq; libatū illis degustare non licuit, adde quod, vt Abenezra ex patris sui traditione docet, omnino vinū gentiliū bibere nefas ducebatur. Vnde Iuditham quoq; piam religiosamq; fœminam Holophernis cibaria atq; vinum sibi ab illo oblatum, repudiasse legimus. Frugalitatem autem illorum atq; temperantiam quis satis admirari, nedum prædicare potest, qui non modò regij cibi atque potus delitias sunt aspernati, verùm etiam vilissimo tenuissimoq;

Danielis, & sodaliū illius pietas, atq; temperantia.

tenuissimoq; cibo atque potu, leguminibus nimirum & aqua vti voluerunt, cùm meliore delicatioreq; frui potuissent? Pudeat ergo nostri seculi pueros atque adolescentes insignis effrenataeq; suae intemperantiae, qua ne liberali quidem cibo potuq; contenti, omnis generis delitias, cupedias atq; lautitias quantumuis corpori animoq; noxias auidissimè appetunt, & ad illas deuorandum omni impetu feruntur.

Admiranda deniq; hoc in loco & praedicanda est immensa Dei clementia atq; potentia, qui & pædagogi illius animum ad Danielem eiusq; socios amandum, illorumq; precibus pijs atq; honestis satisfaciendum flexit, & ipsum Danielem eiusq; commilitones tenui duroq; illo leguminum (à quibus ceu corpus animumq; inflantibus Pythagorei abstinendum esse duxerunt) cibo & aquae potu vsos quasi contra naturam non modo corporis robore atq; pulchritudine, verùm etiam sapientia omniumq; diuinarum humanarumq; rerum cognitione mirabiliter ornauit & instruxit. Dei clementia atq; potentia, quae in hac Danielis, & illius sociorum educatione illuxit.

Haec volui de hoc puerilis educationis atq; dictae exemplo paulò vberius dicere, propterea quod valdè praeclarum est & illustre, imitationeq; dignissimum. A quo cùm mentem animumq; meum ad mollem, delicatam, imò perditam profligatamq; puerorum educationem atq; dictam nostris temporibus vsitatam conuerto, non possum non vehementer animo meo cohorrescere, maleq; vniuersae Reipub. Christianae ominari. Pueris & adolescentibus nostris hodie nihil est petulantius, libidinosius, intemperantius, qui sue sint in patria, siue peregrinus in locis atq; scholis, in omni libidinum, delitiarum ac voluptatum caeno volutantur: cuius duplex causa afferri potest. Vna est parentum, praeceptorum ac pædagogorũ supina negligentia, languidaq; indulgentia, certissima pueritiae pestis atq; pernities. Nam, vt verè Quintil. inquit, Lib. 1. cap. 3. mollis educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Altera causa est eorundem, quos paulò antea nominaui, ac quibus puerorum salus curae esse debet, libidinosae flagitiosaeq; vitae exemplum, quod quidem pueris & adolescentibus qui suapte natura à labore ad otium, à virtute ad vitia valdè propensi sunt atq; proclines, maximum est & efficacissimum ad similis vitae impuritatem calcar & incitamentum. Omne conuiuium, vt Quintiliani verbis vtar Lib. 1. cap. 3. obscœnis canticis strepit, pudenda dictu spectantur. Fit ex his consuetudo, deinde natura: discũt haec miseri, antequàm sciant esse vitia. Quando itaq; pueri & adolescentes suos vel parentes, vel praeceptores ac pædagogos sæpè vel plerunq; ebriosos, ac per ebrietatem multa turpia & obscœna dicentes atq; facientes, sensim ac paulatim ad similis intemperantiae imitationem deducuntur ac impelluntur. Iuuenalis similiter Satyr. 14. statim ab initio docet quomodo plerunq; filij suapte natura ad aleam, ad ludos turpes, ad luxuriam & voluptates proclines prauis parentum suorum exemplis ad vitia illa atq; flagitia magis incitentur. Eduetio, atq; dicta puerorũ, nostri temporis planè corrupta.

Plurima sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
Quae monstrant ipsi pueris, traduntq; parentes.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & heres
Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo.
Nec de se melius cuiquam sperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terrae,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit; nebulone parente.
Et, cana monstrante gula, quum septimus annus
Transierit, puero nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoueas mille inde magistros
Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu
Semper, & à magna non degenerare culina.

Huc adde, quod in Academijs atq; Scholis publicis feriarum atq; festiuitatũ maximus est ob doctorum praeceptorumq; ignauiam atq; negligentiam numerus, quae quidem à scholasticorum turba ludis epulisq; intemperantissimis agitantur. Eorundem quoq; si quotidiana ouaristia, hoc est commilitonum & contubernalium, quos bursales vocant, conuiuia spectes, illa ὡς ὀλίγα τὰ πλείονα ita sunt luxus, luxuriae atq; petulantiae plena, vt verè Sybaritia, si ita liceret loqui, hoc est, suum concia habula atq; conuiuia dici possint.

Digitized by Google

ANTIQVITATVM CONVIVIALIVM

TERTIVS VITAE HVMANAE ACTVS

EST MVNVS QVALECVNQVE SIVE OFFICIVM: IN quem multa conuiuiorum genera cadunt. Ac primò de conuiuijs quæ in sacrorum, religiosorum, atque scholasticorum munerum susceptione, siue initiatione adhibentur.

CAPVT XVIII.

Actus tertius vitæ humanæ.

ATQVE hæc quidem de secundi actus vitæ humanæ, hoc est, educationis, (cui quidem pueritia & adolescentia subiecta est) proprijs conuiuijs atq; dicta sint dicta. Sequitur nunc tertius & quidem maximus humanæ vitæ actus, qui quoniam est amplissimus, latissimèq; patet, multa conuiuiorum genera complectitur. Is autē est muneris officijúe qualiscunque susceptio atq; functio, quæ educationem naturali ordine consequitur, imò ad quam ceu ad finem suum ipsa educatio accommodari atq; dirigi solet & debet. Est itaq; hic omniū ferè populorum & antiquus & hodiernus mos ac consuetudo, vt ob muneris qualiscunq; honorifici præsertim vel susceptionem seu initiationem, vel benè fœliciterq; administrati laudem, vel deniq; depositionem conuiuia quasi gratulatoria lautissima splendidissimaq; celebrentur, quæ quidem secundum ipsa, in quorum gratiam fiunt, varia vitæ munia commodissimè videntur posse diuidi. Verùm de his antequam dicere aggrediamur, prius illud quoq;, de quo supra, cum de conuiuiorum abusu ageremus, dictum est, hîc videtur esse repetendum, quod nimirum vt olim, ita hodie quoq; pessimus hic pernitiosissimusq; mos inualuit, vt multi epulis dandis exhibendisúe ad munia honorifica præsertim atq; fructuosa viam affectent. Fuit hoc olim Romanis valdè familiare & vsitatū, vt ex multis historijs patet, qui cùm alijs muneribus, tùm epulis splendidis atq; magnificis popularis beneuolentiæ auram sibi comparare studebant, cuius afflatu tanto facilius atq; commodius ad quosuis honores siue munera honorifica proueherentur. Ad hanc pernitiosam sanè honores ambiendi consuetudinem coërcendam multæ à Romanis viles laudabilesq; leges latæ fuerunt. Sed quid dico de Romanis? hodie apud Christianos nihil ferè magis tritum est, & vsitatum: quò fit, vt ineptissimi & indignissimi quiq; ad optima & honestissima & fructuosissima quæq; munera prouehantur, quibus illi deinde cum maximo patriæ suæ damno atq; dedecore ad libidinem, ad luxuriam, ad vsuram, deniq; ad turpem & inhonestum quemuis quæstum (dum sumptus quos in muneribus epulisq; illis fecerunt, resarcire studeant) turpissimè abutuntur. Esset itaq; vehementer optandum, vt turpis hæc atque nefaria ambiendi ratio atque consuetudo seueris legibus coërceretur.

Mos pernitiosus muncra atque honores ambiendi epularum largitione.

NOTA.

Munera sunt duplicia.

Sed de hoc hactenus, de quo supra quoq; nonnulla fuerunt dicta. Ipsa porrò munera atq; officia quoniam duplicia sunt, alia quidem sacra & religiosa: alia verò prophana: primo quidem loco illorum conuiuiorum exempla videntur esse proponenda, quæ in illorum honorem & gratiam, qui sacris, religiosis, ecclesiasticis atq; etiam scholasticis muneribus ornantur atq; initiantur, agitari consueuerunt. Apud Iudæos olim, vt inde exordiar, pontificis summi, reliquorumq; sacerdotum consecratio siue inauguratio in loco sacro per septem dies integros (quibus tabernaculum templumúe egredi illis nefas erat) partim sacrificijs, partim epulis celebrari fuit solita, vti ab ipso Deo institutum atq; præceptum fuerat. Sacrificia erant tria, primùm fuit vitulus pro peccato ad ipsum altare holocausti expiandum: Secundum arietis holocaustum: tertium arietis similiter fuit sacrificium pacificum siue gratiarum actionis, qui aries מלאים Milluim, hoc est, impletionum seu plenitudinum dicitur. Chaldæus vertit sanctificatorum: vulgatus interpres, consecrationis: propterea quod in consecratione manus sacerdotum partibus sacrificij implebantur. Ex huiusce autem sacrificij impletionis reliquijs, carnibus nimirum, quæ eodem in loco sacro coquebantur, nec non panibus in canistro oblatis, conuiuium adornabatur, quo nō nisi ijs, qui ex sacerdotali siue Aaronica erant familia, frui licebat: alienigenis enim, sicut scriptum est, hoc est, vt Abenezra interpretatur, qui non erant ex Aaronis semine, illius aditus erat intercluſus. Reliquias porrò illarum epularum sequenti die non audebant comedere, sed illas igne iubebantur concremare. De his vide Exod. 29. Leuit. 6. & 8. cap.

De sacrificijs, atque epulis in Pōtificis Max. atq; sacerdotū inauguratione apud Iudæos.

Apud Romanos olim magnificentissima splendidissimaq; fuerunt conuiuia pontificalia atq; auguralia.

auguralia. Ac pontificalis quidem cœnæ vetustissimæ, omniq; lautitiarum genere instructissimæ descriptionem habes apud Macrobium lib. 3. Saturn. cap. 13. huiuscemodi: Accipite, inquit, inter grauissimas personas nõ defuisse luxuriam. Refero enim Pontificis vetustissimam cœnam, quæ scripta est in indice quarto Metelli illius pontificis maximi in hæc verba: Ante diem nonum Calendas Septembris, quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit. Triclinia lectis eburneis strata fuerunt. Duobus triclinijs pontifices cubuerunt. Quint. Catulus, M. Æmilius Lepidus, D. Syllanus, C. Cæsar rex sacrorũ, P. Scauola Sextus, Quint. Cornelius, P. Volumnius, P. Albinouanus, & L. Iulius Cæsar augur, qui eum inaugurauit. In tertio triclinio Popilia, Perpenia, Licinia, Aruncia vestales virgines, & ipsius vxor Publicia flaminica, & Sempronia socrus eius. Cœna hæc fuit. Ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas, sphondylos, turdum, asparagos, subtus gallinã altilem, patinam ostrearum, peloridum, balanos nigros, balanos albos. Iterum sphondylos, glycomaridas, vrticas, ficedulas, lumbos capragines, aprugnos, altilia ex farina inuoluta, ficedulas, murices & purpuras. In cœna, sumina, sinciput aprugnũ, patinam piscium, patinam suminis, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia assa, amylum, panes picentes. Vbi luxuria tunc accusaretur, quando tot rebus farta fuit cœna pontificum? Cœnam pontificalem bis in anno dari solitam fuisse legimus, nimirum nono Calend. Augusti & 13. Calend. Nouemb. teste Lazio. Cœnæ quoq; auguralis, quam Q. Hortensius parauit, magnificæ seu potius luxuriosæ crebra fit à scriptoribus mentio, quam Plinius lib. 10. cap. 10. cœnam dapalem (nonnulli legunt aditialem) sacerdotij appellat, quam dabant capescentes sacerdotium. Varro auguralem dapalem cœnam appellat, in qua Hortensium primum pauones (id quod antea factum non est) posuisse Varro & Plinius testantur. Hoc, inquit Euangelus apud Macrobium, potius factum tùm luxuriosè, quàm seuerè boni viri laudabant. Quem citò secuti multi extulerunt eorum pretia, vt oua eorum denarijs veneant quiuis, ipsi facilè quinquagenis, &c. Vide ibidem plura de monstrosa Oratoris istius luxuria. Huius cœnæ Cicero meminit lib. 7. Epist. ad Gallum: In eos cum incidissem in cœna aurali apud Lentulum. Plura de hac re scribit Varro lib. 3. de re rustica. Hæ pontificales auguralesq; cœnæ quoniam valdè sumptuosæ luxuriosæq; fuerunt, hinc factum est, vt prouerbij loco pro quibusuis luxuriosis magnificisq; cœnis synecdochikῶς crebrò apud auctores vsurpentur. Horat. Od. 14.

Cœna Pontificalis.

Cœna Auguralis.

Absumet hæres Cæcuba dignior
Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis.

Hoc est, vino meliore quam quod adhibetur in Cœnis Pontificijs, quæ solent esse magnificentissimæ atq; apparatissimæ, ὑπερβολικῶς dictum: Ex hoc ergo loco, vt interpres admonet, apparet prælautas cœnas prouerbio pontificales appellari solitas. Ab eo quod scripsit Horatius, inquit Erasmus in suis adagijs, non abhorret quod hac tempestate apud Parisios vulgari ioco vinum theologicum vocant, quod sit validissimum minimeq; dilutum. Et festiuè admodum quidam huiusce prouerbij causam rogatus, respondit à iureconsultis occupari quas vocant præbendas, decanatus, & archidiaconatus, theologis nihil reliquum fieri, præter curata, vt vocant, sacerdotia. Cæterùm quoniam de pastoribus, scriptum est: Peccata populi comedetis, nimirum ad cibi tàm duri concoctionem opus esse vino efficacissimo. Atq; hinc esse natum vulgi dictum. Hæcille. Salij quoq; (quod vetustissimum sacerdotum genus fuit apud Romanos, sic dicti, quòd Ancylia, quæ credebantur cœlo delapsa, saltantes ferrent) quoniam opiparis lautisq; conuiuijs fuerunt vsi, hinc opiparum quoduis magnificumq; conuiuium Saliare dicitur. Horatius in Odis.

Vinum theologicum.

Salij.

Cœnæ saliares.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus, nunc saliaribus
Ornare puluinar Deorum,
Tempus erat dapibus sodales.

Erasmus existimat Horatium saliares pro pontificales dixisse, hoc est, speciem pro genere. Apuleius lib. 4. Vt equus quidem meus tanta copia, & quidem solus potitus, saliares cœnas cœnasse crederet, hoc est, vt Beroaldus interpretatur, lautas & opulentas: nam à Salijs sacerdotibus cœnæ appellantur amplæ & esculentæ, ampliſsimiq; apparatus, quia per festos dies Salij luxuriosas cœnas facere dicebantur: Vnde in prouerbio est, Saliares cœnas dicere opiparas, & copiosas, quarum mentio apud omnes.

Digitized by Google

Sacerdotum initiationes epulis celebratæ.

Sacerdotum porrò initiationes seu consecrationes cùm aliarum ceremoniarum, tùm conuiuiorum festiuitatibus fuisse celebratas manifestè apparet ex illis Apulei verbis lib. 11. Exhinc festiuissimum celebraui natalem sacrorum, & suaues epulæ, & faceta conuiuia. Dies etiam tertius pari ceremoniarum ritu celebratus, & ientaculum religiosum & teletæ legitima consummatio: in quæ verba sic eleganter Beroaldus commentatur. Natalis sacrorum dicitur, ille dies, quo quispiam consecratur, fitq; sacris initiatus: quem non minus religiosè celebrare debemus, quàm diem natiuitatis: quoniam ex illo vita tantum, ex hoc verò vita religiosa, & sancta producitur. Natalem autem solitum antiquis solenniter coli, quis ignorat? quo tantiora conuiuia & festa fiebant, quæ M. Tullius natalitia appellat à natali celebratione natalis diei, quo & munera missitabantur. Sic qui initiantur sacris dicere possunt: Hic nobis natalis erit. Et illud: Hæc vitæ genitalis est origo. Ientaculum addet religiosum. Quàm multa (dij boni) in nostra religione consimilia sunt religioni Ethnicorum? quàm multi ritus propè germani? de quibus plura aliâs, quorum iam magna quoque pars superius explicata est, ex quibus & hoc est: Nam quando nostri sacerdotes consecrantur (quoniam sacerdotium aliquod adipiscuntur) consueuere ientaculo non tam religioso, quàm guloso accipere Symmystas, id est, consacerdotes, vt auspicentur introitum sacerdotalem: Hæc ille, quibus similia sunt illa Polydori Virgilij, lib. 5. cap. 1. Quin etiam iam vsu venit, vt non censeatur esse solennitas, nisi sit opiparo comitata conuiuio. Est & illud ab ijsdem ethnicis, vt sacerdotes nostri cum primùm rem diuinam faciunt, hoc est, primam celebrant missam, consacerdotes & amicos conuiuio excipiant, eundemq; diem non minus religiosè, quàm natalem colant, vti benè auspicantes sacerdotalem introitum. Et id quidem non immeritò, quoniam ex illo vita tantum, ex hoc verò vita sancta producitur, &c. Huc referuntur monachorum quoque atque monacharum initiationes, quæ non secus atque nuptiæ (quo nomine etiam appellantur) luxuriosissimis profusissimisq; epulis, necnon ludis, tripudijsq; petulantibus atque lasciuis celebrari solent. Sed præ cæteris omnibus insigne est Pontificis Romani solenne conuiuium, quo ille in die coronationis, & feria quinta in Cœna Domini Cardinales, Episcopos atque alios excipit, magnificeq; tractat, ita vt cum priscis illis pontificalibus, auguralibusq; epulis merito comparandum esse videatur. Eius descriptio in sex illis cæremoniarum Romanæ Ecclesiæ libris huiusmodi extat: Sed quoniam maiores nostri consueuerunt in die coronationis, & feria quinta in Cœna Domini solenne conuiuium celebrare ijsdem fermè cæremonijs: aliquid etiam de solenni papali conuiuio hoc loco dicemus. Maximè cùm etiam nostra ætate factum sit à Pio secundo: & Paulo item secundo Summis pontificibus.

Inauguratio sacerdotum nostri temporis cum luxuria coniuncta.

Epuli Pontificalis descriptio.

Parabitur igitur aula conuiuij aulæis, & pannis sericeis, aureisq;, pro temporis, & loci conditione. In capite aulæ erit suggestus, ad quem triplici gradu ascendetur, longus pro latitudine aulæ: in medio surget quadratus thalamus palmi altitudine: super quo mensa paratur Pontificis: apud parietem erit sedes Papalis, ad quam paruo, & deinde magno scabello ascendetur, ornabitur sedes cum panno aureo pendente supra caput: mensa erit alta ad iustam proportionem sedentis à sinistra super suggestum. Parabitur alia mensa pro credentia Papæ cum vasis aureis, & argenteis vino, & aqua, & alijs consuetis. Credentiam appellant mensam, supra quam vasa argentea, siue aurea ad conuiuium opportuna præparantur. Et similiter in diuinis supra quam ad sacrificandum necessaria continentur. Dicitur & credentia actus ipse prægustationis cibariorum, & aliarũ rerum. Hæc exponere volumus, quoniam crebrò de credentia mentionem facturi sumus: Antiqui cæremoniarum codices Dressatorium dixerunt. A dextra parte aulæ, infra suggestum parabuntur mensæ pro Episcopis, & Presbyteris Cardinalibus: & paulò inferius pro alijs Prælatis: & pro Cardinalibus erunt aliquanto altiores, & sedilia habebunt gradum vnum, super quem tenebunt pedes Cardinales. A sinistra è regione mensæ Cardinalium parabitur mensa pro Diaconis Cardinalibus, eiusdem altitudinis, & cum gradu. Et inferius aliæ mensæ pro oratoribus, nobilibus, & Officialibus: In fine aulæ, vel in aula præcedente, si erit commoda parabitur magna credentia cum pluribus gradibus ad magnificentiam: & alia super longam mensam cum vasis, quibus in communi vtentur.

Aulæ apparatus.

Mensa Papæ.

Mensa credentiæ Papæ.

Dressatorium.

Mensa Diaco. Cardinal.

Mensa oratorum, nobilium.

Credentia.

Si huic conuiuio interesset Imperator, paratur pro eo sedes ad dextram Pontificis, & mensa super plano suggesta, super quam solus comedet Imperator. Sedes habebit scabellum parum viride, & erit ornata panno aureo, non tamen habebit pendentem supra caput: similiter parabitur pro eo credentia iuxta credentiam Papæ à sinistris, & ibi erunt familiares imperatoris pro suo seruitio. Si verò

Imperatoris Sedes.

Digitized by Google

verò adesset Rex aliquis, paratur credentia pro eo paulo remotior ab ea. Sedes verò nulla paratur: quia sedet in mensa post primum Episcopum Cardinalem. Imperator siue Rex habebunt tot seruitores, quot eis opportunum videbitur. Cardinalibus verò singulis sufficiunt quaterni ministri, quorum vnus vinum propinet, alter carnes concidet, alter de cultello ferculà inferat, quartus præguſtet vinum & aquam, & alia subministret. Pontifici seruire solent nobiliores, qui sunt in curia, laici, etiam si sint fratres aut filij Regum, præsertim in illorum præsentia. Pontifex igitur cum paramentis Pontificalibus si celebrauit illa die vsq; ad Dalmaticam inclusiue, & cum sandalis indutus supra Dalmaticam manto rubro aperto à parte anteriori, & mitram habens in capite supra fauonem, medius inter Diaconos ducitur ad mensam. Cardinales, & prælati omnes habent superpelliceum super rochettum, siue supra vestes sui ordinis, si sint religiosi, & mitram albam in capite supra superpelliceum. Cardinales, & Prælati seculares habent mantellum sine cauda apertum à parte antè violacei siue obscuri. Religiosi verò coloris sui ordinis, sed eodem modo apertos. Cæteri omnes in suo habitu quotidiano. Aderunt familiares Pontificis, & alij seruitores in copia. Aderunt etiam seruientes armorum benè ornati, cum suis baculis argenteis qui præire debent ante portantes fercula, & remouere multitudinem à via.

Sedes regis nulla.

Ministri Pontificis.

Cardinalium vestitus.

Ministrorum habitus.

Magister sacri hospitij, & magister domus prouideant in tempore de modo, & ordine ferculorum, de seruitoribus, qui prius & qui posterius: & quod quælibet mensa habeat præfectos suos: quæ verò prius, quæ deinceps, & per quos ferenda, & sic de alijs rebus opportunis. Pontifex remota prius mensa, ad partem, sedeat in sede cum mitra, & mantum post collum apertum, vt nihil ante pectus dependeat. Cardinales, Principes, & Prælati, & alij conuiuæ stent ante mensas paratas. Nobilior laicus, etiam Imperator aut Rex, aquam ad lauandas Pontificis manus, primo ferat hoc ordine. Magister sacri hospitij cum clerico cæremoniarum, quem adesse oportet in ordinandis his rebus omnibus, cum seruientibus armorum, & si Imperator, aut Rex, aquam ferre debet cum aliquibus etiam principibus sociatis, Imperatorem, aut Regem ad credentiã ducit. Si est nobilis inferior: solus erit, & in credentia aquam prius à ministris probatã accipit in peluibus, fertq; consuetis cæremonijs ad Pontificem, præeunte vno ex auditoribus cum mantili ad tergendum manus. Prior Episcoporum Cardinalium, & duo Diaconi assistentes, depositis in manibus seruitorũ mantellis & mitris, sic in rochetto seruiunt Papæ dum lauat, Episcopus aquam cũ portante infundendo: & Diaconi mantile, quod ab auditore acceperant, hinc inde tenendo. Dum Papa lauat manus, Prælati, & laici omnes genu flectunt, Cardinales, & Prælati stant capite detecto. Cum Papa lauerit reaperitur mensa ante eum: & tres Cardinales, qui illi seruierant capiunt suos mantellos, & mitras, & vadunt ad loca sua, & Imperator apud sedem suã primo stans lauetur, suis cæremonijs: deinde domini Cardinales lauentur stantes ante mensam cum mitris in capite, post eos lauentur Prælati stantes sine mitris, & seculares (si qui sunt) detectis capitibus. Stabunt ante mensas lauantes eo ordine, quo sedere debent in mensa, Prior Episcoporum in capite ad dextram: si aderit Rex aliquis erit in secundo loco, si plures Reges, mixti erunt cum primis Cardinalibus: Primo Cardinalis, deinde Rex successiue. Si erunt mixtim principes, aut filij, vel fratres Regum. Si non seruiunt Papæ, debent sedere inter Diaconos Cardinales, vel post eos pro eorum dignitate, & conditione. Primogenitus autem Regis, quia Rex futurus putatur, post primum presbyterum Cardinalem erit. Sed nullo modo inter Episcopos. Et hoc tàm in conuiuijs, quàm alijs publicis actibus: quamuis nostro tempore aliquorum siue ambitione siue ignorantia aliquando sit seruatum contrarium.

Magister sacri hospitij eius officium.

Pontificis habitus.

Manuum ablutio.

Conuiuarum ordo.

Consueuerunt antiqui ponere Patriarchas quatuor Ecclesiarum principalium inter Episcopos Cardinales mixtim, nostro tempore ponuntur immediate post Cardinales. Deinde assistentes Papæ, tùm Oratores Prælati, inde Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarij, Abbates, Subdiaconi, Auditores, Clerici cameræ, Acoluthi. Ad sinistram verò erunt, & cum eis Principes, quos prius diximus (si aderunt) post eos autem si præsentes erunt & alij principes inferiores, illi tamen qui solent præcedere Oratores Regum. Deinde erunt Oratores laici, & non Prælati, & cum eis Senator, & tres Conseruatores vrbis. De alijs autem Laicis qui sunt extraordinarij, nihil ponimus, nam admitti solent ad voluntatem Pontificis, & non ordinariè.

Aduertat tamen magister domus vt prius cum Clerico cæremoniarum ponat in scripturis nomina, & ordinem inuitatorum ad conuiuium, & maximè laicorum: & si quæ sunt contentiones de

Conuiuarum nomina, & ordo in libello.

Digitized by Google

præsidentia componantur prius, quod si ibi orirentur, si nolunt componi, ambo contendentes honestè iubeantur exire, si tamen esset colorata contentionis causa, & non temeraria, quia tunc solus temerarius eijciendus esset.

Quod autem de imperatore dicimus, intelligimus de imperatore Romanorum, non autẽ Græcorum, nam ille vt rex tractatur. Poterunt lauare post primos plures eodem tempore. Postquã omnes lauerunt, Pontifex benedicit mensam, stans sine mitra: & tunc Diaconi assistũt: finita benedictione sedet, imponitur mitra, & Diaconi vadunt ad loca sua, & sedentibus omnibus ordine, quo steterãt, portantur fercula. Primum ferculũ portabit nobilior princeps, siue imperator, siue Rex sit. Secundũ alius dignior post eum, & sic successiuè, et si erunt ex illis qui debeant sedere in mensa, portato ferculo, sedeant in loco suo. Et notandum quod Imperator, Rex, seu maximus princeps capit ferculum quod portare debet ad pontificem, extra portã aulæ conuiuij ab aliquo familiari Pontificis illuc apportatum. Alij inferiores pro ferculo ad coquinã vadunt: magister sacri hospitij, & magister domus baculos in manibus tenentes, & in habitu sibi condecenti deducunt, portantes fercula, quæ quidem fercula ad pontificẽ, & imperatorẽ tantum cooperta portari debent: alijs autem, etiã Regibus detecta, & similiter vinum: possunt tamẽ portari, & debent maximis principibus vsq; ad aulam cõuiuij, & deinde, antequàm appareãt in conspectu Papæ, detegi. Item in præsentia Pontificis nulli omnino fit publicè praguſtatio nisi ipsi Pontifici, & imperatori tantum: pro Rege autẽ aut maximo principe poterit fieri à suis, si voluerint, in credentia, vel vbi capiũt fercula. Pro Pontifice, & imperatore, fiunt ibi, vbi capiuntur à dantibus, & in mensa à portante, & de omnibus rebus. Cum primum conuiuium incipietur in loco conuenienti, ponatur palpitũ: & Diaconus, siue Capellanus, Papæ aliquid de sacra scriptura legat vsq; in fine cõuiuij. Interim cum silentio, & sine strepitu omnia administrentur, quàm diligentissimè. Cum Pontifex biberit, consueuerunt omnes astantes propter Episcopos, & superioris dignitatis viros genuflectere, quod seruari nostris temporibus vidimus, quamuis in nullo cæremoniarum libro id legerimus. Epulis abunde subministratis fit secunda lotio manuum, & tunc secundus nobilis laicus portat aquam consuetis cæremonijs. Prior Episcoporum, Cardinalium, & duo Diaconi dimissis mantellis, & mitris, vt supra, seruiũt: Deinde reuertuntur ad loca sua: lauantur & alij ordine suo, quo supra, sedentes tamen, & dum Cardinales lauant, vnus seruit alteri de mantili, illud explicando, & tenendo dùm alius lauat, & sic successiue. Ponuntur deinde vinũ, & confectiones, siue species, vt habent antiqui codices: & demùm finito cõuiuio lector dicit: Tu autem Domine miserere nobis: nisi sit in Cœna Domini: quia tunc non profertur: Tunc autem surgit Pontifex sine mitra, assistunt ei Diaconi, & reddunturgratiæ, vt in ordinario. Omnibus completis reducitur Pontifex ad cameram suam, & alij ad propria diuertuntur.

Benedictio.

Fercula.

Præguſtatio.

Lectiones.

Manuum lotio secunda.

Mensa secũda.

Gratiarum actio.

Si autem solenne conuiuium huiusmodi fiet in die quo Pontifex sacra publicè non celebrauerit, omnia, vt prædicta sunt, seruabuntur nisi de sacris vestibus. Papa inductus amictu, alba longa, cingulo, stola pretiosa, & manto rubro cum paruo caputio subtus: siue, si calores erunt, sine manto cum caputio tantum ducetur ad mensam. Cardinales, & Prælati erunt in mantellis consuetis sine superpellicijs, & sine mitris: alia omnia, vt supra. Aduertendum tamen, quod nunquam in conuiuio Pontificis admittuntur mulieres, etiam si Imperatrix, Regina, vel Pontificis consanguinea esset.

Atq; huiusmodi quidem sunt sacerdotũ summæ, mediæ, infimæ sortis nostris temporibus vsitatæ initiationes, seu, vt vulgò appellantur, cõsecrationes atq; purificationes luxus luxuriæq; plenissimæ, quæ quidem quantũ à pietate, religioneq; Christiana sint alienæ, quid opus est multis verbis? res ipsa loquitur. Debebant illi qui tam graui, difficili, arduo, periculosoq; muneri, quo Dei gloria, ipsorũ totiusq; gregis æterna salus agitur, initiantur, ieiunijs potius atq; precibus ardentissimis Deo supplicare, vt sibi tanti muneris benè feliciterq; ineundi obeundiq; gratiam largiretur, quæ sanè optima esset inaugurationis ratio olim & in Veteri Testamento, & in primitiua Ecclesia vsurpata. At hodie contra plerique illum initiationis inaugurationisue diem, & sæpè etiam duos sequentes immanissimis compotationibus cõmessationibusq; consumunt, ita vt illi dies non natales, sed emortuales, nec initiatio, sed vinitiatio potius (si ita liceret loqui) dierum illorum actio dici mereatur. O auspicia inauspicata, ô inaugurationes infaustas, ô cõsecrationes (seu pergræcationes potius) diras, ô purificationes impuras, quæ quidem ad Dei iram atq; furorem inflammandum maximè faciunt. Ac talis quidem cum sit sacerdotalis muneris initiatio, quid miri est, si talis quoq; eiusdem progressus, cursus atq;

De sacerdotum nostri temporis luxuria.

finis

finis consequatur. Nam in omnium rerum initio ac fundamento multum momenti esse ponendum quis dubitet: cùm qualia sunt rerum principia, tales plerunq; exitus consequantur? Mirum itaque profectò non est totam quoq; reliquam plurimorum sacerdotum vitam talibus initijs siue initiationibus simile, hoc est, non tam religiosam, quàm gulosam, ebriosam, flagitiosamq; existere, ita vt & ipsi antiquis illis Romanorum pontificibus, potitijs, septemuiris epulonum, Salijs atq; Lupercis, & illorum cœnæ luxuriosissimæ illis antiquis pontificalibus, auguralibus, Cerealibus atq; Saliaribus cœnis optimo iure comparandæ esse videantur.

In hunc insanum sacerdotum luxum, qui iam ab illo statim tempore in Ecclesiam Christianam inuasit, quo illa primum à tyrannorum vi atq; latrocinijs respirauit, & pacis atq; tranquillitatis luce frui cœpit, acerrimè grauissimeq; S. Bernhardus cùm aliàs, tùm in primis in Remensi concilio inuectus est hisce ferè verbis, quæ eadem etiam suis in Cantica Cant. doctissimis cõmentarijs Serm. 34. sub finem inseruit. Sic serpit, inquit, hodie putrida tabes per omne corpus Ecclesiæ, quò latius, eò desperatius, eoq; periculosius, quò intestinius. Et paulò post: Et quæ sua sunt, quærunt omnes. Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo, honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem nõ deferunt. Vnde hinc est eis, quẽ quotidie videmus, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frænis, aurũ in sellis, & in calcaribus. Plus nitent calcaria, quàm altaria. Inde mensæ splendidæ & tibis & scyphis. Inde cõmessationes & ebrietates. Inde cythara & lyra & tibia: redundantia torcularia & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. Huiusmodi sunt & volunt esse Ecclesiæ præpositi, decani, episcopi, & archiepiscopi. Et paulò post: Pauci admodum sunt, qui quæ sua sunt non quærant. Diligunt munera, nec possunt pariter diligere Christũ, qui manus dederunt Mãmonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietatẽ tanquã sponsa procedens de thalamo suo. Vnde verò hant illis exũberare æstimes rerum affluentiam, vestiũ splendorem, menisarum luxuriam, congeriem vasorũ aureorum, & argenteorũ, nisi de bonis sponsi? Inter hæc est quòd illa pauper & inops & nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida & exanguis: propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare, non est custodire, sed perdere, non est defendere, sed exponere, non est instruere, sed prostituere, non est pascere gregẽ, sed mactare & deuorare, dicente Domino de istis, qui deuorant plebẽ meam, vt cibum panis: & iterum, quia comederunt Iacob, & locũ eius desolauerunt: Et in alio propheta: Peccata populi comedent, quasi dicat, peccatorũ pretia exigunt, & peccantibus solicitudinẽ non impendunt. Idem ad pastores in Synodo quadam: Dicite ergo archidiaconi, dicite presbyteri, dicant etiã pontifices, in frænis, in sellis quid facit aurum? & in vestimentis tantus ornatus? In cibis tàm superfluus apparatus? Esca ventri & venter escis: Deus autẽ & hunc & has destruet. Multus erat nitor vestium, & delicatus ciborũ apparatus apud illum diuitem Euangelicũ, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè. Mortuus tamẽ est & sepultus in inferno. O dirũ & exectabile & horrendũ sepulchrum, vbi est fletus & stridor dentiũ: vbi sunt aquæ niuium, vbi vermis, qui non moritur: vbi ignis, qui non extinguitur, &c. Hæc sancti religiosiq; illius viri fuit de luxuriosa sui temporis sacerdotũ vita, iustissima grauissimaq; querela, cum tamen non adeò corrupti & depraua ti essent illorũ temporũ mores, quales nostris temporibus experimur. Quantò igitur grauiorem iustioremq; idem sanctus Pater, si nunc viueret, de perdito profligatoq; antistitũ Ecclesiæ luxu, qui hodie grassatur, & ad extremũ gradum peruenisse videtur, conquerendi, illumq; vnà cum pijs omnibus, qui rari sunt in hoc vasto mundi gurgite, deplorandi detestandiq; causam haberet? Similes multæ Augustin. quoq; in sacerdotum gulam & ebrietatem acerrimæ grauissimæq; inuectiuæ extant:

S. Bernhardi inuectiua in luxuriam sacerdotum.

Psalm. 52. Psalm. 78. Oseæ. 4.

Qualis porrò sacerdotum atq; pastorũ Ecclesiæ, tales monachorum quoq; atq; monacharũ hodiè sunt initiationes, quibus & ipsis nihil ferè intemperantius, luxuriosius, petulantius, libidinosius dici fingiuè potest. Totus ille dies nuptialis, vt illũ vocant, initiationis dies helluando, potando atq; tripudiando consumitur, quod quàm sit nõ modò à religione, sed ab omni ratione alienũ quis non videt? Profitentur monasticũ illud vitæ genus ineundo velle se mundo, eius pompæ, delitijs, ac voluptatibus omnibus valedicere, seq; totos Deo, eiusq; cultui consecrare: sed vnde quæso statim sanctum illud vitæ suæ genus, quod verbis præ se ferunt, auspicantur? ab ipso certè mundo, hoc est, ab impuris & immundis helluationibus atq; tripudijs, quæ, vti dixi, ab illis statim incredibili cũ luxu atq; lasciuia exercentur. Quod si quis verbis præ se ferret atq; iactaret se velle corpus suum ab omnibus sordibus purum conseruare, ac mox se in volutabrum cœnosum aliquod atq; lutulentum totum ad mentũ vsq;

Monachorum, & monacharũ initiationes, atque vita luxui perdita.

immergeret, nonnè ut cùm mendacij, tùm insaniæ quoq; meritò argueretur? Quid igitur dicemus de illis, qui, dum monasticam vitam ingrediuntur, sanctè religioseq; adfirmant se velle corpus animumq; suum ab omnibus vitiorum peccatorumq; sordibus, quantum quidem fieri posset, per omne vitæ suæ tempus, purum putum conseruare, ac mox sese eodem die ebrietatis atque gulæ grauissimorum peccatorum cæno lutoq; totos immergunt atq; polluunt, an nõ hi quoq; leuitatis, inconstantiæ, periurij, summæq; dementiæ nomine sunt accusandi? Simili luxuriæ atq; intemperantiæ morbo legimus olim Iudaicos quoq; sacerdotes, postquã purior religio paulatim in deterius ruere, multisq; superstitionibus contaminari cœpit, grauissimè laborasse: vnde meritò à S. Prophetis Dei instinctu atq; impulsu acerrime acerbissimeq; fuerunt obiurgati. In primis verò Ezechiel cap. 34. & Isa. cap. 56. illorum & ignorantiam brutam, & socordiam atq; securitatem dissolutã, & auaritiam inexplebilem, & ingluuiem atq; voracitatẽ caninam, & libidinẽ insatiabilem, & deniq; diurnas nocturnasq; perpotationes atq; helluationes, ad quas alios quoq; verbis exemploq; suo inuitare fuerunt soliti, suis quasi coloribus depinxerunt, grauissimeq; perstrinxerunt. Quæ si cum nostris temporibus, nostrorumq; Ecclesiæ pastorũ moribus conferas, nõ tàm ouum ouo simile reperies.

Ab huiusmodi itaq; initiationibus impuris & immundis mirum profectò non est impurã quoq; atq; immundam vitam sequi, qualem hodie plærosq; monachorum atq; monacharum transigere luce meridiana clarius est. Mundo profitentur se renũciasse: sed vbi quæso mundus, hoc est, (vt in S. literis accipitur) luxus atq; luxuria, pompa, ambitio, auaritia, gula, ebrietas, libido, inuidia, odia, inimicitiæ, calumniæ, discordiæ, ac in primis diurnæ nocturnæq; potationes magis dominantur, quam in plærisq; monasterijs siue cœnobijs? Exiguum est sanè illud tempus, quod rei diuinæ se impendere iactitant, si cum illo conferatur, quod in helluationibus, potationibus atq; libidinibus consumunt. Quod si mundus pro puro accipiatur, rectè dicũt se mundo, hoc est, vitæ morumq; puritati renunciare, vt impurissimis cupiditatibus atq; voluptatibus seruiant. Quamobrẽ plærasq; nostrorum, temporũ monasteria, proh dolor atq; pudor, quæ olim doctrinarũ atq; virtutũ fuerunt ἀσκητήρια atq; γυμνάσια, Ecclesiæq; Christianæ seminaria, hodie multorũ scelerum atq; flagitiorũ sunt officinæ: ita vt nõ monasteria, sed ὀινασήρια, nec tam κοινόβια, quàm ablata litera κ. ὀινόβια, hoc est, popinæ, dici possint. Nec verò ab hac culpa immunes reperiuntur plurimi ecclesiarum reformatarũ euangelici ministri, vt vulgò appellantur, quorũ similiter & initiationes intemperantissimis sæpe epulationibus potationibusq; celebrari consueuerunt, & vita quoq; vuida, madida atq; luxuriosa ab euangelica apostolicaq;, quam profitentur, atq; docent, doctrina δὶς δι' πασῶν, hoc est, longissime dissidet ac discrepat. Inter vtrosq; autem, catholicos, inquam, & euangelicos huiusmodi (vti vulgò appellantur) ecclesiarum præsules (pransores verius (vnde Germani prælset) seu præsultores dixeris) grauissima licet acerbissimaq; sit de religione dissensio atq; contentio, tamen ad symposia vbi est ventũ, ibi cessat omnis de Deo religioneq; quæstio, ibi potius de exitcandis exhauriendisq; multis fœcundis poculis acerrimè certatur, ibi deniq; concordissimã inter germanos huiusmodi fraterrimosq; fratres ad se inuicem plurimo vino obruendum concordiam, seu conspiratione potius est videre. Hæc autẽ quæ adhuc cum summo profectò animi mei dolore à me dicta sunt de pastorum Ecclesiæ, nec non monasticæ vitæ sectatorum impuritate, ijs dicta velim, qui eiusmodi culpæ atq; vitijs à me commemoratis sunt affines, vt tandem, aliquando, si ipsis & sua & Christianæ plebis salus cordi est, vt certè esse debet, resipiscant, & verè atq; reipsa, id quod verbis profitentur, mundo immundo, hoc est, immundis impurisq; cupiditatibus atq; voluptatibus renuncient, seq; totos Deo, sacris atq; diuinis meditationibus actionibusq; addicant & mancipent.

NOTA.

Conuiuia rectoralia, doctoralia, magistralia.

Atq; hæc quidem sint dicta de conuiuijs, quæ in sacerdotum atq; monialium inauguralionibus celebrari consueuerunt. His autem annumerari debent Scholastica, hoc est rectoralia, magistralia atq; doctoralia conuiuia, quæ in omnibus ferè literarum Academijs atq; Scholis valdè trita sunt & vsitata, quæq; omnẽ plærunq; modũ excedunt, & magno cum luxu, eorumq; qui illis honoris insignibus decorantur, detrimento, atq; sumptu celebrantur. Quas enim pecunias par erat in libros, in vestes, in res alias vtiles & necessarias conferri, hæ in luxuriosa atq; superuacanea illa conuiuia ab honorum illorũ candidatis profunduntur, vnde æris sæpe alieni ab illis tantum contrahitur, cui soluendo vix vel ipsi, vel illorum parentes pares vnquam esse possunt. Quamobrem hunc quoq; conuiuiorum istiusmodi luxum sumptumq; superuacaneum, qui literarũ studiosos, illorumq; parentes sæpè ad æris alieni atq; paupertatis scopulos detrudit, à Christianis magistratibus, penes quos illarũ Scholarum

Digitized by Google

larum est potestas, vel omnino tolli, vel certè imminui, & ad mediocritatẽ reuocari vehementer sanè esset optandum. Atq; hæc satis sint dicta de sacris, hoc est, Ecclesiasticis Scholasticisq; conuiuijs, quæ ob munerum atq; honorum Ecclesiasticorum atque Scholasticorum adeptionem inauguratione mue celebrantur.

DE DECIMIS STIPENDIIS ATQVE SALARIIS EORVM QVI ECCLESIIS SCHOlisq; præsunt. CAPVT XIX.

COMMODISSIMA, & ijs quæ modò posita sunt peraccommodata hîc se videtur offerre occasio disserendi in genere de stipendijs, atq; salarijs siue alimentarijs, siue pecuniarijs eorum qui sacris, hoc est, ecclesiasticis atq; scholasticis muneribus funguntur. Constat igitur cùm ex sacris, tum ex profanis literarum monumentis, antiquissimã hanc omnium ferè gentium laudabilissimamq; fuisse consuetudinem, vt ijs qui rem diuinam administrabant, honesta atq; liberalia ad illos alendum stipendia essent constituta. Nam, vt ab antiquissimis illis Patriarcharum temporibus exordiar, quis, vel mediocriter in sacris literis versatus, ignorat priscis illis seculis, quæ legem latam, & constitutam politiam Iudaicam præcesserunt, primogenios sacerdotali munere fungi fuisse solitos, quibus iure suo duplex hæreditatis portio obueniebat, quæ quidem illis stipendij loco erat ad illorum vitam tantò honestius atq; commodius sustentandam. Deinde ijsdem temporibus legimus Genes. 14. Hebr. 7. Abrahamum sanctissimum illum celeberrimumq; omnium gentium patrem, post insignem illam qua potius est victoriam, Melchizedecho sacerdoti Dei altissimi, ipsius nimirum Dei afflatu impulsuque omnium eorum quæ recuperauerat, decimas obtulisse.

Stipendia antiquissima eorũ qui sacris operantur.

Primogenij olim sacerdotes.

Abrahamus decimas Melchisedecho dedit.

Iacobus similiter (vti Genes. 28. scriptum est) votum Deo sanctissimum fecit, decimas se ei ex omnibus bonis, quæ ab illo accepisset, daturum, quæ nimirum, vt rectè Theologi colligunt, vel ad pauperes, vel ad rei diuinæ administros, vel etiam ad vtroq; alendum, atque fouendum conferrentur. Hinc apparet consuetudinem decimas dandi etiam antè legem fuisse vsitatam. Verisimile etiam est ethnicos ab illis commemoratis exemplis tritum illud suum & vsitatum prædæ, spoliorum, & quicquid ab hostibus captum esset decimam Ioui (vnde is prædator fuit cognominatus) cæteris q; dijs vouendi soluendiq; morem traxisse, cuius multa sanè illustria exempla extant apud Alexand. ab Alex. lib. 3. Geneal. cap. 22.

Iacobi votum de decimis.

Decimæ etiam ante Legem dari solitæ.

Ethnici prædæ partẽ dijs suis vouere, ac soluere soliti.

Postea constituta politia Mosaica, cùm populus vniuersus in duodecim tribus fuisset distributus, & tribus Leuitica cultui diuino destinata, ac mancipata nullos agros, vineas, possessionesue proprias haberet, quò nimirum Leuitæ atque sacerdotes omni rei familiaris cura atque solicitudine liberi, & soluti, tantò commodius faciliusq; rei diuinæ vacare possent, constitutum est lege diuina, vt sacrificijs, primitijs, & decimis omnium rerum, quæ offerebantur, à reliquis vndecim tribuum hominibus alerentur.

Decimæ Leuiticæ tribui assignatæ.

Decimæ porrò, quibus quidem potissimùm victus sacerdotum constabat, quadruplices erant. Primæ & commmunes, quas Leuitis omnis populus soluebat, dicebantur decimæ primæ. Secundæ, quas Leuitæ ex suis decimis summo Pontifici & sacerdotibus dabant: quæ quidem ab Hebræis מעשר מין מעשר maasar min maasar, id est, decimæ de decimis, aliquando מעשר שני maasar schani, id est, decimæ secundæ, ab Hieronymo δευτεροδεκάτης Græcè appellantur. Hæ decimæ omnino erant sanctæ, quæ nec extra Hierosolymam commodari, nec vendi, nec commutari salua religione poterant. Tertium genus decimarum erat, quas vnusquisq; de populo seorsim tertio quoque anno remissionis reponebat, vt profectus Hierosolymam ex his conuiuia, quibus Leuitæ & sacerdotes excipiebantur, celebraret, Deut. 14. Quartum genus erat, quas aduenis, viduis, pupillis, pauperibus alendis, ac fouendis tertio quoque anno colligebant, quæ ab Hebræis מעשר עני maasar aani, id est, decimæ pauperum, Græcè ab Hieronym πτωχοδεκάτης, id est, decimæ mendicorum appellantur, Deut. 14. Harum etiam descriptionem accuratam vide Leuitici 18. & 27. Num. 18. Deut. 14. & 26. De decimarum solutione habes quoque testimonia illustria Tobiæ 1. & Ecclesiastici 25. Vide de ijsdem Hieronymum in 45. caput Ezechielis.

Decimæ quadruplices.

Decimæ primæ.

Decimæ secundæ.

Tertium decimarum genus.

Quartum decimarum genus.

Digitized by Google

Ezechiæ edictum de decimis.

Ezechias quoq; rex sanctus atq; iustus vniuerso populo mandauit edicto publico, vt decimas sacerdotibus soluerent. Quo facto, maxima dicitur fuisse consequuta Dei benedictio, hoc est frugum atq; fructuũ abundantia, sicuti 2. & 3. Paralipom. 31. cap. scriptum est. Postreditum quoq; ex Babylone populus adigebatur ad decimas dandum, sicuti Nehem. 10. & 13. est traditũ. Verùm cùm populus ea in re officio suo deesset, nec, qua par erat fide, decimas debitas solueret, Malachias Propheta Dei impulsu eo nomine illum grauissimè obiurgauit, vt cap. 13. est scriptum. Ac primo quidẽ non sacerdotes & Leuitas modò, sed multò magis ipsum Deum, quem loquentẽ inducit, iure suo defraudari, grauissimaq; ab illis iniuria affici docet. Item ostendit hanc esse potissimam causam maledictionis, hoc est, caritatis annonæ & egestatis extremæ qua vexentur & affligantur. Deinde illos ad officium suum adhortatur, dum ait, Decimationem omnẽ inferte in domum thesauri (id est, in horrea, loca decimis deputata) & sit cibus in domo mea, id est, ad sacerdotes & pauperes alendum. Id si præstent, spem illis facit fertilitatis maximæq; frugum abundantiæ, quæ sit sequutura. Hodie quoq; Iudæi qui sunt religiosiores, decimam ex omnibus suis bonis & facultatibus conferunt ad pauperes alendum, vsurpantes vulgò dictũ illud העשר בשביל שתעשר *Theasser bischuil schetheascher, id est, da decimas, vt diteris.*

Decimarũ officium à Iudæis neglectum.

Ethnici quoq; suos sacerdotes alere soliti.

Vt autem antiquitus (sicuti iam explicatum est) apud Iudæos lege diuina certa hæc erant rei diuinæ administris salaria assignata, quibus alerentur: sic ethnicos quoq; legimus partim Iudæorũ, vt verisimile est, imitatione, partim ipsa natura duce & magistra vel decimas, vel alias etiam pensiones falsis suis sacerdotibus dedisse. Sic Ægyptij (vt Gene. 47. traditur) suos magos. Babylonij suos sacerdotes, Iesabel sacrificulos suos Baaliticos, aliæ gentes itidẽ suos mystas aluerunt. Plinius lib. 12. cap. 14. memorat Arabes deo, quem Sabin vocant (forsan à Deo Sebaoth nomine deducto) decimas persoluisse, quæ procul dubio in sacerdotum vsum cedebant. Exempla plura vide apud Alexandum ab Alexandro lib. 3. cap. 22. Exempla etiam illustria extant Iud. 17. & Gene. 27.

Decimæ etiam Christi temporibus dari solita.

Christi quoq; temporibus decimarà solutionem in vsu fuisse constat ex Matt. 27. vbi Pharisæos reprehendit, quòd decimas quidem ex omnibus etiã herbis & oleribus diligenter soluerent (id quod illos debuisse facere docet) sed interim maioris momenti officia, nempe iudiciũ & charitatẽ negligerent. Decimas porrò illas impia illa sacerdotũ cohors possidebat, & occupabat, ita vt nullus illarũ fructus in Christũ, & illius discipulos, id est, veros doctores redundaret. Legimus etiam impios illos sacerdotes tandẽ nefarij huiusce sui decimarum abusus iustas & atroces pœnas dependisse. Nam, vt scribit Eusebius Ecclesiasticæ historiæ lib. 2. cap. 20. Nerone imperante, Fœlice Iudææ præside, pontifices sacerdotibus decimas ex atrijs abstulerunt, eaq; de causa multi fame interierunt, motusq; inde tragici fuerunt consequuti.

Christi & apostolorum victus vnde.

Christus igitur summus doctor atq; sacerdos & illius discipuli atq; Apostoli cùm decimis illis, quas impij illi sacerdotes acerbissimi illorũ hostes in sua potestate tenebant, frui non possent, piorum quorundam hominum opibus ac facultatibus nutriti sustentatiq; fuerunt, vt passim ex Euangelica historia constat. Habuit Christus pecunias à pijs illius temporis hominibus tributas, habuit propriũ earum quæstorem, ac dispensatorem, perfidum nimirũ illum Iudam. Quin etiam cùm discipulos suos primùm ad Euangelium in Iudæa promulgandum, & ad miracula edendum emisisset, victum illis necessariũ dari præcepit, cùm inquit operarium, ξοφῆς (vt Matth. 10. scriptũ est) hoc est, alimento, siue (vt Luc. 10. legitur) μισθοῦ, id est, mercede sua, dignum esse. Vbi Theophilactus in voce ξοφῆς eleganter annotat, ξοφῆς inquit, non ξυφῆς οὐ γὰρ δεῖ ξυφᾶν τοὺς διδασκάλους, id est, cibo, dixit, non delitijs: non decet enim doctores delitijs indulgere. Idem (vt Luc. 10. est scriptũ) ad 70. illos suos discipulos ait: In eadẽ autẽ ipsa domo manete edentes, & bibentes, quæ apposita sunt. Et mox hoc ipsum repetens ait, Sed & quamcunq; in vrbẽ ingressi fueritis, & excipient vos, edite quæ vobis apponuntur. Paulus quoq; Apostolus licet sæpe manuum labore, tentorijs nimirum conficiendis, sibi victum comparârit, quò minori Ecclesijs quibusdã oneri esset (vt ex 20. Act. 1. Cor. 4. 2. Cor. 11. 2. Thess. 3. apparet) tamen & ipse à Philip. (vti ex 4. cap. epistolæ ad illos constat) ad victum necessaria accepit, & stipendia atq; salaria euangelij Ecclesiæq; ministris iusta debita; q; persoluenda esse 1. Cor. 9. militum, vinitorum, pastorum, boum triturantiũ, sacerdotum atq; Leuitarum vet. Test. similibus. atq; exemplis egregiè docet. Idem etiam 1. Thim. 5. & ad Gal. 6. firmis rationibus probat.

Mos primitiuæ eccl. siæ.

Apostolica & primitiua Ecclesia aluit verbi diuini precones, atq; ministros priuatis sumptibus. Piæ familiæ dabant victum, alij boni viri illis suppeditabant viaticum, amictum & alia necessaria.

Digitized by Google

cessaria. Item bona in cõmune conferebant, quæ à fidis ministris dispensabantur in vsus necessarios pauperibus. Erat hæc ratio illis temporibus & ecclesiæ conditioni accõmodata, quia ecclesia carebat publicis magistratib. & agebat inter priuatos parietes, vnde de priuatis prospiciebat suis pastorib⁹.

Magistratus Christiani decimas, aliáq; stipendia constituerunt.

At postquam principes, & magistratus, & politiæ integræ Christianam religionẽ fuerunt amplexatæ, tunc magistratus ceu ecclesiæ alumni curam hanc ad se transtulerunt, vt sub quorum manibus sunt bona cõmunia, vt vectigalia, census decimæ, ærarium publicum. Multi itaq; pij reges, imperatores, ac magistratus, Ezechiæ sanctissimi regis exemplo & imitatione, ecclesiarũ ministris atq; pastoribus decimas, aliosq; redditus, & salaria ad illos alendũ, assignarunt. Hac in re in primis liberales ac munificos sese præstiterunt, & Constantinus ille, & Carolus & re & nomine magni Imperatores. Carolum M. scribit Cranzius in sua metropoli lib. 1. ca. 8. tributa populo Christiano remisisse, & decimas ecclesijs & episcopis assignasse. Idẽ princeps Vindekindo superato, cùm Saxonibus Episcopum Vibonem constituisset, suum ei sustentando salarium ordinauit. Decimas autẽ Carolus magnus iussit diuidi in 4. portiones: quarum vna episcopis, altera clericis, tertia pauperibus, quarta ecclesijs in fabricis applicetur, sicut in decretis Gelasij Papæ continetur. In iure Canonico causa 12. quæst. 2. citatur ex Gregorio fragmentum epistolæ, in quo similiter horum bonorũ vsus ita describitur. Vocatur stipendiũ Ecclesiæ, idq; in quatuor portiones distribuebatur. Vna portio dabatur episcopo, hoc est, ministro & familiæ eius in vsus suos & aduenarum, hospitales enim debebant esse & aduenas suscipere. Altera clero, hoc est, scholasticis impendebatur, ex quibus alerentur futuri ministri. Tertia pauperibus cedebat. Quarta Ecclesijs reparandis, scholis & ædificijs ministrorũ. Hic certè optimus censeri debet bonorũ ecclesiasticorum vsus. Hæ decimæ atq; census, siue bona ecclesiastica postea, collapsa veteris ecclesiæ disciplina, partim fuerunt vendita, partim per nobiles ecclesijs erepta, multa principum decretis aliò translata, id quod hodie quoque fieri consueuit, & ea in re grauissimè peccatur.

Decimarum vsus quadruplex.

Decimarum abusus.

Vt ergo impie agunt illi magistratus, qui bona ecclesiæ dicata vel ad se rapiũt, vel ad alios vsus transferunt: ita impij & sacrilegi sunt priuati homines, qui nõ modò nihil pro suis facultatibus conferunt ad ministerij ecclesiastici & scholarũ conseruationẽ, sed decimas & census debitos iam antea ecclesiæ dicatos, vel omnino non soluunt, vel non ea qua par est fide. Vnde S. August. 16. quæst. 1. decimas dicit ex debito deberi, & eos qui dare noluerint, alienas res inuadere. Idem, si decimas (ait) dederis, non solùm sanitatem fructuum, sed & sanitatem corporum consequeris. Item, cum decimas dando cœlestia ac terrena possis promereri, pro auaritia duplici benedictione fmudaris. Hæc est enim domini iustissimi consuetudo, vt si tu illi decimas non dederis, tu ad decimam reuoceris: dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Et eadem quæst. Non Deus noster, inquit, postulat præmium, sed honorem, & qui dignatus est nobis torum dare, decimum dignatur à nobis recipere, non sibi, sed nobis procul dubio profuturum. Et 16. quæst. 7. cap. maior. Quod, inquit, non accipit Christus, accipit fiscus. Hæc ille. Itaq; mirum non est, multa quotidie cùm priuata, tum publica mala, annonæ præsertim caritatem ingruere, cùm decimæ alijq; census ad ecclesiarum scholarumq; conseruationem pertinentes vel negentur, vel malignè persoluantur.

Grauiter peccari cum non soluuntur qua par est fide.

Deniq; ipsorum etiam ministrorum ecclesiæ religionisq; grauissima est culpa, qui huiusmodi bonis ad necessarium, vel etiam liberalẽ vitæ vsum, victum, cultumq; corporis collatis impiè nefariéq; ad fastum, ad pompam, ad superstitionem, ad libidinem, ad gulam & ebrietatẽ, ad corporis voluptatem, ad auaritiam, vsuras, & fœnerationẽ abuuntur, vt hodie vulgò fieri videmus. De quo impio bonorum sacrorum abusu, qui hodie maximè viget, Hieron. quoq; suis temporibus grauissimè conquestus est in 2. Epist. ad Nepotianum, vbi contra luxum clericorum agit, qui iam tum inualuerat. Nonnulli, inquit, sunt ditiores monachi, quàm fuerant seculares, & clerici qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallaci diabolo nõ habuerant, vt suspiret eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit antè mendicos. Idem paulò post de eodem luxu, Turpe est, inquit, ante fores sacerdotis Christi crucifixi & pauperis, & qui cibo quoq; vescebatur alieno, lictores consulũ & milites excubare, iudicemq; prouinciæ melius apud te prandere, quàm in palatio. Et hæc quidem de eorum, qui ecclesiæ scholæq; inseruiunt, victu, alimentis, decimis, stipendijs, atq; salarijs satis sint dicta. Qui autem plura vult de decimis legere, legat August. 16. quæst. 1. Thomam Aquinatem 1. 2. quæst. 87. Ioannem Vuolphium in Neemiam. Martyrem in 7. Iudic. Bulling. de functione Episcop. li. 2. ca. 9.

Decimarum abusus.

Digitized by Google

DE CONVIVIIS REGVM, IMPERATORVM, QVAE IN ILLORVM CREATIONE, CORONATIONE, INAUGURATIONEVE FIERI CONSVEVERVNT. De conuiuijs consularibus Romanorum. De conuiuio Cæsariano, seu Imperatorio nostris temporibus.

CAPVT XX.

NVNC *de illis dicendum conuiuijs, quæ ob ciuilium seu prophanorum munerum, siue illa sint vrbana, siue prouincialia, siue togata, siue militaria, siue liberalia, siue mechanica, vel initiationem, vel felicem laudabilemq; functionem, vel etiam eorundem depositionem celebrari consueuerunt. Inter hæc autem monarcharum, regum atq; imperatorum conuiuia, quæ supra κλητώρια propriè à Suida & Cedreno dixi appellari, principem facilè locum obtinent, ita vt ab illis omnino exordiendum esse videatur. Ac apud Iudæos quidem conuiuia in regum inaugurationibus fuisse vsitata argumento esse potest illud conuiuium, quo Samuel Saulem excepit, cum esset inaugurandus, primo Samuel. nono capite. Item illud Dauidis conuiuium, quod in illius inauguratione per triduum summa cum lætitia ab vniuerso populo celebratum fuit, cuius hæc est descriptio: Fueruntq; ibi, scilicet in Hebrone, cum Dauide diebus tribus comedentes & bibentes: præparauerant enim eis fratres eorum. Quin etiam qui illis vicini erant vsque ad Isaschar & Zebulon & Nephthali afferebant panem in asinis, & camelis & mulis, & bobus escam, farinam, palathas, vuas passas, & vinum & oleum, & boues & oues plurimas: lætitia enim erat in Israele. Fuit triduanum hoc conuiuium cùm ipsius Regis Dauidis, quo nullus in terris sanctior religiosiorq; rex extitit, inauguratione: tùm ipsius populi ceu conuiuarum, & numero ingenti (fuerunt enim ex omnibus tribubus circiter 340822.) & vnanimi concordissimoq; consensu, quo Dauidem regem crearunt, & denique singulari erga Dauidem regem suum pietate atque liberalitate, qua cibaria, quæ tantæ hominum multitudini cibandæ sufficerent, libenter ac sua sponte plurima aduexerunt, sanè celeberrimum, perpetuaq; memoria atque prædicatione dignum. Idem porrò postquàm arca domini ex alieno solo aducta, & pristinæ suæ sedi dignitatiq; restituta fuit, liberali seu munifico potius epulo vniuersum populum excepit atque tractauit. Idem fecit Solomon in templi Hierosol. dedicatione, de quo suo in loco. Sic Adonias Dauidis filius cùm regnum, quod iure forsan primogenituræ ad se pertinere existimabat, inuadere vellet, more eorum qui regno inaugurantur, sacrificium epulare & quidem magnificum, mactatis ouibus, bobus, altilibus animantibus in loco celebri iuxta fontem Rogel, ad lapidem Zohéleth adornari curauit, ad quos omnes regis filios, excepto Salomone, nec non ministros, regni proceres, qui illius factionis erant, inuitauit, qui quidem illum faustis & vsitatis acclamationibus (viuat rex) fuerunt prosequuti. Quod cum Dauid resciuisset, ille continuò Solomonem regem vngi ac proclamari voluit: cuius rei fama simul atque ad Adoniæ & eius conuiuarum aures peruenit, illi metu perculsi & consternati illicò dilapsi sunt, & huc atque illuc diffugerunt. Ipse Adonias in templum se ceu in asylum tutissimum recepit, & altaris cornua apprehendit. Atq; hic quidem læti illius conuiuij initialis tristissimus exitus fuit.*

Conuiuia in regum inauguratione apud Iudæos.

2. Par. 12.

2. Sam. 6.
1. Par. 16.

1. Reg. 1.

Iam verò apud Persas quoque regiam inaugurationem conuiuijs magnificentissimis fuisse celebratam, cùm ex sacris, tùm prophanis quoque literis constat. Artaxerxes Persarum rex post susceptum imperium, & constitutos ab India in Æthiopiam vsque, qua regnum illius patebat, 127. satrapas, anno regni tertio amicos & duces gentium Susis accepit epulo, centum octoginta dierum apparatum ostentans, cui plurimæ gentes, earumq; legati interfuerunt. Id autem erat instructum in hunc modum. Tabernaculum fixit aureis & argenteis columellis suffultum, prætexti̅ telis linteis & purpureis, multorum millium capax. In eo ministrabatur aureis & argenteis & gemmatis poculis, quæ ad delectationem simul & admirationem affabrè erant elaborata. Mandauit etiam ministris, ne quem more Persarum ad bibendum cogerent, sed quemq; pro arbitratu suo apposito cibo potuque frui sinerent. Dimissis quoque per totam suam ditionem nuntijs edixit, vt omnes feriati ab operibus

Conuiuia in regum Persicorū inauguratione. Artaxerxis epulum magnificentissimum.

operibus festiuitatem pro regis incolumitate celebrarent. Regina quoq; Vasthi pari modo mulierum in regia celebrauit conuiuium. De his Esthere cap.1. & apud Iosephum lib.1.cap.6. plura inuenies.

Assueri epulæ.

Inter inaugurationis coronationisue conuiuia illud quoq; videtur ponendum, quod Assuerus rex Persarum Esthera, quam repudiata Vasthi sibi matrimonio iunxerat, in palatium suum recepta, regioq; diademate illius capiti imposito, principibus atq; ministris suis magnifice instruxisse fertur, additis præterea largis effusisque pro regia potentia munerum largitionibus, vti cap.2. historiæ Esther scriptum est. Maximus D. Dionysij interpres Hilaria dicit fuisse appellata cùm alias festiuitates priuatas, tum publicas celebrari solitas ob regis alicuius creationẽ. Verba eius obseruatione digna hæc sunt, ἦσαν τινες ἡμέραι τοῖς εἰδωλολάτραις, ἃς ἱλάρια ἐκάλουν, καὶ αἱ μὲν ἦσαν ἴδιαι καὶ ἰλάριοι, ὡς ὅταν τις ἔγημε, ἢ υἱὸν ἐκτᾶτο (en nuptialia & natalitia) αἱ δὲ κοιναὶ καὶ δημόσιαι ἱλάρια ἐκαλοῦντο, ὅταν βασιλεὺς ἀναγορευόμενος τὰς δημοσίας ἱλαρίας παρεῖχε, καὶ ἔτι πάνθιμα ἐν ταύταις φέρειν ἐξῆν, ἀλλὰ καὶ θέαι καὶ θύσιαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν διετελοῦντο δημόσιαι, καὶ οἱ πανθοῦντες ἐπαύοντο, καὶ ἐθεώρουν, καὶ ἐν δωχίαις ἀπαύστοις διῆγον τὰς ὠρισμένας ἡμέρας ταῖς τοιαύταις ἱλαρίαις, Id est, Erant quidam dies idololatris, quas Hilarias seu festiuitates vocabant. Horum alij erant priuati & festiui, vt cum quis vxorem duxerat, aut alicui filius natus erat. Communes autem & publicæ festiuitates Hilaria dicebantur, vt cum quis rex creatus erat, is publicas festiuitates populo exhibebat. In his nulla erat licitum luctus insignia gestare, luctus omnis cessabat, spectacula, ludi, sacrificia, epulæ per totos illos dies agitabantur.

Tycta Persarũ.

Legimus præterea semel quotannis apud Persas eo die quo quis rex creatus fuerat, magnificam splendidamque cœnam adornari fuisse solitam, quæ idcirco illorum lingua Tycta, græcè τέλεος, id est, perfecta, omnibusque suis quasi numeris absoluta dicta fuit, in qua rex solo capite ornatus erat, Persasque strenis donabat. Itaque quoniam quauis cœna regia apposita nefas veteri instituto ducebatur oranti em, & à rege suo aliquid petentem, non exaudiri, huiusce diei festiuitatisque occasione captata Amestris à rege Xerxe petijt, vt se Masistis germani sui vxore, quam deperibat, donaret: cuius petitioni turpi & inhonestæ Xerxes quamuis inuitus, ne patrium morem violaret, satisfecit. Testis est Herodotus libro nono. Sic Hestera heroicæ virtutis pietatisque fœmina in dissimili causa, pia nimirum atque honesta, captata conuiuij occasione, ad quod Assuerum regem atque Hammanum inuitauerat, petitione sua, cui rex satisfecerat, Iudæos certissimo præsentissimoque mortis interitusque periculo liberauit. Cœnæ illius Tyctæ nomine Athenæus quoque ex Herodoto meminit libro quarto, vbi verbum illud ἐγένετο videtur esse ambiguum, & dubium an significet natus est (& ita ad natalitia conuiuia fuerit referendum) an verò creatus siue designatus est. Ibidem plura Athenæus de portentoso regiarum cœnarum apud Persas luxu disserit, qui & homines græcos opulentissimos & ciuitates integras (à quibus reges illi conuiuio excepti fuerant) ad extremam egestatem atque penuriam redegit, atque adeò solum mutare coëgit. Quamobrem, vt idem refert, si bis Xerxes in eadem ciuitate cibum sumpsisset, illa continuò extorris efficiebatur. Addit tamen Athenæus, cœnam illam, quæ regi apparabatur, fama quidem fuisse splendidam & sumptuosam, sed si attentius consideretur, fuisse οἰκονομικῶς καὶ ἀκριβῶς συντεταγμένον, propterea quod illius simul multi Persarum principes atque proceres participes fierent, vt ibidem pluribus explicat. Cum hoc Persicorum regum victu non inepte forsan possis conferre Salomonis regis sapientissimi locupletissimique victum quotidianum, qui fuit 30. cori similæ, & 60. cori farinæ, 10. boues pingues, & 20. boues pascuales, 100. oues, præter ceruos, capreas, bubulos & gallinaceos saginatos. Sed quid opus est de Persicorum regum luxu multa dicere, cum hodie quoque Christianorum regum atque principum, qui opibus atque diuitijs illis Persarum regibus longè sunt inferiores, monstrosus sit in conuiuijs luxus, quo quidem ceu gurgite quodam immanissimo miserorum subditorum opes absumuntur, ipsique ad sitim, ad famem, ad extremam mendicitatem atque exilium detruduntur.

Regum Persicorum luxus.

Salomonis victus quotidianus. 1.Reg.4.

Consulum Romanorum epulæ.

Apud Romanos quoq;, vt ad propositum redeam, moris fuit, vt magistratus designati atque creati populo cùm alia munera, tùm magnificas splendidasq; epulas exhiberent. C. Iulius Cæsar, teste Plinio, lib.14.cap.15. epulum in tertio suo consulatu populo dedit, in quo vinũ Falernum, Chium, Lesbium & Mamertinum fuit appositum, quo primum tempore quatuor genera vini apposita con-

Aedilitiæ epulæ.

ſtat. Ac inprimis ædiles huiuſmodi munerum conuiuiorumq; magnificentia populi animos demulcendo viam ſibi ad altiores dignitatis gradus atq; magiſtratus muniſſe legimus. Cicero lib.2.Off. in ciuitate Romana inueteraſſe ſcribit iam bonis temporibus (verius dixiſſet malis) vt ſplendor ædilitatum ab optimis viris poſtuletur,& ſubiungit atq; commemorat aliquot exempla præſtantiſſimorum virorum, vt fuerunt L.Craſſus Dives, Q.Mutius, C.Claudius Appij filius, Lucullus, Hortenſius, Silanus, P.Lentulus, Pompeius, qui maximis & magnificentiſſimis ædilitijs functi ſunt muneribus,vt ad maiores honores ac dignitates peruenire poſſent. Oreſti quoq; nuper prandia in ſemitis decimæ nomine magno honori fuiſſe, Mamerto contra homini ditiſſimo ædilitatis (hoc eſt,ædilitiorum huiuſmodi munerum atq; epularum) prætermiſſionẽ conſulatus repulſam attuliſſe ſcribit.Idem tamen huiuſmodi largitiones multis nominibus damnandas eſſe dicit. Prodigi,inquit, ſunt,qui epulis & viſcerationibus & gladiatorum muneribus,ludorum venationumq; apparatu pecunias profundunt, in eas res,quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſunt relicturi omnino. Idem ſcribit Philippum præclarè in epiſtola quadam Alexandrum filium ſuum accuſaſſe, quod largitione beneuolentiam Macedonum conſectetur. Quæ te (malum) inquit ratio in iſtam ſpem induxit,vt eos tibi fideles fore putares,quos pecunia corrupiſſes? præclarè etiam largitionem corruptelam dixit.Ariſtoteles quoq; Alexandri magiſter,vt idem inquit,has pecuniarum effuſiones,quæ ad multitudinem deliniendam fiunt,dixit nos non debere admirari. Et paulò poſt: Hanc multitudinis delinitionem ad breue tempus exiguumq; durare dixit,& à leuiſſimo quoq; animo. Hæc Ethnicus ille de iſtis epularum munerumq; largitionibus, quibus Romani quondam ambitione impulſi populum delinire,ſeu potius corrumpere conabantur, quò facilius honores atq; munera adipiſcerentur, & ſenſit & ſcripſit. Quam turpe eſt igitur Chriſtianos hodie iiſdem vti epularum munerumq; largitionibus ad honoribus ſuis velificandum, id quod hodie à pleriſque ſuperbis ambitioſiſq; hominibus fieri videmus.

Epulæ ambitioſorum.

Hunc porrò munera epulaſq; poſt magiſtratuum adeptionem largiendi morem poſterioribus quoq; temporibus,cum Romana Reſpub.ad priſtinam formam,hoc eſt, ad monarchicam rediiſſet, vſitatiſſimum fuiſſe hiſtoriæ ſatis teſtantur. C.Caligula, teſte Suetonio, qui quatuor conſulatus geſſit, & duos nouiſſimos coniunxit, congiarium populo bis dedit trecentos H-S. toties abundantiſſimum epulum ſenatui,equeſtriq; ordini,etiam coniugibus ac liberis vtrorumq;. Poſteriore epulo forenſia inſuper,viris,pueris ac fœminis faſcias purpuræ ac conchilij diſtribuit. Eius exemplum illuſtre extat apud Flauium Vopiſcum in epiſtola Valeriani Auguſti ad Ælium Xifidium ærarij præfectum,cum Aureliano, qui poſtea Cæſar factus eſt, conſularem dignitatem detuliſſet, cuius hæc ſunt verba: Aureliano,cui conſulatum detulimus ob paupertatem,qua ille magnus eſt, cæteris maior, dabis ad editionem Circenſium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia,in ære H-S.quinquagies,tunicas multicias viriles decem, lineas Ægyptias viginti,mantilia Cypria paria duo,tapetia Afra decem,ſtragula Maura decem,porcos centum,oues centum. Conuiuium autem publicum edi iubebis ſenatoribus,equitibus Romanis: hoſtias maiores duas,minores quatuor,&c. Obſeruatione quoq; digna ſunt ipſius Vopiſci hiſtorici verba, quibus paulò poſt hunc munerum epularumq; luxum ſuis temporibus dominantem deplorat.Poſui, inquit,ſuperius epiſtolam, qua ſumptus Aureliano ad conſulatum datus eſt. Vidimus proximè conſulatum Furij Placidi tanto ambitu in Circo editum, vt non præmia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur, cùm darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragandæ, darentur etiam equi,ingemiſcentibus frugi hominibus.Factum eſt enim,vt iam diuitiarum ſit,non hominum conſulatus:quia vtiq; ſi defertur virtutibus,editorem ſpoliare non debent. Perierunt caſta illa tempora, & magis ambitione populari peritura ſunt. Hæc ille.

Conuiuium decurionale.

Conſulari autem illi ſiue ſenatorio conuiuio, quo nimirum conſul deſignatus ſenatores excipiebat,ſimile vult Lazius eſſe decurionale conuiuium ſiue epulum. Qui enim Romæ ſenatores & Conſtantinopoli, hi in cæteris colonijs, municipijſq; Decuriones nominabantur, qui in cauſis ciuilibus iudicabant.Manet huiuſce conuiuij apud nos Viennenſes vmbra quædam. Solent enim in feſto Petri & Pauli,cum naumachia hîc editur in Danubio,ſimul epulari Senatores & Conſul. Porrò illud ſilentio tranſeundum non eſt,huiuſmodi conuiuia teſtamento morientis in memoriam fuiſſe inſtituta,vt apud nos quæ fundatione fiunt. Meminerunt verò huiuſce conuiuij ſubinde inſcriptiones veteſtatum.

Conuiuia ſenatoria,vt conſularia Viennæ.

Mediolani,

Digitized by Google

Mediolani, in Lombardia.

AESCVLAPIO ET HYGIAE SACRVM COPIVS C. F. LEONAS VIVIR ET AVG. HONORATVS IN TRIB. C. L. PATRVM ET LIBERVM CLIENTIVM ET AD CENSVS PATRONI SANCTISSIMIS COMMVNICIPIBVS SVIS DD. QVORVM DEDICATIONE SINGVLIS DECVRIONIB. * II. AVGVSTALIBVS ET COLONIS COENAM DEDIT.

Epuli Decurionalis monumẽta aliqua.

Auximi, in Italia.

L. SALENO T. F. VEL. SEDATO VETERANO AVG. GG. ACEPT. HONEST. MISSION. EX COH. XLII. VRBAN. PR. QQ. QVAESTORI R. P. AVXVMAT. PATRONO COLLEG. CENTONARIOR. MANSVETA LIBERTA PATRONO OPTIMO, CVIVS DEDICATIONE DECVRIONIB. SINGVLIS IIIIII. N. ET COLONIS SINGVLIS III. N. DEDIT L. D. D. D.

Florentiæ, in Italia.

TI. CAESARE TERT. GERMANICO CAESARE ITER. COS. CN. ACCEIO. CN. F. ARN. RVFO. LV. TATIO T. PETILLIO. P. F. QVI IIVIR AEDICVLAM ET STATVAS HAS HOSTIAM DEDICATIONI VICTIMAE NATALI AVG. VIII. KAL. OCTOBR. IMMOLENTVR. ITEM NATALI TI. CAESARIS PERPETVE ACTVRI DECVRIONES ET POPVLVS CENARENT. QVAM IMPENSAM Q. CASCELLIO. LABEONE. IN PERPETVO POLLICENTI VT GRATIAE AGERENTVR MVNIFICENTIAE EIVS, EOQ. NATALI VT QVOTANNIS VITVLVS IMMOLARETVR.

Ibidem.

L. AVRELIO MARCIANO AVG. LIB. EXCEPTORI AVXVMATES D. D. M. AVG. LIB. PROC. PATER. H. A. I. REMISIT, CVIVS DEDICATIONEM DECVRIONIBVS XIIII. COLONIS. * II. DIVISIT.

Lazius lib. 3. de Repub. Rom.

In primis autem mirum, imò monstrosum in morem sumptuosa luxuriosaq; planè exiterunt illa historijs celebratissima conuiuia, siue cœnæ Imperatoriæ, quas Romani vel vbi primùm à militibus & senatu populoq; Rom. Imperatores erant appellati, vel etiam alijs certis & solennibus diebus consulibus, senatoribus, vniuersaq; nonnunquam multitudini dare fuerunt soliti. Harum exempla multa in historijs occurrunt. Pertinax Imperator Commodi successor, cum vt testis est Iulius Capitolinus, eodem die simul & Augustus fuisset appellatus, & Flauia Titiana vxor eius Augusta, & patris patriæ nomen, nec non imperium proconsulare, & deniq; ius quartæ relationis recepisset, ad palatium profectus eodem die etiam ad conuiuium magistratus & proceres senatus rogauit, quam consuetudinem Commodus prætermiserat. Hinc ergo colligimus Imperatorum Rom. consuetudinem fuisse, quam Iulius à Commodo neglectam fuisse scribit, vt magistratus atq; senatum ad conuiuium vocarent. Idem colligitur ex eo quod Hadrianum scribit Ælius Spartianus statim solitum fuisse ad conuiuium venientes senatores excipere. Verùm de imperatorijs istis Rom. Cæsarum cùm quotidianis & ordinarijs, tùm solennibus & festiuis epulis multa apud historicos videre licet. Quidam, vt Iulius Cæsar, Augustus, Hadrianus, Pertinax, Seuerus modicis & temperatis, alij verò intemperantissimis luxuriosissimisq; vsi sunt, vt Caligula, Nero, Otho, Vitellius, & qui omnes luxuria vicit Antoninus Heliogabalus, qui nunquam minus C. H-S. hoc est, argenti libris triginta, aliquando autẽ tribus milibus H-S. cœnauit, supputatis omnibus, quæ impendit, vt testis est Ælius Lampridius, qui multa sanè de incredibili illius imperatoris luxu prodidit, quæ ferè omnem fidem superant.

Cœnæ Imperatoriæ.

Hic porrò in imperatorum, regum, principum atq; magistratuum creatione atq; inauguratione mos conuiuia agitandi nostris quoq; temporibus cùm apud Christianos, tùm alios quoq; populos sanè est vsitatissimus. Ac apud Germanos quidem illustre in primis atq; magnificum est conuiuium Cæsarianum siue Imperatorium, quod post imperatoris alicuius electionem his ferè cæremonijs celebrari consueuit, cuius exemplum nobis suppeditat præclarum Maximiliani Austrij II.

Epulum Cæsarianum.

Digitized by Google

Rom. regis electio & inauguratio, quæ Francofurti ad Mœnum anno 1562. facta est. Celebratis in fano omnibus cæremonijs, in curiam inde ad prandium pro Cæsare, Rege, ac reliquis imperij ordinibus sumptuosissimè apparatum proceditur. Ponè tres regij stipatores insequuntur, qui equos insidentes, in vulgus missilia iactant, nummos scilicet aureos & argenteos, ita vtrinq; signatos, vt in altera parte Maximilianus D. G. Bohemiæ rex: in altera, Coronatus est in regem Romanorum, anno 62. legeretur. In Curiam vt ventum est, vbi Cæsar & Rex suæ mensæ, omnibus alijs septem gradus editiori, considere cæperunt, electores singuli sua ex aureæ Bullæ ordinatione officia obeunt.

Electorum singulorum munera in illo epulo.

Et quidem omnium primò Brandeburgicus, qui pocillatoris munere fungitur, Curia descendens, in generosum equum ascendit, & ad mensam quandam medio foro stratam properans, auream inde peluim & mappam accipit, ijsq; in Curiam rediens Cæsari & Regi vt manus lauent & abstergant, administrat, post pelui, mappa & equo Comiti Zollerano ex iure antiquo cedentibus.

Brandeburgicus pocillator.

Deinde Saxo, qui Ensiferum & Mareschallum agit, in equum agillimè insiliens, eo in auenaceum aceruum propè Curiam effusum incitato celerrimè fertur, indeq; modium implet argenteum, semper modio & equo inferiori Mareschallo, Friderico Pappenheimio attributo, auena autem pro derelicto habita vulgiq; direptioni concessa.

Saxo ensifer, & Mareschallus.

Postea Palatinus Archidapifer, ad coquinam extra Curiam propter Franciscanorum ædem constructam expeditus in equo aspirat, indeq; assumptis ferculis, Curiam versus reditum maturat, ibi equo relicto, fercula ad mensam Cæsaris, ei Saxone nigrum bacillum præferente, defert. Eius equum vnà cum argenteis, quibus fercula gestabantur, patinis iure quodam peculiari dominus Seldekius adipiscitur.

Palatinus Archidapifer.

Consecrant mensam Archiepiscopi, Treuerico verbis præeunte, cui reliqui duo respondent. A consecratione Moguntinus, se comitantibus Treuerico & Colonienſi, codicillos imperijq; sigilla ex oblongo argenteo bacillo plus minus duodecim marcorum pretio, dependentia Regi affert, Rex sigilla allata Moguntini collo accommodat, recipiens se sibi tùm ipsos Archicancellarios, electoresq; reliquos ac vniuersos imperij ordines quàm commendatissimos habiturum: tùm iura atq; priuilegia ipsorum non modò ab omni defensurum violatione, sed cum res ita feret, etiam amplificaturum esse.

Archiepiscopi tres mensam consecrant.

Hisce officijs posteaquam Electores solenniter sunt defuncti, singuli separatim mensis in eadem aula splendidissimè instructis dispositisq; ad vtrumq; Cæsaris & Regis mensæ latus discumbunt. A latere dextro primam occupat Moguntinus, alteram Palatinus. Ad sinistram positarum primam tenet Colonienſis, secundam Saxo, tertiam Brandeburgicus. Contra Cæsarem & Regem mensa posita erat, cui Treuericus iuxta Legis Carolinæ formulam accumbit. Hæ autem mensæ omnes tàm Cæsarum, quàm Electorum aureis adornatæ stragulis magnificentissimè nitebant, suprà etiam & à tergo aureis aulæis affabrè sumptuosissimoq; opere confectis dependentibus. Præterea dictas mensas aliæ duæ oblongæ in eadem stabant aula, ad quas collocantur Teutonicæ familiæ magister, Vuirtziburgicus & Spirensis Episcopi, item Bauarus, Iuliacensis & plures alij duces atq; principes viri. In contiguo aulæ hypocausto etiã quatuor aliæ mensæ instructæ erant, quarum primæ legati Colonienses, secundæ Aquisgranenses, tertiæ Norici, quartæ Francofurtens. accumbebant. Mensis singulis singuli abaci omnis generis aureis atq; argenteis vasis in triclinijs expositis, opulentissimi adiecti. Mensam Cæsarianã procurabant præter cæteros duodecim præcipui imperij comites, Electorum vicem obeuntes. Habebant quoq; Electores, & Principes suos singuli comites, nobiles, qui illis à dapibus & poculis erant. Legatis quatuor ciuitatum certi etiam attributi ministri. Cæterùm licet conuiuium insigni magnificentia, ingentiq; epularum apparatu instructissimum sensis præberetur ferculis, vt dena simul edulia apponerentur: inter ea tamen plurima non esui apta, digna solùm erant, quæ cum admiratione oculos pascerent. Bellarijs etiam secundæ præsertim mensæ conquisitissimis, viniſque pretiosissimis fuerunt instructæ. Interim dum sic:

Regificè extructis celebrant conuiuia mensis,

Ante Curiam album & rubens merum, duabus fistulis per speciem bicipitis Aquilæ, editæ columellæ impositæ, subterranea deriuatione profundebatur. (Sic Neapoli in Federici Cæsaris aduentu pluribus diebus nobilissima vina in speciem aquæ extemporarijs fontibus vbertim fluxere. Sab. lib. 8. cap. 7.) Veteri etiam consuetudine Bos integer, multis alijs animalibus fartus, ligneo vero in foro torrebatur, ex quo parte alia ad inauguratum Romanorum regem delata, reliquum multitudinis direptioni cessit. Mensis remotis Treuericus gratias egit: postea Cæsar & Rex suis ornati

Bos integer multis alijs animalibus fartus assatur, et distribuitur.

insignibus

insignibus ab Electoribus, cæterisq; principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus & anteambulonibus domum deducuntur, quibus deductis singuli in sua se receperunt palatia.

Simile imperatorium siue Cæsarianum epulum in Caroli V. Cæs. coronatione apud Aquisgranum magnificentissimè celebratum plenius Hartmannus Maurus ceu testis oculatus hunc in modum descripsit. Regia maiestas Imperiali habitu atque ornatu induta, delatis ante se imperij insignibus maximo Electorum, cæterorumq; principum comitatu, palatium tota Germania celeberrimum, cuius latus forum spectans Imperatorum marmoreis statuis est spectabilissimum, ascendit, vbi omnia ad splendorem gloriamq; magnificentissimè, aureis peristromatibus, stragulisq; aureis sic adornata fuêre, vt maximam rationem publicæ dignitatis habitam fuisse dixisses, solennisq; conuitio, præter Principes Germanos statusq; Romani Imperij nemo interponebatur. Epulum in coronatione Caroli V. apud Aquisgranum.

Statim atque Rex ascendisset, minor Imperij Mareschalcus Vlricus de Pappenheim, equo cui insidebat in cumulum auenæ vsque ad pectus, adacto argenteo modio duodecim marcarum, publicè in foro, ex more vice ducis Saxoniæ, auenam demetiebatur. Aqua deinde aurea pelui Regijs manibus à Marchione Ioanne de Brandenburg, & minore Imperij Pincerna dabatur: tenuitq; Comes Palatinus & alij astantes Principes mappam, qua aspergebantur manus Regiæ. Vlrich de Pap...

Comes deinde Palatinus Archidapifer, præcedente Submareschalco gestante eleuatum bacillum, cum D. de Roy magno, & alijs minoribus magistris curiæ, ad coquinam descenderunt Regiam.

Antequam reuerterentur Electores, Ecclesiastici benedictionem mensæ legerunt. Quamuis autem hoc antiquæ annotationes Archiepiscopo Colonienſi coronatori saltem illa die tribuerunt, tamen Treuerensis sibi hoc competere contendebat ob causam, quod senior in consecratione foret. Archiepiscopus meus Colonienſis ob ea, quæ in aurea bulla continentur, cuius authoritas in dubijs merito sequenda, æquo animo cessit.

Post benedictionem Archiepiscopus Moguntinus, associatis duobus Archicancellarijs Colonienſi à dextris, Treuerensi à sinistris, sigilla Regia à baculo argenteo duodecim marcarum pendentia, regiæ mensæ oblata, cum retraderentur, Moguntinus ea collo aptauit, totaq; die publicè inde dependentia gestauit. Tametsi Treueri contendebant, Aquisgranum esse Archicancellatus Gallici.

Ante dapes venere tubicines atque aneatores Regis. Heroldi quoque insigniter ornati: inter quos Anglicus quoq; Heroldus, cum insignibus Regis sui honoris causa conspiciebatur.

Tubicines præcinentes vbi ad medium atrij peruenere, substitêre: tubis tamen omnia personabant, quousque Dominus Palatinus per deuexum ascendendo septem gradus, primum ferculum coopertum, Regiæ Maiestati reuerentissimè apposuisset. Controuersia erat inter Legatum Regis Bohemiæ & Subpincernam Imperij N. de Limpurch, vter eorum Regi vinum aqua dilutum ex more propinaret. Sed excussum pridie fuit, pro Friderico agnomine, & officio Pincerna, cum ille semel & primo propinasset. Post durante prandio Palatinus Fridericus pocillator Regis fuit.

Omnibus Principum Electorum officijs solenniter defunctis ad mensas ipsis præparatas, Principes sese reposuere. Singuli suos Comites atque nobiles habuere, quibus inter epulas ministris vtebantur.

Hic opportunum de ordine mensarum relationem facere. Regia mensa posita latere dextro, quod forum respicit inter columnas, in meditullio aulæ, & parietem substructas, eleuataque fuit fastigio septem pedum. Electorum verò mensæ, modicis intervallis positæ, pedalis altitudinis fastigium habuere, & tàm Regis quàm Electorum mensæ aureis stragulis stratæ. Aulæa quoque aurea supra, & à tergo propendebant, magnificentissimi operis. Licet prandium prælautum, omnibusq; cupedijs ciborum instructissimum abundantissimè quinquaginta scilicet ferculis sic præberetur, vt dena semper edulia apponerentur, inter ea tamen multa non esui apta, digna solum erant, vt cum admiratione spectarentur. Licebat enim videre species castellorum, arborum, leonum aquilarum, vnde Romani Imperij regnorumq; Hispaniæ vexilla dependebant, mensis singulis, singuli abaci ordinatim dispositi, primis primi ministri quoq; fuêre.

Digitized by Google

Marchio Casimirus structor, siue præguſtator Regiæ Maiest. fuit. Regem sedentem in aurea sella circumstabant dexteriore latere D. Marchio de Arschot, & Episcopus Leodiensis, siniſtro latere Comes de Zorn sceptriger, pluresq; alij principes, atque Comites, Germaniæ atq; Hispaniæ. A siniſtro erat abacus regius, ornatus spectabiliſsimis vasis veteris cælaturæ, omnis vsus, duo præsertim vnicornua, admirandæ prodigioſaque magnitudinis. Vas item aureum ingentis capacitatis, Regiæ Maiestati dono à Rege Anglorum, gratulandi causa missum, vt ferebatur, visebatur.

Latere dextro, duobus paſsibus infra regem primæ mensæ assedit Archiepiscopus Colonienſis. Qui secus contenderunt, ob annotationes imperitorum scilicet, quod primus discubitus regi Bohemiæ deberetur, illi auream bullam, normam Ceremoniarum Principum non viderunt, quæ his rebus statum modum præfinit, moriſq; imperij non satis gnari, cæcutierunt. Tametsi secundo loco mensa regi Bohemiæ strata præparataq; fuisset, vacua tamen edulio mansit.

Tertia mensa pro duce Saxoniæ vacua. In quarta prandium sumpsere Episcopi Vuormatienſis, Ratisponenſis, Dux Otto Heinrici Bauariæ. Quinta ad tempus fuit vacua: poſt occupabatur à regijs consiliarijs. Sextæ assidebat Magistratus Aquisgranenſis. Nurembergenſis Legati, qui Imperialia ornamenta aduexerunt, ad septimam mensam collocati fuêre. Reliquæ duæ mensæ conuiuarum vacuæ mansêre.

Latere siniſtro prope columnam, prima mensa Moguntini Archi præsulis. Secunda D. Palatini. Marchionis de Brandeburg tertia, sed esculentorum vacua, ob Marchionis absentiam. Quarto loco duces Braunsuicenses & Iuliacenses, accubuêre. Quintam occuparunt missi à ciuitate Colonienſi.

E regione Regis directe posita fuit mensa Treuerenſis Archiepiscopi. Paulum infra mensas Colonienſis, atque Moguntini Archiepiscoporum. Conuiuium Regium oppiparum, lautiſsimumq; quatuor propè horis, quasi regali cum silentio agebatur.

Expleto prandio, gratiſsq; à Treuerenſi dictis, omnia tubis, tympaniſq; personabant, strictoq; diui Caroli gladio, iterum Regia maiestas viros equestris ordinis creauit.

Omnibus absolutis, Rex Imperialibus ornamentis indutus, cum Electoribus suo quoq; peculiari habitu vestitis, ingentiq; Principum frequentia atque comitatu, præcedentibus æneatoribus, hoſpitium intrauit: Regeq; deducto singuli Principes ad sua quoq; hoſpitia diuerterunt. Archiepiscopus Moguntinus statim regi sigilla cum argenteo illo baculo, cuius antea mentio facta, insuper candidum eximiumq; equum dono miſit. Quæ omnia à Cæsare mox remittebantur. Rege subiungente, se fidem Moguntini adeo exploratam, perspectamq; habere, vt sigilla regia nulli tutius quàm eius fidei credi poſsint. Regem insuper futurum suæ personæ gratioſiſsimum Dominum, Episcopatumq; Moguntinum potenter, efficaciterq; protecturum. Moguntinus fidei eius commiſſa sigilla quidem retinuit, argenteum autem baculum, equumq; D. Nicolao Ziegler homini solerti, suo Vicecancellario pro honorario liberaliter dedit.

Epulum in coronatione Caroli V Bononiæ celebratũ.

His porrò addere libet tertiũ epuli Cæsariani exemplum, quod in eiusdem Imperatoris Caroli V. coronatione apud Bononiam celeberrimã Flaminiæ vrbem præsente Clemente VII. Rom. Pont. magnifico apparatu, agitatũ fuit, & à Corn. Agrippa eleganter admodũ literis memoriæq; proditũ.

Hac magnificentiſsima pompa inclinante se iam die, reuersus ad Palatium Imperator deſiliens equo, primum eos qui signa & vexilla præferebant, tùm vmbraculum gestauerant, & alios pleroſq; cum nobiles, tùm ciues & scholaſticos equestris ordinis auratos milites, procreauit. Deinde Baſilicam ampliſsimam aulam auratis laquearijs, & Babylonicis peripetaſmatibus ſuſpenſam tapetiſq; inſtratam, principibus comitantibus aſcendit. Cernebantur ibi appenſi laquearibus argentei polymyxi penſiliaq; candelabra, quæ luminoſis cereis redolentibusq; lychnis referta, lumina latè profundebant. Conſpiciebatur ibi etiam extructus ampliſsimus abacus, varij generis aureis eſcarijs & poculis, puta lancibus, & lebetibus, ænophoris, amphoris, phialis, ſcyphis, cyathis, pateris, tragemataris miro artificio cælatis, gemmatisq; calicibus, & id genus epitrapezijs confertus. Ad caput autẽ Baſilicæ ſub aureo conopæo Imperatoris mensa ſita erat, & iuxta non longè altera mensa, qua magnificentiſsimus Sabaudiæ dux, cæteriq; principes qui coronationis inſignia portarunt, recubituri eſſent. Erant etiam cæteris principibus ac prælatis primoribusq; ſatrapis ſuſpenſa peristromatibus & inſtrata aulæis, ſuisq; abacis & menſis magnifice parata cœnacula. Iam hora aderat conuiuij & inſtructis

instructis mensis accumbebat summum thronum Imperator, ac deinde per ordinem cæteri principes suas mensas accumbunt. Dantur aquæ manibus & solenni Oratione mensæ benedicitur. Tunc primores Satrapæ (Dapiferos idcirco vocant) præeuntibus cum suis scipionibus architriclinis, argenteis canistris panem, & auratis patinis varia tuceta, leucophaga, frictellas, tortas, & quicquid præclarum ars Apitia excogitare potuit, inferunt. Deinde secundis mensis grandioribus lancibus exquisitissimas per ordinem epulas copiose apponunt, assa, elixa iusculenta, frixa, pastilia, promulsidaria, pultaria, crustulenta, aliaq; lautissimorum eduliorum genera sapidissimis succorum multiugis condimentis suffusa; multa quoque supra appetentiam discumbentium magnificentiæ causa illata sunt. Porrò tertijs mensis, quæ cœnam clauderent, variegata coquinarijs artificijs multarum figurarum tragemata, bellariaq; ministrabantur: nec deerant toto conuiuio varij generis generosissima vina, stabantq; præsto pincernæ pocula singulis pro libito ingerentes, propinatoresq; ad omnes epulas & pocula prægustabant. Illud quoq; magnificæ liberalitatis spectaculum multis admirationi fuit, quod post singulas dapes leuatæ mappæ & mantilia, vnà cum auratis, argenteisq; patinis & lancibus, cumq; cibarijs è fenestris in forum præda plebi proijciebantur: structoribus interea alia supra alia imponentibus. Cumq; iam absoluta esset cœna, dilutis, pro more, oderatissima aqua manibus, remotis mensis, iterum solennibus precibus redditæ sunt Deo gratiæ. Tunc Imperator accepto in manus gladio sacro, plurimos rursus cùm nobiles tùm consulares viros ad equestris ordinis honorem dignitatemq; prouexit. Magna denique parte noctis transacta principes singuli consalutato Imperatore ad sua diuersoria cubitum facessunt, populo Bononiensi adhuc pluribus florulentis diebus ignitisque noctibus festiuitatis celebritatem iugiter continuante. Eiusdem festiuitatis sanè magnificentissimæ Iouius quoque meminit libro 37. de Caroli V. coronatione. Is, inquit, dum Bononiæ coronabatur, è lacubus, qui in summo prætorianæ porticus fornice fuerant fabrefacti per siphones rubra & alba vina fundebantur, panes ab alto in subiectos milites spargebantur, torrebaturque in machina versatili bos integer, ingens, hœdis, verueculis, ac omni ferè volucrum genere farctissimus, vt in tanta festa hilaritate milites sub armis in acie stantes, ad manum paratis obsonijs cum iucunditate vescerentur. Talis fuit porcus Troianus veteribus, farctus alijs animalibus, in cuius ventre erat turdi aliæq; auiculæ, suminis, vuluæq; frusta, aliaq; complura, vt est apud Athen. lib. 9. cap. 6. & Macrob. Satur lib. 3. cap. 13. Nam Cincius in suasione legis Fanniæ, obijcit sæculo, quod porcum Troianum mensis inferat. Quem illi ideò sic vocabant, quasi alijs inclusis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Hæc de regijs & imperatorijs, & quæ se illis æquarunt, magistratuum Romanorum conuiuijs in illorum initiatione siue creatione agitari solitis.

Conuiuia apud Heluetios in honorem nouorũ magistratuum.

Apud plærosque Heluetiorum pagos bis ferè in anno ab vniuerso populo in honorem nouorum senatorum atque magistratuum conuiuia publica tributim celebrantur, quæ vulgo Schenckinen *quasi dicas dona siue donaria appellantur, quo vocabulo omnia ferè honoraria conuiuia, quæ in alicuius gratiam quacunque de causa fiunt, appellantur. Moris etiam est, vt cum nummi argentei, tum etiam nuces et alia huiusmodi pueris distribuantur, ad vsurpationem nimirum vetustæ consuetudinis, qua olim (id quod etiamnum hodie in regum & imperatorum coronatione fieri consueuit) Romani magistratus & imperatores omnis generis munera missilia (donatiua vulgò atque congiaria dicta) vt vestes, vnguenta, cibaria omnis generis multitudini atque militibus largiri fuerunt soliti. Huc præterea pertinent conuiuia iudicialia, quæ à iudicibus nouis toti collegio exhibentur, quæ idcirco vulgò* Richtermal *id est, iudicialia conuiuia appellantur. Item conuiuia quæstoria, & vt ita loquar, rationalia omnis generis, quæ à quæstoribus ærarij publici,*

Conuiuia iudicum, quæstorum, &c.

nec non præfecturarum, prouinciarumque rectoribus, postquam muneris pecuniæque administratæ rationem reddiderunt, consulibus atque senatoribus præberi solent. Huc denique referuntur omnia illa conuiuia quæ ob ciuilia munera atque magistratus celebrantur, quæ quidem varia sunt atque multiplicia:

DE CONVIVIIS MILITARIBVS, DIAETA ATQVE VICTV MILITARI VETERVM. DE EPVLIS ante & post prælium, de cœnis victorialibus, triumphalibus. De donatiuis, atque congiarijs.

CAPVT XXI.

QVONIAM verò illa ipsa munera ciuilia atq; prophana, partim sunt togata siue pacis: partim bellica siue militaria, partim etiam mixta, vt sunt regum, imperatorum, principum (quorum maiestatem, vt rectè Iustinianus imperator inquit, non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt vtrunq; tempus bellorum & pacis rectè possit gubernari) atq; etiam magistratuum nonnullorum: idcirco de ijs quoq; conuiuijs nobis dicendum, quæ ob bellicas actiones, ac præsertim ob victorias partas, ab imperatoribus atq; ducibus ob imperatorum appellationes militibus exhibentur. Ac omnino militaria seu castrensia conuiuia, quæ στρατιωτικὰ & παρεμβολικὰ Plutarchus appellat, sunt duplicia, alia quidem quotidiana & ordinaria: alia verò extraordinaria, solennia siue festiua.

2. Probl. 10. Conuiuia militaria partim sunt ordinaria, partim extraordinaria.

Quotidiana & ordinaria ea voco, quæ quotidie inter milites agitantur, quorum ipsos quidem imperatores seu duces summam decet curam suscipere atq; gerere. Ac primò quidem dabunt operam, vt milites non singuli seorsim, sed in certas quasdã turmas atq; cohortes diuisi simul cibum potumq; capiant, quæ quidem militum συσσίτια ad mutuam animorum coniunctionem plurimum faciunt. Huc facit Pescennij imperatoris institutum, qui teste Spartiano in eius vita, iussit ne milites in zonio ad bellum aureos & argenteos nummos portarent, sed potius vt publicè commanducarent, (commendarent in nonnullis exemplaribus legitur.) Iosephus quoq; in historia belli Iudaici de castrorum Rom. forma ac dispositione verba faciens testatur non fuisse in cuiusuis potestate prandere atq; cœnare seorsim, cum ipse vellet, sed simul & vna prandendi, cœnandi atq; etiã dormiendi certa fuisse & statuta tempora. Cœnæ autem illæ atq; prandia in tentorijs per contubernia decorè ordinateq; apparabantur, cum singula sua certa haberent ministeria. Deinde danda opera vt illa militum conuiuia sint admodum liberalia atq; copiosa, quibus nimirum illorum vires multis bellicis laboribus atq; vigilijs fractæ reficiantur. Nam militares labores atque vigiliæ abundantiorem aliquantò copiosioremq; victum requirunt, cuius inopia atq; defectu illorũ vires debilitari est necesse. Quàm sanè ob causam Romanos imperatores summam legimus curam adhibuisse, ne milites fame & commeatus reiq; cibariæ penuria premerentur, ac id quidem Iulium C. Cæsarem in primis curasse, ex illius commentarijs satis liquet. Alexander Seuerus, teste Spartiano, dicere est solitus, militem non timere imperatorem, nisi sit vestitus, calceatus, armatus, & satur, & habens aliquid in zonula. Nihil enim profectò magis militum animos viresq; frangit, quàm fames, nec est aliud, quòd illos magis abalienet ab imperatore, quàm eius rei negligentia. Vnde multa in Romanorum historijs de illorum frumenta atque annonam largè liberaliterq; militibus distribuendi dimetiendiq; consuetudine legimus.

Conuiuia sine sybritia militũ, qualia esse debeant.

Verùm vt militibus de liberali sufficientiq; victu est prospiciendum: ita contra summopere cauendum ne illorũ victus atq; conuiuia nimis sint delicata atq; luxuriosa, quæ quidem ad illos emolliendum effœminandumq; plurimum faciunt. Atq; hanc quidem ob causam Homerica illa conuiuia bellica, Plutarchus ἀπολιμώδη & διψαλέα, hoc est, à fame atq; siti non omnino libera appellauit: credo quòd prisci illi Heroes ac bellatores belli tempore moderato atq; frugali victu vterentur, nec se ad saturitatẽ extremam vsq; immo dico cibo potuq; onerarent. Nam cibi potusq; luxuria cùm in pace, tùm in primis in bello valdè est periculosa, maximarumq; sæpe cladium atq; calamitatum causa, quemadmodum plurimis exemplis probari posset. Quamobrem fortis sapientisq; ducis officiũ est, vt se primùm, deinde milites suos, quoad eius fieri potest, ab immoderata cibi potusq; ingurgitatione contineat atq; cohibeat, nec delitijs atq; cupedijs, sed duro potius victui se militesq; suos assuefaciat. Hac in re Romanorum potissimum, qui omnium ferè gentium victores extiterunt, eluxit sapientia ac fortitudo, historicorum literis celebratissima, qui quidem milites suos austera, arcta, duraq; disciplina continuerunt, minimeq; molli delicatoq; victu emolliri atq; languefieri passi sunt.

2. Probl. 10.

Cibi

Cibi militares siue castrenses, vt vulgò vocabantur, erant laridum, taseus, posca, (teste Ælio Spartiano in vita Hadriani) & buccellatum atque acetum, teste eodem in vita Pescennij, quem imperatorem scribit iussisse vinum in expeditione neminem habere, sed aceto vniuersos esse contentos, & pistores expeditionem sequi prohibuisse, buccellato iubens milites & omnes contentos esse. Eiusdem victus militaris luculenta mentio seu descriptio potius extat in L. 1. C. de erog. Milit. annonæ his verbis: Repetita consuetudo monstrauit expeditionis tempore buccellatum ac panem, vinum quoq; atq; acetum, sed & lardum, carnem etiam veruecinam milites nostros ita solere percipere. In duobus diebus buccellatum, in tertio die panem, Vno die vinum, alio die acetum: vno die lardum, biduo carnem veruecinam. Hæc ille. Buccellatum est panis ad vsus diuturnitatem excoctus, quo milites pasci in castris solebant, vti scribit Marcellinus lib. 17. Idem panis ab Hippocrate διστρεθος & διπυρίτης, à Suida διπυρος: à nonnullis ξηρὸς ἄρτος, Romanis priscis, auctore Suida, παξαμάδιον siue παξαμὰς fuit appellatus, qua voce Leo vtitur de re militari, & deducitur ab inuentore Paxamo coco. Hieron. aduersus Iouin. Elaboratas carnes ad iura Apitij, & Paxami: à Gallis, Italis & Hispanis bis coctus siue bis assus, aliâs panis cibarius, panis nauticus (propterea quod nautæ eo vtuntur) & rubidus quoq; panis à Plauto appellatur, in Casina. Festus interpretatur, parum coctum. Hermolaus Barbarus & apud Festum, & apud Plautum ruidum, Lambinus ruuidum legendum putat Ruidum autem siue ruuidum Lambinus interpretatur, rude, scabrum & impolitum, quales sunt panes non benè pisti, alij tamen panem rubidum siue ruidum bis coctum esse volunt. Martialis:

Cibi militares.

Buccellatum.

Oret caninas panis improbi (buccellatum videtur intelligere) buccas: id est, buccellas:

Hinc Buccellarij equites cataphracti per orientem, auctore codicis præfectumarum Scoto ad Theodosium Augustum, nominantur, hoc est, qui minima annona viuebant. Erant autem natione ἑλλην γαλάται Gallogræci, vt auctor est Suidas. Panis militaris duo fuisse genera ex Valeriani imperatoris epistola, quæ est apud Fla. Vopiscum in eius vita apparet: petit enim duci Romam misso dari panes militares mundos sedecim: castrenses quadraginta. Vtebantur Romani pane ex tritico tanquam validissimo, & saluberrimo, pane ex hordeo antiquis vsitato, damnato, & vsui iumentorum destinato, quod minus alere videretur. Milites sæpe ob aliquod delictum hac pœna afficiebantur, vt hordeaceis panibus vesci cogerentur, vt ex Polyb. lib. 6. & alijs constat, vt nimirum nõ tanquam homines, sed tanquam bestiæ tractarentur, cum hordeum brutorum potius, quam hominum cibus æstimetur. Hæc possunt accommodari meo iudicio, ad illustrandum illum locum Hoseæ 3. v. 2. vbi propheta Dei personam sustinens vxorem sibi comparat 15. argenteis, & sesquicoro hordei: quibus verbis indicatur rudem ac quasi brutum illum populum tenuissimo vilissimoq; cibo tractandum atq; alendum esse, nempe hordeo modico, quo antiquitus vix serui, nedum homines ingenui vel vxores, sed iumenta potius ali solebant. Vilis igitur, abiecta, dura & austera populi illius conditio in seruitute describitur. Item Imp. Constant. lib. 12. Cod. tit. de Salgamo hospitib. &c. Salgama inter cibos castrenses numerat, quæ quidem, vt vult Lazius sub se continebant oleum, butyrum, & omnes condituras & ligna, deniq; cuncta in dies necessaria: ad quod Ausonius alludit hoc carmine:

Buccellarij.

Salgama.

Salgama non hoc sunt, quod balsama, cedite odores.

Et Columella in carminibus de cultu hortorum:

Tempore non alio vili quoq; Salgama merce.

L. vnica. C. de Salgamo hospitibus non præbendo, hæc est: Ne quis comitum, vel tribunorũ, aut præpositorũ, aut militum nomine, Salgami gratia, culcitras, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus. Cuiatius ibi. Salgami nomine scio significari conditas herbas, veluti enulam, brassicam, betam, quæ etiam à Turcis condiri solent. Sed huius nominis obtentu exigebant etiam transeuntes milites culcitras, ligna, oleum, quod hæc cõstitutio tollit. Hinc vas Salgamarium, & Salgamarij venditores.

Laridum est caro suilla salita: vnde Macrob. lib. 7. Saturnal. Sæpè apposita salita carne, quam Laridum vocamus, opinor quasi largè aridum. Eam Cicero in libr. de Senect. Succidiam appellauit. Varro in lib. 2. rerum rusticarum: Et qui non audierit patres nostros dicere ignauum & sumptuosum esse, qui Succidiam in carnario suspenderit, potius è laniario, quàm domestico fundo. Et M. Cicero. Iam hortum agricolæ ipsi succidiam vocant. Succidiam alij à suibus cædendis (nam id pecus primum occidere, & salire, vt seruarent, patres fam. cœperant, auctore M. Varrone)

Laridum.

Digitized by Google

alij quòd paulatim succiditur, appellatam volunt. Lardum militarem esse cibum Nazianzenus quoq; in Athanasio testatur. ὑείων κρεῶν ἐσθιόχεα, οἷς τὸ στρατιωτικὸν ἐφίεται. Quo ad poscam (cuius Spartianus in vita Hadriani meminit, & cuius loco idem in vita Pescennij acetum videtur ponere, cuius etiam lex illa Constantini meminit) illa est potio ex aceto parti modo maiori, modò minori aquæ mixto confecta, qua vini loco messores vti Christophorus Vega testatur lib. 2. de arte medendi, cui, vt idem inquit, si oleum & panem addas, cibum conficies refrigerantem, vtilem laborantibus & iter agentibus sub æstu solis. Eiusdem in Italia quoq; messis tempore in magno æstu vsus esse fertur. Vnde licet nobis intelligere cur cap. 2. historiæ Ruth Booz iusserit Ruthæ cum messoribus cibum capere, & buccellam suam in acetum tingere, vt Lud. Lauaterus in doctissimis suis in illum libellum commentariolis annotat. Poscam, inquit Brodæus lib. 1. Miscell. cap. 11. plurimi Grammatici eorum esse suspicantur, ego semper apud Plin. oxycratum. Qui zythum apud eum esse existimant, nugantur, ipse enim poscæ, & zythi, vt diuersarum potionum, mentionē infert.

Poscæ.

Acetum. De aceti natura (quod Hebræi חמץ Homez Græci ὄξος vocant) vide Plin. lib. 23. cap. 1. Seruius.

Et potu & fotu stomacho conducit acetum.

Et Dioscor. vim aceti dixit esse δυσμαχικὴν. Cùm igitur acetū, siue potiones atq; cibi ex aceto confecti maximā habentes vim refrigerandi, laborantibus, vt messoribus atq; militibus, valdè sint accommodati atq; vtiles, mirum profectò non est illo Romanos in expeditionibus suis plurimū vti fuisse solitos. Mirum quoq; non est (id quod nonnulli mirantur) cur Suetonius scribat Asiaticū Vitellij imperatoris libertum Puteolis poscam vendidisse, cum is potus non solùm medicum in vsum, vt nonnulli opinantur, intus & extra adhiberetur, sed etiam cùm milites, tùm vilis plebecula illo in quotidiano victu in magnis præsertim caloribus vterentur. M. Catonem in militia semper aquam bibisse ferunt, nisi quando ardenter sitiebat, tunc enim acetum potasse legimus. Mirum itaque non est milites Rom. Christo sitienti acetum præbuisse. Hodie quoq; milites semper secum acetum ferunt. Sciendum enim, nec vinum per se, quia calidum, nec acetum, quia siccum, nec aquam, quia tardius permeat & distribuitur, mistam autem aquam alterutri horum certa potione, sitim probè extinguere. Nam hæc vini caliditatem, & aceti siccitatem sua frigiditate & humiditate corrigit. Tam vinum autē, quàm acetum essentiæ suæ tenuitate ipsi aquæ celeritatem, & permeandi promptitudinem impertit. Quare prudenter quidam aquam insalubriorem admisto aceto corrigunt: præterquàm enim quòd vt celerius hypocondria aqua transeat, præstat: etiam contra venena valet, & à putrefactione tuetur. Apud Plautum in Rudente Grippus piscator parcum & tenue prandium quale militibus conuenit, exprimit his verbis: Hic rex cum aceto pransurus est atque sale.

Allium. Allium quoq; meritò inter cibos militares est referendum, quod veteribus militiæ fuit hieroglyphicum. Hinc prouerbiū Ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα, μηδὲ κυάμους, id est, Ne edas allia, & fabas: quo, teste Suida, significabatur tranquillæ vitæ amatoribus, & à bellis (in quibus alij maximus erat vsus) & à iuditijs, atque actionibus ciuilibus (cùm & fabis olim in suffragijs ferendis vterentur, & fabas esitarent ad somnum arcendum) ceu otio atque tranquillitati planè contrarijs omnino esse abstinendum, de quo vide etiam Erasm. in Adag. Athenienses quoq; (auctore Suida) ad nauigationes & expeditiones suas allia potissimum commercari fuerunt soliti: vnde prouerbium σκόροδον ἐν δικτύοις. Allium in retibus, de vili commeatu, Erasmo interprete. Hinc Aristoph. in Equitibus, milites coemptis prius allijs & cepis naues ἐπαγωγὰς, id est, equis transportandis aptas alacriter conscendisse dicit. Et ibidē chorus Alantopolam incitans ait, ἴν' ἄμεινον, ὦ τᾶν, ἐσκορδισμένος μάχῃ, id est, vt, ô amice, inalliatus strenuè magis pugnes. Nam allium creditur bellatorum vires excitare, vnde gallinaceos allio prius dato ad pugnam præmuniri atq; incitari aiunt, quod Græcis est σκορδίζειν. Plinius contra pituitam & gallinæ & gallinaceis prodesse mixtum in farre testatur lib. 20. cap. 6. In obsidionibus similiter vrbium allium olim in magno fuisse pretio Suidas testatur, quò pertinet illud, ἀπόλλυμαι τὰ σκόροδα παρθεύμενος, id est, Perdo allia in obsidione. Thraces idem auctor frigidam regionem incolentes meritò σκορδοφαγεῖν, id est, allijs vesci aiunt, eò quòd allium calefaciendi vim obtinet. Romanus quoq; nautis allij esum familiarem fuisse indicant illa Anthemonidis militis Punicè loquentis apud Plautum in Pœnulo,

Cælius lib. 4. cap. 14. idem de Celtis testatur.

—— Tum autem plenior
Allij, vlpiciq;, quam sint Romani remiges.

Vlpicum.

Digitized by Google

Vlpicum, teste Plinio lib.19.cap.6. Græci appellauere allium Cyprium, alij anteſcorodon, præcipuè Affricæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Vt autem militum & nautarum, ita quoq; ruſticorum & olim & hodie, vſitatus cibus fuit. Hinc Galenus allium ruſticorum theriacam appellauit, lib.12.meth.med.cap.8. Et Plinius lib.19.cap.6. ait, Allium ad multa ruris præcipuè medicamenta prodeſſe creditur. Huc faciunt Plautina illa in Moſtell. Tranio ſeruus vrbanus ad Grumionem ruſticum.

——At te Iuppiter
Dijq; omnes perdant, oboluiſti allium
Germanã illuuies, ruſticus, hircus, hara ſuis, &c.

Cui reſpondet Grumio. Quid tu vis fieri?
Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica. Et paulò poſt.
Sine me alliato fungi fortunas meas.

Id eſt. Sine me fortunis meis, quæ in alliato (panis eſt allio intinctus, atq; perunctus) conſiſtit, contentum viuere. Contrà Veſpaſianus Imp. teſte Suetonio, adoleſcentem fragrantem vnguento, quum ei pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam grauiſſima increpuit, Maluiſſem allium oboluiſſes: literaſq; reuocauit. Allij grauis eſt ſapor atque odor, vnde & allium latine ab olendo, & σκόροδον græce, vt vult Suidas, quaſi σκαιὸντι ἐόδλον ὄν, παρὰ τὸ σκαιὸν ὄζειν, id eſt, ſiniſtro odore, & Hebraice שומים *Schumim Num.11. (quo ſolo in loco vox hæc reperitur, quam alij Chaldaicam, alij Ægyptiam eſſe putant) à* שמם *Shamem, quod eius afflatum aſpernamur, dictum volunt. Plinius, Aſperi eſt ſaporis, tædium quoq; huic halitu, vt cœpis, nullum tamen coctis. Hinc mirum non eſt Horatium allium fuiſſe exſecratum his Carminibus. Od.3.*

Edat cicutis allium nocentius,
O dura meſſorum ilia,
Quid hoc veneni ſæuit in præcordijs? Vitia allij, inquit Plin. lib.20.cap.6. ſunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, ſtomachũ lædit copioſius ſumptum, ſitim gignit. Mirum eſt, inquit Ambroſius, allio delectari homines, quod fugit leopardus: nam ſicubi parietes litu infeceris, exilit protinus, nec reſiſtit. Cuius tamen venenata fera odorem non patitur, in menſam admittunt plerique, ac internis infundere viſceribus non deſinunt. Sed doloribus, dicat aliquis, medetur quandoq; : ſit ergò medicamentum, non cibus. Allium comedentibus, templum matris deorum ingredi nephas erat. Itaque cum Stilpon hoc neglecto templum intraſſet, per quietem oblata eſt ei deæ ſpecies illum ob hanc legis violationem obiurgantis. Cui ille: Da quo veſcar, & allijs abſtinebo, teſte Athen. lib.10. Ægyptij contra, vt auctor eſt Plinius lib.20.cap.6. allium cepaſq; quæ apud illos fœliciter prouenerunt (vt ex cap.11. Num. patet) inter deos iureiurando habebant. Idem lib.2. ſcribit Ægyptios per cibos fœtidos, & alia ſimilia iurare fuiſſe ſolitos. Et tamen ijdem, teſte Perſio, alliorum capita guſtare fuerunt ſoliti, cum id ad multarum noxarum depulſionem valere vetuſtas crederet. Verſus Perſiani hi ſunt:

Incuſſere deos inflantes corpora, ſi non
Prædictum ter manè caput guſtaueris alli.

Eadem allij capita ouis, quæ incubantur, ſubſterni vtiliter aduerſus tonitrua Columella putauit. Ne allij quidem caput dat, apud Ariſtoph. in Veſpis, prouerbium eſt de homine ſordido, nimisq; parco, Eraſmo interprete. De allij generibus, ſatione, cura, Plin. lib.19.cap.6. Allij, vt idem docet lib.20.cap.6. magna vis eſt, & vtilitas contra aquarum, & quorum libet locorum mutationes; ſerpentes abigit & ſcorpiones odore, &, vt aliqui tradiderunt, beſtiarum omnium ictibus medetur potu, vel cibo, vel illitu. Illius ſuffitu ſecundas partus euocari Hippocrates exiſtimauit. Valet contra hæmorrhoidas, araneorum atq; canum morſus venenatos, ſerpentum ictus, morbum regium, ſacros ignes, tenaſmum, phthiriaſes, dentium atq; temporum dolores, pectorum ſuppurationes, capitis vlcera manantia, ilium, anginam, diſtillationes, raucitatẽ. Medetur inſanis, phreneticis, phthiſicis, hydropicis, ſuſpirioſis vt Plinius locõ ante citato teſtatur.

Allij odorem fœtidum edentibus extingui teſtatur Plinius lib.19.cap.6. ſi vel cruda faba, vel ſecundum Menandrum, radicẽ betæ in pruna toſtam quis ſuperederit. Idem præſtat apij vulgò Petroſelini dicti radix eodem modo ſumpta: ruta poſt manducata. Et pedoariæ etiam radix allij fœ-

vorem ab ore pellit. Denique vt odore careant omni, seri debent cum luna est sub terra, colligi, cùm est in coitu, vt Plin. testatur.

Cepe. Allijs annumerandæ cepæ, quæ similiter bellatorum vires exacuunt, vt testis est Socrates in Xenphontis Symposio. Easdem sanitati conducere Asclepiades docuit, vnde prouerbium vetus σωὸς χρήσῃ κρόμμυον μόνον λαβών, id est, sanus eris, si cepe tantum sumpseris, κρόμμυον græce dictum Eustath. vult Ιλ. π. δι' ὃ τας κόρας μύομεν, vt & σιναπι ibidem ἐπειδὴ σινεται τὰς ὄπας ἐντῇ ὀδμῇ. Hodie quidam præcipiunt, vt viginti vasa, qualia salsamentaria harengorum sunt, allijs repleta, totidemq; cepis referta, inter menstrua cibaria mille militibus ad nauale pugnam abducendis satis futura naui ferantur. Hoc illorum præceptum à veterum consuetudine videtur promanasse.

Cœnatica. Cibi castrenses qui militibus dabantur etiam Cœnatica fuerunt appellati. Vt lib. 3. tit. de erogat. militar. annonæ in Cod. Cœnaticorũ nomine milites, & super his stantes, nihil penitus à prouincialibus accipere audeant, Cuiacius ibi. Ne prouinciales militibus conferant cœnatica, quod quasi pro cœna nouum nomen expilandarum prouintiarum causa excogitarant.

Imperatorum victus, atque diæta dura. Hic igitur Romanorum militum vilis, asper durusq; victus atque diæta fuit, qua non solùm milites, sed ipsos quoque duces seu imperatores vsos fuisse legimus, quò nimirum suo exemplo, quod in omni re est efficacissimum, milites tantò facilius in officio continere & temperantiæ assuefacere possent, quorum exempla quædam subijciam. Scipionem tradunt cum amicis ambulantem solo cibario pane vesci solitum. Sic etiam de Masinissa scribunt, qui nonagesimum ætatis annum agens, stans adhuc ante tabernaculum, vel ambulans cibum capiebat. Hadrianum imperatorem scribit Spartianus militem suum quasi bellum immineret, semper exercuisse, & tolerantiæ documentis imbuisse, ipsum quoque inter manipulares vitam militarem magistrasse (id est, moderatum esse) cibis etiam castrensibus in propatulo libenter vsum, hoc est, larido, caseo & posca, exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli, & auctoris sui Traiani, delicata omnia vndiq; summouisse, multa ibidem de militari disciplina omnibus ducibus bellicis cognitu factuq; vtilia subijcit. Eadem de Pescennio imperatore idem auctor tradidit. Is enim cum & vinum in expeditione bibere, & pistores expeditionem sequi prohibuisset, omnes aceto & buccellato volens esse contentos, noluisseq; tota in expeditione quenquam in commanipulatione (id est, contubernio, sic commanipulones Spartiano, commanipulares Tacito, Cic. contubernales dicti) focum facere, vel vnquam recens coctum cibum sumere, sed pane & frigidis vesci, quo facilius hac in re milites haberet morigeros sibiq; obsequentes, ipsemet ante omnes militarem cibum sumpsit ante papilionem, nec sibi vnquam vel contra solem, vel contra imbres quæsiuit tecti suffragium, si miles non haberet. Alexander quoq; & re & nomine Seuerus, teste Ælio Lampridio, in procinctu atque in expeditionibus apertis papilionibus prandit atque cœnauit, cum militarem cibum cunctis videntibus atque gaudentibus sumeret, &c. Idem sub finem de eodem: Pranderat fortè publico, vt solebat, conuiuio, id est, apertis papilionibus cibo militari accepto: neq; enim aliud à discumbentibus militibus in tentorio est repertum. Solebant quoq; milites cum imperatoribus, vel certè in illorum conspectu cibum capere, id quod ex illis Trebellij Pollionis verbis de vita Salonij siue Gallieni Imperat. videtur colligi posse. Mos fuit, vt ille inquit, vt cingula sua pleriq; militantium, qui ad conuiuium venerant, ponerent. Hora itaq; conuiuij Saloninus puer siue Gallienus, militibus auratos constellatosq; baltheos rapuisse perhibetur, & cum esset difficile in aula palatina requirere quod perijsset, ac taciti militares viri detrimenta pertulissent, postea rogati ad conuiuium cincti accubuerunt. Cumq; ab his quæreretur, cur non soluerent cingulum, respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem, vt deinceps cum imperatore cincti discumberent. Negare non possum, addit idem auctor, alium plerisq; videri huius rei ortum esse morem. Dicunt enim militare prandium, quod dictum est prandium ab eo quod ad bellum milites paret, à cinctis initum: cuius rei argumentum est, quod à discinctis etiam cum imperatore cœnatur. Nec tamen semper, sed nonnunquam milites videntur cum imperatoribus suis cibum sumpsisse. Omnino autem optandum esset, vt duces suorum militum conuiuia diligenter inspicerent: cum oculus domini optimus sit & præstantissimus officij magister.

Milites cum imperatorib. vel certè in illorũ conspectu cibũ capere soliti.

Prandium militare vnde dictum.

Imperatorum, & militum luxuria perniciosa. Verùm vt hæc Romanorum militum, & imperatorum etiam quorundam cibi potusq; tenuitas ac frugalitas qua vsi sunt, ipsis gloriam victoriasq; opimas & præclaras peperit: ita contra cùm ipsorum

Alexander Seuerus.

Pescennius.

Traianus.

Hadrianus.

Scipio. Masinissa.

Digitized by Google

ipſorum militum, tùm ducum ſeu imperatorum ſiue Romanorum ſiue aliorum etiam intemperantia atque luxuria illis ignominioſiſſima ſimul atque pernitioſiſſima plærunque extitit, vt hiſtoriæ teſtantur. Annibalem eiuſq; exercitum armis inuictum Campana luxuries voluptate vicit, vt Cicero inquit Oratione 2. agraria, de quo ſic Liuius Decad 3. lib. 3. Capuam in hyberna conceſſit, ibiq; partem maiorem hyemis exercitum in tectis habuit, aduerſus omnia humana mala ſæpè ac diù durantem, bonis inexpertum atque inſuetum. Itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates immodicæ, & eò impenſius, quò auidius ex inſolentia in eas ſe immerſerant. Somnus enim & vinum, & epulæ & ſcorta, balneaq; & otium conſuetudine indies blandius ita eneruauerunt corpora, animoſq;, vt magis deinde præteritæ victoriæ eos, quàm præſentes tutarentur vires. Idem de Romanis ſcribit Salluſtius in Coniurat. Catilin. Nam L. Sylla, vt ille inquit, exercitum, quem in Aſia ductauerat, quo ſibi fidum faceret, contra morem maiorum luxurioſe nimiſq; liberaliter habuerat. Loca amœna, & voluptuaria facilè in otio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum inſueuit exercitus populi Rom. amare, potare, ſigna, tabulas pictas, vaſa cælata mirari, ea priuatim ac publicè rapere, delubra ſpoliare, ſacra profanaq; omnia polluere, &c. Verùm ante Syllam Cn. Manlius Volſo qui de Gallis qui Aſiam incolunt, triumphauit, diſciplinam militarem, teſte Plinio, à L. Scipione, cui ſucceſſerat, ſeuerè conſeruatam ſucceſſor ipſe omni licentiæ genere corruperat. Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico inuecta in vrbem eſt. Ij primùm lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas & alia textilia, & quæ tùm magnificæ ſuppellectilis habebantur, monopodia & abacos Romam aduexerũt: tunc pſaltria, ſambuciſtriaq;, & conuiuialia ludorum oblectamenta addita epulis: epulæ quoq; ipſæ & cura & ſumptu maiori apparari cœptæ: tùm cõquus viliſſimum antiquis mancipium & æſtimatione & vſu in pretio eſſe, & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta. Vix tamen illa quæ tùm conſpiciebantur, ſemina erant futuræ luxuriæ. Atq; hanc quidem ob cauſam cum in ius eſſet vocatus, iudices illi infenſiores fuiſſe Liuius teſtatur. In eandem ſententiam digna ſunt memoratu illa Decad. 4. lib. 4. M. Portij Catonis verba legem Oppiam ſuadentis: Sæpè me quærentem de fœminarum, ſæpè de virorum, nec dè priuatorum modò, ſed etiam magiſtratuum ſumptibus audiſtis, diuerſiſq; duobus vitijs, auaritia & luxuria ciuitatem laborare, quæ peſtes omnia magna imperia euerterunt. Hæc ego quò melior lætiorq; indies fortuna reipub. eſt, quò magis imperium creſcit, & iam in Græciam Aſiamq; tranſcendimus, omnium libidinum illecebris repletas, & regias etiam attrectamus opes, eò plus horreo ne illæ magis res nos ceperint, quàm nos illas. Decad. 4. li. 9.

Ex his ergo omnibus patet corrupta Græcis Aſiaticiſq; delitijs militari diſciplina, ab exercitu luxuriam in ipſam ciuitatẽ Romanam penetraſſe, ac maiora indies incrementa ſumpſiſſe. Sed tamẽ hæc ipſa diſciplina bellica poſtea ab imperatoribus nõnullis, vt C. Iulio Cæſare, Pompeio, Auguſto, Traiano & alijs, quorũ ſupra facta eſt mentio, ad priſtinã ſeueritatẽ frugalitatemq; fuit reuocata, quò etiã factũ vt ab illis ipſis imperatorib. priſtinæ diſciplinæ inſtauratorib. maxima difficillimaq; bella geſta atq; confecta, potentiſſimæ gentes atq; reges deuicti, populiq; Rom. imper. latiſſimè dilatatum fuerit, vt ex hiſt. patet. Egregia ea in re & Peſcennij & Seueri Imp. opera emicuit, vt Ælius Spartianus teſtatur. Extat epiſt. Seueri quam ſcripſit ad Rogoniũ Celſ. Gallias regentẽ, ſeuera & vehemens, qua illi militaris diſciplinæ corruptelã grauiſſimè hiſce verbis exprobrat. Miſerũ eſt, inquit, vt imitari eius diſciplinã nõ poſſimus, quẽ per bellũ vicimus. Milites tui vagãtur, tribuni medio die lauãt, pro triclinijs popinas habent, pro cubiculis meritoria: ſaltant, bibũt, cantant, (Hæc Chriſtianorũ eſt, præſertim Germa. militum diſciplinæ militaris forma) & menſuris conuiuiorũ vacant, cũ ſine menſura potent. Hæc ſi vlla vena paternæ diſciplinæ in nobis viueret, fierẽt? Emenda igitur primũ tribunos, deinde militẽ, quẽ quandiu timueris, tandiu timeberis. Peſcẽnius auẽ tantæ ſeueritatis fuit, vt cũ milites quoſdã in caueo (catino forſan) argenteo expeditionis tẽpore bibere vidiſſet, iuſſerit omne argentũ ſubmoueri de eſu expeditionali, addito eo, vt ligneis vaſis vterentur. Suuatoslaus Rutenorũ princeps Helenæ primæ inter Rhutenos Chriſtianæ filius (vt hoc obiter interponã) tantæ ſeueritatis fuit, vt in bello nulla impedimenta, ne vaſa quidẽ coquinaria exercitui ſuo permiſerit, vt teſtis eſt Sigiſmun. Baro. Sequuntur plura de auſtera diſciplina, qua Peſcennius milites à delitijs & voluptatibus, quibus Cõmodi potiſſimùm luxurioſiſſimi Imp. temporibus aſſueuerant, ad priſtini victus atq; diætæ militaris tenuitatem frugalitatemq; traducere ſedulò eſt conatus quorũ ſuprà facta eſt mentio. His adde quod idem imperator ob ſurreptum gallinaceũ ea epũ- Diſciplinæ Romanorum belli cæ inſtauratores.

Digitized by Google

lones affecit ignominia, nequid cocti obsonij sumeret, sed pane, & frigidis vescerentur. Hac ille sua seueritate, vt testis est Spartianus, sibi viuo quidem odium & inuidiam apud milites capitalem, at mortuo laudem & gloriam magnam comparauit. Auidius quoq; Cassius, vt testis est Vulgatius Gallicanus, dissolutam militum Rom. licentiã magna seueritate refrænauit. Præter laridum, buccellatum, atq; acetum militem in expeditione portare prohibuit, & si aliud quippiam reperit, luxuriem non leui supplicio affecit. Extat de eodem epistola D. Marci ad præfectum suum talis. Auidio Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes, quas totas excaldantes se reperisse Cæsonius Vetilianus scripsit, & puto me non errasse, siquidem & tu notum habeas Cassium hominem Cassianæ seueritatis & disciplinæ. Neq; enim milites regi possunt, nisi in veteri disciplina. Scis enim versum à bono poëta dictum, & omnibus frequentatum:

Moribus antiquis res stat Romana virisq;.

Tu tantum fac adsint legionibus abundè commeatus, quos si benè Auidium noui, scis nõ perituros. Marco præfectus hunc in modum respondit: Rectè consuluisti, mi domine, quòd Cassium præfecisti Syriacis legionibus. Nihil enim tàm expedit, quàm homo seuerior Græcanicis militibus. Ille sanè omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo (hypothymiades dictæ sunt corollæ collo circumpositæ) & sinu militis excussit. Annona militaris omnis parata est, neq; quicquam deest sub bono duce: non enim multum quæritur, aut impenditur. Plura deinceps subiungit de habitus, cultus & exercitationum militarium disciplina, tandemq; id quod est animaduersione dignum, concludit. Ergo correcta disciplina (en quanta sit bonæ disciplinæ vis & efficacia) & in Armenia, & in Arabia & in Ægypto res optimè gessit: amatusq; est ab omnibus orientalibus, & speciatim ab Antiochensibus, qui etiam imperio eius consenserunt.

In hac epistola Daphnicis moribus agentes videtur idem esse quod libidinosis luxuriosisq; moribus viuentes: à Daphni Syracusio, Mercurij filio, siue, vt alij volunt, amasio formosissimo atque amoribus turpissimis infami, Bucolici carminis auctore, qui postremò luminibus captus est, quòd ebrius cum aliena fœmina congressus esset, vt prædictum ei fuerat à Nympha, auctor Suidas, de eodem vide plura apud Diod. Siculum lib. 5. & Ælian. lib. 10. Var. historiæ. Vel, vt mihi verisimilius videtur, à Daphne ingenti luco, & opaco, aquis fontanis irriguo, distante 40. stadijs ab Antiochia Syriæ: in cuius medio phanum fuit, & asylum Apollinis, auctore Strab. lib. 15. Huius in hac ipsa epistola paulò post fit mentio his verbis: Programma (edictum) in parietibus fixit, vt si quis cinctus inueniretur apud Daphnem, discinctus rediret. Et apud Iulium Capitolinum in vita M. Antonij Imp. Et Verus quidem postquam in Syriam venit, in delitijs apud Antiochiam & Daphnen vixit. Ammianus Marcell. lib. 19. sub finem, Daphnen amœnum & ambitiosum Antiochiæ suburbanum vocat. Sozomenus histor. eccles. lib. 5. cap. 19. eiusdem suburbij amœnitatem insignem copiosè admodum describit, vbi inter alia scribit, Daphnen adire turpe & ignominiosum fuisse indicatum ab hominibus probis, cum natura loci atq; situs, nec non, quæ ibi exercebantur, superstitiones ad ignauiam, ad libidines ac voluptates homines inuitarent. Eiusdem loci idem auctor meminit lib. 3. cap. 14. vbi Iulianum apostatam illo ipso in loco per 7. dies superstitionibus, atque epulis vacasse scribit. Quoniam ergò in Daphne loco amœnissimo delitijs & voluptatibus indulgebant, hinc Daphnicis moribus agere est libidinibus & voluptatibus inseruire.

Per excaldationes videntur balneæ intelligendæ, quibus forsan in Daphne indulgebant, vt Romani in Baijs ciuitate Campaniæ, situs amœnitate & aquarũ cum frigidarum, tum calidarum salubritate celeberrima, vnde Cic. pro M. Cœlio: Baijs acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Vox excaldationis etiam à Spartiano ponitur in Albino, cuius hæc sunt verba. Nam cùm Cæsariana familia hoc speciale habuerit, vt paruuli domus eius in testudineis alueis lauarentur, nato infantulo testudo ingens patri eius munere piscatoris allata est, quod ille homo literatus omen accipiens, & testudinem libenter accepit, & eam curari iussit, atq; infantulo ad excaldationes pueriles dicari. Hinc quoque apparet voce excaldationum significari lauationes siue calidis, siue frigidis in aquis, cum præpositio ex in compositione aliquando priuandi, aliquando intendendi vim obtineat.

Atq; hæc de militari siue Castrensi potentissimi illius populi totius ferè orbis terrarum domitoris atq; domini victu atq; disciplina sint dicta, quæ vt non minus eleganter, quàm verè Valerius Max.

Digitized by Google

Max. lib. 2. cap. 3. de militari disciplina scripsit, acriter retenta illi principatum Italiæ peperit, & multarum vrbium, magnorumque Regum, validissimarum gentium regimen largita est, fauces Pontici sinus aperuit: Alpium Tauriq; montis conuulsa claustra tradidit: ortumq; è paruula Romuli casa, totius terrarũ orbis fecit columen, ex cuius sinu omnes triumphi manarunt. Hæc ille de militaris Romanorũ diætæ atq; disciplinæ fructibus egregijs præclarè disseruit, quæ quidem alijs quoq; gentibus accommodari possunt. Sic enim exempli gratia quandiu Persæ illo suo nasturtio (quod à narium tormento dictum esse volunt, Kressich Ger.) & aquæ potu in pace pariter atq; bellis fuerunt contenti, & cæteris quoq; in rebus disciplina acris apud illos viguit, tandiu illorum imperiũ magis magisq; amplificatum fuit atq; floruit: at verò simulatq; illi sese delitijs, voluptatibus atq; luxuriæ dediderunt, florentissimum illorum imperium breui tempore deletum fuit atq; extinctum. Idem de Spartanis dici potest, qui & ipsi quandiu duro illo suo horridoq; victu atq; cultu & in pace & in bello vsi sunt, opibus, potentia atq; diuitijs floruerunt, at verò simulatq; voluptuariam luxuriosamque vitam consectari cæperunt, illorũ robur atq; potentia paulatim diminui cæpit, donec tandem omnino corruerit. Idem de Athenienſibus, Cretenſibus & innumeris alijs populis dici potest, quos sobrietatis temperantiæq; studium, & cùm pacificæ, tùm militaris disciplinæ seueritas opibus atq; diuitijs auxit & amplificauit, contrà verò intemperantia, luxus, disciplinæ militaris remissio atq; dissolutio afflixit atq; perdidit.

Sed quid opus est diutius veterum exemplorum commemoratione immorari? Veniamus ad nostra tempora, & exemplorum satis habemus. Turcæ, quorum imperium longè lateq; patet, seuera rigidaq; (vt testis est Bartholomæus Georgeuiz de moribus Turcarum) in bellis disciplina vtũtur, à vino abstinent, cibo exiguo viliq; sunt contenti, videlicet lacte coagulato & aqua temperato, & immisso pane vel recenti, vel bis cocto, necnon caseo, & carnibus siccis, Pastarma dictis. Hi sunt militares siue castrenses illorum cibi, quibus pacis quoq; temporibus assuefiunt, quibusq; in expeditionibus bellicis non serui modò, verumetiam domini atq; duces vtuntur. Hac itaq; illi sua abstinentia disciplinaq; militari grauissima bella fœliciter administrant, victorijs maximis potiũtur, imperijq; sui fines quotidie latius extendunt. Confer nunc cum illis Christianorum mores, victum atq; disciplinam, belli pacisq; temporibus vsurpatam, dissimillimam profectò reperies, qua nihil mollius, delicatius, languidius atq; dissolutius dici potest. Mirum itaq; profectò non est cum luxu luxuriaq; Turcas tantùm vincamus ac superemus, nos armis contrà bellisq; ab illis plerunq; cum maximo nostro dedecore atq; detrimento vinci ac superari. In Turcarum castris viget sobrietas, temperantia, parsimonia, castitas, continentia, vigilantia, fidelitas, & summa obedientia. Contrà in Christianorum castris versatur luxus & omnis luxuriæ cõmeatus, gula, crapula, libido, ita vt maior ferè adsit meretricum, quàm militum turba. Germani illi prisci simplici, tenui duroq; victu pacis belliq; temporibus vsi fuerunt. Is fuit, vt Cæsar scribit, lac, caseus; taro: vt Cornelius Tacitus, potus ex ordeo aut frumento, poma agrestia, fera recens, lac concretum, quibus Plinius addit pultem auenaceam, Habermüß/ quo victu, vt Tacitus eleganter inquit, sine apparatu, sine blandimentis famem expulerunt. Tunc temporis igitur Germani opibus, robore, potentia, victorijs floruerunt, cæterisq; ferè omnibus populis terrori fuerunt. At hodie cum plusquam Sybariticis delitijs ac voluptatibus toti sint immersi, famis sitisq; impatientissimi: mirũ profectò non est, illorum potentiam atq; imperium Turcarum, Moscouitarum, Tartarorum aliarumq; barbararum gentium famis sitisq; patientissimarum crebris irruptionibus imminui quotidie atq; labefactari. Nam vt Turcarum, ita Moscouitarum atq; Tartarorum tenuis imò horridus est victus, qui quidem vt olim, ita hodie quoq; cadaueroſis carnibus victitare dicuntur. De Moscouitarum victu militari sanè tenuissimo, vide Sigismundum Baronem in Comment. rerum Moscouit. Tartaros idem testatur lacte equino plurimum delectari, quod eo homines & fortes & pingues fieri credunt, vnde Hippomolgi olim dicti sunt. De eorundem victu immani, vide plura apud eundem.

Turcarum disciplina victusque militaris.

Christianorũ disciplina atq; dieta bellica.

De Iudæorum quoque antiquo victu atq; dieta militari hîc quædam postremò adijcienda, quæ ex 1. libro Samuelis cap. 17. videtur posse colligi. Nam cùm Saul primus rex Iudæorum bellum aduersus Palæstinos gereret, Isai Dauidis pater, qui tres filios in Saulis castra habebat, Dauidem ad illos misit, vt illis ephi polentæ ac decem panes, tribuno autem decem caseos adferret. Hinc primò apparet morus fuisse apud Iudæos, vt non stipendia à rege acciperent, sed singuli à suis alerentur.

De Iudæorum victu militari.

Digitized by Google

Kali Heb. quid

Iam verò quoad ipsa alimenta, quorũ hîc fit mentio, primò ponitur קלית *Kali, quæ vox etiam reperitur 2. Regum 17. Leuit. 23. Ruth 2. sine Aleph finali. Rab Solomon, far tostum in fornace interpretatur. Hieronymus polentam vertit. Deriuatur à* קלה *Calah (vnde forsan calidum & calefacere) quod est torrere, frigere: vnde etiam* קלחת *Calachat, id est, caldare. Primò enim torrebant grana, deinde frigebant, postremò coquebant pultem. Polenta est farina tosti frictiue hordei, à polline, vt nonnullis videtur, dicta: cuius variam & multiplicem conficiendæ rationem, vide apud Plinium libro 18. c. 8. vbi etiam hordeum antiquissimum in cibis esse dicit, sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearij appellabantur. Vide etiam Galenum de Aliment. facultat. lib. 1. vbi docet laudatissimam polentam fieri ex recenti hordeo mediocriter frixo, & tosto. De polenta vide Manardum lib. 3. epist. 3. Quoniam autem vt hordeum, ita polenta quoque ex eo confecta, teste Galeno, exiguum alimentum præbet, idcirco & panibus hordeaceis & polenta Romani milites abstinuerunt. Rab Solomon, vt dixi, Kali interpretatur far tostum in fornace, quod Latini pultem vocant. Puls enim est cibus ex farre in farinam comminuto redactus, quo diu veteres Romani pro pane vsi sunt. (πολτὸν & πολτάριον vocant more Latinorum.) Plautus in Mostellaria:*

Polenta.

Puls.

Romani pultiphagi.

Non enim hæc pultiphagus opifex opera fecit
Barbarus, Id est, Italus.

Et in Pœnulo: Latinè Plautus, patruus pultiphagonides, id est, Romanus, siue Latinus, vt & Lambinus interpretatur, & Turnebus Aduers. lib. 19. cap. 11. Persius Satyra quarta:

Ingemit, hoc bene sit tunicatum cum sale mordens
Cepe, & farratam pueris plaudentibus ollam.

Hoc est, vt Hegendorphinus annotat, Pueri oppidò læti sunt, si eis ollam pulte ex farre facta refertam quis adponat. Plinius libro 18. cap. 8. Far primus antiquis Latio cibus, magnoq; argumento in adoreæ donis. Pulte autem, non pane longo tempore vixisse Romanos manifestum, quoniam inde & pulmentaria hodie quoq; dicuntur. Et Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie sacra prisca, atque natalium pulte fritilla (quæ frigebatur in sartagine, Græcè ὀπτὸν ἄλδος, Plintzen) conficiuntur: videturq; tam puls ignota Græciæ fuisse, quàm Italiæ polenta. Tritici semine auidius nullum est, nec quod plus alimenti trahat. Valerius lib. 2. cap. 1. Erant autem (Romani antiqui) adeò continentiæ attenti, vt frequentior apud eos pultis vsus, quàm panis esset. Hinc promanauit prouerbium, Inter os & offam: quasi dicas, inter os & cibũ, de quo Gellius ex Oratione Catonis: Sæpe audiui inter os & offam multa interuenire posse. Verùm inter offam & herbam ibi verò longum interuallum esse. Festus ita refert, Inter manum & mentum. Puls veteribus parabatur ex diuersis farinis, tritici puro, alicæ, zea, & vt Columella lib. 18. cap. 17. ait, quolibet frumento. De pulte Punica, quæ ex farina, caseo, ouo, melle, aqua conficiebatur, vide Catonem de re rustica cap. 85. Puls simplex ex farina tritici sæpius crassiore, rarius tenuiore, & sale & aqua parabatur. Hac pulte augebatur corpus, auctore Plinio: triticum enim abunde alit. Lib. 22. cap. 25. Simili ferè cibo Heluetios quoq; olim vsos fuisse, ex Cæsaris Commentarijs libro 1. belli Gallici videtur conijci posse. Scribit enim ipsos finitimis Gallis bellum illaturos, trium mensium molita cibaria sibi quenq; domo efferre iussisse. Puls auenacea vt olim (teste Plinio libro 18. cap. 17.) ita hodie quoque Germanis est vsitata, quæ ex auena densa, butyro ac sale condita, in magno aheno super ignem cocta in vasis ponitur, ac cum reliquo commeatu in bellum ducitur, nec ad pulmentarium quicquam additur, quàm aqua calefacta esurientibus militibus dulce condimentum. Hebraicè בריה *Biriah cibum & pulmentum interpretantur 2. Regum 13. bis ponitur, à* בר *Bar siue* ברי *Beri, id est, frumento, siue* ברה *Barah, comedere. Sic* עריס *Aaris dicitur massa, seu pasta ex farina & aqua conspersa. Hieronymus pulmentum vertit, Num. 15. cap. Ezechielis 44. Pulmentorum vsus apud Hebræos frequens videtur fuisse. De pultibus, offis, & varijs illarum generibus vide Vuilichium de arte Magirica. Hæc de pulte seu pulmento, quod Dauid iubetur fratribus suis adferre. Notanda porrò mensura, quæ fuit Epha siue Ephi. Epha autem continet decem gomer: gomer autem (*עמר *Ischaron, id est, decimam vocarunt) dimensum fuit vnius diei, id quod patet ex historia Exodi 16. Vbi quisq; accipiebat gomer mannæ, id quod cuiq; satis erat in diem. Gomer ergo respon-*

Pultis genera.

Puls auenacea

Epha.

Gomer dimensum vnius dici.

Digitized by Google

det Græcorum semodio, quæ χοῖνιξ appellatur, quæ quidem similiter ea est frumenti mensura, quam vnus homo quotidie absumere potest, capitq; duas libras & quadrantem, pauloq; minus vncia. Vnde Herodotus lib. 7. de copijs Xerxis Græciam inuadentis verba faciens, singulis militibus chœnicem frumenti in singulos dies statuit. Hæc si quis diligentius consyderet, omnino conueniunt cum ordinaria militum Romanorũ annona. Nam vt Polybius de Castrametatione Romana scribens auctor est, triticum dabatur peditibus, Attici medimni ex tribus duæ fermè partes: equitibus hordei septem medimni singulis mensibus, tritici duo: sotijs, pediti æqua portio, equiti tritici medimnus, & tertia pars, hordei quinq; medimni. Hæc ille. Sunt autem in medimno Attico, vt & Romano seni modij: & in modio octona chœnices: & chœnix cibarium diurnum: itaq; medimno duodequinquaginta homines quotidie satiantur. Non idem autem pondus est panificio & tritico, quod aliquid humoris in pane resident. Certa verò lex naturæ est, auctore Plinio, vt in quocunq; genere frumenti pani militari, tertia portio ad pondus grani accedat. Ideò modius tritici vicenas libras & vnam, si quis granum ipsum penderet, pendens, panis militaris pondo viginti octo reddet.

Chœnix Græcorum militum dimensum quotidianum.

Militum Rom. annona ordinaria.

Porrò præter polentam siue pultem, adferi Dauid fratribus suis decem panes. In regione illa fertilissima optimi frumenti, delicato pane vescebantur: at proinde panis ille Ezech. 4. partim ex tritico & hordeo, partim ex leguminibus, vt faba, lente, milio, vicia conflatus (qui ibidẽ עגת agah, id est, panis pistus, seu subcinericius, seu (vt alij vertunt) placenta hordeacea appellatur, quẽ Propheta coquere iubet, symbolum fuit magnæ inopiæ atq; famis, quæ illis in futura vrbis obsidione fuerit subeunda. Panis illius descriptioni aliquo modo congruunt illa Apulei libro sexto, vbi frumentum, hordeum, milium, papauer, cicer, lens, faba aceruatim comminuta, & in vnum glomulum confusa fuisse dicuntur. Vox glomus & pro glomere, siue glomeratione & quadam quasi aceruatione accipitur, & in sacris significat crustulum, cibi figura, quod obsonij genus est. Tertiò Chiliarchæ siue tribuno (vox Hebræa sonat eum qui præest mille) mittit Isai per Dauidem decem caseos lactis, seu lacteos, idq; vel donarij siue muneris gratuiti, vel etiam forsan debiti, seu tributi loco. Casei lactis dicuntur forsan quia recentes fuerunt, qui quidem (teste Varrone, Plinio, Auicenna) boni sunt succi, magis alunt, stomacho sunt vtiliores quàm veteres. Aliàs caseus lactis filius appellatur, quoniam ex lacte conficitur. Galen. lib. 3. de alimentis, recentem caseum veluti omnium probatissimum saluberrimumq; laudat, quem vocari ait à Pergamenis municipibus suis oxygalactícum. Caseus aliàs ab illis animalibus, quorum lacte formatus est, cognominari solet: vt bubulus, (qui maximi est cibi, quoque Octauius Augustus vesci est solitus, teste Suetonio) ouillus, caprinus, asininus, equinus, Græcè ἱππακὴ, &c. Israelitica regio vt pecorum, ita lactis (vnde lacte melleq; fluens sæpe in sacris literis appellatur) fuit abundantissima, ac proinde mirum non est caseorum quoque frequentem apud illos vsum fuisse. Ex hoc quoque loco videtur posse colligi, caseos magno in pretio atque in delitijs fuisse habitos, cùm Isai non filijs, sed ipsi duci decem hosce caseos ceu munus honorarium miserit. Omnino autem caseum cibum esse militarem, & ex hoc loco potest colligi, & ex 2. Samuel. 17. Vbi similiter inter cibos castrenses caseus recensetur. Apud Romanos quoque militaris cibus fuit habitus, vnde Spartianus de Hadriano: cibis etiam castrensibus in proparulo libenter vtens, hoc est, lardo, caseo, & posca, exemplo Scipionis Æmiliani, & Metelli, & auctoris sui Traiani.

Casei lactis.

Caseus recens.

Caseus cibus militaris.

Aliud exemplum victus atque diætæ castrensis habes 2. Samuel. 17. vbi Israëlitæ trans Iordanem habitantes, Dauidi, cum quo Absolomus bellum gerebat, in Masanaim commoranti munera misisse leguntur: nempe lectum cratera, siue phialas (Kimchi voce Hebraica Sippoth generatim omnis generis vasa domestica, præsertim vinaria intelligit) vasa figulina. Deinde frumentum, hordeum, farinam ex quolibet scilicet frumento, polentam siue pultem (Kali) fabam, lentem, פול Pol (vnde forsan puls deriuata est) genus leguminis, quod alij fabam, alij pisum esse volunt. Lentes Hebraicè עדשים Adaschim dicuntur Ezech. 4. Genes. 25. vbi mentio fit pulmenti confecti ex lentibus, cum quo sibi à fratre oblato Esau primogenituræ suæ ius commutauit. Ex lentis & ptisanæ commixtione optimum edulium dicitur componi, quod Asiatici, auctore Galeno, φακοπτισάνιον nominarunt. Heraclides quoque Tarentinus πυτλοφάκιον composuit apud Græcos ex beta & lente: in cuius tamen esu vel saturetam vel pulegium admiscendum esse volunt, ne ventriculus suffletur. Iacobus edulium hoc ex lente dicitur coxisse, quò referri potest illud Stoicum dogma, cuius Athen.

Fabæ. Lens.

Edulia ex lente

Digitized by Google

meminit li.4. Quod ſapiens omnia bene faciet, lentẽ quoq; φρονίμως ἀρτύσει ſapienter condiet. Vnde Timon Phliaſius dixit, Zenonium etiam eſſe φακὴν ἑψεῖν, lentem coquere. Ibidẽ φακὴ ἥδιστον ὄψον ſuauiſſimum obſonium dicitur: & φάκινον βρῶμα & ἄρτος, appellatur cibus & panis ex lente. Sunt qui æquanimitatem lente veſcentibus fieri exiſtimant, vnde Lentulorum nomina.

Lens aciem oculorum obtundit, & ſtomachum inflat, ſed aluum ſiſtit in cibo, magisq; diſcocta cæleſti aqua. De lentis vſu in funeribus vide infrà.

Frumentum, triticum. Hittim frumentum ſeu triticum ſignificat. Frumentum Latinè aliquando generatim ponitur. Vt cùm Plinius duo prima frugum genera facit: frumenta, vt triticum & hordæum: legumina, vt faba & cicer. Aliquando frumentum ſpeciatim pro tritico vſurpatur. Frumenta autem & fruges à fruendo dicta: Frui eſt veſci, à frumine quæ eſt ſumma pars gulæ, per frumen enim eſculenta delabuntur.

Frumen.

Lac & caſei bubuli. Addit poſtremò, mel, butyrum (fuit enim regio Iſraëlitica melle lacteq; fluens) & caſeos bubulos. Plinius lib.28. E lacte inquit, fit butyrum, plurimum ex bubulo, & inde nomen. Idem ait aluum maximè ſubduci bubulo lacte: & bubulum lac caſeo fertilius eſſe, quàm caprinum ex eadem menſura penè altero tanto. Sextius eoſdem effectus equino caſeo tradit, quos bubulo.

Butyrum. חמאה Hæmach butyrum dictum, à chamam calere, quia ſemper calet, & nunquam frigeſcit, aut congelatur. Rabbi Solomon Schomæn Hahælaf, id eſt, pinguedinem lactis interpretatur Prou. cap.30. Qui exprimit lac, educet butyrum & mel comedet. Deut.32. butyro boum, & lacte ouium. Iſaiæ cap.7. Butyrum & mel comedet: Eſt pueritiæ ſeu infantiæ periphraſis, quæ lactea & dulcia appetit, acria autem & acetoſa aſpernatur. Abrahamus Gen. 18. præter alios cibos butyrum & lac hoſpitibus ſuis appoſuit. Verùm de lacte & butyro humano, camelino, caprino, aſinino, bubulo, ouillo, verno, æſtiuo, varijs deniq; generibus, medicamentis, multa Plinius lib.28.cap.9. De mellis

Mel. natura, quod hic quoq; inter cibos caſtrenſes numeratur, generibus, probatione, vide Plin.lib.11.cap. 12.13.14.15.16. Idem lib.22.cap.24. Mellis, inquit, natura talis eſt, vt putreſcere corpora non ſinat, iucundo ſapore atq; non aſpero, alia quàm ſalis natura. Faucibus, ſonſillis, anginæ, omnibusq; oris de fiderijs vtiliſſimum, areſcentiq; in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis, pleuriticis decoctũ. Item vulneribus à ſerpente percuſſis: paralyticis in mulſo. Mel auribus inſtillatum cum roſaceo pro deſt, lendes & fœda capitis animalia necat. Verùm & de mellis, & aquæ mulſæ cùm recentis, tum inueteratæ, melititis (quod ex muſto & melle conficitur) deniq; ceræ natura, medicamẽtis, vſu vario & multiplici, vide ibidem plura. Primo Sam.14. in bello illo quod Saul geſſit aduerſus Palæſtinos, cùm Saul graui edicto prohibuiſſet militibus ante veſperam & partam victoriam cibum vllum capere, Ionathan edicti eius ignarus, fame impulſus mel quod in ſylua quadam decurrebat, cæteris ab eo abſtinentibus, deguſtauit, cuius eſu oculi eius fuerunt illuminati, hoc eſt, totius corporis vires in edia fractæ atq; debilitatæ fuerunt inſtauratæ. Nam vt inedia oculi excæcantur & caligant, ita cibo reficiuntur, ac quaſi illuminantur. Mel quidem, & præſertim mulſum, corporis animiq; viribus

Mellis mulſiq; vtilitas. reficiendis & augendis peraccommodatum eſſe Plinius ſcribit lib.22.cap.24. & Pollionis, Romuli, & Auguſti Imperatoris exemplis probat. Vt autem lactis, ita mellis terra Iſraelitica abundantiſſima fuit, vt Exod.33. Num.13. Deuter.6.8. Hierem.11.32. & multis alijs in locis ſcriptum eſt. Quòd autem mel hoc quod Ionathan edit, in ſylua dicitur fluxiſſe, notandum apes melliſicare in lo-

Mel ſylueſtre. cis ſylueſtribus, in cauis arboribus, atq; petris (vnde Deut.32. Pſal.81. mellis de petra ſit mentio) quò ſæpè examina confugiunt, niſi cuſtodiantur atq; præueniantur. Sed id in terra Chanaan potiſſimùm fieri tradunt. Forſan igitur vel ventus cauas aliquas arbores perrupit, vel Sol ſuo ardore fauos reſoluerat in caua arbore, aut petra exiſtentes, vnde mel fluxiſſe dicitur. Aliâs mellis & butyri torrentes hyperbolicõs rerum vtilium copia ſignificatur Iobi 21.cap. Mel ſylueſtre, quo Ioannes Baptiſta in deſerto veſci fuit ſolitus, de vero melle intelligi poteſt, quod in ſylua ab apibus fuerit congeſtum. Eſt tamen etiam genus apium quæ vocantur ſylueſtres, & melliſicant plerunq; in cauernulis ſub terra, ſed mel hoc & inſipidum eſt & parum.

Zon Hebr. Adduntur etiam hîc Zon, qua voce ſecundùm Grammaticos propriè animalia minora paſcualia, vt ſunt oues & capræ intelliguntur, ſicut nomine בקר bakar ſignificantur omnia animalia maiora paſcualia, vt ſunt boues, vaccæ, vituli, cameli, aſini. Ex his autem duobus locis colligi poteſt, non delicatum nimis atq; luxurioſum, ſed tenuem, frugalem, moderatumq; fuiſſe Iudæorũ priſcorum militarium victum atq; diætam. Notan-

Digitized by Google

Notandum postremò, quòd vtroq; in loco nulla fit vini, siceræ, aut cuiusq; alterius potus mentio. Verisimile est potum illorum in militia fuisse aquam, non vinum. Vnde 1. Sam. 26. Scyphus aquæ (Hebraicè צפחה zaphahat, vnde forsan scyphus dictus) ad caput Saulis stetisse dicitur, non vini, vt hodie sæpenumero magni viri noctu quoq; ad lectum solent habere vini cantharos, atq; pocula ad potandum, & inexplebili illi suæ siti, quam sibi assidua immoderataq; vini ingurgitatione comparârunt, satisfaciendum. Dauid cùm in bello quod gerebat cum Philistæis, grauissima siti torqueretur, ac proinde aquæ quæ erat in cisterna quadam ad portam vrbis Bethlehem, desyderio æstuaret, tres viri per Philistæorum castra irruptione facta, aquam inde haustam Dauidi attulerunt: quam ille bibere noluit, cùm diceret nefas sibi videri aquam illam cum tanto virorum illorum vitæ discrimine compæratam potare, ac proinde illam Domino libauit. Aquam illam, quod obiter notandum, vocat sanguinem virorum illorum, eò quòd cum periculo sanguinis effundendi erat acquisita. Vt aqua Baptismi sanguis Christi à veteribus appellata est, quia est symbolum siue sigillum sanguinis Christi, qui nos quidem ab omnibus sanguinibus, id est, peccatis mundat. Aquâ.

Ac omnino in regione illa calidissima, in qua maior vini, quàm aquæ bonæ atq; salubris copia extitit, aquæ potus in communi quotidianaq; vitæ consuetudine, tam in pace quàm in bello, videtur fuisse vsitatissimus: vini autem vsus rarior, ita vt illud non nisi festiuis ac solennibus in epulis adhiberetur. Vnde passim in sacris literis quoties ciborum epularumq; fit mentio, aqua plerunq; adiungitur, non vinum. Id autem cùm prisci illius sæculi hominum sobrietati est tribuendum, tum quod in calidissima illa regione, quo rarior, tanto carior maioriq; in pretio habita fuit bona atq; salubris aqua. In Estheræ autem historia & alibi Misthe iain, hoc est, epulum seu compotatio vini, liberalioris seu copiosioris videtur esse epuli periphrasis, in quo vinum præter communem ac quotidianam consuetudinem fuerit adhibitum. Aquæ potus apud Iudæos communis.

In bellis porrò vini vsum vel omnino nullum, vel parcum certè moderatumq; esse debere, satis constat. Carthaginensium milites militiæ tempore à vino omnino feruntur abstinuisse, id quod faciendum esse Plato quoq; lib. 2. de legibus præcipit. Megarenses cum Apollinis oraculum consuluissent, quinam Græcorum essent præstantissimi. Responsum est illis: Viri qui bibunt sacræ Arethusæ aquam: id quod multò melius sacris oraculis comprobari potest. Apud Homerum Iliad. 6. Hector qui heros fuit fortissimus, vini poculum sibi à matre Hecuba oblatum, accipere noluit, cùm diceret: De vini vsu in militia.

Μὴ μοι οἶνον ἄειρε μελιφρονα πότνια μήτηρ
Μὴ μέ ἀπογνώσῃς μάχης, ἀλκῆς τε λάθωμαι; id est,
Ne mihi, ne veneranda parens, hùc dulcia vina
Protuleris, ne me enerues, animiq; vigorem
Obtundas potius, roburque à corpore demas.

Pescennius Imperator, teste Spartiano, militibus suis vini potum omnino interdixit, vniuersosque voluit aceto esse contentos. Illis item vinum flagitantibus respondit: Nilum habetis, & vinum quæritis? Mahumetes, vt in Alcorano scriptum est, non solùm vini potu sectatores suos prohibuit, verumetiam in ebrios 80. plagarum pœnam constituit. Contrà Constantinus voluit vinum dari militibus, quod & Imperatores Honorius & Arcadius probasse videntur, dum censent militibus à Nouembri mense de nouello vino dari; quod veteris dispendiosa videretur erogatio: ita tamen vt & vinum & acetum alternis diebus concedantur. Omnino vini potus non videtur prorsum militibus denegandus, cùm animi corporisq; viribus augendis recreandisq; sit aptum. Moderatum enim vtilissimum esse testantur & Hecubæ verba apud Homerum Iliad. 6.:

Ἀνδρὸς δὲ κεκμηῶτος μένος ἠδὲ καὶ ἀλκὴ
id est, —— corpora magna virorum,
Dulcia vina leuant, animisq; & viribus augent.

Vnde Plato in Legibus dicit: πάντα ἄνθρωπον ἱλεων ἢ φροντεστην γίνεσθαι, ἀγαθῆς δ' ἐλπίδος καὶ δυνάμεως πληροῦσθαι, παῤῥησίας τε μεστὸν εἶναι καὶ ἐλευθερίας, ἀτρεμοῦντ' εἰπεῖν, καὶ πράξαι ἄοκνον, hoc est, hominem postquam bibit hilariorem fieri, spe bona atq; viribus augeri, & ad dicendum liberum, & ad agendum impigrum, atq; alacrem reddi. Quam ob causam Lacedæmonij bibendo armabantur, vt testatur Eustathius. At verò immoderatus vini vsus, seu potius abusus cùm in pace tum in bellis potissimùm periculosissimus pernitiosissimusq; solet esse, maximarum cladium

& calamitatum causa, vt & veteres historiæ, & nostrorum temporum experientia quotidiana locupletissimè testatur: de quo infrà pluribus dicetur. Atq; hæc quidem de quotidiano ordinarioq; ducũ militumq; victu atq; conuiuijs satis sint dicta. Extat etiam Antonij Schnebergeri Tigurini, medici & philosophi libellus doctissimus de Sanitate militum tuenda, in quo pluribus de militum victu atque diæta disserit.

Epulæ militares festiuæ & extraordinariæ.

Epulæ datæ ab ijs qui vel imperatorium vel aliud honorificum munus bellicum erant adepti.

Venio nunc ad extraordinaria atq; festiua conuiuia in bellis vsitata, cuiusmodi sunt illa, quæ vel in ducis alicuius, alteriusue personæ principis electione, vel quæ ante prælium, vel etiam post prælium (siue clades aliqua sit accepta, siue parta victoria) maiori solito cibi potusq; abundantia atq; lætitia celebrantur. Ac primò quidem hoc semper moris fuisse legimus, vt qui vel Imperatores appellati, vel aliud aliquod honorificum munus militare erant adepti, militibus vel suæ erga illos beneuolentiæ atq; gratitudinis pro accepto beneficio testificandæ, vel animos illorũ sibi magis magisq; conciliandi gratia, magnificum aliquod splendidumq; epulum exhiberent, exempla passim apud auctores occurrunt. Huc quoq; referri potest epulum prætorium, quod, vt Lazius lib. 3. c. 3. scribit, dabatur in exercitu vel limite, Prætore siue Præfecto prætorio designato. Atq; id vocatur Munus septem solidorum, de quo omnes Iureconsulti intellexere locum in duodecimo Codicis, in l. secunda, vbi septem solidorum functionis fit mentio, & glebæ & follis & clauus: nam ista vt solennia recens electo dabantur. Instituebatur verò huiusmodi conuiuium partim sumptu prouincialium, partim sumptu legionum limitanearum. Alludunt porrò ad huiusmodi epulum inscriptiones monumentorum quorundam, quæ Romæ eruta sunt, &c.

Epulæ ante prælium.

Deinde ante prælium præsertim periculosius, quod imminere videbatur, dederunt operam Imperatores, vt milites prius epulis paulò liberalioribus atq; copiosioribus corroborarentur atq; animarentur, quò maioribus nimirum viribus, animorumq; alacritate pugnam capesserent. Hinc & à Latinis prandium militare dictum, vt Trebellius Pollio testatur, quod ad bellum milites paret, à cinctis nimirum iniri solitum, & Græcis ἄριστον μεθ' ὃ δεῖ ἀρίστειν, & δεῖπνον μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν, vti supra pluribus fuit explicatum. Huiusmodi autem paulò liberalioribus epulis militum animos corporaq; ad mox futuram pugnam præparanda esse. Homerus omnium officiorum atq; virtutum sapientissimus magister pluribus in locis docet, cuiusmodi & illud, vt ex multis vnum proferam, quod Vlysses ad Achillem verba faciens, illumq; admonens, ne Græcos ieiunos ad pugnam educeret. Ιλ. τ. inquit:

——Τεσσὶ μαχησομένοισι
Ἀλλὰ πάσασθε ἄνωχθι θοῆς ὄρσασθαι ἀχαιοὺς
Σίτου, καὶ οἴνοιο. Τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.
Οὐ γὰρ ἀνὴρ τρόπαιον ἅμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἀκμηνὸς σίτοιο δυνήσεται ἄντια μάχεσθαι.
Ἦτορ γὰρ θυμῷ γε μενοινάᾳ πολεμίζειν,
Ἀλλά τε λάθρη γῆα βαρύνεται, ἠδὲ καὶ ἰγνὺς
Δίψαν τε καὶ λιμὸς, βλάβεται δ' ἐν τε γόνατ' ἰόντι.
Ὃς δέ κεν ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς,
Αὐτὰρ ὅ γ' ἐν θυμῷ εὐπειθέϊ πολεμίζῃ,
Θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέ τι γυῖα
Πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο.
——*Sed nunc age corpora curent.*
Intra castra iube, quo viribus auctior omnis
Sufficiat sibi susceptis exercitus armis,
Quis consistat enim decertans Solis ab ortu
Vsque sub occasum ieiuno corpore miles?
Nam licet excellant generoso in corpore vires,
Membra tamen si fluxa sitiq; fameq; laborent,
Languescunt, genua ægra labant, & crura vacillant.
At si pasta cibo vinoque refecta suaui
Copora sint, tolerant æstus, pugnæq; laborem.

Vulnifico

Digitized by Google

Vulnifico totis ſtratum ſub Marte diebus,
Creſcit, & accedens vires audacia firmat.

Huic ſimile eſt illud Ιλ. β.

Νῦν δ' ἐρχεσθ' ὄφρα δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.
Εὖ μὲν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω,
Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν,
Εὖ δέ τις ἅρματος ἀμφὶς ἰδὼν, πολέμοιο μεδέσθω,
Ὡς κε πανημέριοι συναρηρόσι κρινώμεθ' ἀρηϊ.
Οὐ γὰρ παυστὴ γε μετέσσεται οὐδ' ἠβαιὸν.
Nunc autem venite ad cœnam, vt conducamus martem.
Bene quidem aliquis haſtam acuat, bene & ſcutum ponat,
Bene & aliquis equis cœnam det veloces pedes habentibus,
Bene & aliquis currum vtrinque videns, belli curam habeat,
Vt per totam diem ſæuo decernamus Marte,
Non enim ceſſatio poſtea erit, neque paululum.

Euſtathius hoc in loco ait etiam alibi poëtam inducere milites prandentes ante pugnã. Nam δεῖπνον eſſe veteribus ientaculum matutinum, quod ante iuſtum & ordinarium tempus ſumitur, ὡς ἂν ἐν τῷ πονεῖν συρύζοιντο τῇ τροφῇ, id eſt, vt ad laborandum cibo firmentur atq; fulciantur, vnde etiam δεῖπνον ſit dictum. Onoſander Platonicus in ſuo libello de optimo Imperatore, & eius officio, inter alia milites primo mane cibo potuq; ad pugnam capeſſendam, muniendos eſſe docet, ne fortè præuenti, ieiuni arma capere, & prælium inire cogantur. Miles enim mediocri cibo potuq;, non tamen ad ſatietatem vſq;, firmatur, robuſtior alacriorq; arma capit, & in aciem procedit: contrà coactus, priuſquam corpus cibo firmauerit, ſubitò raptimq; in aciem prodire, ſæpißimè procedente die viribus deficit, ad id etiam inſidioſe ſæpenumero diem extrahente hoſte, vt ſera pugna ſit, atque ita milites æſtu meridiano & laboribus ſtandi ſub armis, deniq; fame ſitiq; confecti atq; defatigati, tanto facilius vincantur. Hoc quidem ſtratagemate Scipio vſus, milites Aſdrubalis pedes referre coegit, tandemq; in caſtra compulit, vt teſtis eſt Liuius Decad. 3. lib. 1. & 8. Leo itaq; Imperator iubet eo die, quo pugnandum ſit, vnumquemq; militem geſtare ad ſellam ſuam ſecum aquam, non vinum, in lagenis, & panem bis coctum in clitellis, vt tempore & neceßitate flagitante hæc habeant, ad ſe aliosq; in animi corporisq; defectum aliquem incidentes, reficiendum atq; recreandum. Lacedæmonijs Spartam contra Pyrrhum defendentibus, adſtabant mulieres cibum potumq;, eo indigentibus, porrigentes, vt teſtis eſt Plutarchus in vita Pyrrhi. In hiſce tamen conuiuijs ſumma adhibenda cautio, ne milites atq; duces ita ſeſe nimio cibo potuq; obruant, vt ſi manus cum hoſtibus ſint conferendæ, neq; mens neq; corpus officium ſuum amplius facere poßint, atq; ita ab hoſtibus opprimantur. Vnde Euſtath. Ιλ. τ ante pugnam ad ſatietatem vſque prandere vituperandum eſſe dicit, idq; Ephippi teſtimonio comprobat, qui cùm dixiſſet, Argiuos ſemper ebrios prælium inire, addit, eoſdem quoq; ſemper turpi ſeſe fugæ mandare. Iam verò finito prælio rurſus opus eſt militũ, qui ſuperſtites remanſerunt, corporis animiq; vires largioribus lautioribusq; epulis refici & inſtaurari, quò ad pugnam ſi ita neceßitas poſtularit, denuò capeſſendam atque redintegrandum ſufficere poſſint: id quod ipſum quoque Homerus ſub Vlyßis perſona Achillem hunc in modum alloquentis docet, Ιλ. τ. Epulæ finito prælio.

Γαστέρι δ' ἔπος ὄζει νέκυων πεπνῦσθαι ἀρχαιῶν.
Λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἰπήτεμοι ἤματα πάντα
Πίπτωσιν, πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο;
Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν κατατάφπλοιν ὅς κε θάνῃσι,
Ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο θοῇ συναγερθῶ λίπωνται
Μεμνῆσθ' πόσσιθ', καὶ ἐδητύθ', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
Ἀνδράσι δυσμενέεσσι μαχώμεθα.

Horum verborum ſumma eſt, mortuos lugendi finem eſſe faciendum poſtulante id ventre, illosq; qui ex prælio ſuperſtites euaſerint, mortuis humo mandatis debere cibum potumq; capere, quò rurſus ſi ita ſit neceſſe, cum hoſtibus prælio contendere valeant. In eandem ſententiam & Piſiſtratus

Nestoris filius Od. δ. Menelaum atque Telemachum Vlyssis calamitatem deflentes, & Od. η. Vlysses Alcinoum atq; reliquos Phæaces alloquitur, idemq; vterq; suadent. Similis conuiuij post pugnam exemplum habes 1. Sam. 14. Nam Israelitæ parta de Palæstinis victoria atq; præda, oues, boues, vitulos humi mactasse, & cum sanguine (hoc sanè contra legem diuinã) comedisse dicuntur. Sed vt in epulis quæ ante prælium, sic in his quæ post agitantur, durante præsertim adhuc bello, summoperè cauenda est atq; vitanda effusa immoderataq; cibi potusq; sumptio, quæ victoribus sæpè securis & lætitia gaudioq; nimio gestientibus luctuosam ex improuiso cladem calamitatemq; adfert, id quod & multa literarum monumenta & ipsa experientia quotidiana testatur.

Epulæ victoriales.

In primis verò communis & peruagata omnium ferè gentium cõsuetudo semper fuit, & adhuc est, vt præclaræ nobilesq; victoriæ omni lætitiæ genere omniq; cùm sacrificiorum atq; ceremoniarũ sacrarum, tùm ludorum epularumq; pompa atq; magnificentia celebrarentur. Apud Iudæos quidem hunc fuisse morem sacræ literæ testantur. Nam vniuersus populus cum mulieribus, virginibus atq; pueris ex vrbe effusus magna cum lætitia, cum cantu, instrumentis musicis atq; tripudijs victoribus obuiam procedebat, illorum laudes carminibus celebrabat, illosq; tandem in templum vsq; deducebat atq; comitabatur, vbi sacrificia fiebant, Deoq; gratiæ pro parta victoria agebantur. Hinc sequebantur cõuiuia lætissima, quæ sæpè per dies aliquot durabant. Exempla huiusce cõsuetudinis habes Iud 16. 1. Reg. 18. 2. Par. 20. Iudith. 15.

Mos Iudæorum parta victoria.

Idem mos fuit Chaldæorum.

Apud Chaldæos idem moris fuisse ex sacris literis constat. Nabuchodonosor enim rex Chaldæorum Arphaxado Medorum rege interfecto, captis Ecbatanis metropoli, Niniuem reuersus, cum omni exercitu otia atq; conuiuia per centum viginti dies agitasse scribitur Iudith. 1. cap.

Exemplum Nabuchodonos.

Græci huiusmodi festiuitatem atq; epulas post victorias vsurpari solitas, ἐπινίκια quasi dicas postuictorialia appellarunt, quorum passim plurima apud historicos exempla reperiuntur, cuiusmodi sunt illa quæ ab Athen. lib. 1. Dipnosoph. cõmemorantur. Conon (non Alexander, vt vult Suidas) cum apud Cnidum Lacedæmonios bello nauali superasset, Pyræumq; mœnibus munijsset centum boues mactauit (vera hæc non ficta fuit victima) atq; omnes Athenienses ad conuiuium conuocauit. Alcibiades cum in Olympicis primus, secundus & quartus curru vicisset (quarum victoriarum epinicium scripsit Euripides) Ioui Olympio sacris factis, vniuerso populo congregato conuiuium magnificentissimum exhibuit. Idem fecit Leophron in Olympijs, cuius epinicij auctor est Simonides Cæus. Empedocles similiter Agrigentinus cũ equestri certamine Olympico vicisset, bouem ex myrrha, thure, & pretiosissimis aromatum generibus composuit, eumq; spectatoribus occurrentibus distribuit, quippe qui Pythagoricus erat, & ab animatis omnibus abstinebat. Antiochi Epiphanis triumphus & victoriale seu triumphale conuiuium magnifici seu potius insani luxus pluribus describitur ab Athen. lib. 12.

Græcorum ἐπινίκια.

De Romanorũ triumpho atq; epulo triumphali.

Verùm Romanus ille omnium terrarum princeps populus, vt victorijs, ita victorialium honorum, præmiorũ conuiuiorumq; magnificentia cæteris omnibus populis atq; regibus longè videtur antecelluisse. Fuerunt autem duo præcipui honoris genera, quibus Imperatores, rebus in bello fortiter præclareq; gestis, victorijsq; partis decorari cõsueuerant, quorum vnum Triumphus: alterũ Ouatio dicebatur. Vtrumq; autẽ consequebantur splendidissimæ magnificentissimæq; epulæ, de quibus antequam dicam, de ipso Triumpho atq; Ouatione operæpretium fuerit quæ dã breuiter atq; summatim dicere, de quibus passim multa apud Liuium, Dionys. Halicar. Cor. Tacitum, Plin. Pomp. Lætũ & innumeros alios Romanarum rerum scriptores, cognitu iucundissima leguntur. Triumphũ Pomp. Lætus vult primò omniũ à Bacho (qui idcirco Bachus Triumphus, teste Varr. dictus est) post Indicam victoriam fuisse vsurpatũ, sic dictũ, quod milites eius folijs ficorum, quæ θρία dicũtur, vultus cooperuerũt, iambos & scommata canentes, quæ sunt licentiosè dicta mixta salibus in eũ qui triumphat. Vnde clamabant omnes: Io triambe Bacche Io. Alij triumphũ scriptum dicunt ἐκ τῶν τριῶν, hoc est, tribus velut ordinibus, senatorio, populari, & militum, à quibus celebris est triumphus. Primus Romanorum, qui triumpho vsus est, perhibetur fuisse Priscus Tarquinius. Illius autem talis ferè forma fuit. Is cui senatusconsulto vel à populo comitijs centuriatis hic honor erat decretus, qui id circo triumphalis est dictus, corpus habens minio illitũ (quo etiã Iouis ipsius simulachri facies diebus festis illini solebat) coronam in capite aureã, aliquando lauream, in collo bullã auream, inclusis intra eam remedijs, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima, indutus tunica palmata (aurea tunica Tarquinium Priscũ triumphasse Verrius tradit Plin. lib. 33. cap. 3. gemmata Diocletianarum, teste,

teſte Pomponio Læto) ſupra quam toga picta iniiciebatur, dextra ſcipionem eburneum & ſiniſtra auream pateram, nec non digitis annulos aureos geſtans, ſedens in ſella curuli eburnea, curru inaurato (Dioclerianus aureo gemmatoq; vſus eſt) quatuor equis albis eum ducentibus, in quibus triumphantium filij prætextati ſedere ſolebant, per portam Capenam in vrbem inuehebatur perq; viam Appiam 8. millia paſſuum amplam, in Capitolium recto & amplo itinere vehebatur, in quo lignei primùm continuiq; arcus, poſt marmorei columnis ſuffulti erant, vnde multitudo ſatis cõmodè triumphum ſpectare poſſet. Templa Deorum immortalium tota vrbe patebant, ornata ſertis atq; floribus, ſpirantia Arabicos odores, itinera vbiq; repleta pinguibus menſis & lætis poculis, vt feſti victores ſe recrearent. Præferebantur fercula fabricata cum ſignis & monumẽtis victoriæ, quæ poſſent manibus militum ferri, antè præcinentibus & ſaltantibus lætitia militibus, quibus libertas erat ſcommata effundere in ipſos triumphantes, omnesq; clamabant, Io triumphe, Io triumphe. Præferebantur etiam in vehiculis omnis generis ſpolia, argentum, aurum & purum & ſignatũ, arma, vaſa, ſupellex, veſtes, theſauri. Aderant tibicines bellicum clangorem intonantes, boues quoq; auratis cornibus, quorum medios vittæ cingebant, & frontibus vittati ad ſacrificiũ ſuccincti popæ h.e. miniſtri agebant. Hoſtes deuicti currum ſequebantur, quorum colla cathenis erant onerata. Sic præeunte Senatu in Capitolium aſcendebant ad templum Iouis Opt. Max. vbi mactato tauro albo, qui triambos dictus eſt, laureaq; corona in Iouis gremio poſita, eadem comitatus pompa domum reuertebatur. Corona triumphalis, cuius ſuprà facta eſt mentio, quæ Imperatori ob honorẽ triumphi mitti ſolebat, aurũ quoq; coronarium dicta eſt, pro quo ſoliti erant in Italia populi & prouinciales quaſi tributi vice pecuniæ ſummam Imperatoribus perſoluere. Hinc laudatus Adrianus, quod aurũ coronarium Italiæ remiſerit. Corona olim ex lauro, poſtea ex auro fieri cæpta. Hæc ex Pomponio Læto & alijs ſcriptoribus vno quaſi faſciculo collegi. Idem ouationis ritum his verbis deſcribit. Cum hoſtes ſine pugna & ſanguine cum ducibus noſtris conueniſſent, quoniam res peracta ſine cæde eſſet, ouatio erat. Pedes ingrediebatur vrbem, qui ſic viciſſet, ſine ferculorũ pompa, myrto coronatus vnà cum militibus, quia ea arbor dicata Veneri, quieſcere ab armis oſtendit. Tibicines ouantem præcedebant, quæ paciferæ choreæ inſtrumenta ſunt. In ſacris mactabantur oues, vnde ouationis nomen. Prima ouatio data eſt P. Poſthumio Tuberto de Sabinis triumphãte, Plin. lib. 18. c. 29. In triumpho clangor tubarum, in ouatione concentus tibiarum: illic Martis, hic Veneris eſt.

Itinera repleta menſis pinguibus atq; poculis.

Ouationis ritus.

Huiuſce porrò triumphi magnificentia atq; pompæ non minima pars erant cœnæ triumphales (ſic enim vulgò dicebantur) quibus Imperatores, vt teſtis eſt Plutarchus, poſt victoriam populũ Romanum in loco publico excipiebant, à quo deinde cœna peracta honoris ergô domum deducebantur, qui honos, vt idem ſcribit, quoniam Conſulibus præſentibus Imperatoribus tribui non poterat, idcirco illi conſules ad conuiuium quidem inuitabant, ſed poſtea illos rogabant, ne accederẽt. Cœnas autem haſce inſani fuiſſe immaniſq; luxus ex hiſtorijs conſtat, quæ vt teſtis eſt Varro, vt & epulæ collegiorum frequentes annonam incendebant. In ijs teſtis eſt Plinius lib. 33. cap. 7. minium vnguentis fuiſſe additum, quo & corpora triumphantium & ipſius Iouis ſimulacri facies diebus feſtis illini fuit ſolita. Verùm operæpretium fuerit epularum huiuſmodi triumphalium atq; victorialium ſubijcere exempla, inter quæ antiquiſſimum eſt illud epulum victoriale, quod L. Paulus Æmilius deuicto Perſeo exhibuit. In quo admirantibus Græcis, quod in magno ſplendidoq; apparatu curioſius eſſet, dicere ſolebat: Eiuſdem eſſe animi & aciem & conuiuium inſtruere, illam quidem vt formidoloſus hoſtibus, hoc vt amicis gratus eſſet: teſtis eſt Plutarchus in Rom. Apoph. & in Æmilio, nec non Liuius. Idem auctor de bello Macedonico facta mentione triumphi Manlij: Epulæ quoque, inquit, ipſæ & cura & ſumptu maiori apparari cœptæ, &c. C. Iulij Cæſaris cœna triumphalis à Suetonio, Plinio & alijs auctoribus maximè celebratur, quam ille in Africano triumpho exhibuit. Nam in illa præter obſonia apparatiſſima vno die in duobus & viginti millibus tricliniorum inſtructis paratiſque menſis & vini Falerni amphoras centum, & Chij cados totidem populo dediſſe fertur, & ſex muræna rum millia, quas C. Hircus in pondo mutuò dedit. Plinius lib. 14. cap. 15. Quid non & Cæſar Dictator triumphi ſui cœna vini Falerni amphoras, Chij cados in conuiuia diſtribuit? Idem Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit. Suetonius in eius vita illius 5. triumphos commemorans primum & excellentiſſimum Gallicum, ſecundum Alexandrinum, tertium Ponticum, huic proximum Affricanum, nouiſſimum Hiſpanienſem, dicit illum

Cœnæ triumphales.

Digitized by Google

adiecisse semper epulum & visceratioñem, & post Hispanien̄sem victoriã duo prandia. Nam quum prius parcè, neq; pro liberalitate sua præbitum iudicaret, quinto pòst die aliud largissimum præbuit. Donatiuum præterea & congiarium eiusdem Cæsaris in triumpho memorabile fuit, pecuniarum illatarum summam ad sexaginta quinq; talentûm millia fuisse ferunt. Tiberius Cæsar eo die quo triumphum Germanicum egit, prandium populo mille mensis, & congiarium tricenos nummos viritim dedit, vt testis est Suetonius in eius vita. Athen. lib. 5. sub finẽ testatur triumphantes duces in Herculis templo conuiuia illa tribus exhibuisse, cuius rei testes sunt multi poëtæ atq; historici. Idem lib. 4. ex Posidonio Stoico: ὅταν, inquit, δειπνῶνται ἐν τῷ τῦ ἡρακλέους ἱερῷ, δεῖπνίζονσι τῦ κ̣ῦ καὶ ἐν θριαμβόνσι, ἢ ἡ παρασκευὴ τῆς δεῖπνίσεως ἡρακλειωτική, id est, quando in Herculis templo conuiuantur Romani à triumphante conuiuio excepti, ipse quoq; conuiuij apparatus est Herculeus. Nam potus est ὀινόμελι, hoc est, mulsum, cibi autẽ sunt panes magni, & carnes fumosæ elixæ, necnon recens mactatarum victimarum carnes assatæ multæ. Mulsum porrò, quod veteres Romani in delicijs habebant militibus in triumphali pompa dari consueuisse illa Liuij manifestè testantur lib. Annal. 48. Ad hunc prætorem Q. Terentium Culleonem adeô amicum Corneliæ familiæ, vt qui Romæ mortuum, elatumq; P. Scipionem (est enim ea quoq; fama) tradunt, pileatum, sicut in triumpho ierat, in funere quoq; ante lectum isse memoriæ prodiderunt, & ad portam Capenã prosecutis mulsum dedisse, &c. His verbis significat Culleonem in Affricani funere renouata memoria triumphi eius pileatum dedisse mulsum. Ad hanc consuetudinem Chrysalus ille Plautinus alludit in Bacchid.

Sed spectatores vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho, peruulgatum est, nihil moror: Veruntamen accipientur, mulso milites.

Atq; hæc quidem satis sint dicta de victorialibus atq; triumphalibus cœnis. Quoniam autem præter epulas, de quibus dictum est, dona quoq; atq; munera quædam & alimentaria & pecuniaria cùm in magistratuum atq; imperatorum inaugurationibus, tùm post victorias populo militibusq; distribui fuerant solita (quorum creberrima apud historicos fit mentio) non alienum à nostro proposito erit de illis quædam subijcere. Fuerunt autem illa duplicia, alia quæ populo, alia quæ militibus fuerunt data, quorum illa quidem, congiaria: hæc verò, donatiua propriè fuerunt appellata: id quod vel ex illis locis satis patet, quæ subijciam. Lampridius in Alexandri Cæsaris historia: Conciones in vrbe multas habuit, more veterum tribunorum & consulum. Congiarium populo dedit, donatiuum militibus, ter carnem populo addidit. Quô alludit & Capitolinus: Congiarium, inquit, populo dedit, militibus donatiuum. Et Plinius in Panegyrico Traianum laudat, quod congiarium dedisset populo, quo locupletatæ essent tribus, & militibus exhibuisset donatiuum. Ex his ergo locis satis patet, donatiuum propriè fuisse donum militare, militibus datum vel post victoriam, vel cum aliquis creabatur Augustus, pecunia scilicet quæ vltra stipendium, quô magis essent addicti, adijcieba tur. Congiarium autem propriè dictum illud, quod populo eadem ob causas dabatur, siue essent liquores, siue pecunia. Nomen autem illud quod idcirco Quintil. lib. 6. Instit. commune & liberalitatis & mensuræ esse dicit, ductum est à congio, quo pecunia mensurari & in populum distribui spargiq; consueuerant. Vnde Fabius Max. perstringens Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, vilitatem, heminarium dixit esse, alludens ad alterũ mensuræ genus. Ac primò quidem huiusmodi congiaria in magistratuum inauguratione dari fuisse solita, ex his testimonijs patet. Titus Liu. lib. 5. Dec. 3. Ædilitia, inquit, largitio hæc fuit, ludi Romani pro temporis illius copijs magnificè facti, & diem vnum instaurati, & congij olei in vicos singulos dati. Hæc videtur congiariorum esse origo. Idem libro 7. Decad. 4. cum multi & clari viri Censuram petijssent, dixit in M. Acilium Glabrionem, qui Antiochum ad Thermopylas, Ætolosq; vicerat, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, fauorem populi se inclinasse. Sic Heliogabalus, Herodiano teste libro 5. diuiso congiario in populum, vt mos est imperium suscipientibus, spectacula omniuariam edidit magnificentissima. Septimius Seuerus, eodem teste, libro 3. initiò imperij peractis in templo Iouis omnibus sacrificijs reuersus in palatium, magno congiario populum Romanum Victoriæ nomine prosequutus est, & nummos militibus largitus est. Idem auctor de eodem Imperatore scribit libro 2. illum ante expeditionem in Orientem, & populo congiarium vberrimum dedisse, & militibus abundè multa donasse. Caligula, teste Suetonio, in consulatu suo congiarium populo bis dedit tricenos sestertios, præter epulum abundantissimum. Sic cum Nero vicesimo ætatis

De congiarijs & donatiuis.

anno

anno Consulatum inijsset, atq; interim designatus, proconsulare imperium extra Italiam haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur, additum nomine eius donatiuum militi, & congiarium plebi, vt testis est Corn. Tacitus lib.12. Sic Iulius Capitolinus in Marci & Veri Antoninorum inauguratione. Actis igitur quæ agenda fuerant in senatu, pariter castra prætoria petiuerunt, & vicena millia nummûm singulis ob participatum imperium, militibus promiserunt. Ad huiusmodi donatiuum alludit & Claudianus poëta lib.2. in Ruffinum, hoc carmine:

Nunc epulas tempus socij, nunc larga parare
Munera, donandumq; nouis legionibus aurum.

Congiariorum autem & donatiuorum, quæ post victorias fuerunt data, passim multa exempla reperiuntur. Tiberius de Germanis triumphans præter prandium mille mensarum & congiarium trecenos nummos viritim dedit. De his plura licet videre apud Lazium lib.4. cap.9.

Quemadmodum autem in munerum quorumuis susceptione, inauguratione, conuiuia siue epulæ celebrantur, sic in eorundem depositione siue abdicatione idem fieri consueuit. Sic L. Sylla depositâ Dictatura, cum vniuersi sui patrimonij (quod rapinis, cædibus, proscriptionibus ciuium, alijsq; sceleribus auxerat) decimam Herculi consecrasset, populo epulum per multos dies præbuit adeò copiosum, seu potius luxuriosum, vt quotidie magna cibariorum copia in amnem proijceretur, vinum quoq; 40. annis vetustius populo dari curauit, teste Plutarcho in Sylla. Hoc modò ille populi animos sibi ob iniurias, quibus illum per multos annos vexauerat, infestissimos lenire rursus atq; placare est conatus. Syllæ simillimi hodie multi principes atq; magistratus Christiani reperiuntur, qui postquam publici fisci, ærarij, totiusq; populi spolijs atq; rapinis ingentes sibi opes atq; diuitias iniustè nefarieq; compararunt, ac proinde & Deo & populo vniuerso infensissimo vtuntur, ipsum quidem Deum vanis quibusdam adumbratæ religionis cæremonijs: populum verò luxuriosis epulis, munerumq; largitionibus sibi conciliare rursus atq; placare contendunt.

Conuiuia in muneris alicuius depositione

DE CONVIVIIS ARTIFICVM, OPIFICVM, SERVORVMQVE PROPRIIS: NEC NON de seruorum victu atque diæta.

CAPVT XXII.

ATQVE hæc quidem de magistratuum & munerum honorificorum, siue pacis siue belli conuiuijs sint dicta. Nunc consequens esse videtur, vt de munerum vita inferiorum, sordidorũ, illiberalium viliorumq;, quæ partim sunt vrbana, partim rustica, partim mixta, proprijs & peculiaribus epulis dicam, quæ ipsa quoq; varia sunt & multiplicia. Nam primò quidem artificum, mercenariorum, opificum, omnium deniq; illorum, quorum vita manuum opere atq; labore constat, certæ sunt festiuitates, certæ peculiaresq; epulæ, quas vel ipsi inter se agitant, vel illis præbentur ab ijs, qui illorum operis vsi fuerunt: quarum exempla quædam subijciam. Apud Phœnicas fuerunt conuiuia quædam publicanorum ἀγχυρόβαλα dicta, vt testis est Varinus Hesych. inde ἀγχυροβάλλειν, eodem teste, idem quod δειπνεῖν. Addit mercedem quoq; in portu exigi solitam eodem nomine fuisse appellatam. His adde θωκεῖον, ὃ, τὸ, sacrum quo piscatores Neptuno thynnum immolabant in spem felicioris capturæ, Cælius lib.15. cap.7. Apud Christianos præter publicas & communes festiuitates, singuli ferè artifices atq; opifices certos quosdam habent diuos atq; diuas, ceu vitæ artificijq; sui patronos atq; tutores, vt pictores Lucam, fabri Eulogium, calcearij Crispinum & Crispinianum, sarctores Gutmannum, figuli Goarem, venatores Eustachium, in quorum honorem dies illis sacros cõmessationibus compotationibusq;, vti fit, celebrare consueuerunt. Deinde alias quoq; habent singuli opifices ferias proprias & vsitatas, quibus epulis genioq; indulgent, quas enumerare omnes longum foret. In Germania cõmunis ferè est & peruagatus opificum artificumq; mos, vt quo die primùm noctu ad candelam siue lucernã, vel incipiunt vel rursus desinunt operari, vnà liberalius solito epulentur, quæ cõuiuij genera vernacula lingua **liechtbraaten/kelbraaten/ & scheidwecken** appellantur. Huc quoq; pertinent omnes illæ epulæ, quæ artificibus vel quibuscunq; operis, post operis alicuius perfectionem absolutionemue exhibẽ-

Artificum atq; opificum conuiuia.

Ἀγχυρόβαλα Phœnicum

Liechtbraaten vnd Scheidewecken.

Digitized by Google

tur. Huiusmodi est illud quod post erectam domus alicuius contignationem fabris exhibetur, vulgò appellatur das vfrichtmaal. Item quod mulieribus post vestium ablutiones, vulgò wäschermaal & bestrychmaal dictum, & alia huiusce generis innumera. Mos quoq; est admodum laudabilis artificum nonnullorum, quo peregrinos ad se aduentantes & ὁμοτέχνους hospitio conuiuijsq; liberalibus excipere humaniterq; tractare solent. Verùm vt in genere de huiusmodi mechanicorum hominum epulis quid sentiam, dicam, illorum nonnulla quæ ad honestam recreationem à laboribus vitæq; coniunctionem spectant, non videntur esse culpanda, sed modus in illis, vt omnibus in rebus, est adhibendus, vt nimirum nec nimis crebra sint atq; frequentia, nec nimis sumptuosa atq; luxuriosa. Hodie namq; plerique illorum hominum, vt est omnium hominum ingenium à laboribus ad otium atq; voluptates proclive, plerunq; in popinis volutantur, et quauis data et oblata vel minima occasione epulantur cum maxima temporis, reiq; familiaris iactura. Interea illorum liberi, vxor atq; familia, quam alere debebant, fame, siti, rerumq; aliarum ad victum cultumq; corporis necessariarum inopia premitur. Sæpe vno die vel vno conuiuio multorum dierum lucrum atq; mercedem, quam ad familiæ suæ sustentationem conferre debebant, profundunt atq; dilapidant. Hanc illorum hominum luxuriem, quæ ad multarum familiarum ruinam pertinet, magistratus omni studio atq; opera sua refrænare debet.

Opificum, atq; mercenariorum luxuria.

Ad hoc porrò conuiuiorum genus non ineptè meo iudicio referuntur seruilia conuiuia, quæ à dominis olim seruis atq; famulis adornari consueuerant, quorum exempla aliquot ab Athenæo ponuntur lib. 4. Dipnosoph. Apud Romanos Saturnaliorũ diebus moris fuit, vt domini famulos suos conuiuio exciperent, ipsiq; seruorum officio fungerentur. Hanc consuetudinem Græcam fuisse exemplis quibusdam probat. Nam in Creta festo Mercurialium conuiuantibus seruis domini ministrant. Idem mos fuit apud Trezænios, apud quos mense Geræstione per aliquot dies multæ festiuitates celebrantur, quorum in vno serui cum ciuibus astragalis ludebant, & seruis domini conuiuium præbebant. Idem auctor Berosi atq; Ctesiæ historicorum testimonijs comprobat 16. Calend. Septemb. festum Satean dictum in vrbe Babylone 5. dierum spatio celebrari fuisse solitum, quibus moris fuerit, vt serui dominis imperarent, & illorum aliquis stola regiæ simili indutus (quem Zoganem appellabant) vniuersæ familiæ præesset. Sic apud Gallos die Iouis pridie Veneris magnæ, vti vocant, rex Galliæ 12. mendicis epulum lautum præbet, illorum pedes lauat, illis vnà cum aulicis suis ministrat, primum ferculum ipsemet apponit, singulis apophoreti loco dat vestem. Item die Epiphan. aliquis aulicorum ministrorum rex eligitur, cui rex ipse, cæteriq; inter epulandum ministrant. Verùm in sacris quoque literis huius rei nobis ab ipso Christo exemplum proponitur Luc. 12. vbi inquit: Beati serui illi, quos quum venerit dominus, inueniet vigilantes: amen dico vobis, præcinctus faciet vt discumbant, & prodiens ministrabit eis, hoc est, interprete Theophylacto, promptus & paratus erit ad seruis suis dandam plenam & perfectam quietem animi atq; corporis (ὁ γὰρ ἀναπαυμὸς ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύει.) & illorum fida officia atque ministeria remunerandum, λαμπρὰν αὐτοῖς παρέχων τράπεζαν, καὶ τῶν τῆς πνευματικῶν χαρισμάτων ἔυφορίαν χορηγῶν, hoc est, lautam illis mensam atque spiritualium donorum delitias largiendo. Hæc ille. Non est ergo absurdum, quod Christus hîc Deum Opt. Max. dominum dominorum hominibus ceu viliſsimis & abiectiſsimis seruis seruientem ac ministrantem inducit. Nam si rem verè æstimare voluerimus, inueniemus reuera non homines Deo, sed Deum potius hominibus licet ingratiſsimis assiduè seruire & ministrare, imò homines pij licet fida, tamen imperfecta sua ministeria Deo præstare non possunt, nisi illis Deus eius facultatem subministret. Huc quoque referri possunt Eleutheria, quæ erant dies festus & epulæ lætiores, quas serui libertate donati celebrabant. Horum mentio fit apud Plautum in Persa: Basilicè agito Eleutheria. Dicta sunt etiam ἐλεύθερια sacra quædam apud Samios τῷ ἐλευθερίῳ, hoc est, amori Deo deditata. Huiusmodi commemoratæ festiuitates atque epulæ tantò sunt admirabiliores, quò vilior & abiectior olim seruorum fuit conditio, quibus ex communi omnium ferè gentium more ad herilem mensam & ad ingenuorum liberorumq; conuiuia atq; sacrificia accedere minimè licebat, vt in sequentibus Athenæus docet & ex multis historijs patet. Itaque apud Romanos serui quando ad dominorum suorum mensam admittebantur, id erat manumissionis signum ex lege Iunia Norbana. Ad quod alludit Tertull. lib. de resurrect. carnis his verbis: Atqui (seruus manumissus) & vestis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac

Seruilia conuiuia.

Sacean festum Babyloniorum

Eleutheria.

Digitized by Google

ne, ac tribu mensaq; honoratur. Verùm de his plura suo in loco, quando de conuiuarum qualitate atq; delectu tractabimus. Fuit etiam apud Romanos peculiare quoddam ancillarum festum, dictum Nonæ Caprotinæ, quod epulis fuit ab illis celebratum, teste Plutarcho in Camillo sub finem.

Seruorum victus atq; diæta

Quoniam verò de seruorum festiuis quibusdam atq; solennibus epulis dictum est, nunc in vniuersum de seruorum famulorumq; victu atq; diæta quædã videntur esse adijcienda. Hîc vt plærisq; alijs in rebus, aurea est adhibenda mediocritas. Primò igitur cauendũ, ne serui atq; ancillæ molliter nimis & delicatè tractentur, ne, id quod plærunq; fieri consueuit, nòn modò langueſcant atq; torpeſcant, verùm etiam equorum instar benè saginatorum insoleſcant, & aduersus dominos suos insurgant. Nam, vt verißimè Salomon dixit, (id quotidiana docet experientia) qui seruum suum nimis delicatè nutrit à pueritia sua, illum tandem sentit contumacem. Itaq; Athenæus lib. 6. (vt etiam Plato lib. 6. de Legib.) minimè vult dominos cum seruis & ancillis suis iocari atq; nugari, sed illorum verba quæ cum illis faciunt, mera esse iussa atque mandata: ne & illis parendi seruiendiq; & sibi imperandi conditionem difficiliorem reddant. Apud Romanos, teste Polybio, vt mulieres liberæ, ita serui quoq; à vino abstinebant, necnon ephœbi omnes ad annum vitæ triceſimum. Aristoteles similiter in Oecon. lib. 1. cap. 6. quoniam vini potus multos etiam liberos sæpenumerò ad iniurias inferendum impellit, multæq; liberæ gentes à vino abstinent, vt Carthaginenses in bellis, seruis quoque vel nihil prorsus, vel parùm admodum vini dandum esse existimat. Sed contrà cauendum est, ne ijdem nimis durè contumelioseq; tractentur, illisq; debitus ac necessarius victus denegetur; quò fit vt & laboribus ferendis minimè pares esse posſint, ijsq; succumbant, & siti atq; fame maleſuada ad furta aliaq; tetra scelera atq; facinora impellantur. Quamobrem Græcos olim atq; Romanos, vt de alijs taceam, diligentem olim acuratamq; seruilis victus atq; diætæ curam gesſisse legimus. M. Cato in libro suo de re rustica mensuram cibariorum, vini atq; pulmentarij familiæ dandi diligenter accurateq; præstripsit hunc in modum. Familiæ cibaria, qui opus facient per hyemem, tritici modios IIII. per æstatem modios IIII. S. vilico, vilicæ epistatæ, opilioni modios III. Compeditis per hyemem panis P. IIII. Vbi vineam fodere cœperint panis P. V. vsque àdeo dum ficus esse cœperint: deinde ad P. IIII. redito. Vinum familiæ, vbi vindemia facta erit, loram bibant menses III. Mense quarto heminas in dies, id est, in menses congios II. S. Mense quinto, sexto, septimo, octauo in dies sextarios, id est, in mense congios quinq; : nono, decimo, vndecimo, in dies heminas ternas, id est, amphoram. Hoc amplius Saturnalibus & Compitalibus in singulos homines congios. Summa vini in homines singulos inter annum cum compeditis vti quicquid operis facient proportione addito. Eos non est nimium in annos singulos vini quadrantalia X. ebibere. Pulmentarium familiæ oleæ caducæ quàm plurimum condito. Posteà oleas tempestiuas, vnde minimum olei fieri poterit, eas condito, parcito, vti quàm diutißimè durent, vbi oleæ comesæ erunt, halecem & acetum dato. Oleum dato in menses vnicuiq; sextarium, id est, salis vnicuiq; in anno modium satis est. His subiungit descriptionem vestimentorum quæ familiæ sint danda. Certum igitur seruis & quidem largum satis copioſumq; victum quotidie suppeditarunt. Hunc Græci Chœnice olim illis distribuerunt, vt illi vicißim operis pensum persoluerent: vnde & Chœnix, teste Suida, ἡμερήσιον ξοῖνιξ, hoc est, diurnus siue diarius cibus dicitur, & idcirco Apollo Pythius Corinthios, quòd seruos posſiderent quadragies sexies mille, χοινικομέτας appellauit, vt testis est Athenæus lib. 6. Dipnoſ. Item apud Homerum quoq; Chœnix pro dimenso, ciboq; diurno vsurpatur Od. τ.

Chœnix.

Οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅστε ἑμοῖ γε
Χοίνικα δαπίνται. Hoc est;

Namq; operæ immunem haud patiar, quicunque meam vnquam Chœnica contigerit. Eustathius; Chœnix, hîc est, ξοῖνιξ, id est, cibus: nam vox Chœnicis cum ipsum vas quo, tum rem, quam dimetimur significat. De hac voce, & mensurarum generibus varijs vide plura apud eundem P. 686. De Pythagorico prouerbio (Chœnici ne insideas: quod Hieronymo est, de victu non debere quem esse solicitum in diem crastinum, Plutarcho in Sympoſ. Non indulgendum otio, sed victum industria prospiciendum, ne desit in posterum: Demetrio Byzantio apud Athenæum: Non in diem viuendum, sed crastinum expectandum. Erasmo deniq; : Non alienam per otium sectandam mensam, sed proprium labore victum esse comparandum) vide Erasmum in Adagijs. Apocal. 6. in vaticinio illo de futura summa annonæ difficultate atq; caritate scriptum est: Chœnix tritici denario vno;

& tres Chœnices tritici denario vno, &c. Ομοχοίνικας Plutarchus in Sympos. eiusdem mensæ participes appellat. De Chœnice vide Cælium Rhodigin. lib. 16. cap. 16.

Demensum & Diaria.

Victus ille certus & definitus seruorum à Rom. demensum, necnon diaria fuit appellatus. Hinc illud apud Terentium in Phorm. Quod ille vnciatim vix de dimenso suo, Suum defraudans genium comparsit miser. Donatus in illa verba notat seruos in mensem quaternos modios frumenti accipere solitos fuisse. Iuuenal. Satyr. 14.

Seruorum ventres modio castigat iniquo.

Quô alludit Antipho apud Plautum in Stycho, cum seruos suos alloquens inquit:

Vos meministis, quot (id est singulis)
Kalendis petere dimensum cibum,
Qui minus meministis, quod opus sit facto, facere in ædibus?

Demensum à dimetiendo est dictum, non à mense, vt nonnulli putant. Menstrui seruorum Seneca quoque meminit epistola 81. Seruus est, inquit, accipit quinque modios & quinq; denarios. Hinc colligimus seruos singulis calendis, hoc est, primo die mensium dimensum illum cibum petere fuisse solitos. Horatius lib. 1. epist. ad Villicum: Cum seruis vrbana diaria rodere mauis. Diaria idem quod victus diuturnus, quem etiam διαιτας à Græcis appellari testatur Cælius Rhodig. libro 12. c. 18. In Euangelio Lucæ cap. 12. œconomus ille parabolicus dicitur toti seruitio fuisse præpositus, vt tempore certo & opportuno daret conseruis σιτομέτριον, hoc est, dimensum, destinatam singulis mensibus frumenti mensuram. Verùm sapientissima, vt alia, hæc Syracidis præcepta extant, quibus docet, quomodo serui tractari debeant cap. 33. Asino, inquit, pabulum debetur & flagellum & onus, ita seruo panis, castigatio, (hoc prouerbium à Gregorio Palamo Thessalonicensi quoq; commemoratur) labor. Seruo tuo iniunge laborem, & pacem habebis. Si otio assueuerit, contra te insolescet. Pluribus deinceps docet, quomodo serui contumaces baculis, & virgis sint castigandi, & pœnarum metu, qui bonus nonnunquam est officij custos, in officio obsequioq; continendi, arcendi ab otio, laboribus exercendi, nec tamen omnino opprimendi, ab iniurijs alienis defendendi. Eôdem pertinent quæ sequuntur, quorum hæc ferè est summa, Seruos si sint contumaces, baculis virgisq; esse castigandos, pœnarumq; metu, qui quidem bonus sit officij custos, in officio obsequioq; esse continendos. Adhæc laboribus quidem exercendos, ne otio ignauiaq; torpescant, non tamen nimium onerandos, ne illis succumbant, ab alienis denique iniurijs esse defendendos. His simillima sunt, quæ Aristoteles tradit in suis œconomicis, vbi inter alia tria dicit seruis deberi, nimirum ἔργον, κολασίαν καὶ τροφὴν, hoc est, opus, punitionem, & alimentum: quæ debeant esse coniuncta. Nam si neque operentur, neq; castigentur, sed cibum habeant, id illis ad iniurias esse incitamentum. Si verò & pœnas & labores habeant, sed cibo sint destituti, id violentum esse, illorumq; vires frangere. Reliquum igitur esse, vt illis & labores imponantur, & τροφὴ ἱκανὴ, id est, alimenti quantum sat sit suppeditetur. Difficile enim ijs esse qui mercede carent, imperare, serui autem mercedem esse cibum. Denique concludit & cibi & vestitus & otij & castigationis modum pro illorum meritis atque dignitate vel intendendum, vel remittendum esse. Huc quoque facit illud Catonis dictum, qui interrogatus, quid maximè in re familiari expediret, respondit, benè pascere: quid secundum, satis benè pascere, &c. Cicero Offic. libro 2. sub finem. Memorabile quoque est illud Ciceronis libro 1. Offic. Meminerimus, inquit, & aduersus infimos iustitiam esse seruandam. Est autem infima conditio & fortuna seruorum: quibus non malè præcipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenarijs ad operam exigendam & iusta præbenda. Per iusta hoc victum cultumq; corporis necessarium videtur intelligere. Notandum etiam est apud populos nonnullos famulos & ancillas dominorum mensis adhiberi, apud alios verò ab illis longissimè arceri, & reliquijs mensæ herilis pasci. Sunt multi Christianorum qui famulos & ancillas suas quantumuis fideles multò durius & contumeliosius tractant, vexant & affligunt, quàm vel olim vel hodie Ethnici sua mancipia. Laboribus illos diurnis nocturnisq; pene intolerabilibus fatigant, inedia, siti, algore, atque æstu mirificè excruciant, verbis verberibusq; durissimis tantùm non enecant, ita vt illos non hominum, sed pecorum potius loco habere videantur. Imò pecora sæpe sua melius tractant atque curant, quàm illos. Hi cogitent quod scriptum est in Leuitico cap. 25. Seruum tuum ne affligas per potentiam, sed metuito Deum tuum. Item quod Ecclesiasticus inquit cap. 7. Seruus sensatus sit tibi delectus quasi anima tua, non defraudes

Serui quomodo tractandi.

fraudes illum libertate, neque inopem derelinquas eum. Et eodem in cap. Seruum ne lædas in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. M. Cato in libro de re rustica differens de villici officijs inter alia inquit: Familiæ malè ne sit, ne algeat, ne esuriat, opere benè exerceat, facilius malo & alieno prohibebit. Idem paulò post: Villicus ne sit ambulator, sobrius sit semper. Ad cœnam ne quò eat, familiam exerceat, &c. Sed vt culpanda est hæc dominorum quorundam in ministros suos sæuitia & asperitas, cuius Deo omnium inopum & oppressorum tutori atque vindici iustissimo iustas debitasq; pœnas exoluent: ita contrà seruorum & ancillarum plurimarum damnanda est ignauia, mollities, contumacia atque perfidia, cuius & ipsi acerbas graues q; pœnas luent. De illorum autem officio multa præclarè & Paulus 1. Tim. 6. Ephes. 6. Coloss. 3. & Petrus 1. Epist. 2. cap. disseruerunt.

DE CONVIVIIS RVSTICIS.

CAPVT XXIII.

AD hanc postremam conuiuiorum secundum varia vitæ genera atque munera diuisionem, rustica quoque conuiuia pertinent. Fuit autem olim rusticum ac pastoritium vitæ genus apud Iudæos præsertim atque Romanos magno in pretio & honore, atque adeò regum, principum atque magistratuum fœlicissimum extitit seminarium, quemadmodum ex sacris atque prophanis historijs constat: de quo vide Cicer. in Orat. pro Roscio Amerino, & lib. de Senectute. Plinium lib. 18. c. 3. M. Varronem de re rustica libro 1. statim ab initio. Columellam libro 2. c. 1. de re rustica, & multos alios, qui de vitæ illius laudibus multa scripserunt. Verùm illis omissis, tùm de certis ac peculiaribus quibusdam rusticorum conuiuijs, tùm in vniuersum de eorundem victu atque dieta, quæ ad propositum nostrum faciunt; explicabo. Vt olim igitur, sic hodie quoque rustici (sub quibus agricolas atq; pastores comprehendo) certa quædam atq; festiua habent conuiuia, quæ ab illis post operum præsertim atque laborum perfunctionem animi recreandi reficiendiq; causa agitantur. Huiusmodi fuit illud apud Hebræos, in ouium tonsura tritum & vsitatum conuiuij genus, cuius aliquot illustria sanè exempla in S. literis occurrunt. Absolomus certè eo tempore quo oues suas in Baalhasor Ephraimiticæ ditionis loco tonderi curauit, magnificum seruis suis conuiuium adornasse, & ad illud Dauidem patrem fratresq; suos omnes inuitasse legitur, in quo Amnonem fratrem ob stuprum Thamari sorori biennio antè illatum obtruncari curauit. Similis conuiuij mentio fit 1. Sam. 25. Nabal enim Ziphæus vir diues, cui tria ouium millia, & mille capræ fuisse dicuntur, (nam veterum res erant in pecore & in locorum possessionibus, ex quo pecuniosi & locupletes dicti. Cic. lib. 2. de Repub. & Plin. lib. 18. c. 3.) oues suas, quas in Carmelo (qui locus fuit tribus Iudæ) habebat, totondisse legitur. Id cum Dauid in deserto, fame sitiq; grauiter conflictatus resciuisset, seruos suos ad illum misit, qui commemoratis suis in illum eiusq; pastores beneficijs collatis, humanissimis verbis ab illo peterent, vt se quoq; nunc festiuitatis illius atq; conuiuij participes faceret. In die bono, inquiunt illi, hoc est, læto atque festiuo ad te venimus. At verò Nabal & re & nomine stultus, iustæ huic Dauidis petitioni satisfacere noluit, simulq; durum illius nuncijs & inhumanum responsum dedit. Tollam ne, inquit, panem meum, & aquam meam; & victimam meam, quam mactaui tonsoribus meis, vt dem illam viris, quos non noui, vndenam illi sint? Huiusce ille sui inhumani contumelioſiq; responsi, nisi Abigælis vxoris eius deprecantis intercessisset pietas atque prudentia, graues sanè iustasq; pœnas dedisset.

Rusticum vitæ genus olim hoc notificum.

Conuiuium Iudæorum in tonsura ouium.

Ex his autem omnibus colligimus id quod nostri est propositi, conuiuia huiusmodi tonsoria, vt ita loquar, magnifica fuisse. Sequitur enim eodem in capite conuiuium hoc Nabalis fuisse quasi regium, id est, valdè luxuriosum, in quo videlicet ille se vino nimio obruit. Sit Iudas, vt in libro Geneseos scriptum est, animi sui ex dolore ob amissam vxorem reficiendi recreandiq; caussa vnà cum quodam amico suo ad ouium tonsuram iuisse dicitur. Huiusmodi quoque festiuitatis occasione Iacob vnà cum Rabele vxore sua fugam arripuit, vt constat ex 31. cap. Geneseos, vbi sic scriptum est: Laban autem abierat ad tondendum oues suas, furata est interim Rabel simulachra patris

Conuiuia tonsoria magnifica.

fui. Hos triduo pòſt Labanus fuit inſecutus, &c. Apud Latinos oues tondere, vt & ſementem facere omnino non fuit licitum, priuſquam catulatio (Græcis eſt ἀφιστυλαισμὸς) hoc eſt, ex cane ſacrum fieret: vt Gyraldus teſtatur de Dijs Gentium. Ex his ergò omnibus conſtat illam ouium tonſurã (quam luna decreſcente à veteribus fieri fuiſſe ſolitã M. Varro teſtatur: de tempore autem oues lauandi atque tondendi vide Plin. lib. 18. c. 17.) magna cum feſtiuitate, lætitia atque conuiuijs fuiſſe celebratam: id quod mirum non eſt. Nam, quemadmodum paulò antea attigi, priſci illi Hebræi, vt ex multis ſacræ Scripturæ locis conſtat, paſtoritiæ rei mirum in modum fuerunt dediti, ac proinde illorum etiam opes atque diuitiæ cùm aliorum pecorum, tùm in primis ouium, quarum maxima eſt fœcunditas, atque vtilitas, multitudine æſtimabantur. Nam, vt verè eleganterq; M. Varro lib. 1. de re ruſtica inquit, In animalibus primũ non ſine cauſa putant oues aſſumptas, et propter vtilitatem, & propter placiditatem: maximè enim hæ natura quietæ, & aptiſſimæ ad vitam hominum. Ad cibum enim lac, & caſeum adhibitum: ad corpus veſtitum, & pelles attulerunt. Itaque cum in illis tot præſertim numero tondendis plurimùm paſtoribus atque famulis eſſet laboris exantlandum, iuſta profectò de cauſſa patresfamiliâs atque domini illos conuiuiali huiuſmodi lætitia recreare rurſus atque exhilarare voluerunt. His adde quod illa ouium tonſura typus videtur fuiſſe atque figura futuræ illius tonſuræ, hoc eſt, mortis atque paſſionis ſalutiferæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, ceu ouis puræ et immaculatæ, quæ cum tonderetur atque mactaretur, nullam vel minimam vocem impatientiæ teſtem edidit, ſecundum illud Iſaiæ cap. 53. vaticinium: Ouis inſtar data eſt ad victimam, & quaſi agnus coràm tonſoribus ſuis obmutuit ad hominum ſcilicet conuitia, & os ſuum non aperuit, ad conuitia ſcilicet regerendum. Tonſura ouium, vt illud obiter addam, Germanis inſignem aliquam cùm miſeriam, tùm lætitiam videtur ſignificare trita illa ac per vulgata dicendi phraſi: Das Schaaffſchären wirt angon/hoc eſt, ouium tonſura incipiet.

Daps eiusq; faciendæ ratio.

Huc quoque videtur referenda daps, quæ, teſte Feſto, res erat apud antiquos diuina, quæ fiebat aut hyberna ſemente, aut verna: quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Dapis faciendæ ratione M. Cato ſic deſcribit lib. de re ruſtica: Dapem, inquit, hoc modo fieri oportet: Ioui dapali culignã vini quantũuis polluceto. Eo die feriæ bubus et bubulcis, & qui dapem facient. Cum pollucere oportebit, ſic facies. Iupiter dapalis quod tibi fieri oportet, in domo familiaq; mea culignam vini dapi eius rei ergò. Macte vino inferiori eſto. Macte hac illace dape pollucenda eſto. Manus interluito. Poſtea vinum ſumito. Iupiter dapalis macte iſtace dape pollucenda eſto. Macte vino inferiori eſto. Veſtæ ſi voles dato. Daps Ioui aſſaria pecuina vrna vini Ioui caſte, profanato ſine contagione. Poſtea dape facta, ſerito milium, panicum, allium, lentem. Ibidem vide rationem portæ præcidaneæ ante faciendæ, antequam meſſem facerent. Ethnici antequam vel ſementem, vel meſſem facerent, habuerunt ſua ſacrificia, libationes atque precationes, quibus falſorum deorum gratiam & fauorem demereri ſtudebant, quò & ſemente & meſſe fœlici vterentur, quantò magis nos Chriſtianos decet verum Deum veris ſacrificijs, hoc eſt, ſerijs & ardentibus votis placare, vt nobis & ſementem atque meſſem ſecundam vberemq; largiri velit?

Wurſtmäler ſiue farciminũ conuiuia.

Huiuſmodi porrò conuiuijs in ouium tonſura apud Hebræos antiquitus celebrari ſolitis videntur ſimilia eſſe illa quæ apud nos cùm in vrbe, tùm in pagis poſt pecorum quorundam, vt ouium, boum ac præſertim ſuum mactationem ſumma cum lætitia agitari ſolent, quæ idcirco Wurſtmäler/hoc eſt, farciminum conuiuia vulgò appellantur. Huiuſmodi videntur fuiſſe & μηλοσφαγίαι, hoc eſt, ſacrificia ab ouibus iugulandis nuncupata, teſte Heſychio: & ὑςηρία Ath. ſacra, quæ de ſue fiebant.

Μηλοσφαγίαι ὑςηρία. Sacrificia & conuiuia antiquitus agricolis vſitata.

Iam verò apud Græcos atq; Romanos legimus antiquitus & ſacrificia & conuiuia hilariora agricolis maximè collectis iam & recenditis frugibus perquàm vſitata fuiſſe, cuius rei teſtis eſt Ariſtot. lib. 8. de Moribus ad Nicomachum his verbis: Αἱ δὲ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ συνόδοι φαίνονται γίγνεσθαι μετὰ τὰς τῶ καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαὶ, μάλιστα δὲ ἐν τούτοις ἐχόλαζον τοῖς γεωργοῖς. Tale eſt illud Virgilij Georg. 1.

Frigoribus parto agricolæ plærunq; fruuntur,

Mutuáque inter ſe (vnde mutitandi antiquum vocabulum videtur promanaſſe) læti conuiuia curant.

Inuitat genialis hyems, curasq; reſoluit

Cen

Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Cereri item primitias dabant, eamq; venerantes epulabantur; & conuiuiis agitabant inter ſe; quod declarat locus Theocriti in θάλυσι:

— ἦ γὰρ ἐταῖροι
Ἀνέρες ἀπερχόμενοι, μάλα γὰρ σφισὶ πίονι μέτρῳ.
Ἃ δαίμων ἄνειδον ἀνεπλήσθησεν ἀλωάν.

Eundem morem Horatius quoque exprimit lib.2. Epiſt. ad Auguſtum his verbis:

Agricolæ priſci, fortes, paruoq; beati
Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem
Cum ſocijs operum, & pueris & coniuge fida
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant.
Floribus, & vino Genium memorem breuis æui
Feſcenina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit; &c.

Ἀλῶα huiuſmodi agricolarum feſtiuitas dicta fuit, vt teſtis eſt Philochorus, quæ ſubuectis ex agro frugibus in honorẽ Cereris & Bacchi Athenis celebrabatur, ſic dicta quòd in areis, quæ Græcè ἄλως dicuntur, præcipuè moras traberent homines: vnde & Cererem ἀλωάδα nuncupatam legimus, quæ & ἀλωὶς & Eubaloſia cognominata eſt. Sic Vacunæ Deæ apud Romanos, quæ præeſſe vacantibus & otioſis credebatur, agricolæ cùm à laboribus vacarent, poſt perceptos fructus, & agrorum cultus per hyemem ſacra faciebant, de quibus Ouidius 6. Faſtorum. Ἀλῶα.

Nam quoque cum fiunt antiquæ ſacra Vacunæ,
Ante Vacunales ſtantq; ſedentq; focos.

His ſimiles apud Hebræos feſtiuitates atq; conuiuia fuiſſe legimus, à quibus etiam illa & Græcorum atque Romanorum & Chriſtianorum quoque ſolennitates, atque conuiuia nonnulla videntur eſſe profecta. Sic enim feſtum Pentecoſtes, quod etiam hebdomadum atque primitiarum feſtum dicitur, ſexto die menſis Siuan, cui Maius noſter reſpondet (quo Menſe Plinius lib.8. c.18. auctor eſt in Ægypto & in Syria ei vicina meſſem peragi) meſſe confecta celebrari conſueuit ſummo cum gaudio, & epulis, cum panes nouis è frugibus pro gratiarum actione Deo offerrentur, de quo vide Deut. 16. Num. 28. Leuit. 23. Exod. 34. Præterea ex Dei inſtituto atque iuſſu meſſe vindemiaq; peracta, omnibus iam terræ frugibus atque fructibus conditis, à die decimo quinto menſis Thiſri, (qui Septembri vel Octobri noſtro reſpondet, à Thiroſch, hoc eſt, muſto dictus, quod in illo vindemia fieret) Iudæi per ſeptem continuos dies ſimul feriari, ſummaq; cum lætitia conuiuari conſueuerunt: quæ quidem Tabernaculorum feſtiuitas dicta fuit. Leuit. 23. Deut. 16. Iudæorum conuiuia in feſto Pentecoſtes & Tabernaculorum.

Plutarchus quoque Sympoſ. 4. Probl. 5. in quo diſputat de Iudæorum abſtinentia à carne ſuilla, feſtiuitatis huiuſce Tabernaculorum luculentam mentionem facit, illamq; ξιστεικὴν παντελείαν hoc eſt, feſto illo triennali, quod in Bacchi honorem olim agitabatur, comparans, inde probare conatur, Iudæos Bacchi ſacris initiatos eiusq; cultores eſſe. Operæpretium itaque fuerit illam Plutarchi deſcriptionem huiuſce feſti cum ea quæ in ſacris literis continetur, conferre. Primò itaq; feſtiuitatem illam μεγίστην & τελειοτάτην, maximam & perfectiſſimam vocat, & quidem merito. Nam feſtum illud Iudæorum feſtiuiſſimum ſanè lætiſſimumq; fuit, quod collectis iam repoſitisq; omnibus terræ frugibus atque fructibus ſumma cum lætitia gaudioq; celebratum fuit. Quod maximum vocat, illud congruit cum eo quod Ioa. 7. dies octauus & vltimus feſti, qui fuit 22. menſis, dies magnus appellatur: qui etiam vocatur dies Azäräth, id eſt, retentionis. Perfectiſſimum etiam ratione menſis ſeptimi, in quo celebrabatur, dici poteſt: eſt enim numerus ſeptenarius ſecundum ſacros & prophanos auctores perfectiſſimus, perfectionis atque quietis ſymbolum. Quod autem feſtum hoc Νηστείαν, hoc eſt, ieiunium appellat, in eo, niſi ſit mendum in ipſa voce, hallucinatus eſt. Non enim ieiunijs, ſed epulis lætiſſimis, quemadmodum ipſemet confitetur, in illo feſto indulgebant. Verùm notandum eſt eiuſdem menſis ſeptimi, quo hoc feſtum celebrabatur die 15. diem tertium ſacrum fuiſſe ieiunio ob interitum Godoliæ ſtrenui heroïs, vnde Zom Godoliah, hoc eſt, ieiunium Godoliæ fuit Deſcriptio feſti tabernaculorum ex Plutarcho.

dies ille dictus. Atq; hæc quidem Plutarcho erroris videtur fuisse causſa, vt quoniam eodem in menſe feſtiuiſſimo Deus forſan ad temperandam populi ſui lætitiam ieiunium die tertio interponi voluit, Plutarchus hoc ipſum feſtum, quod 15. eiuſdem menſis die agitabatur, ieiunium exiſtimet fuiſſe appellatum. Idem tamen diem huiuſce feſti priorem σκηνὴν, id eſt, Tabernaculum dicit fuiſſe appellatum, in quo propius ad veram huiuſce feſti appellationem accedit. Dictum enim eſt Hag Haſſuccoth, hoc eſt, feſtum tabernaculorum ſiue tentoriorum, eò quod ſeptem dierum ſpatio ſub tabernaculis degebant ad recolendam memoriam ſuæ peregrinationis in deſerto horrido atque inculto, in quo 40. annis vitam egerunt ſub tentorijs, & protectionis diuinæ. Leuitici 23. cap. primus dies feſti & octauus Sabbatum appellatur.

Ratio porrò ſiue forma illius feſti, quam Plutarchus proponit, cum ſacris literis benè admodum congruit. Nam ἀκμάζοντι ξυγετῷ, id eſt, feruente vindemia (die nimirum 15. menſis ſeptimi, qui ob vindemiam Thiſri à Tiroſch, hoc eſt, muſto fuit appellatus) ξαπίδας φορτίζονται παντοδαπῆς ὀπώρας, hoc eſt, menſas proponunt plenas omnis generis frugum. Sic enim in S. literis legimus Iudæos per 7. dies vnà fuiſſe epulatos. Et ſub σκηναῖς, id eſt, tabernaculis degunt ἐκ κλημάτων μάλιστα, καὶ κιττοῦ διαπεπλεγμέναις, hoc eſt, ex palmitibus potiſſimum, & hedera contextis. Ex qua potiſſimùm materia tabernacula illa ſiue vmbracula fuerint compoſita, in S. literis non exprimitur. Leuit. 23. verſ. 40. Iubentur primo die (quem σκηνὴν Plutarchus vocat) ſumere fructum arboris decoris. (Hebræam vocem Hadar quæ aliàs formoſam ſignificat, citrum interpretantur) & ſpatulas ſiue frondes palmarum, & ramum arboris denſæ ſiue perplexæ (Chald. Hadaſchim, id eſt, myrteos exponit) & ſalices torrentis: ſed non additur ad quem vſum. Iudæi addunt ex his quatuor, hoc eſt, ex pomis citreis, frondibus palmarum, myrtis atq; ſalicibus confectum fuiſſe faſciculum, quem manè 7. illis diebus geſtarunt, nec cibum cuiquam ſumere fuiſſe licitum, niſi prius id faſciculum portaſſet. Hoc congruit cum eo quod Plutarchus dicit fuiſſe apud Iudæos feſtiuitatẽ quandam, κεραφορείαν & θυρσοφορείαν, in qua nimirum θύρσους geſtantes templum ingrediebantur. Ab hac ergo faſciculorum geſtatione feſtum illud κεραφορείαν & θυρσοφορείαν vocat. In priore membro videtur eſſe mendum et pro κεραφορεία legendum κεραδηφορεία, ἀπὸ τῆς κεράδης. Eſt autem κεράδα ſiue κεράδη medicis, ramus ficulnus ſiue folliculus caprificorum, vel etiam Nicandro ficus, & ſummum ficorum germen, quod plantari conſueuit. Quid ſi κιστοφορεία legendum? Ergo Plutarchus hanc quoq; faſciculorum, qui ex ramis arborum fuerunt contexti, geſtationem exprimit. Vel forſan etiam quoniam hoc peculiare quoddam feſtum videtur fuiſſe à Tabernaculorum feſto ſeparatum, ſignificat feſtum Palmarum, quod eiuſdem menſis die octauo magna cum pompa fuit celebratum. Illud vocatum eſt חג ערבה Hag Aaraba, hoc eſt, feſtum palmarum, in quo ſumebantur optimi arborum fructus, quos citra vocabant, & ſpatulas palmarum, ad ſignificandum quod Deus illos per deſertum ſquallidum ad amænam omniq; delitiarum genere refertam terram deduxiſſet. Circumibant etiam ſeptimo die ſepties altare portantes palmas ad memoriam refricandam excisæ vrbis Hierichuntis. Et hoc eſt quod Plutarchus dicit illos feſto illo manibus tenentes thyrſos ſeu faſciculos frondium templum intrare fuiſſe ſolitos, quid autem ibi egerint, ſibi non conſtare: veriſimile tamen eſſe Baccho ſacra feciſſe. Dicit præterea hoc ipſo in loco Iudæos μυκηθμοῖς σάλπιγξι, vt Argiui in Dionyſijs ſuis, vſos fuiſſe ad Deum euocandum, & Leuitas citharas pulſaſſe, quos ſic vult dictos fuiſſe, quod ad λύσιον ſiue Δῖον, hoc eſt, Bacchum (qui ſic cognominatus fuit) colendum homines citharatũ clangore incitarent. Alludit hic Plutarchus cùm ad morẽ communẽ Leuitarum & ſacerdotum qui tubarum clangore non ad Bacchi, vt ipſe mentitur, ſed ad veri Dei cultum atq; ſacra celebrandum populum conuocabant: tùm ad feſtum illud tubarum, quod primo die menſis huiuſce ſeptimi factum fuit in memoriam liberationis Iſaaci ab immolatione, vt Hebræi volunt. Feſti huius fit mentio Leuit. 23. verſ. 24. & Sikron Hatheruah, id eſt, monumentũ clangoris vocatur.

Hæc Plutarchus de celebri illa Tabernaculorum feſtiuitate ſcripſit, quorum quædam ſacris literis congruunt, quædam non item. Quod autem ex feſto illo colligit Iudæos Bacchum coluiſſe, id videtur ideò potiſſimum factum, quod Iudæi feſto illo ad immoderatas epulationes compotationeſq; fuerunt abuſi, atque ita ſpecioſam ſanè Plutarcho & reliquis Ethnicis ſui calumniandi anſam præbuerunt. Huc quoque facit, quod Sabbatum quoque illorum (vnde Iudæi à Martiali & alijs Sabbatarij fuerunt appellati) dicit non eſſe ἀνεόρτοδιόνυσον, propterea quòd in illo ſe mutuo ad

bibendum

bibendum & ebrietatem denique ad merum gustandum inuitarint. Augustin. Tract. 4. in Ioan. Iudæi, inquit, seruiliter obseruant diem Sabbati, ad luxuriam, ad ebrietatem. Quantò melius fœminæ eorum lanam facerent, quàm vt illo die in Neomenijs saltarent. Hinc Sidonius lib. 1. epist. ad Agricolam, luxum Sabbatarium eleganter vocat nimis profusum. Quoniam enim illi Sabbato ad Dei cultum & honorem, ad rerum sacrarum meditationem, ad virium recreationem instituto (vnde Sabbatum quietis & conuocatio sancta dicitur Leuit. 23.) ad voluptates, ad gulam, & ebrietatem, ad saltationes lasciuas abusi sunt, inde Ethnici suspicati sunt illos Bacchum colere. Et vt de Iudæis taceam, annón nos quoque Christiani hodie luxurioso illo nostro libidinosoq; sacrorum dierum abusu non dico speciosam & probabilem, sed iustam & idoneam gentibus à religione Christiana alienissimis similium suspicionum occasionem præbemus, ita vt nos non Deum, sed ventrem, Venerem, Bacchum atque Cererem colere existiment. Sed quoniam hîc in Sabbati mentionem incidi, obseruandum est poëtas Ethnicos Iudæis superstitiosum quoq; illius diei cultum carminibus suis exprobrasse. Iuuenal. Satyr. 6.

Sabbata Iudæorum plena luxuriæ.

Luxus Sabbatarius.

Superstitiosa sabbati obseruatio.

Obseruent vbi festa mero (nudo) pede Sabbata reges.

Hinc colligitur Iudæos sacra sua pedibus nudis peregisse, quæ à Tertull. & Hieron. Nudipedalia appellantur, id quod Iosephi hist. de Berenice regina lib. 2. belli Iudaici testatur. Idem poët. Sat. 14.

Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem. Et paulò post,
Sed pater (Moyses) in causa, cui septima quæq; fuit lux,
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.

Superstitiosam quietis, & otij obseruationem perstringit, vnde Iudæi Christum accusabant, quod in Sabbato cæcum sanasset. Nec vero operum omnium intermissione tantum, sed etiam ieiunijs superstitiosis Sabbata Iudæos coluisse Martialis indicat, dum vocat ieiunia Sabbatariorum, id est, Iudæorum Sabbatum colentium. Ieiunij Tranquillus quoq; meminit in Augusto. Et rursus ne Iudæus quidem, mi Tyberi, tam diligenter Sabbatis ieiunia seruat, quàm hodie ego seruau. Huiusce ieiunij hanc Ethnici finxerunt causam. Moses enim Damascena patria antiqua repetita, montem Sinai occupauit, quò septem dierum ieiunio per deserta Arabiæ cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem more gentis Sabbatum, id est, diem quetis appellatum in omne æuum ieiunio seruauit, & quiete, quoniam illa dies famem eis erroremq; finierat. Sic Iustinus, Tacitus & alij veræ antiquitatis ignari tradiderunt: aliter Moyses & Iosephus. Lact. Firm. lib. 4. c. 17. scribit à Iudæis iræ atq; inuidiæ plenis Christum accusari, quod legem Dei per Mosem datam solueret, id est, quod Sabbatis non vacaret operans salutem hominũ, quod circuncisionem vacuefaceret, quod abstinentiã suillæ carnis auferret Pers. similiter Sat. 5. Sabbati luculentã mentionẽ facit his verbis:

Ieiunia Sabbataria.

Herodis venere dies (sabbata & alia Iudæorum festa) vnctaq; fenestra,
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Enneamyxon intelligit, id est, lucernam nouem lychnorum quam Iudæi in fenestella sub lumina prima diei præcedentis sabbatum in ipso limine domus ponebant, quam fenestram vnctam vocat propter oleum quod ex lucernis exudabat: Addit,

Portantes violas, rubrumq; amplexa catinum, Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino,
Labra moues tacitus (dum oras) recutitaq; sabbata palles, Id est, veneraris, colis.

De festo porrò tabernaculorum vide quæ scribat Tremellius in Ioan. c. 7. & Matth. 21. Vide etiam Crinit. lib. 3. c. 15. de Sarabaytis sacerdotibus Ægyptijs maximis hypocritis, qui August. & Hieron. temporibus Hierosolymam proficiscentes hoc festum sit celebrare fuerunt soliti. Huic festo simillima fuerunt Lacedæmoniorum Carnia, de quibus Athen. lib. 4. Demetrius Scepsius scripsit Carniorum festiuitatem apud Lacedæmonios, Μίμημα εἶ) στρατιωτικῆς ἀγωγῆς, hoc est, militaris vitæ atq; instituti similitudinem habere. Τόποι enim, id est, loci nouem numero erant (sic enim σκιάδες, id est, vmbracula ab illis vocabantur) scenis simillimi: in quibus singulis viri nouem cœnabant, quæ omnia ex mandato per præconem pronuntiabantur. Vnaquaq; autem scena habebat tres φρατρίας, celebrabaturq; hoc Carneorum festum per nouem dierum spacium.

Carnia.

Hinc Saturnaliorum illa festiuitas apud Ethnicos suam videtur traxisse originem. Nam Macrobius libro 1. cap. 10. probat Philochori testimonio Cecropem primum Saturno & Opi ceu frugum atque fructuum repertoribus aram in Attica statuisse, eosq; Deos pro Ioue & Terra coluisse, instituisseq; vt patres familiâs & frugibus & fructibus iam coactis passim cum seruis vescerentur.

Saturnaliorum festiuitas.

Digitized by Google

cum quibus patientiã laboris in colendo rure tolerauerant: delectari enim Deum honore seruorũ contemplatu laboris. Hæc ille. Idẽ auctor Luc. Accij vers. de hac festiuitate huiusmodi profert: li. 1. c. 7.

Maxima pars Graium Saturno & maximæ Athenæ
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.
Cumq́ diem celebrant, per agros, vrbesq́ ferè omnes
Exercent epulis læti, famulosq́ procurant.
Quisq́ suos, nostriq́ itidem, & mos traditus illinc
Iste, vt cum dominis famuli epulentur ibidem.

Propria rusticorum conuiuia apud Germanos.

Apud Germanos porrò multa sunt hodie rusticorum propria conuiuia, quorum exempla nonnulla subijciam. Vt conuiuium post sementem factam fieri solitum, à nonnullis Saathasen / id est, leporis satio appellatur. Sic conuiuium post papaueris sementem quibusdam in locis vsitatum dicitur, Eyer in ancken / à cibo nimirum, qui in illo dari consueuit, is sunt oua frixa in butyro. Conuiuium post fœnisectionem à nonnullis Krãyhanen / id est, Gallicinium appellatur. Conuiuium item absolutæ messe tritici & auenæ summa cum lætitia ab agricolis agitari solitum, (cuius exempla tibi Ruthæ historiola suppeditat) à nonnullis Sichellõse / hoc est, falcium solutio: ab alijs Sichellege / id est, falcium depositio: à quibusdam Schnitthanen / hoc est, galli messis siue sectio, ab alijs Krãyhanen / hoc est, gallicinium appellatur, & à Gallis Ripaille. Huiusmodi autem festiuitati atque epulis similis fuit illa Pentecostes festiuitas Iudæis vsitata, de qua paulò antea. Huc quoque referenda sunt antiqua illa rusticorum apud Romanos festa. Compitalia dicta, in quibus rustici finitis sationibus in compitis suspensis ibi aratris magna cum animorum relaxatione sacrificia atque conuiuia ganeata & opipara in deorum larium honorem agitare solebant, de quibus sic Persius Satyr. 4.

Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit Id est, suspendit.
Seriolæ veteris metuens deradere limum.
Ingemit, hoc bene sit: tunicatum cum sale mordens,
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus ollam. Ventidij auaritiam perstringit.

Conuiuia præterea vindemialia summa cum hilaritate, imò vt verius dicam, cum lasciuia in vuarum collectione agitantur. Nam pueri atque puellæ vuas legentes, qui vindemiatores olim dicti sunt, post prandium quod ferè pulmento quodam constat confecto ex millio, ludere inter se ac lasciuire solent, pueriq́ puellarum mammas denudare conantur: qui sanè lusus à Christiana castitate, pietateq́ alieniſsimus vulgò den Hirß dõuwen / hoc est, millium concoquere nominatur. Galli epulas vindemiales vocant, Les chous de vendange, id est, olera vindemiæ.

Vindemiale conuiuium.

Absoluta autem vuarum calcatione & expressione, totaq́ vindemia confecta lætissimum conuiuium fieri consueuit, quod vulgò Stunten / à nonnullis etiam Herbstbad / id est, balneum vindemiale vocatur. Huiusmodi conuiuij vindemialis exemplum in sacris quoque literis habemus Iud. 9. cap. Sichemitæ enim dicuntur collegisse vuas in vindemijs suis atque calcasse & indulsisse lætitiæ, ingressiq́ domum Dei sui (is fuit Baal) comedisse, bibisse, regemq́ Abimelechum conuitijs proscidisse. Chald. Paraph. hîc chorearum quoque mentionem facit, quæ conuiuij lasciui solent esse comites. Vtebantur autem antiquitus, vt hodie quoque fit, magna licentia atque lasciuia in vindemijs, ex qua quidem consuetudine tragœdiæ atque comœdiæ apud Græcos natæ creduntur: Bacchus quoque cum victor ex India redijsset, populus in illius honorem choreas ad torcularia duxisse fertur. Athen. lib. 2. Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις, ἐν ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς πόλει ἀπὸ καὶ κατ' αὐτὸν τῆς τρυγὸς καιρὸν· ἀφ' ὃ καὶ τραγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμῳδία, id est, Ab ebrietate comœdia atq́ tragœdia inuenta in Icario vrbe Atticæ, idq́ ipsius vindemiæ tempore, vnde etiam Trygœdia ab initio fuit appellata. Arnobius quoque libro 7. testatur vindemiatores et qui torcularibus vinum expresserant, finita vindemia et vini expressione Æsculapio diem festum egisse, in quo noua vina gustabant; (vt apud nos in Martinalibus fieri solet) quod festum ab illo Æsculapij vindemia appellatur. Hæc enim illius sunt verba: Æsculapij geritur celebraturq́ vindemia. Colunt enim Dij vineas, & ab suasionibus contracti vindemiatores exprimunt vinum. Qualis autem olim Ethnicorum, talis hodie Christianorum quoque in vindemijs solet esse petulantia atq́ lasciuia, qua quidem Deus ad grauissimam iustissimamq́ iram atque vindictam prouocatur. Non itaque mirum nobis videri debet, si vindemiæ nobis sæpe vel nullæ prorsus sint,

Aesculapij vindemia.

Digitized by Google

sus sint, vel admodum miseræ & infælices, cum nos ingratißimi erga Deum, non modò illi debitas meritasq; pro acceptis beneficijs gratias agamus, verùm etiam per summam nefas atque contumeliam, sacrosanctum illius numen effrænata nostra lasciuia petulantiaq; violemus.

Iam verò post trituration em quoque epulæ nonnullis in locis apud rusticos agitantur, quæ vernacula lingua Pflegelhencke / hoc est, flagellorum, quibus triticum excutitur, suspensio: siue Pflegellege / id est, flagellorum depositio, vel denique Pflegelrecke / id est, flagellorum requies à nonnullis appellantur. Huiusmodi autem omnibus conuiuiorum generibus, quæ finita messe, vindemia, collectis reconditisq; frugibus ab agricolis agitantur, respondent illæ Tabernaculorum festiuitates atque epulationes, de quibus suprà dictum est. Sed præter hæc à me commemorata epularum rusticarum genera, plura sunt alia singulis pagis peculiaria. Sic, exempli gratia, conuiuij quoddam genus Früuf appellatum quibusdam in pagis die proxima ante Christi natalem celebratur. Mulieres per totam noctem fila ducentes, media nocte panem butyro frixum comedunt. Sic quibusdam in locis vere ineunte rustici vnà epulantur, farcimen quoddam, quod tota hyeme de fumario dependit, comedentes, quod idcirco, vt & ipsas epulas, Inbenckel appellant. Est quoque apud rusticos nonnullos conuiuij admodum inhonesti genus, quod Schebeten & quidem rectè à scabendo dicitur. Vt cum quis ære alieno obstrictus, cui non sit soluendo, & ita per amicitiæ speciem iusto maiora à conuiuis symbola exigit, vt lucrum faciat. Verùm infinitum esset omnia huiusmodi rusticorum conuiuia persequi. Illud profectò summoperè est dolendum, non modò in vrbibus, in quibus, vt eleganter admodum scitè q; Cicero in Orat. pro Roscio inquit, luxuries creatur, ex qua deinde auaritia existit, & ex auaritia erumpit audacia, indeq; omnia scelera atque flagitia gignuntur: verùm etiam in agris, in vita rustica & agresti, quæ, vt idem inquit, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæq; quondam magistra extitit, immoderatam huiusmodi conuiuiorum frequentiam atque luxuriam grassari. Et quidnam quæso à Christianorum hominum munere atque officio magis abhorret, quàm quòd eo ipso tempore quo perceptis nimirum iam repositisq; fructibus Deo ceu munifico illorum datori gratias agere debebant, illumq; precari, vt illis benè fæliciterq; frui possent, illi contrà omni luxuriæ, lasciuiæ, petulantiæq; genere Deum grauißime offendunt? Nec tamen hæc mea verba ita accipi velim, quasi omnia huiusmodi rusticorum conuiuia post exantlatos labores animi relaxandi recreandiq; causſa fieri solita damnanda existimem. Nam ipse quoque Deus, qui nihil mali præcipit, voluit populum suum collectis de area & torcularifructibus, per septem dies lætitia epulisq; mutuis indulgere, nec liberos solùm atque ciues, verùm etiam seruos, ancillas, peregrinos, ipsos adhæc Leuitas, pupillos atque viduas voluit lætitiæ illius epularumq; esse participes: eôdem quoque pertinet Pentecostes festiuitas, de qua suprà. Hinc colligimus hodie quoque agricolis postquam magnis perfuncti sunt laboribus, licitum esse conuiuijs sese mutuò recreare atque exhilarare, modò absit luxus, luxuria, dictorum factorumq; petulantia, quæ hodie pleruncq; cum illis suprà commemoratis conuiuiorum rusticorum generibus sunt coniuncta.

Epulæ post trituration em.

Rusticorum luxuria.

At vt nunc in vniuersum de rusticorum victu quædam dicam, is olim facilis, simplex, tenuis atque frugalis fuit, quem nimirum ipsa terra φερέσβιον & ζείδωρον à poëtis ideò appellata, proferebat. Vnde Hesiodus lib. 1. Oper. & dierum inquit.

Rusticorum victus antiquus.

—— Καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτοματη πολλόν τε καὶ ἀφθονον· οἱ δ' ἐπὶ ἔργοις
Ἡσυχοι, ἔρδον νέμοντο σὺν ἐθλοῖσι πολέεσσιν.

Huc facit illud Virgilij libro 2. Georgicorum.

O fortunatos nimium bona si sua norint
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustißima tellus.

Atque huiusmodi quidem victu olim Romanorum nobilißimi quique proceres atque principes fuerunt contenti. Vnde Iuuenalis Satyr. 11. qui in suorum temporum luxuriam grauißimè inuehitur, postquam fercula quædam enumerauit, nullis vt ipse loquitur, ornata macellis, vt sunt hædus, asparagi, oua, vuæ, pyra, poma subiungit,

Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus
Cœna fuit, Curius paruo quæ legerat horto

Ipse focis breuibus ponebat holuscula, quæ nunc
Squallidus in magna fastidit compede fossor,
Qui meminit calidæ sapiat quid vulua popinæ.
Sicci terga suis rara pendentia crate
Moris erat quondam festis seruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum
Accederet noua, si quam dabat hostia, carne.
Cognatorum aliquis titulo ter consulis atq;
Castrorum imperijs, & dictatoris honores
Functus ad has epulas solito maturius ibat
Erectum domito referens à monte ligonem, &c.

Hæc Iuuenalis de prisca Romanorum frugalitate, inter quos fortissimi ac virtutibus rebusq; gestis clarissimi quiq;, vt rei rusticæ maximè fuerunt dediti, ita rusticano quoque, hoc est, tenui duroq; victu optimè fuerunt contenti. Illis itaque temporibus Respub. Romanorum opibus atque diuitijs magis magisq; aucta & amplificata fuit, quæ simul atque in illam immigrauit luxuria, paulatim in deterius labi, imminui atque deformari cæpit, donec tandem omnino interijt. Hodie inter Christianos, id quod vehementer est dolendum, rusticani homines vrbanis conuiuiorum luxuria nihilo sunt inferiores, vnde multarum locupletissimarum familiarum ruinæ atque naufragia consequuntur, id quod experientia quotidiana satis superq; testatur. Atque hæc quidem sint dicta de rusticorum cùm solennibus & festiuis conuiuijs: tùm quotidiana victus ratione, quæ quidem à prisca illa maiorum nostrorum parsimonia atque frugalitate longissimè recessit. Ac omnino hic finis esto dicendi de varijs conuiuiorum generibus secundum varia vitæ genera, atque munera, quorum alia quidem sacra, alia prophana: alia pacifica, alia militaria: alia liberalia, alia illiberalia & sordida: alia vrbana, alia rustica esse diximus, vnde totidem quoq; conuiuiorum genera & antiquitus & hodie vsitata existunt.

Anacephaleosis eorum quæ dicta sunt de varijs cõuiuijs secundum varia vitæ genera.

QVARTVS VITAE HVMANAE ACTVS EST MATRIMONIVM, DE CONVIVIIS MATRIMONIALIBVS, quæ vel ante nuptias, vel in ipsis nuptijs, vel post nuptias agitantur.

CAPVT XXIIII.

SEQVITVR *nunc quartus vitæ humanæ actus, Matrimonium nimirum siue connubium (quo vt inquit Plato lib. 7. de Leg. maxima sit humanæ vitæ mutatio) quod vt nostro sæculo, ita omnibus ferè temporibus & apud omnes gentes plurimis cæremonijs, sacrificijs, ludis, spectaculis, epithalamijs, tripudijs, magnificentissimis denique splendidissimisq; conuiuijs celebratum fuit. Ex quo sanè apparet, connubium iustum præsertim atque legitimum in maximo semper apud omnes ferè gentes pretio atque honore extitisse. Huiusmodi porrò matrimonialia siue connubialia conuiuia, quæ ab Hebræis* משתה חתנות *Misthe Hathonoth appellantur, omnium ferè sæculorum gentiumq; consuetudine vsitata, non incommodè triuariam mihi videntur diuidi posse, quorum alia quidem ante nuptias: alia verò in ipsis nuptijs, alia post nuptias fiunt.*

Sponsalitia siue conuiuia ante nuptias.

Conuiuia ante nuptias, sponsalitia dicuntur, quæ tempore sponsaliorum, quibus mutua futurarum nuptiarum fit repromissio, aguntur. Sponsalia ab Hebræis קרושים *Kidduschim, appellantur à sanctitate & castitate, &* חתונה *Chabuggah, ipsæ nuptiæ,* חפה *Chippah, nimirum à* חפח *Chaphah, quod operire siue tegere significat, propterea quod sponsæ erant velatæ, vnde etiam nuptæ sunt dictæ à nubendo, quod tegere significat. Huiusmodi conuiuium fuit illud Gen. 24. quod in Nahor vrbe Aram Naharaim, hoc est, Mesopotamiæ siue Syriæ Interamnis, in ædibus Bethuelis celebratum*

Iudæorum.

lebratum fuit, postquam nimirum Bethuel Rebeccam filiam suam Isaaco Abrahami filio, ambiente, stipulanteq; Abrahami seruo, despondit. Nam cum ante sponsionẽ Abrahami seruus pro egregia sua erga dominum fide cibum sibi oblatum capere noluisset, peracta sponsione & dona atque munera pretiosa, vt vasa aurea & argentea, atque vestes Rebeccæ (quæ quidem à Græcis προγάμεια, à Latinis iurisconsultis sponsalitiæ largitiones appellantur) necnon fratri eius atque matri domini sui nomine dedisse, ipsiq; omnes vnà cibum potumq; sumpsisse leguntur. Simile exemplum extat in Tobiæ historia. Nam cum Raphael angelus, & Tobias in Ecbatanis à Raguele humanissimè fuissent excepti, & epulæ illis liberales lautæq; fuissent appositæ, Tobias nihil quicquam cibi potusue gustare voluit, antequam Sara sibi desponderetur. Raguel itaque benè primùm precatus, vt fœlix faustumq; esset hoc matrimonium, Saram filiam suam ad se vocauit: quæ cum venisset, apprehensa illius dextera, dextræ Tobiæ tradidit hac precatione vsus: Deus Abrahami & Deus Isaaci & Deus Iacobi vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis. Postea aduocata Edna vxore, accepto libello syngrapham conscripsit & consignauit. Quibus peractis vnà epulari cœperunt benedicentes Deum, postq; epulum ipsa primùm Sara sponsa in thalamum Raguelis iussu adornatum ab Edna matre cum fausta precatione, deinde Tobias quoq; sponsus ad illam introductus fuit.

Iudæorum ritus in sponsalibus.

Notandæ autem simul sunt obiter in vtriusq; matrimonij commemoratis exemplis cæremoniæ atque ritus à Iudæis in sponsalibus olim vsurpati. Vt quod vel patres vel serui pro filijs ac dominis suis, vel ipsi filij sponsas ambierunt, quòd puellarum consensus quæsitus, quòd arrhæ & munera quædam à sponso & sponsæ & fratribus eius atque parentibus data, quòd patres apprehensa vtriusq; dextera, faustaq; vsi precatione, illos matrimonio coniunxerunt, quod syngraphæ matrimoniales confectæ, epulum celebratum, postq; illud sponsa primùm à matre eam consolante, eiq; fausta precante, deinde sponsus in thalamum introducti fuerunt. Postremò quod discedentibus patres benè fuerunt precati. Huiusmodi ritus à Christianis quoq; hodie ferè vsurpari experientia quotidiana testatur. Verùm quoad ipsas epulas sponsalitias & Isaaci & Tobiæ nomine celebratas obseruatione dignum est, quod nulla in illis cantus, symphoniæ, tripudiorum, epithalamiorum, gestuum atque ludorum leuium, sed benedictionis, hoc est, gratiarum actionis tantum fit mentio. Quod autem post epulas sponsus atq; sponsa in thalamum fuerunt introducti, inde colligimus ex antiquo more & consuetudine vesperi fuisse celebratas. Sequitur deinde nuptialis conuiuij descriptio: de quo suo loco.

Græcorum sponsalitia. Προτέλεια.

Græci similiter habuerunt sua προγάμεια, qua voce cùm dona, quæ ante nuptias dabantur: tùm sacrificia atq; conuiuia, quæ ante nuptias celebrabantur, significantur, quod sacrificij genus etiam προτέλεια, id est, initiatio, dictum est, teste Polluce. Προτέλεια apud Pausaniam, ἃ πρὸ τῶν γάμων θέα, ἵσας τὰ λεγόμενα θεώρησα, inde etiam τέλειοι οἱ γεγαμηκότες, & τελειαθῆναι, τὸ γῆμαι. Eustathius Ιλιαδ. λ. Scaliger libro tertio poëtices. Post auspicia sacra faciebant, porcumq; Iunoni immolabant, quam τέλειαν fas erat nuncupare, vt & Iouem τέλειον, quod nonnulli minus sanè benè interpretati sunt Iouem & Iunonem adultam. An quia non nisi adultis nubere, atq; etiam vxorem ducere liceret? Alij τὸ προτελεῖν, quod verbum attribuit Pollux sponsalibus sacrificijs, initiari Latinè dixerunt. Τέλεται enim sic dicebantur. Verum haud ita est. Τέλος veteres aiunt idem fuisse, quod γάμος, propterea quòd humanæ vitæ perpetuatio nuptiarum merito perficeretur. Idcirco τέλειον nuptiale sacrificium, & nuptiarum diem aquè dixerunt atque etiam tùm à nuptijs, tùm ab earum numine idem sacrificium προτέλειαν, vt ait idem Pollux: προτέλεια verò sacrificium pridianum: quam vocem etiam apud Lucianum habes, περὶ τῆς ἐν τῷ μυθῷ συνόδου. Erit igitur Ζεὺς τέλειος Iuppiter nuptialis. Cælius ipsas quoque nuptias vult τέλειον dici, & qui vxorem duxêre, protelios posse dici: addit etiam προαύλια dici diem, qui nuptias præcedit, vt ἐπαύλια dies qui nuptias subsequitur. Scaliger libro 3. poët. Nuptiarum dies legitimi erant tres. Primus à Græcis dicebatur προαύλια, non pessimè à nobis Latinè Desponsalia: in eo enim desponsebatur virgo. Alter dies appellabatur ἐπαύλια, in quo nuptiæ fiebant, Latinè potes Decubationem appellare. Sic enim erat in Legibus Flaminis Dialis. De lecto suo trinoctium ne decubato. In soceri namq; ædes transibat sponsus, vbi fiebant nuptiæ, qui eum illò deducebat dicebatur Paranymphus: alij συμφωτεὺς, alij πάρεδρον vocant. Diem tertium ἐπαύλια, Latini repotia, in quo sponsi affines de suo faciebant conuiuia.

Digitized by Google

Romanorum sponsalitia.

Apud Romanos quoq; illa in vsu fuisse satis constat. Vnde sponsalia dicuntur, cùm ipsa promissio siue contractus stipulationis futurarum nuptiarum, tùm conuiuia, quæ illis ex more Romanorum adhibebantur. Cicero ad Quintum fratrem: Ad VIII. iduum Aprilis sponsalia Crassipedi dedi, cui conuiuio Quintus tuus defuit. Idem ad Atticum: Certos homines ad mulieres miseram factis sponsalibus. Tertullianus quoque in libro de Idololatria, vt togæ puræ & nominalium, de quibus suprà: ita sponsalium quoque & nuptialium solennitatum mentionem facit: & addit: Neque anulus (in sponsalibus scilicet dari solitus) neque coniunctio maritalis de alicuius idoli honore descendit. Eorundem exemplum illustre extat apud Plin. lib. 9. c. 35. Lolliam Paulinam, inquit, quæ fuit Caij principis matrona, nec serio quidem, aut solenni cæremoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis, margaritisq; opertam, alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisq;, quæ summa quadringenties H. S. colligebat, &c. Adhæc sponsalia interpositis quoq; sacrificijs contrahi solita fuisse, vel ex illo Festi dicto apparet, qui vult sponsum & sponsam dictam esse, quòd σπονδὰς interpositis rebus diuinis facerent. Huiusmodi conuiuia sponsalitia apud Germanos quoque frequenti sunt in vsu, quæ idcirco ab illis Heyratmaal *appellantur. Adilla apud nos noctu potissimum agitari solita eodem die quo sponsalia fuerunt contracta, proximi sponsi sponsæq; agnati, cognati atq; affines vocantur, qui nimirum ipsis sponsalibus interfuerunt, & viri quidem plæruneq; in sponsi ædibus, illiusq; impensis: mulieres autem atque puellæ in sponsæ domo, illius similiter impensis, cibum potumq; vnà capiunt.*

Conuiuia nuptialia Iudæorum.

Iam verò quoad conuiuia quæ in ipsis nuptiarum festiuitatibus celebrantur, illorum plurima passim & in sacris & in prophanis literis extant exempla. Ac primo illa apud Hebræos in vsu fuisse exemplis quibusdam cùm veteris, tùm noui Testamenti satis fit manifestum. Inter illa autem antiquissimum est, quod Labanus in nuptijs filiæ suæ Leah atque Iacobi, vocatis ad illud omnibus eius loci viris, hoc est, vicinis, apparauit, post quod vesperi ipsum Labanum filiam suam ad Iacobum introduxisse legimus. Volunt nonnulli Iacobum ita sese vino nimio obruisse, vt Leam illi à Labano pro Rahaële suppositam non agnouerit, donec manè illuxit. Celebre quoque est illud Samsonis nuptiale conuiuium, quod ille in Thamnatha Palæsthinorum vrbe, postquam Palæstinã quandam in vxorem duxerat, ex more iuuenum celebrasse legitur, quod quidem 7. diebus durauit, & in quo socijs suis, qui triginta fuisse dicuntur, ænigma quoddam obscurum sanè (de comedente exiuit cibus & de forti egressa est dulcedo) proposuit, proposito ei qui id intra 7. dies soluisset, triginta linteaminum & totidem vestium mutatoriarum præmio. Præterea insigne quoq; fuit illud Tobiæ nuptiale conuiuium, quod Raguel socer eius adornasse scribitur. Nuptiæ illæ 14. diebus fuerunt celebratæ, iussitq; Raguel vxori suæ, vt conuiuium instrueret, omniaq; quæ iter facientibus ad victum essent necessaria præpararet. Duas itaq; vaccas pingues & quatuor arietes mactari epulasq; omnibus vicinis & amicis suis parari curauit, quas, id quod obseruatione imitationeq; est dignissimum, cum timore Domini agitatas fuisse sacræ literæ testantur. Dies ergò nuptiarum Samsonis quidem septem: Tobiæ verò duplo plures, hoc est, quatuordecim fuerunt. August. lib. 1. quæst. super Gen. 989. nuptias vult olim 7. dies durasse. Nonnulli verba illa Labanis ad Iacobum: Imple hebdomadam istam: volunt esse intelligenda de 7. diebus, qui ex communi more nuptiarum celebritatibus fuerint destinati. Sed alijs (in qua sententia etiam fuit Mercerus, piæ memoriæ, vt ex ipsomet aliquot ante annis audiui) videtur illo in loco annorum potius septenarius esse intelligendus. His addere libet conuiuium illud quod Assuerus rex postquam Esthera, quam Vasthi repudiata, vxorem duxerat, in palatium suum recepit, eiusq; capiti regium diadema imposuit, omnibus principibus atq; seruis suis instruxisse, & pace omnibus suis prouincijs concessa, magnifica pro regijs suis opibus dona atq; munera dedisse legitur. Hoc tamen exemplum ad Persarum potius hac in re consuetudinem comprobandam facit. Potest etiam idem exemplum ad inaugurationis regiæ conuiuia referri, de quibus suprà. Celeberrimum porrò in sacris noui Testamenti literis est illud quod in Cana Galileæ celebratum fuit, cui Christus vnà cum sanctissima sua matre atq; discipulis interfuit, nec interfuit solùm, verùm etiam illud primo illo suo & quidem insigni aquæ in vinum conuersæ miraculo decorauit. Ad eandem verò nuptialium epularũ consuetudinem apud Iudæos vsitatam Christus quoq; Luc. 14. alludit, cum inquit: Quum vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, hoc est, ad nuptiale conuiuium, ne accumbas primo loco, &c. Sic Christus Matth. 22. regnum cælorum dicit simile esse regi,

qui

qui nuptias, id est, nuptiale conuiuium filio suo apparauit, multos ad illud inuitauit, inter quos cum sordidatus quidam nec nuptiali veste indutus vnà cum reliquis accubuisset, à ministris regis iussu, pedibus manibusq; colligatus, in exteriores tenebras fletu dentiumq; stridore funestas exturbatus fuit. Harum nuptiarum, epulisq; nuptialis imagine Christus spirituales nuptias atq; conuiuium adumbrauit, de quo sic eleganter Theophylactus: γάμος πνευματικὸς ἡ πρὸς χριστὸν συνάφεια καὶ ἕνωσις, τέτυ ὡς ὅπι τὸ πλεῖσον ἀποτυγχάνουσιν οἱ ἄνθρωποι δι' δύο· ἢ διὰ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς, ἢ διὰ τὸ τῆς φιλοκερδείας πάθος. h.e. Spirituales nuptiæ sunt coniunctio atq; conuiuium cum Christo. Hoc plerunq; homines duabus de causis frustrantur, vel ob corporeas voluptates, vel ob auaritiæ affectum. Quoniam igitur nuptiarum, præsertim regiarum, nuptialiumq; conuiuiorum maxima semper fuit, vt hodie quoq; est, celebritas, pompa atq; lætitia, mirum non est Christum regni cœlorum magnificentiam atq; lætitiam illorum imagine expressisse. Idem alia quoq; fecit parabola à decem virginibus ducta, quarũ quinq; prudentes spirituale illud fidei charitatisq; oleum in cordibus suis quasi in lampadibus gestantes vnà cum sponso ad nuptias ingressæ sunt, reliquæ verò quinq; fatuæ eiusdem olei expertes, exclusæ fuerunt. Apocalypseos quoq; 19. cap. arctissima illa indissolubilisq; Christi ceu sponsi, & Ecclesiæ ceu sponsæ coniunctio nuptialis festiuitatis imagine exprimitur, vbi inter alia dicitur: Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον (γαμικὸν) τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι, id est, beati qui ad cœnam nuptialem agni sunt vocati.

Epulæ nuptiales Græcorũ.

Apud Græcos similiter nuptiæ cũm alijs ceremonijs, tùm epulis splendidissimis celebratæ fuerunt, quarum innumera passim apud scriptores exempla reperiuntur, de quarum primò nominibus quædam dicam. Γάμος generalissimum nomen (quod nonnulli ἀπὸ τοῦ γάνυσθαι ἅμα, id est, simul gaudere: alij ἀπὸ τοῦ γεννᾶν ἅμα, id est, simul generare dictum volunt) cùm pro ipso matrimonio, tùm pro vniuersa celebritate nuptiali: tùm denique pro conuiuio nuptiali ceu præcipua illius celebritatis parte μετωνυμικῶς sæpè vsurpatur. Quoniam nuptiæ non modò conuiuijs, verumetiam sacrificijs celebrari fuerunt solitæ, hinc γάμοι ἄθυτοι καὶ ἄγαμοι dicuntur nuptiæ, quibus non adhibetur res diuina, teste Suida. θεογάμεια dicebantur Proserpinæ festa cum Plutoni nupsisset. Eustath. Odyss. α. p. 50. vbi pluribus disserit de vocibus ἑορτὴ, εἰλαπίνης γάμον definit ὁμίλιαν συνέλευσιν ἐπὶ νυμφίων συναρμογῇ. Homerus: εἰλαπίνη, ἥτε γάμος Odyss. α Ioan. 2. cap. γάμος ἐγένετο Syriacè vertitur Mæschtuta, id est, conuiuium. Sic etiam Matth. 22. ὁ μὲν γάμος ἕτοιμός ἐστιν, id est, cœna nuptialis. Et ibidem γάμος משתתא Mæschtuta, id est, conuiuium vertitur. Ibidem paulò post: καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων, Syriaca translatio γάμον interpretatur domum conuiuij. In octauo tamen exemplari pro γάμος legitur νυμφὼν quod melius conuenit. Hinc igitur γάμον ποιεῖσθαι, γάμους ἐπιτελεῖν, γάμους ἑστιᾶν Athenæo, δαίνυναι γάμον Homero. Odyss. Δ. δαίνυσθαι ἐν γάμῳ. Il. α. γάμους δαίειν Euripidi, sicut & ὑμεναίους δαίειν Athenæo & nuptias & conuiuia nuptialia agitare significat. In eadem significatione vox quoque γαμηλίων vsurpatur. Gregor. Nazianz. in orat. de Baptismo: Καὶ γὰρ ἔπρεπε χαρμόσυνα θεῖσθαι σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ γαμήλια καὶ γενέθλια καὶ ὀνομαστήρια, τοῖς σαρκὸς φίλοις κηδεσυνάτε καὶ καθοικείοις καὶ ἐτησίοις, ὅσατε ἄλλα πανηγυρίζουσιν οἱ ἄνθρωποι, id est, Etenim ob salutem nostram lætari decebat & longè magis quàm ob carnalium amicorum nuptialia aut natalia, aut nominalia, aut comæ primitias, domesticalia & anniuersaria, aut ob quascunq; alias festiuitates, quæ ab hominibus celebrari solent. Hinc γαμηλιῶν mensis ab Athenienſibus dictus est à statis nuptialium dierum festiuitatibus, quem volunt esse Ianuarium nostrum. Et γαμήλιος ὁ εἰς τὸς γάμους πλακοῦς, id est, nuptialis placenta dicitur Hesychio, necnon Philetæo poëtæ apud Athen. lib. 7. Οὐδ' ἐν νεκροῖσιν πέπλεται ὁ γαμήλιος, Eustathio γαμηλιῶν dicitur. Aristoph. in Pace ἡ σῆσις (sponsam intelligit) λέλυται, καὶ ὁ πλακοῦς πέπεπται, σησαμῆ ξυμπλάττεται. Scholiast. Hæc dicit secundum morem nuptialem. Nam in nuptijs moris erat σήσαμον dare. Est autem σήσαμος siue σισάμη πλακοῦς γαμικὸς ἀπὸ σησάμου (est frumenti species) πεποιημένος διὰ τὸ πολύγονον, teste Menandro. His similes videntur fuisse mustacei, siue mustacea apud Romanos, de quibus infrà. Γαμηλία ἡ διδομένη τοῖς φεράτροις ὅτι γάμοις, ἢ τῇ γυναικὶ ἡ εἰς τὰς φερνὰς εἰσαγωγή. Sic Didymus Grammaticus & hinc prouerbium γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν, quando quis duxerat vxorem πρὶν γένοις παῖδα. οὗτος μαρτυρεῖται περὶ τοῦ γάμου κατὰ τὰς γάμους ἀπεδίδου τι τοῖς φεράτροις εἰς λόγον δώχιας. Et hoc est, γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. Huius mé

Placenta nuptialis.

minit Demosth. in Orat. ad Eubulidem: nam pater meus quando vxorem duxit, καὶ γαμηλίαν τῆς φερνῆς εἰσηνέγκει. Γαμηλία quoq; sportulæ nuptiales sunt Demostheni. Dicuntur etiam ὑμεναῖοι vnde ὑμεναίους δαίειν, id est conuiuia nuptialia celebrare. Ab Athenæo quoq; γάμων συμπόσια, à Plutarcho γαμικὰ δεῖπνα, γαμήλιοι δαῖτες, item ἑστιάσεις φιλικαὶ καὶ συγγενικαὶ appellantur. Lib. 4. Symp. probl. 3. Aristoteles lib. 4. de Moribus ad Nicom. βάναυσος, inquit, hoc est, operarius siue insolens in sumptu faciendo, λαμπρύνεται παρὰ μέλος οἷον ἑορτὰς γαμικῶς ἑστιῶν, id est, præter decorum splendidus est, vt qui sodales symbolum conferentes nuptiali ritu h. e. splendidè & magnificè excipit. Hinc ergo colligimus nuptialia illa Græcorum conuiuia & magnifica fuisse & ἀσύμβολα, vnde & hoc in loco & apud Homerum ἐράνῳ opponuntur. Apud Homerum nuptialium huiusmodi conuiuiorum quibusdam in locis fit mentio. Menelao nuptias celebrante sponsus Megapenthes vinum propinat, vt obseruauit Athenæus lib. 1. cap. 11. Homerus Od. δ. ab initio:

Τὸν δ' εὗρον δαίνυντα γάμον πολλοῖσιν ἑταίροις
υἱέος ἠδ' ἐυγάτρος ἀμύμονος· ᾧ ἑνὶ οἴκῳ
Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο κατ' ἰφθίμους μέγα δῶμα.
Τεύχοντες δὴ ἕταιρε Μενελάου κυδαλίμοιο
τερπόμενοι. μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
Φορμίζων, δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνεον κατὰ μέσσον.

Hinc colligimus epulas illas nuptiales inuitatis ad illas vicinis, necnon sponsi sponsæq; socijs & æqualibus, qui Symplatores dicebantur (cuiusmodi fuerunt triginta illi socij in Samsonis nuptijs, de quibus suprà) cum musica atq; ludis celebrari fuisse solitas. Similis conuiuij descriptio habes Il. ω. ferè ab initio, cui omnes Deos interfuisse, & in quo Apollinem citharam pulsasse, poëta fingit. Scaliger lib. 3. poet. Parata ergo cœna nuptiali ex Hethrusca disciplina porcum mactabant: qui etiam ad ciendam Venerem bulbos, pineos, nucleos, erucas, piper, præter cæteras epulas apponebant, ab Hethruria, &c.

Carani Macedonis epulum nuptiale luxuriosissimum, cui tamen viginti tantum conuiuæ interfuerunt, qui omnes pretiosissimis donis fuerunt cumulati, pluribus describit Athen. lib. 4. statim ab initio. Est quoque ibidem alia descriptio nuptialis conuiuij, quod Cotys rex Thraciæ luxuriosissimus in filiæ suæ nuptijs apparari curauit. Alexandri quoque nuptialium conuiuiorum, quæ quidem immanissimo cum sumptu atque luxu celebrata fuerunt, amplam descriptionem habes apud eundem auctorem lib. 12.

Conuiuia nuptialia Romanorum.

Romanorum similiter in nuptialibus conuiuijs summam olim magnificentiam seu luxuriam potius fuisse, passim prophani auctores testantur, ita vt exemplorum, quæ passim plurima occurrunt, commemoratione mihi supersedendum existimem. Varro lib. 5. c. 2. Apud Apuleium lib. 6. cœnæ nuptialis, & quidem magnificæ huiusmodi quædam extat descriptio: Nec mora, cum cœna nuptialis affluens exhibetur, Accumbebat summum torum maritus, Psychen gremio suo complexus: sic & cum sua Iunone Iuppiter, ac deinde per ordinem tori Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum deorum est, Ioni quidem suus pocillator ille rusticus puer, (Ganymedes) cæteris verò Liber ministrabat. Vulcanus cœnam coquebat. Horæ rosis, & cæteris floribus purpurabant (purpureo colore nitentia reddebant) omnia. Gratiæ spargebant balsama. Musæ quoque canora personabant. In repotijs, & nuptijs lex Iulia sesterties millies insumi permittebat, sumptusque harum cœnarum fuit propagatus. Cœnarum nuptialium sumptus illa quoque Iuuenal. arguunt. Satyr. 6.

— Ducendi nulla videtur
Causa, nec est quare cœnam, & mustacea perdat,
Labente officio, crudis donanda.

Mustacea, siue, vt Cato in re rustica, in genere masculino protulit, mustacei fuerunt panes, siue placentæ delicatæ, quarum confectionem Cato describit. Eorundem & Palladius, & Caper Grammaticus meminerunt. Hæc, teste Iuuenale, labente officio, id est, in fine nuptiarum, & cœnæ nuptialis donabantur conuiuis, adhuc discumbentibus. Nam officium dicitur sæpè nuptiarum celebritas apud auctores Latinos.

Apud

Apud nos nuptiarum celebratio huiusmodi ferè est, vt sequitur. Antequam eatur in templum ientaculum sponsæ & inuitatis apponitur, serta atque corollæ distribuuntur. Postea certo ordine viri primùm cum sponso, deinde puellæ atque mulieres cum sponsa in templum procedunt, finita concione fit matrimonij consecratio siue initiatio. Peracta re diuina sponsa ad sponsi domum deducitur, in deq; panis proijcitur, qui à pueris certatim rapitur. Paulò post prandetur, prandium sequitur merenda siue vesperna, quæ vulgò Schencky/*id est, donatio dicitur, propterea quòd in honorem nouorum coniugum atque peregrinorum, qui ad nuptias venerunt, à ciuibus publicè agitatur. Hanc sequitur cœna, cœnam comessatio, quas epulas omnes tripudia atque saltationes comitantur. Postremò sponsa abrepta ex saltatione subitò, atque sponsus in thalamum deducuntur. Hæc porrò ipsa conuiuia modò in sponsi ædibus priuatis, modò in publicis tribuum ædibus, vel etiam in diuersorijs agitantur. Adhæc modò sunt symbolica, in quibus sua quisque confert symbola, vnde* iirtenhochzeyt/*h.e. symbolicæ nuptiæ vulgò appellantur, (Galli vocant les nopces contees) quæ ferè in diuersorijs fiunt: modò nullum quidem certum symbolum datur, sed statim à prandio singuli qui sunt inuitati prò facultate vel etiam liberalitate sua nouis coniugibus nuptialia dona atque munuscula largiuntur, quæ inde* Gaabetehochzeyt / *à donorum nimirum collatione, vocitantur. Conuiuarum denique numerus modò certis definitus est legibus, modò liber relinquitur. Apud Iudæos ad nuptiales epulas tot licet inuitare, quot aliquis vult, ita tamen vt decem ad minimum illis intersint. Nam aliàs non possent hac precationis formula in nuptialibus conuiuijs vsitata vti* ברך אלהינו *Nebarek Elohenu, &c. His omnibus adde & illam cœnam, quæ pridiè nuptiarum peregrè aduenientibus apponitur, & illam quæ post nuptiarum dies (qui duo ferè sunt) in peregrinorum similiter honorem publicè ab omnibus ciuibus agitantur, quæ & ipsa* Schencki nen, *hoc est, donatiua siue honoraria conuiuia appellantur.*

Ritus atq; epulæ nuptiales Tigurinorum.

Conuiuia post nuptias vt hodie, ita olim quoque admodum fuerunt vsitata. Huiusmodi videntur fuisse illa Græcorum γάμβρια, quæ alij dona, alij conuiuia à genero dari solita interpretantur, Hesychius δεῖπνα exponit. Item ἀναϰαλυπτήρια. Anacalypteria dies fuit festus post nuptias, cum sponsa reuelabatur, vt ab omnibus conspiceretur. Eodem quoque die viri domestici atque amici, sponsæ munera contribuebant, quæ quidem & ipsa à Philostrato ἀναϰαλυπτήρια, vocantur ἀπὸ τοῦ ἀναϰαλύπτειν, id est, reuelare, eò quòd sponsa tunc primùm retecta facie se visendam præberet. Scaliger: Ad lectum, inquit, genialem; (qui à Græcis παστάβυς & dictus fuit, quòd velo esset obtectus) sponsa perducta à sponso detegebatur; ablato velo quo illius caput atque faciem operiri solebat, quod à Græcis ξανὸς & ϰαλύπτρα; à Latinis Flammeum fuit appellatum; propterea quod lutei coloris esset. A sponso etiam detectionis causa dona accipiebat, quæ idcirco & ἀναϰαλυπτήρια; & quia tunc ab eo quasi primùm videretur, ὀπτήρια quoque: & quòd eum alloqueretur, προσφθεγϰτήρια etiam dicta sunt. Nam sanè ὀπτήρια apud Callimachũ dona sunt affinium & parentum, cum primùm vident infantes: sicuti μαίωσις quæ darentur obstetricibus, & σώστρα seruatoribus, & λύτρα siue ἄποινα seruatoribus, & διδάϰτρα præceptoribus. Hinc sunt qui Pindarum putent, inquit Cælius lib. 21. cap. 26. Agrigentum ideo in Olympijs nuncupasse sacrum, quod olim esset Proserpinæ contributum ab Ioue εἰς τὰ ἀναϰαλυπτήρια. Nam & in Timoleone Plutarchus scribit, esse Proserpinæ sacram Siciliam; ϰαὶ ἐν τοῖς γάμοις ἀναϰαλυπτήριον αὐτῇ δοθῆναι, id quod sexto Bibliotheces, opinor, indicasse Diodorum, etiamsi aliùd præfert Latina translatio. Hæc Cælius. Idem lib. 28. cap. 18. dona illa ab alijs θωρητρα vult dici. Idem quoq; alio in loco ex Suida Græcorum morem fuisse dicit, vt postridiano nuptiarum die sponsæ pater pompæ cuiusdam imagine quadam, sponso atque sponsæ proferret munera egregia, quæ illi nuncupabant δῶρα ἐπαύλια, id est, dona eupalia, quòd in sponsi aulam tum primùm diuertisset sponsa. Puer præibat veste indutus candida, & lampadem gestans accensam: post hunc ϰανηφόρος puella canistrum gerens. Hanc deinceps sequebantur aliæ, quæ dona illa portabant. Illa autem erant plærunque aurea, pelues, vestes, smegmata, pectines, alabastri, sandalia, thecæ, myraliptra. Pollux τὰ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενα δῶρα, id est, dona quæ à marito dantur, vult & ἔδνα & ὀπτήρια & ἀναϰαλυπτήρια dici: & addit, Non ille solùm dies quo sponsa retegitur, verùm etiam dona quæ illo die conferuntur, sic appellantur. Anacalypteria autem etiam προσφθεγϰτήρια nominari idem testatur. Ἀναϰαλυπτήριον (inquit Hesychius) ὅτε τὴν νύμφην πρῶτον ἐξάγουσι τῇ

Conuiuia post nuptias.

ἀναϰαλυπτήρια.

προσφθεγϰτήρια.

τρίτη ἡμέρα, id est, quando primum sponsam educunt, id quod fit tertio die. At ἀνακαλυπτήρια plurali numero, dona quæ dantur sponsæ à marito, & à propinquis & amicis, quando primùm retecta, in virorum conspectum prodit. Sunt qui epaulia diem ipsum post nuptias secundum appellari opinentur, in quo sponso primum παυλίζεται ἡ νύμφη. Idem Cælius lib. 28. cap. 24. Qui (inquit) anteit nuptias dies proaulia, qui subsequitur, epaulia vocatur. Sunt quibus placeat oblata sponsæ dona, dici epaulia.

Apud nos quoq; dona atq; munera post nuptias nouis coniugibus à parentibus, necessarijs & amicis conferuntur, quæ hauβsteüren vulgò appellantur, illis Græcorum anacalypterijs, hedrijs, opterijs, theoretris & epaulijs meo iudicio non dissimilia.

Repotia. Apud Romanos Repotia, teste Festo, dicebatur dies postremus à nuptijs, quo ad nouum maritum cœnabatur, quia quasi reficiebatur, hoc est, reparabatur potatio. Ad huiusmodi conuiuij genus alludit Horatius hoc carmine Satyr. lib. 2.

Ille repotia, natales aliósue dierum
Festos albatus celebret, &c.

Repotia à Græcis ποδοξοφία dicitur, de quo vtroque vocabulo animaduersione digna sunt, quæ Cuiatius Iurisconsultus doctissimus in suis Obseruationum Commentarijs annotauit, Obseruat. lib. 16. cap. 39. Ἀλληλοκληρονομία, est conuentio mutuæ successionis, quæ legibus reprobatur: & paulò post, Mirum est autem hanc ἀλληλοκληρονομίαν, viri & vxoris, quod Suidas scribit, Latinè appellari ῥιυζωρίαν. Hæc enim sunt verba Suidæ: ῥιυζωρία παρὰ ῥωμαίοις ἡ μετὰ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀλληλοκληρονομία. Sed vt solent Græci Latina quæcunque efferre deprauatè, ita Suidam illo loco deprauato nomine arbitror significasse Repotia, quæ post dies nuptiarum agitabant inter se vir & vxor vnà cum adfinibus, quasi reficientes compotationem, & inde nomen. Græci id deducebant à pedibus, & repotia vel repedia dici arbitrabantur, quasi repedationes, ideoque Acroni & glossis repotia est ποδοξοφία, id est, repedatio, & ὀπίσοδα scilicet ἀναξοφή, eodem errore quo ijsdem profectitia dicitur ἀποδημητική, quasi à profectione, id est, peregrinatione & aduentitia ἐπαγωγίμη, quasi ab aduentu & præsentia persona. Inuenio & in ijsdem glossis, eodem ferè errore, quo apud Suidam, scriptum Reoria, ἡ τρίτη τῶν ἀγάμων ποδοξοφία, pro Repotia, ἡ τρίτη τῶν γάμων ποδοξοφία. Et ex his iam, vt arbitror, liquet apud Suidam pro ἀλληλοκληρονομίᾳ esse reponendum ἀλληλοκλητόρια, quo nomine significantur mutuæ inuitationes ad conuiuia, & conuiuia ipsa, vt apud Cedrenum in Leone Basilij F. τὸ κατὰ τύπον ἐκτελεῖν κλητόρια: & in Iustiniano, τὰ ἐξ ἔτους κλητόρια sit legendum. Nam & Anastasius, prandia quæ ex more fiunt interpretatur, & ita Acro, quem manuscriptum habeo. Repotia dicuntur dies, qui sequuntur nuptias, quoniam mutuis conuiuijs se frequenter inuitant, quæ Græcè ποδοξοφία, aut mutuæ inuitationes. Hæc ille de voce Repotia, in alia significatione, suprà quoq; ex Turnebo dictum est.

ποδοξοφία

Vt autem olim apud Græcos & Romanos, sic apud nos quoque conuiuia quædam post nuptias celebrantur, quæ duplicis sunt generis. Alia quæ postridie eius dici, quo nuptiæ fuerunt celebratæ, agitantur, quæ Nachhochzeyt/ id est, postnuptiæ siue postnuptialia vernaculo sermone appellantur, ad quæ pauciores, nimirum proximi nouorum coniugum agnati, cognati atq; propinqui plærunq; inuitantur. Alia deinde sunt, quibus sponsi primùm, deinde etiam sponsæ consanguinei atq; affines proximi nouos coniuges, seq; mutuò excipere solent, quæ quidem vernacula nostra lingua Brautmäler/ id est, sponsæ conuiuia appellantur. Videntur illa in nouorum coniugum & affinium gratiam & honorem esse instituta, quo nimirum maior inter illos omnes notitia amicitiaq; contrahatur. Hæc autem commemorata conuiuiorum genera illis Græcorum gambrijs, anacalypterijs, epaulijs, & Romanorum repotijs antiquis videntur esse persimillima.

Fessanorum epula nuptiales. Apud Fessanos quoque & nuptiarum & epularũ nuptialium ante, in, & post nuptias insignis est celebritas, cuius accuratam descriptionem, quæ est Leonis Africani lib. 3. cap. 34. descript. Affr. mihi subijciendum putaui. Vbi pater filiam cuidam despondit proco, mox ad templum iuxta sponsum ac sponsam comitantur parentes, & consanguinei, duo item accersuntur notarij, qui præsentibus omnibus dotem, pactaque conscribunt. Quibus ita peractis, quotquot vtrinque interfuerunt, ad cœnam vocantur, quæ vt sit suis delitijs optimè referta, panis adfertur frixus, quem antea melle

tua melle temperatum diximus, cui adduntur carnes assæ, idque primò sponsi sumptibus, deinde & sponsæ pater suum apparare iubet conuiuium. Interponit auctor longam enumerationem dotis, quæ à patre datur, atque munerum pretiosissimorum, quæ ab eodem dotí adduntur, quæ, vt idem testatur, sæpè nobiles ad paupertatem redigunt. Continuat deinde nuptialis pompæ epularumque descriptionem hoc modo. Sponsus suam ducturus domum sponsam, primò tabernaculum ligneum octogenale serico tectũ, intrare iubet, in quo à baiulis defertur, comitantibus parentibus & affinibus multo cum tubarum ac tibiarum sonitu, tympanorumq; strepitu, necnon maximo facum numero. Præcedunt sponsi affines cum facibus, sponsæ verò sequuntur: sicq; maximum itur ad forum, temploq; præterito, sponsus socerum & reliquos omnes salutat, domumq; quantum potest properat, atque in cubiculo sponsæ aduentum præstolatur. Pater, frater & patruus sponsam ad cubiculi ingressum deducunt, eamq; pariter omnes sponsi matri tradunt. Quam primum verò sponsa cubiculum ingreditur, maritus pede suo vxoris pedem tangit, statimq; ambo recluduntur. Interim apparatur conuiuium, & fœmina quædam præ foribus expectat, donec sponsa deuirginata linteolum sanguine tinctum illi porrigat, quod manu gestans hospitibus ostendit, alta voce clamans, virginem hactenus incorruptam fuisse. Hanc cum alijs quibusdam fœminis primò sponsi, deinde sponsæ quoq; parentes excipiunt splendidè. Quòd si fortasse non virgo esse deprehendatur, mox maximo cum dedecore, nuptijsq; infectis, ad parentes relegatur.

Tria ferè parari solent conuiuia, quorum primum eodem celebratur die, quo marito coniuncta est puella: secundum postridie mulieribus tantum paratur. Tertium septimo à celebratis nuptijs die, cui omnes sponsæ necessarij & parentes intersunt, quo etiam sponsæ pater pro facultatum ratione magnifica ad generum deferri curat edulia. At quàm primum maritus domum egreditur (quod septimo ferè fit die) bonam emit piscium copiam, quos aut per matrem, aut quamuis aliam mulierem super pedes vxoris proijcere iubet: id enim ex antiquo consuetudine pro bono habent auspicio. Solent & alia præterea duo in soceri ædibus apparari conuiuia, alterum pridie quàm elocetur filia, quo tempore totam noctem saltando atque ludendo transigunt. Postridie, cum mulieres ad exornandam sponsam veniunt, capillos comunt, genas minio tingunt, manus verò ac pedes nigros reddunt (quæ tinctura & elegantia mox perit) alterum exhibetur eodem die conuiuium. Sponsam autem loco quodam eminentiore collocant, vt ab omnibus facilè conspici possit, & illæ quæ sponsam adornarunt, lautè excipiuntur. Vbi ad viri domum est deducta, solent mariti parentes grandia quædam vasa oleo frixo, mulsoq; referta, ad sponsam mittere, cum alijs quibusdam edulijs, quæ omnia ab amicis à sponso vocatis, absumuntur. Hæc ita geruntur quando sponsa est virgo. Viduarum autem nuptiæ minore cum pompa sumptuq; peraguntur. Coquunt bubulam, arietinam, gallinas elixas, quibus varia interponunt edulia. Conuiuis apponunt vice quadræ duodecim scutellas rotundas, adhibitis in conuiuium saltem decem aut duodecim: estq; hic inter nobiles & mercatores mos receptus. Qui tenuioris sunt fortunæ, offulas quasdam ex pane lagani persimili vorant, quem carnium iure madidum digitis tantum, non cochlearibus ex maiusculo vase liguriunt, quorum singulis non plures, quàm duodecim circumstare solent.

Detestandus fuit incolarum Hyberniæ mos in conuiuijs nuptialibus, siquidem vera sunt, quæ de illis Bœmus, de varijs gentibus literis memoriæque prodidit. In illis quæ quidem cum domesticis & amicis celebrabantur, singuli conuiuæ ex ordine secundum ætatem nouam nuptam cognoscebant, vltimus sponso locus ad vxorem dabatur. Herodotus libr. 4. testis est, hunc Nasamonibus morem fuisse, cum quis primam duxerat vxorem, vt prima nocte sponsa singulos conuiuas obiret Veneris gratia, & vt quisque cum ea concubuerat, donum illi aliquod daret, quod domo secum attulisset.

Mos Hybernorũ inhonestus in epulis nuptialibus.

Nec verò tantum in nuptijs, contracto iam matrimonio, conuiuia celebrari fuerunt solita, qui mos hodie quoq; passim obtinet: verùm etiam apud gentes quasdam in ipsis conuiuijs, siue per conuiuia connubia contrahendi morem fuisse legimus. In Bosphoro proci solebant in conuiuijs puellas ambire, genus at virtutem suam proferentes, simulque in mensa vinum spargebant. In conuiuio Ialchlenes Lybici se vicissim cauillabantur, & cui arriserat puella, illi nubebat, vt apud Segoregios Ligures, cui aquam præbuisset. Apud Massilienses similiter Athenæus lib. 13. ex Aristotelis libro de Repub. Massiliensium, probat nuptias hoc modo fieri fuisse solitas. Oportebat puellam post

Mos matrimonia contrahẽdi in conuiuijs.

cœnam ingredi in triclinium, phialam miscere, & illam cuicunque vellet conuiuarum atque procorum præsentium porrigere, cui porrexerat, is sponsus erat. Hoc pacto Euxenus hospes & peregrinus, Nani regis filiam adeptus est, cum ille fortè fortuna ad conuiuium nuptiale, quod rex Nanus filiæ suæ adornarat, vocatus esset. His adde, quod apud Græcos moris fuisse legimus, vt in nuptijs, quæ ante aras Deorum celebrabantur, genero socer in conuiuio auream phialam traderet, quo arctiore vinculo coniungerentur, ad quem morem manifestè Pindarus alludit Od. 7. his carminibus.

Φιάλαν ὡς εἴτις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἐλὼν
ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοι.
Σὰν δ' ἐφέσῳ, δωρήσεται
Νεανίᾳ γαμβρῷ τροπόνων
οἴκοθεν οἶκαδε, πᾶν-
χρυσὸν κορυφὰν κτεάνων
Συμποσίου τε χάριν, καὶ δόσιν πομπᾶς
ἐόν. ἐν δὲ φίλων
Παρεόντων, θῆκε μιν ζά-
λωτον ὁμόφρονά τε δυνᾶς.

Phialam vt si quis à diuite manu sumptam, intus rore vuæ bullientem, donec iuueni genero præbibens, è domo in domum, totum aureum verticem possessionem, conuiuijq; decus, affinitatemq; honore prosequutus suam, amicisq; præsentibus, facit eum beatum prædicari ob concordem thorum.

DE EPVLARVM NVPTIALIVM VSV ET ABVSV, DEQVE CONiugum syssitijs.

CAPVT XXV.

VERVM vt in genere adhuc quædam de connubialibus conuiuijs dicam, non videntur illa omnino & simpliciter esse improbanda, cum & in veteri Testamento sanctos religiososq; homines illis vsos fuisse legamus, & in nouo Testamento ipse Christus vnà cum matre & Apostolis suis nuptiali conuiuio non modò interesse, verùm etiam illud miraculorum suorum primitijs consecrare minimè dubitauit. Non damnanda ergo sunt nuptiarum conuiuia, quæ quidem etiam symbola sunt iustæ debitæq; lætitiæ. Præcipit enim nobis Paulus Apostolus non solùm vt fleamus cum flentibus, sed etiam vt cum gaudentibus gaudeamus. Quæ autè iustior gaudij lætitiæq; causa esse possit, quàm & virum tutam & fidelem arumnosæ huiusce vitæ sociam & adiutricem: & mulierem caput quo regatur, atque opitulatorem nactam esse? Ad quam lætitiam testificandam si agitentur conuiuia, id à Christianorum atque piorum hominum officio minimè videtur abhorrere. Maior etiam quidam splendor & elegantia in illis meritò videtur posse adhiberi. Nam id primo ipsius matrimonij requirit excellentia atque dignitas. Deinde, quo rariores (vt Pontanus inquit in suo libello de Conuiuentia) in vnaquaque domo solent esse nuptiæ, tantò magis splendori in illis est studendum. Adhæc, vt verè idem sapienterque monet, si qui in illius, conuiuiorumque celebritate nimis restricti sunt atque sordidi, auaritiæ sibi suspicionem pariunt, ac proinde cùm in publicum populi vniuersi, tùm in priuatum cognatorum, affinium, familiarium atque amicorum contemptum odiumque incurrunt. Atque huc quidem facit illud Plutarchi libro 4. Sympos. probl. 3. Διὰ τί πλεῖοι ἥκουσιν ἄλλων ὅτι τὰ γαμικὰ δεῖπνα προσλαμβάνονται, i. est, Cur in nuptijs quam plurimi ad cœnam inuitentur? Ex hoc problemate satis constat antiquitus nuptialia illa conuiuia magna hominum frequentia celebrari fuisse solita. Vnde Iuuenal. Satyr. 5.

Signatæ tabulæ, dictum fœliciter ingens
Cœna (id est, conuiuarum multitudo) sedet, gremio iacuit noua nupta mariti.

Nota etiam hic obiter, tritam in nuptijs acclamationem, de qua etiam Tranquillus in Domitiano. In reducendo post diuortium vxore acclamari audijt, libenter domino & dominæ fœliciter.

Sed animaduersione quoque dignæ sunt rationes illius conuiuarum multitudinis, quæ ibi afferuntur, quarum hæc prima sub Hecatæi Abderitæ antiqui Philosophi persona proponitur: Vt sponsus

ſponſus atque ſponſa plures habeant libertatis ingenuitatisque ſuæ teſtes atque conſcios. Hæc tamen ratio alijs minus videtur probabilis, propterea quòd contrà Comici τὰς πολυτελῶς καὶ σεβαρῶς λαμπρότητι λείπων καὶ ὄχλῳ γαμοῦντας, hoc eſt, eos qui magno conuiuiorum ſplendore & apparatu nuptias celebrant, ſuſpectæ libertatis nomine perſtringunt. Sic hodie, vt illud addam, multi vt magna amicorum cognatorumque nobilium copia abundare videantur, plurimos ad nuptias inuitant, qui quidem contrà huiuſmodi multorum inuitatorum turba, genus ſuum magis ſuſpectum reddunt. Secunda ratio, quam Plutarchus affert, eſt, quod nullius conuiuij cauſa, ita manifeſta ſit atque celebris, vt nuptiarum. Nam & rem diuinam facere, & amicum vel peregrinaturum, vel peregrè redeuntem excipere licet conuiuio, quamuis multi neceſſariorum id ignorent. At nuptialis menſa latere non poteſt, quæ indicem habet hymenæum, alta voce per ſonantem & facem atque tibiam, quæ quidem Homerus ait mulieribus ad fores ſtantibus eſſe admirationi. Itaque cum nuptiale conuiuium celari non poſſet, præ pudore verecundiaque omnes familiares, omnesque quacunque neceſſitudine iunctos coguntur inuitare. In hac ſecunda ratione notabis obiter à Plutarcho vno quaſi faſciculo comprehendi tria præcipua ferè nuptialiũ ceremoniarum genera, quæ ab omnibus ferè gentibus fuerunt vſurpata: ea fuerunt Hymenæus, fax atque tibia. Hinc Plato lib. 5. de Repub. Igitur feſti quidam dies erunt legibus conſtituendi, in quibus ſponſos & ſponſas congregemus, & ſacra & hymni, qui nuptijs illis conueniunt, à poëtis noſtris inſtituantur. Primum autem nuptialium ceremoniarum genus eſt, ὑμὴν & ὑμέναιος, quod Pollux ἄσμα τὸ γαμήλιον, id eſt, cantum nuptialem. Item τὸ τοῖς γαμοῦσιν ἐπαυλούμενον: Athenæus libro 14. ὕμνον γαμικὸν & τὴν ἐν γάμοις ᾠδὴν, Heſychius ᾠδὴν ἐπιγάμιον & ἐπιθαλάμιον, quod nimirum ad thalami fores decantari ſolet. A Latinis carmen nuptiale, epithalamium, hymnus & hymenæum appellatur. Huiuſmodi autem carminis creberrima paſſim apud Græcos & Latinos auctores, poëtas præſertim, fit mentio. Vide Statium in Epithalamium Stellæ, Catulli epithalamium Iuliæ. Athen. lib. 1. & 14. Homerum Ιλ. ο. Heſiodum, &c. Secundum eſt fax, quæ nuptæ præferebatur, cuius Homerus meminit Ιλ. σ.

Νυμφὰς δ' ἐκ θαλάμων λαΐδων ὑπολαμπομένάων
Ηγίνεον ἀνὰ ἄστυ, πολὺς δ' ὑμὼν ὀρώρει.

Cicero pro Cluentio. O audaciam ſingularem non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem, facesque nuptiales. Liuius de bello Punico lib. 10. Illis nuptialibus facibus regiam conflagraſſe ſuam conquerebatur. Plinius libro 16. cap. 18 Spinam nuptiarum facibus dixit eſſe auſpicatiſſimam, quoniam inde fecerint paſtores, qui rapuerunt Sabinas, vt auctor eſt Maſſurius. Nunc facibus carpinus, & corylus familiariſſima. Apud Romanos fax, quæ nuptiarum maieſtatis & æternitatis, quam Græci ἀντέρωτα dixerunt, index erat, à prætextato puero patrimo matrimoque præferebatur, duobus alijs eiuſdem ordinis & conditionis nuptam deducentibus. Noctu autem prima aut ſecunda hora ducere mos erat ominis cauſa, quod ita optima & ſecundiſſima euentura ſibi promittebant, quod nonnulli exiſtimant in honorem Cereris inſtitutum. In hoc autem ſacro ea ſuperſtitio vana & anilis acceſſerat, vt fax ea ab vtriſque amicis certatim raperetur peracto munere, ne aut vxor eam ſub viri lecto ea nocte poneret, aut vir in ſepulchrum comburendam curaret, ſiquidem vtraque mors propinqua alterutrius captari putabatur. De antiquis autem nuptiarum ritibus, vide Scalig. lib. 3. poët. Hæc de facibus nuptialibus. Hinc in Euangelica quoque illa parabola lampadum fit mentio, quibus ſapientes illæ virgines ſponſo dicuntur præluxiſſe. De tibiarum quoque vſu in nuptijs multa paſſim apud ſcriptores extant. Cicero ad Herennium: Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commouebunt? Huiuſmodi autem cæremoniarum commemorata genera, vt taceam alia, hodie quoque in Chriſtianorum nuptijs, vſurpari notius eſt, quàm vt de eo multa dici ſit opus. Tertia porrò, vt ad propoſitum redeam, apud Plutarchum ratio eſt, quòd nuptialia huiuſmodi conuiuia latius pateant, nec ad amicos tantum, verùm etiam ad cognatos pertinent, affinitate alterius familiæ in gentem aſcita. Quamobrem cum duæ familiæ in vnam coeant, hinc fieri, vt & ille qui vxorem ducit, illam ſibi deſponden tis amicos atq; familiares, & ille qui deſponsit ducentis ſibi comiter excipiendos eſſe exiſtimes: ac proinde, id quod eſt conſequens, maioris humanitatis gratia inuitatorum numerus dupli-

Cæremoniæ nuptiales veterum.

catus augeatur. Quarta postremò ratio additur, quòd cùm multa, imò plæraq; in nuptijs factu necessaria per mulieres peragantur, vbi adsunt mulieres, viros quoq; illarum adhiberi sit necesse. Hæ sunt Plutarchi rationes, propter quas non alienum à decoro esse videatur, si nuptiæ earumq; conuiuia maiori hominum frequentia fiant: quod vt antiquitus, ita hodie quoq; apud omnes fere gentes in more videmus esse positum.

De insano nuptialium festiuitatum epularumq; luxu.

Verùm vt in omnibus conuiuijs atque adeò omnibus in rebus: ita in nuptialibus quoque hisce epulis mediocritas ceu optima rerum actionumque omnium norma atque regula est adhibenda, ratioque habenda temporis, personarum atque facultatum. Nam vt splendor aliquis & elegantia solito maior in illis concedatur, tamen vitanda est summopere effusa illa immoderataque luxuria, quæ vt olim apud Ethnicos: ita hodie quoque apud Christianos in nuptialibus illis festiuitatibus dominatur ac multorum malorum atque damnorum funestissimorum causa existit. Nouis coniugibus præsertim ab initio pecunijs maximè ceu neruis rei familiaris opus est ad supellectilem, multaque necessaria rei familiaris instrumenta, & ad ea, quæ ad quotidianum corporis victum cultumque pertinent, sibi comparandum. At illæ, vt plærunque fieri solet, in vestium, epularum, aliarumque rerum luxum inutiliter conferuntur, ita vt paucorum ille dierum splendor atque pompa mox in egestatem summamq; ignominiam desinat. Quamobrem valdè sanè esset optandum, perditum hunc profligatumque nuptiarum conuiuiorumque nuptialium luxum, qui passim hodie apud Christianos dominatum tenet, & cùm ad vniuersæ Reipub. tùm singularum familiarum ruinam pertinet, seuerioribus legum sanctionibus à Christianis magistratibus coerceri, id quod olim à benè moratis & constitutis Rebuspub. sapientissimorum illarum rectorum ductu auctoritateq; factitatum fuisse legimus. Sic Naucratitarũ olim legibus prohibitum fuerat oua atque μελίπηκτα, id est, mellitas placentas nuptialibus conuiuijs inferre, teste Athenæo lib. 4. de Naucratitarum victu. Plutarchus lib. 4. Sympos. 3. dicit legumlatores eos, qui omni conatu luxum oppugnant, numerum maximè eorum, qui ad nuptias vocarentur, certis terminis definijsse. Sic Iabensibus (vt docet Calius lib. 27. cap. 17.) lege lata indictum erat, ne in conuiuijs celebrandis plures vocarent, quàm decem viros & totidem mulieres, neque nuptiarum celebritatem vltra biduum producerent, teste Heraclide in Politicis. Lege quoque Iulia in nuptijs & repotijs H-S. millies sumptus fuerunt definiti, vt Gellius lib. 2. cap. 24. scriptum reliquit. De ijsdem Plato quoque Philosophorum facilè princeps sic sanxit lib. 5. de Legibus. Quod autem ad nuptiale conuiuium attinet, non plures quàm quinque amici totidemque amicæ ex parte patris vocentur: ex cognatis & propinquis totidem. Impensæ ex facultatum modulo & ratione fiant: ditissimus minam impendito: alius dimidiam minam, & sic deinceps, seruata illa proportione, & vt minor est census, ita minor sit impensa. Qui legi paruerit, ab omnibus laudatur: qui non paruerit, legis custodes in eum animaduertunto, eumq; veluti disciplinæ expertem, importunum hominem, connubialiumque legum auspicibus musis sacratum imperitum denuntianto. Quod si itaq; Ethnici homines, hoc est, religionis Christianæ expertes, tantum operæ studijq; in coercendo effrænato isto epularum nuptialium luxu posuerunt, quantò magis Christianos magistratus decet enixè dare operam, vt immanes has iacturas & infinitos sumptus in utilesq;, ex quibus rerumpub. familiarumq; opulentissimarum ruinæ consequuntur, circumcidant & ad mediocritatem reuocent. Sed quid? Leges quidem habemus bonas & salutares, quibus & conuiuarum numerus & impensarum modus egregiè est definitus, verùm nulla illarum est sanctio, sine qua profectò quæuis leges vanæ sunt atq; irritæ, quasiq; mortuæ.

De potationibus & saltationibus nuptialibus.

Iam verò quid dicam de potationibus immanissimis, saltationibusq; lasciuissimis, quæ nuptialia illa nostra conuiuia plærunque comitantur? Fuit olim vetus hæc Ethnicorum opinio in nuptialibus festiuitatibus potissimum vino esse indulgendum, vnde etiam Bacchum volunt dictum esse Hymenæum, propterea quod in nuptijs maximè potationi sit opera danda. Sed quid dico de Ethnicis? eadem sanè peruersa impiaque opinione hodie Christianorum quoque mentes plæraque sunt imbutæ, vt indecorum & à liberalis ingenuique hominis officio alieniissimum, atque adeò quasi nephas esse existiment, nuptiali tempore non inebriari, vulgatum illud Terentij impuris suis sermonibus vsurpantes: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Quidam etiam eò vsque prorediuntur impudentiæ atque dementiæ, vt ad impiæ huiusce suæ nefariæque opinionis defensionem

Bacchus cur dictus Hymenæus.

primum

primum insigne illud Christi miraculum in Cana Galilææ, in nuptiali illo epulo editum, detorquere minimè dubitent. Nam idcirco postquam vinum defecit, aquam à Christo in vinum conuersam fuisse dicticant, quo vberior nimirum conuiuij illis vino genioque indulgendi facultas suppeditaretur, indeque volunt effici nobis quoque idem in nuptijs licitum atque concessum esse. Verùm impia hæc absurdaque opinio, ne dicam verbo Dei, vel ipsorum Ethnicorum, qui sapientiores inter illos exiterunt, testimonijs egregiè refelli potest, qui quidem vel in nuptijs potissimum sobrietati studendum, & ab ebrietate prorsus abstinendum esse censuerunt. De quo sic Plato, grauissimus auctor, libro sexto de Legibus disserit: Bibere ad ebrietatem vsque, nec alibi vspiam decet (nisi id indulgendum sit in solenni illius Dei sacro, qui vini vsum largitus est hominibus) neque sanè tutum est. Mala hæc & impia est Platonis exceptio, duplici nomine damnanda. Primum quòd Bacchum & Deum appellat, & ei vini inuentionem fert acceptam. Deinde quòd in illius festiuitatibus, quæ Bacchanalia appellantur, licitum vult esse vini potum vel ad ebrietatem vsq. Reliqua benè, vt & illa quæ sequuntur, quæ quidem Christianæ pietati religionique sunt consentanea. Nam cùm nec alibi vsquam ad ebrietatem vsque bibere deceat ac tutum sit, tùm verò atque in primis id in nuptiarum celebratione est cauendum, propter causas, quas subiungit, sanè grauissimas.

In nuptijs sobrietati maximè studendum

Platonis testimonium.

Nam in primis sponsus atque sponsa mentis compotes tùm debent esse maximè, quùm non leuem vitæ mutationem subeant, & vt ex prudentibus hominibus proles suscipiatur. Ferè enim incertum est ecquænam dies vel nox eam prolem, Dei beneficio, sit genitura. Deinde in sequentibus docet pluribus τὴν παιδοποιίαν, id est, liberorum suscipiendorum primordium non debere fieri corporibus vino madidis atque diffluentibus, vnde postea animi corporisque vitia à parentibus in ipsum fœtum promanent eique imprimantur. Tandem itaque concludit: Hæc quidem in vniuersa vita adhibenda est cautio viro bono & prudenti, tùm verò ab illa intemperie abhorreat maximè, quum procreandis liberis operam dabit, ne sciens & volens morbosam prolem suscipiat, & in qua turpes & inhonesti mores inserantur. Hæc enim vitiorum semina in eorum, qui generantur animis & corporibus imprimi atque informari necesse est, ac proinde deteriores omnino fœtus huiusmodi nasci. A quibus peccatis nox illa præcipuè immunis esse debet, quæ coniugio auspicium facit. Nam principium & numen diuinum in hominibus sedem habens, omnia conseruat, siquidem legitimum sibique debitum conuenientemque honorem sortiatur. Platoni Athenæus quoque hac in re abstipulatur, qui quidem eadem hæc Platonis verba lib. 10. sui operis citat. Hac de re vide etiam Plutarchum in libro de Liberorum educatione statim ab initio. Quod si igitur Ethnici illi philosophi, vel solo naturæ ductu, existimarunt nuptiali illo tempore sponso atq; sponsæ ebrietatem maximè esse vitandam, pudeat nos Christianos nostræ insaniæ atq; dementiæ, qui in illo potissimum tempore ebrietati maximè inseruiendum esse existimamus.

Animaduersione quoque dignum est elegans illud scitumq; Athenæi lib. 5. statim ab initio de Nuptialium huiusmodi conuiuiorum fine: ὡς νενόμισται ἄγειν συμπόσια περὶ τοὺς γάμους τοῦ τε γαμηλίου θεοῦ ἕνεκα, καὶ τῆς θείας μαρτυρίας, hoc est, Sic lege sancitum est, vt symposia nuptiarum tempore celebrarentur, idque cùm Deorum nuptialium, tùm testimonij cuiusdam causa. Duat ille adfert rationes, cur nuptialia illa conuiuia legum sancito, sint celebranda. Prior est, vt id fiat in honorem Deorum nuptialium, quos Ethnici plures mentis errore finxerant. De his sic Augustinus lib. 3. de Ciuit. Dei: Dei, inquit, coniugalibus quid opus erat commendare nubentes, vt bene coniugarentur, &c. Hi erant apud Romanos, teste Plutarcho, quinq; numero, nimirum Iupiter τέλειος, qui etiam γαμήλιος est dictus, & Iuno τέλεια, necnon γαμηλία cognominata, & Venus, & πειθὼ, id est, suadela, & Diana, at iq; circo quinq; etiam in nuptijs adhibebantur cerei. Iunoni autem, quoniam præ alijs iugalia vincla curæ esse credebant, idcirco varia illi nomina imposuerunt. Dicebatur enim Pronuba & Interduca, quòd sponsam ad mariti domum deducere crederetur: Nuptialis, quòd illius auspicijs nuptiæ celebrarentur: Vnxia, quòd sponsæ marito domum ingressuræ, postes axungia vel oleo, vel lupino adipe inungerent, vt inde mala omnia procul arcerentur, vnde etiam vxores, quasi vnxiores, Isidorus vult dictas, (quid sit vxor potius quæ si iunxor à iungendo sic dicta, vt quæ sit iuncta viro.) Cinxia item, à Græcis λυσιζώνη, quòd in thalamo cingulum ponentes protegeret Socigena, quod nubentes consociare & copulare putarentur;

Numina nuptialia.

Dicta est etiam Iuga, quòd matrimonia coniungat, vnde vicus Iugarius Romæ dictus, in quo eius fuit ara. His adde & Hymenæum, qui apud Græcos, & Thalassium siue Thalassium, qui apud Romanos peculiares fuerunt nuptiarum Dij. Hos ergo Deos coniugales siue nuptiales cùm precationibus, tùm sacrificijs venerari atq; placare studebant, de quo inter alios scriptores multa tradiderunt Dionysius Halicarnass. περὶ τῶν γαμηλίων, & Plato libro 5. de Legibus, vbi dicit, nuptiarum inaugurationem fieri debere per sacerdotes, adhibitis sacrificijs atque precibus, vt ex bonis meliores, & ex vtilibus vtiliores nascantur: ac paulò post, dies festos, sacra & hymnos nuptijs dicandos esse dicit.

Alter finis nuptialium conuiuiorum secundum Athenæum est testificatio, cùm libertatis & ingenuitatis vtriusq; coniugis (de quo suprà dictum est) tùm mutui inter nouos coniuges, atque affines amoris & beneuolentiæ.

Nota. Eundem duplicem hunc finem multò magis Christiani debebant in nuptiarum suarum, epularumque nuptialium celebratione sibi ante mentis oculos proponere, qui profectò illis optimus modestiæ sobrietatisque magister esset. Nam primò cum omnia nostra dicta & facta ad Dei gloriam optimo sint meritissimoque iure referenda, ipsas quoque nuptias, epulasque nuptiales in eiusdem ceu vnici verique nuptiarum matrimonijque auctoris atque custodis fidelissimi, honorem celebrandas esse, quis quæso dubitet? Illum itaque ceu nuptiarum, conuiuiorumque illorum nostrorum, vt & omnium dictorum, factorumque nostrorum oculatissimum testem, si nobis, vti par erat, ante mentis nostræ oculos proponeremus, maiori profectò cum reuerentia, pudore, castitate, sobrietateq; nuptiales illos dies ageremus, quàm hodie fieri, quotidiana experientia testatur. Ac in primis quoniam illa vitæ cœlibis cum matrimoniali commutatio, cum plurimis maximisq; animi, corporis, famæ, fortunarumq; omnium periculis sit coniuncta, ac plurimi grauissimiq; in nouo illo vitæ genere subeundi sint labores, ærumnæ atque pericula, illius exordium par erat non à diuini numinis offensione, sed illius potius seria & ardenti imploratione venerationeq; duci: id quod Ethnici quoq; duce & magistra natura sibi faciendum esse iudicarunt. Nam quemadmodum dictum est illi statim ab initio sacrificijs, hymnis, atque precibus operam dederunt, ijsque fictitiorum illorum suorum Deorum fauorem atque gratiam sibi conciliare sedulò studuerunt, quo nimirum illorum fulti ope atque gratia, tantò facilius omnia matrimonialis vitæ onera, labores atque ærumnas perferre ac superare possent.

Nuptialium festarum luxuria. Verùm, proh dolor, hodie plærasq; Christianorum, vt nuptiæ; ita conuiuia quoque nuptialia non Deo Opt. Max. sed ijsdem, quos Ethnici quondam coluerunt, Dijs seu potius dæmonibus, nimirum Veneri, Cupidini, Priapo, Cereri, Baccho atque Como sunt consecrata. Hi sunt Dij seu potius dæmones, quibus Christianorum plærique in illis nuptiarum celebritatibus turpissimè seruiunt. Et vt olim apud Ethnicos nuptijs faces præferebantur, ita tartareæ illæ furiæ funestas dirasque illas suas prauarum cupiditatum libidinumq; faces nuptialibus hominibus intentant, quibus inflammati ad quæuis scelera atque flagitia rapiuntur. Ex inauspicatis ergo istis initijs mirum non est inauspicatissima quoque funestissimaque connubia consequi, cùm, vt verissime Æolus ille poëta dixit: ἀρχῆς κακῆς τέλος κακὸν, hoc est, mali principij malus soleat esse plærunque & infœlix exitus. Sæpe quoque numero fit, vt in his ipsis Christinnorum nuptialibus celebritatibus ob insanas nimirum luctuosasq; compotationes, necnon lasciuas petulantesque saltationes, grauissima odia, inimicitiæ atque adeò tragicæ funestæq; cædes existant, quæ quidem Ægypti nuptiæ prouerbiali sermone dicuntur. Sumptum est prouerbium à notissima Ægypti fabula, qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos dedit, qui præter vnum omnes à sponsis iugulati sunt. Erasmus Chiliad. 3. Cent. 1. Non incommodè, vt illud quoq; addam, inauspicatæ huiusmodi nuptiæ Raguelis quoq; (qui Tobiæ socer fuit) nuptiæ dici possent, qui cum septem viros filiam suã in matrimonio collocasset, omnes ea nocte, qua erant cum illa concubituri, interierunt, à dæmone Asmodæo interfecti. Is cacodæmon cum pio Tobiæ idem exitium moliretur, singulari Dei beneficio cohibitus, & in extremas Ægypti partes pulsus relegatusq; fuit. Hinc quoq; verisimile est illam poëtarum de Ægypto viro fabulam promanasse, qui ex regione Ægypti virum eiusdem nominis finxerunt. Multas enim constat poëtarum fabulas ex veris & quidem sacris historijs profluxisse, illarum circumstantijs variè mutatis.

Aegypti nuptiæ.

Ad huiusmodi porrò (vt ad propositum redeam) nuptiarum festiuitatem conuiuiorumq; libidinem

bidinem atque luxum coercendum ecclesiastica quoq; nonnulla decreta extant. Hormisda Episcopus Romanus nuptias publicè, non occultè fieri præcepit, multa nimirum scelera atque flagitia, quæ nuptiarum tempore designari consueuerunt, ac parietum domesticorum integumentis facilius occultantur, euitandi gratia. Extat quoque Synodi Ilerdensis decretum, vt in Christianorum nuptijs non saltetur, sed modestè cœnetur, atq; prandeatur. Tempus quoq; nuptiarum celebrandarum certum à veteribus definitum & constitutum esse inuenio. Concilij Ilerdensis 33.q.4: Non oportet in 70. Et in decreto Iuonis lib. 6. Non oportet à septuagesima vsq; in octauam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem S. Ioannis Baptistæ, & ab Aduentu Domini vsq; post Epiphaniam nuptias celebrare. Quòd si factum fuerit, separentur. Sic apud Romanos olim mense Maio nubere inauspicatum habebatur: vnde Ouid. in Fastis:

Ecclesiastica decreta ad coercendam nuptiarum luxuriam.

Maius mensis nuptijs inauspicatus.

Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora: quæ nupsit, nec diuturna fuit.
Hac quoque de causa, si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait.

De hac Romanorum consuetudine, eiusq; causis, vide plura apud Erasmum in Chiliadibus. Denique cum olim quoque (licet non tantus, quantum hodie videmus esse) magnus nuptialium solennitatum conuiuiorumq; luxus extiterit, mirum non est Ecclesiasticis olim hominibus h.e. ijs qui Ecclesiæ rebusque diuinis præsunt, earum frequentatione fuisse interdictum. Ac monachis quidem & abbatibus Concilij Anthisiodorensis canone 25. penitus fuit nuptiarum solennitatibus interdictum. At hodie nulla ferè celebrantur nuptiæ, quibus illi non intersint. De reliquis verò Ecclesiastici ordinis hominibus huiusmodi extat Concilij Agathensis decretum, distinct. 34. c. Presbyteri. Presbyteri, diaconi, subdiaconi vel deinceps, quibus ducendi vxorem licentia non est, etiam aliarum nuptiarum euitent conuiuia, nec his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur & turpia, & obscœni motus corporum choreis, & saltationibus efferuntur, ne auditu & contuitu sacris ministerijs deputati, turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur. Hæc verò non eo animo atque consilio profero, quasi nefas esse existimem Ecclesiastici ordinis hominibus nuptijs interesse, quibus ipse quoque Christus, illius mater sanctissima & Apostoli interesse minimè dubitarunt, sed vt intelligatur, quanta proh dolor, iam à multis sæculis Christianarum nuptiarum conuiuiorumque nuptialium (vt nihil de alijs dicam) prophanatio extiterit, ita vt & olim Ecclesiastico ordini Conciliorum decretis prohibitum fuisse, ne illa adirent, non sit mirandum: & hodie quoque illa verè pijs religiosisque hominibus fugienda potius, quàm frequentanda esse videantur. Huc pertinent Cypriani verba in libro de habitu virginum: Nuptiarum festa improba, & conuiuia lasciua vitentur, quorum periculosa contagio est, &c.

Atque hæc satis sint dicta de connubialibus epulis, quæ in ipso matrimonij contractu antè nuptias, in nuptijs, & post nuptias agitantur, quibus pauca quædam de quotidiano coniugum conuictu siue syssitijs videntur esse adijcienda. Primò igitur omnium hinc, vt suprà quoque dictum, origo omnium syssitiorum conuiuiorumque videtur esse petenda. Primos namque illos coniuges Adamum atque Enam ceu primos generis humani parentes, Deus victus quoque eiusdem communione coniunctos esse voluit, ad quos postea alij ex illis prognati conuictores dulcissimi accesserunt, charissima nimirum illorum pignora. Vt ergo coniugium ipsum, ita coniugum quoque syssitia omnium sunt antiquissima, ex quibus reliqua omnia syssitia conuiuiaq; suam originem traxerunt. Vt verò antiquitate, ita iucunditate quoque omnia reliqua syssitia atque conuiuia longè videntur superare. Nam quid quæso quotidiana illa mensa victusq; communione, quæ est inter coniuges, suauius aut dulcius cogitari dicive potest, quæ quidem ad illorum animos amore mutuo magis magisq; conglutinandum incredibilem vim obtinet? Hoc cum ita sit meritò damnanda est summoperè ac improbanda cùm vxorum, tùm maritorum quorundam consuetudo, qui iucundissimum hunc vtilissimumque conuictum mutuum fastidientes, omnem foris cœnitandi epulandiq; occasionem captant, vnde multæ praue & sinistræ suspiciones, odia, simultates, plurimaq; rei familiaris incommoda ac detrimenta plærunq; consequuntur, vt id quotidiana experientia satis superq; docet.

De coniugum syssitijs.

Sæpè quoq; numero fit, vt quando mariti foris sæpè cœnitant in popinis atq; cauponis volutantes, vxores interea vel ipsæ quoq; ex ædibus sæpè excurrant, huc atq; illuc vagantes, vel domi in-

ra priuatos parietes cum minus probatæ fidei probitatisq; mulierculis conuiuia agitent, atque ita maritorum suorum bona abliguriant. Sic igitur fit, vt coniuges mutuas quasi operas non ad cõseruandam atq; tuendam, sicuti par erat: sed ad profligandam potius ac euertendam familiam remque suam familiarem, sibi inuicem tradant. Vt autem maritorum improbitas sæpè vxoribus cùm externarum, tùm internarum & quidem damnosissimarum huiusmodi cœnitationum occasionem præbet: ita contrà vxorum sæpissimè morositas morumq; difficultas maritos vel inuitos ædibus extrudit, foriscq; cœnitare atq; pransitare cogit. Quamobrem si vtriq; cordi est, vt certè esse debet, mutua vtriusq; necnon liberorum, totiusq; familiæ salus & incolumitas, danda est illis opera, vt mutuam hanc non lecti solũ, verumetiam mensæ & quidem suauissimam dulcissimãq; societatem & cõmunitatem sartam tectam tueantur, sine qua nulla domus familiáue quantumuis potens ac opulenta diu consistere potest. Sit deniq; mutuus hic coniugum conuictus cùm tenuis & frugalis, tùm maximè communis, ità vt non alio cibo potuq; vir, aliò vxor vtatur, nisi forsan id vel valetudinis vel alterius alicuius necessitatis ratio postulet. Atq; hæc quoq; de mutuo coniugũ conuictu satis sint dicta.

DE CONVIVIIS FVNEBRIBVS.

FERALIBVS; EXEQVIALIBVS SIVE sepulchralibus.

CAPVT XXV.

Funerationis duæ sunt membra. Exequiæ.

VLTIMVS restat vitæ humanæ actus, mors nimirum, quam non malè poëta ille vltimam rerum, scilicet humanarum lineam esse dixit, &, quæ mortẽ sequitur, funeratio, seu parentatio, quæ quidem, vt nonnulli volunt, duabus partibus constat, exequijs nimirum, & luctu. Exequiæ sunt officiũ funebre, quod in funere exequimur, & (vt Cicero vocat) celebritas supremi diei, quæ ab amicis, atq; etiam alijs, quibus id muneris est impositum, præstatur. Atq; hæ quidem exequiæ, siue iusta, magis amicorum sunt solatium, quàm mortuorum subsidium. Non est autem mihi nunc propositum de varijs parentationis funerationisue ritibus atque ceremonijs (de quibus Gyraldus in illo suo de sepulchris, & vario sepeliendi ritu libello, nec non Sardus de varijs gentium ritibus, & alij scriptores passim multa tradiderunt) sed de epulis tantum scribere, quæ vt olim, ita hodie parentationis solent esse quasi comites. Nam vt dies natiuitatis, ita mortis quoque, atq; funerationis, principum præsertim vtriusq; sexus personarum, cùm alijs ceremonijs atq; ritibus, sacrificijs, ludis, spectaculis, tùm epulis quoq; celebrari antiquissimo sanè omnium ferè gentium more, qui hodie quoq; obtinet, receptum fuit. Hæ autem vel statim post mortem, vel in ipsa funeratione, vel finito luctu agitari consueuerint, idq; partim ad amicorum solatium, partim in defunctorum gratiam atq; memoriam, partim deniq; in deorum inferorum (cuiusmodi fuerunt apud Ethnicos Pluto, Libitina, Proserpina, Venus Epitymbia cognominata, & alij) factitatum fuisse legimus. Verum hæc omnia exemplorum appositione illustriora erunt.

Iudæorum conuiuia exequialia.

Ac primò quidem apud Iudæos (vt ab illis potissimum pro meo more exordiar) in funeribus, postq; funera conuiuia agitandi consuetudinem fuisse, ex quibusdam sacræ scripturæ locis videtur posse colligi. Sic enim post Abneris sepulturam atq; exequias, populus Dauidem dicitur fuisse sequutus, τὸ συνδειπνῆσαι αὐτῷ (vt Græcus interpres vertit) hoc est, vt funebre conuiuium (quod quidem σύνδειπνον propriè à Græcis appellatur) cum eo iniret, cùm Dauid prius iureiurando interposito affirmasset, se ante Solis occasum nihil quidquam cibi capturum. 2. Sam. 3. v. 33. Idem quoque Hieremiæ ille locus satis manifestè ostendit. Ne adeas, inquit Deus ad Hieremiam מרזח (τὸ θιασον 70, Hieron. domũ conuiuij verterunt, de qua voce supra satis) & ne eas ad plangendum, hoc est, ne te sacrilegis istis commisceas, in publicis illis epulis funeralibus (quas Mirzeach propriè ab Hebræis appellari, suprà dictum est) neque plangas defunctos, eorumq; propinquos consoleris. Et paulò post, Et morientur in terra ista magni & parui, neq; sepelientur, neq; plangentur. Nemo se pro illis incidet, aut radet, hoc est, neq; vestium, corporisue aliarum partium dilaceratione, neq; capillorum euulsione, siue capitis tonsura aut rasura (quæ apud veteres pro mortuis fieri con-

Luctus signa. apud Iudæos.

fieri consueuerunt) vllum luctus signum præ se ferent. Hinc Hieron. lib. 3. in Hierem. Mos, inquit, hic fuit apud veteres, & vsq; hodie in quibusdam permanet Iudæorum, vt in luctibus incidant lacertos, & caluitium faciant: quod & Iobum fecisse legimus. Hæc ille. Huiusmodi porrò luctus signa à Deo prohibita fuisse ex Leuit. 19. & Deut. 14. satis constat. Sequitur in Hieremia, Non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo (siue, vt est in Hebræo, diuident, quod alij ad stipem, alij ad panem referunt) hoc est, amici defuncti non conuenient more consueto, ad capiendum cum eo cibum, cuius propinquus defunctus est, nec erunt qui lugenti huic cibum præparent ad illum, ob propinqui mortem tristem mœstumq; consolandum. Nec (addit) propinabit illi כוס תנחומים Cos Thenuhumim, id est, poculum consolantium, hoc est, consolatorium propter patrem eius, & matrem eius, hoc est, ad illos consolandum, qui parentibus suis sunt orbati. Hinc Hieronymus in suis Commentarijs, in hæc ipsa commemorata verba Hieremiæ, dicit, Moris olim fuisse lugentibus cibos ferre, conuiuiumq; apparare, quod Græci περίδειπνον, Latini parentalia vocent, eò quod parentibus iusta celebrentur. Atq; hunc quidem ipsum morem illis quoq; verbis, quæ extant Prouerb. 31. cap. probat, Mœrentibus, inquit, date siceram, & vinum his qui amaro sunt animo, vt poti obliuiscantur inopiæ suæ, & lugentes nonnihil obliuiscantur dolorum suorum. Ex Bereschit Rabba fol. 31. col. 1. הכראה appellatur primus pastus, qui fit ab ijs, in cuius domo aliquis mortuus est. Prohibitum namq; est, ne domestici atq; contubernales de suo aliquid edant, sed vicinos oportet de suo cibum illis afferre, & vnà cum illis capere.

Funebriũ conuiuiorum finis laudabilis.

Atq; hic quidem laudabilis videtur esse funebrium huiusmodi conuiuiorum finis, ob quem instituta, non omnino videntur esse improbanda, vt nimirum illis lugentium animi mœrore afflicti & consternati, consolatione aliqua alleuentur. Ad eundem morem alludit Tobias, cum inquit, Panem tuum, & vinum tuum, super sepulturam iusti constitue (nimirum ad lugentium consolationem) & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Hinc patet moris fuisse, vt in ipsis sepulchris mortuorum epulæ ponerentur, atq; celebrarentur, idq; partim ad consolationem superstitum, partim ad testimonium honestatis eorum, qui defuncti fuerunt, qui mos à gentilibus (vt plærique volunt) profectus, tandem (vt suo in loco dicetur) ad Christianos transijt. Ad illum manifestè alludit Ecclesiasticus 30. cap. cum inquit, Tolerabilior est mors ipsa, quam valetudo aduersa, & morbus perpetuus. Perinde enim est vt ferculum splendidum, quod palato ægroto proponitur, & sicut cibi positi ad bustum sepulti, &c. Huic simile est illud Socratis apud Stobæum, ὁ τῶν φιλαργύρων βίος ἔοικε νεκρῷ δείπνῳ· πάντα γὰρ ἔχων, τὸν ἀφεψηθησόμενον οὐκ ἔχει. Sic Baruch quoque de sacerdotum Babyloniorum habitu (cuius mori fuerunt tunicæ scissæ, capita & barba rasa, capita nuda) alijsq; cæremonijs verba faciens, inter alia inquit, Vociferantes (scilicet sacerdotes) coram Dijs suis rugiunt, quasi ἐν δείπνῳ νεκρῷ, id est, cœna mortui, hoc est, quæ ad memoriam mortuorũ adhibetur, aut ad consolationem propinquorum celebratur. Baruch. cap. 6. v. 27. Ezechielis quoque 24. cap. allusio videtur fieri ad funebria huiusmodi conuiuia, vbi prohibetur liberorum interitum lugere, ac vllum omnino luctus signum dare. Ibi igitur inter alia luctus signa, quæ commemorat, Panem quoque, inquit, Enaschim, hoc est, hominum calamitate afflictorum ne comedas, id est, ne lugentium conuiuijs interfis. Lauaterus in illum locum, In luctu, inquit, diuites excipiebant pauperes conuiuijs, vel, vt hodie quoq; solemus, mißitabant eis fercula, vt eos recrearent. Item diuites aliosq; funebri epulo excepisse, probabile est, vt illi, qui suos amisissent, dolorem suum hominum consuetudine lenirent. Fieri potest, vt ditiores apud Iudæos etiam huiusmodi conuiuia haberent: Iosephus lib. 2. de Bello Iudaico à principio scribit Archelaum Herodis filium septem diebus, defuncti patris mortem Hierosolymis luxisse, & exhibuisse populo lautum epulum ferale (quod δεῖπνον ἐξιάσιμον nominat) & addit, hanc epulandi consuetudinem circa luctus multos Iudæorum ad inopiam redegisse, quia vulgus necessariò adesse cogebatur, quod qui neglexisset, pro impio habebatur. Atque hæc de conuiuijs funebribus, quorum in sacris literis fit mentio, quæq; apud Iudæos videntur fuisse in vsu. His adde Iudæorum traditionem, qua affirmant antiquitus eos qui erant in luctu lente potissimum vesci fuisse solitos, cuius traditionis Hieronymus quoq; meminit ad Paulam, de Blesillæ obitu his verbis, Iudæorum simul superstitionem perstringens. Flentes, inquit, vsq; hodie Iudæi nudis pedibus in cinere volutati, sacco induti, ex superstitione Pharisæorum, prius cibum lentis accipiunt signãtes quasi quo edulio primogenituram perdiderunt. Hæc ille. Hanc itaq; ijdem ob causam

Mos epulas imponendi ipsis sepulchris.

ra priuatos parietes cum minus probatæ fidei probitatisq; mulierculis conuiuia agitent, atque ita maritorum suorum bona abliguriant. Sic igitur fit, vt coniuges mutuas quasi operas non ad cõseruandam atq; tuendam, sicuti par erat: sed ad profligandam potius ac euertendam familiam remque suam familiarem, sibi inuicem tradant. Vt autem maritorum improbitas sæpè vxoribus cùm externarum, tùm internarum & quidem damnosissimarum huiusmodi cœnitationum occasionem præbet: ita contrà vxorum sæpissime morositas morumq; difficultas maritos vel inuitos ædibus extrudit, foriscq; cœnitare atq; pransitare cogit. Quamobrem si vtriusq; cordi est, vt certè esse debet, mutua vtriusq; necnon liberorum, totiusq; familiæ salus & incolumitas, danda est illis opera, vt mutuam hanc non lecti solũ, verumetiam mensæ & quidem suauissimam dulcissimãq; societatem & cõmunitatem sartam tectam tueantur, sine qua nulla domus familiáne quantumuis potens ac opulenta diu consistere potest. Sit deniq; mutuus hic coniugum conuictus cùm tenuis & frugalis, tùm maximè communis, ità vt non alio cibo potuq; vir, aliò vxor vtatur, nisi forsan id vel valetudinis vel alterius alicuius necessitatis ratio postulet. Atq; hæc quoq; de mutuo coniugũ conuictu satis sint dicta.

DE CONVIVIIS FVNEBRIBVS.

FERALIBVS; EXEQVIALIBVS SIVE sepulchralibus.

CAPVT XXV.

Funerationis duæ sunt membra. Exequiæ.

VLTIMVS restat vitæ humanæ actus, mors nimirum, quam non malè poëta ille vltimam rerum, scilicet humanarum lineam esse dixit, &, quæ mortẽ sequitur, funeratio, seu parentatio, quæ quidem, vt nonnulli volunt, duabus partibus constat, exequijs nimirum, & luctu. Exequiæ sunt officiũ funebre, quod in funere exequimur, & (vt Cicero vocat) celebritas supremi diei, quæ ab amicis, atq; etiam alijs, quibus id muneris est impositum, præstatur. Atq; hæ quidem exequiæ, siue iusta, magis amicorum sunt solatium, quàm mortuorum subsidium. Non est autem mihi nunc propositum de varijs parentationis funerationisue ritibus atque ceremonijs (de quibus Gyraldus in illo suo de sepulchris, & vario sepeliendi ritu libello, nec non Sardus de varijs gentium ritibus, & alij scriptores passim multa tradiderunt) sed de epulis tantum scribere, quæ vt olim, ita hodie parentationis solens esse quasi comites. Nam vt dies natiuitatis, ita mortis quoque, atq; funerationis, principum præsertim vtriusq; sexus personarum, cùm alijs ceremonijs atq; ritibus, sacrificijs, ludis, spectaculis, tùm epulis quoq; celebrari antiquissimo sanè omnium ferè gentium more, qui hodie quoq; obtinet, receptum fuit. Hæ autem vel statim post mortem, vel in ipsa funeratione, vel finito luctu agitari consueuerunt, idq; partim ad amicorum solatium, partim in defunctorum gratiam atq; memoriam, partim deniq; in deorum inferorum (cuiusmodi fuerunt apud Ethnicos Pluto, Libitina, Proserpina, Venus Epitymbia cognominata, & alij) factitatum fuisse legimus. Verum hæc omnia exemplorum appositione illustriora erunt.

Iudæorum conuiuia exequialia.

Ac primò quidem apud Iudæos (vt ab illis potissimum pro meo more exordiar) in funeribus, pôstq; funera conuiuia agitandi consuetudinem fuisse, ex quibusdam sacræ scripturæ locis videtur posse colligi. Sic enim post Abneris sepulturam atq; exequias, populus Dauidem dicitur fuisse sequutus, τὸ θειπνήσειν ἄρτον (vt Græcus interpres vertit) hoc est, vt funebre conuiuium (quod quidem δεῖπνον propriè à Græcis appellatur) cum eo iniret, cùm Dauid prius iureiurando interposito affirmasset, se ante Solis occasum nihil quidquam cibi capturum. 2. Sam. 3. v. 33. Idem quoque Hieremiæ ille locus satis manifestè ostendit. Ne adeas, inquit Deus ad Hieremiam בֵּית מַרְזֵחַ (τὸ θιασον 70, Hieron. domũ conuiuij verterunt, de qua voce supra satis) & ne eas ad plangendum, hoc est, ne te sacrilegis istis commisceas, in publicis illis epulis funeralibus (quas Mirzeach propriè ab Hebræis appellari, suprà dictum est) neque plangas defunctos, eorumq; propinquos consoleris. Et paulò post, Et morientur in terra ista magni & parui, neq; sepelientur, neq; plangentur. Nemo se pro illis incidet, aut radet, hoc est, neq; vestium, corporisue aliarum partium dilaceratione, neq; capillorum euulsione, siue capitis tonsura aut rasura (quæ apud veteres pro mortuis fieri con-

Luctus signa apud Iudæos.

Digitized by Google

fieri consueuerunt) vllum luctus signum præ se ferent. Hinc Hieron. lib. 3. in Hierem. Mos, inquit, hic fuit apud veteres, & vsq; hodie in quibusdam permanet Iudæorum, vt in luctibus incidant lacertos, & caluitium faciant: quod & Iobum fecisse legimus. Hæc ille. Huiusmodi porrò luctus signa à Deo prohibita fuisse ex Leuit. 19. & Deut. 14. satis constat. Sequitur in Hieremia, Non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo (siue, vt est in Hebræo, diuident, quod alij ad stipem, alij ad panem referunt) hoc est, amici defuncti non conuenient more consueto, ad capiendum cum eo cibum, cuius propinquus defunctus est, nec erunt qui lugenti huic cibum præparent ad illum, ob propinqui mortem tristem mœstumq;, consolandum. Nec (addit) propinabit illi כוס תנחומים *Cos Thenuhumim, id est, poculum consolantium, hoc est, consolatorium propter patrem eius, & matrem eius, hoc est, ad illos consolandum, qui parentibus suis sunt orbati. Hinc Hieronymus in suis Commentarijs, in hæc ipsa commemorata verba Hieremiæ, dicit, Moris olim fuisse lugentibus cibos ferre, conuiuiumq; apparare, quod Græci περίδειπνον, Latini parentalia vocent, eò quod parentibus iusta celebrentur. Atq; hunc quidem ipsum morem illis quoq; verbis, quæ extant Prouerb. 31. cap. probat, Mœrentibus, inquit, date siceram, & vinum his qui amaro sunt animo, vt poti obliuiscantur inopiæ suæ, & lugentes nonnihil obliuiscantur dolorum suorum. Ex Bereschit Rabba fol. 31. col. 1.* הבראה *appellatur primus pastus, qui fit ab ijs, in cuius domo aliquis mortuus est. Prohibitum namq; est, ne domestici atq; contubernales de suo aliquid edant, sed vicinos oportet de suo cibum illis afferre, & vna cum illis capere.*

Atq; hic quidem laudabilis videtur esse funebrium huiusmodi conuiuiorum finis, ob quem institutæ, non omnino videntur esse improbandæ, vt nimirum illis lugentium animi mœrore afflicti & consternati, consolatione aliqua alleuentur. Ad eundem morem alludit Tobias, cum inquit, Panem tuum, & vinum tuum, super sepulturam iusti constitue (nimirum ad lugentium consolationem) & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Hinc patet moris fuisse, vt in ipsis sepulchris mortuorum epulæ ponerentur, atq; celebrarentur, idq; partim ad consolationem superstitum, partim ad testimonium honestatis eorum, qui defuncti fuerunt, qui mos à gentilibus (vt plærique volunt) profectus, tandem (vt suo in loco dicetur) ad Christianos transijt. Ad illum manifestè alludit Ecclesiasticus 30. cap. cum inquit, Tolerabilior est mors ipsa, quam valetudo aduersa, & morbus pertinax. Perinde enim est vt ferculum splendidum, quod palato ægroto proponitur, & sicut cibi positi ad bustum sepulti, &c. Huic simile est illud Socratis apud Stobæum, ὁ τῶν φιλαργύρων βίος ἔοικε νεκρῷ λείπειν· πάντα γὰρ ἔχων, τὸν ἀφειδησόμενον οὐκ ἔχει. *Sic Baruch quoque de sacerdotum Babyloniorum habitu (cuius mori fuerunt tunicæ scissæ, capita & barba rasa, capita nuda) alijsq; cæremonijs verba faciens, inter alia inquit, Vociferantes (scilicet sacerdotes) coram Dijs suis rugiunt, quasi ἐν περιδείπνῳ νεκρῷ, id est, cœna mortui, hoc est, quæ ad memoriam mortuorũ adhibetur, aut ad consolationem propinquorum celebratur. Baruch. cap. 6. v. 27. Ezechielis quoque 24. cap. allusio videtur fieri ad funebria huiusmodi conuiuia, vbi prohibetur liberorum interitum lugere, ac vllum omnino luctus signum dare. Ibi igitur inter alia luctus signa, quæ commemorat, Panem quoque, inquit, Enaschim, hoc est, hominum calamitate afflictorum ne comedas, id est, ne lugentium conuiuijs interfis. Lauaterus in illum locum, In luctu, inquit, diuites excipiebant pauperes conuiuijs, vel, vt hodie quoq; solemus, mittebant eis fercula, vt eos reerearent. Item diuites aliosq; funebri epulo excepisse, probabile est, vt illi, qui suos amisissent, dolorem suum hominum consuetudine lenirent. Fieri potest, vt ditiores apud Iudæos etiam huiusmodi conuiuia haberent: Iosephus lib. 2. de Bello Iudaico à principio scribit Archelaum Herodis filium septem diebus, defuncti patris mortem Hierosolymis luxisse, & exhibuisse populo lautum epulum ferale (quod δεῖπνον τὸν ἐξιάσιν nominat) & addit, hanc epulandi consuetudinem circa luctus multos Iudæorum ad inopiam redegisse, quia vulgus necessariò adesse cogebatur, quod qui neglexisset, pro impio habebatur. Atque hæc de conuiuijs funebribus, quorum in sacris literis fit mentio, quæq; apud Iudæos videntur fuisse in vsu. His adde Iudæorum traditionem, qua affirmant antiquitus eos qui erant in luctu lente potissimum vesci fuisse solitos, cuius traditionis Hieronymus quoq; meminit ad Paulam, de Blesillæ obitu his verbis, Iudæorum simul superstitionem perstringens. Flentes, inquit, vsq; hodie Iudæi nudis pedibus in cinere volutari, sacco induti, ex superstitione Pharisæorum, prius cibum lentis accipiunt signãtes quasi quo edulio primogenituram perdiderunt. Hæc ille. Hant itaq; ijdem ob causam*

Funebriũ conuiuiorum finis laudabilis.

Mos epulas imponendi ipsis sepulchris.

ra priuatos parietes cum minus probatæ fidei probitatisq; mulierculis conuiuia agitent, atque ita maritorum suorum bona abliguriant. Sic igitur fit, vt coniuges mutuas quasi operas non ad cõseruandam atq; tuendam, sicuti par erat: sed ad profligandam potius ac euertendam familiam remque suam familiarem, sibi inuicem tradant. Vt autem maritorum improbitas sæpè vxoribus cùm externarum, tùm internarum & quidem damnosissimarum huiusmodi cœnitationum occasionem præbet: ita contrà vxorum sæpissimè morositas morumq; difficultas maritos vel inuitos ædibus extrudit, foriscq; cœnitare atq; pransitare cogit. Quamobrem si vtriusq; cordi est, vt certè esse debet, mutua vtriusq; necnon liberorum, totiusq; familiæ salus & incolumitas, danda est illis opera, vt mutuam hanc non lecti solũ, verumetiam mensæ & quidem suauissimam dulcissimãq; societatem & cõmunitatem sartam tectam tueantur, sine qua nulla domus familiáue quantumuis potens ac opulenta diu consistere potest. Sit deniq; mutuus hic coniugum conuictus cùm tenuis & frugalis, tùm maximè communis, ità vt non alio cibo potuq; vir, aliò vxor vtatur, nisi forsan id vel valetudinis vel alterius alicuius necessitatis ratio postulet. Atq; hæc quoq; de mutuo coniugũ conuictu satis sint dicta.

DE CONVIVIIS FVNEBRIBVS.

FERALIBVS, EXEQVIALIBVS SIVE sepulchralibus.

CAPVT XXV.

Funerationis duæ sunt membra. Exequiæ.

VLTIMVS restat vitæ humanæ actus, mors nimirum, quam non malè poëta ille vltimam rerum, scilicet humanarum lineam esse dixit, &, quæ mortẽ sequitur, funeratio, seu parentatio, quæ quidem, vt nonnulli volunt, duabus partibus constat, exequijs nimirum, & luctu. Exequiæ sunt officiũ funebre, quod in funere exequimur, & (vt Cicero vocat) celebritas supremi diei, quæ ab amicis, atq; etiam alijs, quibus id muneris est impositum, præstatur. Atq; hæ quidem exequiæ, siue iustæ, magis amicorum sunt solatium, quàm mortuorum subsidium. Non est autem mihi nunc propositum de varijs parentationis funerationisue ritibus atque ceremonijs (de quibus Gyraldus in illo suo de sepulchris, & vario sepeliendi ritu libello, nec non Sardus de varijs gentium ritibus, & alij scriptores passim multa tradiderunt) sed de epulis tantum scribere, quæ vt olim, ita hodie parentationis solent esse quasi comites. Nam vt dies natiuitatis, ita mortis quoque, atq; funerationis, principum præsertim vtriusq; sexus personarum, cùm alijs ceremonijs atq; ritibus, sacrificijs, ludis, spectaculis, tùm epulis quoq; celebrari antiquissimo sanè omnium ferè gentium more, qui hodie quoq; obtinet, receptum fuit. Hæ autem vel statim post mortem, vel in ipsa funeratione, vel finito luctu agitari consueuerunt, idq; partim ad amicorum solatium, partim in defunctorum gratiam atq; memoriam, partim deniq; in deorum inferorum (cuiusmodi fuerunt apud Ethnicos Pluto, Libitina, Proserpina, Venus Epitymbia cognominata, & alij) factitatum fuisse legimus. Verum hæc omnia exemplorum appositione illustriora erunt.

Iudæorum conuiuia exequialia.

Ac primò quidem apud Iudæos (vt ab illis potissimum pro meo more exordiar) in funeribus, postq; funera conuiuia agitandi consuetudinem fuisse, ex quibusdam sacræ scripturæ locis videtur posse colligi. Sic enim post Abneris sepulturam atq; exequias, populus Dauidem dicitur fuisse sequutus, τὸ συμποτεῦσαι ἄρτον (vt Græcus interpres vertit) hoc est, vt funebre conuiuium (quod quidem συμπόσιον propriè à Græcis appellatur) cum eo iniret, cùm Dauid prius iureiurando interposito affirmasset, se ante Solis occasum nihil quidquam cibi capturum. 2. Sam. 3. v. 33. Idem quoque Hieremiæ ille locus satis manifestè ostendit. Ne adeas, inquit Deus ad Hieremiam בֵּית מרזח (τὸ θίασον 70, Hieron. domũ conuiuij verterunt, de qua voce supra satis) & ne eas ad plangendum, hoc est, ne te sacrilegis istis commisceas, in publicis illis epulis funeralibus (quas Mirzeach propriè ab Hebræis appellari, suprà dictum est) neque plangas defunctos, eorumq; propinquos consoleris. Et paulò post, Et morientur in terra ista magni & parui, neq; sepelientur, neq; plangentur. Nemo se pro illis incidet, aut radet, hoc est, neq; vestium, corporisue aliarum partium dilaceratione, neq; capillorum euulsione, siue capitis tonsura aut rasura (quæ apud veteres pro mortuis fieri con-

Luctus signa apud Iudæos.

Digitized by Google

fieri consueuerunt) vllum luctus signum præ se ferent. Hinc Hieron. lib. 3. in Hierem. Mos, inquit, hic fuit apud veteres, & vsq; hodie in quibusdam permanet Iudæorum, vt in luctibus incidant lacertos, & calui tium faciant: quod & Iobum fecisse legimus. Hæc ille. Huiusmodi porrò luctus signa à Deo prohibita fuisse ex Leuit. 19. & Deut. 14. satis constat. Sequitur in Hieremia, Non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo (siue, vt est in Hebræo, diuident, quod alij ad stipem, alij ad panem referunt) hoc est, amici defuncti non conuenient more consueto, ad capiendum cum eo cibum, cuius propinquuus defunctus est, nec erunt qui lugenti huic cibum præparent ad illum, ob propinqui mortem tristem mœstumq;, consolandum. Nec (addit) propinabit illi כוס התנחומים Cos Thenuhumim, id est, poculum consolantium, hoc est, consolatorium propter patrem eius, & matrem eius, hoc est, ad illos consolandum, qui parentibus suis sunt orbati. Hinc Hieronymus in suis Commentarijs, in hæc ipsa commemorata verba Hieremiæ, dicit, Moris olim fuisse lugentibus cibos ferre, conuiuiumq; apparare, quod Græci περίδειπνον, Latini parentalia vocent, eò quod parentibus iusta celebrentur. Atq; hunc quidem ipsum morem illis quoq; verbis, quæ extant Prouerb. 31. cap. probat, Mœrentibus, inquit, date siceram, & vinum his qui amaro sunt animo, vt poti obliuiscantur inopiæ suæ, & lugentes nonnihil obliuiscantur dolorum suorum. Ex Bereschit Rabba fol. 31. col. 1. הכראה appellatur primus pastus, qui fit ab ijs, in cuius domo aliquis mortuus est. Prohibitum namq; est, ne domestici atq; contubernales de suo aliquid edant, sed vicinos oportet de suo cibum illis afferre, & vnà cum illis capere.

Atq; hic quidem laudabilis videtur esse funebrium huiusmodi conuiuiorum finis, ob quem institutæ, non omnino videntur esse improbandæ, vt nimirum illis lugentium animi mœrore afflicti & consternati, consolatione aliqua alleuentur. Ad eundem morem alludit Tobias, cum inquit, Panem tuum, & vinum tuum, super sepulturam iusti constitue (nimirum ad lugentium consolationem) & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Hinc patet moris fuisse, vt in ipsis sepulchris mortuorum epulæ ponerentur, atq; celebrarentur, idq; partim ad consolationem superstitum, partim ad testimonium honestatis eorum, qui defuncti fuerunt, qui mos à gentilibus (vt plærique volunt) profectus, tandem (vt suo in loco dicetur) ad Christianos transijt. Ad illum manifestè alludit Ecclesiasticus 30. cap. cum inquit, Tolerabilior est mors ipsa, quam valetudo aduersa, & morbus pertinax. Perinde enim est vt ferculum splendidum, quod palato ægroto proponitur, & sicut cibi positi ad bustum sepulti, &c. Huic simile est illud Socratis apud Stobæum, ὁ τῶν φιλαργύρων βίος ἔοικε νεκρῶ δείπνῳ· πάντα γὰρ ἔχων, τὸν ἀφεανθησόμενον οὐκ ἔχει. Sic Baruch quoque de sacerdotum Babyloniorum habitu (cuius mori fuerunt tunicæ scissæ, capita & barba rasa, capita nuda) alijsq; cæremonijs verba faciens, inter alia inquit, Vociferantes (scilicet sacerdotes) coram Dijs suis rugiunt, quasi ἐν δείπνῳ νεκρῶ, id est, cœna mortui, hoc est, quæ ad memoriam mortuorũ adhibetur, aut ad consolationem propinquorum celebratur. Baruch. cap. 6. v. 27. Ezechielis quoque 24. cap. allusio videtur fieri ad funebria huiusmodi conuiuia, vbi prohibetur liberorum interitum lugere, ac vllum omnino luctus signum dare. Ibi igitur inter alia luctus signa, quæ commemorat, Panem quoque, inquit, Enaschim, hoc est, hominum calamitate afflictorum ne comedas, id est, ne lugentium conuiuijs interfis. Lauaterus in illum locum, In luctu, inquit, diuites excipiebant pauperes conuiuijs, vel, vt hodie quoq; solemus, mißitabant eis fercula, vt eos recrearent. Item diuites aliosq; funebri epulo excepisse, probabile est, vt illi, qui suos amisissent, dolorem suum hominum consuetudine lenirent. Fieri potest, vt ditiores apud Iudæos etiam huiusmodi conuiuia haberent: Iosephus lib. 2. de Bello Iudaico à principio scribit Archelaum Herodis filium septem diebus, defuncti patris mortem Hierosolymis luxisse, & exhibuisse populo lautum epulum ferale (quod δεῖπνα τὰ ἐξιάσιμα nominat) & addit, hanc epulandi consuetudinem circa luctus multos Iudæorum ad inopiam redegisse, quia vulgus necessariò adesse cogebatur, quod qui neglexissent, pro impio habebatur. Atque hæc de conuiuijs funebribus, quorum in sacris literis fit mentio, quæq; apud Iudæos videntur fuisse in vsu. His adde Iudæorum traditionem, qua affirmant antiquitus eos qui erant in luctu lente potißimum vesci fuisse solitos, cuius traditionis Hieronymus quoq; meminit ad Paulam, de Blesillæ obitu his verbis, Iudæorum simul superstitionem perstringens. Flentes, inquit, vsq; hodie Iudæi nudis pedibus in cinere volutati, sacco induti, ex superstitione Pharisæorum, prius cibum lentis accipiunt signãtes quasi quo edulio primogenituram perdiderunt. Hæc ille. Hant itaq; ijdem ob causam

Funebriũ conuiuiorum finis laudabilis.

Mos epulas imponendi ipsis sepulchris.

Iacobum (Gen. 25.) edulium ex lentibus coxisse fabulantur, in Abrahami luctu funebri, iuxta vetere traditionem atq; consuetudinem: cuius quidem hanc rationem reddunt, quod leguminis illius esus homines æquanimes reddat. Plin. lib. 18. cap. 13. Inuenio apud auctores æquanimitatem fieri vescentibus ea. Hinc lentum & lentitudinem nonnulli volunt dici, teste Cælio lib. 23. cap. 23. Paulus Æginetа lib. 1. scribit, lentem esse χαχόχυμον καὶ μέλαγχολικὴν. Idem Rasim, Dioscoridem, Galenum tradere, Cælius loco ante citato, testatur. Vide Plinium lib. 22, cap. 25. Auctor est Plutarchus in Crasso à Romanis quoq; lentem ac salem πένθιμα credi, hoc est, lugubria, ac proinde apponi mortuis consueuisse: hinćq; ingruentium malorum præsagium Crasso factum, quod militibus duo hæc prima in necessariorũ distributione sint data. Idẽ auctor, quod etiam huc pertinet, in prob. Ro. testatur, in genere olim omnium leguminum maximum fuisse apud Romanos, cicum δεῖλειπνα, καὶ προκλήσεις τῶν νεκρῶν, hoc est, epulas funebres, atq; mortuorum euocationes vsum.

De Græcorum epulis feralibus.

Apud Græcos quoque funera cum multis alijs cæremonijs, sacrificijs, libationibus, tùm epulis quoq; atq; cœnis magnificis celebrari solita fuisse legimus, de quarum primo nominibus, deinde exemplis dicam. Nomen maximè commune, quo feralis cœna ab illis appellatur, est δεῖλειπνον.

Nomina epularum feralium.

Suidas δεῖλειπνον τὴν νεκρῶν. καὶ τοῦτο ἐὰν εἴπωσι τὸ ἀπλῶς δεῖλειπνον. Pollux, δεῖλειπνον ἡ ὅλη τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐξίασις, id est, epulum quod ob defunctos celebratur. Item ἡ ὅλη τῆς πένθεις σύνοδος. Budæus ex Luciano. ὅλη πᾶσι τούτοις τὸ δεῖλειπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τὰς γονίας ἀδαμυθῶνται τὸν τετελευτηκότα. In omnibus his est parentale epulum: & adsunt propinqui, qui parentes consolantur ob defunctum. Ad hanc vocem alluſit Græcus interpres, 2. Sam. 3. v. 35. vbi sic scriptum est, Sequuti sunt Regem (Dauidem) post Abneris exequias, τοῦ δειλειπνήσειν, id est, funebre conuiuium agitandi gratia.

Appellatur etiam ἀπὸ ταύτης ἐπιτάφιος, id est, epulum sepulchrale. Τάφος ἐπιλόρπιος, & τάφος simpliciter, vt Homerus Ιλ. ψ. ab initio de funere Patrocli verba faciens,

αὐτὰρ ὁ τοῖς, τάφον μετοειχέα δ' αἶνυ.

At ille his epulum sepulchrale præbebat. In quæ verba sic commentatur Eustath. 1393. 70. τάφος, id est, sepulchrum, non est τὸ δεῖλειπνον, id est, epulum parentale, quod post sepulturam fieri consueuit, sed simpliciter quod super mortuo fiebat. Nam Patroclo nondum sepulto huiusmodi τάφος, id est, epulum sepulchrale celebratum fuit, quod quia sub vesperam fieri consueuit, etiam δόρπος à poëta appellatur, vt ex illis verbis constat:

—— δορπήσομεν ἔνθαδε πάντες, id est,

τάφος & πεδείλειπτα differentia.

Omnes hic cœnabimus. Ex his Eustathij verbis constat, τάφον à δεῖλειπνα, secundum nonnullos ita distingui, vt τάφος propriè dicatur illud epulum, quod in ipsa sepultura, siue sepulchro, δεῖλειπνον autem quod post sepulturam agitari solitum fuit. Suidas tamen τάφος, inquit, καὶ τὸ παρὰ τοῖς θύταις σημεῖον, καὶ τὸ δεῖλειπνον. Ὅμηρος, τάφον ἑκτορέος ἱππόδαμοιο, ἠδὲ τυμβον. Hesiodus lib. 2.

Μήδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου δόρπου τε πόοντα Σπερμαίνειν γαμετὴν.

Proclus τάφον ibi interpretatur δεῖλειπνον, ἐπιτάφιον δεῖλειπνον, Synesius funebre epulum vocat, quod etiam ἐπιτάφιον dici potest, tametsi ἐπιτάφιον, & in plurali ἐπιτάφια, totæ exequiæ, siue inferiæ appellantur.

Varia conuiuiorum funebrium nomina.

Iam verò nomina alia, quibus Græci cùm in vniuersum totam parentationis festiuitatem atque pompam, tùm speciatim (quæ quidem potissima illius sunt pars) sacrificia atque conuiuia funebria appellant, hæc sunt, quæ à Polluce commemorantur, ἐναγίσματα, κτερίσματα, ἔνατα, τριακοντάδες, γενέσια, νεκύσια ταῦτα γὰρ ὅλη θεραπεία τῶν ἀπολλαγμένων νενόμισται.

ἐναγίσματα

Ἐναγίσματα sicut ἐναγισμὸς Hesychio & Suidæ sunt ὁλοκαυτώματα. Plato ποιεῖσθαι ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι parentare mortuis. Herod. 4. ἑκατόμβας τε ὦν κελεύειν ἀδαστευδῆναι, ἐναγισμούς τε παντοδαπούς, id est, parentationis omne genus, Politiano interprete. ἐναγίζειν inquit Suidas. Herod. χοὰς φέρειν, ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, ἢ τὸ ὅλως πυρὸς ἅπτειν. Sic καταγίζειν quoq; iusta soluere, exequias peragere, offerre mortuo sacrificium, aut epulum super sepulchro. Lucia. de luctu, τρέφονται ταῖς παρ' ἡμῖν ψυχαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ὅλη τῶν ταφων, id est, nostris libationibus, inferijsq;, quæ sepulchris inferuntur, vnde καθαγισμὸς parentatio.

κτέρισμα.

Sic κτέρισμα & κτέρος, parentationem, funus, iusta, quicquid denique in mortuorum honorem fit, significat.

ἔνατα

ἔννατα, hoc est, nona, siue nonæ, erant cæremoniæ, sacrificia, atq; epulæ, quæ in defuncti honorem nono post illius obitum die, celebrabantur, cuiusmodi fuerunt Romanorum Nouendialia, de quibus postea. ἔννατα.

τριακοντάδες, quæ & τριακάδες tricesimæ, id est, sacra quæ post trigesimum diem Mercurio (à quo animas, vt à tellure corpora, suscipi credebant) offerebantur. Nam, vt inquit Gyraldus in suis Sepulchralibus, cum nonnulli suorum vel propinquorum, vel amicorum minus desiderii ferre possent, tertium, septimum, nonum, & quidem trigesimum, & quadragesimum, non sine quadam numerorum religione, dies defunctorum manibus, & memoriæ statuerunt: quorum dierum non modò apud gentes mentio, & summa obseruationis cura, sed etiam in præsens à nostris ij magna diligentia custodiuntur. τριακοντάδες.

γενέσια similiter teste Ammonio, dies quo quis fato est functus, & eius festiuitas appellatur, sicut γενέθλια, quo quis est natus. Sic Christiani quoq; primitiuæ ecclesiæ dies, quo Martyres pro Christo mortem oppetierunt (quorum memoriam quotannis celebrarunt) natales, & natalitia appellarunt. γενέσια.

Νεκύσια cùm generatim omnia iusta, siue parentalia, cùm speciatim, teste Eustathio, festum quoddam certum in Bithynia vsitatum significat, quo ἀνακάμψοι τρὶς ἐκάλουν τὴν ὅτι ξένης ἀποθανόντων ψυχάς, id est, Conuiuantes ter animas eorum, qui in peregrina regione fato defuncti fuerant, euocabant. Νεκύσια.

His adde, ταρχήματα, siue ταρχεα, siue ταρχας, τὰ ἀπὸ νενομισμένα πρὸς νεκροὺς θεὸς καθαίρειν ἀπὸ τῆς ταραχῆς, id est, à perturbatione dicta, teste Eustat. (quæ vox iusta siue exequias significat) & ἐγχυσμα Argiuorum, de quo sic Plut. in prob. Græcis. Quid est Enchnisma Argiuorum? Qui cognatum, aut familiarem amisisset, solebat statim à luctu rem sacram Apollini facere, & 30. post diebus Mercurio. Existimabat enim sicut corpora mortuorum terra, ita à Mercurio animas excipi. Apollinis autem ministro hordeum dantes, carnem hostiæ accipiebant, ignemq; vt pollutum extinguentes, aliunde nouum accendebant, quo carnem eam coquebant, eamq; ἔγχυσμα appellabat à nidore ducta voce. Ἀποφράδες quoq;, teste Suida, Græcis dicti fuerũt dies, quibus defunctis choas inferebãt. Atq; hæc de nominibus quibus cùm parentalia in genere, tùm sacrificia atq; epulæ à Græcis insigniũtur. Nunc sepulchralium, siue funebrium huiusmodi epularum exempla subiiciam, ac ea primo loco, quorũ apud Homerũ fit mentio, quæ quidem splendida admodũ, atq; magnifica fuerunt. ταρχήματα & ἐγχυσμα. Probl. 24.

Achilles igitur in honorem Patrocli demortui, splendidissimum conuiuium apparari curauit; quod Homerus his verbis describit Ιλ. φ. statim ab initio, Conuiuiorum funebrium exempla.

καδ δ' ἴζον παρὰ νηὶ ποδώκεος αἰακίδαο
μυρίοι· αὐτὰρ ὁ πῖσι πάφον μενοεικέα δαῖτυ·
πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ
σφαζόμενοι, πολλοὶ δ' οἶες, καὶ μηκάδες αἶγες.
πολλοὶ δ' ἀργιόδοντες ὗες θαλέθοντες ἀλοιφῇ
ἐυόμενοι τανύοντο δι' ἀγλαὸς ἡφαίστοιο.
πάντῃ δ' ὀμφὶ νέκυν κοτυλήρυτον ἔρρεεν αἷμα. id est,

Discubuerunt apud nauem velocipedes Æacidæ
Infinitè, at hic illis epulum funebre lautum instruxit.
Multi quidem boues candidi mugiebant circa ferrum
Dum iugularentur: multæ etiam oues & balantes capræ
Multæ etiam albis dentibus sues fluentes pinguedine
Vsti, extendebantur per flammam ignis,
Vndiq; autem circum cadauer multus fluebat sanguis. Achillis in honorem Patrocli defuncti conuiuium.

De epuli huiusce funebris magnificentia sic disserit Eustath. p. 1393. Notandum est hîc Homerum in sepulchri, id est, sepulchralis huiusce conuiuij apparatu eadem ferè commemorare, quæ nuptiali festiuitati, publicæq; panegyri conueniunt. Obseruandum præterea hæc eadem quæ hic de funebri isto epulo narrantur, nequaquam conuenire priscæ illi heroum Τελεία καὶ ἀφιλεία, id est, frugalitati, atque tenuitati, verùm sepulchrale hoc epulum ipsis personis esse accommodatum. Achilles ea

nim qui Græcorum facilè fuit princeps, illud in Patrocli, quem quidem singulari amore fuerat prosequutus, honorem curauit celebrari. Et tamen hæc ipsa epuli huiusce magnificentia, si cum illorum temporum magnificentia conferatur, quæ Homerum fuerunt consecuta, pro minimo reputabitur. Nam vt author Dipnosophistarum, præter alia quæ ab illo cõmemorantur, testis est, Persarum regi mille quotidie victimæ mactabantur. Hæ autem non erant Græca Chiliombe, sed, vt idem inquit, equi, cameli, boues, asini, cerui, plurimæ oues. Præterea omnis generis aues, struthiones Arabici (quod magnum est animal) anseres, galli gallinacei, quorum tamen eduliorum maxima pars satellitibus impertiebatur, & in illorum vsum cedebat. Hæc Eustathius de hoc epulo funebri, quod in Patrocli obitum celebratum fuit.

Aliud quoq; Hectoris epulum sepulchrale ab eodem poëta, his verbis describitur, in fine Ιλ. ω.

χεύαντες δὲ τὸ σῆμα πάλιν κίον· αὐτὰρ ἔπειτα
Εὖ συναγειρόμενοι, δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα
δώμασιν ἐν Πριάμοιο. Hoc est,

Aggesto à tumulo redibant, ac deinde
Benè collecti conuiuabantur splendidum conuiuium
Ædibus in Priami.

Apolonius quoq; in suis Argonauticis magnificum describit epulum funebre, siue sacrificium, quod Argonautæ propter Idmona mortuum celebrarunt. Eius verba hæc sunt, lib. 2.

ηματα δὲ τρια πάντα γόῳ (Argonautæ Idmona) ἐτίεσθο δὲ μᾶλλον ἐδ' ἠ
τάρχυον (ταρχύειν & ταρχυεῖν Eustath. idem quod ἐντοφιάζειν μετὰ συνήθους ταφάχε) μεγάλωσι (μεγαλοπρεπῶς interpreti) συνεπιτρέϊζε δὲ λαός.
αὐτῷ ὁμῶς βασιλῆϊ λύκῳ πάρα δ' ἄσπετα μῆλα
ἧ θέμις οἰχομένοισι ταφὴια λοιμοτόμησαν.

Triduò ergo posse obitum defuncti, vt & hinc apparet, & Sardus testatur lib. 1. de Moribus gentium, Græci apparabant cœnam necessarijs, qui coronati lugentes adhortabantur, vt cibum caperent, quod quidem ipsi cunctanter faciebant, ne posse charissimorum mortem, vitã exoptare viderentur. Quare & sæpius cibum recusat Achilles apud Homerum, interfecto Patroclo. Idem author (Apolonius) alterius quoq; sacrificij meminit, quod ad Dolopis, qui Mercurij filius fuit) sepulchrũ celebratum fuit, lib. 1. Numero 23.

καὶ μιν (Dolopa) κυδαίνοντες ὑπὸ κνέφας ἔντομα μήλων
κεῖαν, &c.

Ibi interpretes annotãt moris fuisse, vt mortuis in occasu Solis iusta peragerẽtur, cœlestibus verò in Solis ortu: ἔντομα autem proprie σφάγια esse τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, id est, pecora quæ mortuis iugulabantur, sic dicta propterea quod humi illorum capita in terrã conuersa amputabãtur, qui quidem τοῖς χθονίοις inferis & mortuis sacrificandi mos fuit, nam cœlestibus sacrificantes victimarum colla sursum vertebant: alij ἔντομα volunt dicta, quasi castrata, quod mortuis ac inferis ὡς ἀγόνοις ἄγονα, cœlestibus autem dijs ἔνορχα, id est, testiculata, siue coleata sacrificabant.

Conuiuiorum porrò funebrium apud alios quoque authores Græcos crebra admodum fit mentio. Athen. lib. 7. Hegesandri poëta citat testimonium, apud quem coquus quidam iactabundus hoc modo inducitur loquens, ὅταν ἐν ἐκφορείῳ τυγχάνῳ δαινυόμενον ἐπὰν τάχιστ' ἔλθωσιν ἐκ τῆς ἐκφορᾶς, quando fortè ministro in funebri cœna, quum celerrime ex funere redierint. Idem lib. 8. meminit Dioclis cuiusdam opsophagi: qui cum vxori suæ defunctæ ἐκφόριον celebrasset, multum simul cùm fletu obsonij deuorauit, id quod illi Theocritus Chius poëta, his verbis exprobrauit,

παῦσαι κλαίων αἰ πονηρὲ· ἤδη γὰρ πλέον ὀψοφαγῶν ποιήσεις.
Noli flere, ô improbe, nihil enim obsonia comedendo proficies

Athenis per funeris præfectos epulum apud defuncti necessarios dari consueuisse, testis est Alex. ab Alexandro.

Massilienses inter Gallos olim eruditissimi, vtpote à Græcis oriundi eodem die quo funus esset elatum, domestico sacrificio adhibito, necessariorum & cognatorum conuiuio celebrato, luctum finire consueuerunt, eodem teste.

Epiphanius

Epiphanius in sermone Ancora testatur Græcos (id quod Romani quoq; & alij, vt postea dicetur, factitarunt) solitos fuisse cibum potumq; ad monumeta ferre additis insolentibus clamoribus. Nam ad sepulchra accedentes, nomina sepultorum alta voce proferentes, Resurge (dicebant) tu, comede, & bibe. Similis ferè mos hodie fertur esse in Liuonia. Nam quando funus effertur, ad portam paratæ sunt epulæ, conuiuæ defunctum alloquuntur huiusmodi ferè prosopœia vtentes: Quæ tibi causa fuit moriendi? Quin surgis & vnà nobiscum comedis & bibis, &c.

Plataensis manibus peremptorum ciuium dabant inferias, præcedente tibicine, vehicula lauro, & myrto fusca cum cortynis sequebantur, tum lactis, vini, & olei libationes succedebant, mox princeps indutus purpuram, seruis electis, taurum ante pyram immolabat: Iouemq; ac Mercurium deueneratus, eorum matres, qui pro patria occubuissent, ad cœnæ epulas conuocabat, cratere libans vinum, idq; se defunctorum manibus propinare affirmabat, atq; ita apud eos fiebat expiatio, testis est Gyraldus.

Sic Alani (teste Sardo de Moribus gentium) qui Samagitiam incolunt in ea Sarmatiæ parte, quæ Lithuania dicitur, rogo extructo in sylua, paratáq; cœna, qua ali dicunt defunctum, parentant. Non est quoq; silentio prætereundum, quod cum in feralibus illis cœnis mortis fuerit nomina mortuorum exprimere, eorum contra qui sibimet gulam laqueo fregerunt, nomina fuerunt à domesticis ijsdem in cœnis supprimi solita, at proinde exitij præsagium cuidam fuisse, quod is nomen se amisisse somniarat. Hæc Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 22. testatur Artemidorum scribere libro primo Onirocriticorum. Deniq; Lucianus in lib. de Luctu cùm aliorum rituum atq; cæremoniarum, tùm ad extremum cœnæ quoq; exequialis luculentã mentionem, his verbis facit. Posthæc omnia, inquit, restat περίδειπνον, id est, cœna funebris. Iamq; adsunt necessarij, vt defuncti parẽtes cõsolẽtur, suadentq; vti cibum capiant, quanquam illi per Iouem non inuiti ad id compelluntur, cum perpetuum iam triduum enecti sint fame. Quod si tibi deliberatum est omnino flere, vel ob hoc ipsum cibus est capiendus, quò tanto luctui par esse possis. Tum deniq; ex omnibus contexuntur duo versus Homerici.

Nam cœpit meminisse cibi Niobe auricapilla Tum illud
Vita defunctos deflere haud finit aluus Achiuos.

At capiunt quidem illi, sed initio pudebundi, verentesq;, ne post charissimorum obitum videantur adhuc affectibus humanis cõmoueri. Meminit quoq; suprà libationum & inferiarũ, quæ sepulchris inferebant. Summatim in illo opusculo cõplectitur omnes ferè cæremonias olim in exequijs adhiberi solitas. Idem auctor in lib. de Mercede conductis parasitos, qui sæpe vnguentis obliti, coronisq; redimiti esurire atq; sitire cogũtur, columnis sepulchralibus, vetusti cuiuspiam cadaueris, comparat, quibus vnguenta infundi, ac coronæ, nec non alia, quæ manibus inferebant, imponi consueuerant, cum interim alij epulis paratis atq; appositis vescerentur.

Romanorum funebria conuiuia.

Apud Romanos quoq; funebrium huiusmodi sacrificiorum epularumq; frequentem multiplicemq; vsum fuisse legimus, de quorum primo nominibus dicam.

Feralia.

Feralia, inquit Festus, sunt dijs manibus sacrata festa, à ferendis epulis (scilicet ad tumulum) vel à feriendis pecudibus appellata. Hinc Ouid. 2. Fast.

Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem
Vltima placandis manibus illa fuit.

Turnebus in suis Aduer. lib. 4. cap. 22. in illa Vergil.

Infernum tepido spumantia cymbia lacte.

Inde, inquit, inferiarum nomen ortum est, quod mortuorum sepulchris inferuntur, quæ à Græcis νηφάλια vocantur. Fundebant autem lac, mel, aquam, vinum, olivas, flores etiam spargebant. Id probat Æschili testimonio illustri. Ipsa quoq; cœna, quæ ad tumulum ferebatur, dicta est feralis. Iuuenal.

Ponitur exigua feralis cœna patella.

Beroaldus in illa verba, Cœna qualis mortuis dabatur, vnde Apuleius in 4. Florid. Exclamauit viuere hominem, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent. Feram enim veteres mortem appellauere. Hinc feralem pompam Apuleius lib. 8. de asino aureo, id est, exequialem, quæ cadauere ferendo, & defuncto funerando exhibebatur, & officia inferialia ibidem, necnon feralia lib. 9. quæ exhibentur defunctis funerandis, & manibus condendis, & ferales vittas Ouidius, hoc est, funeri accommodatas dixit. Plinius epulam ferale, &

epulas feriales. Cicero epulum funebre huiusmodi conuiuium appellauit. A Catullo vocatur funeris cœna.

Sed cœnam, inquit, funeris hæres Negligit iratus.

Huiusmodi cœnam Catullus intellexit, cùm inquit: Vidistis ipso carpere è rogo cœnã. Sic illud Terentij: E flammã cibum petere Turnebus censet referendum ad epulas, quæ pro inferijs in rogum mittebantur.

Parentalia. Parentalia quoq; dicuntur cum vniuersa officia feralia siue inferialia, vt ab Apuleio nominantur, tum speciatim conuiuia quæ in parentum, aut propinquorum mortibus fieri consueuerunt, vt testis est Perottus in suo Cornucopiæ. Vnde parentare, iusta celebrare, & sacra facere ad sepulchrũ,

Parentare. vel à parendo, quod ita parerent mortuis, qui viuentes ita iusserant facere, vel quod filij parentibus hoc præstarent. M. Tullius 1. Philip. vt cuius sepulchrum nusquam extet vbi parentetur, &

Parentatio. publicè supplicetur. Annua parentatio dicta sacrificium, quod quotannis fieri solitum fuit in honorem mortuorum. Macrobius & Cato tradunt, Laurentiam annuæ parentationis honore dignatum.

Iusta. Iusta quoque vocabantur, quod iure fierent ijs, qui de nobis viuentes benè meriti fuerant, de quibus Virgilius,

Quique sui memores alios fecêre merendo.

Silicernium. Silicernium, inquit Donatus, cœna est, quæ infertur Dijs manibus, vel quod eam silentes cernant vmbræ, id est, vmbræ possideant: vel quod qui inferunt, cernant, sed non degustent: Nam de his quæ libantur inferis, quisquis ederit, aut biberit, funestabatur. Nonius silicernium dicit esse conuiuium quod apud veteres senibus exhiberi solebat dictum, quod cum silentio edentes cernerentur, vel propter defuncti memoriã, vel quod cogitarent se mox illũ secuturos, quapropter abeuntes è conuiuio, veluti se amplius non visuri mutuò se salutabãt. Varro, Funus executi lautè ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus, id est, conuiuium, in quo pransi discedentes, dicimus alij alijs Vale. Mortuis in fine sacrorum feralium, alta voce dicere solebant, Salue æternùm, Vale æternùm, quod & Virgilius in Pallantis funere Æneam protulisse ait:

——Salue æternum mihi maxime Palla, Æternumq; vale.

Cui simile illud Achillis in Patrocli funere Ιλ. ψ.

χαῖρε μοι ὦ πάτροκλε καὶ εἰν ἀϊδαο δόμοισι. Et de Polydoro,

—— Animamque sepulchro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.

Ideo autem Varro mortuis salue, & vale dici solitum ait, non quod valere & salui esse possint, sed quod ab ijs recedimus, eos amplius nunquam visuri. Hinc etiam ortum ait Seruius, vt etiam maledicti significationem interdum vale obtineat, vt Terentius, Valeant qui inter nos dissidium volunt, hoc est, Ita à nobis discedant, vt nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergo ea ratione, Vale mortuis dicebatur, quasi à nobis recedentibus. Festus silicernium scribit fuisse genus farciminis, quo familia à fletu in luctu purgabatur, sic dictum, quia, cuius nomine ea res instituebatur, is iam silicem (alia exemplaria silentium, alia solum habent) cerneret. Cæcilius,

Credidi me silicernium eius esse esurum.

Silicernium quoque Terentius senem vocat, atq; decrepitum, hoc est, dignum vel cui silicernium fiat, vel qui ad silicernium vocetur. Donatus dicit silicernium esse senem, qui iam iamq; silentibus, vmbrisq; sit cernendus: nec putat silicernium dici senem, quasi qui silicem cernendo sit incuruus: at Placiades id probat, silicernijq; vocabulum inde deducit, quod sanè etymon Beroaldus in suis in

Lib. 4. Apuleium commentarijs probat. Hæc de silicernio.

Circumpotatio. Circumpotatio quoq;, quam Cic. lib. 2. de Legibus, iubet à funeribus aufferri, funebris cœna dicitur, quæ vox respondet Græco περιδείπνῳ vocabulo.

Pollinctura & pollinctus. Dicta quoq; est cœna funeralis pollinctura, siue pollinctus, quo tamen nomine etiam tota funeris curatio intelligitur. Et pollinctor qui antequam efferebatur cadauer, illud vngebat odoriferis aromatibus, & vnguentis, vel à liniendo dictus, vel à polluendo, quasi polluctor, quasi pollutorum vnctor, id est, cadaueris curator, vel quod in funeribus cœnas opiparas celebrabat, & panes ex polline comparabat. Plautus in Sticho:

Dum quidem hercle quisque veniat cum vino suo, nam hinc quidem

Hodie

Hodie pollinctura, præter nos iam dabitur nemini. Martialis,
Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato,
Hæredem scripsit me Numa, conualuit. Plautus,
Carthaginenses fratres duo fuere, eorum alter viuit, alter est mortuus.
Propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.
In pollinctu cœna funebri apium, leutem, atq; sal lugubria fuisse, Alex. Sardus testatur in lib. 2. de Moribus gentium ex Plutarcho. Mulsum ij qui funus efferebant, prius in funesta domo bibebant, lib. 1. Propriè tamẽ, vt illud quoq; obiter addam, pollinctor dicitur quicunq; mercenarius operarius, præsertimq; in pistrino: vnde pollincere est farinam in pistrino lucrifactam diuidere, & pollinctio ipsa diuisio dicitur.

Exequiari quoq; est in exequijs conuiuari, & epulari. Varro, Ipsum propter ius liberti semiracti exequiantur. Hæc de nominibus, veniamus ad rem. Exequiari.

Romani, vt cõstat ex multis historijs, in funeribus suorum præter alios ritus atq; cæremonias, cum sacrificia atq; libationes, tum epulas adhibere fuerunt soliti, idq; partim in ipsa sepultura, partim post illam. Liuius lib. 9. Decad. 4. testatur P. Licinij funeris causa viscerationem datam, & gladiatores 120. pugnasse, ludosq; funebres per triduum factos: post ludos epulum, in quo cum toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis orta coegere plerosq; tal ernacula statuere in foro. Huc alludit & Tacitus lib. 14. historiæ Augustæ, loquens de morte Agrippinæ Neronis matris, Cremata est nocte eadem conuiuali lecto, & exequijs vilibus. Huc pertinent, quæ de tali conuiuio lib. 3. & 5. Æneidos scribit Virgilius, Romanorum funebria conuiuia.

Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamidem Helenum Graias regnare per vrbes.
Coniugio Æacida Pyrrhi sceptrisque potitum
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui, miroque incensus pectus amore
Compellare virum & casus cognoscere tantos,
Progreditur portu, classes & littora linquens.
Solennes tum forte dapes & tristia dona
Ante vrbem in luco falsi Simeontis ad vndam
Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat. Et iterum lib. 5.
Vinaque fundebat pateris, animamq; vocabat
Anchisæ magni, manesque Acheronte remissos.
Nec non & socij, quæcunque est copia, læti
Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fusique per herbam
Subijciunt veribus prunas, & viscera torrent.

Feralis præterea alterius sacri descriptionem, admodum copiosam habes apud eundem authorem, libro 6. Æneidos,

Quatuor hic primum nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontique inuergit vina sacerdos, &c.

Porrò & Statius lib. 5. Theb. Archemori exequias describit, qui item in quarto Tiresiam inducit ferale sacrum facere, his verbis,

Tum fera cæruleis intexit cornua sertis
Ipse manu tractans, notaque in limine syluæ, &c.

Silius quoq; Italicus lib. 13. Punicorum Scipionem induxit similiter patri apud Auernum huiusmodi ferale sacrum peragere, Autonoe Grynea Phœbade monente.

Fuit apud Romanos sacrum siue sacrificium Nouendiale, quod ex priscorum instituto factum est pro mortuis nono die post obitum, quo quis sepultus fuisset. Hinc Apuleius lib. 9. Iamq; nono die rite completis apud tumulum solennibus erat. Horat. in Epod. Romanorum Nouendialia.

Nouendiales dissipare pulueres.

Seruius Virgilianus interpres, enarrans illud ex 5. Æneidos,

Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, &c.

Morem fuisse apud maiores exponit, vt vbicunque quispiam extinctus fuisset, ad domum suam referretur, vbi dies septem seruatus, octauo die incenderetur, nono sepeliretur. Ludi quoque qui in honorem mortuorum celebrabantur, nouendiales fuerunt dicti. Donatus quoque in Commentario Phormionis tradit, in funere nonum diem voti instaurationem habere. Hæc Beroald. in Apuleium & Polyd. Virg. lib. 6. cap. 10. Hinc igitur addit vterque, apud nos hodie solennia defunctorum septimo die à funere, demptis ex veterum instituto illis duobus diebus, peraguntur, ideoq; in Canonicis decretis distinct. 44. præcipitur vt nullus presbyter ad septimana defuncti solennia celebranda vocatus, se inebriari vllatenus audeat, quandoquidem tunc largiter epulantur. Apud Anglos hoc fit vigesimonono die, postquam defunctus est sepultus. Nos videmur septimo die sacrificium pro mortuis facere, sicut in nuptijs apud priscos septima dies instaurationem voti habebat, vt quemadmodum hoc die initium propagandi generis celebre erat, sic etiam eodem die finis cuiusq; solennis haberetur. Hæc illi. Cælius Rhod. lib. 17. cap. 21. Ethnicorum, inquit, moris erat, diebus nouem mortuos flere, vnde & Nouendialium sacrarum enata consuetudo. Ex qua & Cottam Messalinum quandoq; coargutum legimus, quod quum die natali Augustæ inter sacerdotes epularetur, Nouendialem eam cœnam dixisset, ceu lessum planè tunc foret factum. Idem quoq; in sequentibus rationem reddit cur pro nouendialibus hodie septimana à Christianis celebrentur, de quibus partim iam dictum, partim plura dicentur quando de Christianorum consuetudinibus dicetur. His porrò Romanorum sacris atq; cœnis Nouendialibus, Græcorum ἐνναται, de quibus suprà, & re & nomine videntur respondere. Nouendiales feriæ, inquit Festus, à numero dierum sunt dictæ. His adde, quod vt nonus dies nascentium, qui lustricus dictus est, fuit celebris, ita quoq; nonum diem morientium simi liter festiuum veteribus fuisse. Gyrald. Syntag. 17. Nouendiale sacrum, inquit, dupliciter actum apud Romanos obseruauimus, vno modo cum defunctis parentabant, seq; lustrabant, vt in sepulchralibus docui: alterum cum prodigium aliquod accidisset, quod Nouendiali sacro expiare solebant, vt est frequenter cùm apud alios, tùm maximè apud Liuium obseruatum, ita verò perficiebatur, vt video doctis placere. Nouem dies assiduè deis sacrum faciebant, quod sacrum indici solebat vel à Pontifice Max. vel à Prætore vrbano & Senatus decreto.

Feriæ Denicales.

Fuerunt etiam apud priscos feriæ Denicales nominatæ, quæ, teste Festo, colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur. Græci enim νεκρὸν mortuum dicunt, quanquam non ineruditè fortasis, vt Gyraldo videtur, à denarij numero deriuentur. Post nonum enim diem, quo tumulo cineres condebantur, decimo peragebantur. Harum feriarum meminit Columella his verbis, Nos apud Pontifices legimus, ferijs tantum Denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere. Sed & Marcus Tullius in libris de Legibus earundem meminit, licet locus ille parum syncerè legatur.

Februa.

Februa quoq; apud Romanos dicta sunt defunctorum piamina, quod Sabinorum lingua februm purgamentum significaret, vel vt alij volunt, à femore, quoniam adolendo, & flammis feruentibus fierent. Vnde & Februarius mensis nomen inuenit à februando, eo enim mense populus februabatur, id est, purgabatur. Nam per dies duodecim cõtinuos februa celebrabantur pro defunctorũ manibus, bisq; diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis, sacrificijsq; circa sepulchra accensis facibus, cereisq; intentus erat. Huc facit quod Plutarchus Februarium mensem Græcè καθάρσιον, id est, expiatorium sonare annotat, in vita Romuli. In quam sententiam Iuba Manusius nomen ei esse à tollendis atque abolendis spectrorum terriculamentis, maniumq; quibus parentabant phantasmatis scripsit, Athenæo teste. Hæc Adrianus Iunius de annis & mensibus, & Gyrald. Syntag. 17. de Dijs, & in libro de Annis & mensibus ex Sexto Pomp. Plutarcho in Numa, & Ouid.

His Romanorum Februis persimilia videntur esse illa Christianis vsitata omnium animarum solennia & anniuersaria iusta, quæ postridie Calendarum Nouemb. fiunt, de quorum origine (licet alij aliter tradant) vide Polyd. Virgil. lib. 6. cap. 9. qui sub finem capitis sibi scribit verisimile videri Odilonem monachorum Cluniacensium morem hunc anniuersarias defunctorum exequias celebrandi instituisse, ad imitationem veterum ethnicorum apud quos mos iste ad sepulchrum parẽtandi iampridem inoleuerat.

Lemuria

Lemuria quoq;, quæ à nonnullis Lemuralia dicuntur, Romani dijs inferis instituerunt, ad placandas in primis Remi manes, vnde & quidam Lemuria quasi Remuria dicta putauere, vt ait Porphyrion. De his vide & Gyrald. Syntag. 17. & Had. Iunium de annis & mens. &c. Lemuria.

His adde Exuerras, quæ sunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per euerriatorem (is fuit, teste Pompeio, qui accepta hæreditate iusta facere defuncto debet) certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictas voluns.

In parentalibus porrò, vt Gyraldus docet, fabas assumere moris fuit: sicut & in peruigilijs cicer, & ad ferales cœnas, lentesq; & offas ad sepulchra illorum ferre, quibus parentare ius erat, quæ & feralia à ferendis epulis dicta putantur, vt ait Festus: seu à feriendis pecudibus, quas in defunctorum sepulchris super nuda silice apponebant. In his cœnis præter legumina, & appium quoq; apponi solitum obseruaui, quod contra ebrietatẽ facere existimaretur. De his feralibus seu parentalibus, eorumq; tenuitate sic Ouidius,

Est honor & tumulis animas placare paternas,
Paruaque in extructas munera ferre pyras.
Parua petunt manes, pietas pro diuite grata est
Munere, non auidos styx habet ima deos.
Togula porrectis satis est vallata coronis,
Et sparsæ fruges, paruaque mica salis.
Inque mero mollita Ceres, violæque soluta
Hæc habeat media testa relicta via. *Et idem mox.*
Hanc quia iusta ferunt dixêre feralia lucem,
Vltima placandis manibus illa dies.

Obseruatione quoq; dignum est, quod Plinius lib. 9. ca. 10. dixit, milium rapacissimam, & famelicam semper alitem, nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex aris.

Hisce autem sacrificijs, libationibus, epulisque sacris vulgò sibi persuadebant mortuorum animas plurimum adiuuari atque releuari, & ex Stygijs paludibus ad campos Elysios in requiem & refrigerium deduci. Illas verò animas quæ viuentium orationibus, atque sacrificijs essent destitutæ, in cruciatibus torqueri, vel vagam miseramque vitam agere. Ita Elpenoris vmbra conqueritur apud Homerum Odyss. 12. & Palinurus apud Virg. Æneid. 6. De huiusmodi autem sacrificijs, & libamentis, si vis vide plura apud Gyraldum de dijs gentium, Lazium, & alios. Hic de epulis potissimum, quæ cum sacrificijs ferè semper fuerunt coniunctæ, proprius est dicendi locus. Multi apud Romanos testamento quoq; legauerunt epulum quotannis ad sepulchrum rosis, & varijs respersum floribus atq; odoribus pro hæredum facultatibus exhibendum. Iuuenal. Sat. 3.

Vnde epulum possis dare centum Pythagoreis.

Cicero pro Muræna, Q. Tubero, cum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est à Maximo, vt triclinium sterneret: cum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus, strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia, quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors honestaretur, &c. Idem in Orat. pro L. Plancio, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu, epulisque celebratum est. A. Vitellius, teste Suetonio, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia (hic ferè mos est Christianorum) inferias Neroni dedit; id est, Neroni sacrificauit (inferiæ enim dicuntur exequiæ, & sacrificia, quæ dijs manibus inferũtur,) ac solenni conuiuio citharœdum placentem palàm admonuit, vt aliquid de Domitiano diceret, inchoantique Neroniana cantica (in Neronis laudem edita, vel ab ipso Nerone inuenta, & vsurpata) primus exultans etiam plausit, id est, plausu excepit, & approbauit. Lazius libro tertio de Republica Romana, hoc genus epuli duobus vetustatis exemplis confirmat, quorum alterum Rauennæ, alterum Romæ visum est.

Digitized by Google

Rauennæ.

OB MEMORIAM PATRIS SVI: DEC. VII. COLLEGII FABR. M. R. HS. 8. N. LIBERALITATE DONAVIT, SVB HAC CONDITIONE VT QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM EIVS DEFERANT ET IBI EPVLENTVR DVNTAXAT IN V. IDVS IVLIAS, QVOD SI NEGLEXERINT TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII PERTINERE DEBEBIT CONDITIONE SVPRA DICTA.

Romæ D. M.

P. CORNELIA ANNIA NE IN DESOLATA ORBITATE SVPERVIVERET, MISERA VIVAM ME VLTRO IN HANC ARAM CVM VIRO DEF. INCOMPARABILI AMORE DIL. DAMNAT. DEDO CVM QVO VIXI. ANN. XX. SINE VLLA DO. LIB. LIBERTA: BVSQ. NO. VT QVOTAN. SVPER ARCAM NO. PLOTONI ET OXORI PROSERPINAE OMNIBVSQ. SACRIFICENT ROSISQ. EXORNENT DE RELIQ. IBI EPVLENTVR.

Huiusmodi autem epulas funebres apud Romanos magna cum pompa, at magnificentia celebrari fuisse solitas. Ci. in sua illa interrogatione in Vatiniũ clarissimè testatur, in qua epuli funebris quod à Q. Ario fuit exhibitum mẽtionem facit: eius verba hæc sunt. Atq; illud etiam scire ex te cupio, quo cõsilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Arij familiaris mei cũ toga pulla accumberes? quem vnquam videris? quem audieris? quo exemplo, quo more feceris? Et paulò post, Cedò, quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulũ est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed omitto epulum, populi Romani festum diem, argento, veste, omni apparatu, ornatuque visendo: quis vnquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla nunquam data est: cum tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Arius albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Figulo atrato cæterisque tuis furijs funestum intulisti, quis tum non ingemuit? Paulò post mentionem facit epuli magnificentissimi Fausti adolescentis, tandemque concludit hunc locum, his verbis, Quæ te tanta tenuit amentia, vt tu, nisi id fecisses, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos ciuium, morem veterum, eius, qui te inuitarat, authoritatem, parum putares testificatum esse, supplicationes te illas non putare.

Albæ vestes in epulis funebribus vsitatæ.

Ex his Cic. verbis quoque colligimus epulas hasce funebres partim fuisse publicas, partim priuatas atque domesticas. Præterea Romanos in epulis illis albis vsos fuisse vestibus, quas quidem in luctu vsurpatas fuisse ex alijs quoque authoribus constat. Argiui ex Græcis omnibus, in funeribus albis vestibus, ablutis aqua, teste Socrate, soli induebantur. Plutarchus in problemat. testatur, fœminas in luctu purpuram atque aurum deposuisse, albasque vestes induisse, idemque propinquos facilitare voluerunt, quemadmodum & mortui corpus albis vestibus velabatur. Alba autem veste idcirco corpus exornabant, quia solus albus color, syncerus ac purus, minimeque inquinatus est, & ob id mortuis aptissimus. Sic in Euangelio legimus corpus domini sindone indutum fuisse, quo vocabulo lineum velamen significatur. Mox eandem purpuram, & aurum, cum eluxissent sumebant, author Liuius. Hinc arbitror natum vt hodie reginæ Francorum post mortem viri, albis tantum induantur vestibus, & si qua vidua sit, regina alba vulgò vocitetur. Hæc Polyd. Virgil. lib. 6. cap 9.

Porrò, vt ad propositum redeam, epularum huiusmodi funebrium magnificentia inde quoq; patet, quod in illis institutum fuit, vt omnia carius venirent, quare ad pollinctum emere sermo pertrebuit. Ferturq; Numæ edictum ne pisces, qui squamosi non essent, ad pollinctum emere fas esset, scilicet ne nimis magno in funeralibus cœnis mercarentur, quam cœnam pollincturam dixêre. In qua etsi nihil deesset, omniaq; affatim suppeditarent, lætari tamen minimè decebat, fuitq; institutum vt per vini, cibiq; lenimen defuncti desiderium leuaretur, vt testis est Alex. ab Alexandro. Operæpretium quoq; hic erit addere illa Iulij Pauli verba lib. 1. Sententiarum sub titulo De sepulchris & lugendis, Qui luget, inquit, abstinere debet à conuiuijs, ornamentis, & alba veste. Fuit hic Iulius Paulus Papiniani discipulus, & floruit L. Septimij Seueri temporibus.

Nunc

Digitized by Google

Nunc de ferarum quarundam gentium epulis funebribus monstrosis sanè quædam dicamus. Epulæ funebres mõstrosæ.
Herod. lib. 4. de Scytharum epulis funeralibus sic scribit: Illos cum decesserunt proximi quique in paluſtrus collocant, ad amicos per quadraginta dies circumferunt. Eos singuli amicorum excipientes, epulum cadauer comitantibus præbent tam propinquis, quàm cæteris. Ad hunc modum priuati homines (de regum sepultura paulò antea dixit) circumaguntur, dehinc humantur. Hæc ille.

Thracum Herodotus hanc sepeliendi consuetudinem prodidit. Triduo, inquit, cadauer proferunt, mactatisq; quotidie victimis comessantur, &c. Thraces.

Persæ in regum funere solebant sacrum ignem extinguere, regũq; cadauer indutum armis in suggestu locare inter decem lectos mortuorum, sustinentes simulachra, septem dies diuisi in contubernia milites epulabantur, næniasq; canebant, testis est Sardus lib. 1. Persæ.

Massilienses, teste Valerio Max. liberorum atque seruorum corpora ad sepulturæ locum plaustro vehere sunt soliti, sine lamentatione, sine planctu, sine luctu funeris, dies domestico sacrificio, ad iectoq; necessariorum conuiuio finiebatur. Addit Valerius, Etenim quid attinet humano dolori indulgere? aut diuino numini inuidum fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri voluerit? Massilienses.

Essedones Scythiæ & ipsi populi, parentum suorum funera cantibus læti prosequi fuerunt soliti, conuocatisq; propinquorum cœtibus, cadauera ipsa (ô horrenda parentalia) dentibus laniarunt, pecorumq; visceribus, mixta conuiuis inter epulas apposuerunt. Osse autem capitis, quod cranium vocamus, & caluarium, poculi loco vsi fuerunt, quod & auro circumornarunt, vt Solinus author est, & Mela. Alij Celtis hoc attribuunt, quod modo de capitis osse dixi. Vnde Silius Italicus libro 13. Punicorum, Essedones. Celtæ.

At Celtæ vacui capitis circundare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant.

Plinius & Paulus Ticinensis testantur, Germanos caluã auro cælare solitos fuisse. Hinc teste Liu. Decad. 3. lib. 3. Boij caput Posthumi ducis sci in prælio cæsi præcisum ouantes templo, quod sanctissimum apud eos erat, intulerunt. Purgato inde capite caluam auro cælauerunt, idq; sacrum ijs vas erat quo solennibus libarent, poculumq; idem sacerdotis, ac templi antistitis erat. Auentinus lib. 1. annal. Boiorum. Vidi, inquit, ego nostrates ex ossibus capitum humanorum bibere, & diuorum capitibus pro pateris vti. Aliter ab Herodoto traditur, ait enim defuncti caput denudatum purgatumque inaurare, eoq; pro simulachro vtuntur, agentes illi quotannis maiores & hostias & cæremonias. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci natalitia.

Indorum quoq;, quorum multiplex variaq; sepeliendi consuetudo fuit, nonnulli qui Calati nominantur, parentes suos priusquã annis, aut morbo aliquo in maciem seniumq; abirent, velut Deorum hostias mactare, cæsorumq; visceribus epulari fas, maximeq; pium iudicabãt. Quamobrem Darius accitos (qui in sua ditione erant) Græcos, percontatus est, quanta pecunia vellent defunctis parentibus vesci. Illis negantibus, vlla se pecunia hoc esse facturos, Darius deinceps Græcis præsentibus, & quæ dicebantur, per interpretem discentibus, interrogauit illos Indos, quantum accipere pecuniarum vellent, vt patres defunctos comburerent, Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari iubebant: vnde Herodotus horum omnium testis addit, rectè Pindarum dixisse, morem omnium esse regem. Indi.

Padæos gentem Indicam, pecuariæ rei deditam, scribit Herodotus ægrotantes interimere, ac epulari, mulieresq; mulieribus idem officij præstare, etiam si se negent ægrotare. Qua causa, inquit, pauci apud eos ad senectutem peruenire dicuntur, etsi perueniant, mactati itidem comeduntur. Padæi.

Sic Massagetæ quoq; Scythica gens eos miserrimos, ac infœlicissimos putabant, qui infirmitate ac morbo decumbentes morerentur, talesq; feris, bestijsq; vorandos proijciebant. Vnde cum parentes & propinqui in senium vergerent, iugulabant, eosq; in frusta concisos, & ouium pecudumque carne permixtos in mensa appositos absumebant, satius rati à se illos, quàm à vermibus consumi. Languore extinctos non edebant, sed terra operiebant, damni loco putantes, quod ad immolationem non veniissent, testis est Herod. lib. 1. Massagetæ.

Idem Ponticis quoq; gentibus ascribit Tertullianus in libris aduersus Marcionem. Parentum, inquit, cadauera cum pecudibus cæsa conuiuio consumunt: qui non ita decesserat, vt escatilis esset, maledicta mors existimabatur. Pontice gẽtes.

Digitized by Google

Rauennæ.

OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. VII. COLLEGII FABR. M. R. HS. S. N. LIBERALITATE DONAVIT, SVB HAC CONDITIONE VT QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM EIVS DEFERANT ET IBI EPVLENTVR DVNTAXAT IN V. IDVS IVLIAS, QVOD SI NEGLEXERINT TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII PERTINERE DEBEBIT CONDITIONE SVPRA DICTA.

Romæ D. M.

P. CORNELIA ANNIA NE IN DESOLATA ORBITATE SVPER VIVERET, MISERA VIVAM ME VLTRO IN HANC ARAM CVM VIRO DEF. INCOMPARABILI AMORE DIL. DAMNAT. DEDO CVM QVO VIXI. ANN. XX. SINE VLLA DO. LIB. LIBERTA: BVSQ. NO. VT QVOTAN. SVPER ARCAM NO. PLOTONI ET OXORI PROSERPINAE OMNIBVSQ. SACRIFICENT ROSISQ. EXORNENT DE RELIQ. IBI EPVLENTVR.

Huiusmodi autem epulas funebres apud Romanos magna cum pompa, at magnificentia celebrari fuisse solitas. Ci. in sua illa interrogatione in Vatiniũ clarissimè testatur, in qua epuli funebris quod à Q. Ario fuit exhibitum mẽtionem facit: eius verba hæc sunt. Atq; illud etiam scire ex te cupio, quo cõsilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Arij familiaris mei cũ toga pulla accumberes? quem vnquam videris? quem audieris? quo exemplo, quo more feceris? Et paulò post, Cedò, quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulũ est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed omitto epulum, populi Romani festum diem, argento, veste, omni apparatu, ornatuque viſendo: quis vnquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla nunquam data est: cum tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Arius albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Figulo atrato cæterisque tuis furijs funestum intuliſti, quis tum non ingemuit? Paulò post mentionem facit epuli magnificentissimi Fausti adolescentis, tandemque concludit hunc locum, his verbis, Quæ te tanta tenuit amentia, vt tu, nisi id feciſſes, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos ciuium, morem veterum, eius, qui te inuitarat, authoritatem, parum putares testificatum esse, supplicationes te illas non putare.

Albæ vestes in epulis funebribus vsitatæ.

Ex his Cic. verbis quoque colligimus epulas hasce funebres partim fuisse publicas, partim priuatas atque domesticas. Præterea Romanos in epulis illis albis vsos fuisse vestibus, quas quidem in luctu vsurpatas fuisse ex alijs quoque authoribus constat. Argiui ex Græcis omnibus, in funeribus albis vestibus, ablutis aqua, teste Socrate, soli induebantur. Plutarchus in problemat. testatur, fœminas in luctu purpuram atque aurum deposuisse, albasque vestes induisse, idemque propinquos factitare voluerunt, quemadmodum & mortui corpus albis vestibus velabatur. Alba autem veste idcirco corpus exornabant, quia solus albus color, syncerus ac purus, minimeque inquinatus est, & ob id mortuis aptissimus. Sic in Euangelio legimus corpus domini sindone indutum fuisse, quo vocabulo lineum velamen significatur. Mox eandem purpuram, & aurum, cum eluxissent sumebant, author Liuius. Hinc arbitror natum vt hodie reginæ Francorum post mortem viri, albis tantum induantur vestibus, & si qua vidua sit, regina alba vulgò vocitetur. Hæc Polyd. Virgil. lib. 6. cap 9.

Porrò, vt ad propositum redeam, epularum huiusmodi funebrium magnificentia inde quoq; patet, quod in illis institutum fuit, vt omnia carius venirent, quare ad pollinctum emere sermo pertrebuit. Feruntq; Numæ edictum ne pisces, qui squamosi non essent, ad pollinctum emere fas esset, scilicet ne nimis magno in funeralibus cœnis mercarentur, quam cœnam pollincturam dixêre. In qua etsi nihil deesset, omniaq; affatim suppeditarent, lætari tamen minimè decebat, fuitq; institutum vt per vini, cibiq; lenimen defuncti desiderium leuaretur, vt testis est Alex. ab Alexandro. Operæpretium quoq; hic erit addere illa Iulij Pauli verba lib. 1. Sententiarum sub titulo De sepulchris & lugendis, Qui luget, inquit, abstinere debet à conuiuijs, ornamentis, & alba veste. Fuit hic Iulius Paulus Papiniani discipulus, & floruit L. Septimij Seueri temporibus.

Nunc

Digitized by Google

Nunc de ferarum quarundam gentium epulis funebribus monstrosis sanè quædam dicamus. Epulæ funebres mōstrosæ.
Herod.lib.4.de Scytharum epulis funeralibus sic scribit: Illos cum decesserunt proximi quique in palustris collocant, ad amicos per quadraginta dies circumferunt. Eos singuli amicorum excipientes, epulum cadauer comitantibus præbent tam propinquis, quàm cæteris. Ad hunc modum priuati homines (de regum sepultura paulò antea dixit) circumaguntur, dehinc humantur. Hæc ille.

Thracum Herodotus hanc sepeliendi consuetudinem prodidit. Triduo, inquit, cadauer proferunt, mactatisq; quotidie victimis comessantur, &c. Thraces.

Persæ in regum funere solebant sacrum ignem extinguere, regiq; cadauer indutum armis in Persæ.
suggestu locare inter decem lectos mortuorum, sustinentes simulachra, septem dies diuisi in contubernia milites epulabantur, næniasq; canebant, testis est Sardus lib.1.

Massilienses, teste Valerio Max. liberorum atque seruorum corpora ad sepulturæ locum plau- Massilienses.
stro vehere sunt soliti, sine lamentatione, sine planctu, sine luctu funeris, dies domestico sacrificio, ad iectoq; necessariorum conuiuio finiebatur. Addit Valerius, Etenim quid attinet humano dolori indulgere? aut diuino numini inuidum fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri voluerit?

Essedones Scythiæ & ipsi populi, parentum suorum funera cantibus læti prosequi fuerunt soliti, Essedones.
conuocatisq; propinquorum cœtibus, cadauera ipsa (ô horrenda parentalia) dentibus laniarunt, pecorumq; visceribus, mixta conuiuiis inter epulas apposuerunt. Osse autem capitis, quod cranium vocamus, & caluarium, poculi loco vsi fuerunt, quod & auro circumornarunt, vt Solinus author est, & Mela. Alij Celtis hoc attribuunt, quod modo de capitis osse dixi. Vnde Silius Italicus libro 13. Celtæ.
Punicorum,

At Celtæ vacui capitis circundare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant.

Plinius & Paulus Ticinensis testantur, Germanos caluã auro cælare solitos fuisse. Hinc teste Liu. Decad.3.lib.3. Boij caput Posthumi ducis sui in prælio cæsi præcisum vuantes templo, quod sanctissimum apud eos erat, intulerunt. Purgato inde capite caluam auro cælauerunt, idq; sacrum ijs vas erat quo solennibus libarent, poculumq; idem sacerdotis, ac templi antistitis erat. Auentinus lib.1. annal. Boiorum. Vidi, inquit, ego nostrates ex ossibus capitum humanorum bibere, & diuorum capitibus pro pateris vti. Aliter ab Herodoto traditur, ait enim defuncti caput denudatum purgatumque inaurant, eoq; pro simulachro vtuntur, agentes illi quotannis maiores & hostias & cæremonias. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci natalitia.

Indorum quoq; quorum multiplex variaq; sepeliendi consuetudo fuit, nonnulli qui Calati nomi Indi.
nantur, parentes suos priusquã annis, aut morbo aliquo in maciem senium q; abirent, velut Deorum hostias mactare, cæsorumq; visceribus epulari fas, maximeq; pium iudicabãt. Quamobrem Darius accitos (qui in sua ditione erant) Græcos, percontatus est, quanta pecunia vellent defunctis parentibus vesci. Illis negantibus, vlla se pecunia hoc esse facturos, Darius deinceps Græcis præsentibus, & quæ dicebantur, per interpretem discentibus, interrogauit illos Indos, quantum accipere pecuniarum vellent, vt patres defunctos comburerent, Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari iubebant: vnde Herodotus horum omnium testis addit, rectè Pindarum dixisse, morem omnium esse regem.

Padæos gentem Indicam, pecuariæ rei deditam, scribit Herodotus ægrotantes interimere, ac e- Padæi.
pulari, mulieresq; mulieribus idem officij præstare, etiam si se negent ægrotare. Qua causa, inquit, pauci apud eos ad senectutem peruenire dicuntur, etsi perueniant, mactati itidem comeduntur.

Sic Massagetæ quoq; Scythica gens eos miserrimos, ac infœlicissimos putabant, qui infirmita- Massagetæ.
te ac morbo decumbentes morerentur, talesq; feris, bestijsq; vorandos proijciebant. Vnde cum parentes & propinqui in senium vergerent, iugulabant, eosq; in frusta concisos, & ouium pecudumque carne permixtos in mensa appositos absumebant, satius rati à se illos, quàm à vermibus consumi. Languore extinctos non edebant, sed terra operiebant, damni loco putantes, quod ad immolationem non venissent, testis est Herod.lib.1.

Idem Ponticis quoq; gentibus ascribit Tertullianus in libris aduersus Marcionem. Parentum, Ponticæ gentes.
inquit, cadauera cum pecudibus cæsa conuiuio consumebant: qui non ita decesserat, vt escatilis esset, male dicta mors existimabatur.

Digitized by Google

Derbices. *Derbices similiter gens Scythica, Hircanis proximi, eos qui septuagesimum annum iam exces-sissent, iugulabant, & in conuiuijs appositos, necessarios, & propinquos ad epulas conuocabant, abstinebant verò vetularum carnibus, eas tantum præfocatas condebant. Atqui si ante id temporis spacium aliquis fato cessisset, non esse, sed terra condere solebant. Lucianus in libro de Luctu. Græcus, inquit, cadauer exurit, Persa defodit, Indus adipe suillo oblinit, Scytha deuorat, muria condit Ægyptius. Atq; hic quidem (rem à me visam narro) desiccatũ cadauer, conuiuam & compotorem adhibet. Atq; hæc de Androphagorũ, siue Anthropophagorum illorum antiquorũ ferissimis immanissimisq; epulis funebribus, quarum fercula potissima fuerunt demortuorũ carnes, quas pecoribus permixtas deuorare consueuerunt.* Americenses. *His persimilia sunt Americensium aliorumq; nostri temporis Anthropophagorum conuiuia immanissima, in quibus hostium suorum, quos præsertim in bello cæperunt, per dies aliquot prius bene saginatorum cadauera assata, ceu suauissimas delitias magna cum lætitia, lasciuia, atq; tripudijs deuorare consueuerunt. De Americensium huiusmodi conuiuijs funestissimis, vide quæ scribat Ioannes Leryensis Gallus, oculatus testis, in sua illa Nauigationis historia, recens Gallico sermone in lucem edita. Atq; hæc de antiquis Iudæorum, Græcorum, Romanorum, aliarumq; gentium barbarum funebribus epulis satis sint dicta.*

Christianorum funebria conuiuia. *Ab illis porrò cùm aliæ cæremoniæ exequiales, tum varia & multiplex in funeribus, postque funera conuiuandi epulandiq; consuetudo ad Christianos promanauit. Græci, Romani, atque etiam Iudæi, gentilium illorum, vt nonnulli volunt, imitatione, statis quibusdam diebus, cùm alia quoque quædam sacra pro mortuis obirent, epulas dapesq; ad sepulchra deferebant, ibique epulabantur, ex quibus commodum aliquod siue solatium in mortuos redundare sibi persuadebant, vnde sunt apud*

Epulæ sepulchrales Christianorum primitiuæ ecclesiæ. *authores ferales cœnæ, silicernia, funerum fercula, de quibus suprà. Hunc morem Christianorum nonnulli primitiuæ ecclesiæ strenuè fuerunt imitati, qui ad martyria, id est, martyrum sepulchra*

Augustinus. *non modò precari, vigilias agere, verum etiam liba offerre, & epulari consueuerunt, in quo compescendo vetusti patres plurimum laborarunt. Augustinus lib. 8. de Ciuitat. Dei, cap. 27. Nec tamen, inquit, nos eisdem martyribus, templa, sacerdotia, sacra & sacrificia cõstituimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus, & paulò post, Quicunq; etiã epulas suas eò (scilicet ad martyrum monumenta) deferunt, quod quidem à Christianis melioribus non fit, & in plærisq; terrarum nulla talis est consuetudo, tamen quicunq; id faciunt, quas cum apposuerint, orant, & aufferunt vt vescantur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt, per merita martyrum in nomine Domini martyrum. Non autem ista esse sacrificia martyrum nouit, qui nouit vnum quod Deo illic offertur sacrificium Christianorum. Nos itaque martyres nostros nec diuinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, sicut colunt illi deos suos, nec sacrificia illis offerrimus, nec eorum probra in eorum sacra conuertimus. Eiusdem moris idem pater mentionem facit, lib. 7. confessionum, vbi luxum eiusdmodi epularum sepulchralium grauiter reprehendit, necnon Psal. 64. & in sermone quodam de cathedra Petri, epistol. 119. & 64. vbi hunc morem sublatum & abolitum esse cupit. Comessationes, inquit epist. 64. ad Aurelium Episcopum, & ebrietates ita cõcessæ & licitæ putantur, vt in honorem beatissimorum martyrum, non solùm per dies solennes, quod ipsum quis nõ lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit, sed etiam quotidie celebrentur, & paulò post: Sed feramus hæc in luxu & labe domestica, & eorum conuiuiorum quæ priuatis parietibus continentur, accipiamusq; cum eis corpus Christi, cum quibus panem edere prohibemur: saltem de sanctorum corporum sepulchris, saltem de locis sacrorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur. Quis enim audet vetare priuatim, quod cum frequentatur in sanctis locis, honor martyrum nominatur? Et paulò post: Sed quoniam istæ in cœmiterijs ebrietates, & luxuriosa conuiuia, nõ solùm honores martyrum à carnali & imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum, &c. Item de moribus Ecclesiæ catholicæ c. 34. Nolite, inquit, consectari turbas imperitorum, qui in ipsa vera religione superstitiosi sunt. Noui multos esse sepulchrorum, & picturarũ adoratores, noui multos qui cum luxuriosissimè super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes super sepultos seipsos sepeliunt. Ambrosius quoq; in lib. de Helia & ieiunio cap. 17. eandem consuetudinem his verbis perstringit: Sicut illi qui calices ad sepulchra martyrum deferunt, atq; illic in vesperam bibunt, & aliter se exaudiri posse non credunt. O stultitia hominum, qui ebrietatem sacrificium putant, qui æstimant illos ebrietate placare, qui ieiunio passiones sustinere didicerunt. Hæc ille. Cyprianus de duplici mar-*

Ambrosius.

Digitized by Google

plici martyrio. Temulentia, inquit, adeò communis est Africæ nostræ, vt propemodum non habeant pro crimine. Annon videmus ad martyrum memorias Christianum à Christiano togi ad ebrietatem? An hoc leuius crimen esse dicimus, quàm Baccho hircum immolare? Cyprianus.

Similis consuetudo, quam antiquissimam esse, & non modò Ethnicis à vera religione auersis, verum etiam Christianis primitiuæ ecclesiæ familiarem fuisse, testimonijs quibusdam probatum est, hodie quoque apud Turcas, & Americenses obtinet. De Turcis sic scribit Bartholomæus Georgeuizius in sua historiola, quam conscripsit de Turcarum moribus vitæq; consuetudine: Sæpius, inquit, ad monumenta mortuorum cum luctu rèdeunt, & inferias ciborum monumento superposito, panes, carnes, caseum, oua, lac, Nouendialis cœna, more Ethnicorum pro anima defuncti, deuoratur à pauperibus, aut auibus cœli & formicis. Dicunt enim æquè gratum esse Deo, offerri eleemosynam tam brutis animantibus, quàm hominibus, cum ob amorem Dei offertur. Multos vidi, qui auiculas data pecunia, quanta illæ æstimabantur, euolare iusserunt, alios panes piscibus in flumen proijcere amore Dei, cum dicerent, se pro tali officio, pietateq; erga egentes amplissimam à Deo mercedem consecuturos. En quo homines nonnunquam progrediantur amentiæ, quando quicquid bonæ, vti loquuntur, intentione, Deiq; nomine agunt atq; moliuntur, id Deo siue id verbo eius consentaneum sit, siue non, gratum & acceptum esse, eiusq; illum se remuneratorem habituros esse sibi persuadeant. Turcæ.

De Americensibus autem hæc literis memoriæq; recens prodidit Ioannes Leryensis testis αὐτόπτης, (de quo paulò ante dictum est) A prima statim nocte, postquam cadauer defuncti, eo quo quo dictum est, ritu terræ fuit mandatum, magnas patinas farinæ, volucrum, piscium, aliorumque ciborum prius bene coctorum plenas vna cum potu caouin dicto, defuncti sepulchro imponunt, idque more planè diabolico tandiu facere continuant, dones ipsum cadauer putrefactum esse existimant. Id autem faciunt, quia huiusmodi mentis errore sunt imbuti, vt existiment diabolum, (quem sua lingua Ayguam appellant) nisi alios cibos, quos deuoret, ibi præsentes habeat, ipsum cadauer effossurum rursus, atque deuoraturum esse. Ab hoc errore, addit author, illos abducere eo nobis fuit difficilius, quod Nordmanni quidam interpretes, qui ante nos in regionibus illis versati sunt, sacerdotum Belis imitatione, cibos illos sepulchris impositos, noctu clam surripuerunt, quos miseri illi homines à diabolo illo suo deuoratos fuisse crediderunt. Hæc itaque Nordmannorum fraus ita illos in suo illo errore obstinatos reddidit, vt quantumuis vel ipsa experientia summo studio illis demonstrare simus conati cibos illos, quos vesperi in sepulchro collocarant, crastino die illibatos adhuc reperiri, vix tamen paucis quibusdam id persuadere potuerimus.

Atque hic quidem agrestium illorum hominum error parum admodum à Rabbinorum, hoc est, doctorum Iudaicorum, necnon Pausaniæ delirijs videtur differre. Rabbini enim, quorum multa alia sunt errorum opinionumque falsarum monstra atque prodigia, defunctorum corpora credunt diaboli cuiusdam potestati esse permissa, quem illi Zazelum aut Azazelum appellant, quemque in Leuitico aiunt deserti principem appellari. Atque ad hanc quidem impiam absurdamque suam opinionem confirmandam, quædam sacrarum literarum loca, vt Leu. 16. Isa. 65. & in primis illa Dei verba ad serpentẽ Ge. 3. (vesceris puluere toto vitæ tuæ tempore) impiè impudenterq; detorquent. Quoniam enim, inquiunt illi, corpus humanũ ex terræ puluere atq; luto (qui quidem diaboli est cibus illi à Deo assignatus) est conflatũ, idcirco illud eius potestati esse subiectum, donec in spiritualem naturam fuerit conuersum. Pausanias similiter dæmonis cuiusdam mentionem facit, cui nomen Eurinomus, à quo oraculorum Delphicorum interpretes mortuorum carnes omnino deuorari, nec quicquam ab illo præter ossa reliquum fieri constanter affirmarunt. His adde quod Græci μελιττοῦται, id est, placentam mellitam mortui ori statim imposuerunt, quam obijceret latranti cerbero, sicuti & δβολὸν Charontis naulum, teste Alexandro Sardo, Ferrar. lib. 1. de Moribus gentium. In Peruanorum similiter exequijs, cùm multa alia absurda, tùm hoc maximè, quod aliquot sui liquoris (quem illi Cicha appellant) pocula in sepulchrum inuergentes, eum per calamum vsque ad mortui os pertinentem, seu infundibulum transmittunt, auctor est Aug. Zarat. historiæ Perù lib. 1. cap. 12. Sic mortuis quoque olim Eucharistiam à Christianis nonnullis dari fuisse solitam, videtur posse colligi ex Antisiodorensis Concilij, canone 12. quo decernitur, ne mortuis Eucharistia aut osculum detur, nec velo, aut pallijs corpora eorum inuoluantur. Præterea vt olim Ethnici, præ- Rabbinorum error.

Christianorum error.

sertim Romani congiaria, viscerationes, sportulas in funeribus populo largiri consueuerunt, ita quoque Christiani primitiuæ ecclesiæ ad defunctorum memoriam cibos, & alia donaria in pauperum, & clericorum vsum contulerunt, vt ex Origenis lib. 3. in Ioelem colligitur, hinc qui ea conferebant, sportulantes vulgò vocabantur. Huiusmodi porro sportularum collationes in pauperum atque clericorum vsum oblationes quoque sæpenumero à patribus appellantur. Vt Tertullianus in libro de Monogamia, Enimuero pro anima eius orat, & refrigerium interim postulat, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus (annuè recurrentibus) dormitionis eius. Hinc, inquit B. Rhenanus, Anniuersariorum sacrorum cum eleemosynis origo, quæ apud nos perpetua instituuntur. Sed in conciliatione matrimonij fiebat oblatio. Nam sic scribit in calce secundi libri ad vxorem suam. Vnde sufficiam, inquit, ad enarrandam fœlicitatem eius matrimonij, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli renuntiant, Pater ratò habet? Idem pater in exhortatione castitatis ad maritum (quem librum Hieronymus aduersus ecclesiam scriptum esse dixit) inter alia inquit, Et iam repete apud Deum pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas: has orationes oblationesque paulò post sacrificium appellat. Idem de Corona militis. Oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitijs annua die (singulis annis recurrente) facimus. In hæc posteriora verba sic B. Rhenanus commentatur. Hoc tametsi Ethnicum aliquandiu tolerauit ecclesia, Concilium Nicenum & sequentia apertè damnant, vt primorum Conciliorum canones ostendunt, qui in pluribus adhuc Bibliothecis extant digni, qui in lucē emittantur. Author est Pontius Paulinus, populum qui ad natalem D. Fœlicis Nolam confluebat, epulari solitum in æde sacra. Proinde ipse parietes templi picturis ex veteri Testamento desumptis, ornandos curauit, vt accumbentes in communi mensa spectandis illis occupati, temperantius conuiuium exigerent. Id quod propterea duxi referendum, vt mos comessandi in dedicationibus templorum, & natalibus diuorum diebus antiquus esse cognoscatur. Opus autem erat olim multa Christianis indulgere, qui plerunque iam senes de paganismo ad nostram religionem conuertebantur. Porrò in celebrando natali die genialis Ethnicorum lætitia à præsulibus Christianis rectè in oblationes (quæ in eleemosynam pauperum conferebantur) mutata est, quum ad nostram illi religionem transissent. Hæc Rhenanus, qui illam martyrum natales epulis celebrandi consuetudinem Ethnicam esse, & aliquandiu à Christianis toleratam, sed tamen Concilij Nicæni, aliorumque sequentium canonibus damnatum fuisse confitetur. Sed quod ille de natalitijs affirmat, idem quoque de anniuersarijs illis Christianorum sacris atque oblationibus pro defunctis dici posse, nemini cui Ethnicorum varia sacra atque sacrificia pro defunctis fieri solita, de quibus suprà, nota sunt, dubium esse potest, quin illorum quoque origo ad Ethnicos sit referenda. Notabis quoque non omnes consuetudines antiquitatis solo nomine approbandas esse. Adhæc, id quod ad propositum præsens maximè facit, obseruatu dignum est, oblationum nomine, B. Rhenano ecclesiasticarum antiquitatum peritissimo teste atque interprete, ea quæ in pauperum eleemosynam conferuntur, intelligenda esse, id quod ex Canone quoque illo Carthaginensi & Vasrensi 13. q. 2. clarissime constat, Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesijs, aut difficulter reddunt, illi tanquam egentium voratores, qui pauperes consolatione, alimonia, & necessaria sustentatione defraudant, habendi sunt. Huiusmodi autem sportularum oblationumque mos antiquus hodie quoque apud multos Christianos cum funeribus, epulisque funebribus est coniunctus, quæ partim in pauperum, partim in sacerdotum vsum cedunt.

De diebus defunctorum memoriæ destinatis.

Præterea olim Græci atque Romani, sicuti suprà dictum est, certos quosdam ac definitos dies, in tertium, septimum, nonum, & quidem trigesimum & quadragesimum, non sine quadam numerorum religione defunctorum manibus, atque memoriæ statuerunt, illosque partim sacris nonnullis (de quibus suprà dictum) partim epulis celebrarunt. Huiusmodi fuerunt Græcorum quidem Necysia, Ennata, Enagismata, Cterismata, Enchnismata, Tarchymata, Triacontades: Latinorum verò Iusta, Exequiæ, Inferiæ, Parentationes, Nouendialia, Denicalia, Februa, Feralia, & alia huiusmodi, de quibus suprà dictum. Eundem ferè morem, atque consuetudinem hodie Christianorum quoque quàm plurimi diligenter studioseque obseruant. Habent enim & illi certos quosdam dies, quos mortuis dedicatos, partim sacris quibusdam atque cæremonijs, partim lautissimis epulis celebrant. Apud Germanos quidem illi, qui se Catholicos profitentur, hoc ferè more vtuntur.

Primò

Primò quidem illo ipso die quo defuncti corpus inhumatur peractis ad sepulchrum iustis & funeralibus domi conuiuium lautum atq; splendidum amicis, propinquis, atq; sacerdotibus, qui funeralia procurant, exhibetur, in quo & de mortui laudes, & viuentium solatia à sacerdotum aliquo, vel etiam ab alio post epulas funebri oratione referuntur. Sportulæ quoq; cùm pauperibus, tùm sacerdotibus ad funeralia vocatis erogantur. Deinde septimus dies post defuncti obitum eodem ferè modo, nempe missæ administratione, precularum quarundam ad sepulchrum demurmuratione, & aquæ lustralis inspersione, sportularũ largitione, deniq; lautissimo conuiuio, vocatis ad illud similiter cognatis, necessarijs, atq; sacerdotibus celebratur. Hæc solenia vernaculo sermone siberndē/ hoc est, septimana appellant, quæ quidem à Romanorũ Nouendialibus, immutato parum dierum numero, promanasse Polyd. Virg. & Cæl. Rhod. testantur, sicuti suprà dictum est. Illorum hanc Cæl. Rhod. ratione reddit, Dei cultores, inquit Strabus, septem diebus exequias celebrant, vnde Eccles. iust. 22. Luctus mortui septem dies, luctus autem fatui omne tempus vitæ eius. Septenarius quippe quietem significat, vnde septima dies sabbatum, id est, requies dicitur. Celebrant ergo septimum diem mortuorum, optantes illos cum domino conquiescere, exantlatis vitæ huius ærumnis impatibilibus. Dici quoq; illud potest, sicuti tertia dies mortui agitur à fidelibus, vt anima quæ est triplicis naturæ requiescat, ita septimus celebratur dies, vt anima corpori reconcilietur, quæ carne illiciente peccauit. In septenario enim tria sunt & quatuor: ternarius pertinet ad animam, quæ irascibilis & concupiscibilis, ac rationalis est: quaternarius corporis, quod ex quatuor consurgit elementorum potestatibus. Hæc ille de septimana hac solennitate scripsit, quæ vt olim, ita hodie quoq; comessationibus potissimum celebratur, ita vt mirum non sit presbyteris fuisse canonicis decretis præceptum, ne in illa ebrietati indulgeant. Septimana. Virg. lib. 6. c. 10. Cæl. lib. 17. cap. 22.

Septimanam porrò sequuntur trigesima (huiusmodi fuerunt Græcorum τριακοστὰς, & Argiuorum ἐγκυσμὸς, quod sacrum similiter 30. die post mortem Mercurio factum fuit) quæ & ipsa partim missæ celebratione, atq; aliis nonnullis cæremonijs, partim epulationibus effusis agitantur, quæ vulgò der dreyssigest/ id est, trigesimus, siue trigesima appellantur. Postremò anno elapso anniuersaria (vulgò jarzeyt vocant) simili modo celebrantur. Verùm quoad dierum horum funebrium, atq; solennium numerum notandum est illum non similiter & antiquitus fuisse obseruatum, & hodiè quoq; obseruari. Nam, vt Ambrosius in libro de Theodosij obitu scriptum reliquit, alij etiam diem tertium (de quo paulò antea ex Cælio) alij tricesimum (quoniam filij Israel Mosem 30. dies luxerunt) alij septimum (quoniam Iosephus 7. dies patris mortem luxit) alij etiam quadragesimum diem obseruarunt, propterea quòd 40. dies Iacobo mortuo completi fuerunt. Apud Russianos, teste Boemo lib. 2. qui amplioris sunt fortunæ, quadragesimo die à funere conuiuantur in defuncti memoriam, quorum autem res sunt angustiores, quinquies hoc temporis interuallo solenni modo epulantur, obseruant etiam dies obitus, quos anniuersarijs celebrant epulis. Trigesimæ. Anniuersariæ.

Ac omnino quoad commemeratas illas Christianorum epulas, atq; conuiuia funebria (quæ Germanicè vulgò todten oder leichmaal appellantur) incredibile dictu est, quanta illa cum luxuria, lasciuia, sumptibus effusis, immanibus pecuniarum iacturis agitentur. Rectè itaq; à nonnullis per iocum Kappenmaal/ hoc est, coruorum cœnæ nominantur, propterea quòd cum cæteri conuiuæ, tum verò atq; in primis sacerdotes, in quorum vsum illæ potissimum cedunt, quibus etiam finito epulo sportulæ pecuniariæ dantur, ceu corui quidam ad cadauer aduolantes, de mortui quasi carnes, hoc est, bona atq; fortunas deuorant & absumunt. Vnde Gyraldus in quodam suo Hendecasyllabo, rudes, inertes, & ebriosos huiusmodi sacerdotes semper sepulturis & cadaueribus quasi vultures inhiantes, sacerdotes Nouendiales, & vulturios nominat, quos sanè eandem ob causam & illis Bactrianorum; Hyrcanorumq; canibus sepulchralibus, quibus mortui deuorandi olim obijciebantur, & illis Antropophagis, qui suorum defunctorum carnes deuorabant, non ineptè forsan comparare possis. Vulgò etiam illi qui huiusmodi epulis feralibus fruuntur, tàm laici (vti vocant) quàm sacerdotes dicuntur, den todten verdrincken/ hoc est, mortuum potando absumere, siue perdere, & quidem verè, quoniam illius bona hæredibus relicta, vel certè magnam illorum partem, quantum in se est, immanissimis illis suis potationibus absumunt atq; perdunt. Simili dicendi forma, & eandem ob causam, vti suprà dictum est, in puerperalibus, siue natalitijs conuiuijs ipsi conuiuæ infantes, quos dicuntur, verdrincken/ hoc est, potando abalienare, quasiq; perdere: Huiusmodi verò Epularum funebrium luxuria.

conuiuia exequialia, in quibus gulæ, ebrietati, insanis & immanibus propinationibus, dictis gestibusque lasciuis indulgetur, quam sint, non dico à religione Christiana, sed à ratione, adeoque ab ipso sensu communi aliena, quis quæso, nisi ipsius sensus communis expers, non intelligit? Funera luctum (cum tamen moderatum) requirunt. In luctu autem ita effrænatè, immoderatéque epulari, inebriari, & id quod est consequens, iocari, cantare, cachinnari, aliosque huiusmodi indecoros, incompositos petulantesque gestus edere, qui conuenit? Annon quæso Christiani in hoc barbaris, temulentisque illis Thracibus sunt comparandi, qui inuita quasi repugnanteque natura suorum natales luctu, mortes autem atque funera effusa futilique lætitia, omnique petulantiæ, atque lasciuiæ genere fuerunt prosecuti? Nec verò nuper tantum hæc luxuria in Christianam Rempublicam inuasit, sed aliquot ante annis, id quod ex Conciliorum quorundam canonibus atque decretis ad illam moderandam pertinentibus satis superque constat. Arelatense Concilium tertium, in titulo, De his, qui vanitates in excubijs exercuerint, ita statuit, Laici, qui excubias funeris obseruant, cum timore, terrore & reuerentia hoc faciant: nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec ioca, nec saltationes facere, quæ Pagani docente diabolo adinuenerunt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solùm à religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolui, & omni pietate, & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, vbi luctus & planctus fidelibus vocibus debuerit resonare pro amissione chari fratris, &c. Extat quoque in decretis Canonicis Distinct. 44. Canon. Nullus ex Concilio Nauclensi. Nullus presbyterorum, quando ad anniuersarium diem, trigesimum, aut septimum, aut tertium alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam conuenerit, se inebriare nullatenus præsumat, nec rogatus amore sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat. Huiusmodi decretis atque statutis veteres isti conuiuiorum funebrium luxuriæ modum aliquem statuere voluerunt, quibus neglectis hodie tàm sacerdotes, quàm laici, vt quotidiana docet experientia, in illis ipsis lugubribus funestisque epulis maximè potando, helluando, lasciuiendoque insaniunt, ita vt non funeralia, sed Bacchanalia potius celebrare videantur. Nec tamen idcirco omnem funebrium huiusmodi conuiuiorum vsum improbarim, siquidem illa sint frugalia, & moderata, nec ad gulam, ebrietatem, luxuriam, atque lasciuiam, sed ad mutuam potius animorum recreationem atque consolationem, luctusque mitigationem adhibeantur, quem ob finem antiquitus illa & instituta, & vsurpata esse crediderim. Atq; hæc quidem satis sint dicta de Christianorum epulis funebribus, quas illi post defunctorum suorum obitum tanto plerũq; cum luxu atq; luxuria agitare solent, vt verè quidem funestæ atq; ferales dici, ac cum antiquis illis Græcorum, Romanorum, ne dicam Scytharum feralibus, immanissimisq; cœnis optimo iure comparari possint.

Martyrũ festa

Non incommodè quoque, meo iudicio, ad funebres cœnas referendæ sunt illæ epulationes, quæ in Martyrum diebus festis hodie à Christianis agitari solent. Illi namque dies festi, dies sunt beatæ glorioseque illorum mortis, quam illi pro Christo, veraque religione fortissimè constantissimeque oppetierunt, qui quidem à veteribus diligenter annotati, & quoniam per mortem illam suam in Christo, veritatis testem locupletissimam, ad verè vitalem æternamque vitam renascebantur, γενέθλια, id est, natalitia dicti, & quotannis multis partim precibus, partim cohortationibus ad similem pietatis, religionisq; constantiam, circa ipsa plerunque martyrum sepulchra atque monumenta culti & celebrati fuerunt. Hodie verò quanta illi ipsi dies à Christianis non modò superstitione, verum etiam cibi potusque intemperantia, omni libidinis, ludorumq; obscœnorum, atque flagitiosorum genere celebrentur, imò vt verius dicam, polluantur, quid opus est multis verbis, res & experientia ipsa quotidiana satis loquitur. Verum de his forsan plura dicentur in sacrarum epularum, conuiuiorumq; explicatione.

Iudei.

Nunc de aliarum quoque gentium à Christiana religione abhorrentium cœnis epulisque funebribus hodie vsitatis, quædam adijciamus. Iudæi hodie ieiunijs potius, quam conuiuijs die septimo, trigesimo, atque anniuersario vacant, & primis septem diebus non nisi humi cibum capiunt. De ijsdem eorumque more ex S. Hieron. suprà dictum est. Alex. Sard. lib. 1. de Moribus gentium dicit inter alia, Iudæos populo dare epulas ferales.

Turcarum

Turcarum luctus (de quorum consuetudine epulas ad sepulchra deferendi, suprà dictum est) tertio plerunque die finitur, & nonnunquam octauo vocatis ad epulas & coniuuia amicis & propinquis, vbi & sermones habentur tempori & rei congrui. Non ideò tamen fœminæ, matres scilicet & vxores, sororesq; ac reliquæ eiusmodi mulieres à luctu cessant, quoniam frequentius sepulchrũ adeunt, suamque sortem deflent, eiulatum nostratium non parum imitantes, testis est Gyraldus in libello de Sepulchris. Turcæ.

Apud Fessanos moris est, vt aliquo mortuo omnes quotquot adsunt amici, atq; propinqui accedant, mœstam solentur viduam, variosq; ad illam cibos mittant. Non enim in funebri domo culinam curare nisi peracta funeratione licet, teste Africano. Fessani.

Indi Caranganoræ vrbis incolæ, vt Iosephus Indus in suæ nauigationis historia scribit, si quis illorum diem suum obijt, mox quàm plurimi conueniunt, & diebus octo continuis comessantur. Indi.

His porrò epulis funebribus post mortem alicuius agitari solitis, merito quoque videntur esse annumerandæ epulæ illæ funestissimæ, quæ nonnunquam paulò ante mortem agitantur. Sic olim in Ceo insula (Theophilus Chium vocat, Menander Iulidem Cei vrbem) sexagenarij (qui olim Romæ è ponte deijciebantur) cum se non amplius ad rempublicam administrandam viderent esse vtiles, lege conuocatis necessarijs post sacrificium, & conuiuium coronati cicutam bibebant, atq; ita vitam suam finiebant. Epulæ funestæ ante mortem agitari solent.

Sic Beniaminus Iudæus, qui ante 400. ferè annos maximam orbis terrarum partem perlustrauit, in suo Itinerario scribit insularum Chenerag incolas, qui ignem colunt, & Dugbijn appellantur, nonnunquam seipsos viuos igni deuouere, atque id quidem à magnatibus illius regionis plerunque fieri. Quo igitur die votum, quo se quis obstrinxit, exoluendum est, magno conuiuio primum exceptus, si diues fuerit, equo vehitur: sin verò pauperior, pedes suorum aliorumq; turba comitatus ad campi vsq; initium deducitur (in quo ingens ignis omnibus diebus ardet, quẽ ipsi Elhota vocant, per quem filios quoque suos transmittere expiandi causa, & in quem mortuos suos conijcere solent) inde cursu inito in ignẽ insilit, tumq; familiares cognatiq; omnes & consanguinei tympanis, & choreis summa cum lætitia exultant, & ludunt, quoad ille omnino combustus fuerit. Triduò autem post (vt hæc quoq; addam, ex quibus tartarei illius serpentis fraus perspicitur) duo ex præcipuis sacrificulis illius domum adeuntes, familiæ omni præcipiunt domum parari patri ipsorum eadem die ipsis affuturo, atque quid ipsos facere oporteat declaraturo. Aduocantur igitur ex ciuitate testes aliquot, & ecce Satan (qui non modo hominũ, sed Angelorum quoq; formam, teste sacra scriptura non nunquã homines decipiendi causa induit) illius speciem imitatus adest, quem vxor & filij rogant, quemadmodum cum illo in altero sæculo agatur, quibus ille respondens, Veni, inquit, ad socios meos, à quibus non excipior, donec ea exoluam, quæ familiaribus & propinquis meis debeo. Extemplò filijs res distribuit suas, iubetque debita omnia creditoribus persolui, & à debitoribus quicquid debeatur exigi, testibus omnia ipsius verba excipientibus atque describentibus, à quibus tamen non videtur: tum verò se viam suam repetere dicens, euanescit. Huiusmodi itaque errore mendacio, & fraude sacrificulorum illorum calliditate, & artibus magicis extructa, vanitatem suam gens hæc tuetur, ac mordicus retinet, seque nationum omnium terræ beatissimam esse iactat. Hæc Beniaminus ille de ignicolis illis, ex quibus constat rectè Athanasium quæstione 11. qua quærit, Cur Deus non permiserit animas defunctorum redire, & enarrare quis status apud inferos, & qualis ibi necessitas, respondisse, Quoniam multi inde errores orirentur. Dæmones enim formas humanas induere possent, & dicere à mortuis se resurrexisse, & inde multas res ementitas, & falsa dogmata de ijs, quæ ibi fiunt, spargere, idque ad seducendum nos, atque perdendum. Vide quæ eandem in sententiam à Chrysostomo Homilia 29. in Matth. & concione 4. de Lazaro pie, prudenterq; disserunt, ex quibus quantum mortuorum spectris, visionibus, atq; reuelationibus sit tribuendum, quãtaq; in illis adhibenda cautio satis constat.

Verum, vt ad propositum redeam, epulis huiusmodi funestis mortis quasi prodromis accenseri possunt illæ epulæ atque dapes, quæ illis qui mox capitis supplicio sunt afficiendi, exhibentur, quas vernacula nostra lingua, Henckermaal/ hoc est, carnificis epulas appellamus, quæ, quoniam lauciores nonnunquam esse solent, binc fit, vt eadem vox Synecdochicôs aliquando pro quauis lauta cœna vsurpetur. Hisce epulis non malè, meo iudicio, comparari potest extrema illa cœna, quam

Digitized by Google

bestiarij sumebant in publico, quam Tertull. in Apolog. c. 42. his verbis perstringit. Non in publico liberalibus discumbo, quod bestiarijs suprema cœnantibus mos est. Atque hæc quidem satis habui quæ dicerem de funebribus epulis, de reliqua vero pompa exequiali, deq; varia & multiplici Iudæorum, Romanorum, Græcorum aliarumq; nationum cum antiqua, tum hodierna funerandi ratione, ritibus atque cæremonijs qui plura cognoscere cupit, is legat Gyraldi libellum de sepulchris, & vario sepeliendi ritu, Lazium de Repub. Ro. Polydorum Virgil. lib. 6. c. 19. & 10. Cœlium Rhod. lib. 17. c. 19. 20. 21. & c. Brunonem de Cæremonijs cap. 2. 3. 4. 5. Alex. Sardum Ferrariensem de moribus ac ritibus gentium lib. 2. De antiquo Iudæorum sepeliendi ritu, vide Tremell. in Testamento vetere p. 139. Hæc de tertia conuiuiorum diuisione secundum quinq; vitæ humanæ actus.

QVARTA CONVIVIORVM DIVISIO

SECVNDVM PERSONAS, ITA VT ALIA DICANTVR ESSE ciuium, siue popularium, alia quæ cum peregrinis hospitibus, & aduenis agitantur. De Iudæorum, Græcorum, Romanorum, antiquo hospitij iure atq; necessitudine: eius contrahendæ colendæq; modo. De populorum aliorum mirifica erga peregrinos liberalitate.

CAPVT XXVII.

Conuiuiorum hospitalium nomina.

QVARTA conuiuiorum diuisio nõ incõmodè secundum personas hoc modo videtur posse fieri, vt alia dicantur esse ciuium siue popularium, hoc est, quæ inter eos, qui eiusdem sunt ciuitatis, agitantur, de quibus partim iam multa dicta sunt, partim plura dicentur: alia verò quæ cum hospitibus, peregrinis & aduenis ineuntur, quæ Græcè Athenæus lib. 5. statim ab initio συμπόσια ξενικὰ & συμπότια πρὸς τὺς ξένους: Pindarus, τραπέζας ξενίας appellauit: appellantur etiam δοχαὶ & ὑποδοχαὶ. Latinè hospitalia possunt dici, vt Cicero hospitalem mensam dixit. Laudatissimũ sanè hoc conuiuij genus, quo aduenæ atq; peregrini excipiuntur, existimari debet. Virtus namq; vnde hoc proficiscitur, nobilissima præstantissimaq; est, hospitalitas Latinis, Græcis ξενία & φιλοξενία dicta, qua nimirum peregrinos & aduenas quocunq; possumus humanitatis, benignitatis, beneuolentiaq; genere prosequimur, illis ædes domosq; nostras patefacimus, cibum potumq; liberaliter præbemus. Hinc Cicero lib. 2. Offi. Rectè etiam, inquit, à Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim vt mihi videtur, valdè decorũ patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus, idq; etiam Reipub. est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe nostra non egere. Huic simili illud Pontani: Est autem non modò priuatorum ciuium, verum etiam vrbium ipsarum summa laus, priuatas domos patere peregrè venientibus. Ambrosius lib. 1. Off. cap. 21. Commendat, inquit, plerosq; etiam hospitalitas. Est enim publicæ speciei humanitatis, vt peregrinus hospitio non egeat, suscipiatur officiosè, pateat aduenienti ianua. Valdè id decorum totius orbis existimatione, peregrinos cum honore suscipere, non deesse mensæ hospitalitatis gratia, occurrere officijs liberalitatis, explorare aduentus hospitum, Abrahami atq; Lothi exemplo. Virtuti huic præstantissimæ contraria est inhospitalitas, quæ secundum Cic. definit. est opinio vehemens eaq; inhærens & penitus insita, valdè fugiendum esse hospitem, Græcè ἀξενία, ἀμιξία, κακοξενία & ἀλεξενσία dicta, non legi modò diuinæ, verùm ipsi quoque naturæ contraria & inimica.

Hospitalitatis laus.

Inhospitalitas.

Hospitalium epularum exempla.

Ac in sacris quidem literis, vt inde pro more nostro exordium ducamus, hospitalitatis, conuiuiorumq; hospitalium illustria sanè extant exempla patriarcharum aliorumq; sanctissimorum hominum, qui peregrinos & aduenas, & inter hos sæpè angelos, imò vt Theologi nonnulli volunt, ipsum Dei filium, ἀνθρωποειδῆ, id est, humana specie atq; forma præditum in ædes suas humanissimè inuitarunt, receperunt, omniq; officiorum genere fuerunt prosequuti. Sic namq; magnus & illustris ille omnium gentium pater Abrahamus circa meridiem, quo ferè tempore propter vim æstus in calidis præsertim illis regionibus viatores diuertere solent, ad tabernaculi sui ostium sedisse scribitur, ho-

Abrahami hospitalitas. Gen. 18.

Digitized by Google

tur, hospites scilicet, vt benè Basilius inquit, quasi venandi aucupandiq; gratia. Is itaq; cum sublatis oculis tres angelos, quos ille homines peregrinos esse putabat, conspexisset, illis illico magna cum celeritate obuiam occurrit, illosq; honorificè humaniterq; partim demisso humiliq; corporis gestu, partim verbis huiusmodi non modò salutauit, verùm etiam in ædes suas inuitauit. Mi domine, inquit, si gratiam inueni in oculis tuis (dominum in singulari numero tres illos appellando sacrosanctæ Trinitatis ὁμοούσιον vnitatem Theologis nonnullis innuere videtur) ne quæso transeas à seruo tuo. Capiatur obsecrò parum aquæ, & lauate pedes vestros, & recumbite sub arbore. Interim accipiam buccellam panis ad fulciendum cor vestrum, quò facilius postea iter vestrum perficere possitis. Hæc fuit humana pariter atq; honorifica illius salutatio, inuitatio, officiorumq; hospitalium promissio. Cum verò illi precibus illius satisfacerent, ipse confestim summa cum celeritate ad vxorem suam se se in tabernaculum recepit, illamq; festinanter ex tribus satis farinæ similagineæ panes subcineritios conficere iussit. Ipse interim ad armenta cucurrit, indeq; vitulum tenerum & opimum accipiens, illum puero, hoc est, famulo suo mactandum coquendumq; tradidit. Deinde butyrum, lac, vitulumq; quem parari curarat, illis apposuit, stansq; sub arbore illis cibum capientibus ministrauit. Postremò illos è mensa surgentes, & aditer suum redeuntes deduxit.

Annon hoc quæso perfectæ, omnibusq; suis numeris absolutæ hospitalitatis exemplar est, quod Spiritus sanctus nobis non modò ad diligenter attenteq; contemplandum, verùm etiam ad imitandum proposuit. Nam primò quasi occasionem omnem peregrinos excipiendi captans potissimum circa meridianum tempus, quo (vti suprà dixi) viatores ob summam caloris vim tecta atque diuersoria quærunt, non intra domesticos tabernaculi parietes latitans (vt multi solent) sed stans foris, quasi speculabatur, vt Ambrosius inquit, ne fortè præteriret peregrinus aliquis, & diligenter prætendebat excubias, vt occurreret, & præueniret, vt rogaret. Sic Tegesdelti oppidi Africæ incolæ custodibus portarum mandant, simul ac peregrinus quispiam appulerit, inquirant ab eo, habeat ne certum aliquem in ciuitate amicum: quod si habere se neget, ab ijs ad hospitium deducitur, testis est Cæl. Augustinus Curio, in Marochensi regni descriptione. Deinde cum tres illos conspexisset, non expectauit donec illi ad se venirent, multò etiam minus fugiens sese intra tabernaculum suum recepit, sed vltrò ac sponte sua illis alacriter honoris gratiam obuiam processit, illosque cùm gestibus, tùm verbis honorificis atque humanis inuitauit. Præterea aquas illis ad pedes abluendum (pro more illius regionis) adferri, illosque sub arbore ceu opaco & amæno in loco, requiescere iussit. Postea cibos illis suaues admodum & delicatos summa cum celeritate apparari curauit. Tum cibos illos coctos iam & paratos illis apposuit, ipseq; in tanta famulorum copia, qua abundauit, solus stans illis dapiferi atq; pincerna officium gnauiter præstitit. Postremò, vt amicè, beneuolè honorificeq; illos exceperat, inuitarat, tractarat, eodem modo abeuntes humaniter deduxit aliquò vsq; atq; comitatus est, secundum illud Homeri præceptum:

Amplificatio hospitalitatis Abrahami.

χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δ' ἐᾶ πέμπειν,

Hoc est, hospitem oportet præsentem liberalitate excipere atque tractare, abire autem volentem amicè dimittere atque deducere. Huiusce verò egregiæ suæ hospitalitatis fructum statim vberrimum accepit, lætissimum nimirum nuntium de futura sobole, siue, vt Ambrosij verbis lib. 2. Offic. vtar, pro hospitalitatis mercede, fructum posteritatis recepit. Similis omnino atque germanæ hospitalitatis exemplum habemus in Lotho Abrahami nepote. Is enim in porta Sodomorum sedens, ac duos angelos, quos putabat esse homines, conspicatus, surrexit statim, illisq; obuiam processit, deinde illos amicè honorificeq; huiusmodi verbis alloquutus est & ad se inuitauit: Obsecro vos, mei domini, ad domum serui vestri diuertite, ac mecum pernoctate, lauate pedes vestros, vt manè consurgentes persequamini iter vestrum. Cui illi: Non, inquiunt, sed in platea pernoctabimus. At cum ille vehementius & acrius instaret & vrgeret vt apud se diuerterentur, illi tandem domum illius sunt ingressi, quibus cænam admodum liberalem instruxit, placentas infermentatas apposuit, illosq; noctu aduersus Sodomitarum vim atq; violentiam cum summo vitæ suæ, filiarumq; suarum pudicitiæ periculo tutatus fuit. Hanc quoq; insignem sanctissimi illius viri hospitalitatem Deus insigni beneficio remunerauit, dum illum vnà cum tota sua familia angelorum illorum opera ex horrendo, funestoq; illo Sodomorum incendio clementissimè liberauit atq; eripuit.

Lothi hospitalitas. Gen. 19.

Illustria sane hæc duo sunt atque præclara hospitalitatis exemplа, de quibus egregiè S. Am-

Ambrosij enconium hospitalitatis.

brosius Officiorum lib. 2. cap. 21. hunc in modum disserit: *Tanta est, inquit, apud Deum hospitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ à præmijs remunerationis immunis sit. Vides quia Abraham Deum recepit hospitio, dum hospites quærit? Vides quia Loth Angelos suscepit? Vnde scis an & tu cum hospitem suscipis, suscipias Christum? Licet in hospite sit Christus: quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: In carcere eram, & venistis ad me: nudus eram, & operuistis me. Suaue est igitur non pecuniæ, sed gratiæ studere. His similia sunt illa Augustini: Discę, inquit, Christiane, sine discrimine exhibere hospitalitatem, ne fortè cui tu domum clauseris, cui humanitatem negaueris, ipse sit Christus. Melius igitur est malum sub specie boni etiam recipere, quàm hominem excludere: melius fertur bonus, quàm excluditur malus: tolerabilius est ingratum recipere, quàm Christum excludere. Huc quoque faciunt illa Pauli Apostoli verba ad Hebr. 13. Hospitalitatis ne sitis immemores: per hanc enim quidam inscientes excepere Angelos hospitio.* Augustini testimonium.

Gedeonis hospitalitas. Iud. 6.

Sic Gedeon quoque Angelo, quem prius inuitarat, quiq; procul dubio hominis speciem referebat, sacrificium, hoc est, magnificum conuiuium adornasse scribitur. Nam & hædum caprarum coxit, & ex modio farinæ panes azymos confecit, hæcq; omnia cocta atq; parata illi apposuit.

Duo hîc ciborum genera ponuntur, de quibus operæpretium fuerit quædam dicere, quæ ad hunc & alios quosdam sacræ scripturæ locos illustrandum facient. Primò hædi caprarij fit mentio. Hesiodus libro secundo, Περὶ ἔργων & c. ἱρήϊφων θρεπτογόνων, *hoc est, hædorum primogenitorum carnem maximè commendat, nec id sanè immeritò, est enim* ἴυχυμος καὶ ὄπτιος, *id est, succi boni & cōcoctionis facilis, quin etiam multi nutrimenti. Ibidem lac quoq; caprinum, quæ primùm desinunt lactare, commendat, quod putatur plus & salubrius nutrire, quàm alia lactis genera.* Hædi hospitibus apposici.

Secundò, Angelo hospiti suo dicitur Gedeō apposuisse (vt etiā suprà suis hospitib. Lothus) מצות *mazoth confectos ex epha (mensura aridorum secundùm Hebræos, decima pars cori tria sata capiens: satum verò 144. oua) farinæ.* מצה *mazah autem in plurali* מצות *mazoth Hebræis est placenta, siue panis azymus, non fermentatus (Auctor fasciculi myrrhæ, panem afflictionis & incompletum vocat) sic dictus, vel à* נצח *nazach, id est, accelerauit, maturauit, quòd celeriter conficeretur in vsum præsertim hospitum, seu peregrinantium: vel, vt alij volunt, à* מצה *mazaz expressit, quòd farina purissima extraheretur atque educeretur ex viliore. Veteres igitur, quo hospites suos lassos citius reficerent, azymis placentis, quas ex tempore coxissent, vtebantur. Quidam Rabbinorum hoc in loco, vt & suprà, fabulantur, azymorum idcirco mentionem fieri, quod hæc paschali tempore acciderint. Verùm ex sacris literis constat azymos panes legis diuinæ præscripto ad sacrificia, non in Paschate solùm, verum etiam alijs temporibus fuisse adhibitos, præsertim eos qui ad altare Domini comburendi erant: itaque friuola admodum est hæc Rabbinorum coniectura. Ac quoniam in panum azymorum mentionem incidimus, obseruandum est ex veteri Lege in plerisque sacrificijs atque festis fermenti, atque fermentatorum panum vsum fuisse prohibitum, vt Exod. 12. Deuter. 16. de festo Paschatis iubentur septem continuis diebus omne fermentum eliminare. Vnde Suidas ait: Ab hora sexta, diei decimi quarti, mensis primi ad clangorem tubarum panes ζυμῖται, id est, fermentati, qui Iudæis reliqui erant, concremabantur: Exodi 34. Non macta bis super fermento. Leuit. 2. Omne munus quod offertur Domino, non facies cum fermento. Nec verò apud Iudæos solùm, sed etiam apud Gentes panem azymum in solennitatibus fuisse adhibitum, vel illa Galeni libro primo, de Alim. facultat. satis indicant, vbi de azymis loquens, ait: Panis purè azymus nulli est vtilis, etiamsi caseus admisceatur, quemadmodum apud nos in agris parare solent hi, qui festa celebrant. Quibus verbis significat, circa Pergamum rusticos Asiaticos etiam azymo vsos pane diebus festis. Notandum porrò apud Iudæos & fermentata nonnunquam in sacrificijs & infermentata etiam profanis in epulis sæpe fuisse adhibita.* Mazoth Hebraicè quid.

Quod ad primum attinet, certum est Leuitici septimo in sacrificio pacifico placentam addi fermentatam, & Leuitici vigesimo tertio, in festo Pentecostes panes fermentatos offerri in sacrificio. Quare dicunt nonnulli fermentata in alijs sacrificijs prohiberi, quòd in certis admittatur, & præcipiatur: deinde prohiberi in his quæ super altare Domini debebant imponi, non autem vt offerrentur sacerdoti, qui fermentatis etiam panibus vtebatur ad vsum carnium. Deinde azymorum vsum non sacrum solùm, sed etiam profanum fuisse ex duobus suprà commemoratis, & alijs sa- Panum seu placentarum azymarum vsus apud Hebræos.

Digitized by Google

lijs sacræ scripturæ locis patet. Panem autem azymum copiosioris quidem, sed deterioris esse nutrimenti, & ad Venerem magis incitare, ex varijs item componi, vt melle, lacte, caseo, tritici farina, alijsq; constat: cùm fermentatus panis laudatior sit, melioris succi, vires melius reficiat, simplicior sit eius conficiendi ratio. Hæc de panibus azymis, & infermentatis sint dicta.

Porrò Hebræorum מצה mazah videtur Græcorum μᾶζα (quam Megarenses μάδδαν vocant) & nomine & re respondere. Nam primò nominis vtriusq; magna est affinitas, ita vt Græcum omnino ab Hebræo videatur profluxisse. Deinde quoad rē ipsam magna videatur vtriusq; esse similitudo. Primò enim Hebræorū mazah (vt ex hoc loco apparet) ex farina scilicet vel aquā, vel lacte, vel oleo, vel alio liquore mixta, dicitur fuisse confecta. Tales ferè sunt mazæ Græcorum descriptiones. Athenæus lib. 14. scribit, initio μάζαν vocatam esse δημοτικήν τινα καὶ κοινὴν τροφὴν ἐκ τῆς ἀλφίτων, popularem quendam & communem cibum ex farina. Hesychius exponit: ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ. Leuitici octauo & Exodi vigesimonono, placentarum mixtarum oleo fit mentio. Et Erotianus apud Hyppocratem, φύραμα ἐξ ἀλφίτων γινόμενον, ποτὲ μὲν μετ' ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ' ὄξους ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μεθ' ὕδατος, farina hordei aliquo liquore subacta, siue oxymelite, siue mulsa, siue posca, siue aqua pura. Xenophon Ped. 6. ὅστις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένην ἀεί τινα μᾶζαν ἐσθίει. id est, Qui libenter farina vescitur, is mazā aqua mixtā edit. Et Aristoph. interpres, in illa Aristophanis Pace: ὡδεὶς δ' ἂν φαίη μὲ μάττοντα ἐσθίειν: Soliti, inquit, sunt famuli μάττειν, hoc est, παρασκευάζειν ἐκ τῆς ἀλφίτων μᾶζαν, id est, conficere ex farina mazam, eamque comedere. Mazah hebræorum

Ἀλφιτον enim quanquam Græcorum vulgo quamlibet farinam atq; adeò omnium fructuum molitorum, molituram significat, tamen Hippocrates & medici propriè sic appellant hordei tosti siue fricti farinam, quæ Latinè polenta dicitur. Quæ si liquore quopiam subacta est, ab eodem Hippocrate μάζη appellatur. Eustath. quoq; ιλ. λ. Ἄλφιτον, inquit, οὐχ ἁπλῶς τὸ ἄλευρον, ἀλλὰ κυρίως τὸ κρίθινον; id est, propriè farinam hordeaceam significat. Et paulò post, Nonnulli simpliciter aiunt, Ἄλφιτον τὸ ἐκ πεφυρμένων κριθῶν παρὰ τὸ ἀλφεῖν τὸ πρῶτον εὑρηθὲν, id est, propriè dicitur quod ex hordeis subactis sit ab inueniendo, quod primò sit inuentum. Aetius auctor est, mazam appellari polentam hordeaceam, quæ sit humido conspersa. Plutarchus ἐκ τῆς κριθῆς τύπτον μάζαν φαγόντες, ἢ ἄρτον, qui mazam ex eo hordeo comederint, aut panem. Obseruabis etiam hic (id quod Iudi. 7. scriptum est) tortæ siue placentæ hordeaceæ ad Madianitarum castra deuolutæ, ac illud euertentis somnium fuisse præsagium victoriæ, quam Iudæi, duce Gedeone, de Madianitis & Amalechitis essent reportaturi. Nam panis siue placenta illa hordeacea, quæ inter viles cibos numeratur, symbolum fuit Gedeonis atq; populi Iudaici, cuius vilis tunc erat, & abiecta conditio, euersuri Madianitarum castra, vt bene Iosephus interpretatur. צלול tzelil autem vocem Hebræam, qua ibi ponitur, Grammatici exponunt toream seu panem super cineres siue carbones coctum, vel à צלח tzalach, id est, assare, vel à צלל tzalal, quod strepere & sonare significat, propterea quod dum super prunas coquitur, magnum strepitū edit, qui & ipse militaris strepitus atque crepitus imago fuit. Aristophanis Scholiastes & Suidas μᾶζαν volunt propriè significare, τὴν τροφὴν τὴν ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου, cibum ex lacte & frumento confectum. Hinc Hesiodus μᾶζαν ἀμολγαίην, hoc est, lacteam vocat. Athenæus libro 3. ἀμολγαίην interpretatur ποιμενικὴν, καὶ ἀκμαίαν, id est, pastoralem & maturam: nam ἀμολγὸν τὸ ἀκμαιότατον: Sunt qui caseum pinguiorem exponunt. Hæc de materia vtriusq; mazæ Hebræorum & Græcorum. Deinde vt mazæ Hebræorum fuit placenta recens, subitò & ex tempore facta, vnde etiam nomen videtur esse sortita à festinatione, sicuti dictum est: ita etiam μᾶζαν Græcorum Theocriti interpres, νεομάλακτον καὶ νεοφύραστον ψώμιον, id est, buccellam recens pistam atq; subactam vocat. Vnde Aristophanis interpres in Pluto, ἄρτον καὶ μᾶζαν, hoc vult à se inuicem differre, quòd panis iam pridem μεμάλαχται, id est subactus est, maza autem recens. Constat etiam viliorem fuisse μᾶζαν quàm ἄρτον, & illam ex hordeo plerunq; hunc ex tritico confici solitum. Vnde apud Athenienses Solon in Prytaneo vescentibus mazam iussit apponere, in festiuitatibus autem addere panem. Vnde & prouerbium apud Zenodotum: Bona etiā maza posce panem. Præterea vt mazah Hebræorum dictus est panis afflictionis: ita Aristoph. interpres in Pace, in illa verba: μᾶζα καὶ παρδαισία, mazam vocat σκυφρὸν ἄρτον, id est, rigidum panem. Nonnul-

Mazah Hebræorum comparatio cum mazah Græcorum.

Ἀλφιτον quid

si hoc nomine panem nauticum, vulgò bis coctum intelligunt. Ac omnino μᾶζαν rudem quendam ac tenuem tibem à veteribus fuisse iudicatũ, ex antiquis monumentis constat. Vnde est apud Athen.

Maza modò pro vili, modò pro delicato cibo accipitur.

τετιμῆσθαι γὰρ ἀνδρὶ μᾶζα πυρίνη
χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος,

Id est, Esurienti maza pretiosior auro & ebore. Xenophon Ped. πολὺ μᾶζα καὶ ἄρτος ἀνειμένῳ φαγεῖν, id est, maza & panis esurienti suauis est esu. Apud Plutar. οὐκ ἔστιν ἐν μάζῃ καὶ φακῇ τὸ ἡδύσμον, Non est in maza & lente iucunditas. Idẽ indicans Prouerbia illa: Maza esurienti, Mazam Scarabæo, Maza post panem bona: de quibus vide plura apud Erasmum. Sunt tamẽ qui hanc inter delicationa edulia numerarũt. Vnde μαζῶντες Suidæ, τρυφῶντες, & ὑπερμαζᾶν Athenæo atque Luciano, τὸ τρυφᾶν κατ' ὑπερβολήν, id est, supra modum delitijs indulgere. ὑπερμᾶζαν quoque prouerbium de ijs, qui delitijs diffluunt. Cælius libro 9. cap. 12. Quod igitur maza modò pro vili, modò pro delicato cibo vsurpatur, ideo factum puto, quoniam, vt testis est Athenæus lib. 14. cibum hunc tenuem atq; necessarium ex farina ferè hordeacea confectum, posteri pro sua intemperantia, varijs artibus ad delitias transtulerunt: vnde etiam nomen ipsum μᾶζα in ματτύην fuit commutatum: quo nomine πᾶν τὸ πολυτελὲς ἔδισμα, id est, omne edulium pretiosum significatur. Et ματτυάζειν idem est, quod parare huiusmodi delitias, siue sint pisces, siue aues, siue oleru, siue victimæ, &c. ijsq; frui ac indulgere. De adagijs Mazam pinsuit à me pistam, & albam mazam pinso tibi, vide Erasmum. His adde, quòd vt Hebræorum mazah in sacrificijs quoq; fuit vsitata: ita Athenæus lib. 1. testatur, μᾶζαν τὴν διδομένην ἐν ταῖς θυσίαις, ἵνα ἀπογευσωνται, id est, mazam, quæ dabatur degustanda in sacrificijs ὑγείαν, id est, sanitatem fuisse appellatam, forsan quia putarent illam ad sanitatem conferre. Pollux quoq; ὑγιείαν mazæ sacræ dicit esse speciem. Ibidem mazas facit duplices, alias quidem sacras deorum, alias verò profanas, quibus homines vtuntur. Quod ad sacras attinet, alias facit cõmunes omnibus Dijs, quæ ab illo γλαυκοὶ appellãtur, alias proprias atq; peculiares certis Dijs, vt erãt ἀμφίφωνες quæ Diana, affixis circumquaq; accensis cereis in ipsius templo Munychia dicto (teste etiam Pausania apud Eustath. ιλ. λ.) offerebantur. Vt ὀβελίαι quæ Dionysio erant sacræ, & à certis ministris, qui inde ὀβελιαφόροι dicti, in illius templum ferebantur. Item βῶς placentæ genus fuit à cornuum forma sic appellatum, quod Apollini, Dianæ, Hecatæ atq; Lunæ offerebatur. Similiter μελιττοῦτα, id est, placenta mellita, quæ etiam ἀρεσκὼν & ὑγιεία dicta, Trophonio fuit sacra. Ορθος ἄρτος quoq; panis sacri species fuit. Huiusmodi fuerunt placentæ illæ quas Israelitæ Ethnicorum imitatione reginæ cœli (alij Solem, alij Lunam interpretantur) obtulerunt, vt Ierem. 7. & 44. scriptum est. כוונים Cauanim Hebraicè vocantur à כוה Caua, id est, exurere, comburere (vnde forsan Græcũ verbum καίειν comburere, & inde κανσὸν quod comburi potest, &c.) sic dictæ quod adignẽ torrefactæ triangulari erant forma, vt quidam volunt. Epiph. lib. 3. contra Hæres. Tomo 2. c. 78. & 79. cum hac Israelitarum superstitione antiqua comparat hæreticorum quorundam in Arabia idololatriam, qui Collyridiani fuerunt nuncupati: eò quòd certæ quædam mulieres in curru sellaue ornata, ac velo passo obducta collyrida siue placentam illustri quadam die per aliquot dies proponere, ac Mariæ ἀειπαρθένῳ καὶ θεοτόκῳ nomine offerre solebant, quo simul omnes cõgregatæ participabant. Hoc ille impium, nefarium, ac planè diabolicum opus, & impuri spiritus doctrinam vocat: ita vt illud Apostoli vaticinium ipso euentu fuerit comprobatum: Deficient quidam à sana doctrina, attendentes fabulis & doctrinis dæmoniorum. Erunt enim, inquit, mortuis diuinum cultum præstantes, quemadmodum etiam in Israel coluerunt. Et sanctorum iuxta tempus in Deum gloria facta est, alijs non videntibus veritatem, in errorem. Hæc ille. Apud Hebræos olim (vnde forsan Arabicæ istæ mulierculæ suæ superstitionis occasionem sumpserunt) fuit certum quoddam placentæ genus חלה Challah dictũ est (Hiero. collyridam, alij crustulam, alij placentam rotundam verterunt) quã mulier volens conficere & pinsere panes, prius de subacta farina, seu massa frumenti tollere & sacerdoti offerre tenebatur. Hodie quum non sit amplius templum, nec sacrificiorum vsus, huiusmodi placentam Iudæorum mulieres exurere solent, eò quòd, vt aiunt, nefas sit inde aliquid vtilitatis capere. Cæterum quum tollunt illam massam huiusmodi benedictione vtuntur, Benedictus sit Dominus Deus noster rex mundi, qui sanctificauit nos, & præcepit nobis separare placentam de pasta. Omnino autem huiusmodi panes siue placentas dijs consecrandi,

Maze siue placentæ sacræ.

Collyridiani.

Challah placentæ genus.

consecrandi, ac in illorum honorem offerendi consuetudinem Ethnici κακοζηλία quadam à prisca Iudæorum religione traxisse videtur, qua legis diuinæ præscripto placentæ quædam atq; panes Deo offerebantur. Huiusmodi fuerunt præ cæteris insignes illi Propositionis panes vulgò dicti. Hodie quoq; in Christianorum templis panis sacer ponitur, qui vulgò panis benedictus appellatur.

Quod ad etymon huius vocabuli attinet, mihi omnino ab Hebræo מזה mazah videtur derivatum. Apollodorus apud Athenæum derivari scribit ἀπὸ τῆς μασᾶσθαι. Suidas παρὰ τὸ μάζεσθαι. Ipse Athenæus à μάττειν deducit τὸ φυραστικάζειν αὐτὴν. Eustath. illum sequitur, μάττειν exponens φυρᾶν ἄρτους. μάζαν quoq; Hesych. est mazas pinsere seu coquere. Ab eodem verbo etiam μάγις, μάγος, μάγειρος, μάκτρα videtur derivari. A μάζα porrò, & μαζοπάπης dicitur, qui mazas coquit Hesychio: & μαζονόμον, siue μαζονόμιον Polluci, discus quo distribuebatur maza: Hesych. orbem vel lancem ligneam, Athenæus κανοῦν χαλκοῦν, id est, canistrum seu lancem æream. Acron apud Horatium 2. Serm. Sat. vlt. lancem grandiorem exponit, qua voce etiam Varro de Re rustica cap. 4. vtitur. μαζαγόας Hesychio, ὁ ὑπὸ μάζης μεμψιμοιρούμενος, qui ob mazam flet: μαζοφορεῖς eidem cistella ferendis mazis: μαζίσκην diminutiuum (vt & μάζιον apud Athen.) ἐν τῇ ὀλυρᾷ μεμαγμένην apud Aristoph. Equit. Scholiastes interpretatur ἄρτον περιφερόμενον. Idem testatur mulieres olim mazas confecisse rotundas, ne viderentur πολυφάγοι, sed ὀλιγοφάγοι, hoc est, non multi, sed pauci cibi. A μάζα nonnullis Marcipanis vulgò notus videtur esse dictus, vt Hermolaus in quodam Epist. ad Cardinalem Senensem scribit. Alij tamẽ Marcipanes ab auctore principe dictos volunt, quando & Martiatum legimus vnguentum, & Marci pastillos in medendi ratione celebrant Græci. Μάζωνες, teste Athen. lib. 4. Arcadibus dictæ fuerunt cœnæ atq; congressus Dionysiaci à iuuenibus celebrari soliti, in quibus ius, mazæ atq; panes affatim apponebantur. Addit, θαυμαστὸν δὲ καὶ πλεῖστόν παρ' αὐτοῖς πολυφαγία: Amazones, inquit Cæl. lib. 9. cap. 12. pro pauperioribus, & senuiori vulgarią victu vtentibus apud Græcorum scientissimos reperias, veluti qui mazam non habeant. Sed & Amazones fœminæ bellicosissimæ, Eustatbio & alijs videntur dictæ ab α & μάζη, eò quòd nõ maza siue pane, sed lacertis & testudinibus & id genus bestijs vescerentur, vnde etiã Sauromatidas, siue Sauropatidas (nam σαῦραι sunt lacertæ) dictas volunt. Hæc de μάζα Hebræorum atq; Græcorum sint dicta. Verùm in genere de panum, placentarum, tortarum, ciborum, seu collyridarum varijs ac penè innumeris generibus, qui plura cupit cognoscere, is legat Athen. lib. 3. & 14. Polluc. lib. 6. cap. 11. & lib. 2. cap. 12. Calium Rhodiginum lib. 9. cap. 16. Villichium de Arte magyrica. Bruyeriũ Campegium de Re cibaria, Mercurialem lib. Variarũ lectionũ: & multos alios.

μάζης etymon & derivata.

Marcipanes.

Mazones cœnæ Arcadicæ.

Amazones vnde dictæ quorundam opinione.

Insigni porrò, vt ad propositum redeam, hospitalitate Rebecca quoq; atq; Labanus illius frater Abrahami seruum fuerunt prosequuti, cuius ipsius quoq; egregia fuerunt statim à Deo præmia consequuti. Ge. 24. Rebecca enim paleas & pabulum multũ domi esse peregrinis promittit: Laban ipse nõ minus hospitalem se præbet, egredit ur obuiam, salutat amicè, iubet ingredi, parata omnia offert, officioſè statim subministrat aquam & panes, amicè tandem dimittuntur. Non est etiam silentio pretereunda senis illius Ephraimitæ in Gabaa habitantis insignis hospitalitas, qua erga Leuitam quendam vsus est, quem quidem vnà cum famulis illius atq; asinis in domũ suam humanissimè recepit, illiq; omnibus largè copioseq; cibum potumq; præbuit. Detestanda contra fuit Gabaonitarum inhospitalitas atq; immanitas, qua eundem omni contumeliarum iniuriarumq; genere dilacerarunt, cuius illi tandem graues & atroces pœnas luerunt. Magnam quoq; laudem præmiaq; consequuta est Rachab illa Ios. 2. quæ exploratores illos hospitio excepit, illorũq; saluti diligentissimè consuluit, quo quidem suo facto totius suæ familiæ saluti optimè consuluit. Quid dicam de Sunamitide illa vidua, quam illa se erga Helisæum prophetam hospitalem præstitit, quem vel inuitum retinuit, vt cibum secum caperet? annon illa quoq; pro hac sua hospitalitate magnis à Deo muneribus fuit affecta? 2. Reg. 4. Moses etiam, vt Exod. 18. scriptum est, socerum suum ad se venientem in deserto hospitali conuiuio excepit. Item hospitalis conuiuij exemplum extat 1. Sam. 9. quo Samuel Saulem excepit, & 2. Par. 18. quo Achabus Iosaphatum generum belliq; socios splendidè accepit.

Labani atq; Rebeccæ hospitalitas.

Ephraimitæ Gabaonensis hospitalitas.

Gabaonitarum hospitalitas.

Rachab hospitalitas.

Sunamitidis vidua hospitalitas.

Mosis & Saulis epulæ hospitales.

Solomon quoque ille vel ipsius Dei iudicio omnium hominum sapientissimus rex, idem hospitalissimus quoque fuisse fertur, qui quidem, vti sacræ testantur literæ, non modò familiæ suæ per suos ministros de victu quotidiano optimè prospexit, verùm etiam peregrinis quotidie aduentantibus, largas honorificasq; epulas apparari curauit. Multi namq; diuinæ illius sapientiæ fama, quæ passim

Solomonis hospitalitas.

Digitized by Google

percrebuerat, permoti ex multis & quidem longinquis regionibus ad eum confluebant, vt illius conspectu colloquioq; frui, illumq; de rebus diuinis & ciuilibus consulere possent. Præfecti itaque rei cibariæ non ipsis solùm aduenis mensas instruebant, verùm etiam illorum equis, mulis atq; iumentis pabulum atque paleas affatim submi̇nistrabant, idq; non vno tantum in loco, sed vbicunq; opus erat. Solomon enim non eodem semper in loco sedem ac domicilium suum habebat, sed ex vno loco in alium, prout vsus & necessitas postulabat, (qui hodie quoque regum mos est) commigrabat. De hac eximia Solomonis hospitalitate, vide plura, si vis, 1. Reg. 4. Plura his commemoratis exempla hospitalitatis, epularumq; hospitalium in veteris Testamenti libris reperiuntur, quibus addere licet præcepta quoque diuina de peregrinis excipiendis, alendis, humaniter benigneq; tractandis, quæ extant Leuit. 23. Deut. 1. & 10. cap. Sic Iobi 31. cap. scriptum est: Peregrinus non foris negligendus, viatori ostium pateat piorum.

Hospitalitatis præcepta.

Non minus verò clara & insignia eius virtutis conuiuiorumq; hospitalium exempla atq; præcepta noui Testamenti liber complectitur. Huiusmodi namq; fuerunt illa conuiuia, quibus Zachæus, Matthæus, Petrus, Lazarus cum sororibus suis Maria atq; Martha Christum exceperũt, eiq; omnia hospitalitatis humanitatisq; officia præstiterunt. Sed in Martha (Luc. 10.) hospitalissima sanè fœmina, vitia simul quædam obiter animaduertenda, quæ ijs, qui hospitio alios suscipiunt, summoperè sunt vitanda, quæ quidem Christus reprehendere minimè dubitauit. Primum est, quod præ nimia rei familiaris atq; cibariæ cura verbũ Dei negligit, & ab eiusdem auditione attenta Mariam sororem suam abstrahere conatur. Hìc Theophilactus, Magnum quidem, inquit, hospitalitas est bonum, sed maius est bonum spiritualibus sermonibus esse intentum, propterea quod illo corpus pascitur, hoc autem anima viuificatur. Hospitalitas ergo colenda tantisper, donec nos non auocat à rebus magis necessarijs, hoc est, cœlestibus atque diuinis. Deinde culpat in illa μεριμναν, hoc est, nimis anxiam curam atq; solicitudinem de victu, cum inquit, ἵνα τί μεριμνᾶς, quid nimis anxia es atq; solicita? Hinc μεριμνοφρόντιδες eleganter à Græcis dicuntur, homines nimis anxij. Tum addit, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά, id est, περισπᾷ ταραχῇ, id est, distraheris & perturbaris? τύρβη, quæ & σύρβη (vnde Iureconsultus turbæ nomen deducit) Theophilact. interpreti est περισπασμὸς & ταραχὴ, id est, distractio & turbida operæ solicitudo. Addit Christus, Vno autem opus est: quod Theophilact. dupliciter interpretatur: vel cibo opus est idoneo tantùm, non delicato & opiparo, vt etiam discipulos suos iubet, ἀποδοχῇ λιτῇ, hoc est, tenui victu esse contentos. Vel, τὸ προσέχειν τῇ διδασκαλίᾳ, Attendere animum ad doctrinam: quod magis videtur appositum, & hoc studium vocat bonæ partis electionem. Contrà Samaritani inhospitales sese illi præbent, Luc. 9. die palmarum inhospitalis est Ierosolyma, vt Christus sub vesperam cogatur Bethaniam petere. Bethlehem quoque nascituro Christo, vix angulum concessit apud iumenta: quem locum postea publico hospitio exornauit Paula, teste S. Hieron. Bethlehemitæ illi statim inhospitalitatis illius suæ, graues & atroces pœnas dederunt, illorum infantibus ab Herode immanissimè trucidatis. In primigenia quoque illa atq; Apostolica Ecclesia hospitalitas multis officijs egregiè culta fuit, vt ex Actis Apostolorum satis constat. Talis enim & Lydiæ illius purpurariæ erga Apostolos, & Publij erga Paulum hospitalitas extitit, quæ quidem non caruit egregijs suis commodis atq; fructibus, qui narrantur. Ad hospitalitatem deniq; non minus noui, quàm veteris Testamenti literæ nos passim inuitant. Hospes eram, dicet Christus in extremo illo suo iudicio, & me collegistis, suos in vniuersi mundi conspectu hospitalitatis nomine commendaturus: contrà verò reprobos ad sinistram collocatos ob inhospitalitatis culpam condemnaturus. Idem Luc. 7. ad Simonem verba faciens, præcipua hospitalitatis officia in illis ferè regionibus vsitata complectitur, quæ sunt non modò illos pascere atque nutrire, verùm etiam humaniter primùm osculo illis dato salutare, illorum & pedes aquis abluere, & caput oleo, siue vnguentis fragrantibus perfundere, &c. Sic Paulus iubet nos τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθαι, διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες τοὺς ἀγγέλους, hoc est, hospitalitatem summo studio atque diligentia colere, quippe cum per eam nonnulli præter omnem suam opinionem atque spem Angelos hospitio exceperint, id quod illis maximo non solùm vsui atque emolumento, verùm etiam honori ornamentoq; fuit. Sic Petrus alter ille circunciſionis Apostolus: πρὸ πάντων δὲ (inquit 1. Epist. 4. cap.) τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες, ὅτι ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγυσμοῦ. Ante omnia verò vos

Luc. 10. Ioan. 11.

Luc. 2.

Præcepta.

inuicem

inuicem firma constantiâ charitate complectimini: charitas namq; peccatorum multitudinem tegit. Hospitales estote alij erga alios sine murmurationibus. Episcopum Paulus, iubet esse φιλόξενον *1. Tim. 4. & ad Titum c. 1. Idem c. 5. diaconissas vult eligi, quæ fuerint hospitales, sanctorum pedes lauerint, afflictis subuenerint. Lege tamen Constantini Clerici non tenentur hospitem recipere, l. 1. C. de Episcopis & Clericis. Vbi Imp. Constantinus Clericis his verbis scribit: Iuxta Sanctionem, quam dudũ meruistis & vos, & mancipia vestra nullis nouis collationibus obligabimini, sed vacationi gaudebitis, præterea neq; hospitem suscipietis. Dat. 6. Cal. Nouemb. Placido & Romulo Coss.*

Nec verò tantum in populo Dei, qui ipso Deo ceu optimo familiarissimoq; omnium virtutum doctore atque magistro vsus est, ac plurimis saluberrimisq; vitæ morumq; præceptis atq; documentis per illius ministros institutus & informatus fuit, multa præclara hospitalitatis exempla reperiuntur: verùm etiam, id quod multò magis est admirandum, alias quoque gentes, vera licet Dei notitia veraq; religione caruerint, tamen vel ipsius naturæ ductu impulsuq; præ cæteris ferè virtutibus omnibus hospitalitatem præcipuè summo studio religioneq; coluisse, & aduenas atq; peregrinos humanissimè officiosissimeq; excepisse atque tractasse legimus. Ethnicorum hospitalitas.

Ac in primis quidem Græcos, vt ab illis potissimum omnium ferè liberalium artium atque virtutum moralium inuentoribus atq; doctoribus sapientissimis exordiar, hospitalitatis officia non solùm egregiè docuisse, verùm etiam reipsa & priuatim & publicè præstitisse ex antiquis litterarum monumentis liquidò constat. Idipsum vel ipsa quoq; nomina multa pulchra & elegantia, ad munus hoc hospitalitatis pertinentia, satis superq; testantur; de quibus operæpretium mihi facturus videor, si quædam dixero. Ac generalissimum quidem nomen, quo & is qui hospitio alios excipit, & is qui excipitur, vulgò appellatur est ξένος, *cui respondet Latinum Hospitis vocabulum, quod similiter & actiuè & passiuè pro excipiente, & pro eo qui excipitur, passim apud auctores vsurpatur: (vt* ἱκέτης & ἱκετεύσας & ἱκετευθεὶς: *sic* ξένος & δεχόμενος τίνα εἰς ξενίαν, & δεχθεὶς *Eustath. Il. δ. p. 369.) qua ipsa profecto vtriusq; vocabuli ambigua & quasi reciproca vi & potestate mutuum atque commune hospitalitatis officium quo omnes homines (cum omnes simus in hoc mundo peregrini & aduenæ) sibi inuicem obligati sunt atq; obstricti videtur significari. Clemens Alexan. Strom. lib. 2. hospites qui excipiuntur* ἐπίξενοι *quoq; appellat, eosdemq; amicos & fratres nominat. Eustath.* φιλικὴ λέξις ὁ ξένος *apud Homerum: alijs* ξένος ἐστὶν ἀλλόφυλος, *id est, alienus. Herodotus testis est Lacedæmonios* ξένους *appellasse* τοὺς βαρβάρους. *Ab Homerico* ξένος *deriuatur* ξενία, ξενοδόκος & τὸ ξενίζειν: *ab altero* τὸ ἀποξενοῦσθαι; *in Iliad. p. 321. Præterea ab ijsdem hospitum receptor siue susceptor* ξενοδόχος *quoq; &* ξενοδόκος *dicitur: & is qui hospitibus siue peregrinis dux est viæ ad visenda singula vrbium loca* ξεναγὸς *siue* ξεναγωγὸς; *hoc est, interpres. Polluce* ὁ τῶν ξένων ἡγεμών, *Suida* ὁ τῶν ξένων ἡγεμών, *id est, hospitum dux siue ductor appellatur, vnde* ξεναγεῖν & ξεναγωγεῖν *hospitem ad ea quæ sunt visenda ducere. Item is cui priuata erat hospitalis amicitia cum aliquo, & non cum tota ciuitate communis* ἰδιόξενος *fuit dictus. Vnde Suidas* ἰδιόξενος ὁ ἴδιος καθ' ἑαυτὸν ξένος ὤν. *Ammonius* ξένος & ἰδιόξενος ὁ εἷς ἑνὸς: & ἰδιοξενία *Suidæ priuata huiusmodi hospitalis amicitia. Ἰδιόξενος Eustath.* ὁ ἰδία, ἢ παρόδιον ξένος, *vt Menelao Telemachus & Mentes fabulosus (id est, Minerua) Telemacho. Il. δ. p. 370. Lucianus:* Οὔτε ἀπραγμόνων ποτὲ ξένος ὤν, οὔτ' ἰδιόξενος αὖτε φαλαρόδων. *Is verò qui peregrinos hospites excipiebat, non suo peculiariter, sed totius ciuitatis nomine, necnon qui excipiebatur* πρόξενος *fuit appellatus. Ammonius,* πρόξενος πόλεως καὶ ἔθνους, *Thucydides:* ξένος ἢ καὶ ἰδιόξενος ὁ εἷς ἑνός. *Suidas:* προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας, καὶ προξενία ἡ τῶν ξένων ὑποδοχή. *Ælius Dionysius:* πρόξενοι οἱ ὅλης πόλεως ξένοι, παρ' οἷς ἐκ βεβαίου καταλύουσι, καὶ αὐτοὶ ἀσφαλείας προσάγονται πρὸς τὸ δημόσιον. *Eustat. Il. δ. p. 369.* ὁ ὑπὸ πόλεως ἠξιωμένος ἐν τῇ σφετέρᾳ φιλεῖσθαι ξένων *qualis Antenor apud Troianos, & quales* οἱ βασιλικοὶ διοικηταί. *Sic* ἐθελοπρόξενος *qui vltro nõ iussus hospites recipit. His adde* ἀσόξενον, ὁ γένει μὲν ξένος, τιμῇ δ' ἄσος *Polluci, id est, qui peregrinus cum sit eodẽ est in honore, quo ciuis, vel vt alij volunt, eodem teste,* ὁ φύσει μὲν ἄσος, δόξῃ δ' ξένος, *id est, qui cum natura sit ciuis, hominum opinione est peregrinus. Eustath. Il. δ. p. 370.* ἀσόξενος ὁ ἐκ προγόνων τὸν ἀλλοχώριος, *vt Atreus Phrygibus, & Teucer Troianis:* ἀπὸ μὲν προγόνων, *Phryx quidem Peloponnesius Atreus, Troianus autem Teucer Salaminius. Et* δορύξενον *quoque adde* τὸν ἐπὶ

Ξένος *vocabuli ambiguũ.*

Ἐπίξενοι.

Ξενοδόκος.

Ξεναγωγὸς.

Ἰδιόξενος.

Προξενία.

Ἐθελοπρόξενος.

Ἀσοξένος.

Δορύξενος.

Digitized by Google

τῆς κατὰ τὸν πόλεμον ξυμμαχίας τιὼ γνῶσιν πεποιημένον Polluci, hoc est, qui hospes in bello, & amicus ex hoste factus est vt Glaucus & Diomedes apud Homerum. Eustath. 1λ. δ. p. 370. δορύξεινος ὁ πολέμιος χάριν, ἢ ἐκ πολέμων φιλιωθείς, qui belli gratia vel ex bello diligi cœpit, vt Glaucus & Diomedes.

Hospitio excipere Græcè. Ξενοδοχεῖν. Προδέχεσθαι ξενῶν.

Iam verò hospitio excipere vel suscipere Græcis est ξενοδοχεῖν & ξενίζειν quod posterius, teste Polluce, veteribus idem fuit quod ἑστιᾶν; id est, conuiuio scilicet hospitali excipere, recentioribus est idem quod peregrina vti lingua, teste Polluce & Suida. Προδέχεσθαι quoque & ξενῶν idem est quod ξενοδοχεῖν, & ξενοτροφεῖν Demosth. hospites alere, vnde ξενοτροφία Polluci. Item ξενῶσθαι & προξενεῖσθαι τὸ ξένον ὄντα εἰς ἄλλην πόλιν ἐλθεῖν.

Hospitum susceptio. Hospitalis.

Iam verò ipsa actio, hoc est, hospitum exceptio ξενοδοχία, ξένισις & ξενισμὸς appellatur. Et hospitalis necessitudo ξένισις, ξενισμὸς, ξενία, προξενία, ξενοσύνη poëticè dicitur. Hospitalem, hoc est, ad hospites excipiendum, benignè liberaliterq; tractandum procliuem atque propensum ξένιον, ξενικὸν, εὔξενον siue ἴυξενον, φιλόξενον & πολύξενον vel πολύξεινον (tametsi hoc posterius ab Hesiodo vitio vertitur) appellant. Contrà inhospitalem ἄξενον, μισόξενον, &c.

Hospitalitas.

Ipsa verò virtus sanè pulcherrima in hospitibus peregrinisq; humaniter officioseq; tractandis occupata, ξενία & φιλοξενία eiq; contrariũ vitium inhospitalitas ἀξενία, et alijs vocabulis suprà commemoratis insignitur.

Munera hospitalia. Loca hospitalia.

Munera porrò atque dona hospitalia, hospitibus dari solita ξένια, & ξενῆια, necnon δῶρα ξένια, Latinè xenia atque lautia, necnon epulæ ijsdem exhiberi solitæ συμπόσια ξενικὰ & πρὸς τὰς ξένας appellantur, vti suprà dictum est. Locus postremò hospitibus destinatus ξενοδοχεῖον, ξενοδοχεῖον & ξενὼν Hesychio & κατάλυμα, qui etiam annotat ξενῶνας à Phrygibus dici αὐλῆρας. Athenæo libro quinto, significat etiam ξενὼν νοσοκομεῖον. Suidas ξενῶνα interpretatur δόμον ὑποδεχόμενον τοὺς ξένους, καὶ ἀρρώστους. Pollux καταγωγεὺς siue καταγώγιον. Κατάλυμα, ὁ τῆς ξενίας τόπος, ἐν ᾧ δηλαδὴ τὰ ὑποζύγια ἢ τὰ φορτία λύονται, ἀπὸ καταλύειν αὐτὰ τῷ ξενοδοχεῖσθαι. Eustath. in Od. δ. statim ab initio, pag. 145. Item ξενίσασις apud Sophocl. Inacho. πανδοκεὺς ξενίσασις, id est, locus in quem recipiuntur peregrini siue hospites. Item πανδοκεῖον cauponam siue diuersorium publicum significat, in quod quiuis diuertit. Stratonicus Citharœdus, teste Æliano libro 14. cap. 14. ἀμφιλαφῶς, hoc est, perhumaniter & lautè à quodam exceptus, mirum in modum gauisus est inuitatione. Neque enim hospitem aliquem habuit (καταγωγεὺς) quippe qui in peregrinam regionem venisset. Proinde maximas homini gratias habuit, quòd ipsum sui tecti participem fecisset. Cum verò mox alium videret introire, iterumq; alium, atque hoc modò nulli diuertere volenti domum illius non patere, Faceſſamus, ô puer, hinc, inquit ad famulum suum. Etenim pro columba palumbum nacti esse videmur, cum pro hospitio pandochæum siue cauponam inuenerimus.

Atq; hæc quidem de nominibus, quæ & ipsa argumento sunt non leui Græcos illos antiquos studiosissimos hospitalitatis cultores extitisse. Verùm id magis adhuc docent plurima & pulcherrima præcepta atque exempla quæ ab illis literis memoriæq; tradita sunt, quorũ nonnulla subijciam. Ac

Homerus optimus hospitalitatis magister.

præ cæteris quidem scriptoribus omnibus Homerus omnia iusta legitimaq; hospitalitatis officia egregiè sanè mihi expressisse, ac suis quasi coloribus depinxisse videtur in præclaris illis suis literarum monumentis, quæ quidem aliorum quoque officiorum vitæ humanæ præclara documenta atque præcepta continent.

Hospitalitatis exempla in Odyssea.

Odyssea quidem hospitalitatis conuiuiorumq; hospitalium exemplis quàm plurimis scatet. Nam libro primo Telemachi erga Mineruam, quæ Mentoris regis Paphiorum habitu ad illum Ithacam venerat, singularis hospitalitas describitur. Tertius Nestoris & illius filiorum humanitatem, qua Mineruam, quæ similiter Mentoris personam induerat, atque Telemachum hospitio exceperunt, tradit. Quartus & 15. testis est singularis hospitalitatis, qua Menelaus Telemachum atque Pisistratum ad se venientes fuit prosecutus. Quintus docet quomodo Calypso cùm Vlyssem naufragum, tùm Mercurium à Dijs ad se missum hospitio exceperit. Sextus Nausicaæ; septimus & aliquot sequentes libri Alcinoi regis Phæacum: decimusquartus & aliquot sequentes Eumæi pastoris, necnon Telemachi atque Penelopes hospitalitatem eximiam, qua omnes erga Vlyssem peregrini atque mendici specie atque forma præditum vsi fuerunt, luculenter admodum expressérunt.

Hospitalitatis exẽpla in Iliad.

Libro 14. fit mentio Thesprotarum regis qui Vlyssem naufragum hospitio excepit, vestiuit, cibauit, &c. Ilias quoque similium nobis exemplorum copiam suppedi-

tat, in

tat, in qua & Achillis erga Agamemnonis licet à se alienati legatos, & Iobatis erga Bellerophontæ & aliorum atque aliorum hospitalitas vehementer commendatur. Athenæus quidem Iobatis regis Lyciæ hospitalitatem, qua Bellerophonta prosequutus est, summopere laudat, quem quidem suo exemplo docuisse scribit libro 5. cuiusmodi conuiuium, quo hospes excipitur, esse conueniat, Bellerophonta μεγαλοφρεπῶς δεξάμενον & secundum poëtam.

Εννῆμαρ ξείνισσε καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν, Id est,
Excipit hospitio peregrinum fortè diebus,
Ille nouem totidemq; boues mactauit ad aras.

Vt autem sub commemoratis personis Hospitalitatis virtus pulcherrima: ita sub procorum seu porcorum potius illorum Ithacensium atque in primis Antinoi persona libro præsertim 17. necnon Polyphemi atque Cyclopum personis libro decimo, inhospitalitatis vitium turpissimum graphicè describitur. Inhospitalitatis exempla Homerica.

Hospitalitatis porrò officia hæc ferè laude imitationeq; dignissima locis antè citatis à poëta proponuntur. Primum est ἀσπασμός, hoc est, salutatio atque exceptio, siue inuitatio peregrini blanda & humana partim verbis, partim gestibus quibusdam constans. Eius exemplum habes illustre in Telemacho Mineruam excipiente, quod his verbis à poëta describitur. Od. α. Hospitalitatis officia. Salutatio humana.

— Νημερτὴς δ' ἐνὶ θυμῷ
Ξεῖνον δὴ θὰ θύρησιν ἐφεστάμεν· ἐκ γὰρ ἀνίης
Χεῖρ' ἔλε δεξιτερὴν, καὶ ἑοῦ ἐξέλετο χάλκεον ἔγχος.
Καὶ μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Χαῖρε ξεῖνε, πάρ' ἄμμι φίλην σέαι· αὐτὰρ ἔπειτα
Δείπνου πασάμενος, μυθήσεαι ὅττεο σε χρή.

Telemachus igitur primò quidem ægrè fert peregrinum procul à foribus stare. Vtitur Homerus verbo ἐφίστασθαι, quod, vt testatur Eustathius, sæpè mendicantibus tribuitur, vnde ἐπιστάτης aliquando ἱκέτην, ἢ προσαίτην, id est, supplicem siue mendicum significat. Deinde manum illius dexteram apprehendit: vnde Eustathius. ὅτι τὸ τῆς δεξιᾶς ἅπτεσθαι ὅπερ καὶ ὡς τοῖς πολλοῖς ἐπιχωριάζει, δεῖγμα φιλοφροσύνης ἦν ἀσφαλέστατον. ὅθεν καὶ δεξιοὶ λέγονται οἱ ἀγαθοὶ καὶ δεξιοῦσθαι μέχρι νῦν τὸ φιλοφρονεῖσθαι λέγεται. Et paulò post, λάβε μὲν τοι χερὸς, ὄχ ἑξείω ἅπτεσθε ἀλλήλων τὰς φιλομένους. Διότι ἐν ἀρχῇ μόνοις οἱ παλαιοὶ ἐτίθεντο τὸ μὴ δεξιὰ. Paulò post, τὸ δεξιῶν χειρῶν συμβολὴν putat à Græcis ad Latinos & ad alias gentes promanasse: Vt & τὸ προτείνειν ἀλλήλοις δεξιωμένους ἐκπώματα. Huc videtur alludere Cicero pro rege Deiotaro: Per dextram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti. Hanc, inquam, dexteram non tàm in bellis & in prelijs, quàm in promissis & fide firmam. Tituli honorifici quibus hospites insigniunt: Eumæus Vlyssem ξεῖνον δ' αμόνιον & ξεῖνον πατέρα crebrò appellat. Mineruam præterea Telemachus huiusmodi oratione humanitatis plenissima alloquitur: Χαῖρε ξεῖνε πάρ' ἄμμι φίλην σέαι: in quæ verba sic Eustathius commentatur. Οτι ἔθος ἦν τοῖς ξενιζομένοις τὸ, χαῖρε ξεῖνε, id est, quia moris erat hospites qui excipiebantur, huiusmodi verborum formula affari: Salue hospes. Inde verbum χαίρειν vult idem auctor ad epistolarum inscriptiones fuisse traductum hoc modo ὁ δεῖνα τῷ δεῖνα χαίρειν, id est, hic illi salutem dicit. Nomen autem φιλεῖν addit idem καὶ ὅτι ξενοδοχικῆς φιλοφροσύνης ὑσυρpari, vt χαῖρε ξεῖνε, πάρ' ἄμμι φίλην σέαι pro ξενοδοχήσῃ φιλικῶς, cuiusmodi est & illud: χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν. Δεξιοί. Δεξιοῦσθαι. Χαῖρε.

Quoad verò illam hospitalem dextræ apprehensionem similia exempla alibi quoque eundem apud poëtam reperiuntur. Sic enim Nestor & eius filij,

ὡς ἓν ξένυς (Mineruam & Telemachum) ἶδον, ἀθρόοι ἦλθον ἅπαντες
— χερσὶν τ' ἀπαάζοντο, &c. Hoc est,

Interprete Eustathio, ἐπιλαμβάνοντο, καὶ εἶλκον ὡς δεξιώσεως εἰς ἑαυτοὺς, καὶ τοῦτον ἀεὶ τοῖς παλαιοῖς. ὁ ἀσπασμός. γενομένης τῆς λέξεως ἀπὸ τοῦ ἀσπάζεσθαι καὶ πλεονασμὸν τοῦ α, & dicitur τὸ χερσὶν ἀσπάζεσθαι manibus salutare, ad differentiam τῶν λόγοις ἀσπαζομένων, id est, eorum qui verbis salutant, quemadmodum idem verbum ad osculum significandum adhibetur, quod quoniam olim non erat in vsu, idcirco veteres id hoc modo exprimebant: ἀσπάσασθαι ἀλλήλους φιλήματι. Sed est etiam obseruatione dignum quod Eustathius ibidem addit: Licet autem, inquit, etiamnùm hodie Ἀσπασμὸς quid.

apud multas gentes videre moris esse ἐν τοῖ ἀλλήλοις συναντᾶν ἀλλήλους τὼ χεῖρε, καὶ τότε σφόδρα πιλάζοντας καὶ τὰς χεῖρας ἐπικυρτοῦντας, καὶ εἰς κύκλον φερομένας καὶ ἀνειλιγμένας ἀρίστα: atque hoc illis est ἀσπασμός. Hæc Eustath. Nestoris porrò filius Pisistratus, vt inquit Homerus,

— ἐγγύθεν ἐλθών,
Ἀμφοτέρων ἕλε χεῖρα, καὶ ἵδρυσεν παρὰ δαιτί,

Id quod inquit Eustath. vel sic intelligi potest, quod ἰδία τινὶ ἑκατέραν ἔλαβε χεῖρα ἑκατέρας ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ὡς ἐν πινακίῳ τῷ χορῷ, ἢ μίαν ἐκ μιᾶς ἐξ ἑκατέρων τὰς δεξιὰς, τῇ ἑαυτοῦ δεξιᾷ δηλαδὴ: λαίᾳ γὰρ οὐκ ἦν ἀπίθανον.

Hospitalitatis officium hospites oneribus quæ gestant liberare.

Est deinde hospitalitatis quoque officium onera si qua gestant & in his arma quoque, ijs illos statim liberare. Sic enim Telemachus Mineruam excipiens non solùm χεῖρ' ἕλε δεξιτερὴν, verùm etiam ἑλίξατο χάλκεον ἔγχος, id est, accepit ensem illius aneum, quo erat accincta, & illum vt postea sequitur, intro portauit & certo quodam in loco collocauit.

Ἔγχος μὲν ῥ' ἔσπασε φέρων θοὸς ἐκ κολεοῖο
Δουρὸς ὀκνηρὸν ἔντοσθεν ἰοῦσ' ἐνθάπερ ἄλλα
Ἔγχεα οἰνοποῦος ταλασίφρονος ἵστατο πολλά.

Equorum cura

Præterea hospitalitatis est si peregrinus aut hospes in equo currúue veniat, equos curru soluere, in stabulum ducere, illis pabulum affatim præbere. Hoc quoque officium Homerus Od. δ. egregiè expressit sub Menelai persona, qui Telemachum atque Pisistratum in curru ad se venientes hospitio excepit. Nam cum Eteonem nuncians primò hospitum aduentum dixisset Menelao:

— Εἰ σφὼϊν καταλύσομεν ὠκέας ἵππους
ἢ ἄλλον πέμψωμεν ἰκανέμεν ὅππι φιλήσῃ.

Respondet Menelaus inter alia: Ἀλλὰ λύ' ἵππους ξείνων.

Καταλύειν. Κατάλυμα.

Eustath. Καταλύσομεν subintelligo τῇ ἅρματα, vnde τὸ καταλύειν, pro ξενοδοχεῖν vsurpatur, & inde κατάλυμα, id est, hospitij locus. Idem, φιλοξενῆ, inquit, λογος, ἀλλὰ λύε ἵππους. Et paulò post sequitur quomodo famuli domini sui imperium fuerint executi:

Οἱ δ' ἵππους μὲν λῦσαν (hoc inquit Eustath. καταλύσεως ξενικῆς φερομένου.)
— ὑπὸ ζυγὸν ἐφόωντας.
Καὶ τοὺς μὲν κατέδησαν ἐφ' ἱππείῃσι κάπῃσι, id est, φάτναις.
Παρὰ δ' ἔβαλον ζειὰν: ἀνὰ δ' ὑρῖ λευκὸν ἴμιξαν.
Εθος ἱπποκομικὸν τὸ ζειᾶς ἀναμιγνύειν κεγχρῷ.
Eustath. Ἅρματα δ' ἔκλιναν πρὸς ἐπώπια παμφανόωντα.

Sed hæc animaduersione quoque dignissima est Menelai summa promptitudo atque propensio ad peregrinos quantumuis sibi ignotos excipiendum, qui Eteoneo famulo suo hospitum aduentum nuncianti & dominum suum interroganti, an illi excipiendi essent vel dimittendi, indignabundus respondit.

Οὐ μὲν νήπιος ἔσσ' ἐπιβουλίδη Ετεωνεῦ
Τὸ πρὶν, ἀτὰρ μὲν νωϊτερος πάις ὡς νήπια βάζεις·
Ἡμὲν δὴ νῶϊ ξεινήια πολλὰ φαγόντε
Ἄλλων ἀνθρώπων δῶρ' ἰκόμεθ' αἴκε ποθι Ζεὺς
Ἐξοπίσω πῆμ' ἄλλο πόροι ὀϊζυροῖσιν.

Eustath. Λόγος δ' ἐστὶ δηλῶν πλάνητος, ὁμολογεῖντος τὴν ξενίαν. Primò ergo famuli sui dubitationem num peregrini essent recipiendi stulticiæ nomine condemnat, docens peregrinos sine vlla dubitatione recusationéue esse recipiendos. Deinde argumenta duo obseruanda, quæ veluti stimuli quidam vt Menelaum, ita omnes ad peregrinos alacriter promptéq; recipiendum, & benignè humaniterq; tractandum incitare debent. Primùm est animi gratitudo siue ius talionis, quod cùm olim peregrinando multis beneficijs ab alijs hominibus fuerit affectus, ipse quoq; eadem officia peregrinis præstare teneatur. Alterum est spes remunerationis à Ioue accipiendæ. Hac enim ratione sperat se ærumnis, in quibus erat constitutus, fortassis esse liberandum.

Hospes in domum introducendus.

Hospes præterea siue peregrinus comiter leniterq; est in domum introducendus, id quod à Poëta multis in locis exprimitur. Sic Telemachus Mineruam postquam salutauit,

Ηγεῖτ'

Ηγεῖθ', ἠδ' ἕπετο πολλὰς ἀθλῶν. Od. α.

Sic Menelai famuli domini sui iussu & imperio:

Αὐτὰς δ' (*Telemachum & Pisistratum*) εἰσῆγον θεῖον δόμον:
Οἱ δ' ἐλθόντες, &c. Od. δ.

Sic Telemachus: Ξεῖνον (*Vlyssem patrem suum*) τὸν πατρήϊον ἦγεν εἰς οἶκον. *Huc faciunt prouerbia:* Αεὶ τὶς ἐν κύδωνι, *id est, semper aliquis in Cydonis domo. Cydon enim Corinthius quispiam erat adeò insignis hospitalitate, vt huic prouerbio locum fecerit. Item: Haud vnquam arcet ostium: In eos qui impendio sunt hospitales, quorum fores semper patentes neminem excludunt. Eleganter potest accommodari vel ad credulum, qui quoduis mendacium admittat auribus: vel in mulierem nulli negantem.* *Semper aliquis in Cydonis domo. Prouerb.* *Haud vnquam arcet ostium. Prouerb.*

Nec verò hospites tantùm introducere, verùm etiam de via plerunq; defessos benè & molliter collocare decet: id quod ipsum quoq; Homerus pluribus in locis docet. Sic enim Telemachus. Od. α. *Hospites molliter collocandi.*

Αὐτὰρ τὴν (*Mineruam*) εἰς θρόνον ἧισεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πατήσας,
Καλὸν, δαιδάλεον· ὑπὸ δ' θρῆνυς ποσὶν ἦεν, &c.

Sic Nestoris filij cum Mineruam atque Telemachum conuiuio superuenientes conspexissent:

Χερσὶν τ' ἠσπάζοντο, καὶ ἑδριάασθαι ἄνωγον:

Et paulò post de Nestore verba faciens, inquit:

Αμφοτέρων ἑλὲ χεῖρα, καὶ ἵδρυσεν παρὰ δ' αὐτὸν
Κωὐνεσιν ἐν μαλακοῖσιν, ὄπὶ φαμάθοις ἁλίῃσι, &c.

Sic Vlysses cum in foco in cineribus sederet Echeneus heros Phæacum facile nobilitate, prudentia atq; eloquentia princeps, hunc in modum Alcinoum regem alloquitur:

Αλκίνοε, ἦ μὴν τόδε κάλλιον, οὐδ' ἔοικε
Ξεῖνον μὴ χαμαὶ ἧσθαι ὄπὶ ἐχάρη ἐν κονίῃσιν·
Αλλ' ἄγε δὴ ξεῖνον μὲν ὄπὶ θρόνου ἀργυρόηλου
Εἴσιν ἀναστήσας, &c. *Hoc est,*
Alcinoe, non sanè tibi hoc honestum, neque conuenit
Hospitem quidem humi sedere ad focum in pulueribus.
Sed age dum hospitem in sede argentea clauo distincta
Colloca erectum. *Et paulò post Alcinous benè monenti obtemperans:*
Χειρὸς ἑλὼν ὀδυσῆα δαΐφρονα ποικιλομήτην·
Ωρσεν ἀπ' ἐχαρόφιν, καὶ ὄπὶ θρόνου εἶσε φαεινοῦ. *Id est,*
Manu prehensum Vlyssem prudentem varium consilio
Leuauit à foco, & in sedem locauit splendidam.

Notabis hoc simul obiter moris fuisse apud antiquos, vt illi qui ad aliquem opis gratia confugiebant, ad focum sederent, quemadmodum Coriolanus apud Attium Tullium Volscum: Themistocles apud Admetum Molossorum regem, eius liberis manu sumptis. Eodem planè modò Vlysses auxilium petens ab Arete Alcinoi vxore manibus elatis ad eius genua stetit, mox sedet humi inter cineres, quem sublatum Alcinous ad mensam cum filio Laomedonte collocauit, vti dictum est. Sic Nestor ad Patroclum: *Supplices ad focum sedebant.*

Ες δ' ἄγε χειρὸς ἑλὼν, κατὰ δ' ἑδριάασθαι ἄνωγε. *Sic Calypso Mercurium:*
Εν θρόνῳ ἱδρύσασα φαεινῷ σιγαλόεντι. Od. ε. *Sic Eumæus Vlyssem:*
Εἶσεν δ' εἰσαγαγὼν, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας
Εσόρησεν δ' ὄπὶ δέρμα ἰονταῖόν θ' ἁγρίου αἰγὸς
Αυτῷ ἐνδύμεναι μέγα, καὶ δασύ· Χαῖρε δ' ὀδυσσεὺς
Οττι μὶν ὡς ὑπέδεκτο.

Fuit præterea moris in Orientalibus illis regionibus, sicuti supra ex sacris literis dictum est, hospites lauare & vngere: ad quem similiter morem Homerus pluribus in locis alludit. Sic enim famulæ Nausicaæ illius iussu Vlyssi peregrino: *Hospites lauare & vngere.*

Δῶκαν δὲ χρυσείῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον
Ηὐωγον δ' ἄρα μὶν λεῦσαν ποταμοῖο ῥοῇσι, &c. *Et paulò post.*
Αυτὰρ ἐπειδὴ πάντα λύσαντο, καὶ λίπ' ἄλειψεν.

Nam cum famulæ ipſæ, vti moris erat, illum lauare atq; vngere vellent, Vlyſſes id fieri non paſſus eſt, ſed ipſe ſemetipſum lauit & vnxit. Sic Telemachus à Neſtore hoſpitio exceptus lauatur & vngitur. Odyſ. 3. Vlyſſes ſimiliter ab Eurynome. Odyſ. 23. Aliud exemplum hoſpitalis huiuſmodi officij habes. Odyſ. δ'.

Ες ρ' ἀσαμίνθους βάντας ἰὺξίσους (Minerua atq; Telemachus) λύσαντο.
Τὰς δ' ἐπεὶ ἓν δμωαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ·
Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαίνας ἕλας βάλον ἠδὲ χιτῶνας.

Epulæ hoſpitales.

Sequuntur epulæ hoſpitales, quibus peregrini atque hoſpites liberaliter ſunt tractandi, quarum plurima exempla apud Homerum occurrunt. Telemachus ad Mineruam. Odyſ. α.

——Αὐτὰρ ἔπειτα.

Hoſpites poſt cœnam interrogandi.

Δείπνου (cuius deſcriptio paulò poſt ſequitur) παυσάμενοι, μυθήσεται ὅτι τὸ σεχρὴ. *Notabis hoc quod poſt prandium demum cupit ex illis cognoſcere, cuius rei cauſſa venerint, aut qua re indigeant, id quod partim humanitatis ſingularis, partim prudentiæ cuiuſdam eſſe videtur. Humanitatis, quod peregrinos iam antea laſſos & defatigatos non vult quæſtionibus ſuis adhuc magis defatigare, quàm illi cibo potuq; prius ſint refecti atq; recreati. Prudentiæ quoque hoc ipſum videtur eſſe ſingularis, quoniam ex ijs liberaliter paſtis potisq; facilius ſe atq; commodius vera elicere poſſe arbitrabatur, quàm ſi omnino fuiſſent ieiuni. Sic Neſtor poſt prandium demùm Telemachum atq; Mineruam interrogat, qui ſint, vnde venerint. Nam cum illi cibo potuq; fuiſſent ſatiati:*

Νεῦ δὴ κάλλιον ὅτι μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
Ξείνους οἵτινές εἰσιν, ὅτε τάρπησαν ἐδωδῆς
Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστὲ, &c. Odyſ. γ.

Sic Calypſo Dea Mercurium Iouis nuntium, primùm quidem quid nuntiatum veniſſet interrogauit, ſed ipſius tamen poſtulata non prius audiuit, quàm eum conuiuio excepiſſet, ac menſam eidem Ambroſia refertam appoſuiſſet. Odyſ. ε. Similiter Achilles legatos Agamemnonis comiter excepit, & prius quàm mandata eorum audiret, & in ſellis eos inter purpurea tapeta collocauit, & Patroclo, vt ſplendidum illis conuiuium appararet, mandauit. Ιλ. θ. Sic Legato Abraham ad Bathuelem miſſo filio ſuo vxorem ambiendi conciliandiq; gratia, appoſitus fuit panis, ſed illo legatus non antea veſci voluit, quàm mandata ſua expoſuiſſet. Non comedam, inquit, donec loquar ſermones meos, Gen. 24. Quidam etiam temulentos reddunt, vt per eam occaſionem ſecreta eorum perſcrutentur, id quod Bonoſum imperatorem admodum vinoſum facere fuiſſe ſolitum Fl. Vopiſcus teſtatur. Sic Menelaus Telemacho atq; Piſiſtrato conuiuium inſtit apparari, quo demum peracto, illos interrogauit, qui nam eſſent & vnde veniſſent. Euſtathius tamen annotat Telemachum ſtatim poſt prandium voluiſſe rem omnem propter quam venerant cognoſcere, cuius etiam in ſequentibus exempla inueniuntur, cum tamen ſæpè 9. dies in hoſpitalibus huiuſmodi interrogationibus conſumpti fuerint, quæ tamen non ſimilia videantur ijs, quæ in Iliade ſcripta reperiuntur, vbi Iobates cum per 9. dies Bellerophonta hoſpitio excepiſſet, decimo demùm die illum interrogauit:

Πεφραδέως μὲν τίνα ἄνακτ λυκίης ἐρείης
Ἐνιῆμαρ ξείνισσε, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν
Αλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς·
Καὶ τότε μιν ἐρέεινε, καὶ ἤτεε σῆμα ἰδέσθαι: Ιλ. ζ.
*Promptè ipſum honorauit rex Lyciæ ſpatioſæ
Per nouem dies hoſpitatus eſt, & nouem boues ſacrificauit
Sed quando iam decima apparuit roſeis digitis aurora
Et tunc ipſum interrogauit, & petijt literas videre.*

In hunc locum annotat Euſtathius id factum eſt, quia antiqua fuerit ſecundum quorundam opinionem conſuetudo hoſpites decimo demum die poſt illorum aduentum interrogare, id quod etiam in Alexandro factum fuiſſe tradunt, quando à Menelao hoſpitio exceptus, Helenam rapuit. Hæc ille. Sed in primis obſeruatu digna quæ Athenæus libro 5. Dipnoſoph. ſtatim ab initio hac eadem de re diſſerit huiuſce ipſius hoſpitij mentione facta. Δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τὸ οἶνος ἐλκυσικὸν, παρὰ θερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων: *hoc eſt, videtur enim vinum vim quandam habere ad amicitiam alliciendi cum animum calefaciat & diffundat. Subiungit deinde: Atque idcirco*

Vini vis.

non

non primo statim interrogabat quinam essent, sed postea, ὡς τιὼ ξείνων αὐτιὼ πομπῆτες, Hoc est, quasi amicitiam hospitalem ipsam venerantes, non autem hospites singulos. Verùm epularum huiusmodi hospitalium passim plurima apud Homerum exempla occurrunt.

Nec verò cibo tantum potuq; liberaliter fouendi sunt hospites, verùm etiam danda opera, vt mollibus & delicatis in lectis stratisq; recubent, somnumq; capiant. Sic enim Alcinous Vlyssi hospiti lectum à famulis optimè parari curauit, de quo vide plura sub finem. Od. n. Sic Nestor quoque Telemachum atque Mineruam voluit omnino in ædibus suis cubare. Od. γ. Vestes quoque peregrinis atque hospitibus si ijs indigeant nonnunquam subministrandas esse, idem poëta docet, dum Vlyssem à multis vestitum fuisse indicat. Telemachus ad Eumæum de Vlysse sibi ignoto. Od. π.

Hospitibus post cœnã lecti molles parandi.

Vestes hospitibus nonnunquã dandæ.

Αλλ' ἄγε τὸν ξεῖνον ἐπεὶ τιὸν ἵκετο δῶμα
Εσσω μιν χλαίναντε, χιτῶνατε καὶ ἵματα καλὰ.
Δώσω δ' ξίφος ἀμφηκὲς, καὶ ποσὶ πέδιλα.

Nota etiam quòd non modò cibum potumq; hospitibus atq; peregrinis apponere decet, verùm etiam illos blandis verbis ad cibum potumq; capiendum adhortari, vt Eumæus facit sic Vlyssem sibi ignotum allocutus. Od. ξ.

Hospites ad cibũ potũq; capiendum alliciendi.

Εσθιε δαιμόνιε ξεῖνον καὶ τῆρπεο τοῖς δὴ
Οἷα πάρεστι, θεὸς δ' τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει,
Οττιπερ ὧ θυμῷ ἐθέλει, δύναται γὰρ ἅπαντα.

Præter epulas autem alia quoq; hospitibus atque peregrinis dona atque munera, vt vestes & vasa aliaq; huiusmodi nonnunquam danda esse Homerus multis in locis docet, quæ quidem ab illo ξενήϊα appellantur. Hinc frequentissimè apud illum legitur: νυὶ δοθηϊναι ξενήϊα καλὰ. Sic Telemachus Minervæ dona atque munera offert his verbis: Od. α.

Munera hospitibus danda.

Αλλ' ἄγε νυῦ δεῦτε μνηστύν τε πάρ ὀδοῖο
Οφρα λοεσσάμενοί τε, τεταρπόμενοί τε φίλον κῆρ
Δῶρον δέχωνται δεῖπνον δ' ἐπὶ νῆα κίης χαίροντα δὲ θυμῷ
Τιμῆεν, μάλα καλὸν ὃ, τοι κειμήλιον ἔστω
Εξ ἐμεῦ· ὅια φίλοι ξεῖνοι ξείνοισι δίδασι.

Hîc annotat Eustath. non omnem peregrinum amicum esse: respondet qui accepit, τοὶ δ' ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς ita munerantem remuneraturus. Sic Calypso ad Mercurium. Od. ε.

Αλλ' ἔπιο φρονέων ἵνα τοι παρ ξείνια δείω. Ita Patroclus. Il. λ.
Ξείνιατ' ἴν παρέθηκεν ἅτε ξείνοις θέμις ἐστίν.

Menelaus similiter Telemachum atque Pisistratum magnificis donis hospitalibus affecit, quæ δῶρα ξενήϊα appellat: & memorabilis est illa Homeri sententia sub Pisistrati persona Od. ο.

Τὸ γὰρ τε ξεῖνον μνώεσθαι ἤματα πάντα
Ανδρὸς ξεινοδόκου, ὅστις φιλοπτοσύνη. (hoc est, δῶρα φιλικὰ Eustathio interprete)
παράσχῃ.

Nec verò peregrini atque hospites solùm humaniter sunt & excipiendi & tractandi, verùm etiam ab aliorum vi atque iniurijs fortiter sunt defendendi: id quod ipsum quoque Homerus egregiè docet. Sic Telemachus cum Mineruam hospitio excepisset, separatim illi epulas instruxit, vt ne quid illi à procis molestiæ exhiberetur. Verba Homeri sunt hæc: Od. α.

Hospites ab aliena vi atq; iniurijs fortiter defendendi.

Παρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θῆκε ποικίλον, ἵκετο δὲν ἄλλων
Μνηστήρων· μὴ ξεῖνος ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδοῦ, (Id est, θορύβου sine ὁμάδου)
Δείπνῳ ἀδήσειεν (ἀνδιχθὰ) θρασυφαίνοισι μετελθών.

Idem quoque quàm de Vlysse patre suo sibi ignoto sollicitus fuerit, ne is conuitijs incesseretur à procis, facilè indicat dum illum vult apud Eumæum pastorem commorari: sic enim inquit: Od. π.

Κεῖσε δ' αὖ ὑμεῖς μὲν ἴτω μετὰ μνηστῆρας ἐὼν μὲν
Ερχαδον, λίλιον γὰρ ἀτάσθαλον ὕβριν ἔχουσι
Μὴ μὲν περτομέωσιν, ἐμοὶ δ' ἄχος ἔσσεται αἰνὸν.

Postremò hospitem non inuitum esse retinendum, sed quando ita illius fert vsus atque voluntas humaniter dimittendum, atq; etiam deducendum esse Homerus præclarè sanè docet sub Menelai persona, qui huiusce modi verba ad Telemachum dimissionem petentem facit. Od. ο.

Hospites nõ inuiti retinendi, sed dimittendi, & deducendi.

Digitized by Google

Τηλέμαχ' ἄπ σ' ἔγωγε πολλὼ χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω
Ἱέμενον νόσιο· νεμεσσῶμαι δ' καὶ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὴν φιλέῃσιν
Ἐξοχα δ' ἐχθαίρησιν· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα·
Ἰσὸν τοι κακὸν ἠδ' ὅστ' ἂκ ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνει, καὶ ὅς εὐμενέα κατερύκοι·
Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δ' πέμπειν. *Hoc est,*

Telemache non ego te multum tempus hoc detinebo
Cupientem reditus: iraſcor autem & alij
Viro hoſpitali, qui eximie quidem diligit,
Eximie autem odit: meliora autem moderata omnia.
Æquale malum eſt, qui & nolentem redire
Hoſpitem impellit, & qui ruentem retinet.
Hoſpitem oportet præſentem diligere, volentem autem dimittere.

Hirundo hoſpitis imaginem gerit.

Hinc Ælianus lib. 1. c. 52. ſcitè admodum dicit homines hirundinem (quæ cum ſit auis φιλάνθρωπος, & idcirco ei ad tempus aliquod ὁμωρόφιος, id eſt, contubernalis, hoſpitis imaginem gerit) ſecundum Homericam hoſpitalitatis legem excipere, quæ quidem præcipit hoſpitem præſentem eſſe diligendum, diſcedere verò volentem amicè dimittendum. Nam vt hirundinis aduentum (quæ veris eſt prænuntia, ſuoq; garritu totam æſtatem ſuauiorem reddit) hilari vultu excipimus: illiusq; diſceſſum minimè impedimus, ſic eodem modo nos erga hoſpites & peregrinos, qui commorandi, non habitandi locum apud nos habent, gerere debemus.

Hoſpitis dimittendi ratio quæ

Dimittendi autem hoſpitis ratio conſiſtit partim in verbis blandis & humanis: partim in epularum apparatu: partim in munerum quorundam largitione: partim deniq; in eorum deductione & comitatu. Hæc omnia in hoc exemplo exprimuntur. Quoad verba inquit Piſiſtratus ad Telemachum exſpectandum ſibi nec diſcedendum eſſe, priuſquàm Menelaus, qui illos hoſpitio exceperat:

Καὶ μύθοις ἀγανοῖσι (μειλιγίοις) φιλοφρονήσας ἀποπέμψῃ.

Deinde Menelaus epulas illis curat adornari:

Αὐτίκ' ἀρ' ἅλοχόν τε δμῳῆσι κέλευσε
Δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τευχεῖν ἄλις ἔνδον ἐόντων. *De cuius apparatu vide ibidem plura.*

Tum dona Telemacho præclara dantur, à Menelao quidem crater argenteus: ab Helena illius vxore peplus, veſtis pretioſa: quæ vocat Telemachus κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλά.

Sequitur poſtremò ipſum conuiuium, libatio, mutuæ ſalutationes & diſceſſus. Alcinous ad Phæacum principes de Vlyſſe deducendo ſic loquitur. Od. η.

Ξεῖνον ἐνὶ μεγάροις ξεινίσομεν, ἠδὲ θεοῖσιν
Ῥέξομεν ἱερὰ καλὰ· ἔπειτα δὲ καὶ πομπῆς
Μνησόμεθ' ὡς κ' ὁ ξεῖνος ἀνευθε πόνου καὶ ἀνίης
Πομπῇ ἐφ' ἡμετέρῃ ἧν παρὰ πατρίδα γαῖαν ἵκηται·
Χαίεσκον καρπαλίμως, εἰ καὶ μάλα τηλόθεν ἔσται.

Neſtor Telemacho filium ſuum & alios comites itineris attribuit, qui illum Lacedæmona vſque deducerent.

Sententiæ Homericæ hoſpitalitatem commendantes.

Præter hæc autem præclara hoſpitalitatis præcepta quæ ab Homero ſub multorum perſonis proponuntur, extant præterea apud eundē multæ egregiæ ſententiæ, quæ ad eiuſdem virtutis commendationē plurimū faciunt. Nam primò vt in ſacris literis Deus Opt. Max. crebrò dicitur peregrinorū eſſe atq; hoſpitum tutor, patronus atq; defenſor, id quod partim ipſos peregrinos præſertim inopes & mendicos conſolari: partim quoſuis ad humaniter ſe benigneq; erga peregrinos gerendū incitare debet: ita Homerus quoq; Ioui (quo nomine illi ſummum Numen intelligebant) peregrinos, mendicos atq; ſupplices curæ cordiq; eſſe fingit. Atq; hanc quidem ob cauſſam Iouem ſæpè Ξένιον, id eſt, hoſpitalem appellat, ceu hoſpitum cuſtodem, tutorem atque præſidem: quem Herodotus ξεῖνιον vocat. Vt Eumæus Vlyſſem quem ignorabat ſuum eſſe dominum interrogans, ait: Od. ξ.

Iuppiter Ξένιος.

Homerus Ioue fingit, peregrinorum, et mendicorum patronum.

Καὶ σὺ γέρον πολυπενθὲς, ἐπεὶ σε μοι ἤγαγε δαίμων
Μὴ τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, μηδὲ τι θέλγε·

Οὐ γὰρ

Οὐ γὰρ τέτυκτ' ἐγὼ σ' αἰδήσομαι, οὐδὲ φιλήσω·
Αλλὰ δέξ' ξεῖνον δ' εἶσας αὐτὸν τε ἱλεαίρων. (alij ἱλεήσας.)
Et tu senex multa passus, postquam te ad me duxit Dæmon
Ne mihi mendacijs gratificeris, neque mulceas.
Non enim ob id ego te honorabo, neque diligam:
Sed Iouem hospitalem veritus, teq; ipsum miseratus.

En quem nobis vt in omni actione nostra ita in hospitalitate quoq; exercenda finem proponere debemus, ipsum scilicet Deum, quem nos colere, ac venerari decet. Item Od. ξ.

— Δὴ γὰρ κε χολώσατο λίην
Αλλ' ἀπὸ κεῖνος ἔρυκε· Διὸς δ' ὑπίζετο μῆνιν
Ξεινίου, ὅστις μέλισσα νεμεσσᾶται κακὰ ἔργα. *Hoc est,*
— *Nam & inuti erant valdè*
Sed ille (rex Ægyptiorum) eripuit: Iouis autem veritus est iram
Hospitalis, qui maximè agrè fert mala opera.

Vlysses similiter verba sua quæ ad Eumæum fecit de suo reditu huiusmodi iureiurando per Iouem scilicet hospitalem, per mensam hospitalem atq; Vlyssis focum concepto confirmauit.

Εχθρὸς γὰρ μοι κεῖνος ὁμῶς Αΐδαο πύλῃσι
Γίνεται, ὅς πενίῃ εἰκὼν, ἀπατήλια βάζει.
Ισθι νυῦ ζεὺς πρῶτα θεῶν, ξεινίη τε τράπεζα
Ἱστίη τ' ὀδυσῆος ἀμύμονος ἣν ἀφικάνω
Ἦ μάλ τοι τὰ δὴ πάντα τελείεται ὡς ἀγορεύω. *Hoc est,*
Inimicus enim ille mihi non minus Ditis ianua
Est, qui egestate coactus fallacia loquitur.
Sciat nunc Iuppiter primùm deorum, hospitalis & mensa
Penatesq; Vlyssis irreprehensi, quos adibo:
Certè quidem hæc omnia perficientur, sicut dico.

Mensa hospitalis.

Hinc apparet ipsam quoq; mensam antiquis sacrosanctam visam, per quam iurarunt. Item Vlysses ad Polyphemum Cyclopa Od. ι.

Ημεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γοῦνα
Ἱκόμεθ' εἴ πόρεις ξεινήϊον, ἢ τι καὶ ἄλλως
Δώῃς δωτίνεω, ἥ τε ξείνων θέμις ἐστίν
Αλλ' αἰδεῖο θεοὺς, ἱκέται δέ τοι εἰμὲν.
Ζεὺς δ' ὀπιπεύει ταρ ἱκετάωντε ξείνωντε
Ξείνος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. *Hoc est,*
Nos autem rursus tua procumbentes ad genua,
Supplicamus, si quid præbeas hospitale, sin etiam aliter
Donum dares, quod hospitibus dari fas est.
Sed verere optime Deos: supplices enim tibi sumus.
Iuppiter autem vindex est supplicum & hospitum
Hospitalis, qui hospitibus simul verecundis opitulatur.

Iuppiter supplicum, hospitumq; vindex.

Sic Echeneus ad Alcinoum regem Phæacum: — Σὺ δὲ κυρήσειας κέλευσον
Οἶνον ὀπιπρῆσαι, ἵνα δὴ τερπικεραύνῳ
Σπείσομέν, ὅς θ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοις ὀπηδεῖ.

Sequitur deinde libatio. Eustath. Διὰ δὲ τοῦ θεόθεν ἐφορείας ταύτην τὴν ἱκετηρίαν καὶ ὁ ἱκέσιος ἐρρήθη καὶ ὁ ξένιος θεός. *Sic Penelope ad Antinoum dixit. Od. φ.*

Iuppiter ἱκέσιος.

— Οὐ μὲν καλὸν ἀτέμβειν, οὐδὲ δίκαιον
Ξείνης τηλεμάχου ὅσσον τὰ δὲ δώματ' ἵκηται.

Præclarè quoq; est & planè diuina eiusdem poëtæ sententia, quæ non semel ab illo vsurpatur: Vt sub Nausicaæ Vlyssem excipientis persona, quæ his verbis famulas suas alloquitur:

— Αλλ' ὅδε τις δύστηνος ἀλώμενος ἐυθάδ' ἱκάνει
Τὸν νυῦ χρὴ κομίειν, θεοὶ γὰρ διὸς εἰσιν ἅπαντες

Ξεῖνοίτε πλωχοίτε. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλητε
Αλλὰ δοτ' ἀμφίπολοι ξείνω βρῶσίντε πόσιντε.
Λύσατε δ' ἐν ποταμοῖο, &c. *Hoc est:*
Verùm huc aliquis infœlix errans venit
Quem nos oportet curare. A Ioue enim sunt omnes
Hospites & egeni, donum autem quantumuis exiguum, gratum tamen.
Quare date ancillæ hospiti cibum & potum,
Et lauate in fluuio, &c,
Αιδοῖος μέντ' ὀξὶ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι
Ανδρῶν ὅστις ἵκηται ἀλώμενος, ὥστε ἐγὼ νῶϊ.
Nam diuis reuerendus & immortalibus ille est
Quicunq; appulerit multis erroribus actus: Nunc vti ego.

Peregrini, & mendici Ioui sunt cordi.

Hæc oratio inquit Eustath. Φιλοξένως ἔθος λόγος ὀξὶ. *Sic Vlysses cum ab Eumæo pastore comiter fuisset exceptus, ei his verbis fausta precatur à Ioue nimirum Xenio.* Οδ. ξ.

Ζεῦς τοι δοίη ξεῖνε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
Οσσα μάλις' ἐθέλεις, ὅτι μ' ἀεθφεσιν ὑπόδεξο.

Cui Eumæus hunc in modum respondet:

Ξεῖν' οὐ μοι θέμις ἐστ', οὐδ' εἰ κακίων σ' ἔτι ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πάσης γὰρ διὸς εἰσὶν ἄπαστες
Ξεῖνοίτε πλωχοίτε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλητε
Γίγνεται ἡμετέρη.

Hospes non est ignominia afficiendus.

Huc quoque facit illa Vlyssis imprecatio cum ab Antinoo scabello fuisset petitus. Οδ. φ.

Αλλ' εἴπερ πλωχῶν γε θεοὶ καὶ ἐρευνῆς εἰσιν
Αντινόῳ πρὸ γάμου τέλος θανάτοιο κιχείη.

Huc etiam facit Menelai imprecatio aduersus Alexandrum ingratum hospitem:

Ζεῦ ἄνα, δ' ὃς τίσασθ' ὅ μὲ πρότερος κακ' ἔοργε
Δῖον Αλέξανδρον, καὶ ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον
Οφρα τις ἐρρίγησι ὀπιγόνων ἀνθρώπων
Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι, ὅτεν φιλότητα παρέσχη. *Hoc est.*
Iuppiter rex da vlciscì, qui me prius iniuria affecit
Nobilem Alexandrum, & meis sub manibus doma
Vt aliquis timeat & posterorum hominum
Hospitem iniuria afficere, qui amicitiam præbuerit.

Imprecationes in eos qui peregrinos iniurijs afficiunt.

Similis ferè imprecationis exemplum Liuius tradit Dec. 4. lib. 9. Annibal enim cum se à Prusia rege Bithyniæ hospite suo nefariè proditum animaduertisset, execratus in caput, regnumq; Prusiæ, & hospitales Deos violatæ ab eo fidei testes inuocans, poculum veneni, quo sibi mortem conscuit, exhausit.

Porrò vt in sacris literis, vti suprà dictum, sæpè angelos, atque adeò ipsum Deum peregrinorum hominum specie atq; forma oberrasse, & ad pios quosdam viros diuertisse legimus, id quod maximè nobis ad hospitalitatis benignitatisq; erga peregrinos & inopes studium incitamento esse debet: Sic Homerus quoque sæpè fingit Deos suos humana specie latentes oberrasse, ac peregrinatos esse, quò nimirum peregrini & inopes homines cunctis sacrosanctiores videantur, ac proinde nulla contumelia, iniuriaue afficiantur, sed potius humaniter ab omnibus tractentur. Atq; hoc quidem ipsum iuuenis cuiusdam persona expressit, qui cum miser Vlysses mendici habitu atq; specie oberrans cùm à cæteris procis, tùm verò atq; in primis ab Antinoo contumelijs verberibusq; laderetur, huiusmodi verbis Antinoum est alloquutus:

Homerus fingit deos oberrantes peregrinorũ, & mendicorũ habuu.

Αντίνοε, οὐ μὴν καλ' ἔβαλες δλύσηνον ἀλήτην
Οὐλόμην εἰδήπερ ἐπουράνιος θεὸς ἐσὶ
Καὶ τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι
Παντοῖοι τελέθοντες, ὑπερφιάλων πόλησ

Ανθρώπων

Ανθρώπων ὕβριντε καὶ ἀνομίαν ἐφορῶντες. *Hinc Plato in dialogo qui Sophista inscribitur, cum Theodorus dixisset se peregrinum adducere, sic Socratem respondentem inducit.* Ἀρ' ἔν ὦ θεόδωρε ἀ ξένον, ἀλλὰ τινα θεὸν ἄγων κατὰ τὸν Ομήρου λόγον λέληθας, ὃς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, ἐφορᾶν τὸν ξένιον ἀγχ ἥκιστα θεὸν σύνοπαδὸν γιγνόμενον, ὕβρεις τε καὶ ἀνομίας τῆς ἀνθρώπων καθορᾶν. Ταχ' ἔν ἂν καὶ σοὶ τις ἦτορ τῆς κρείττονων συνίποιτο, φαύλους ἡμᾶς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἐποφόμενόν τε καὶ ἐλέγχων, θεὸς ὢν τις ἐλεγκτικός. *Platonis eadem de re testimonium.*

Hinc θεοξένια *sacra à Deorum hospitalitate & commertio sic dicta videntur profluxisse, quæ à Castore & Polluce instituta in omnium Deorum honorem celebrabantur, de quibus vide plura apud Hesychium, Pollucem, necnon Pindari interpretem. Apollo quoque Theoxenius, id est, hospitalis Deus à Pellenensibus in Achaia vocatus cultusq; fuit, apud quos eius Dei templum fuit, ad quod certamen Theoxenia nomine celebratum fuit, victoriæ eius præmium fuit argentum, teste Pausania, siue vt Pindari interpretes volunt, chlæna vestis. Vide Calium libro 18. capit. 5.* θεοξένια. Apollo θεοξένιος.

Pythagoras, Ξένος ἀνὴρ δίκαιος, ὃ μόνον πολίτης ἀλλὰ καὶ συγγενὴς διαφέρει, *id est, Peregrinus vir iustus, non modò ciue, sed etiam cognato maioris faciendus est. Verba quibus Homerus vtitur ad singularem amorem humanitatémque exprimendum, qua peregrinum siue hospitem tractari oportet, sunt* φιλεῖν, ἀμφαγαπάζειν, κομίζεσθαι *siue* κομίειν, ὁδοῦ ἔχεσθαι ὁίκῳ, τίειν, φιλότητα δαίζειν, *&c.*

Nec verò, vt hoc quoque addam, ξενοδόκους *tantum, hoc est, eius qui hospites atque peregrinos excipit, verum etiam eorum qui hospitio excipiuntur, officia passim tradit sub Vlyssis præsertim persona, qui erga* ξενοδόκους *suos se valdè gratum humanum atque benevolum exhibuit, ijs fausta precatus est. Huc faciunt præclara hæc illius verba, quibus se cum Phæacensibus quibus-nis, à quibus prouocabatur, pugnare paratum esse ostendit, præterquàm cum Laodamante hanc rationem egregiam subiungens:* Οδ. θ. Officia eorum qui hospitio excipiuntur.

Ξεῖνός γὲ μοι ὅδ' ὄχοι· τίς κ' ἐριήσειε μάχοιτο.
Αφρων δὴ κεῖνός γε καὶ ἀπρήκτους πέλει ἀνὴρ
Ος τις ξεινοδόκῳ ἐεῖδεα ἀντιφέρηται ἀέθλων
Δήμῳ ἐν ἀλλοδαπῷ, ἔοτ' ἀμπ' παίτα κολύει. *Hoc est,*

Hospes enim ille mihi est, quis cum amico pugnaret?
Insipiens ille & nullius pretij est vir
Quicunq; cum hospite contentionem obtulerit certaminum
Populo in alienigena, suijpsius omnia perturbat.

Simillimum huic exemplum habes apud Val. Max. lib. 5. c. 1. de Quintio Crispino. Is enim cum à Badio Campano, quem hospitio benignissimè domi suæ exceperat, & aduersa valetudine correptum, attentissimà cura recreauerat, post illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnam fuisset prouocatus, cùm & viribus corporis & animi virtutibus aliquantò esset superior, monere ingratum, quàm vincere maluit. Nam quid agis, inquit, demens? aut quò te praua cupiditas transuersum rapit? Vnus tibi Romanorum videlicet Quintius placet, in quo scelesta exerceas arma, cuius penatibus & honoris vicissitudinem & salutem tuam debes? At me fœdus amicitiæ dijq; hospitales, sancta nostro sanguini, vestris pectoribus vilia pignora, hostili certamine congredi tecum vetant. Quin etiam si in concursu exercituum fortuitò vmbonis mei impulsu prostratum agnouissem, applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocassem. Tuum ergo crimen sit, hospitem occidere voluisse, meum non eris hospes occisus: proinde aliam qua occidas dextram quære, quoniam mea te seruare didicit. Præclarum hoc sanè & eximium est exemplum & hospitalitatis fidelissimæ in Crispino, & perfidiæ atque ingratitudinis in Badio. Vtrique autem addit Valerius, cœleste numen debitum exitum dedit, siquidem in eo prælio Badius obtruncatus est, Quintius insigni pugna clarus euasit. De eadem historia vide Liuium Decad. tertio, libro quinto. Officia peregrinorum, siue eorum qui hospitio excipiuntur egregiè sanè Menander his carminibus expressit:

Ξένος πεφυκὼς τὰς ξενοδόχους σέβου,
Ξένος γὰρ ἀκολάθει τοῖς ὁπλιτικοῖς νόμοις.

Ξείνος ὢν ἀπράγμων ἴθι, καὶ πρόφρων κάλως.
Ξείνῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν
Ξείνον γὰρ σιγᾶν κρεῖττον ἢ κεκραγέναι
Χρὴ γὰρ ξένον μὴ κάρτα πρόχωρεῖν πόλει.

Peregrinus si sis, hospitio te excipientes cole.
Peregrinus moribus illius loci pareto.
Peregrinans ne curiosus sis, & bene viues.
Hospiti maxime conducit temperantia.
Peregrinum decet silentium magis, quam vociferatio.
Valde se accommodare ciuitati peregrinus debet.

Sic Christus sese modestum, frugalem, gratum ijs præbuit, à quibus hospitio fuit exceptus, ac in primis vtilia ac salutaria vitæ documenta illis tradidit, vt Luc. 11. & 13. & alibi scriptum est. Idem apostolos suos noluit de domo in domum cursitare, sed mandauit vt in quam domum essent ingressi, in eadem manerent edentes quæ apponuntur, hoc est, contenti essent tenui victu, & modestè sese gererent.

Hospitij porrò ius & quasi hæreditarium fuisse, ita vt à parentibus ad posteros traduceretur, & quæ nam illius vel contrahendi vel etiam renouandi & instaurandi ratio fuerit Homerus egregiè docet sub Diomedis atq; Glauci persona, qui in ipso prælio paternam hospitij necessitudinẽ renouarunt, de quò sic canit: Nam cum illi manus inter se conferre vellent, Diomedes prius Glaucum interrogauit, quonam esset genere oriundus, quod cum Glaucus Diomedi exposuisset, Diomedes illum paternum esse hospitem agnouit, atque idcirco hasta humi fixa illum verbis huiusmodi μειλιχίοις, id est, blandis est affatus.

Ἦ καὶ νῦμοι ξεῖνος πατρώϊος ἔσσι παλαιὸς
Οἰνῆος γὰρ πότε δῖος ἀμύμονα Βελλεροφόντην
Ξείνισ' ἐνὶ μεγάροισιν, ἐείκοσιν ἤματα ἐρύξας,
Οἱ γὰρ καὶ ἀλλήλοισι πόρον ξεινήια καλά.
Οἰνεὺς μὲν ζωστῆρα δίδου φόινικι φαεινὸν,
Βελλεροφόντης δ' χρύσεον δέπας ἀμφικύπελλον
Καὶ μιν ἐγὼ κατέλιπον ἰὼν ἐν δώμασιν ἐμοῖσι. *Et paulò post:*
Τῷ, νυῦν σοι μὲν ἐγὼ ξεῖνος φίλος Ἄργεϊ μέσσῳ
Εἰμὶ, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ, ὅτε κεν τὴν δῆμον ἵκωμαι.
Ἐγχείην δ' ἀλλήλω ἀλεώμεθα καὶ δι' ὁμίλου. *Hoc est,*
Certè mihi hospes paternus es antiquus.
Oeneus enim olim nobilis eximium Bellerophontem
Hospitatus est in ædibus viginti dies detinens.
Hi verò etiam sibi mutuò dabant xenia pulcra,
Oeneus quidem baltheum dedit purpura lucidum.
Bellerophontes autem aureum poculum vtrinq; cauum,
Et illud ego reliqui proficiscens in ædibus meis.
Qare nunc quidem tibi ego hospes amicus in Peloponneso media
Sum, tu verò in Lycia quando eam ad gentem venero.
Hastas autem mutuas euitemus etiam in turba.

Postea antiquam hanc hospitij necessitudinem renouandi stabiliendiq; gratia & verbis inter se pacti sunt se non amplius inter se dimicaturos, & arma inter se commutarunt, & denique de equis desilientes:

Χεῖράς τε ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πίστωσαν.
Manusq; mutuas apprehenderunt, fidemq; dederunt & acceperunt.

Hospitalis amicitia etiam posteris veneranda.

Eustath. Πίστιν ἀλλήλοις ἐποίησαν διὰ τῆς συνήθους δεξιώσεως, πίστεως γὰρ ἁπλοϊκὸν τὸ δεξιῶν χειρῶν συμβολή. *Addit idem id quod obseruatione est dignissimum, hospitij amicitiam non ijs modò, qui illam primò inter se contraxerant, sed etiam illorum posteris per successionem quandam αἰδέσιμον, hoc est, venerandã sanctamq; fuisse. Sic enim cum Bellerophontes olim atq; Oeneus*

se mutuò

Digitized by Google

se mutuò hospitio excepissent, Glaucus quoque atque Diomedes illorum posteri hospitij ius veriti εἰρηνάια πρόξενοντο, id est, pacem inter se contrahunt. Imò τὸ συγγενικὸν θάρσος τοῖς παλαιοῖς ἦν ὁ κρεῖττον τῶν ξενίων, hoc est, prior ac potior fuit veteribus hospitij, quàm sanguinis iunctio. Teucer enim Troianus cum Priamo esset sanguine iunctus, tamen non dubitauit Troianis pugnare, seq; popularium sanguine inquinare. At Glaucus & Diomedes quia pacem erant hospites in media etiam acie atq; turba à mutuo congressu abstinent sibiq; temperant. Consuetudo erat apud maiores, inquit Seruius in Vergil. Æneid. lib. 9. vt inter se homines hospitij iura mutuis muneribus copularent, vel in præsenti, vel per internuncios. Hinc Vergil,

Euryalus phaleras Rhamnetis & aurea bullis
Cingula Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona hospitio, cum iungeret absens
Cedicus. Hoc est,

Cedicus quidam Remulo, cum eum sibi absens hospitio vellet iungere, misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc est, clauis insignita.

Amicos hospitalē amicitiam muneribus conuehendi.

Hisce ergo cùm præceptis, tùm exemplis (quæ quasi viua sunt præcepta) Homerus suis illis fabularum quasi inuolucris hospitalitatis iura atque officia tradidit atque sanxit, ex quibus ipsis planè constat hospitij ius apud Græcos cùm antiquissimum, tùm sanctissimè, religiosissimeq; cultum fuisse. Nec verò eos tantum peregrinos, cum quibus amicitia nobis est contracta, vel vinculum necessitudinis intercedit, sed quosuis etiam ignotos vel solius Dei nomine humaniter comiteráq; excipiendos, tractandos atq; dimittendos esse (quæ quidem vera hospitalitas censeri debet) idem multorum exemplis suprà commemoratis satis superáq; docuit.

Post Homerū autē optimo sanè præstantissimoq; cùm reliquarum virtutum atq; disciplinarū, tùm hospitalitatis quoq; doctore atque magistro Græci vsi fuerunt diuino illo suo Platone, quem Cicero non dubitauit Philosophorum deum appellare. Is igitur lib. 5. de Legibus præclarè hunc in modum disserit: πρὸς δ' αὐτὰς ξένους δεινοπτέον ὡς ἁγιότατα συμβόλαια ὄντα; hoc est, Cum ipsis verò peregrinis sanctissimum nobis pactum commerciumq; intercedere est existimandum. Omnia namque, addit ibidem, vel ipsorum peregrinorum, vel ciuium peccata atque delicta aduersus peregrinos admissa in ipsum potissimum Deum ceu vltorem ac vindicem redundant. Nam cūm peregrinus socijs sit atque cognatis destitutus, ideo hominum pariter atque deorum misericordia magis videtur dignus. Quò quis igitur maiori vindicandi potestate pollet, tantò is promptior est ad opem ferendam. Atqui potestate longè omnibus antecellit, ὁ ξένιος ἐχόντων δ' ἀίμων καὶ θεὸς, τῷ ξενίῳ συνεπόμενοι Δίι, id est, singulorum hospitalis dæmon atq; deus. Quamobrem summa cuiuis, qui vel minimum sapit, adhibenda est cautio atque diligentia, ne per totum vitæ suæ curriculum quicquam in peregrinos peccet, vllaue re illos offendat. Subiungit postremò omnium peccatorum quæ vel contra peregrinos vel populares atque ciues designantur grauissimum illud esse, quo quis in supplices peccat. Nam postquam is qui alicui supplex est factus Deum testem est nactus, profectò iniuria affecti custos est atq; vindex grauissimus, ita vt ille non inultus existat.

Platonis testimonia de hospitalitate.

Idem porrò Philosophus lib. 12. de Legibus quatuor peregrinorum genera facit. Primum genus est mercatorum atque negotiatorum, qui auium instar trans mare volitantium quæstus & lucri gratia certis anni temporibus ad nos veniunt. Secundum eorum, quos ὁμήγυριν ὄντας θεωρὸς appellat, qui nimirum res peregrinas visendi ac discendi, multaq; cognoscendi causa veniunt. Tertium eorum, qui publicè à populo aliquo missi legatiue veniunt. Quartum eorum, qui fortuna aut casu aliquo ad nos deferuntur. Singuli hi quonam modo hospitio sint excipiendi atque tractandi diligenter docet. Sed tandem in genere totam hanc rem ita concludit. Secundum has leges excipere nos decet omnes peregrinos, peregrinantésue τιμῶντας ξένιον Δία, hoc est, hospitalem Iouem colendi veneran di q; causa. Vides quomodo Plato non secus atque Homerus, de quo suprà dictum est, verissimè sapientissimeque summum hospitalitatis finem, ad quem illa sit referenda, ipsum Deum statuat.

Peregrinorum quatuor genera.

De Græcorum porrò antiquo hospites excipiendi more atque consuetudine sic scribit Vitruuius lib. 6. cap. 9. Nam cum Græci, inquit, fuerint delicatiores, & opulentiores à fortuna, hospitibus aduenientibus instruebant triclinia & cubicula, cum penu, cellas: primoq; die ad cœnam inuitabant,

Mos Græcorū hospites excipiendi.

Digitized by Google

postea mittebant pullos, ova, olera, poma reliquasq; res agrestes. Ideò pictores ea, quæ mittebant hospitibus, picturis imitantes, xenia appellauerunt. Ita patresfamiliâs in hospitio non videbantur esse peregrè, habentes secretam in hospitalibus libertatem. Hæc ille. Ad illum autem hospitibus munera esculenta missitandi morem Apuleius alludit lib. 2. his verbis: Commodum meridies accesserat, & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum & quinq; gallinulas & vini cadum in ætate pretiosi. Apud Xenophontem quoq; multa extant testimonia, ex quibus constat, non priuatos modò homines priuatim, verùm etiam ciuitates publicè hospitia inter se contrahere, eaq; sanctè religioseq; colere fuisse solitos. Huc faciunt illa Agesilai verba ad Pharnabazem: Non te latere, inquit, arbitror homines in ciuitatibus Græcis cõsuevisse hospitalitatem inter se contrahere. At cum bellum inter vrbes ortum est, illi quoq; pro communi patria etiam contra hospites pugnare non dubitant, & si ita euenit, etiam illos obtruncant. Idem testatur lib. 7. rerum Græcarũ, Phliasios Pellenensium victores summam laudem fuisse consecutos, eò quod Pellenensem **πρόξενον** *in potestatem suam redactum, quamuis summa rerum premerentur inopia, absq; pretio dimisere. Nonne meritò hi, inquit Xenophon, qui id fecerunt, generosi ac fortes appellandi sunt? Ita contrà apud eundem lib. 4. Anabas. Tissaphernis perfidia vehementer culpatur, qui Clearchum ipsum* **ὁμοτράπεζον** *suum, nihil Iouem hospitalem veritus, per summum scelus perdiderat. Nota heic quòd hospitem* **ὁμοτράπεζον**, *hoc est, eiusdem mensæ, quæ & ipsa hospitalis dicta est, cõmunione cõiunctum appellat.*

Munera esculenta emittendi consuetudo.

Hospes ὁμοτράπεζος.

Vt autem Græci, vt hoc quoq; addam, hospitalissimi & in xenijs, hoc est, muneribus hospitalibus mittendis largiendisq; liberalissimi fuerunt: ita mirum non est illos aliorum quoq; populorum similem beneficentiam expertos fuisse. Sic enim eodem Xenophonte teste, lib. 3. de Cyri expeditione, & Armenius Cyro, eiusq; exercitui ξένια misit, & Trapezuntij Græcos hospitio acceperunt, denis etiam hospitalibus datis bubus, farina, vino. Sinopenses quoque Milesiorum coloni ijsdem farinæ medimna ter mille, vini amphoras M. D. *& Heracleenses farinæ medimnum* M M M: *vini amphoras* M M. *Bones* X X. *oues* C. *xeniorum loco miserunt, vt idem auctor testatur libro 5. & 6. de Cyri expeditione.*

πρόξενος munus publicũ hospites & peregrinos excipiendi.

πρόξενοι

Munus in oppidis Græciæ fuit quoddam publicum recipiendorum hospitio senatorum, legatorum & magistratuum peregrinorum, quod, vt suprà dixi, **πρόξενία** *appellabatur, quiq; eos recipiebant, qui hospitio publico cum ciuitate erant coniuncti,* **πρόξενοι** *dicebantur, quos Budæos publicos hospites vertit. Idem propterea ciuitatum* **πρόξενοι** *dicebantur & φερενίκαι. Proxeni appellationem post Homerum irrepsisse scribit Eustath: eligi porrò solitos vel à populo, vel à rege. Inde Herodotus tradit: Spartanis fuisse decorum regibus quem voluissent demonstrare, qui proxeni obiret functionem. Cæl. lib. 11. cap. 1. Huiusce muneris atq; moris luculenta apud Ciceronem in Verrinis fit mentio, vbi Philodamus Lampsacenus, cum Verres Rubrium ad illum deduci iussisset, huiusmodi apud Verrem excusatione vsus est: Munus illud suum (***πρόξενίας***) non esse: se, cùm suæ partes essent hospitum recipiendorum, tùm ipsos tantum prætores & consules, non legatorum assecias recipere solere. Ibidem & de Ianitoris, apud quem Verres diuersatus erat, & de Philodami hospitalitate, qui Rubrio magnificè & ornatè conuiuium comparauit, plura videre licet.* **Πάροχοι** *quoq; & Græcè & Latinè dicti sunt ij, quorum munus erat peregrinis ijs præsertim, qui publicè mittebantur, ligna & salem & similia præbere & suppeditare, sic dicti ἀπὸ τῦ παρέχειν, quod valet præbere. Hinc Horat. Satyr. 5. lib. 1.*

πάροχοι

——Et parochi, quæ debent, ligna salemque.

Copiarij.

Hos Porphyrius copiarios à Latinis vocatos esse tradit, qui victum, salem & ligna ijs præstabant, qui Reipub. causa peregrè ibant, de quo vocabulo etiam infrà. Sub horum autem nomine omnia hospitibus necessaria intelliguntur, teste Acrone & Lambino, qui Satyr. vlt. lib. 2. parochum volunt ab Horatio per translationem poni pro eo, qui cœnam præbet & pro conuinatore:

——Vertere pallor
Tum parochi faciem vel sic metuentis, vt acres
Potores, &c.

ξενοπάροχοι

πάροχοι, *vt tradit Turnebus in suis Aduersarijs, non solũ dicuntur, qui præbenda magistratibus redemerunt, verum etiam equi, qui cursus publici causa præbentur, &c. Dicti quoque sunt* **ξενοπάροχοι**, *illi, qui peregrinis res ad victum necessarias præbebant, quos Arcad. inter eos, qui personalibus*

sonalibus muneribus fungũtur, numerat. Et paulò posᵗ. §. 2. inquit: Emporia (siue elaemporia olei coemendi cura) & ospratura (vocabulum fictum ex Græco ὄσπρα, quod varias fruges minutas & legumina significat) apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur, id estᵗ, minutarum frugum publice coëmendarum cura. Susceptores quoque vini per prouinciam Africam patrimonij munus gerunt. Eodem quoq; nomine paranymphus appellatur à παράνυμφος. Pausanias enim scribit in Græcia moris fuisse, vt in nuptiali curru, quo sponsa vehebatur, tres duntaxat sederent, & media sponsa, à lateribus sponsus, & quem vocant παράνυμφον, qui amicitia vel sanguine cõiunctus esset, & cui plurimum deferrent. Idem Suidas tradit. Hinc, vt illud quoque obiter addam, Ecclesiæ antistites parochos volunt dictos ab exhibitione sacramenti, & parochias quibus singuli ministri destinati sunt. Budæus autem non parochias primùm, sed paræcias appellatas esse censet. Parochi significationem rectè Lauaterus in Ezechielem ministros Ecclesiarum, ideò pulchrè conuenire existimat, quòd ipsi hominibus, qui hospites & peregrini sunt in hoc mundo, mensam verbi Dei apponunt, & Sacramentum Eucharistiæ administrant: deinde sponsam Christo adducunt. Æschines quoque quàm sanctum hospitij ius apud veteres Græcos fuerit, ac quomodo id salis & mensæ consortio contrahi fuerit solitum, egregiè sanè his verbis ostendit in illa sua oratione de perperam obita legatione: τὰς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας, καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν ἐφ' ἧς πλείστου δεῖ φησὶ ποιεῖσθαι, hoc estᵗ, Etenim ciuitatis salem publicamque mensam ait se plurimi facere. Quod autem Æschines salis mentionem facit, ideo fit, quia hospitibus olim sal ante cibos alios apponebatur, ceu amicitiæ symbolum, vt testis estᵗ Eustath. in Ιλ. α. Cælius lib. 12. cap. 1. Sic, teste Erasmo, apud Germanos acceptus à propinante cyathus adimit omne ius agendi iniuriam. Vnde Eustath. quoque in illa Vlyssis verba ad Antinoum: Οὐ σύγ' αὖ ἔξ οἶκον τοῦ δεῖπνόν δ' ἅλα δοίης, exponit, ἅλα δὲ τὸ ἅλας τὸ δεῖ ξενίας δηλοῦν, hoc estᵗ, neque sal, quod hospitalitatis nomine dari consueuit: addit deinceps: ὅτι δὲ τὸν ξένιον ἅλα, θεῖον ὁ ποιητὴς οἶδε, δηλώσας ἐν ταῖς λιταῖς, quod autem sal hospitale diuinum agnouerit poëta, apparet ex supplicationibus, in quibus quædam scribit ex sale fuisse composita. Vide infrà de Fœderalibus cõuiuijs. Vt autem sal primò omnium apponi hospitibus consueuit: ita Germani conuiuantes hospiti siue peregrino aduenienti poculum vini primò porrigere solent, ex quo si bibere is recusetᵗ, inhumanus & inciuilis habetur. Moris quoque estᵗ apud nobiles præsertim vt à patrefamiliâs hospiti, qui nunquam antea in illius domo fuit, poculum satis amplum proponatur, quod illi estᵗ exhauriendum, quod quidem willkom/hoc estᵗ, salutatorium poculum nominatur, quo nouus hospes excipitur, & quasi hospitalis amicitia cum illo contrahitur.

Paranymphus etiã παράνυμφος dictus.

Parochi cur dicti ecclesiæ antistites.

Hospitij ius salis, & mensæ consortio contrahi solitum.

Sal hospitibus olim ante omnia alia appositum.

Sal hospitalitatis symbolum.

Atque hæc quidem de Græcorum hospitij hospitalitatisque cùm publicæ, tùm priuatæ iure, more atque consuetudinibus in genere sint dicta: nunc de singulorum quorundam Græciæ populorum hospites excipiendi more atque consuetudine quædam adijciamus. Hospitalissimi olim fuisse feruntur Cretenses, hodie Candiotæ dicti, qui quidem, vt testis estᵗ Athen. lib. 4. passim per totam suam insulam binas habuerunt semper in illis sybsitijs extructas domos, vnam quam ἀνδρεῖον appellarunt, alteram, in qua hospites diuersari atque dormire solebant, quam idcirco κοιμητήριον (quasi dicas dormitorium) nominarunt. In domo autem conuiuali (συσσιτικὸν οἶκον vocant) in qua conuiuabantur, duæ stratæ erant mensæ, ξενικαὶ, id estᵗ, hospitales dictæ, propterea quod hospites, qui aderant, ijs primò assidebant. Postᵗ illas verò aliæ ordine quæque suo repositæ erant mensæ. Ad hæc erant & sedilia hospitalia & mensa tertia, quæ à dextra ingredientibus ἀνδρεῖα occurrebat, quam ξενίου Διὸς, ξενίαν τε, hoc estᵗ, mensam Iouis hospitalis, & hospitalem vocabant. Heraclides similiter in Politijs Cretensium hospitalitatem commendans, ait, Illos eorum quæ in conuiuijs apponebantur, partem peregrinis & hospitibus primũ dedisse: postᵗ hospites principi quatuor portiones præbuisse, vnam quam etiam reliquis, alteram principalem, tertiam familiæ, quartam vtensilium. Idem auctor tantam Cretensium ergo peregrinos humanitatem extitisse dicit, vt ad magistratus quoque gerendos illos sæpè vocarint.

Cretensiũ hospitalitas.

Domus, mensæ, sellæ hospitales

De Megarensibus atq; Corinthijs literis memoriáq; proditum estᵗ, illos cùm de imperio certaretur, captiuos in bello velut hospites inuicem humaniter tractasse, illosq; sine pretio dimissos Doryxenos appellatos esse. Illis enim Iupiter ξένιος in præcipuo cultu erat. Quare etiam milites cum hostibus extra aciem familiaria iura seruabant, in acie verò pugnabant vehementissimè. Testis estᵗ Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 10.

Megarensiũ & Corinthiorũ hospitalitas

Digitized by Google

Lacedæmoniorum erga hospites benignitas.

Celebris est Lacedæmoniorum liberalitas, qui legatos & peregrinos in suis Phyditijs, necnon copidibus atq; æclis, de quibus suo loco, vt Cretenses in Syssitijs excipere & benignè liberaliterq; tractare consueuerunt. Vnde Cratinus apud Athenæum Cœnæ copis dictæ mentionem faciens, inquit:

Ἀρ' ἀληθὲς τοῖς ξένοισιν ἐστὶν, ὡς λέγουσ' ἐκεῖ
Πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθ καλῶς.
Verè, vt ferunt, quiuis potest ibi aduena
Conuiuium lautum, bonamque hinc copidem
Qui accesserit, sumpsisse, &c.

Paulò post Æcli, quæ & ipsa fuit quædam conuiuij Spartani species, mentione facta lib. 4. dicit, non incolis solùm atq; ciuibus, sed omnibus peregrinis hospitibus ad illud aditum patuisse. Plura passim apud auctores præclara græcanicæ hospitalitatis exempla reperiuntur, quæ omnia colligere nimis longum ac operosum foret. Hæc quæ dicta sunt, sufficiunt opinor ad antiquam ξενίας, id est, est, hospitij & hospitalitatis publicæ pariter atq; priuatæ rationem Græcis vsitatam demonstrandam: id quod mihi hoc in loco fuit propositum.

Hospitalitas à Romanis religiosè fuit culta

Nec minor verò hac in parte Romanorum laus censeri debet, ad quos vt omnium ferè gentium atq; populorum monarchia, omnesq; artes liberales & disciplinæ: ita hospitalia quoq; iura, mores atque consuetudines ab ipsis Græcis fuerunt deolutæ. Vnde Roma omnium patria dicta est, teste Athenæo lib. 1. cap. 1. Nam primò, vt apud Græcos, ita apud Romanos quoque erant & publica & priuata hospitia, ita vt hospitij necessitudo non modò inter priuatos, sed etiam inter populos contraheretur, neque id quidem modò, sed etiam inter singulos priuatosq; homines & ciuitates. Deinde vt hæc cùm publici tùm priuati hospitij necessitudo Græcis sacrosancta visa est, quam violare nefas esset: ita Romanis quoq;, qui idcirco non minore cultu atq; religione Iouem Xenium, id est, hospitalem, quàm Græci coluerunt. Vnde Cicero in oratione pro Deiotaro: Si veneno, Iouis illius quidem hospitalis numen nunquã celare potuisset, homines verò fortasse celauisset. Idem ad Q. Fratrem: Non faciam vt illum offendam, ne imploret fidem Iouis hospitalis. Apuleius lib. 3. Sed proh Iupiter hospitalis, & fidei secreta numina, &c. Et Virg. Æneid. 1.

Hospitia publica & priuata.

Iupiter Xenius seu Hospitalis à Roman. cultus.

Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyrijsque diem Troiaque profectis
Esse velis, nostrosque huius meminisse minores.

Dicit illum dare hospitibus iura, & idcirco ἐπιμήτωρ, id est, vltor siue vindex supplicum atque hospitum ab Homero fuit appellatus. Eò pertinet illa Lycaonis fabula, qui cum hospitio susceptus hospites necaret, à suscepto Ioue postquam ei epulas humanas apposuit, versus in lupum exemplo suo ostendit, hospitij iura non esse violanda. Vt autem Iupiter ξένιος, à Cicerone hospitalis, ita ab Ouidio Hospes dictus est. Metamorph. 10.

Lycaonis fabula.

Ante fores horum stabat Iouis hospitis ara.

Iupiter hospes dictus.

Hospitis nomen æquiuocum.

Hospes autem apud Latinos, vt apud Græcos ξένος, tàm is qui recipit, quàm qui recipitur, dici solet. Ouid. Non hospes ab hospite tutus. Cicero pro Deiotaro: Per dexteram ista, quam hospes hospiti porrexisti.

Hospitũ quanta apud Romanos obseruãtia

Quanta fuerit veteribus Romanis hospitum obseruantia, Gellius quoq; egregiè docet lib. 5. cap. 13. vbi de Officiorum gradu atq; ordine, moribus populi Romani obseruato, agit. Cumq; quæreretur, inquit, quibus nos ea (officia) prioribus potioribusq; facere oporteret, si necesse esset in opera danda, faciundoque officio alios alijs anteferre, non constabat. Conueniebat autem facilè constabatque ex moribus populi Romani. Primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere, fidei tutelæque nostræ creditos. Secundum eos proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrocinumque nostrum dederant. Tum in tertio loco esse hospites, postea esse cognatos affinesq;. Hæc ille. Vides hîc in opera danda obsequioq; præstando hospites & peregrinos ipsis quoque cognatis & affinibus fuisse præpositos. Vnde patet verum esse id, quod suprà ex Eustathio protulimus, nempe hospitalitatis necessitudinem antiquis vel ipsa sanguinis coniunctione sanctiorem augustioremque visam esse. Addit præterea Gellius eodem in loco: Massurius autem Sabinus in libro Iuris ciuilis III. antiquiorem locum hospiti tribuit, quàm clienti, cuius hæc sunt verba: In officijs apud maiores ita obseruatum est, primùm tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tùm cognato, postea affini.

Officiorũ gradus apud Romanos.

Hospitalitatis necessitudo sanguinis coniunctione prior apud veteres.

Firmum

Firmum atq; clarum isti rei testimonium perhibet auctoritas C. Cæsaris Pont. Max. qui in oratione quam pro Bithynis dixit, hoc principio vsus est: Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin proximis retineatur; neq; clientes sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam à propinquis nostris opem ferre instituimus.

Quanta hospitij religio & necessitudo Romanis fuerit, Liuius quoq; indicat lib. 7. de Bello Macedonico: Princeps legationis, expositis amicitiæ cum pop. Rom. meritis q; Rhodiorum: Nihil, inquit, nobis tota nostra actione P. C. neq; difficilius neq; molestius est; quàm quod cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo vno maximè regum, & priuatum singulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati nostri hospitium est. Romani religiosi fuerunt hospitalitatis cultores. Liuij testimonium. *Cicero quoq; in suis inuectiuis in Verrem inter alia crimina illi sæpe hospitij violationem exprobrat. Vt in actione vlt. Pater, inquit, aderat Dexio Tindaritanus, hospes tuus: cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaueras: eum cùm illa auctoritate, & miseria videres præditum, num te eius lachrymæ; num senectus; num hospitij ius atq; nomen à scelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? Sed quid ego hospitij ius in hac tàm immani bellua commemoro, qui Sthenium absentem hospitem suum in reos retulerit. Fuerunt etiam nonnullæ aliquando domus sceleste, quas non licuit amplius habitare (vt ex probatis scriptoribus patet) quod ibi violata fuerint hospitia. In ff. de nautis & cauponis lib. 1. datur actio duplex contra hospitem, si quid ex hospitio subtractum sit.* Cic. Verrem violati hospitij perstringit. Domus scelestæ ob violatum ius hospitij.

Quanta Romanorum erga peregrinos quoq; suis humanitas fuerit, inde quoq; videtur posse colligi, quod peregrinum antiquitus, teste Cicerone, Varrone atque Festo, hostem appellarunt, ab hostiendo, vt nonnulli volunt, hoc est, æquando, propterea quod inter ciues & peregrinos debeat esse æquabilitas. Cicero: Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, indicant 12. tabulæ. Aut status dies cum hoste: Itemq; aduersus hostem æterna auctoritas. Romanos verò tantum humanitatis peregrinis præstitisse non videtur esse mirũ, cum ipsi quoq;, vt ex historijs patet, ex peregrinis & aduenis vndiq; confluentibus in vnũ coaluerint. His adde quòd Romæ externis & peregrinis magistratus dabatur regius, cõsularis & prætorius, vt Numæ & Tarquinij temporibus, Consules multi peregrini & externi fuerunt. Habebant & prætorem peregrinum, qui peregrinis ius dixit. Huiusmodi magistratus creandos & instituendos esse in vsum peregrinorum Plato quoq; in sua Repub. suasit, de quo vide suprà. Peregrinus olim hostis dictus. Prætor peregrinus.

Præterea vt apud Græcos certæ quædam erant ædes peregrinis hospitibusq; recipiendis destinatæ, de quibus etiam Plato in lib. de Legibus præcipit, quæ ab illis ξενοδοχεῖα, ξενῶνες, καταγωγαὶ siue καταγώγια, καταλύματα, à Phrygibus peculiari nomine ἀνδρῶνες, à Cretensibus κοινητήρια fuerunt appellatæ: sic quoq; Romani domus habuerunt certas in peregrinorum atq; hospitum vsum extructas, quas Hospitalia vocarunt: de quibus sic Vitruuius libr. 6. Præterea dextra ac sinistra domunculæ constituantur, habentes proprias ianuas, triclinia & cubicula commoda; vt hospites aduenientes nõ in peristylia, sed in hospitalia recipiantur. Eodem modo nostra ætate, quæ ædes publicæ parantur ad egenos recipiendos, hospitalia appellantur. Nã illæ quæ viatoribus peregrinisq; mercede patent, cauponæ diuersoriaq; vocantur. Hospitium quoq; & pro domo vbi diuersamur, nonnunquam accipitur, & frequentius pro ipsa consuetudine amicitiaq; hospitali. Huc quoque facit quod Cic. lib. 1. Off. in priuatarum ædium ædificatione hospitum quoq; rationem censet esse habendã, sic enim inquit: Vt in cæteris habenda ratio non sui solùm, sed etiam aliorum: sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi, & admittenda hominis cuiusq; generis multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Hospitalita Romanorum.

Hospitij porrò morem inter priuatos coniungendi hunc fuisse, quem Zanchus in suis in Sallustium commentarijs tradit, ex scriptoribus passim colligi potest. Cum quis peregrè proficiscebatur, è seruis aliquot præmittebat ad vrbem eam, vbi diuersurus esset; qui inquirerent, an domini hospes amicusue paternus ibi quisquam esset. Si nullus erat, quærebant diuersorium. Si nullum erat, magistratum adeuntes, hospitalitatẽ postulabant, sibi verò quamq; à magistratu datã accipiebant. Nonnunquam tamen vsu veniebat, vt vtriusq; hospitum voluntate hospitiũ iungeretur, cum vterq; alterius virtute illectus hanc hospitalitatem postulabat, & huius priuati hospitij nota pignusq; erat tessera hospitalis, de qua postea pluribus. Populus Romanus cũ alijs vel populis vel regibus vel etiam Hospitij contrahendi quæ ratio apud Romanos.

priuatis hominbus Senatusconsulto legimus aliquando hospitium contrxisse. Liuius lib.5. de Tisimatheo Liparensi loquens: Qui legatos Romanorum hospitio exceptos, ad Delphos vsq; deductos, retrò in vrbem hospites reduxerat, Hospitium, inquit, S.C. factum est, donaq; publica data.

Munera hospitalia. Apophoreta, Xenia, Xeniola.

Munerum hospitalium, vt apud Græcos, sic apud Romanos crebrum frequentemque vsum fuisse legimus, quæ ab illis similiter xenia & apophoreta fuerunt dicta: tametsi apophoreta, vt rectè monet Beroaldus in suis in Apuleium Commentarijs, non tàm dicta fuerant munera, quæ remittebantur ab his, qui xenia acceperant, quàm vasa & id genus alia, quæ conuiuis apponebantur, vt secum post conuiuium auferrent, donaq; haberent, de quibus plura suo in loco. Xeniola Apuleius munera hospitalia appellauit per diminutionem. Xeniorum Iurisconsulti quoque crebram mentionem faciunt, vt Politianus docet in Miscellaneis, & eum sequutus Budæus. Vlpianus pro muneribus quæ prouincialibus magistratibus eorumque comitibus dari solent, vsurpat l.6. §.3. ff. de Offic. Proconsul. Notabis quoque munera illa, quæ legatis peregrinis per quæstores dabantur Lautia fuisse dicta, de quo sic Plutarchus in Quæstionibus Romanis. Quæstio est, cur legati vndecunque Romam missi, ad Saturni ædem primò accesserint, ibique nomina sua dederint præfectis ærarij. Respondet: Aut hoc fit eò quod Saturnus cùm fuerit peregrinus, hospitibus gaudeat: Aut historia potius quæstionem soluit. Antiquitus enim, vt apparet, quæstores legatis mittebant, quæ Lautia dicebantur, ægrotantium curam suscipiebant, mortuisque funus è publico faciebant. Nunc autem ob multitudinem legatorum, qui veniunt, sumptu omisso, tamen moris antiqui hæc seruantur vestigia, vt Legati accedant præfectos ærarij, qui eorum nomina in tabulas referunt.

Lautia.

Romanorum hospitalitas erga legatos.

Exempla.

Hinc apparet insignem antiquitus Romanorum, erga legatos potissimum hospitalitatem, liberalitatemque extitisse, quibus per vrbanum quæstorem publicum hospitium, & munera, quæ lautia dicebantur, sæpe etiam commeatus largè & hospitaliter, & vestimenta publico nomine præstabant, id quod ex vno atque altero exemplo, quæ subiungam, melius adhuc patebit. Sic enim Senatus, cum ad gratulandum sibi Prusiam Bithyniæ regem, Perse defuncto, venire audisset, obuiam illi Pub. Cornelium Scipionem Quæstorem Capuam misit: censuitq; vt ei domus Romæ quàm optima conduceretur, & copiæ non solùm ipsi, sed etiàm comitibus eius publicè præberentur: testis est Valerius Max. lib.5. ca.1. Rex similiter Ptolemæus, eodem teste, à minore fratre regno spoliatus petendi auxilij gratia, cũ paucis adeò seruis squalore obsitus, cum Romam venisset, ac se in hospitiũ Alexandri Pictoris contulisset: Senatus vbi hoc resciuit, accersito iuuene, quàm potuit accurata excusatione vsus est, quod nec quæstorem illi more maiorum obuiam misisset, nec publico hospitio eum excepisset: eaq; non negligentia sua, sed ipsius subito & clandestino aduentu, facta dixit. Et illum subitò è Curia ad publicos Penates duxit, hortatusq; est, vt depositis sordibus, adeundi ipsius diem peteret. Quin etiam curæ habuit, vt munera ei quotidie per Quæstorem darentur. Vide aliud exemplum apud eundem lib.5. cap.1. de Musitano Masinissæ filio.

Tessera hospitalis.

Quemadmodum præterea apud Græcos, vti suprà dictum est, hospitij necessitudo atque ius ad posteros transibat: ita apud Romanos idem moris fuisse legimus. Cicero Famil. epist. XIII. Auitum mihi hospitium est cum Lisone Lisonis filio Lilybitano. Plurima exempla passim occurrunt. Posteri itaq; parentum siue maiorum suorum hospitia sibi sanctè religioseq; tuenda atque conseruanda existimabant, atque idcirco tesseram hospitalem, quæ quidem amicitiæ eius symbolum erat atque pignus diligenter obseruabant. De quo more Græcis quoq; vsitato, sic scribit Euripidis Scholiastes in Hippolyto: Οἱ μὲν ξενίσθεντες τίσιν ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν καταλιμπάνουσιν τοῖς ξενίσασιν, ἵνα εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς, ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενῶσθαι, πρὸς ἀλλήλους ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστράγαλιον ἀνενεῦτο τὴν ξενίαν, hoc est, Qui hospitio excipiebantur tesseram incidentes, dimidiam eius partem relinquebant ijs, à quibus erant excepti, vt si opus esset, vel ipsos vel ipsorum posteros & amicos eodem rursus vti hospitio, dimidiata illa prolata tessera, hospitij ius atque necessitudo renouaretur. Nam quemadmodum apud Græcos mutua quædam munera vltrò citroq; data & accepta, hospitalis fœderis cùm paterni & auiti, tùm recens contracti erant notæ atque pignora, vti ex illo Diomedis atque Glauci exemplo suprà citato satis apparet: Ita quoq; Romani tesseram solebant dare hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuò agnosci posset, & hospitio accipi tanquam amicus & vetus hospes. Fiebant autem hæ tesseræ ex ligno longiusculo

longiusculo & utrinq; exæquato, & complanato: vt Lambinus in Plautum, & Beroaldus in Sueton. scribunt. Omnino autem quatuor ferè tesserarum genera apud Latinos auctores inuenio. Erat enim tessera frumentaria, hoc est, signum frumentarium, quo exhibito vnusquisq; frumentum pro portione accipiebat à principe: de qua Iuuenalis: Tesserarum quatuor genera apud Romanos. Tessera frumentaria.

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti. Et Persius:
——Scabiosum tesserula far Possidet, &c.

Isidorus, Tesseræ sunt, quibus frumentorum numerus designabatur. Erant tesseræ nummariæ, quas Augustum duplicasse, Suetonius testatur in eius vita. Erant illæ similiter signa, quibus exhibitis vnusquisque nummos pro portione accipiebat. Erat etiam tessera militaris (vt nihil de ludicra dicam, qua in alueolo ludi consueuit, sic dicta, Isidoro teste, quia quadra ex omnibus partibus, Græcè κύβος) vt eam Beroaldus definit, præceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum exercitus mouebatur: vnde à Vegetio tesserarij nominantur, qui tesseras per contubernia militum nunciabant. Seruius autem explanans illud 7. Æneid. In bello tessera signum: dicit intelligi symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur confusionis scilicet euitandæ gratia, quam Vegetius duplicem facit, vocalem & mutam. Denique tesseræ fuerunt hospitales siue hospitij, de quibus nunc agimus, quas hospites eorumque liberi secum ferebant, vt facilius à veteribus & paternis hospitibus agnosci possent. Hinc Hanno Pœnus apud Plautum in Pœnulo, cum Antidamo hospite esset vsus, apud Agorastoclem Antidami filium adoptiuum diuertere non dubitauit: nam Tessera militaris. Tesserarij. Tessera hospitalis.

Deum, inquit, Hospitalem, ac tesseram mecum fero.
Et postea idem Pœnus ipsum Agorastoclem sibi ignotum affatus:
Ego, inquit, hîc hospitium habeo, Antidami filium
Quæro.
Cui cum Agorastocles respondisset, se illum ipsum esse, quem quæreret, dicit ille:
——Si ita est, tesseram
Conferre si vis hospitalem, eccam attuli: cui Agorastocles:
Agedum huc ostende: est par probè: nam habeo domum. Pœnus igitur:
O mi hospes salue multum (χαῖρε ξεῖνε Homerus, de quo suprà) nam mihi tuus pater.
Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit
Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit. Cui Agorastocles:
Ergo heic apud me hospitium tibi præbebitur.
Nam haud repudio hospitium, &c.

Sic is qui ius hospitij violauerat, tesseram hospitalem confregisse dicebatur. Plautus in Cistel. Tesseram hospitalem confringere.

Abi quærere, vbi tuo iureiurando satis fiat subsidij.

Hic apud nos fidei iam confregisti tesseram (haſt das habermüß verſchürt) hoc est, interprete Lambino, ius hospitij violasti, & amicitiam consuetudinemq; pristinam, quæ tibi nobiscum erat dissoluisti, natum ex veterum consuetudine, qui hospitibus tesseras quasdam dabant, quibus ostensis eos, vel eorum filios longo interuallo venientes agnoscerent. Vide Erus. in Adag.

Vt autem certa fuit hospitij contrahendi ratio, quæ tesseris vltrò citroq; datis, vti dictum est, fiebat: ita si quem contracti hospitij pœnituisset, renuntiare hospitium solebat, tesseram confringendo, ne hospitij ius violaret. Cicero in Verrem act. 4. Itaque vehementer iste Sthenio infensus, hospitium ei renuntiat, domo eius emigrat, atque adeò exit: nam iam antè emigrarat. Sic Badius ille Campanus, de quo suprà, Q. Crispino Rom. in conspectu duorum exercituum hospitium solenniter renunciauit, vt cum eo hostili animo congredi posset, teste Liu. Decad. 3. lib. 5. Hospitium renuntiare.

Hæc de Romanorum hospitalitate satis sint dicta in genere. Nam singulorum hominum exempla persequi, esset infinitum, nec etiam id propositi mei ratio postulat, quod est ritus tantum atque consuetudines varias hospites excipiendi significare. Vt autem Iudæi, Græci atq; Romani illi antiqui, sicuti adhuc explicatum est, hospitalitatem summo studio coluerunt, seq; erga hospites atq; peregrinos valdè comes, humanos atq; beneficos præbuerunt: Sic alios quoq; populos licet nõ tanta vel potentia præditos, vel morum disciplinarumq; humanitate excultos: tamen hospitalitatis studio illis ipsis nihilo inferiores fuisse legimus, quorum exempla quædam maximè illustria proponam.

Nam cum famulæ ipſæ, vti moris erat, illum lauare atq; vngere vellent, Vlyſſes id fieri non paſſus eſt, ſed ipſe ſemetipſum lauit & vnxit. Sic Telemachus à Neſtore hoſpitio exceptus lauatur & vngitur. Odyſ. 3. *Vlyſſes ſimiliter ab Eurynome.* Odyſ. 23. *Aliud exemplum hoſpitalis huiuſmodi officij habes.* Odyſ. δ.

Ες ῥ' ἀσαμίνθους βάντας ἰὺξέησιν (*Minerua atq; Telemachus*) λόεσαντο.
Τὼς δ' ἐπεὶ οὖν δμῳαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ·
Αμφὶ δ' ἄρα χλαίνας ἕλκον βάλον ἠδὲ χιτῶνας.

Epulæ hoſpitales. *Sequuntur epulæ hoſpitales, quibus peregrini atque hoſpites liberaliter ſunt tractandi, quarum plurima exempla apud Homerum occurrunt. Telemachus ad Mineruam.* Odyſ. α.

——Αυτὰρ ἔπειτα.

Hoſpites poſt cœnam interrogandi. Δεῖπνος (*cuius deſcriptio paulò poſt ſequitur*) παυσάμενοι, μυθήσεται ὁπποῖόν σε χρὴ. *Notabis hoc quod poſt prandium demum cupit ex illis cognoſcere, cuius rei cauſſa venerint, aut qua nam re indigeant, id quod partim humanitatis ſingularis, partim prudentiæ cuiuſdam eſſe videtur. Humanitatis, quod peregrinos iam antea laſſos & defatigatos non vult quæſtionibus ſuis adhuc magis defatigare, quàm illi cibo potuq; prius ſint refecti atq; recreati. Prudentiæ quoque hoc ipſum videtur eſſe ſingularis, quoniam ex ijs liberaliter paſtis potisq; facilius ſe atq; commodius vera elicere poſſe arbitrabatur, quàm ſi omnino fuiſſent ieiuni. Sic Neſtor poſt prandium demùm Telemachum atq; Mineruam interrogat, qui ſint, vnde venerint. Nam cum illi cibo potuq; fuiſſent ſatiati:*

Νῦν δὴ κάλλιον ὄτι μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
Ξεῖνοι ὁππόθεν εἰσί, ἐπὴν τάρπησθον ἐδωδῆς
Ω ξεῖνοι, τίνες ἐστέ, &c. Odyſ. γ.

Sic Calypſo Dea Mercurium Iouis nuntium, primùm quidem quid nuntiatum veniſſet interrogauit, ſed ipſius tamen poſtulata non prius audiuit, quàm eum conuiuio excepiſſet, ac menſam eidem Ambroſia refertam appoſuiſſet. Odyſ. ε. *Similiter Achilles legatos Agamemnonis comiter excepit, & prius quàm mandata eorum audiret, & in ſellis eos inter purpurea tapeta collocauit, & Patroclo, vt ſplendidum illis conuiuium appararet, mandauit.* Ιλ. θ. *Sic Legato Abrahæ ad Bathuelem miſſo filio ſuo vxorem ambiendi conciliandiq; gratia, appoſitus fuit panis, ſed illo legatus non antea veſci voluit, quàm mandata ſua expoſuiſſet. Non comedam, inquit, donec loquar ſermones meos,* Gen. 24. *Quidam etiam temulentos reddunt, vt per eam occaſionem ſecreta eorum percunctentur, id quod Bonoſum imperatorem admodum vinoſum facere ſuiſſe ſolitum Fl. Vopiſcus teſtatur. Sic Menelaus Telemacho atq; Piſiſtrato conuiuium iuſſit apparari, quo demum peracto, illos interrogauit, qui nam eſſent & vnde veniſſent. Euſtathius tamen annotat Telemachum ſtatim poſt prandium voluiſſe rem omnem propter quam venerant cognoſcere, cuius etiam in ſequentibus exempla inueniuntur, cum tamen ſæpè 9. dies in hoſpitalibus huiuſmodi interrogationibus conſumpti fuerint, quæ tamen non ſimilia videantur ijs, quæ in Iliade ſcripta reperiuntur, vbi Iobates, cum per 9. dies Bellerophontæ hoſpitio excepiſſet, decimo demùm die illum interrogauit:*

Πρῶτα μὲν ἐννέα μοι τέλεσ' ἀνακτι λυκίης εὐρείης
Εννῆμαρ ξείνισεν, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν·
Αλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς·
Καὶ τότε μιν ἐρέεινε, καὶ ἤτεε σῆμα ἰδέσθαι: Ιλ. ζ.
Promptè ipſum honorauit rex Lyciæ ſpatioſæ
Per nouem dies hoſpitatus eſt, & nouem boues ſacrificauit
Sed quando iam decima apparuit roſeis digitis aurora
Et tunc ipſum interrogauit, & petijt literas videre.

In hunc locum annotat Euſtathius id factum eſt, quia antiqua fuerit ſecundum quorundam opinionem conſuetudo hoſpites decimo demum die poſt illorum aduentum interrogare, id quod etiam in Alexandro factum fuiſſe tradunt, quando à Menelao hoſpitio exceptus, Helenam rapuit. Hæc ille. Sed in primis obſeruatu digna quæ Athenæus libro 5. Dipnoſoph. ſtatim ab initio hac eadem de re diſſerit huiuſce ipſius hoſpitij mentione facta. Δοκεῖ γὰρ ἔχειν πως φιλίαν τὸ οἶνος ἐλκυστικὸν, παρὰ θερμαίνων τὼ ψυχὼ καὶ διαχέων: *hoc eſt, videtur enim vinum vim quandam habere ad amicitiam alliciendi cum animum calefaciat & diffundat. Subiungit deinde: Atque idcirco*

Vini vis.

Digitized by Google

non primo statim interrogabat quinam essent, sed postea, ὡς τῶν ξενίαν αὐτῶν ἡμῶντες, Hoc est, quasi amicitiam hospitalem ipsam venerantes, non autem hospites singulos. Verùm epularum huiusmodi hospitalium passim plurima apud Homerum exempla occurrunt.

Nec verò cibo tantum potuq; liberaliter fouendi sunt hospites, verùm etiam danda opera, vt mollibus & delicatis in lectis stratisq; recubent, somnumq; capiant. Sic enim Alcinous Vlyssi hospiti lectum à famulis optimè parari curauit, de quo vide plura sub finem. Od. n. Sic Nestor quoque Telemachum atque Mineruam voluit omnino in ædibus suis cubare. Od. γ. Vestes quoque peregrinis atque hospitibus si ijs indigeant nonnunquam subministrandas esse, idem poëta docet, dum Vlyssem à multis vestitum fuisse indicat. Telemachus ad Eumæum de Vlysse sibi ignoto. Od. π. Hospitibus post cœnã lecti molles parandi. Vestes hospitibus nonnunquã dandæ.

Αλλ' ἄγετον ξεῖνον ἐπεὶ τεὸν ἵκετο δῶμα
Εσσω μιν χλαίναντε, χιτῶνατε καὶ εἵματα καλὰ.
Δώσω δ' ξίφος ἀμφηκες, καὶ ποσὶ πέδιλα.

Nota etiam quòd non modò cibum potumq; hospitibus atq; peregrinis apponere decet, verùm etiam illos blandis verbis ad cibum potumq; capiendum adhortari, vt Eumæus facit sic Vlyssem sibi ignotum allocutus. Od. ξ. Hospites ad cibũ potũq; capiendum allitiendi.

Εσθιε δαιμόνιε ξεῖνον καὶ τέρπεο τοῖς δὲ
Οἷα πάρεστι, θεὸς δ' τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει,
Οτλίνειν ὥς θυμὸς ἐθέλει, δύναται γὰρ ἅπαντα.

Præter epulas autem alia quoq; hospitibus atque peregrinis dona atque munera, vt vestes & vasa aliaq; huiusmodi nonnunquam danda esse Homerus multis in locis docet, quæ quidem ab illo ξεινήια appellantur. Hinc frequentissimè apud illum legitur: τινὶ δόμεναι ξεινήια καλὰ. Sic Telemachus Minervæ dona atque munera offert his verbis: Od. α. Munera hospitibus danda.

Αλλ' ἄγε νῦν δόλιμον ἐπεντύνομεν πῦρ ὀδοῖο
Οφρα λοεσσάμενοί τε, τεταρπόμενοί τε φίλον κῆρ
Δῶρον ἔχων δόλι νῆα κίης καίεσσιν ἐνὶ θυμῷ
Τιμῆεν, μάλα καλὸν· ὃ, τοι κειμήλιον ἔσται
Ἐξ ἐμεῦ· ὅια φίλοι ξεῖνοι ξείνοισι δόσασι.

Hîc annotat Eustath. non omnem peregrinum amicum esse: respondet qui accepit, τοὶ δ' ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς ita munerantem remuneretur. Sic Calypso ad Mercurium. Od. ε.

Αλλ' ἕπευ ὄφρα τοι πὰρ ξείνια θείω. Ita Patroclus. Ιλ. λ.
Ξείνιατ' ἐν παρίθηκεν ἅτε ξεινος θέμις ἔστιν.

Menelaus similiter Telemachum atque Pisistratum magnificis donis hospitalibus affecit, quæ δῶρα ξενήϊα appellat: & memorabilis est illa Homeri sententia sub Pisistrati persona Od. ο.

Τὼ δὲ τε ξεῖνον μιμνήσκεται ἤματα πάντα
Ανδρὸς ξεινοδόκου, ὅστις φιλότητα, (hoc est, δῶρα φιλικὰ Eustathio interprete)
πάρασχη.

Nec verò peregrini atque hospites solùm humaniter sunt & excipiendi & tractandi, verùm etiam ab aliorum vi atque iniurijs fortiter sunt defendendi: id quod ipsum quoque Homerus egregiè docet. Sic Telemachus cum Minervam hospitio excepisset, separatim illi epulas instruxit, ne ne quid illi à procis molestiæ exhiberetur. Verba Homeri sunt hæc: Od. α. Hospites ab aliena vi atq; iniurijs fortiter defendendi.

Παρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θῆκε ποικίλον, ἵκετο δ' ἄλλων
Μνηστήρων· μὴ ξεῖνος ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδοῦ, (Id est, θυρύβου sive ὁμάδου)
Δείπνῳ ἀδ' ἥσειεν (ἀνδιδῶ) ὑπερφιάλοισι μετελθών.

Idem quoque quàm de Vlysse patre suo sibi ignoto sollicitus fuerit, ne is comitijs incesseretur à procis, facilè indicat dum illum vult apud Eumæum pastorem commonari: sic enim inquit: Od. π.

Κεῖσε δ' αὖ ὑμεῖς μὲν ἔγωγε μετὰ μνηστῆρας ἰοῦσιν
Ερχεσθαι, λίην γὰρ ἀτάσθαλον ὕβριν ἔχουσι
Μή μιν κερτομίωσιν, ἐμοὶ δ' ἄχος ἔσσεται αἰνὸν.

Postremò hospitem non inuitum esse retinendum, sed quando ita illius fert vsus atque voluntas humaniter dimittendum, atq; etiam deducendum esse Homerus præclarè sanè docet sub Menelai persona, qui huiusce modi verba ad Telemachum dimissionem petentem facit. Od. ο. Hospites nõ inuiti retinendi, sed dimittendi, & deducendi.

Digitized by Google

Τηλέμαχ' ἔπ σ' ἔγωγε πολλὼ χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω
Ἰέμενον νόσφιν· νεμεσῶμαι δ' καὶ ἄλλῳ
Ανδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὴν φιλέῃσιν
Εξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα·
Ισὸν τοι κακὸν ἠδ' ὅστ' ἐκ ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνει, καὶ ὅς ἐατύμφιον κατερύκοι·
Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δ' πέμπειν. *Hoc est,*
Telemache non ego te multum tempus hic detinebo
Cupientem reditus: iraſcor autem & alij
Viro hoſpitali, qui eximie quidem diligit,
Eximie autem odit: meliora autem moderata omnia.
Æquale malum eſt, qui & nolentem redire
Hoſpitem impellit, & qui ruentem retinet.
Hoſpitem oportet præſentem diligere, volentem autem dimittere.

Hirundo hoſpitis imaginem gerit.

Hinc Ælianus lib. 1. c. 52. ſcitè admodum dicit homines hirundinem (quæ cum ſit auis φιλάξενον, & idcirco ei ad tempus aliquod ὁμωρόφιον, id eſt, contubernalis, hoſpitis imaginem gerit) ſecundum Homericam hoſpitalitatis legem excipere, quæ quidem præcipit hoſpitem præſentem eſſe diligendum, diſcedere verò volentem amicè dimittendum. Nam vt hirundinis aduentum (quæ veris eſt prænuntia, ſuoq; garritu totam æſtatem ſuauiorem reddit) hilari vultu excipimus: illiusq; diſceſſum minimè impedimus, ſic eodem modo nos erga hoſpites & peregrinos, qui commorandi, non habitandi locum apud nos habent, gerere debemus.

Hoſpitis dimittendi ratio quæ

Dimittendi autem hoſpitis ratio conſiſtit partim in verbis blandis & humanis: partim in epularum apparatu: partim in munerum quorundam largitione: partim denique in eorum deductione & comitatu. Hæc omnia in hoc exemplo exprimuntur. Quoad verba inquit Piſiſtratus ad Telemachum exſpectandum ſibi nec diſcedendum eſſe, priuſquàm Menelaus, qui illos hoſpitio exceperat:

Καὶ μύθοις ἀγανοῖσι (μειλιγίοις) φιλοφρονήσας ἀποπέμψῃ.

Deinde Menelaus epulas illis curat adornari:

Αυτίκ' ἀρ' ἤ ἀλόχῳ ἠδὲ δμωῇσι κέλευσε
Δεῖπνον ἐνὶ μεγάρῃς τετυκεῖν ἅλις ἔνδον ἐόντων. *De cuius apparatu vide ibidem plura.*

Tum dona Telemacho præclara dantur, à Menelao quidem crater argenteus: ab Helena illius vxore peplus, veſtis pretioſa: quæ vocat Telemachus κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ.

Sequitur poſtremò ipſum conuiuium, libatio, mutuæ ſalutationes & diſceſſus. Alcinous ad Phæacum principes de Vlyſſe deducendo ſic loquitur. Od. η.

Ξεῖνον ἐνὶ μεγάρῃς ξεινίσομεν, ἠδὲ θεοῖσιν
Ρέξομεν ἱερὰ καλὰ· ἔπειτα δ' καὶ φρένὶ πομπῆς
Μνησόμεθ' ὡς κ' ὅ ξεῖνος ἄνευθε πόνου καὶ ἀνίης
Πομπῇ ἐφ' ἡμετέρῃ ἧν παρὰ πατρίδα γαῖαν ἵκηται·
Χαίροντ' καρπαλίμως, εἰ καὶ μάλα τηλόθεν ἔστι.

Neſtor Telemacho filium ſuum & alios comites itineris attribuit, qui illum Lacedæmona vſque deducerent.

Sententiæ Homericæ hoſpitalitatem commendantes.

Præter hæc autem præclara hoſpitalitatis præcepta quæ ab Homero ſub multorum perſonis proponuntur, extant præterea apud eundē multæ egregiæ ſententiæ, quæ ad eiuſdem virtutis commendationē plurimū faciunt. Nam primò vt in ſacris literis Deus Opt. Max. crebrò dicitur peregrinorū eſſe atq; hoſpitum tutor, patronus atq; defenſor, id quod partim ipſos peregrinos præſertim inopes & mendicos conſolari: partim quoſuis ad humaniter ſe benigneq; erga peregrinos gerendū incitare debet: ita Homerus quoq; Ioui (quo nomine illi ſummum Numen intelligebant) peregrinos, mendicos atq; ſupplices curæ cordiq; eſſe fingit. Atq; hanc quidem ob cauſſam Iouem ſæpè Ξένιον, id eſt, hoſpitalem appellat, ceu hoſpitum cuſtodem, tutorem atque præſidem: quem Herodotus ξένιον vocat. Vt Eumæus Vlyſſem quem ignorabat ſuum eſſe dominum interrogans, ait: Od. ξ.

Iuppiter ξένιος.

Homerus Ioue fingit, peregrinorum, et mendicorum patronum.

Καὶ σὺ γέρον πολυπενθὲς, ἐπεὶ σέ μοι ἤγαγε δαίμων
Μὴ τί τι μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, μὴ δέ τι θέλγε·

Οὐ γὰρ

Οὐ γὰρ τέτρεχ' ἐγὼ σ' αἰδήσομαι, οὐδὲ φιλήσω·
Αλλὰ δεῦρ' ξείνιον δ' εἰσας αὐτὸν τε ἱλεταίρομαι. (alij ἱλεήσας.)
Et tu senex multa passus, postquam te ad me duxit Daemon
Ne mihi mendacijs gratificeris, neque mulceas.
Non enim ob id ego te honorabo, neque diligam:
Sed Iouem hospitalem veritus, teq; ipsum miseratus.

En quem nobis vt in omni actione nostra ita in hospitalitate quoq; exercenda finem proponere debemus, ipsum scilicet Deum, quem nos colere, ac venerari decet. Item Od. ξ.

— Δὴ γὰρ κεχολώατο λίην
Αλλ' ὃπο κεῖνος ἔρυκε· δίος δ' ὠπίζετο μῆνιν
Ξεινίου, ὅστις μέλισσα νεμεσσᾶται κακὰ ἔργα. *Hoc est.*
— *Nam q; irati erant valdè*
Sed ille (rex Ægyptiorum) eripuit: Iouis autem veritus est iram
Hospitalis, qui maximè ægrè fert mala opera.

Vlysses similiter verba sua quæ ad Eumæum fecit de suo reditu huiusmodi iureiurando per Iouem scilicet hospitalem, per mensam hospitalem atq; Vlyssis focum concepto confirmauit.

Εχθρὸς γὰρ μοι κεῖνος ὁμῶς Αΐδαο πύλῃσι
Γίνεται, ὅς πενίῃ εἰκὼν, ἀτὰ πάντα βάζει.
Ισθι νυῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν, ξεινίη τε τράπεζα·
Ισσί τ' ὀδυσσῆος ἀμύμονος ἣν ἀφικάνω
Η μάλ' τοι τὰ δὴ πάντα τελείεται ὡς ἀγορεύω. *Hoc est.*
Inimicus enim ille mihi non minus Ditis ianua
Est, qui egestate coactus fallacia loquitur.
Sciat nunc Iuppiter primùm deorum, hospitalis; q; mensa
Penatesq; Vlyssis irreprehensi, quos adibo:
Certè quidem hæc omnia perficientur, sicut dico. Mensa hospitalis.

Hinc apparet ipsam quoq; mensam antiquis sacrosanctam visam, per quam iurarunt. Item Vlysses ad Polyphemum Cyclopa Od. ι.

Ημεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γοῦνα
Ικόμεθ' εἴ πόρεις ξεινήϊον, ἢέ καὶ ἄλλως
Δώῃς δωτίνην, ἥ τε ξείνων θέμις ἐστίν
Αλλ' αἰδεῖο θεοὺς, ἱκέται δέ τοι εἰμεν.
Ζεὺς δ' ὑπερμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. *Hoc est.*
Nos autem rursus tua procumbentes ad genua,
Supplicamus, si quid præbeas hospitale, sin etiam aliter
Donum dares, quod hospitibus dari fas est.
Sed verere optime Deos: supplices enim tibi sumus.
Iuppiter autem vindex est supplicumq; hospitumq;
Hospitalis, qui hospitibus simul verecundis opitulatur. Iuppiter supplicum, hospitumq; vindex.

Sic Echeneus ad Alcinoum regem Phæacum: — Σὺ δ' κυρήσασι κέλευσον
Οἶνον σπεῖσομεν, ὅσσ' ἐπὶ τερπικεραύνῳ
Σπείσομεν, ὅθ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοις ὀπηδεῖ.

Sequitur deinde libatio. Eustath. Διὰ δὲ τοῦ θεόθεν ἐφορείαν ταύτην τῆς ἱκετῆς καὶ ὁ ἱκέσιος ἐρρήθη καὶ ὁ ξένιος θεός. *Sic Penelope ad Antinoum dixit. Od. φ.* Iuppiter ἱκέσιος.

— Οὐ μὲν καλὸν ἀτέμβειν, οὐδὲ δίκαιον
Ξείνης τηλεμάχου ὅσσον τὰ δὲ δώματ' ἵκηται.

Præclara quoq; est & planè diuina eiusdem poëtæ sententia, quæ non semel ab illo vsurpatur: Vt sub Nausicaæ Vlyssem excipientis persona, quæ his verbis famulas suas alloquitur:

— Αλλ' ὅδε τις δύσφρων ἀλώμενος οὐδαδ' ἱκάνει
Τὸν νῦν χρὴ κομίσειν, Διὸς γὰρ θεοὶ εἰσιν ἅπαντες

Digitized by Google

Ξεῖνοίτε πῶχοίτε. ὅσσις δ' ὀλίγη τε φίλητε
Αλλὰ δοτ' ἀμφίπολοι ξείνω βρῶσίντε πόσιντε.
Λὐσατε δ' ἐν ποταμοῖο, &c. Hoc est:
Verùm huc aliquis infœlix errans venit
Quem nos oportet curare. A Ioue enim sunt omnes
Hospites & egeni, donum autem quantumuis exiguum, gratum tamen.
Quare date ancillæ hospiti cibum & potum,
Et lauate in fluuio, &c,
Αιδοῖ μέντ' ὄξι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι
Ανδρῶν ὅστις ἵκηται ἀλώμενος, ὥστε ἐγὼ νῶϊ.
Nam diuis reuerendus & immortalibus ille est
Quicunq; appulerit multis erroribus actus: Nunc uti ego.

Peregrini, & mendici loui sunt cordi.

Hæc oratio inquit Eustath. Φιλοξένως ἔθος λόγος ὄξι. *Sic Vlysses cum ab Eumæo pastore comiter fuisset exceptus, ei his verbis fausta precatur à Ioue nimirum Xenio.* Οδ. ξ.

Ζεῦς τοι δοίη ξεῖνε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι·
Οσσα μάλις' ἐθέλεις, ὅτι μ' ἀνέρα τοῖον ὑπέδυξο.

Cui Eumæus hunc in modum respondet:

Ξεῖν' οὐ μοι θέμις ἐστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πάντες γὰρ διὸς εἰσὶν ἄπαστες
Ξεῖνοίτε πῶχοίτε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλητε
Γίγνεται ἡμετέρη.

Hospes non est ignominia afficiendus.

Huc quoque facit illa Vlyssis imprecatio cum ab Antinoo scabello fuisset petitus. Οδ. φ.

Αλλ' εἴπερ πῶχόν γε θεοὶ, καὶ ἐερνύες εἰσιν
Αντινόου πρὸ γάμου τέλος θανάτοιο κιχείη.

Huc etiam facit Menelai imprecatio aduersus Alexandrum ingratum hospitem:

Ζεῦ ἄνα, δ' ὸς τίσαο ὅ μὲ πρότερος κακ' ἔοργε
Δῖον Αλέξανδρον, καὶ ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον
Οφρα τις ἐρρίγησι ὀπιγόνων ἀνθρώπων
Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι, ὅτεν φιλότητα παρέσχη. Hoc est.
Iuppiter rex da vlciscì, qui me prius iniuria affecit
Nobilem Alexandrum, & meis sub manibus doma
Vt aliquis timeat & posterorum hominum
Hospitem iniuria afficere, qui amicitiam præbuerit.

Imprecationes in eos qui peregrinos iniurijs afficiunt.

Similis ferè imprecationis exemplum Liuius tradit Dec. 4. lib. 9. Annibal enim cum se à Prusia rege Bithyniæ hospite suo nefariè proditum animaduertisset, execratus in caput, regnumq; Prusiæ, & hospitales Deos violatæ ab eo fidei testes inuocans, poculum veneni, quo sibi mortem conscuit, exhausit.

Porrò vt in sacris literis, vti suprà dictum, sæpè angelos, atque adeò ipsum Deum peregrinorum hominum specie atq; forma oberrasse, & ad pios quosdam viros diuertisse legimus, id quod maximè nobis ad hospitalitatis benignitatisq; erga peregrinos & inopes studium incitamento esse debet: Sic Homerus quoque sæpè fingit Deos suos humana specie latentes oberrasse, ac peregrinatos esse, quò nimirum peregrini & inopes homines cunctis sacrosanctiores videantur, ac proinde nulla contumelia, iniuriaue afficiantur, sed potius humaniter ab omnibus tractentur. Atq; hoc quidem ipsum iuuenis cuiusdam persona expressit, qui cum miser Vlysses mendici habitu atq; specie oberrans cùm à cæteris procis, tùm verò atq; in primis ab Antinoo contumelijs verberibusq; læderetur, huiusmodi verbis Antinoum est alloquutus:

Homerus fingit deos oberrantes peregrinorũ, & mendicorũ habitu.

Αντίνο', οὐ μὰν καλ' ἔβαλες δλύσηνον ἀλήτην
Οὐλόμεν' εἰδ' ἤπητης ἐπιδέυιος θεὸς ἐσὶ
Καὶ τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι
Παντοῖοι τελέθοντες, ὁπιδεφῶσι πόλησς

Ανθρώπων

Ανθρώπων ὕβριντε καὶ ἀνομίλω ἐφορῶντες. *Hinc Plato in dialogo qui Sophista inscribitur, cum Theodorus dixisset se peregrinum adducere, sic Socratem respondentem inducit.* Ἀρ' ἔν ὦ Θεόδωρε ὑ ξένον, ἀλλὰ τινα θεὸν ἄγων κατὰ τὸν Ομήρου λόγον λέληθας, ὃς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, Ζ δὴ Θ τὸν ξένιον ὐχ ἥκιστα θεὸν σωφροσυνὸν γιγνόμενον, ὕβρεις τε καὶ ἀνομίας τῆς ἀνθρώπων καθορᾶν. Ταχ' ἔν αὖ καὶ σοὶ τις ἔτυ τῆς κρειττόνων συνήποιζ, φαύλους ἡμᾶς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἐποψόμενος τε καὶ ἐλέγχων, θεὸς ὢν τις ἐλεγκτικός. Platonis eadē de re testimonium.

Hinc θεοξένια *sacra à Deorum hospitalitate & commertio sic dicta videntur profluxisse, quæ à Castore & Polluce instituta in omnium Deorum honorem celebrabantur, de quibus vide plura apud Hesychium, Pollucem, necnon Pindari interpretem. Apollo quoque Theoxenius, id est, hospitalis Deus à Pellenensibus in Achaia vocatus cultusq; fuit, apud quos eius Dei templum fuit, ad quod certamen Theoxenia nomine celebratum fuit, victoriæ eius præmium fuit argentum, teste Pausania, siue vt Pindari interpretes volunt, chlæna vestis. Vide Calium libro 18. capit. 5.* θεοξένια. Apollo θεοξένιος.

Pythagoras, Ξένος ἀνὴρ δίκαιος, ὃ μόνον πολίτης, ἀλλὰ καὶ συγγενὴς ἀμφέρει, id est, *Peregrinus vir iustus, non modò ciue, sed etiam cognato maioris faciendus est. Verba quibus Homerus vtitur ad singularem amorem humanitatémque exprimendum, qua peregrinum siue hospitem tractari oportet, sunt* φιλεῖν, ἀμφαγαπάζειν, κομίζεσθαι *siue* κομίειν, ὑποδέχεσθαι οἴκαδε, τίειν, φιλότητα προφέρειν, *&c.*

Nec verò, vt hoc quoque addam, ξενοδόκους tantum, hoc est, eius qui hospites atque peregrinos excipit, verùm etiam eorum qui hospitio excipiuntur, officia paßim tradit sub Vlyßis præsertim persona, qui erga ξενοδόκους suos se valdè gratum humanum atque beneuolum exhibuit, ijs fausta precatus est. *Huc faciunt præclara hæc illius verba, quibus se cum Phæacensibus quibusuis, à quibus prouocabatur, pugnare paratum esse ostendit, præterquàm cum Laodamante hanc rationem egregiam subiungens:* Οδ. θ. Officia eorum qui hospitio excipiuntur.

Ξεῖνός γέ μοι ὅδ' ἔοικε· τίς αἴ φιλέοντι μάχοιτο,
Αφρηνν δὴ κεῖνός γε καὶ ὑπέρβιος πέλοι ἀνὴρ
Ος τις ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλων
Δήμῳ ἐν ἀλλοδαπῷ, ἕοτ' αὖτε πάντα κολύει. *Hoc est,*

Hospes enim ille mihi est, quis cum amico pugnaret?
Insipiens ille & nullius pretij est vir
Quicunq; cum hospite contentionem obtulerit certaminum
Populo in alienigena, suijpsius omnia perturbat.

Simillimum huic extemplum habes apud Val. Max. lib. 5. c. 1. de Quintio Crispino. Is enim cum à Badio Campano, quem hospitio benignissimè domi suæ exceperat, & aduersa valetudine correptum, attentissimà cura recreauerat, post illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnam fuisset prouocatus, cùm & viribus corporis & animi virtutibus aliquantò esset superior, monere ingratum, quàm vincere maluit. Nam quid agis, inquit, demens? aut quò te praua cupiditas transuersum rapit? Vnus tibi Romanorum videlicet Quintius placet, in quo scelesta exerceas arma, cuius penatibus & honoris vicißitudinem & salutem tuam debes? At me fœdus amicitiæ dijq; hospitales, sancta nostro sanguini, vestris pectoribus vilia pignora, hostili certamine congredi tecum vetant. Quin etiam si in concursu exercituum fortuitò vmbonis mei impulsu prostratum agnouissem, applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocassem. Tuum ergo crimen sit, hospitem occidere voluisse, meum non eris hospes occisus: proinde aliam qua occidas dextram quære, quoniam mea te seruare didicit. Præclarum hoc sanè & eximium est exemplum & hospitalitatis fidelißimæ in Crispino, & perfidiæ atque ingratitudinis in Badio. Vtrique autem addit Valerius, cælestè numen debitum exitum dedit, siquidem in eo prælio Badius obtruncatus est, Quintius insigni pugna clarus euasit. De eadem historia vide Liuium Decad. tertio, libro quinto. Officia peregrinorum, siue eorum qui hospitio excipiuntur egregiè sanè Menander his carminibus expreßit:

Ξένος πεφυκὼς τὺς ξενοδόχους σέβου,
Ξένος ὢν ἀκολάθει τοῖς ὁπιχωρίοις νόμοις.

Ξείνος ὢν ἀφράγμων ἴδι, καὶ φεύξεις κακῶς.
Ξείνῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν
Ξένον δ' ὀργᾶν κρεῖττον ἢ κεκραγέναι
Χρὴ δ' ξένον μὴ κάρτα φειδόμενον πόλει.

Peregrinus si sis, hospitio te excipientes cole.
Peregrinus moribus illius loci pareto.
Peregrinans ne curiosus sis, & bene viues.
Hospiti maxime conducit temperantia.
Peregrinum decet silentium magis, quam vociferatio.
Valde se accommodare ciuitati peregrinus debet.

Sic Christus sese modestum, frugalem, gratum ijs præbuit, à quibus hospitio fuit exceptus, ac in primis vtilia ac salutaria vitæ documenta illis tradidit, vt Luc. 11. & 13. & alibi scriptum est. Idem apostolos suos noluit de domo in domum cursitare, sed mandauit vt in quam domum essent ingressi, in eadem manerent edentes quæ apponuntur, hoc est, contenti essent tenui victu, & modestè sese gererent.

Hospitij porrò ius & quasi hæreditarium fuisse, ita vt à parentibus ad posteros traduceretur, & quæ nam illius vel contrahendi vel etiam renouandi & instaurandi ratio fuerit Homerus egregiè docet sub Diomedis atq; Glauci persona, qui in ipso prælio paternam hospitij necessitudinẽ renouarunt, de quò sic canit: Nam cum illi manus inter se conferre vellent, Diomedes prius Glaucum interrogauit, quonam esset genere oriundus, quod cum Glaucus Diomedi exposuisset, Diomedes illum paternum esse hospitem agnouit, atque idcirco hasta humi fixa illum verbis huiusmodi μειλιχίοις, id est, blandis est affatus.

Ἦ νύμοι ξεῖνος πατρώϊος ἐστι παλαιὸς
Οἰνεὺς δὴ πότε δῖος ἀμύμονα Βελλεροφόντην
Ξείνισ' ἐνὶ μεγάροισιν, ἐεικόσιν ἤματα ἐρύξας,
Οἱ δ' καὶ ἀλλήλοισι πόρον ξεινήϊα καλά.
Οἰνεὺς μὲν ζωστῆρα δίδ' ἀφόινιον φαεινὸν,
Βελλεροφόντης δ' χρύσεον δέπας ἀμφικύπελλον
Καὶ μιν ἐγὼ κατέλιπον ἰὼν ἐν δώμασιν ἡμοῖσι. *Et paulò post:*
Τῷ, νῦν σοι μὲν ἐγὼ ξεῖνος φίλος ἀργείῃ μέσσῳ
Εἰμὶ, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ, ὅτε κεν τὴν δῆμον ἵκωμαι.
Ἐγχείην δ' ἀλλήλω ἀλεώμεθα καὶ δι' ὁμίλου. *Hoc est,*

Certè mihi hospes paternus es antiquus.
Oeneus enim olim nobilis eximium Bellerophontem
Hospitatus est in ædibus viginti dies detinens.
Hi verò etiam sibi mutuò dabant xenia pulcra,
Oeneus quidem baltheum dedit purpura lucidum.
Bellerophontes autem aureum poculum vtrinq; cauum,
Et illud ego reliqui proficiscens in ædibus meis.
Qare nunc quidem tibi ego hospes amicus in Peloponneso media
Sum, tu verò in Lycia quando eam ad gentem venero.
Hastas autem mutuas euitemus etiam in turba.

Postea antiquam hanc hospitij necessitudinem renouandi stabiliendiq; gratia & verbis inter se pacti sunt se non amplius inter se dimicaturos, & arma inter se commutarunt, & denique de equis desilientes:

Χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πίστωσαν.
Manusq; mutuas apprehenderunt, fidemq; dederunt & acceperunt.

Hospitalis amicitia etiam posteris veneranda.

Eustath. Πίστιν ἀλλήλοις ἐποίησαν διὰ τῆς συνήθους δεξιώσεως, πίστεως δὲ δηλωτικὸν τὸ δεξιῶν χειρῶν συμβολή. *Addit idem id quod obseruatione est dignissimum, hospitij amicitiam non ijs modò, qui illam primò inter se contraxerant, sed etiam illorum posteris per successionem quandam αἰδέσιμον, hoc est, venerandã sanctamq; fuisse. Sic enim cum Bellerophontes olim atq; Oeneus*

se mutuò

se mutuò hospitio excepissent, Glaucus quoque atque Diomedes illorum posteri hospitij bonum reueriti εἰρηναῖα ἀπένδονται, id est, pacem inter se contrahunt. Imò τὸ συγγενικὸν θαυμὰ κρεῖττον τοῖς παλαιοῖς ἦν ὁ κῦ τλῶ ξενίαν, hoc est, prior ac potior fuit veteribus hospitij, quàm sanguinis coniunctio. Teucer enim Troianus cum Priamo esset sanguine iunctus; tamen non dubitauit cum Troianis pugnare, seq; populariũ sanguine inquinare. At Glaucus & Diomedes quia paterni erant hospites in media etiam acie atq; turba à mutuo congressu abstinent sibiq; temperant. Consuetudo erat apud maiores, inquit Seruius in Vergil. Æneid. lib. 9. vt inter se homines hospitij iura mutuis muneribus copularent, vel in præsenti, vel per internuncios. Hinc Vergil,

Hospitij coniunctio melior sanguinis communione.

Mos hospitalẽ amicitiam muneribus conirhendi.

Euryalus phaleras Rhamnetis & aurea bullis
Cingula Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona hospitio, cum iungeret absens
Cedicus. Hoc est,

Cedicus quidam Remulo, cum eum sibi absens hospitio vellet iungere, misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc est, clauis insignita.

Hisce ergo cùm præceptis, tùm exemplis (quæ quasi viua sunt præcepta) Homerus suis illis fabularum quasi inuolucris hospitalitatis iura atque officia tradidit atque sanxit; ex quibus ipsis planè constat hospitij ius apud Græcos cùm antiquissimum, tùm sanctissimè, religiosissimeq; cultum fuisse. Nec verò eos tantum peregrinos, cum quibus amicitia nobis est contracta, vel vinculum necessitudinis intercedit, sed quosuis etiam ignotos vel solius Dei nomine humaniter comiterq; excipiendos, tractandos atq; dimittendos esse (quæ quidem vera hospitalitas censeri debet) idem multorum exemplis suprà commemoratis satis superq; docuit.

Post Homerũ autẽ optimo sanè præstantissimoq; cum reliquarum virtutum atq; disciplinarum, tùm hospitalitatis quoq; doctore atque magistro Græci vsi fuerunt diuino illo suo Platone, quem Cicero non dubitauit Philosophorum deum appellare. Is igitur lib. 5. de Legibus præclarè hunc in modum disserit: πρὸς δ' αὐτὰς ξένους ὁσιωτάτου ὡς ἁγιότατα συμβόλαια ὄντα; hoc est, Cum ipsis verò peregrinis sanctissimum nobis pactum commerciumq; intercedere est existimandum. Omnia namque, addit ibidem, vel ipsorum peregrinorum, vel ciuium peccata atque delicta aduersus peregrinos admissa in ipsum potissimum Deum ceu vltorem ac vindicem redundant. Nam cũm peregrinus socijs sit atque cognatis destitutus, ideo hominum pariter atque deorum misericordia magis videtur dignus. Quò quis igitur maiori vindicandi potestate pollet, tantò is promptior est ad opem ferendam. Atqui potestate longè omnibus antecellit, ὁ ξένιος ἐκ θεῶν δ' αἰμων καὶ θεὸς, τῷ ξενίῳ συνεπόμενοι Δίι, id est, singulorum hospitalis dæmon atq; deus. Quamobrem summa cuiuis, qui vel minimum sapit, adhibenda est cautio atque diligentia, ne per totum vitæ suæ curriculum quicquam in peregrinos peccet, vllaue re illos offendat. Subiungit postremò omnium peccatorum quæ vel contra peregrinos vel populares atque ciues designantur grauissimum illud esse, quo quis in supplices peccat. Nam postquam is qui alicui supplex est factus Deum testem est nactus, profectò iniuria affecti custos est atq; vindex grauissimus, ita vt ille non inultus existat.

Platonis testimonia de hospitalitate.

Idem porrò Philosophus lib. 12. de Legibus quatuor peregrinorum genera facit. Primum genus est mercatorum atque negotiatorum, qui auium instar trans mare volitantium quæstus & lucri gratia certis anni temporibus ad nos veniunt. Secundum eorum, quos ὁμμασιν ὄντας θεωρὸς appellat, qui nimirum res peregrinas visendi ac discendi, multaq; cognoscendi causa veniunt. Tertium eorum, qui publicè à populo aliquo missi legatiuè veniunt. Quartum eorum, qui fortuna aut casu aliquo ad nos deferuntur. Singuli hi quonam modo hospitio sint excipiendi atque tractandi diligenter docet. Sed tandem in genere totam hanc rem ita concludit. Secundum has leges excipere nos decet omnes peregrinos, peregrinantésue πεμπτὰς ξένιον Δία, hoc est, hospitalem Iouem colendi veneran diq; causa. Vides quomodo Plato non secus atque Homerus, de quo suprà dictum est, verissimè sapientissimeque summum hospitalitatis finem, ad quem illa sit referenda, ipsum Deum statuat.

Peregrinorum quatuor genera.

De Græcorum porrò antiquo hospites excipiendi more atque consuetudine sic scribit Vitruuius lib. 6. cap. 9. Nam cum Græci, inquit, fuerint delicatiores, & opulentiores à fortuna, hospitibus aduenientibus instruebant triclinia & cubicula, cum penu, cellas: primoq; die ad cœnam inuitabant,

Mos Græcorũ hospites excipiendi.

Digitized by Google

postea mittebant pullos, ova, olera, poma reliquasq; res agrestes. Ideò pictores ea, quæ mittebant hospitibus, picturis imitantes, xenia appellauerunt. Ita patresfamiliâs in hospitio non videbantur esse peregrè, habentes secretam in hospitalibus libertatem. Hæc ille. Ad illum autem hospitibus munera esculenta missitandi morem Apuleius alludit lib. 2. his verbis: Commodum meridies accesserat, & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum & quinq; gallinulas & vini cadum in ætate pretiosi. Apud Xenophontem quoq; multa extant testimonia, ex quibus constat, non priuatos modò homines priuatim, verùm etiam ciuitates publicè hospitia inter se contrahere, eaq; sanctè religioseq; colere fuisse solitos. Huc faciunt illa Agesilai verba ad Pharnabazem: Non te latere, inquit, arbitror homines in ciuitatibus Græcis cõsueuisse hospitalitatem inter se contrahere. At cum bellum inter vrbes ortum est, illi quoq; pro communi patria etiam contra hospites pugnare non dubitant, & si ita euenit, etiam illos obtruncant. Idem testatur lib. 7. rerum Græcarũ, Phliasios Pellenensium victores summam laudem fuisse consecutos, eò quod Pellenensem πρόξενον in potestatem suam redactum, quamuis summa rerum premerentur inopia, absq; pretio dimisere. Nonne meritò hi, inquit Xenophon, qui id fecerunt, generosi ac fortes appellandi sunt? Ita contrà apud eundem lib. 4. Anabas. Tissaphernis perfidia vehementer culpatur, qui Clearchum ipsum ὁμοτράπεζον suum, nihil Iouem hospitalem veritus, per summum scelus perdiderat. Nota heic quòd hospitem ὁμοτράπεζον, hoc est, eiusdem mensæ, quæ & ipsa hospitalis dicta est, cõmunione cõiunctum appellat.

Munera esculenta emittendi consuetudo.

Hospes ὁμοτράπεζος.

Vt autem Græci, vt hoc quoq; addam, hospitalissimi & in xenijs, hoc est, muneribus hospitalibus mittendis largiendisq; liberalissimi fuerunt: ita mirum non est illos aliorum quoq; populorum similem beneficentiam expertos fuisse. Sic enim eodem Xenophonte teste, lib. 3. de Cyri expeditione, & Armenius Cyro, eiusq; exercitui ξένια misit, & Trapezuntij Græcos hospitio acceperunt, donis etiam hospitalibus datis bubus, farina, vino. Sinopenses quoque Milesiorum coloni ijsdem farinæ medimna ter mille, vini amphoras M. D. & Heracleenses farinæ medimnum M M M: vini amphoras M M. Boues XX. oues C. xeniorum loco miserunt, vt idem auctor testatur libro 5. & 6. de Cyri expeditione.

πρόξενία munus publicũ hospites & peregrinos excipiendi.

πρόξενοι.

Munus in oppidis Græciæ fuit quoddam publicum recipiendorum hospitio senatorum, legatorum & magistratuum peregrinorum, quod, vt suprà dixi, πρόξενία appellabatur, quiq; eos recipiebant, qui hospitio publico cum ciuitate erant coniuncti, πρόξενοι dicebantur, quos Budæos publicos hospites vertit. Iidem propterea ciuitatum πρόστατοι dicebantur & φρουτιδαὶ. Proxeni appellationem post Homerum irrepsisse scribit Eustath: eligi porrò solitos vel à populo, vel à rege. Inde Herodotus tradit: Spartanis fuisse decorum regibus quem voluissent demonstrare, qui proxeni obiret functionem. Cæl. lib. 11. cap. 1. Huiusce muneris atq; moris luculenta apud Ciceronem in Verrinis fit mentio, vbi Philodamus Lampsacenus, cum Verres Rubrium ad illum deduci iussisset, huiusmodi apud Verrem excusatione vsus est: Munus illud suum (προξενίας) non esse: se, cùm suæ partes essent hospitum recipiendorum, tùm ipsos tantum prætores & consules, non legatorum assecias recipere solere. Ibidem & de Ianitoris, apud quem Verres diuersatus erat, & de Philodami hospitalitate, qui Rubrio magnificè & ornatè conuiuium comparauit, plura videre licet. Πάροχοι quoq; Græcè & Latinè dicti sunt ij, quorum munus erat peregrinis ijs præsertim, qui publicè mittebantur, ligna & salem & similia præbere & suppeditare, sic dicti ἀπὸ τῦ παρέχειν, quod valet præbere. Hinc Horat. Satyr. 5. lib. 1.

πάροχοι.

——Et parochi, quæ debent, ligna salemque.

Copiarij.

Hos Porphyrius copiarios à Latinis vocatos esse tradit, qui victum, salem & ligna ijs præstabant, qui Reipub. causa peregrè ibant, de quo vocabulo etiam infrà. Sub horum autem nomine omnia hospitibus necessaria intelliguntur, teste Acrone & Lambino, qui Satyr. vlt. lib. 2. parochum volunt ab Horatio per translationem poni pro eo, qui cænam præbet & pro conuiuatore:

——Vertere pallor
Tum parochi faciem vel sic metuentis, vt acres
Potores, &c.

πάροχοι, vt tradit Turnebus in suis Aduersarijs, non solũ dicuntur, qui præbenda magistratibus redemerunt, verum etiam equi, qui cursus publici causa præbentur, &c. Dicti quoque sunt ξενοπάροχοι, illi, qui peregrinis res ad victum necessarias præbebant, quos Arcad. inter eos, qui personalibus

ξενοπάροχοι

Digitized by Google

sonalibus muneribus funguntur, numerat. Et paulò posᵗ. §. 2. inquit: Emporia (siue elæmporia olei coemendi cura) & ospratura (vocabulum fictum ex Græco ὄσπρα, quod varias fruges minutas & legumina significat) apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur, id estᵗ, minutarum frugum publice coëmendarum cura. Susceptores quoque vini per prouinciam Africam patrimonij munus gerunt. Eodem quoq; nomine paranymphus appellatur à παρόχειος. Pausanias enim scribit in Græcia moris fuisse, vt in nuptiali curru, quo sponsa vehebatur, tres duntaxat sederent, & media sponsa, à lateribus sponsus, & quem vocant πάροχον, qui amicitia vel sanguine coniunctus esset, & cui plurimum deferrent. Idem Suidas tradit. Hinc, vt illud quoque obiter addam, Ecclesiæ antistites parochos volunt dictos ab exhibitione sacramenti, & parochias quibus singuli ministri destinati sunt. Budæus autem non parochias primùm, sed paræcias appellatas esse censet. Parochi significationem rectè Lauaterus in Ezechielem ministris Ecclesiarum, ideò pulchrè conuenire existimat, quòd ipsi hominibus, qui hospites & peregrini sunt in hoc mundo, mensam verbi Dei apponunt, & Sacramentum Eucharistiæ administrant: deinde sponsam Christo adducunt. Æschines quoque quàm sanctum hospitij ius apud veteres Græcos fuerit, ac quomodo id salis & mensæ consortio contrahi fuerit solitum, egregiè sanè his verbis ostendit in illa sua oratione de perperam obita legatione: τὰς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας, καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν φησὶ πλείστου δεῖν ποιεῖσθαι, hoc estᵗ, Etenim ciuitatis salem publicamque mensam ait se plurimi facere. Quod autem Æschines salis mentionem facit, ideo fit, quia hospitibus olim sal ante cibos alios apponebatur, ceu amicitiæ symbolum, vt testis estᵗ Eustath. in Ιλ. α. Cælius lib. 12. cap. 1. Sic, teste Erasmo, apud Germanos acceptus à propinante cyathus adimit omne ius agendi iniuriam. Vnde Eustath. quoque in illa Vlyssis verba ad Antinoum: Οὐ σύγ' ἀνὴρ ἔξ οἵκου τοῦδε πρόπαν ἔδμεναι ἄλλα δοίης, exponit, ἔδμεναι δὲ τὸ ἅλας τὸ δηλοῖ ξενίαν διδόμενον, hoc estᵗ, neque sal, quod hospitalitatis nomine dari consueuit: addit deinceps: ὅτι δὲ τὸν ξένιον ἅλα, θεῖον ὁ ποιητὴς οἶδε, δηλώσας ἐν ταῖς λιταῖς, quod autem sal hospitale diuinum agnouerit poëta, apparet ex supplicationibus, in quibus quædam scribit ex sale fuisse composita. Vide infrà de Fœderalibus cõuiuijs. Vt autem sal primò omnium apponi hospitibus consueuit: ita Germani conuiuantes hospiti siue peregrino aduenienti poculum vini primò porrigere solent, ex quo si bibere is recusetᵗ, inhumanus & inciuilis habetur. Moris quoque estᵗ apud nobiles præsertim vt à patrefamiliâs hospiti, qui nunquam antea in illius domo fuit, poculum satis amplum proponatur, quod illi estᵗ exhauriendum, quod quidem willkom/hoc estᵗ, salutatorium poculum nominatur, quo nouus hospes excipitur, & quasi hospitalis amicitia cum illo contrahitur.

Paranymphus etiã παρόχος dictus.

Parochi cur dicti ecclesiæ antistites.

Hospitij ius salis, & mensæ consortio contrahi solitum.

Sal hospitibus olim ante omnia alia appositum.

Sal hospitalitatis symbolum.

Atque hæc quidem de Græcorum hospitij hospitalitatisque cùm publicæ, tùm priuatæ iure, more atque consuetudinibus in genere sint dicta: nunc de singulorum quorundam Græciæ populorum hospites excipiendi more atque consuetudine quædam adijciamus. Hospitalissimi olim fuisse feruntur Cretenses, hodie Candiotæ dicti, qui quidem, vt testis estᵗ Athen. lib. 4. passim per totam suam insulam binas habuerunt semper in illis syssitijs extructas domos, vnam quam ἀνδρεῖον appellarunt, alteram, in qua hospites diuersari atque dormire solebant, quam idcirco κοιμητήριον (quasi dicas dormitorium) nominarunt. In domo autem conuiuali (συσσιτικὸν ὄκον vocant) in qua conuiuabantur, duæ stratæ erant mensæ, ξενικαὶ, id estᵗ, hospitales dictæ, propterea quod hospites, qui aderant, ijs primò assidebant. Postᵗ illas verò aliæ ordine quæque suo repositæ erant mensæ. Ad hæc erant & sedilia hospitalia & mensa tertia, quæ à dextra ingredientibus ἀνδρεῖα occurrebat, quam ξενίου Διὸς, ξενίου τε, hoc estᵗ, mensam Iouis hospitalis, & hospitalem vocabant. Heraclides similiter in Politijs Cretensium hospitalitatem commendans, ait, Illos eorum quæ in conuiuijs apponebantur, partem peregrinis & hospitibus primũ dedisse: postᵗ hospites principi quatuor portiones præbuisse, vnam quam etiam reliquis, alteram principalem, tertiam familiæ, quartam vtensilium. Idem auctor tantam Cretensium ergo peregrinos humanitatem extitisse dicit, vt ad magistratus quoque gerendos illos sæpè vocarint.

Cretensiũ hospitalitas.

Domus, mensæ, sellæ hospitales

De Megarensibus atq; Corinthijs literis memoriáq; proditum estᵗ, illos cùm de imperio certaretur, captiuos in bello velut hospites inuicem humaniter tractasse, illosq; sine pretio dimissos Doryxenos appellasse. Illis enim Iupiter ξένιος in præcipuo cultu erat. Quare etiam milites cum hostibus extra aciem familiaria iura seruabant, in acie verò pugnabant vehementissimè. Testis estᵗ Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 10.

Megarensiũ & Corinthiorũ hospitalitas

Digitized by Google

Lacedæmoniorum erga hospites benignitas.

Celebris est Lacedæmoniorum liberalitas, qui legatos & peregrinos in suis Phyditijs, necnon copidibus atq; æclis, de quibus suo loco, vt Cretenses in Syssitijs excipere & benignè liberaliterq; tractare consueuerunt. Vnde Cratinus apud Athenaum Cænæ copis dictæ mentionem faciens, inquit:

Αρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισιν ἐστὶν, ὡς λέγεσ' ἐκεῖ
Πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς.
Verè, vt ferunt, quibus potest ibi aduena
Conuiuium lautum, bonamque hinc copidem
Qui accesserit, sumpsisse, &c.

Paulò post Æcli, quæ & ipsa fuit quædam conuiuij Spartani species, mentione facta lib. 4. dicit, non incolis solùm atq; ciuibus, sed omnibus peregrinis hospitibus ad illud aditum patuisse. Plura passim apud auctores præclara græcanicæ hospitalitatis exempla reperiuntur, quæ omnia colligere nimis longum ac operosum foret. Hæc quæ dicta sunt, sufficiunt opinor ad antiquam ξενίας, id est, est, hospitij & hospitalitatis publicæ pariter atq; priuatæ rationem Græcis vsitatam demonstrandam: id quod mihi hoc in loco fuit propositum.

Hospitalitas à Romanis religiosè fuit culta.

Nec minor verò hac in parte Romanorum laus censeri debet, ad quos vt omnium ferè gentium atq; populorum monarchia, omnesq; artes liberales & disciplinæ: ita hospitalia quoq; iura, mores atque consuetudines ab ipsis Græcis fuerunt deoluta. Vnde Roma omnium patria dicta est, teste Athenæo lib. 1. cap. 1. Nam primò, vt apud Græcos, ita apud Romanos quoque erant & publica & priuata hospitia, ita vt hospitij necessitudo non modò inter priuatos, sed etiam inter populos contraheretur, neque id quidem modò, sed etiam inter singulos priuatosq; homines & ciuitates. Deinde vt hæc cùm publici tùm priuati hospitij necessitudo Græcis sacrosancta visa est, quam violare nefas esset: ita Romanis quoq;, qui idcirco non minore cultu atq; religione Iouem Xenium, id est, hospitalem, quàm Græci coluerunt. Vnde Cicero in oratione pro Deiotaro: Si veneno, Iouis illius quidem hospitalis numen nunquã celare potuisset, homines verò fortasse celauissent. Idem ad Q. Fratrem: Non faciam vt illum offendam, ne imploret fidem Iouis hospitalis. Apuleius lib. 3. Sed proh Iupiter hospitalis, & fidei secreta numina, &c. Et Virg. Æneid. 1.

Hospitia publica & priuata.

Iupiter Xenius seu Hospitalis à Roman. cultus.

Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyrijsque diem Troiaque profectis
Esse velis, nostrosque huius meminisse minores.

Dicit illum dare hospitibus iura, & idcirco ἔκτιμήτωρ, id est, vltor siue vindex supplicum atque hospitum ab Homero fuit appellatus. Eò pertinet illa Lycaonis fabula, qui cum hospitio susceptus hospites necaret, à suscepto Ioue postquam ei epulas humanas apposuit, versus in lupum exemplo suo ostendit, hospitij iura non esse violanda. Vt autem Iupiter ξένιος, à Cicerone hospitalis, ita ab Ouidio Hospes dictus est. Metamorph. 10.

Lycaonis fabula.

Ante fores horum stabat Iouis hospitis ara.

Iupiter hospes dictus.

Hospes autem apud Latinos, vt apud Græcos ξένος, tàm is qui recipit, quàm qui recipitur, dici solet. Ouid. Non hospes ab hospite tutus. Cicero pro Deiotaro: Per dexteram ista, quam hospes hospiti porrexisti.

Hospitis nomen æquiuocum.

Hospitũ quanta apud Romanos obseruãtia.

Quanta fuerit veteribus Romanis hospitum obseruantia, Gellius quoq; egregiè docet lib. 5. cap. 13. vbi de Officiorum gradu atq; ordine, moribus populi Romani obseruato, agit. Cumq; quæreretur, inquit, quibus nos ea (officia) prioribus potioribusq; facere oporteret, si necesse esset in opera danda, faciundoque officio alios alijs anteferre, non constabat. Conueniebat autem facilè constabatque ex moribus populi Romani. Primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere, fidei tutelæque nostræ creditos. Secundum eos proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrocinumque nostrum dederant. Tum in tertio loco esse hospites, postea esse cognatos affinesq;. Hæc ille. Vides hîc in opera danda obsequioq; præstando hospites & peregrinos ipsis quoque cognatis & affinibus fuisse præpositos. Vnde patet verum esse id, quod suprà ex Eustathio protulimus, nempe hospitalitatis necessitudinem antiquis vel ipsa sanguinis coniunctione sanctiorem augustioremque visam esse. Addit præterea Gellius eodem in loco: Massurius autem Sabinus in libro Iuris ciuilis III. antiquiorem locum hospiti tribuit, quàm clienti, cuius hæc sunt verba: In officijs apud maiores ita obseruatum est, primùm tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tùm cognato, postea affini.

Officiorũ gradus apud Romanos.

Hospitalitatis necessitudo sanguinis coniunctione prior apud veteres.

Firmum

Firmum atq; clarum isti rei testimonium perhibet auctoritas C. Cæsaris Pont. Max. qui in oratione quam pro Bithynis dixit, hoc principio vsus est: Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin proximis retineatur; neq; clientes sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam à propinquis nostris opem ferre instituimus.

Romani religiosissimi hospitalitatis cultores

Quanta hospitij religio & necessitudo Romanis fuerit, Liuius quoq; indicat lib. 7. de Bello Macedonico: Princeps legationis, expositis amicitiæ cum pop. Rom. meritis q; Rhodiorum: Nihil, inquit, nobis tota nostra actione P. C. neq; difficilius neq; molestius est; quàm quod cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo vno maximè regum, & priuatum singulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati nostri hospitium est. Cicero quoq; in suis inuectiuis in Verrem inter alia crimina illi sæpe hospitij violationem exprobrat. Vt in actione vlt. Pater, inquit, aderat Dexio Tindaritanus, hospes tuus: cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaueras: eum cùm illa auctoritate, & miseria videres præditum, num te eius lachrymæ; num senectus; num hospitij ius atq; nomen à scelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? Sed quid ego hospitij iura in hac tàm immani bellua commemoro, qui Sthenium absentem hospitem suum in reos retulerit. Fuerunt etiam nonnullæ aliquando domus sceleste, quas non licuit amplius habitare (vt ex probatis scriptoribus patet) quod ibi violata fuerint hospitia. In ff. de nautis & cauponis lib. 1. datur actio duplex contra hospitem, si quid ex hospitio subtractum sit.

Liuij testimonium.

Cic. Verrem violati hospitij perstringit.

Domus scelestæ ob violatum ius hospitij.

Quanta Romanorum erga peregrinos quoq; suis humanitas fuerit, inde quoq; videtur posse colligi, quod peregrinum antiquitus, teste Cicerone, Varrone atque Festo, hostem appellarunt, ab hostiendo, vt nonnulli volunt, hoc est, æquando, propterea quod inter ciues & peregrinos debeat esse æquabilitas. Cicero: Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, indicant 12. tabulæ. Aut status dies cum hoste: Item q; aduersus hostem æterna auctoritas. Romanos verò tantum humanitatis peregrinis præstitisse non videtur esse mirũ, cum ipsi quoq;, vt ex historijs patet, ex peregrinis & aduenis vndiq; confluentibus in vnũ coaluerint. His adde quòd Romæ externis & peregrinis magistratus dabatur regius, cõsularis & prætorius, vt Numæ & Tarquinij temporibus, Consules multi peregrini & externi fuerunt. Habebant & prætorem peregrinum, qui peregrinis ius dixit. Huiusmodi magistratus creandos & instituendos esse in vsum peregrinorum Plato quoq; in sua Repub. suasit, de quo vide suprà.

Peregrinus olim hostis dictus.

Prætor peregrinus.

Prætera vt apud Græcos certæ quædam erant ædes peregrinis hospitibus q; recipiendis destinatæ, de quibus etiam Plato in lib. de Legibus præcipit, quæ ab illis ξενοδοχεῖα, ξενῶνες, καταγωγαὶ siue καταγώγια, καταλύματα, à Phrygibus peculiari nomine ἀνδρῶνες, à Cretensibus κοιμητήρια fuerunt appellatæ: sic quoq; Romani domus habuerunt certas in peregrinorum atq; hospitum vsum extructas, quas Hospitalia vocarunt: de quibus sic Vitruuius libr. 6. Prætera dextra ac sinistra domunculæ constituantur, habentes proprias ianuas, triclinia & cubicula commoda, vt hospites aduenientes nõ in peristylia, sed in hospitalia recipiantur. Eodem modo nostra ætate, quæ ædes publicæ parantur ad egenos recipiendos, hospitalia appellantur. Nã illæ quæ viatoribus peregrinis q; mercede patent, cauponæ diuersoria q; vocantur. Hospitium quoq; & pro domo vbi diuersamur, nonnunquam accipitur, & frequentius pro ipsa consuetudine amicitia q; hospitali. Huc quoque facit quod Cic. lib. 1. Off. in priuatarum ædium ædificatione hospitum quoq; rationem tenset esse habendã, sic enim inquit: Vt in cæteris habenda ratio non sui solùm, sed etiam aliorum: sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi, & admittenda hominis cuiusq; generis multitudo, adhibenda est cura laxitatis.

Hospitalita Romanorum.

Hospitij porrò morem inter priuatos coniungendi hunc fuisse, quem Zanchus in suis in Sallustium commentarijs tradit, ex scriptoribus passim colligi potest. Cum quis peregrè proficiscebatur, è seruis aliquot præmittebat ad vrbem eam, vbi diuersurus esset, qui inquirerent, an domini hospes amicusue paternus ibi quisquam esset. Si nullus erat, quærebant diuersorium. Si nullum erat, magistratum adeuntes, hospitalitatẽ postulabant, sibi verò quam á magistratu data accipiebant. Nonnunquam tamen vsu veniebat, vt vtriusq; hospitum voluntate hospitiũ iungeretur, cum vterq; alterius virtute illectus hanc hospitalitatem postulabat, & huius priuati hospitij nota pignusq; erat tessera hospitalis, de qua postea pluribus. Populus Romanus cũ alijs vel populis vel regibus vel etiam

Hospitij contrahendi quæ ratio apud Romanos.

priuatis hominbus Senatusconsulto legimus aliquando hospitium contraxisse. Liuius lib. 5. de Tisimatheo Liparensi loquens: Qui legatos Romanorum hospitio exceptos, ad Delphos vsq; deductos, retrò in vrbem hospites reduxerat, Hospitium, inquit, S.C. factum est, donaq; publica data.

Munera hospitalia. Apophoreta, Xenia, Xeniola.

Munerum hospitalium, vt apud Græcos, sic apud Romanos crebrum frequentemque vsum fuisse legimus, quæ ab illis similiter xenia & apophoreta fuerunt dicta: tametsi apophoreta, vt rectè monet Beroaldus in suis in Apuleium Commentarijs, non tàm dicta fuerant munera, quæ remittebantur ab his, qui xenia acceperant, quàm vasa & id genus alia, quæ conuiuis apponebantur, vt secum posset conuiuium auferrent, donaq; haberent, de quibus plura suo in loco. Xeniola Apuleius munera hospitalia appellauit per diminutionem. Xeniorum Iurisconsulti quoque crebram mentionem faciunt, vt Politianus docet in Miscellaneis, & eum sequutus Budæus. Vlpianus pro muneribus quæ prouincialibus magistratibus eorumque comitibus dari solent, vsurpat l. 6. §. 3. ff. de Offic. Proconsul.

Lautia.

Notabis quoque munera illa, quæ legatis peregrinis per quæstores dabantur Lautia fuisse dicta, de quo sic Plutarchus in Quæstionibus Romanis. Quæstio est, cur legati vndecunque Romam missi, ad Saturni ædem primò accesserint, ibique nomina sua dederint præfectis ærarij. Respondet: Aut hoc fit eò quod Saturnus cùm fuerit peregrinus, hospitibus gaudeat: Aut historia potius quæstionem soluit. Antiquitus enim, vt apparet, quæstores legatis mittebant, quæ Lautia dicebantur, ægrotantium curam suscipiebant, mortuisque funus è publico faciebant. Nunc autem ob multitudinem legatorum, qui veniunt, sumptu omisso, tamen moris antiqui hæc seruantur vestigia, vt Legati accedant præfectos ærarij, qui eorum nomina in tabulas referunt.

Romanorum hospitalitas erga legatos.

Hinc apparet insignem antiquitus Romanorum, erga legatos potissimum hospitalitatem, liberalitatemque extitisse, quibus per vrbanum quæstorem publicum hospitium, & munera, quæ lautia dicebantur, sæpe etiam commeatus largè & hospitaliter, & vestimenta publico nomine præstabant, id quod ex vno atque altero exemplo, quæ subiungam, melius adhuc patebit. Sic enim Senatus, cum ad gratulandum sibi Prusiam Bithyniæ regem, Perse defuncto, venire audisset, obuiam illi Pub. Cornelium Scipionem Quæstorem Capuam misit: censuitq; vt ei domus Romæ quàm optima conduceretur, & copiæ non solùm ipsi, sed etiàm comitibus eius publicè præberentur: testis est Valerius Max. lib. 5. ca. 1. Rex similiter Ptolemæus, eodem teste, à minore fratre regno spoliatus petendi auxilij gratia, cũ paucis adeò seruis squalore obsitus, cum Romam venisset, ac se in hospitiũ Alexandri Pictoris contulisset: Senatus vbi hoc resciuit, accersito iuuene, quàm potuit accurata excusatione vsus est, quod nec quæstorem illi more maiorum obuiam misisset, nec publico hospitio eum excepisset: eaq; non negligentia sua, sed ipsius subito & clandestino aduentu, facta dixit. Et illum subitò è Curia ad publicos Penates duxit, hortatusq; est, vt depositis sordibus, adeundi ipsius diem peteret. Quin etiam curæ habuit, vt munera ei quotidie per Quæstorem darentur. Vide aliud exemplum apud eundem lib. 5. cap. 1. de Musitano Masinissæ filio.

Exempla.

Tessera hospitalis.

Quemadmodum præterea apud Græcos, vti suprà dictum est, hospitij necessitudo atque ius ad posteros transibat: ita apud Romanos idem moris fuisse legimus. Cicero Famil. epist. XIII. Auium mihi hospitium est cum Lisone Lisonis filio Lilybitano. Plurima exempla passim occurrunt. Posteri itaq; parentum siue maiorum suorum hospitia sibi sanctè religioseq; tuenda atque conseruanda existimabant, atque idcirco tesseram hospitalem, quæ quidem amicitiæ eius symbolum erat atque pignus diligenter obseruabant. De quo more Græcis quoq; vsitato, sic scribit Euripidis Scholiastes in Hippolyto: Οἱ μὲν ξενίσθεντες τῶν ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν καταλίμπανον τοῖς δεξαμένοις, ἵνα εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς, ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενῶσθαι, πρὸς ἀλλήλους ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστράγαλον ἀνενεῶτο τὴν ξενίαν, hoc est, Qui hospitio excipiebantur tesseram incidentes, dimidiam eius partem relinquebant ijs, à quibus erant excepti, vt si opus esset, vel ipsos vel ipsorum posteros & amicos eodem rursus vti hospitio, dimidiata illa prolata tessera, hospitij ius atque necessitudo renouaretur. Nam quemadmodum apud Græcos mutua quædam munera vltrò citroq; data & accepta, hospitalis fœderis cùm paterni & auiti, tùm recens contracti erant notæ atque pignora, vti ex illo Diomedis atque Glauci exemplo suprà citato satis apparet: Ita quoq; Romani tesseram solebant dare hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuò agnosci posset, & hospitio accipi tanquam amicus & vetus hospes. Fiebant autem hæ tesseræ ex ligno longiusculo

Digitized by Google

longiusculo & vtrinq; exæquato, & complanato: vt Lambinus in Plautum, & Beroaldus in Sueton. scribunt. Omnino autem quatuor ferè tesserarum genera apud Latinos auctores inuenio. Erat enim tessera frumentaria, hoc est, signum frumentarium, quo exhibito vnusquisq; frumentum pro portione accipiebat à principe: de qua Iuuenalis:

Tesserarum quatuor genera apud Romanos.

Tessera frumentaria.

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti. Et Persius:
——Scabiosum tesserula far Possidet, &c.

Isidorus, Tesseræ sunt, quibus frumentorum numerus designabatur. Erant tesseræ nummariæ, quas Augustum duplicasse, Suetonius testatur in eius vita. Erant illæ similiter signa, quibus exhibitis vnusquisque nummos pro portione accipiebat. Erat etiam tessera militaris (vt nihil de ludicra dicam, qua in alueolo ludi consuerunt, sic dicta, Isidoro teste, quia quadra ex omnibus partibus, Græcè κύβος) vt eam Beroaldus definit, præceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum exercitus mouebatur: vnde à Vegetio tesserarij nominantur, qui tesseras per contubernia militum nuntiabant. Seruius autem explanans illud 7. Æneid. In bello tessera signum: dicit intelligi symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur confusionis scilicet euitandæ gratia, quam Vegetius duplicem facit, vocalem & mutam. Denique tesseræ fuerunt hospitales siue hospitij, de quibus nunc agimus, quas hospites eorumque liberi secum ferebant, vt facilius à veteribus & paternis hospitibus agnosci possent. Hinc Hanno Pœnus apud Plautum in Pœnulo, cum Antidamo hospite esset vsus, apud Agorastoclem Antidami filium adoptiuum diuertere non dubitauit: nam

Tesseræ nummariæ.

Tessera militaris.

Tesserarij.

Tessera hospitalis.

Deum, inquit, Hospitalem, ac tesseram mecum fero.

Et postea idem Pœnus ipsum Agorastoclem sibi ignotum affatus:

Ego, inquit, hîc hospitium habeo, Antidami filium
Quæro.

Cui cum Agorastocles respondisset, se illum ipsum esse, quem quæreret, dicit ille:

——Si ita est, tesseram
Conferre si vis hospitalem, eccam attuli: cui Agorastocles:
Agedum huc ostende: est par probè: nam habeo domum. Pœnus igitur:
O mi hospes salue multum (χαῖρε ξεῖνε Homerus, de quo suprà) nam mihi tuus pater.
Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit
Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit. Cui Agorastocles:
Ergo heic apud me hospitium tibi præbebitur.
Nam haud repudio hospitium, &c.

Sicos qui ius hospitij violauerat, tesseram hospitalem confregisse dicebatur Plautus in Cistel.

Tesseram hospitalem confringere.

Abi quærere, vbi tuo iureiurando satis fit subsidij.

Hic apud nos fidei iam confregisti tesseram (hast das habermüß verschütt) hoc est, interprete Lambino, ius hospitij violasti, & amicitiam consuetudinemq; pristinam, quæ tibi nobiscum erat dissoluisti, natum ex veterum consuetudine, qui hospitibus tesseras quasdam dabant, quibus ostensis eos, vel eorum filios longo interuallo venientes agnoscerent. Vide Eras. in Adag.

Vt autem certa fuit hospitij contrahendi ratio, quæ tesseris vltrò citroq; datis, vti dictum est, fiebat: ita si quem contracti hospitij pœnituisset, renuntiare hospitium solebat, tesseram confringendo, ne hospitij ius violaret. Cicero in Verrem act. 4. Itaque vehementer iste Sthenio infensus, hospitium ei renuntiat, domo eius emigrat, atque adeò exit: nam iam antè emigrarat. Sic Badius ille Campanus, de quo suprà, Q. Crispino Rom. in conspectu duorum exercituum hospitium solenniter renuntiauit, vt cum eo hostili animo congredi posset, teste Liu. Decad. 3. lib. 5.

Hospitium renuntiare.

Hæc de Romanorum hospitalitate satis sint dicta in genere. Nam singulorum hominum exempla persequi, esset infinitum, nec etiam id propositi mei ratio postulat, quod est ritus tantum atque consuetudines varias hospites excipiendi significare. Vt autem Iudæi, Græci atq; Romani illi antiqui, sicuti adhuc explicatum est, hospitalitatem summo studio coluerunt, seq; erga hospites atq; peregrinos valdè comes, humanos atq; beneficos præbuerunt: Sic alios quoq; populos licet nõ tanta vel potentia præditos, vel morum disciplinarumq; humanitate excultos: tamen hospitalitatis studio illis ipsis nihilo inferiores fuisse legimus, quorum exempla quædam maximè illustria proponam.

Digitized by Google

Leucanorum hospitalitas.

Leucanorum hospitalitas literis antiquorum vehementer celebratur, apud quos huiusmodi fuisse legem, Ælianus libro 4. de Varia historia cap. 1. scribit: Si sub occasionem Solis venerit peregrinus, volueritq; sub tectum alicuius diuertere, & is hominem non acceperit, mulctetur, & κακοξενίας, id est, inhospitalitatis pœnas luat, vt mihi quidem videtur, addit Ælianus, Et venienti & Ioui ξενίῳ, id est, hospitali. Idem tradit Heraclides in Politijs. Cæl. lib. 21. ca. 48. Lucanos, vel (vti enuntiant Græci) λευκανὸς esse ferunt φιλοξένους, id est, hospitum amantes & iustos. Eosdem Nicolaus de Moribus gentium: vt aliorum criminum, ita ἀσωτίας καὶ ἀργίας, id est, luxuriæ & otij causas agere testatur, ita vt si quis homini luxurioso mutuasse aliquid conuincatur, mutuo dato priuetur.

Gallorum hospitalitas.

Galli, Diodoro teste, tanta humanitate olim fuerunt præditi, vt hospites statim ad epulas vocarent, qui essent, quáue causa aduenissent, postea rogantes. Similia exempla suprà ex Homero protuli quorundam qui hospites non prius interrogarunt, quinam essent, aut quæ illorum aduentus causa esset, quàm illos conuiuio liberaliter excepissent.

Celtæ hospitales.

Celtæ quoque, qui fuerunt populi Galliæ comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluuios, grauius in illum animaduerũt, qui peregrinum, quàm qui ciuem occidisset. Huic enim exilium, illi mors pœna statuebatur, ianuas ædium nunquam claudebant, testis est Nicolaus de Moribus, & Stob. serm. 145. Gallos adhuc antiquum obtinere, singulariq; humanitate peregrinos prosequi, & ipsemet expertus sum, & experiuntur omnes qui in illorum regionibus commorantur. O vtinam non istis ciuilibus bellis efferati, peregrinorumq; armis atq; fraudibus miserrimè vexati ab antiqua illa sua in sitaq; erga peregrinos humanitate nonnihil deflexissent.

Germanorum aliquorum hospitalitas.

Gallorum porrò Germanos antiquos vt alijs quoq; moribus (vnde Strabo Germanos quasi legitimos fratres cognatosq; Gallorum legibus, moribus, lingua interpretatur) ita hospitalitatis quoque studio cultuque simillimos fuisse, veteres historici abundè testantur. Cornelius Tacitus in sua illo de Germania & Germanorum moribus libro: Conuictibus & hospitijs, inquit, non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortalium arcêre nefas habetur, pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Cum defecere, quimodò hospes fuerat, monstrator hospitij, & comes proximam domum non inuitati adeunt. Nec interest, pari humanitate accipiuntur, notum ignotumque quantum ad ius hospitis nemo discernit. Abeunti si quid poposceris, concedere moris, & poscendi inuicem eadem facilitas. Gaudent muneribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis. Statim à somno, quem plerique in diem extrahunt, lauantur, sæpius calida, vt apud quos plurimum hyems occupat. Lauti cibum capiunt, separatæ singulis sedes & sua cuique mensa. Confer singula hæc cum Homericis illis hospitalitatis exemplis, summam profectò affinitatem similitudinemque reperies. Eiusdem Germanorum antiquorum hospitalitatis Iulius quoque Cæsar testis est, de quibus sic scribit libr. 6. Germani hospitem violare phas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctos habent: ijsq; omnium domus patent, victusque communicatur. Et Mela lib. 3. Tantum hospitibus boni, mitesq; supplicibus. In primis verò notandum est quod Tacitus dicit hospitia apud Germanos notis ignotisq; fuisse communia, ita vt notum ignotumq; quantum ad ius hospitis nemo discreuerit, cui affine est illud Eumæi pastoris ad Vlyssem sibi ignotum ΟΔ. ξ.

Ξεῖν' οὐ μοι θέμις ἐστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι. πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε.

Huc quoq; facit pium illud sanctumq; Augustini dictum: Disce Christiane sine discrimine exhibere hospitalitatem, ne fortè cui tu domum clauseris, cui humanitatem negaueris, ipse sit Christus. Melius igitur est malum sub specie boni etiam recipere, quàm bonum excludere: tolerabilius est ingratum recipere, quàm Christum excludere: melius fertur malus, quàm excludatur bonus. Huc quoque pertinet antiquissimum, Christianissimumq; illud Epigramma Xenodochio Constantinopolitano olim inscriptum, quod Latinè sic à quodam est versum:

Qui prius errabas tota male notus in vrbe,
Siue solo venias aduena, siue salo

Penito

Ponito nunc curas, metus exulet anxius, & nunc
Siste pedem, domus est ecce parata tibi,
Tecta tamen si fortè velis cognoscere, quisquam
Struxerit hæc primus, præsul erat Paries. *Et paulò post:*
Ciuis & hospes erit gratus, nam qualis, & vnde
Natus es, hospitij quærere iura vetant.

Germanorum hospitalitatem sanctus quoque Athanasius expertus est, apud quos duobus ferè lustris hospitio clàm exceptus, Imperatoris ab Ario seducti furores euasit, atque fidei symbolum, aliáq; apud eosdem conscripsit. De Germanorum hospitalitate vide plura apud Crantzium lib. 1. cap. 4. Metrop. vbi Lenderici Episcopi Bremensis in hospitalitatem vehementer culpat: verùm quod Gallicæ nationi magis, quã Germanicæ id se deputare ait, vt ille loquitur: in eo ipso Crantzius mihi videtur esse reprehendendus, cum ex historijs suprà citatis constet, antiquorum Gallorum insignem beneuolentiam humanitatemq; in peregrinos fuisse Germanorum hospitalitate nihilo inferiorem, qualis etiam nunc cernitur. Alexand. quoq; ab Alexandro de eadem Germanorum hospitalitate scribit libr. 4. cap. 10.

Laudatur præterea à veteribus Calabrorum hospitalitas, qui hospites comiter & benignè intuitare, pyra, quibus abundabant, illis apponendo, solebant, cum maiora non haberent. Itaq; in prouerbium abijt: Calabri hospitis dona, pro nullius pretij muneribus, quæ donanti oneri magis sunt, quàm vsui. Vide Eras. in Adag. Hanc rusticam Calabrorum hospitalitatem falsè irridet Horatius in epistolis ad Mecænatem, vt Mecænatis erga se beneficentiam exaggeret. Sed tamen grata est, vt vulgò dicitur in muneribus mens. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. Calabrorum hospitalitas.

Mosyni quoq; (quos Orpheus μοσύνας, Plinius Mossynos, Strabo, Xenoph. Apollonius & alij Μοσυνοίκους *Mosynoecos, hoc est, turricolas vocant, nam Mosyni sunt turres lignei) non sunt silentio prætereundi, qui prouenientes ipsis frumentum æqualiter distribuerunt, partem aliquam communiter pro hospitibus aduenientibus seponentes. Stob. serm. 145. ex Nicolai de Gentium moribus historia. Obseruabant scilicet præclarum illud præceptum prouerbij quoq; loco vsurpatum:* λειπὲ τι καὶ ξένοις ἐπελθοῦσιν, *id est, relinquito aliquid & hospitibus aduenientibus, cuius Plutarchus meminit, in Sympos. id quod etiam vulgò hodie dictitant, vt Erasmus in suis Prouerbijs monet. Mossynos tamen inhumanos erga peregrinos extitisse, Strabo & Xenophon testantur, de quo vide mea Comment. in Periplum Ponti Euxini.* Mosynorum hospitalitas.

Sed hæc satis de priscorum hominum atq; populorum hospitalitate sint dicta, ex quibus quæ nam illius ratio atq; modus fuerit, quamque sanctè religioseq; ab illis fuerit culta, facilè colligi potest. Quod si autem populi illi antiqui, vti explicatum est, vera fide religioneq; vacui, vel solo naturæ ductu & impulsu hospites & peregrinos tanto amore, beneuolentia, officijsq; fuerunt prosequuti, hospitijq; contracti ius atq; fidem tanta religione coluerunt: quantò magis nos Christianos verissimis verbi diuini documentis institutos, sanctissimisq; sacris initiatos, tàm certis nobis amplissimisq; non huiusce solùm, sed alterius quoque vitæ præmijs propositis, cùm in primis inter nos mutuò, tum etiam cum externis populis atque hominibus quantumuis à Christiana religione alienis hospitalitatem exercere atque colere decet? Nota.

Verùm vt à priscis illis temporibus ad nostra veniamus, primò quidem negari non potest, quin cùm apud Christianos, tùm etiam alios populos à Christiana religione auersos antiquæ illius hospitalis necessitudinis atq; consuetudinis vestigia quædam reperiantur. Nam Iudæi quidem, qui post illud horrendum vrbis templiq; excidium à patria sua extorres & per totum terrarũ orbem dispersi ac dissipati, iam per aliquot secula vagam miseramq; vitam persequuntur, mutuam erga se inuicem hospitalitatem summo studio exercent, ita vt simul atq; peregrinus aliquis Iudæus in ædes alicuius aduenerit, illi statim mensa (ceu hospitalitatis symbolum antiquitati quoq; vsitatum) apponatur, & cibus, potus cæteraq; hospitalitatis officia illi exhibeantur. Ac est omnino gens illa ad mutuam inopiam egestatemq; subleuandam ac sustentandam promptissima, ita vt rarò Iudæum mendicantem reperias, memor scilicet adhuc tenaxq; antiqui illius præcepti diuini, quo illorum maioribus interdictum fuit, vt ne quem inter se mendicandi gratia oberrare paterentur. Iudæorũ mutuã hospitalitas. Mensa hospiti statim apponitur.

In Germania quoq; nostra antiquæ illius hospitalitatis, cuius maiores nostros multis ante secu-

Digitized by Google

Hospitij antiqui vestigia apud Germanos.

lis studiosissimos fuisse historici testantur, non pauca, nec leuia adhuc vestigia extant. Nam & nobiles multis in locis, & Ecclesiastici ordinis homines & mercatores & artifices quoq; cum in peregrinam ciuitatem venerint, non in publica diuersoria diuertunt, sed apud se inuicem diuersantur, atq; ita mutuum hospitij ius atq; officia inter se studiose exercent:

Tedneſtani Africani antiqui hospitij similitudinem retinent.

Memorabile quoq; laudabileq; mihi in primis videtur esse illud Tedneſtanorum Africanorum institutum, quod quidem ad antiquæ illius hospitalitatis similitudinem proximè accedere videtur. Nulli illi in suo oppido (quod quidem antiquissimum, amplissimũ amœnissimumq; esse fertur) diuersorium, nullum hypocaustum aut œnopolium habent. Quod si quis igitur peregrinus aut mercator illuc appulerit, ad notum aliquem se conferat necesse est. Si verò huiusmodi non occurrat, nobiles inter se sortiuntur, quis nam ignotum hunc mercatorem hospitio excipiat, ita vt nemini quamuis barbaro hospitium aut humanitatem suam deesse patiantur, qua peregrinos quosuis splendidè honorificeq; excipere solent. Qui autem hospitio exceptus fuit, is discedens hospiti suo munus aliquod ceu gratitudinis symbolum dare consueuit, quo gratior illi in posterum reditus pateat. Si verò aduena ille non fuit mercator, illi licitum est, quamcunq; voluerit procerum alicuius domum sibi hospitio deligere, nulla doni aut mercedis cuiuscunq; persoluendæ necessitate astrictus. Deniq; si mendicus aliquis peregrinus illac transeat, huic mox apparatur cœna in quodam Xenodochio, quod in paupertum vsum extructum publico fouetur ære. Testis est Leo Africanus lib. 2. de Africa.

Gothorum & Suecorum insignis hospitalitas.

Huic Africanorum hospitalitati simillima est vel etiam maior Gothorum atq; Sueonum siue Suecorum hospitalitas, quam Saxo Danicæ historiæ scriptor & Cranzius Hamburgensis in principio suarum historiarum, & Olaus lib. 4. cap. 2. maximis laudibus efferunt. Nam quamuis omnes hyperboreæ gentes hospitalitate sint insignes, tamen Gothi atq; Sueones non illis modò, verùm omnibus Europæis populis hac virtute longè videntur antecellere. Nam aduenas quosuis non solùm alacriter, humaniterq; admittunt & excipiunt, verùm etiam omnia quæ ad liberalem victum cultumq; corporis pertinent illis, quandiu apud illos commorantur, gratis sine vlla mercede promptissimè liberalissimeq; exhibent, illosq; omni humanitatis officijq; genere prosequuntur. Discedentes autem equis vel iumentis ad vicinos deducunt, & amicis in itinere, quod instituerunt, commorantibus commendant. Fit etiam non rarò inter illos contentio, quis aduenam peregrinumue hospitio excipiat. Quò quis enim plures aduenas hospitio excepit, tantò ille maiorem laudem meretur: contrà autem is, qui cibum, potum, hospitiumq; peregrino denegauerit, communi odio probroq; dignissimus iudicatur. In ipsis quoque pagis agricolæ aduenis omnia alimenta gratis largiuntur, maioriq; hospites, quàm filios suos liberalitate prosequuntur. His namque in mensa viliora apponunt, pretiosiora aduenis reseruantes.

Pœna eorum, qui peregrinos tecto arcent.

Hanc verò singularem Gothorum atq; Suecorum erga peregrinos humanitatem Olaus Carolo regi Gothorum trigesimo primo existimat potissimum acceptam esse ferendam. Is enim omni virtutum genere ornatus, quibus populo illi præluxit, cùm alias præclaras leges, tùm illam quoq; tulit, qua sancitum erat, vt Gothi & Sueci & inter se, & in omnes aduenas atq; peregrinos hospitalitate vterentur, summumq; nefas ducerent viatorem quemcunq; à tecto arcere. Id si quis fecisset, & idoneis testibus ter hospitium negasse fuisse conuictus, illius ædes subiectis ignibus comburi iussit, vt ædibus proprijs iustè priuaretur, qui earũ alijs vsum inhumanissimè denegasset. Addit idem auctor lib. 5. c. 1. Suiceros Suecorum colonos esse non modò historijs posse probari, verumetiam summa illorum humanitate, qua Suecos ad se venientes prosequi solent, quam se quoq; expertum esse confitetur.

Suitzeri Suecorum coloni.

Sclauorum hospitalitas.

De Sclauorum mira hospitalitate, vide Hermolaum cap. 83. qui inter alia indicat, Si quis, quod rarissimè fieri consueuit, peregrinum hospitio remouisse conuictus fuerat, illius ædes & facultates incendio consumere licitum erat, atq; in id omnium vota conspirabant.

Heluetij hospitales.

Ac Heluetiorum quidem omnium (qui vulgò à Germanis, Gallis, Italis, Hispanis & alijs nationibus Suitzij siue Suitzeri appellantur) summam & antiquitus, & etiam nunc in peregrinos atq; aduenas humanitatem existere, cùm historiæ, tùm ipsa experientia quotidiana satis opinor superq; testatur. Nam vt de Tiguro patria mea potissimum loquar, illius incolas hospitales esse, & mirifico erga peregrinos quouis amore beneuolentiaq; affici, nemo credo qui ibi commoratur atq; aquando fuit, inficiabitur. Nam primò quidem peregrinis sæpenumero cum armis, fistulis, buccinis atq; tympanis partim pedibus, partim in equis honorificè procul admodum ab vrbe obuiam procedere, illos

Tigurinorum hospitalitas.

dere,illos in latißimo aliquo campo circumcurſare,verbis honorificis ſalutare,in vrbẽ magna cum pompa,cum tubarum clangore atq; tormentorum bellicorum ſonitu ſtrepituq; introducere & ad diuerſoriam vſq; publicum,ſiue aliã ciuis alicuius domum comitari atq; deducere conſueuerunt. Hoc modo & ſponſæ peregrinæ huc primùm aduenientes vnà cum ſuo comitatu,necnon principes viri & regum nonnunquam legati excipiuntur.

Iam verò quo ad reliquas cæremonias atq; ritus, quibus peregrini,illi præſertim, qui illuſtris ſunt fortunæ atq; dignitatis, quiq; vel priuatim animi atq; negotiorum priuatorum cauſa, vel cum mandato ſiue legatione aliqua ad nos veniunt,excipi atq; tractari conſueuerunt,illi ferè ſunt huiuſmodi. Primò quidem deliguntur à Senatu viri nonnulli boni graueſq;,& illi potißimum,qui cum peregrinis illis vel moribus,vel vitæ genere atq; profeßione,vel etiam alia aliqua notitia quodam modo ſunt coniuncti: adſunt ſæpè etiam conſules. Hi magiſtratus atq; Reipub. nomine illos honorificè ſalutant, omnia illis humanitatis hoſpitalitatisq; officia prolixè deferunt ac pollicentur, vnà cum illis cibum capiunt,illoſq; honeſtis humaniſq; ſuis colloquijs exhilarare ſtudent. Deinde mox in conuiuij principio adſunt publici miniſtri ſiue apparitores, qui cantharos aliquot vini plenos (quod Schenckweyn / id eſt, donatarium ſiue honorarium vinum vulgò vocatur) illis magiſtratus nomine offerunt. Eundem morem vinum hoſpitibus donandi apud Romanos quoq; fuiſſe,ex hiſce Iſidori verbis poteſt intelligi: Honorarium vinum quod regibus & potentibus honoris gratia offertur. Cato de Innocentia ſua: Cùm eſſem in prouincia legatus, quàm plures ad prætores & conſules vinum honorarium dabant: nunquam accepi,ne priuatus quidem. Vinum honorarium.

Præterea ſi diutius commorentur ſæpißimè publico atq; magnifico conuiuio in publicis quibuſdam locis atq; ædibus excipiuntur,cui vrbis proceres atq; optimates,necnon eccleſiaſtici atq; ſcholaſtici ordinis homines interſunt,quod conuiuium ſumma cum lætitia atq; gaudio celebratur,& vulgò ein ſchencky / id eſt, donatio (quia peregrini omnes ſunt ἀσύμβολοι) appellatur. Ad illud autem conuiuium & à diuerſorio honorificè ab honeſtis & primarijs viris deduci, & illo peracto rurſus ad diuerſorium reduci ſolent. Ludi quoq; ſæpenumero & omnis generis ſpectacula in illorum gratiam æduntur. Præterea per totam vrbem ad loca,ædificia resq; alias viſu dignas ſpectandum deducuntur. Sæpè quoq; per lacum admodum piſcoſum, qui Limagus dicitur, & vrbem interfluit,naui tecta omni alimentorum genere inſtructa vehuntur. Ciues qui in naui ſunt,cum piſcatoribus obuijs quibusq; ad quos deferuntur,de futura piſcium captura licitantur atque paciſcuntur. Piſcatores impigri rete in lacum eijciunt,& quicquid ceperunt piſcium licitatoribus tradunt,& in illorum nauem exonerant,quos mox craticulæ impoſitos torrent atque comedunt. Sæpe quoque fit,mirabile ſimul atque iucundum viſu, vt piſces ipſa craticula ex aquis excipiantur, & in eadem prunis ſtatim impoſita viui adhuc atque ſalientes torreantur. Hoc modo itaque per horas aliquot animi gratia in lacu vagantur,epulantur,ſeque vario inſtrumentorum muſicorum genere oblectant. Huiuſmodi autem nauticæ deambulationis atque conuiuationis lacuſtris ſanè iucundißimæ genus vulgò Tracht / hoc eſt, ferculum, à piſcium nimirum ferculis, quæ ibi ſunt potißima, ſiue potius retis piſciumq; tractu, denominatur. Hoc ferè modo peregrini præſentes publicè tractari atque honorari conſueuerunt.

Iam verò non deſunt priuati quoq; homines, qui eoſdem ſi qua illis vel minima cum ijs interedat notitia, vel in priuatis ſuis ædibus conuiuio excipere, vel certè vini honorarij munere afficere conſueuerunt. Nec verò viri tantum, verum etiam fœminæ,nec politicæ ſolùm, verum etiam Eccleſiaſticæ ſortis conditionisq; homines, doctrinæ præſertim laude præſtantes atq; clari,ijſdem honoribus afficiuntur, quibus etiam plærunq; à doctorum collegio conuiuium exhibetur,conuenientibus eò non modò ſcholæ eccleſiæq; miniſtris, verum etiam politicis viris.

Vt autem præſentes hoſpites amare atq; honorare,ita diſcedentes quoq; honorificè ſæpenumero aliquò vſque comitari atque deducere conſueuerunt. Sæpè quoque impenſæ quas in diuerſorio fecerunt,ex publico ærario ſoluuntur, & principibus quidem non modò vina, verum etiam frumenta, auenæ, carnes atque piſces donantur. Quid dicam de illis xenijs & donis honorarijs,quæ & publicè à magiſtratu, & priuatim à multis ciuibus ijs qui ad thermas noſtras Badenſes quatuor horarum ſpacio ab vrbe diſtantes, valetudinis gratia ex multis peregrinis atq; remotis locis accedunt,mitti conſueuerunt? Incredibile ſanè dictu eſt quanta ſit quamque effuſa in eiuſmodi munuſculis, quæ

carnibus ferè atque piscibus constat missitandis nostrorum liberalitas. Non solùm autem claris & splendidis viris, vt principibus, comitibus, baronibus, legatis, magistratibus, nobilibus, mercatoribus opulentis atque alijs huiusmodi huc venientibus plurimùm honoris exhibetur, verùm etiam si qui tenuioris sortis conditionisq; homines, vt artifices atq; opifices huc veniunt, ijs quoque non deest nostrorum, ac eorum præsertim qui eodem vitæ genere vtuntur, humanitas hospitalitatisq; officia. Atq; adeò non vilis modò & abiectæ, verùm etiam miseræ afflictæq; fortunæ hominibus patria nostra apertissima fuit, & adhuc est. Nam vt peregrinos quosuis religione quantumuis à se discrepantes humaniter officioseq; excipere, fouere atq; tractare consueuit: ita illis quoq; qui eiusdem religionis communione cum illa sunt coniuncti, ac propter illam nonnunquam natale suum solum mutare, atq; exulare coguntur, tutum fidumq; hospitium præbet. Huius rei testes esse possunt multi Angli, Germani, Itali exules, supplices miseri & afflicti, quos patria nostra sinu gremioq; suo excipere atq; fouere minimè dubitauit.

Iam verò inopes, mendici, valetudinarij, quorum magna quotidie copia ad nos ex plurimis peregrinis locis confluit, sua habent in vrbe agroq; nostro receptacula, atq; domos, (quæ à Græcis ξενοδοχεῖα, πωχεῖα, πτωχοδοχεῖα, πτωχοτροφεῖα, νοσοκομεῖα, l. vlt. C. de sacros. Eccles. Latinè hospitalia appellantur) in quibus humaniter admodum benigneq; excipiuntur, curantur atq; fouentur, in quos incredibile est dictu quantos magistratus noster quotidie sumptus faciat. Iisdem quoq; per vrbem ostiatim mendicandi facultas plerunq; est concessa. Hæc de patriæ meæ charissimæ erga quosuis externos atque peregrinos hospitalitate humanitateq; sint dicta, qua illa sibi magnam apud multos populos laudem atque gratiam peperit. Etsi autem insignis sit atque celeberrima cæterorum quoque Heluetiorum omnium erga peregrinos liberalitas atque benignitas: tamen patriæ meæ, cum illorum pace atque venia, libenter hac in parte palmam dederim, nisi forsan naturalis amor, qui plerunque cæcus est, me fallit ac decipit.

DE MERCENARIA PEREGRINOS EXCIPIENDI RATIONE, DE STABVLIS ET DIVERSORIJS mercenarijs. De luxuria & auaritia, quæ in publicis diuersorijs inter Christianos exercetur, coercenda. Quæ cautio in peregrinis excipiendis, & in conuiuijs, quæ cum illis ineuntur, sit adhibenda. De præposterа & peruersa hospites tractandi consuetudine. Cur in illis epulis, quæ cum peregrinis ineuntur, sobrietati potissimum studendum, quàm periculosa sit in illis ebrietas.

CAPVT XXVIII.

NVNC proposito meo congruere omnino ac consentaneum esse videtur, vt quoniam satis iam multa de illa & antiquitus potissimum, & hodie quoq; apud nonnullas gentes non parùm vsitata hospitij amici atq; gratuiti ratione atq; consuetudine dixi: nunc de altera quoq; illa mercenaria olim quidem rarius, nunc verò crebrius, meo iudicio, vsurpata, peregrinos & aduenas excipiendi consuetudine, & de vtriusq; discrimine dicam. Nam duplex omnino, mea sententia videtur posse statui peregrinos & aduenas excipiendi ratio. Vna, de qua iam multa dicta sunt, quâue certi quidam homines ex certo quodam pacto atque conuentu vel recens inito, vel paterno & auito sese mutuò in peregrinationibus amoris & beneuolentiæ ergò gratis hospitio excipiunt, ita vt non alienæ, sed suæ domi esse videantur. Et hoc quidem propriè hospitium dicitur, hospitalis nimirum illa necessitudo & amicitia, vnde hæ natæ sunt, quæ apud Ciceronem & alios auctores crebrò occurrunt, dicendi formulæ, hospitium cum aliquo facere, hospitio coniungi, hospitium esse alicui cum aliquo, hospitio aliquem accipere, hospitio inuitare, hospitium renunciare. Tametsi eadem vox crebrò etiam pro loco domus, quæ gratis liberaliterq; venienti hospiti patet, vsurpatur. Qui verò huiusmodi necessitudine consuetudineq; sunt coniuncti, illi propriè hospites dicuntur, vnde etiam

Duplex peregrinos excipiẽdi ratio, gratuita et mercenaria

vnde etiam videtur fieri, vt hospitis nomen non secus atque Græcum ξένε vocabulum tàm pro eo qui excipit, quàm qui excipitur (sunt enim hæc correlata) crebrò apud auctores vsurpetur. Hospitis quoque nomen differre à peregrino & aduena illa Ciceronis verba satis demonstrant: Nos autem iam non hospites, sed peregrini atque aduenæ nominabamur. Hanc autem amicitiam & necessitudinem partim publicam, partim priuatam fuisse diximus: de cuius vtriusq; ratione satis dictum est.

Altera verò illa peregrinos & aduenas excipiendi ratio, de qua nunc dicendum est, qua certi quidam homines vel in agro, vel in vrbibus commodi acque lucri sui causa viatores atque peregrinos quosuis pro mercede accipiunt, illisq; vel tecti solius vsum, vel etiam alimenta præbent. Vtriusque exemplum habes illustre apud Ciceronem lib. 1. de Diuinat. Cum duo quidam, inquit, Arcades familiares iter vnà facerent & Megaram venisset, alterum ad cauponum diuertisse, ad hospitem alterum. Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnijs ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, vt subueniret, quòd sibi à caupone interitus pararetur, &c. En duplicem hîc habes diuersandi rationem, alteram hospitalem, alteram cauponariam siue mercenariam, vnde constat vtramque apud veteres olim fuisse in vsu. Illi igitur qui aduenientes quosuis viatores pro mercede accipiunt, illisq; cibum potumq; præbent, à Latinis caupones siue copones dicuntur, à rerum (hoc est, esculentorum, poculentorumq;, quas cauponarum merces Apuleius lib. 1. vocat) copia quas vendunt, vt Grammatici volunt. Caupones etiã siue copones dicuntur non hi tantum, qui statã habent in vrbibus cauponã, sed etiã qui aliâs copiarij appellantur (in quibus erant etiã parochi, qui lignũ etiam salemq; præbebant) qui nimirum magistratibus præbenda, & eorum familiæ præstabant publicè conducta, qui peregrinantes principes & magistratus sectabantur, vinum cibariaq; vendentes. De vtrisque nonnulli intelligunt illud Flacci, Perfidus hic copo. Item illud Ciceronis in Commentario de Petitione consolatus. In petitione autem consulatus copones omnes compilare per turpissimam legationem maluit, quàm adesse, & populo Romano supplicare. Coponis nomen, inquit Turnebus in suis Aduersarijs, de copiarijs intelligi fortasse posset, nisi omnes vniuersitatis particula officeret. Illud autem Flacci 2. Satyr.

Vtriusque exemplum.

Capones.

Caupona.

Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Apertissimum est de ijs intelligi, qui certam statamq; vspiam habent cauponam, quos malignos vocat, propterea quod malignè et illiberaliter ferè victũ præbẽt. Ipsa verò domus siue taberna, cui caupo præest, & in quam viatores diuertunt, copona siue caupona dicitur. Cic. in Pisonẽ: Tibi solitudo erat pro frequentia, caupona pro oppido. Idem Philip. III. Cum hora diei decima ferè ad saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula, atq; ibi se occultans perpotauit ad vesperum. Caupona quoq; mulier quæ tabernæ præest, dicitur, vt docet Priscian. 5. Dicitur etiam à Latinis, Hospitium mercenarium, taberna meritoria, diuersoria, & simpliciter taberna, et is qui illam exercet, tabernarius: quo cuique siue ciui siue peregrino & aduenæ introire licet danti mercedem. Tabernas Isidorus vult olim vocatas, ædiculas plebeiorum paruas, & simplices in vicis, axibus & tabulis clausas, vnde & tabernarias, quòd ibi soleant consedere. Dictas autem tabernas, quod & tabulis ligneis erant constructæ.

Taberna.

Stabulum quoq; non solùm significat receptaculum equorum & iumentorum, vt vulgò dicitur, sed etiam pro caupona et hospitio accipitur à stando. Apuleius lib. 1. Ego verò quod primum ingressu stabulum conspicatus sum, accessi, de quadam anu caupona illicò percontor. Et ibid. Ego tibi solus hîc pro isto credam, & quod ingressui primum fueris stabulum prandio participabo, id est, mecum prandebis asymbolos, & immunis: ego enim pro te soluam & stabulario satisfaciam. Tertullianus in Apologet. cap. 42. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis. Cypr. epist. 13. li. 3. Aut si, inquit, in via stabulũ aliquod obsideri, & teneri à latronibus cœperit, vt quisquis ingressus fuerit, insidentiũ illic infestatione capiatur, nónne commeantes, hac opinione cõperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, vbi sint fida hospitia, & receptacula commeantibus tuta? Augustinus Tract. 41. in Ioan. piè sciteq; disserens, Vtere, inquit, mũdo, non te capiat mundus. Quod intrasti iter, agis, exiturus veniſti, non remansurus. Iter agis, stabulum est hæc vita. Vtere nummo, quomodo viator in stabulo vtitur mensa, calice, vrceo, lectulo, dimissurus, non permansurus. Hinc stabularius idem qui caupo. Tertullianus in Apologet. cap. 39. Herculanarum decimarum, pollinctorum sumptus stabularij supputabunt, id est, diuersoriorum magistri.

Stabulum.

Stabularius.

Vlpianus Iurisconsultus: Caupones, inquit, & stabularios eos accipimus, qui cauponam vel stabulum exercent. Vitellius per stabula et diuersoria mulieribus ac viatoribus præter modum comis, vt mane singulos iámne ientassent sciscitaretur, seq; feciſſe ructu quoque ostenderat. Suetonius in vita Vitellij. Petronius: Sed nec viam diligenter tenebã, quia nec quò stabulũ esset sciebã. Idem: Cum errarem, inquit, per totam ciuitatem, nec inuenirem quo loco stabulũ reliquissem. Plautus: Pallium stabulario dedi. Apuleius: Et vt, inquit, immeritò stabularios hoc omnes hospites detestamur. Idem Sume sarcinulam, & pretio mansionis stabulario persoluto capeßamus viam. Stabulũ, vt illud quo que addam, sæpè pro quacunq; habitatione & loco, vbi quis stare consueuit, accipitur: hinc vestibulum volunt dictum Grammatici, &c. Et Caius ait: Stabularium accipere mercedem, vt permittat iumenta apud eum stabulari, custodiaq; nomine teneatur. Iurisconsultus titulo pro socio: Viatica meritoriorum & stabulariorum ait rectè imputaturum, si quis ex socijs iter fecerit. Augustinus li-

Stabulariæ mulieres.

bro de Ciuit. Dei 8. Stabularias vocat mulieres, quæ exercent stabulum & viatores mercede pascunt. Stabularij sunt Catoni famuli villatici, qui stabulo præsunt. Sic enim inquit: Oportet habeat villicus stabularios. Stabulariam Græcè dici πανδοχία Beroaldus existimat colligi posse ex illo Iosephi lib. 3. Antiquitatum: Neq; ancillam neq; captiuam eis nubere voluit, & eas quæ de cauponibus & pandochibus vitam agunt. Hinc stabulo quoque siue stabulor, id est, sto, diuerto commoror & quasi stationem habeo: & stabulatio, mansio in stabulo. Vnde & prostibulæ, prosedaq; meretrices dictæ, quòd quæstus copiosioris gratia concurrentibus illuc aduenis, mansiones ante stabula habuere.

Stabulor. Stabulatio.

Diuersorium.

Diuersorium quoq; locus, ad quem viatores diuertunt, dicitur. Isidorus diuersorium vult esse dictum, quòd ex diuersis vijs ibi conueniatur. Cicero Fam. 7. Nec ego libentius emerim diuersorium Tartarinæ, ne semper hospiti molestius sim. Idem de Orat. 11. Perpauca quidem mihi restant, inquit, sed tamen defessus iam labore atque itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diuersorio. Idem de Senectute: Ex vita ista discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura nobis diuersorium, non habitandi dedit. Idem VI. Fam. Nam & villa & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. Diuersorium itaque vel est publicum, vt taberna meritoria: vel priuatum. Diuersari est manere apud aliquem

Diuersari, diuersor.

hospitij iure, vel alio modo, & diuersor pro eo qui diuersatur. Cicero de Inuent. libro 2. Caupo non multò post clamat, hominem esse occisum, & cum quibusdam diuersoribus illum qui antè exierat, consequitur.

Πανδοχεὺς. Κάπηλος.

Græcè verò huiusmodi hospes publicus, qui aduenas & viatores quosuis mercedis ergò recipit, dicitur πάνδοχος, ὁ πάντας ὑποδεχόμενος, interprete Suida, & πανδοχεὺς, Ionicè πανδοκεὺς, in fœmin. πανδοκεύτρια, id est, caupona. Idem κάπηλος, & in fœmin. κάπηλις παρὰ τὸ καπύειν τὸν πηλὸν, id est, à corrumpẽdo vino (qui mos est cauponum) nam κάπηλος idem quod οἰνοπώλης, vnde ἄμπελος quasi ἀμπηλος ἡ ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα πηλὸν, Suida teste.

Ξενοδόχος.

Ξενοδόχος quoque, teste Eustathio Od. θ posteris dictus est ὡς ξυνὸς, hoc est, κοινὸς ὑποδοχεὺς, id est, communis viatorum siue peregrinorum quorumuis receptor. Item καπηλεῖον caupo dicitur, vnde καπήλιον mer-

Hospitia Græcè.

ces quæ cauponi datur. Hospitium porrò siue diuersorium mercenarium ξενοδοχεῖον, ξενοκομεῖον & propriè πανδοκεῖον dicitur, quod Suidas τὸ πάντας ὑποδεχόμενον οἴκημα interpretatur. Ἀγώνιον quoque à Græcis ganea & popina appellatur. Stratis apud Athen. lib. 4. εἰς ἀγώνιον τρέπεσθαι in popinam diuertere. Germanicè vulgò wirtzhauß/ *siue* herberg: *Gallicè, hosteterie, logis, Italicè, hostaria, allogiamento, albergo. Hispanicè, tauerna, posada, aluegneria appellatur. Ipsa actio πανδοκεύειν & πανδοκεία latius cauponatio & stabulatio appellatur. Illi qui in publica & mercenaria huiusmodi hospitia diuertunt,*

καταίκται.

καταίκται, id est, diuersores, teste Polluce, dici possunt. Hæc de nominibus: nunc de ipsa re.

Cauponatio apud veteres ignominiosa habita.

Ac primò quidem antiquitus cùm apud Græcos, tùm apud Romanos huiusmodi cauponationem, id est, cauponam exercendi faciendiue artem ac consuetudinem illiberalem atq; ignominiosam fuisse existimatam, passim ex prophanis auctoribus constat. Lydos omnium primos caupones institoresq; extitisse, aliqui ex Græcis memoriæ mandarunt, à quibus etiam alea, tesserarum atque pilæ lusum (qui quidem in cauponis & diuersorijs illis mercenarijs maximè dominatur) volunt fuisse

Lydi primi caupones.

excogitatum: quo argumento ludi à Lydis videri possunt appellati. Sunt qui scribunt Cyrum Lydis superatis

Digitized by Google

superatis ademisse arma, & talares gestare vestes iussisse, qua de causa ipsos emollitos atq; effœminatos cauponariã facilitate cœpisse: ita est Herodotus lib.2. De horum monstroso ac portentoso luxu atq; libidine, qui vxores suas communicare, & quibus suis prostituere atq; exponere consueuerunt, vide Athen. lib.12. Cels. lib.20. cap.14. Quales igitur Lydi fuerunt primi rei cauponariæ auctores, tales & olim & hodie quoq; plerique sunt esse caupones, homines nimirum molles, delicati, libidinosi, ludis turpibus & obscœnis dediti, qui lucri sui & emolumenti causa non vinum modò adulterare, verùm etiam vxores nonnunquam atque filias suas adulterandas atque corrumpendas quibus suis prostituere solent. Plato lib.11. de Legibus interdicit ciuibus suis cauponationem tanquam rem illiberalem, quæ per peregrinos sit exercenda, vel certè, enumeratis pluribus cauponum maximis vitijs, eos ex viliori ciuitatis gente tiquam prauos omnino futuros creari mandat. Iurisconsultus tit. de Nundinis, meminit Platticæ sententiæ de cauponationibus. Plutarchus 2. Problem. Symposiac. 10. Italos caupones punitatis & auaritiæ accusat, cum dicit Homericis cœnis, quæ quidem à fame & siti non sint omnio liberæ, præesse reges: Italicis cauponibus Λειποτέρες, id est, ad rem attentiores. Cauponum mores.

Nostris temporibus, i orbe præsertim Christiano, vt nihil de externis & barbaris nationibus loquar, mercenariorum huiusmodi diuersoriorum atq; hospitiorum siue pandochæorum maximus est & frequentissimus vsus. Sunt autem illa triplicis ferè generis. Nam in alijs tecti tantùm siue domicilij vsus: in alijs esculenta tantùm atq; poculenta: in plerisq; honestioribus præsertim & amplioribus, vtriusq; viatoribus atq; peregrinis exhibetur. Diuersoriorũ publicorum triplex ratio.

Apud Hispanos, qui alias erga peregrinos humanissimi esse perhibentur, audio in diuersorijs nihil præter tectum viatoribus præberi, edulia ipsi peregrini in foro atq; ijs in locis in quibus venduntur, emere coguntur, uæ quidem hospiti suo dant coquenda.

In vrbe Fessa vtius ferè Africæ celeberrima, ducenta ferè hospitia esse dicuntur: quæ quamuis magna admodm sint & ampla: sordidissimè tamen hospites in ijs excipiuntur. Nullus enim ibi neq; lectus, neq; lectica reperitur, hospes lodicem saltem quandam cum storea exhibet. Quod si cœnam tibi parari velis, necesse est vt macellum ipse adeas, atq; tuo hospiti des coquendum, quod indè tibi comparaueris. Fouentur & in his hospitijs viduæ Fessanæ, quæ neque bona habent, neq; propinquos, à quibus alantur. Horum singulis aut interdum binis cubicula assignantur, proque egregio hoc hospitio mulieres lectorum & coquinæ curam gerunt. Hæc Leo Africanus lib.3. cap.24. vbi de pandochæorum Fessanorum stirpe Elchena dicta (ex quâ omnes originem habent) de illorum vestitu, sermone atq; moribus planè fœmineis, barbæ rasura, meretricibus cum quibus ceu cum vxoribus viuunt, de illorum consule certo, de tributis, quæ vrbis rectori pendunt, summaq; vitæ improbitate videre licet plura. Hinc fieri dicit, vt diuersoria illa ganeonum tantùm, & nebulonum sint receptacula, in quibus maiori cum licentia atq; impunitate flagitijs indulgent. Quamobrem viri probi, literati atq; mercatores à pandochæorum illorum commercio atq; adeò colloquio quoq; abhorrent, ac illis vicissim interdictum, vt ne templum aut mercatorum collegium aut balneum intrent. O vtinam non tales plurimi hodie inter Christianos pandochei reperirentur, qui tamen apud plærosq; magno sunt in pretio & honore. Fessanorũ sordes in excipiendis hospitibus.

Verùm quod de Hispanicis suprà diuersorijs dixi, id etiam in Gallia, Italia & alijs in locis moris est, vt nimirùm peregrini cum pandochæo vel stabulario de habitatione tantùm paciscantur, cibum potumq; ipsi pro sua voluntate sibi aliunde comparent. Ac omnino diuersam ac dissimilem esse apud alios atque alios populos in diuersorijs illis publicis siue pandochæis peregrinos excipiendi atq; tractandi rationem, optimè norunt illi qui multum peregrinantur. Alibi enim hospites atq; peregrini humanius & lautius: alibi sordidius atq; illiberalius tractantur.

De Gallicorum atque Germanicorum hospitiorum diuersitate vide festiuum elegantemq; Erasmi dialogum, qui Diuersoria inscribitur, tametsi Germanicorum hospitum mores ab illo tempore multum immutati et ad humanitatem propius accessisse videantur. Est tamen hodie quoque, id quod ipsemet expertus sum, non parua inter vtriusq; regionis pandochæos dissimilitudo. Galli enim viatores & aduenas, quos aduentare norunt, illis vltrò vel ipsimet obuiam procedentes vel seruulos mittentes suos, blandissimis verbis atque promissis ad se inuitant & alliciunt. Sæpè etiam, qui tamen Italorum magis mos est, vini cantharum, illis degustandum offerunt, & opimos delicatosq; De Gallicorũ & Germanicorum hospitiorum discrimine.

Digitized by Google

anseres, columbas, gallinas, pullos manibus gestant illiúsq; stentant, quo facilius nimirum ad diuertendum apud se commoueri possint. Deinde vbi illos verorum suorum humanitate in hospitium suum pertraxerunt, illis & cubiculorum & vini optionem aut, coquinam atque cellam vinariam adeundi, indeá esculenta poculentaá quibus potissimum delectantur, pro arbitrio eligendi potestatem faciunt. Hæc quæ commemorauí quàm sint à Germanicum hospitum moribus aliena, norunt optimè qui illa sunt experti.

Iam verò quoad ipsas epulas, illæ certè apud Gallos, apud quos etiam maior est omnis generis delitiarum cupediarumá copia, longè sunt lautiores atq; delitiores, quàm apud Germanos. Equos autem aliáq; iumenta quibus viatores vtuntur, melius & commodius in Germanicis, quàm in Gallicis hospicijs tractari vel tritum & per vulgatum illud dictum satis ostendit, quo Gallia hominum paradisus, & equorum infernum esse dicitur,

Denique quod ad pretij siue mercedis atque symboli solutionem attinet, magna quoq; est dissimilitudo, quòd nimirum in Gallia, Italia, vt etiam alijs regionibus de illa inter actionum, vt ita loquar, & passuum hospitem disceptatur, & ita grauiter quidem sæpenumero atque vehementer, vt res ad conuitia, ad verbera, ad iudicium denique deueniat. At in Germania pretium atque symbolum omnino hospitis qui excepit, iudicio arbitrioque est permissum, vt quantum ille petierit, siue æquum illud sit siue iniquum diuersori sine vlla recusatione sit persoluendum. Plura de diuersis hospitiorum atque diuersoriorum moribus atque consuetudinibus apud alias atque alias gentes vsitatis dici possent, quæ persequi omnia (præsertim cum illa indies immutentur) longum nimis operosumá foret.

Diuersoriorũ vsus vtilis & necessarius.

Nunc in vniuersum quædam de mercenariorum horum diuersoriorum ratione adijciamus. Ac illorum quidem vsum in oppidis atque agris propter viatores atque peregrinos vtilem, imò necessarium esse ipsa vitæ communis consuetudo omniumá sæculorum experientia satis docet. Nam antiquis quoque illis temporibus, quibus amici gratuitiq; hospitij vsus maximè floruit: tamen cauponæ quoque atque diuersoria meritoria siue mercenaria in vsu fuerunt, ad quæ viatoribus atque peregrinis quibuslibet aditus patuit, vt in ijs cibo, potu atque quiete refecti iter suum postea tantò facilius atque commodius peragere atque perficere possent. Verùm vt & vtilis & necessarius est huiusmodi diuersoriorum vsus, ita pernitiosissimus est eorundem abusus, qui non minus hodie passim inter Christianos, quàm olim inter Ethnicos, regnat atque dominatur. Quamobrem pij atque prudentis magistratus est officium, cui populi suæ fidei commissi salus atque incolumitas curæ est, vt certè esse debet, vt omni studio, cura atque consilio, bonis legibus atque institutis hunc abusum corrigere, coercere atque tollere omnino conetur. Primò itaque dabit operam vt diuersoria atq; cauponæ sint, quàm pauciss imæ earumq; numerus viatorum peregrinorumq; frequentia definiatur. Nam, vt ipsa docet experientia quotidiana, quò plures sunt cauponæ atq; diuersoria, tantò maior solet esse scelerum omnium atque flagitiorum occasio atque licentia. Nam cum ipsa hominum ingenia maxima ex parte à negotijs actionibusq; honestis ad otium, ad voluptates atque luxuriam procliuia sint atque propensa, tum ipsi caupones atq; tabernarij plerunque sui lucri causa quosuis ad se allicere & inuitare consueuerunt. Sic itaque fit, vt illæ domus non tàm viatorum atque peregrinorum, quàm ciuium & indigenarum sint plenissimæ, in quibus illi res fortunasq; suas absumunt atque perdunt. Mirum itaque profectò non est, & Claudium Cæsarem, teste Dione, olim potatorum cauponas Romæ sustulisse, & hodie Tedneslanos, teste Leone Africano, nulla in vrbe sua diuersoria mercenaria pati.

Diuersoriorũ atq; cauponum abusus eiusq; corrigendi ratio.

Diuersoria sint pauca.

Cauponarum multitudo pernitiosa.

Verùm hodie, proh dolor, apud Christianos passim & in pagis & in vrbibus maxima est cauponarum copia, in quibus non modò viatores atque peregrini ad certum tempus diuersantur, verùm etiam ciues atq; indigenæ in illis dies noctesq; volutari, helluari, aleæ, stupris alijsq; sceleribus atque flagitijs indulgere consueuerunt, cum maximo & totius Reipub. & suæ famæ, existimationis, salutis, rerum fortunarumá suarum omnium dispendio & detrimento. Sunt itaque planeque hodie Christianorum diuersoria omnis generis sceleratorum flagitiosorumq; hominum receptacula, omnis nequitiæ, libidinum, improbitatisq; officinæ, adeò vt non tàm hominum diuersoria, quàm pecudum stabula, imò dæmonum domicilia appellari possint. Quamobrem pij magistratus officium fuerit, huiusmodi diuersoriorum & cauponarum magnam accuratamq; curam suscipere atq; gerere,

ac quoad

ac quoad eius fieri potest, seuerissimis legum sanctionibus ciues suos ab illarum frequentatione deterrere. Deinde si propter peregrinos & aduenas vel necessitatis vel honoris ergò (vt sæpenumero fit) vel etiam alias honestas ob causas diuersorijs illis vti cogãtur, vt ne illis vel inter se vel etiam cum viatoribus atq; peregrinis totam ibi noctem perpotare ac pergræcari, aleæ, tripudijs alijsq; inhonestis ludis operam nauare liceat. Prandij quoq; atq; cænæ tempus certis horarum terminis definiatur, vltra quos si potationes comessationesq; producantur, in ipsos caupones atq; tabernarios animaduertatur. Præterea vt in tabernis illis caupones rusticis atq; alijs plebeis nihil credant, sed symbolum statim peractis epulis exigant: id si neglexerint, non habeant ius exigendi. Deniq; cum diuersoria illa publica non in ciuium & incolarum, sed peregrinorum potissimum vsum sint instituta, vt illis tectum, cubicula, lecti, alimenta necessaria pro iusta legitimaq; mercede præbeantur, magistratus omnem dabit operam, vt hæc omnia iusto legitimoq; modo atq; ordine fiãt. Ac in primis cum mercenarij illi hospites sæpè peregrinos & aduenas pro sua auaritia decipiant, inhumaniter sordideq; tractent, iusto maiora ab illis pretia atq; symbola (quæ locaria dici Varro testatur, Græcè σιγγρόμια appellãtur) exigant, ac proinde non sibi solùm, verumetiam vniuersæ ciuitati maximum odium, inuidiam, ignominiam atq; dedecus apud peregrinos concilient, magistratus prudens hanc illorum auaritiam seuerissimis legibus atq; pœnis coercere studebit, ac illis certum pro annonæ ratione cænæ exhibendæ, stabulandiq; pretium præscribet. Apud Bernates quidem certum est prandij atque cænæ pretium constitutum. His itaq; atq; alijs huiusmodi legibus & institutis magistratum decet hospitia illa publica regere atq; moderari, quod ni fiat, plurima inde mala, incommoda ac detrimenta in vniuersam rempub. plærunq; redundant.

Luxuria quæ in diuersorijs exercetur coercenda.

Cauponum auaritia coercenda.

Hæc de hospitiorum, hospitalitatis conuiuiorumq; hospitalium ratione varia atq; multiplici satis sint dicta, quibus operæpretium erit nonnulla de ijs quæ hospitalitati veræ repugnant, adijcere, quorum alia excessus, alia defectus nomine sunt improbanda. Nam primò quidem vt hospitalitate nihil est iuri diuino, naturali atq; gentium conuenientius, nihil cùm vniuersis ciuitatibus, tùm singulis hominibus glorioſius, ornatius, iucundius: ita inhospitalitate nihil est tetrius & immanius, nihil legi diuinæ atq; naturali magis contrarium & inimicũ, nihil quod & vniuersæ ciuitati, & singulis hominibus maius hominum odium & inuidiam maioremq; ignominiam atque dedecus pariat. Hæc à Græcis generali nomine & ἀξενία, id est, inhospitalitas, & ξενηλασία, id est, hospitum expulsio, & κακοξενία, id hospitum mala tractatio, & ξεναπάτη siue ξεναπασία, id est, hospitum deceptio dicitur. Et qui tales sunt, ἄξενοι siue ἀξεινοι, δυσξενοι, κακόξενοι, ξενηλάται et ξεναπάται nominantur. Διεπρωξενοι quoq; dicti sunt hospitum deceptores Aristoph. Nota est Samaritanorũ in hospitalitas erga Christum. Luc. 9. Huiusmodi fuerũt, exempli gratia, Ægyptij (quos Plato lib. 12. de Leg. eo nomine perstringens Nili pecora appellat) qui, vt testis est Strabo lib. 17. peregrinos non admittebant, sed ex finibus suis pellebant, vel etiam illos per simulationem & ironiam decipere fuerunt soliti, vnde Dyronoxeni à Comicis fuerunt appellati. Cæl. lib. 18. cap. 5. Item Lacedæmonij, quorum ξενηλασία historijs celebratur: siquidem non omni tempore peregrinis licebat Spartam adire, sed certis ac statutis diebus: eosdem etiam iure illo suo nigro, & pane igne durato sordidè admodum tractabant, testis est Cælius lib. 18. cap. 5. Alex. ab Alexand. lib. 4. cap. 10. tametsi ab alijs eorundem hospitalitas celebretur, vti suprà dictum est. His adde Indos, apud quos nisi triduò hospiti diuersari non licebat: Apollonitas, qui Spartanorum ritu peregrinos omnes vrbe expellebant, teste Æliano lib. 13. ex varia historia. Eratosthenes auctor est ξενηλασίαν, id est, peregrinos expellendi consuetudinem communem fuisse omnibus barbaris gentibus.

Inhospitalitatis vituperatio

Exempla inhospitalitatis. Samaritani. Ægyptij.

Lacedæmonij.

Indi. Apolloniatæ.

Sed non opus est multa antiqua exempla commemorare, cum nostra hæc perdita profligataq; tempora plurimorum non barbarorum, sed Christianorum (siquidem illi Christiani sunt appellandi) exempla nobis suppeditent, qui peregrinos & aduenas acerbissimè oderunt, vexant, affligunt, conuitijs atque opprobrijs dilacerant, omni iniuriarum atque contumeliarum genere afficiunt, dolis atque fraudibus circumscribunt, qui quidem summi ac verè hospitalis illius Iehouæ iram atq; furorem tandem experientur.

Nonnullos etiam priscis illis temporibus legimus eò immanitatis fuisse progressos, vt peregrinos & aduenas quosuis trucidare, vel etiam Dijs suis immolare soliti fuerint. Sic enim Carthaginenses immani quodam peregrinorum odio flagrantes, quosuis qui in Sardiniam, aut ad Herculis

Ξενοκτονία. Carthaginẽses

Tauroscythæ. Busyris.

columnas appulerant, mari demergebant. Nota est Tauroscytharum crudelitas, qui Dianæ hospites atq; peregrinos immolarunt: notissimæ sunt Busyridis immanissimi Ægyptiorum regis aræ funestissimæ, peregrinorum sanguine cruentari solitæ. Deniq; Lycaonis, Fauni, Geryonis, Byxii, Lyci ξενοφονίαι, id est, peregrinorum cædes atq; latrocinia plurimis poëtarum fabulis decantata, quis ignorat nisi in poëtica omnino sit hospes & peregrinus? Talis est hodie Americensium, aliorumq; anthropophagorum nostri temporis consuetudo. Vide Ælianum lib. 2. Variæ historiæ de Macareo, & Herodotum lib. 6. de Glauco, duas pulcherrimas historias, quas hîc recensere nimis longũ esset. Sed quid de barbaris cùm antiquorum, tùm nostrorum temporum ξενοκτόνοις loquor, cùm inter Christianos quoq; plurimi reperiantur, qui peregrinos & aduenas vel aperta vi, vel dolo ac veneno, iuris quoq; sæpenumero atq; religionis prætextu & specie è medio tollere minimè dubitant. Ac vt Tauroscythæ quondam aliæq; gentes feræ atq; barbaræ rem se fictitijs illis suis Diis seu potius dæmonibus gratissimam facere existimabant, si ijs peregrinos immolarent: Sic quoq; Christianorum nonnulli peregrinorum à religione sua dissidentium cædibus atq; supplicijs verum ac supremum illud Numen se optimè placare atq; venerari posse credunt.

Christianorum ξενοφονίαι.

Porrò illis suprà commemoratis hospiticidis sanè immanissimis accensenda, ac eiusdem cum illis sceleris affinitate coniungenda videtur esse Iahel illa Hebri Kenæi vxor, de cuius facinore cõmodè hîc quæri potest, in laudéne, an in vitio illud sit ponendum, de quo sic scriptum legimus Iudicum 4. cap. Sisera imperator exercitus Iabini regis Chenaan (cuius immani dominatu Hebræi diu grauiter oppressi afflictique fuerunt) cùm à tribu Nephthali atque Zabulon, Baraci ductu, seu ipsius potius Dei auspicio atque beneficio, ad torrentem Kison prælio victus fuisset, vniuerso eius exercitu internecione deleto, ipse solus vix elapsus, fuga ad Iahelis tabernaculum contendit, ceu ad tutum asylum, cùm inter Iabinum regem & Hebri Kenæi familiam pax atque fœdus intercessisset. Iahel itaque Siseræ fugienti obuiam occurrit, illum ceu confœderatum, hospitem atque supplicem humaniter honorificéque ad se in tabernaculum suum & inuitauit & recepit, illum metu consternatum, bono esse animo, omnemque metum deponere iussit, data illi quasi securitatis fide, integumentis diligenter cooperuit, denique illi sitienti, ac proinde aquam postulanti, lac abunde potandum præbuit, quæ quidem omnia egregia videntur fuisse hospitalitatis officia. Sed quid? dirus tandem ac tragicus exitus fuit consecutus. Nam eundem quem hospitali modo inuitarat atque exceperat, tandem graui arctoque somno correptum transfixis clauo illius temporibus, terræque affixis hostili planè modo è medio sustulit. Annon igitur quæso, doli mali, violati fœderis, hospitij, fidei promissionisque recens datæ, ac proinde summæ impietatis crudelitatisque nomine accusanda meritò videtur esse atque damnanda? Et tamen hoc illius facinus à Deborah vate sanctissima, summum tunc temporis apud Hebræos magistratum gerente, & prædictum antea sancti Spiritus afflatu, & postea in carmine epinicio, quod cecinit, summoperè collaudatum fuit. Dubium itaque non est, quin hoc quod fecit, ipsius Dei instinctu impulsuque fecerit, quo quidem aliquid iubente nonnunquam vel arctissimarum necessitudinum iura optimo iure solui possunt. Quamobrem non vituperationem, sed laudem potius meretur, vt quæ voluntatem diuinam, cui sine vlla recusatione semper est parendum, necnon Hebræorum religionem, libertatem atque salutem (quæ viuo & superstite Sisera hoste populi Dei infestissimo, rursus periclitata fuisset) omni necessitudini sibi longè anteponendam duxit. Ac proinde non hospiticidij nomine damnanda, sed potius hosticidij, imò tyrannicidij, atque adeò singularis erga Deum patriamque suam pietatis nomine iuxta ipsa sacrarum literarum testimonia, meritò summis laudibus efferenda est atque celebranda. Nobis verò hoc singulare illius fœminæ & extraordinarium factum non est temerè ad imitationem trahendum, sed potius fœderis hospitijque iura sanctè inuiolateq; sunt seruanda, quemadmodum diuina humanaq; iura nobis præcipiunt.

Quæstio, An Iahel ξενοκτονίας nomine damnanda.

Verùm, vt vnde digressus sum, reuertar, quemadmodum hospitum atque peregrinorum odia, expusiones, deceptiones, atque circumscriptiones, cædes denique non Christianæ modò charitati, sed ipsi quoque humanitati repugnantes, planeque diabolicæ summoperè sunt fugiendæ: ita quoque in peregrinis admittendis excipiendisque summa adhibenda est cautio atque vigilantia, vitanda nimia negligentia atque socordia, quæ ciuitatibus atque rebuspublicis magno sæpè malo damnoque consueuit esse. Multi enim sæpè latrones, prædones, incendiarij, exploratores atque proditores amicitiæ spe-

Cautio adhibenda in excipiendis peregrinis.

citia ſpeciem præ ſe ferentes, ac mendicorum ſæpè habitu tecti (quorum hominum noſtris temporibus, vt Plauti verbis vtar, vel vberrimam ſegetem licèt metere) vrbes intrare, ac ijs peſtem perniciemq́ moliri tentant. Ad horum itaque inſidias præcauendum benè moratæ & conſtitutæ ciuitates habebunt ſuos vel in turribus, vel in portis, vel etiam per totam vrbem excubitores, vigiles atque cuſtodes, qui nundinarum præſertim alijſq́ periculoſis temporibus peregrinorum primò aduentum ſignificabunt, quinam ſint, vnde veniant, cur veniant, quo cogitent vti in vrbe diuerſorio, diligenter ſtudioſeq́ exquirent, illorũ quoq́ veſtes, ſarcinas, currus atq́ iumenta, quib. vehuntur, non nunquam excutient, num quæ in illis arma atq́ inſtrumenta infeſta occultentur. Singulorum numerum, atq́ etiam ſi fieri poteſt, nomina eorum præſertim qui in vrbe pernoctant, vel etiam diutius aliquantò commorantur, magiſtratui indicabunt. Præterea eoſdem per plateas vrbis oberrantes noctu præſertim diligenter obſeruabunt, ac ipſi præſertim hoſpites publici illos obſeruabunt, ac noctu, quoad eius fieri poteſt, intra diuerſorij ſui parietes continere ſtudebant. Mimi, hiſtriones & qui ſe mentiuntur Ægyptios, item vrſos ſaltantes ac feras exoticas circumducentes, quia horum ſodalitio exploratores nonnunquam atque perditores continentur, & ciuibus pecunias emulgent, non ſunt tolerandi.

Cõſtitutio Imp. Auguſt. anno 1500.

Prudenter itaq́ imperialibus ſanctionibus cautum eſt, vt hoc hominum genus proditionis ſuſpectum non toleretur, ſed ditionibus expellatur, ſicut & plani illi atq́ errones, qui militum titulo ſe venditant, pagatim graſſantes, ac ſtipem per villas poſtulantes, qui intolerabili petulantia gentẽ ruſticam vexant. Magna itaq́ ſeueritate cohibendi ſunt, & ad laborem compellendi. Ac omnino externi & ignoti non tolerandi, niſi certis teſtimonijs teſtentur ſe dignos eſſe, quibus detur.

Maſſilienſium prudentia in cauendis peregrinorũ inſidijs.

Maſſilienſium quoq́ & laudanda & omnibus ciuitatũ atq́ rerumpub. rectoribus imitanda videtur eſſe prudentia, qui omnibus, teſte Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. per aliquam religionis ſimulationem inertia alimenta quærentibus vrbis ſuæ portas intercludebant, mendacem atque ſucoſam ſuperſtitionem ſummouendam eſſe exiſtimantes. Apud eoſdem ſimiliter (id quod etiamnum hodie apud nonnullos populos in belli præſertim periculis atque ſuſpicionibus mortis eſt) intrare oppidum nulli cum telo licebat, præſtoq́ erat, qui id cuſtodiæ gratia acceptum, exituro reddebat, vt hoſpitia ſua, addit Valerius, quemadmodum aduenientibus humana erant, ita ipſis quoque tuta eſſent. Sic ergo vna eademq́ opera ciuitates atq́ reſpub. & hoſpitalitatis, & ſalutis atq́ incolumitatis ſuæ rationem debent ducere.

Apolloniatarũ nimia ſocordia

Quamobrem vt Spartanorum, Epidamniorum, aliorumq́ populorum culpanda ξενηλασία, qui ſine diſcrimine peregrinos quoſuis certis præſertim temporibus vrbe ſua expellebant: ita Apolloniatarum contrà damnãda eſſe videtur ſocordia nimia atq́ ſecuritas, qua illi cum magno ciuitatis ſuæ periculo atq́ diſcrimine peregrinis quibuſuis vrbem ſuam immigrandi incolendiq́ poteſtatem faciebant, vt teſtis eſt Ælianus de Varia hiſtoria lib. 13. cap. 16. Nec vituperanda ſolùm, verumetiam deteſtanda eſt Indorum, Babyloniorumq́ antiquorum inſania, qui, teſte Sardo libro de Varijs gentium moribus, hoſpitibus atq́ peregrinis non ſolùm ædibus ſuis cedebant, verumetiam vxoribus ſuis alijſq́ rebus omnibus pro ſua libidine abutendi facultatem concedebant. O vtinam non hodie quoq́ Chriſtianorum multi reperirentur, qui lucri quæſtusq́ gratia vxores liberoſq́ ſuos & ciuibus & peregrinis proſtituerent atq́ ita execrandum lenocinium facerent. In publicis Academijs atq́ ſcholis, ad quas ex omnibus orbis partibus plurimi peregrini literarum ergò confluunt, quàm id frequenter fiat, tàm notum eſt, quàm quod notiſſimum.

In peregrinis tractandis delectus habendus.

Verùm vt in peregrinis admittendis adhibenda eſt, vt dixi, cautio prudens atq́ diligentia: ita quoq́ in eorundem tractatione delectus videtur eſſe habendus, nec pari omnes modo libenter atque tractandi. Conſyderationem diligenter & attentè, qui qualéſue illi ſint, & quibus de cauſis ad nos veniant. Alij enim ſunt priuati, & priuatas ob cauſas atq́ negotia veniũt: alij ſunt magiſtratus, vel legati à principe, populóue aliquo publicas ob cauſas miſſi. Item alij vel amicitia & familiaritate antiqua, vel cognatione & affinitate, vel eiuſdem muneris, gentis, religionis ue ſocietate, vel quacunq́ deniq́ neceſſitudine magis minusue nobiſcum ſunt coniuncti, vel nulla prorſus. Quamobrẽ non eadem & ſimilis omnibus peregrinis à nobis exhibenda eſt beneuolentia atq́ benignitas, ſed circumſtantiarum huiuſmodi diligens & accurata habenda eſt ratio.

Peregrinorum duo ſunt genera.

Duo autem in primis peregrinorum genera ſunt, qui à ciuitatibus quibuſuis & publicè & pri-

uatim honorificè, officioſe humaniterq; excipi & tractari debent. Primi ſunt legati, alijq; illuſtri fortunæ, dignitatis auctoritatisq; homines cùm politici, tũ Eccleſiaſtici, quibus meritò omnis generis honores ſunt deferendi. Secundi ſunt homines pauperes, inopes, egeni, mendici (inter quos tamen ſæpè multi latent illuſtris dignitatis atque fortunæ homines) omnes deniq; qui noſtra ope atque auxilio indigent. His igitur tanquam ipſius Chriſti legatis atque vicarijs omnia pro noſtra virili iuſta debitaque humanitatis atque beneficentiæ officia & publicè & priuatim promptiſſimè libentiſſimeq; præſtare debemus, non huiuſce modò animalis, ſed æternæ quoq; vitæ præmijs ampliſſimis nobis propoſitis.

Epulorum hoſpitalium abuſus duplex. Nimia ſordes.

Nunc poſtremò (vt locum hunc totum concludam) de conuiuiorum hoſpitalium, quæ in peregrinorum vſum & honorem adornantur, abuſu eſt dicendum, qui quidem duplex eſt. Alius qui in defectu conſiſtit, cuiuſmodi fuit Lacedæmoniorum ſmicrologia atq; ſordes, qui peregrinos ſanè illiberaliter ſordideq; exceperunt. In conuiuijs igitur illis, quæ peregrinis præſertim dignitate auctoritateq; aliqua præditis vel publicè vel priuatim exhibentur, ſplendori in primis eſt atq; magnificentiæ ſtudendum, fugienda Laconica illa parſimonia atq; illiberalitas.

Ebrietas in epulis quæ cum peregrinis agitantur, quam periculoſa.

Alter abuſus, qui hodie in Germania præſertim eſt peruulgatus, luxuria atque immaniſſimis illis propinationibus continetur, quæ cùm ſemper, tùm in huiuſmodi præſertim conuiuijs, quæ cũ peregrinis agitãtur, pernitioſæ periculoſæq; eſſe conſueuerunt. Sunt igitur hodie quàm plurimi, qui dum per hoſpitales atq; benigni erga peregrinos videri volunt, inhoſpitaliſſimi, funeſtiſſimiq; peregrinorũ hoſtes atque inimici meritò ſunt habendi. Hi verò ſunt vinipotentes illi potatores, qui peregrinos partim multis verborum blanditijs atque illecebris, multisq; dolis & impoſturis, partim etiam minis atque nonnunquam vi ad immodicam vini ingurgitationem impellunt atque cogunt. Nec contenti illis in ipſa menſa hoſpitali immaniſſimis illis ſuis propinationibus plurimùm moleſtiæ negotijq; exhibuiſſe, illos præterea poſtquam è menſa conſurrexerunt, ad iter ſeſe accingentes, atq; adeò ipſis iam equis inſidentes, vt fit, illis ſuis benedictionis, vti vocant, poculis (maledictionis verius dixeris) magis adhuc onerant ac defatigant. Hi ſanè incredibile eſt dictu, quantũ mali atq; periculi peregrinis conciliant. Nam primò ſummam illis, quantum in ſe eſt, ignominiæ atque dedecoris labem aſpergunt, dum illi mentis ſuæ, quam vinum, vt Hoſeas ait, adimit, non amplius compotes, dictis, factis atque geſtibus ſeſe plerunque non modò ridiculos, verumetiam turpes exhibent, occulta atque ſecreta pectoris ſui arcana vitiaq; produnt & exerunt, vnde non modò contemptus, verum etiam odia, inimicitiæ, dedecora magnaq; ſæpè vitæ pericula illis creantur. Vt nihil dicam quod ijdem ſæpè amicorum atque patriæ ſuæ arcana produnt, quibus pateſactis plurima in amicos, patriamq; ſuam mala atq; pericula redundant. Deinde morbos ijſdem, ac ſæpenumero mortem repentinam violentãq; mortiferis atq; lætalibus illis ſuis poculis conciliant. Nam cum omnis generis cibi potusq; intemperantia plurimorum ſit atq; mortiferorrm morborum effectrix atq; conciliatrix, tùm verò atq; in primis peregrinos eius vini, cibiq;, cui non aſſueuerunt, immoderato vſu grauiſſimè læsi & in aduerſæ valetudinis diſcrimen adduci eſt neceſſe, quippe cum omnis cibi potusq; ſubita ac repentina mutatio pernitioſa vehementer periculoſaq; eſſe ſoleat.

Iam verò quot quæſo nobis quotidiana ferè experientia eorum exempla ſuppeditat, qui nimio vino obruti vel in ipſo hoſpitio vel in itinere aliquo caſu, lapſu, errore (qui varij ſunt atq; multiplices) vel repentè interierunt, vel grauiſſimè læduntur. Annon ergo hi qui peregrinis cyclopicis illis ſuis propinationibus tot ac tantorum malorum ſunt auctores, non hoſpitales, ſed ἄξενοι, κακόξενοι & ξενοκτόνοι atq; adeò Tauroſcythis illis hoſpiticidis immaniores ſunt exiſtimandi, quippe quùm quantum in ſe eſt illos in ſummum famæ, exiſtimationis, vitæ non huiuſce modò temporalis, verumetiam illius æternæ diſcrimen adducant. Nam quæ ſpes ſalutis de illo eſſe poſſit, qui ebrius repentina morte extinguitur, omni ferè Deum inuocandi, pœnitentiamq; agendi facultate deſtitutus, cùm præſertim, teſte Paulo, ebrietas hominibus ad cœlum viam aditumq; intercludat. Et tamẽ hæc apud multos Chriſtianos optima cenſetur humaniſſimaq; peregrinos tractandi ratio, qua nihil inhumanius eſt atq; periculoſius.

Verũm præter iam crmmemoratas cauſas, aliæ quoq; ſunt, propter quas in huiuſmodi conuiuijs quæ cum peregrinis ineuntur, ab ebrietate abſtinendum atque ſobrietati ſtudendum eſſe videatur. Multi namque ſæpè ad nos veniunt peregrini vel negotiorum quorundam cùm priuatorum, tùm publicorum

publicorum, vel etiam amicitiæ cuiusdam prætextu, reuera autem nostræ ciuitatis reiq; pub. statum explorandi atque prodendi causa. Periculum itaq; est ne nos nimio vino obruti, arcana nostra illis prodamus, vnde illi (si maligni sint atque maleuoli) nobis patriæq; nostræ plurimum nocendi occasionem arripere possint. Ac omninò sæpè fit, vt ipsi ciues intemperantissimis illis suis potationibus atque propinationibus & se & rempub. religionemq; suam peregrinis atq; exteris hominibus non modò irridendam atq; calumniandam, verùm etiam grauissimè lædendam, ac omnino quantum in se est, delendam propinent.

Legatis cur vitanda ebrietas.

Vt autem ciues, sic quoq; peregrinos legatos præsertim, quorũ fidei res atq; negotia publica sunt commissa, quiq; totius ciuitatis atq; patriæ suæ personam sustinent, in hospitalibus illis conuiuijs summam cautionem adhibere decet, ne se vino nimio obrui patiantur, vnde maxima, de quibus suprà, non in illos modò, verùm etiam in illorum patriã damna atq; detrimenta redundent. Nam præter quam quòd (vino nimirum illorum memoriæ ingenijq; vires debilitante) negotia atq; mandata sua minus commodè fœliciterq; conficiunt, multa quoq; sæpè temerè, inconsideratèq; effutiunt, quæ & ipsis & patriæ maximam sæpè ignominiam atq; damnum pariunt. Vinum namq; tormenti instar est ad arcana quæuis eliciendum atque extorquendum validissimi: vnde Bonosus seu Vinosus potius ille Imperator, teste Fl. Vopisco, legatos ad se missos temulentos reddere studebat, vt illa occasione secreta & arcana quæuis tantò facilius expiscari atq; cognoscere posset. Quamobrem sapienter sanè fecit ille Abrahami seruus ad vxorem filio suo ambiendam missus noluit quicquam prius cibi potúsue sumere, quàm domini sui mandata fuisset executus, quod exemplum omnes legati, si sapiunt, & cùm suæ, tùm patriæ suæ existimationi atq; saluti optimè consultum volunt, sedulò imitari conabuntur.

Etsi igitur omnibus in conuiuijs ebrietas ceu præsentissima animi corporisq; pestis summoperè est vitanda: tamen in illis potissimum, quæ cum peregrinis agitantur, ab illa est cauendum, cum quemadmodum dictum est, & ipsa quotidiana experientia docet, plurima & ciuibus & peregrinis pericula atq; damna conciliet. Atq; hæc quidẽ de hospitalitate, hospitij antiqui iure atq; necessitudine, varia atq; multiplici hospites peregrinosq; accipiendi ratione, hospitalibus deniq; conuiuijs eorumque abusu sint dicta: quibus illud postremò adijciatur, quod quemadmodum ciues peregrinos, sic peregrini ciues atq; incolas, illorum nimirum amicitiæ beneuolentiæq; sibi conciliandæ gratia sæpenumero conuiuijs excipere solent, in quibus mutua debet esse, quasiq; ἀντίστοιχος inter ciues atq; peregrinos humanitas.

DE CONVIVIIS QVAE VEL ANTE, VEL POST QVAMCVNQVE PROFECTIONEM, PEregrinationem, loci, domicilijue mutationem agitantur.

CAPVT XXIX.

Conuiuia ante profectum.

Hebræorum epulæ ante migrationem.

HISCE porrò epulis, quæ cum ijs qui reuera peregrini sunt, agitari illisq; adornari consueuerunt, illæ quoq; annumerari debent, quæ in ciuium gratiam atq; honorem ante & post peregrinationem, boni ominis gratulationisue ergò agitantur. Nam vt hodie, ita olim quoq; splendida atq; magnifica conuiuia fuerunt acta in illorũ gratiam atq; honorem, qui in peregrina loca atq; regiones vel priuatis vel publicis de causis atq; negotijs erant profecturi, quæ conuiuia partim publica, partim priuata solent esse. Hebræi olim suos discessuros cum gaudio, cum canticis, tympanis & cithara deducere consueuerunt, id quod apparet ex 31. cap. Gen. vbi Labanus Iacobum generum suum alloquitur: Cur clàm me & me inscio fugam capescere voluisti? Quin mihi indicasti, & te cum gaudio amandassem, deduxissemq; cum canticis, cithara & tympanis. Sub his verò canticis atq; instrumentis musicis, videntur conuiuia quoq; posse intelligi, quorum, vt suo loco amplius dicetur, apud veteres quasi individua comes fuit Musica. Huc quoq; videtur referendum esse illud Eliszei epulum, quod discessurus, & Eliam secuturus populo dedit, duos enim boues mactauit, populoq; comedendos apposuit. 2. Reg. 19.

Digitized by Google

Propter viã sacrificium profectionis causa

Apud Romanos moris fuit, vt peregrinationis ergô & sacrificia & cœnæ atq; etiam vota simul fierent. Hinc Festus: Propter viam, inquit, fit sacrificium, quod fit proficiscendi gratia Herculi aut Sanco, qui scilicet idem Deus est. Et statim pòst: Profecturi viam Herculi aut Sanco (alij Sancto, alij Sango, quidam Sanio, nonnulli Fauno legunt) sacrificabant. Sic Plautus in Rudente: S. Vt mea est opinio, propter viam illi vocati sunt ad prandium. P. Qui? S. Quia post cœnam credo lauerunt. Macrobius testis est sacrificium fuisse apud veteres proteruia dictum. In eo mos erat, vt si quid in epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc Catonis iocus est. Namq; Albidium quendam, qui sua bona comedisset, & nouissimè domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, proteruiam fecisse dicebat, quod comesse non potuerit, combusisse. Turnebus in suis aduersarijs: Propter viam legendum putat, quasi proteruia fuerit illud sacrificium atq; epulum, quod, teste Festo, itineris ineundi gratia fieri solitum fuit. Huic sacrificio propter viam comparari possunt illa Græcorum Διαβατήρια *διαβατήρια, id est, sacrificia, quæ ob transitum alicuius loci difficilem atq; periculosum fiebant. Plutarchus in Lucullo: ἔθυσε τῷ Εὐφράτῃ διαβατήρια, id est, sacrificauit Euphrati sacra pro transitu. Sic quoq; moris fuit, vt vota susciperentur à Romanis pro principibus in expeditionem euntibus,* Vota, & sacrificia itineris incundi causa. *vt sospites incolumesq; irent & reuerterentur. Hinc ait Seneca, olim Rufum senatorij ordinis virum inter cœnam optasse, ne saluus rediret Cæsar ex ea peregrinatione, quàm parabat, & adiecisse idem omnes & tauros & vitulos (qui scilicet sacrificabantur) optare. Horatius voto prosequitur Cæsarem profectionem parantem in vltimos Britannos. Sic Sueton. de Tyberio Cæsare: Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus. Dij quos olim Ethnici peregrè profecturi, & ad viam se accingentes, inuocare solebant, à Græcis θεοὶ ἐνόδιοι dicti sunt, quo cognomento etiã Mercurius colebatur. Sic Charinus apud Plautum in Mercator. discessum parans, Lares viales inuocat, vt illum benè iuuent, ceu viæ præsides. Hodie Christiani Missæ sacrificium iter aliquod inituri ac susceperturi, sibi fieri curant.*

Heluetiorum mos.

Apud Heluetios quoq; moris est, vt in illorum gratiam, qui vel priuatas ob causas, vt studiorum aut negotiationũ causa, vel publicas, vt cum legatione publica, aut cum imperio ac potestate peregrè sunt profecturi, & publicè ab omnibus ciuibus, & priuatim ab amicis, vicinis atq; propinquis conuiuia celebrentur. His autem partim peregrinaturi ciues & amicos & vicinos suos excipiunt, Letzemaal. *partim ab illis excipiuntur, idq; vel publicè, vel priuatim, quæ vernaculo sermone* Letzemaal & Letzeessen/ *quasi dicas, valedictoria appellantur. Non videntur autem huiusmodi conuiuia ratione carere, cùm boni quasi ominis ergô peregrinaturis ac proinde plurimas molestias, labores atq; pericula subituris valedicendi, ijsq; benè ominandi atq; precandi causa fieri videãtur. Huc adde quod ad mutuam amicorum consolationem faciunt, qui futura vel perpetua, vel ad tempus aliquod corporum distractione, mutuiq; conspectus, colloquij consuetudinisq; priuatione plurimum contristari solent. Verùm cum valedictoria huiusmodi conuiuia (vt ita loquar) magna plerunq; cum luxuria atq; lasciuia agitentur, inauspicati potius atq; diri, quã fausti atq; felicis ominis vim videntur obtinere.*

Conuiuia ob reditum.

Iam verò illi quoq; qui peregrinis ex locis in patriam redierunt, magnificentissimis olim conuiuijs gratulationis instar obtinentibus & publicè & priuatim excipi fuerunt soliti. Huiusmodi conuiuia à Græcis ἐποδικτικὰ *ἐποδικτικὰ fuerunt appellata, apud quos illa fuisse in vsu, cùm ex multis alijs literarum monumentis, tùm ex Græca illa Plutarchi Quæstione: (Qui nam sint illi, qui in Ægina Monophagi appellantur) facillimè colligi potest. Nam in illius quæstionis explicatione hæc sunt Plutarchi verba: Æginetarũ qui ad bellum Troianum sunt profecti, magna pars in prælijs, maior in mari vi tempestatum perijt. Cum itaq; paucos superstites in patriamq; reduces necessarij recepissent, viderentq; reliquos ciues in luctibus atq; mœrore esse, rati sunt neq; gratulandum publicè, neq; palàm Dijs sacrificandum: sed domi suæ singuli eos, qui seruati erant conuiuijs, comiter excipientes, patres, cognati, fratres aut familiares, ipsi mensis ministrauerunt, alieno nemine in domum admisso. Eam rem repræsentantes Sacrificium Neptuno celebrant, quod Thiasi dicitur, vbi seorsim per 16. dies conuiuia agitant, nullo adhibito seruo: deinde Veneri operantes finem ferijs imponunt: hinc Monophagi, hoc est, seorsim comedentes nominantur. Hæc ille.* Ὁδοιπόριον *quoq; Græcis dictum est conuiuium, quod dabatur pro itinere confecto. Telemachus apud Homerum* Ὀδ. ο *sub finem socios suos quibuscum in patriam redierat, ita alloquitur:*

Ἠῶθεν ὄφρ' ἂν ὔμμιν ὁδοιπόριον παρθείμεν, Δαῖτ' ἀγαθὴν χρειῶν τε, καὶ οἴνου ἡδυπότοιο.

Eustath.

Digitized by Google

Eustath. ὁδοιπόρειον interpretatur μισθὸν, ἢ ἀμοιβὴν ὑπὲρ τῆς πλεύσεως. Addit ibidem. Sciendum autem πᾶν δῶρον τὶ ὑπὲρ συνοδείας recte ὁδοιπόρειον posse appellari.

Apud Romanos quoq; huiusmodi cœnæ vsitatissimæ fuerunt, quibus cùm principes, tùm amici peregrè longo interuallo reuersi excipiebantur, quæ ab illis & hypodeticæ, teste Plutarcho in Symposiacis, et viaticæ, necnõ aduentitiæ siue aduentoriæ fuerunt appellatæ. Plutar. li. 5. Sympos. prob. 6. ὑποδοχὰς, inquit, faciebant singuli amicorũ inuitantes nos redeuntes ex Alexand. Plaut. in Stich: Sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticã, Saluos cum peregrè aduenis cœna detur. Item: Et magis par fuerat me dare uobis cœnã aduenientibus. In illa Comœdia multa huiusmodi cœnarũ, cùm Epignomus peregrè domum redijsset, exempla occurrunt. Apud eundem in Epidico. EP. Dij dent quæ velis. Venire saluum gaudio. TH. Quid cæterùm? EP. Quod adeò assolet: Cœna tibi dabitur. TH. Spondeo. EP. Quid? TH. Me accepturum si dabis. Eodem referendum est illud quod est in Curculione. Salue saluos cum aduenis, In Epidaurum, hîc hodie apud me nunquã delinges salem Mil. Bene vocas. Et illud in Bacchid. Venire tu me gaudes, ego credo tibi, hospitium, & cœnã pollicere, vt conuenit, peregrè aduenienti, ego autem venturum annuo. Et in Truculento. PH. Salue. hîc ne hodie cœnas, saluus cum aduenis? In Mercatore. Iam redij exsulio. salue mi sodalis Euryce. Vt valuisti? quid? parentes mei valent? cœna dabitur. Bene vocas. In Pœnulo. Patruo aduenienti cœna curetur volo. Eodem alludit Sosia in Amphit. Ita peregrè adueniens hospitio publicitus accipiar. Alludit, inquit Lambinus, ad eos, qui peregrè venientes honoris causa hospitio publicè accipiuntur. Fortassis id quoq; spectauit, quod ciuibus in patriam redeuntibus cœna dabatur. Et apud Terent. Haut. Act. 1. Scen. Aduenientem è naui egredientem ilico, Adduxi ad cœnam. Suetonius in Vitellio: Famosissima super cæteros fuit cœna ei data aduentitia à fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem auium apposita traduntur. Martialis eleganter aduentoriam epistolam appellauit, quæ aduentanti amico obuiam mittitur. Euiusmodi conuiuij genus illud est in Euangelio, quo pater filium suum prodigum peregrè redeuntem excepit, quod quidem summa cum lætitia, vocatis ad illud vicinis celebratum fuit. Viaticis hisce cœnis illæ quoq; Christianorum antiquorum Agapæ, de quibus suo in loco, similes videntur esse.

Cœnæ hypodeticæ, viaticæ, aduentitiæ apud Romanos.

Apud Heluetios quoq; cùm priuati homines, tùm præfecturarum præsides, vbi domum reuersi sunt, & publicè & priuatim lætissimis conuiuijs excipi consueuerunt, quæ à Germanis willkumaal *à Gallis La bien venue vulgò appellantur.*

Huc quoq; videntur referri posse illa conuiuia, quæ ob migrationem ex vna domo in aliam, nouæq; domus inhabitationem celebrantur. Apud Græcos fuerunt καινίσια, quorum Nazianzenus in oratione de Sancto lauacro meminit, quæ Bilibaldus domesticalia vertit, quæ videntur fuisse feriæ celebrari solitæ ob loci alicuius inhabitationem, siue festa quæ quotannis agebantur eo die, quo quis habitatum aliquò venerat.

Apud nos moris est, vt quando quis in nouam aliquam domum atq; viciniã migrat, nouos suos vicinos vnà cum amicis & propinquis cõuiuio excipiat, quod nos vulgò bußröucheten, *quasi dicas, Domus suffumigationem appellamus, ob fumum nimirum atq; nidorem, qui ex culina exit, & quod quis nouum fumum nactus est. Nam fumi nomen sæpe pro domo siue habitatione accipitur. Hinc συόκαπνοι eleganter à Græcis vocantur contubernales, quasi vnius eiusdemq; fumi participes, & vernacula nostra lingua,* ein eignen rauch haben *hoc est proprium habere fumum, idem significat quod propria domo atq; victu vti, non alterius esse conuictorem ac contubernalem.*

Bußröucheten.

Solent quoq; apud nos amici atq; necessarij nouis coniugibus in domum nouam immigrantibus munuscula quædã, vt vasa omnis generis atq; instrumenta conferre, quæ vulgò haußstür *nominantur. Illi contrà tenentur eos à quibus munuscula huiusmodi acceperunt, conuiuio excipere, quod similiter* bußröucheten *dicitur, quasi dicas, domus initiatio: sicuti encœnia ædis sacræ initiationes appellantur, quæ et ipsa conuiuijs, vt suo in loco dicetur, celebrari solent. Huc quoq; refer illas in Academijs vsitatas scholasticorũ compotationes ob domicilij mutationem fieri solitas. Nam quando scholasticorum aliquis in nouam domum migrat, condiscipulis suis merendam cœnámue dare cogitur, quam vulgò* tischrucketen *hoc est, mensæ conuersionem mutationémue appellare consueuerunt, quæ plerunq; magno cũ luxu atq; petulantia ab illis celebratur. Huiusmodi ergò Germanus vsitatæ epulæ ob domus habitationisue mutationẽ illis Græcorũ catæcesijs simillimæ videntur esse.*

Digitized by Google

ANTIQVITATVM CONVIVIALIVM

DE CONVIVIIS SACRIFICIIS, ET ALIIS ETIAM CAEREMONIIS, QVAE QVIBVSVIS PActis, conuentis, fœderibus adhibentur. Apud veteres duo fuerunt in primis insignia, & maximè vsitata fœderis amicitiæq; symbola, panis nempe & sal, de vtriusq; vsu plura.

CAPVT XXX.

PORRO quoniam cum hospitalibus conuiuijs, quibus amicitiam cum hospitibus atq; peregrinis vel primum contrahi, vel instaurari atque confirmari dixi, magnam affinitatem videntur habere illæ epulæ atque compotationes, quæ quibusuis contractibus, pactis, conuentis atq; fœderibus vt olim, ita hodie quoq; interponi & adhiberi solent, idcirco consequens videtur esse, vt nunc de illis verba faciam.

Ac primò quidem omnium satis constat, hanc & olim fuisse & nunc quoq; esse omnium ferè gentium consuetudinem, vt partim sacris quibusdam cæremonijs, libationibus atq; victimis: partim sympositis adhibitis fœdera atq; contractus quiuis ineantur, stabiliantur atq; confirmentur. Nam vt ab Hebræis incipiam, apud illos in fœderibus faciendis victimas simul atq; conuiuia in vsu fuisse cùm ipsius nominis Hebraici notatione, tùm exemplis quibusdam probari potest. Fœdus enim ab Hebræis ברית Berith appellatur, quasi ברית Cerith, vt nonnullis videtur, quod in fœderibus ineundis victimæ cædebantur, ac proinde sæpè construatur cum verbo כרת Carath, id est, ferijt, percussit. Sic fœdus quoque Latinè nonnulli à feriendis victimis volunt esse dictum. Alij vocabulum Hebræum à בתר Batar, quod diuisionem significat, literarum tantum facta transpositione, & sic volunt fœdus dictum ab illa diuisione victimæ in duas partes & pactiscentium per illas transitu olim vsitato, de quo mox dicetur. Sunt qui ita volũt dictũ חרח harach, quod cibũ capere significat, ab epulis nimirum atque conuiuijs quæ adiungebantur. Nonnullis tamen, vt hoc quoque addã, magis placet vocabulum Berith deriuari à ברר Barar, quod & eligere & purum esse siue purgare significat, idq; vel quod in fœderibus ineundis voluntatum consensus requiratur: vel ab electione tùm personarum, cum quibus amicitiam inire volumus, tùm capitum fœderis quæ sanctè religioseq; sint seruanda, tùm victimarum, quæ adhiberi debent: vel denique quòd ingenuè atq; candido & syncerè sine omni fuco atq; dolo fœdera & iniri & seruari debeant.

Hebræi in fœderibus pangendis victimas epulasq; adhibuerunt. Berith vnde dictum.

Hæc de nomine: nunc de exemplis, ex quibus clarius adhuc patebit & victimas & epulas ab Hebræis fœderibus contrahendis fuisse adhibitas. Antiquissimum sanè & clarissimum est illud fœdus, quod Deus (qui verus est fœderum auctor, non Theseus, vt vult Plinius: aut Mercurius, vt Diodorus lib. 6. tradit) cum Abrahamo & tota illius progenie huiusmodi ferè cæremonijs percussit. Sume, inquit Deus, mihi vaccam triennem & capram atq; arietem triennes, turturem quoq; & pullum columbarum. Abrahamus itaque Dei iussu & mandato animalia illa accepit, & terrestria quidem mactauit, ac duas in partes diuisit, & vnamquamq; è regione alterius posuit, aues autem non diuisit: cumq; super cadauera illa cœli volucres descendissent, illas abegit. Postea cum Sol occubuisset, sopor atq; terror Abrahamum inuasit, eiq; Deus per insomnium sobolis illius cùm seruitutem Ægyptiacam, quæ annis 400. sit duratura, tùm liberationem significauit. Tandem caligo exorta est, & fumus ingens apparuit, ac post illum lampas ignea effulsit per diuisiones, hoc est, partes illas hostiarum diuisas, sibiq; è regione oppositas transiens. Ex hoc exemplo satis constat, huiusmodi olim apud Hebræos fœderis ineundi ritum fuisse. Diuidebant mactata quadrupeda, illisq; dissectis frusta ponebant in duo latera, vnum contra alterum, in medio tantum spacij relinquentes, vt qui fœdus inibant, per illas carnium partes transire possent: à qua cæremonia, vt paulò antea explicatum est, nonnulli ipsum fœdus ab Hebræis volunt fuisse dictum.

Exemplum fœderis quod Deus cum Abrahamo iniit. Sacrificium.

Ad eundem morem Hieremias quoq; cap. 34. perspicuè alludit, dum Deum ipsum loquentem & populo suo fœderis violationem his verbis exprobrantem inducit: Viros, inquam, istos, qui fœdus meum transgressi sunt, neq; rata habuerunt verba pacti coràm me in templo meo initi, quando mactatam buculam in duas diuidentes partes inter ipsas, inita pacta confirmaturi transierunt principes regni

Alind exemplũ ex Ieremia.

pes regni Iudaici & proceres Hierosolymorum, eunuchi, sacerdotes & omnis populus, qui inter diuisas buculæ partes pro more confirmandi pacti transierunt. Hanc cæremoniam sic explicat Petrus Martyr in Genes. Primò videntur in eo transitu malum imprecari violantibus fœdus, vt scilicet ita discerpantur, vti dissecta erant illa animalia, quorum frusta vtroq; ex latere iacebant: quemadmodum fœciales veterum gentilium porcam mactantes, vt ita ferirentur, precabantur, qui pactis non starent. Præterea cum pactum ineatur minimum inter duos, idcirco frustorum carnium duplex ordo struebatur, vt transeuntes per medium, denotarentur se recipere quod pro sua parte facturi essent, quicquid tunc promittebant. Adhæc animal quod erat vnum sic aperiebatur, vt cum ineuntes fœdus per eius medium transirent, viderentur quodammodo coniungi atq; colligari in vno & eodem corpore. Hoc ergo symbolo significabant velle se arctissimè coniungi. Hæc ille. Similis autem cæremoniæ exemplum Dictys lib. 1. de bello Troiano refert. Nam cum Græcorum principes de repetenda Helena consulturi Argis conuenissent, Chalcas Thestoris filius futurorum præscius, porcum marem in medium forum afferri iubet, quem in duas partes dissectum Orienti Occidentiq; diuisit, atq; ita singulos nudatis gladijs per medium transire iussit. Deinde mucronibus sanguine eius oblitis, adhibitis etiam alijs ad eam rem necessarijs, inimicitias sibi cum Priamo per religionem confirmant, neq; prius se bellum deserturos, quam Ilium, totumq; regnum euertissent. Quibus perfectis Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi conciliarunt.

Conuiuij fœderalis exemplū.

Conuiuij autem fœderalis, vt ita loquar, exemplum illustre extat Gen. 26. vbi Isaacus cum Abimelecho eiusq; amicis fœdere percusso conuiuium magnum apparasse, & vnà cum illis cibum potumq; sumpsisse dicitur. Ita Dauid inito fœdere cum Abnere, & eius socijs conuiuium illis adornasse dicitur, quod quidem fœderis illius indicium fuit 2. Sam. c. 3. v. 20. Huiusmodi illud quoq; Labani & Iacobi conuiuium fuit, de quo sic scriptum est Gen. 31. Erecta statua, uecnon lapidū tumulo excitato, super eum vnà panem, hoc est, cibum sumpserunt ad mutuam nimirum animorum reconciliationem significandam. Illum autem tumulum, qui illis mensæ loco hospitalis fuit, Laban quidem lingua sua Syriaca legar Schachadatha, Iacob autem sua Galeed, hoc est, tumulum testimonij, necnon Misspach, hoc est, speculam appellauit, propter causas quæ ibi commemorantur. Ac paulò post vers. 54. iureiurando ad fœderis confirmationem ab vtroq; facto, Iacob in illo monte (is fuit mons Mizphah) mactationem mactasse, hoc est, conuiuium instruxisse, & ad illud fratres suos vocasse dicitur, qui vna & cibum illo in loco ceperunt & pernoctarunt. Abrahamus cum Abimelecho fœdus iniens septem agnas statuit in testimonium, quod is numerus absolutus & iuramenti instar esset, vt Gen. 21. scriptum est. Nomine autem זבח Sebach prophanam mactationem seu conuiuium Gen. 31. intelligendum esse memini me ex D. Mercero piæ memoriæ Hebraicarum literarum professore regio, præceptore meo obseruando olim audiuisse, in qua quidem significatione idem vocabulum crebrò in sacris literis accipitur. Nec tamen meo iudicio absurdum & à ratione alienum fuerit sacrificium quoque illo in loco intelligi, quod in fœderibus pangendis vsitatissimum fuit, quoq; peracto veteres conuiuari consueuerunt.

Sebach & sacrificium, & epulū significat

Ac quoad sacrificia apud Hebræos in fœderibus adhiberi solita non, est silentio prætereundum illud sacrificium, quo Deus per Mosen fœdus cum vniuerso populo Israëlitico pepigit, illumq; ad legi suæ obediendum obligauit & obstrinxit, cuius descriptionem habes in Exodo. Nam cum Moses ad radices montis Sinai altare adificasset, & duodecim titulos secundum 12. tribus excitasset, iuuenes Mosis iussu holocausta, victimas pacificas, ac duodecim vitulos Domino immolauerunt. Tunc Moses dimidia sanguinis parte crateras impleuit, reliquam partem effudit super altare. Deinde sumpto legis volumine, illud populo audiente legit, qui dixit: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, eiq; obtemperabimus. Tunc ille populum sanguine aspersit, talia fatus: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super omnibus sermonibus istis. Ex his ergo commemoratis exemplis satis liquet Hebræos olim fœdera partim sacrificijs, partim epulis atq; conuiuijs inire atq; sancire solitos fuisse. Vnde etiam fœdus salis, hoc est, firmum atq; perpetuum dicitur 1. Reg. 15. propterea quod in fœderibus ineundis sacrificia adhibebantur, quæ quidem sine sale non fiebant, vt scriptum est Leu. 2. cap. Hæc autem & fœdera veteris Testamenti omnia, & sacrificia atq; conuiuia, quæ illorum fuerunt quasi symbola atq; sigilla, typi fuerunt atq; figuræ vniuersalis illius ac sacrosancti firmissimiq; fœderis, quod Deus cum vniuerso electorum cœtu vnigeniti sui filij sanguine

fœdus salis.

in crucis ara profuso, ceu vera piaculari hostia inijt atque sanciuit.

Græci similiter victimis, atque epulis fœdera contrahebant.

Illum verò Iudæorum morem ritumque fœdera sacrificijs, libationibus atque compotationibus ineundi, alia quoque gentes sedulò fuerunt imitatæ. Ac apud Græcos quidem illum fuisse vsitatissimum, ex multis scriptoribus satis constat, id quod etiam ipsa nomina testantur. Sic enim σπονδὰς vocant & libationes & fœdera, pacta atque inducias, quæ libatione intercedente sanciebantur. Hinc σπένδεσθαι, & σπένδεσθαι σπονδὰς, ποιεῖσθαι σπονδὰς, σπενδοποιεῖσθαι illis idem est, quod fœdus inire: σπονδὰς contrà λύειν siue παραβαίνειν, id est, fœdus soluere, transgredi: Item ἄσπονδος fœderis expers, ἐκσπονδος à fœdere exclusus, ἔνσπονδος & ὁμόσπονδος fœderatus, confœderatus, seu vt antiqui, teste Festo, loquuti sunt, confœdustus, παρασπονδος fœdifragus. Similiter ὅρκια ταμεῖν, quod frequens est apud Herodotum & Homerum, idem valet, quod mactata hostia fœdus sancire, quod Latini eandem ob causam fœdus icere, ferire atque percutere appellant: qua phrasi, vt suprà dictum est, Hebræi quoque vtuntur. Eustath. in illum Homeri versum: Οἱ δ' ἄλλοι φιλότητα, καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες: τὸ φιλότητα καὶ ὅρκια ταμεῖν αὐτὶ τοῦ φιλίαν καὶ ὅρκους ποιῆσαι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τομῶν, ἤγουν θυσιῶν, hoc est, amicitiam, & iusiurandum siue fœdus fœtare est amicitiam atque fœdus contrahere, inire, partibus incisis siue hostijs. Sic Liuius: Fœdus cum eo, atque amicitiam iungit his legibus. Item: τὸ τάμνειν ὅρκια apud Homerum & Herodotum. τὸ θῦσαι τὰ ὅτι ὅρκια σφάγια δηλοῖ. Est autem Ionica dictio τὸ τάμνειν ὅτι τῷ θύειν, &c. Notabis etiam ipsas victimas, vinum, craterem atq; pocula ab Homero ὅρκια, id est, fœdera appellari. Ιλ. γ.

ὅρκια τάμνειν

Victimæ ipsæ ab Homero ὅρκια Appellantur.

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θοὰς φέρον ὅρκια πιστὰ,

Hoc est, interprete Eustathio. σύναγον ὅρκια, vt alibi Homerus loquitur, siue συνῆγον τὰ ἐν ὅρκοις χρειώδη, id est, quæ in fœderibus, ac iureiurando erant necessaria. Sequitur enim:

Αρνε δύο καὶ οἶνον ἐύφρονα καρπὸν ἀρούρης
Ασκῷ ἐν αἰγείῳ. φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν
Κῦρυξ ἠδ' αὖθ', ἅδε ωρύσεια κύπελλα. Et paulò post:
——Ινα ὅρκια πιστὰ τάμητον. Item:
Οἱ δ' ἄλλοι φιλότητα, καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες. Et paulò post:
—— Ατὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
Ορκια πιστὰ θεῶν σύναγον: (sic Liuio fœdus agere idē quod facere) κρητῆρα δ' οἶνον
Μισγον ἀταρ βασιλεῦσιν ὕδωρ δὴ χεῖρας ἔνιψαν.

Hîs verbis quasi præparatio describitur ad sacrificium, vt quod hostias & alia eò pertinentia adduxerunt, vinum quo libaturi erant, miscuerunt, manus abluerũt. Notabis hoc obiter ab Homero agnos atq; vinum, quæ fœderis dum taxat symbola seu instrumenta erant, ὅρκια, hoc est, fœdus appellari, non secus ac (si licet sacra miscere prophanis) vinum in cœna Dominica, siue poculũ vinum continens dicitur ipsum nouum Testamentum, siue fœdus, quum sit fœderis, aut eius potius quo fœdus sancitur, nimirum sanguinis dominici symbolum ac tessera.

Victimæ ab Ethnicis in fœderibus iungendis adhibitæ.

Sequitur deinceps apud Homerum sacrificij, libationis atq; imprecationum, quibus execrabantur eos qui pactis non starent, descriptio, de quibus ex ordine. Ac quoad sacrificium, primo quidem de more solito (de quo alibi pluribus) pilos ex immolandorum agnorum capitibus abscinderunt, illosq; Troianorum atq; Græcorum optimatibus per præcones seu ministros publicos distribuendos curarunt. De cuius cæremoniæ significatione sic Eustathius disserit: Vt hoc pacto omnes viderentur συνεφάπτεσθαι τῆς θυσίας, hoc est, sacrificio coniungi atq; copulari. Symbolũ autem hoc erat, omnia mala conuersum iri in capita eorum, qui fœdus violassent. Et vt apud Sophoclem huiusmodi est imprecatio: κακῶς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονὸς γένυς ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος, αὐτὸς ἤγουν ἔτος ὅπωσπερ τὸν δ' ἐγὼ τέμνω πλόκον. Male male inhumatus ex terra exterminetur, vt ego hunc abscindo cirrum. Sic etiam Homericus Agamemnon tunc dicebat: Sic è vita excindantur omnes ij qui fidem datam fregerint, vt ego hos victimæ capillos abscindo. Nunc ipsius Homeri verba subiungam.

Ατρείδης δὲ ἰυοκτάμῳ χεῖρεσι μάχαιραν.
Η οἱ παρ' ξίφεος μέγα κώλεον αἰεν ἄορτο.
Αρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας. αὐτὰρ ἔπειτα
Κήρυκες τρώων καὶ Αχαιῶν νῶμαν ἀείσους.

Sequitur

Sequitur deinceps eiusdem imprecatio, qua Deos ceu testes & custodes fœderis omnium nomine inuocat, vt fœderis violatores vlciscantur: Imprecatio.

Ζεῦ πάτερ, ἰδ' ἠθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε
Ηελιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.
Καί ποταμοὶ καὶ γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντας
Ανθρώπους τίννυθον (τιμωρεῖτε) ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ
Τμεῖς μάρτυροι ἐστὲ, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά. *Sequitur deinde agnorum iugulatio.* Agnorum iugulatio.
Η καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε τήλε χαλκῷ
Καὶ τοὺς μὲν κατέθηκεν ὀπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας.
Θυμοῦ δηνοριθμοὺς. ἀπὸ δὲ μέλαν εἵλετο χαλκὸς *Sequitur libatio:* Libatio.
Οἶνον δ' ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι δὲ πάτεσσιν
Εκχεον.

Sequitur precatio: ἦδ' ἔυχονθο θεοῖς ἀειγενέτῃσιν, *cuius formulam subiungit huiusmodi:* Precatio.

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
Οπποτέροι πρότεροι ὑπερ ὅρκια πημήνειαν
Ως δὲ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς τόδ' ὀίνος
Αυτῶν καὶ τεκέων, &c.

Eustathius addit, sibi verisimile videri, illos in pilorum amputatione simili huic imprecatione vti fuisse solitos, vt malum in fœdifragorum capita deuolueretur, vel sic è vita excinderentur, vel aliud quid huiusmodi.

Libationes porrò in fœderum contractu valde vsitatas fuisse ex illo quoq; Homeri loco constat Libationes in fœderum contractu vsitatissimæ.

Πᾶσι δὴ συνθεσίαι τε (συνθῆκαι) καὶ ὅρκια βήσεται ὑμῖν
Εν πυρὶ δ' ἠβαλέτε γεροίαιν, μήδε τάδ' αὐδρῶν
Σπονδαὶ τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαὶ, ἧς ἐπέπιθμεν.

Hic fit mentio partim libationum, quæ vino mero fiebant ad significandum, τὸ τῆς γνώμης ἁμιγὲς ψεύδει, καὶ ἄδολον, id est, mentis puritatem & sinceritatem significandam, teste Eustathio: partim δεξιώσεως, id est, mutuarum dextrarum apprehensionis, quæ eodem interprete, φιλίας καὶ εἰς σύνδεσιν καταστάσεως, καὶ ὅιον συνάσεως, id est, amicitiæ atque vnionis signum erat. Has cæremonias, nimirum sacrificia, libationes, dextras, execrationes in fœderibus pangendis antiquitus à Græcis adhiberi solitas; Euripides in Iphigenia Aulidensi, his verbis vno quasi fasciculo complectitur:

Ορκους συνάψαι, δεξιάς τε συμβαλεῖν
Μνησῆρας ἀλλήλοισι, καὶ δι' ἐμπύρων
Σπονδὰς καθεῖναι, κ' ἀπειρέσασθαι τὰ δὲ: *quæ verba sic Eras. vertit:*
Vt coirent iureiurando proci,
Atque inter ipsos iungerent dextras, adhæc
Adolenda diuûm ponerent aris sacra.
Ac semetipsi adstringerent, diris ad id
Caput obligantes execrationibus.

Dextera in fœderibus contrahendis iungi solita.

Liuius lib. 1. Dextera data fidem futuræ amicitiæ sanxit: idem fœdus ictum inter duces, inter exercitus salutatio facta. Sic Hircani quoque Medi iunctis manibus dexteris, & Parthi apud altaria complexi dextras tanquam Dijs testibus & arbitris, postquam sacra libassent, pacem inire, fœderaq; percutere solebant, teste Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 2.

Græci qui cum Cyro aduersus Persas ascenderunt, fœdus, teste Xenophonte lib. 2. de Expedit. Cyri, cum Arieo percusserunt, capro, tauro, lupo & ariete super scuto mactatis, in quorum sanguine Græci ensses, Barbari hastas tinxerunt iureiurando interposito, neutram partem alteram prodituram, & firmam stabilemque inter ipsos belli societatem futuram. Iidem, eodem auctore teste, cum Babylone redeuntes Macronum fines fuissent ingressi, cum illis fœdus huiusmodi ritu pepigerunt: Barbari Græcis lanceam barbaricam, hi contra illis Græcam lanceam tradiderunt, Deos vtrique suos attestati. Hæc enim sibi à maioribus barbari dicebant instituta ad fœdus iungendum Sacrificium in fœdere feriendo adhibitum. Mos instrumentis bellicis fœdere pangendi

tradita, rectissimaq; ea esse fidei mansuræ signa. Verùm hic Macronum, non Græcorum mos fuit. Hic obiter notabis alios quoq; populos lanceis alijsq; instrumentis bellicis fœdera fuisse facere solitos. Sic enim Pannonij olim pacem cum hoste facturi, eductis mucronibus, quos pro numine colebant, iurabant se in amicitia mansuros, vt testatur Auentinus lib. 2. Annalium Boiorum. Sic Tartari, vt auctor est Cromerus lib. 30. cum Ioan. Alberto Polonorum rege anno 1501. fœdus ferientes, more suo, iuramentum dederunt, aqua strictis frameis infusa & sorpta, mala imprecantes ei, qui fœdus violasset.

Romani mactatione porcæ fœdera iungebãt Fœdus vnde dictum.

Romani quoque porcæ mactatione fœdera solebant facere, vnde fœdus ipsum nonnulli, teste Festo, volunt dictum à feriendo, siue, vt alij volunt, à fœdando, id est, fœdè cædendo porcam, quæ immolabatur. Secundum illud Virg. lib. 8. Æneid.

Post ijdem inter se posito certamine reges
Armati, Iouis ante aram, paterasque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Hinc fœdus ferire, icere, percutere tritis apud Latinos dicendi formis metonymicis pro agere, facere, iungere, pangere, inire, &c. cum non fœdera propriè, sed pecora, quæ fœderum erant symbola, ferirentur. Alij tamen fœderis vocabulum à Fœcialibus, id est, sacerdotibus deriuant, per quos olim apud Romanos fœdera fiebant. Alij à fide, quæ in fœderibus interponebatur. Fœderis autem pangendi hæc fuit apud Romanos olim consuetudo atq; cæremonia. Si quando fœdus feriendum erat, fiebat senatus consultum in hæc verba: Vt priuas verbenas, primosq; lapides Prætorem fœciales poscerent (sancire enim aut pacta concipere Fœciales non aliter poterant, quam si Consulis aut Prætoris auctoritate intercedente, S.C. iussuq; populi permissum esset) qui verbenã ex arce, & sagmina (herbæ genus est) ac lapidem silicem ex templo Iouis Feretrij daret, Fœcialesq; ea secum ferrent. Ac porca adhibita, vetere præfatione, priscis carminibus ad præstitutum diem in foro, seu vbi conuenerat, enuntiatis, Fœcialis sceptrum manu tenens, pro Iouis simulachro, tanquam is fœderi adhiberetur, filo lanæ capite velatus & verbena coronatus, Iouem, Martem, cæteros obtestari Deos, & dira obsecratione precari solebat, vt si quis eorum fœdera violasset, aut illa sciens falleret, ita illum Iupiter feriret, quemadmodum ipse porcam percuteret. Quibus obtestationibus quàm sanctissimè prolatis, secundum rem diuinam, precationemq; lapide silice porcam percutiebat: mox aqua & igne in sacris adhibitis illam immolabat: qua cæsa iura pacis & fœdera conuenta icta ritè esse putauere, hancq; fidem socialem & sanctissimum fœdus esse arbitrabantur, quo nihil firmius esset. Id verò ante meridiem & primo diluculo fieri solebat. Nam post meridiem eas precationes facere, aut fœdus percutere non licebat.

Fœdera pangẽdi quis mos apud Romanos.

Fœdera percutiebantur ante meridiem.

Pro verbena myrtus olim in fœderibus adhibita.

A principio cõditæ vrbis, in fœderibus pacis, pactionibusq; pro verbena myrtus sumebatur. Fœdera pactionesq; postquàm cum exteris & vltimis gentibus inita erant, Romani in templo Capitolini Iouis, columnæ aut æneis tabulis insculpta, vt perpetua monumenta extarent, nõnunquam in fastos & annales referebant.

Hæc de Romanorum antiqua fœderis percutiendi more, quem ex Liuio (Dec. 1. lib. 1. vbi fœdus inter Albanos & Rom. initum describit: & lib. 10. de bello Punico 11.) Dionysio & alijs auctoribus colligere licet. Claudius Cæsar cum regibus, teste Suetonio, fœdus in foro icit, porca cæsa & vetere Fœcialium præfatione adhibita. His addere licet vetustissimũ iurisiurandi morem à Liuio & Dionysio prætermissum, quem Polybius lib. 3. his verbis describit: Carthaginenses Deos patrios attestati sunt: deinde Romani per lapidem, secundum vetustissimũ ritum, Martis Quiriniq; nominibus additis, iusiurandum præstiterunt. Ritus lapidis fuit huiusmodi: Fœcialis populi Romani sumpto in manu lapide postquam inter patres de fœdere conuenit, sic loquitur: Si rectè & sine dolo malo fœdus hoc atq; iusiurandum facio, Dij mihi cuncta fœlicia præstent. Si aliter aut ago aut cogito, cæteris omnibus saluis in proprijs legibus, in proprijs laribus, in proprijs templis, in proprijs sepulchris solus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidit. Nec locutus plura, lapidem manibus deijcit. Eiusdem meminit Sab. lib. 6. Enn. 4. Gellius lib. 1. cap. 21. Iouem lapideum quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus sum iurare. Macrobius.

Iurisiurãdimos vetustißimus.

Lapide fœdus & iusiurandũ fieri solitum.

Nunc vt de aliarum quoq; gentium fœderis contrahendi moribus atq; cæremonijs vsitatis dicam, illas quoq; partim sacrificijs atq; libationibus, partim symposijs in fœderum pactionibus vsas

Mos reliquarũ gentium in fœderibus incundis.

fuisse

fuisse ex historijs satis patet. Molossi, *vt testis est* Suidas, *fœdera inituri bouem in multa minuta frusta dissecabant: vnde natum prouerbium:* βοῦς ὁ μολοττικός, *Bos Molossorum, de ijs qui multis negotijs implicati tenentur. Apud Scythas, vt testis est* Lucianus *in Toxaride, si quis fortè læsus erat, nec suppetebat vlciscendi facultas, immolato boue carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, manibus in tergum reductis. Id quod maximum supplicandi apud illos genus habebatur. Accedebat quicunq; vellet opitulari, & carnium portione gustata, dextroq; pede tergori impositio, pollicebatur pro viribus auxilia futurum. Atq; hoc fœdus apud Scythas sanctissimum habebatur. Hinc natum prouerbium:* ἐπὶ βύρσης καθέζεται, *id est, in tergore bouis desedit, id est, supplex implorat auxilia. Eras. in Adag.*

Molossi. Bos Molossorũ Scytharũ mos. In tergore bouis desedit pro ucrb.

Persas, testis est Herodotus, *inter vinum & epulas frequenti conuiuio, proceribus & liberis, cæterisq;, quos charos habebat, adhibitis, inter sacra mensæ velut inter hospitales Deos fœdera amicitiamq; contraxisse. Hoc more Germani quoq; olim fuerũt delectati, teste* Corn. Tacito, *qui de pace & bello, deq; fœderibus, societatibus, amicitijs, sponsalibus & pactis in cõuiuijs inter pocula plærunq; decreuerunt, quem morem etiamnum hodie obseruant. Iam verò vini libationibus nõ modo, verum etiam propinationibus mutuis amicitias fœdemq; iungere vt olim, ita hodie quoq; admodum est vsitatum. Nasamones, qui sunt Lybiæ populus, teste* Herod. *lib. 4. porrecto vini poculo, ac de manu alterius sumpto, & sibi inuicem propinato fœdus, pacemq; componere fuerunt soliti. Quod si nihil habebant humoris, sumptum è terra cinerem lingebant. Sic Thraces & Ægyptij è cornibus boum (quæ veteribus poculorum loco erant) vina sibi inuicem propinantes, id firmissimum contracti fœderis vinculum esse putabant, teste* Alexand. ab Alexand. *lib. 3. cap. 2.*

Persæ inter epulas fœdera contrahebant. Germanorum mos similis. Propinationibus mutuis fœdera amicitiæ que ineũt. Nasamones, Thraces et Ægyptij.

Idem hodie Germanorum mos est, peruulgatus, mutuis nimirum vini potationibus inimicitias quasuis dirimere, pacem componere, fœdera atq; contractus quosuis inire, vnde vulgò den friden trincken/ *hoc est, pacem bibere, illis idem est quod compotationibus interpositis pacem reconciliare: &* den wynkouff trincken/ *idem quod vini potu emptionis contractum sancire atq; confirmare. Verùm, vt quotidiana docet experientia, immoderatæ huiusmodi compotationes plærunq; non pacem, amicitiam atq; fœdera, sed diras potius atq; funestas inimicitias discordiasq; pariunt.*

Germanorum consuetudo.

Vt autem illi οἰνοποσίαις, *sic Indi* ὑδροποσίαις, *id est, aquæ potu amicitiam contrahebant. Illis namq; firmissima arctissimaq; societas erat de Tantali aqua potare: de qua si qui vnà bibissent, ea obtestatione tenebantur, vt eiusdem fati & fortunæ fœdus iniisse censerentur: testis est* Philostratus Alex. ab Alexand. *lib. 5. cap. 2. Sed &* αἱματοποσίαις, *hoc est, mutuis sanguinis humani, quem ex corporibus suis eliciebant, propinationibus legimus gentes quasdam amicitias atq; fœdera iniisse. Sic enim Medi atq; Lydi, teste Herodoto, feriendo brachia, qua illa humeris connectuntur, ac mutuum sanguinem delingendo fœdera sanciuerunt. Carmani similiter in epulis percussa faciei vena, profluentem cruorem vino miscere, ac sibi inuicem propinare in iungendis fœderibus consueuerunt: summam amicitiæ fœdus existimantes mutuum gustasse sanguinem. Alexand. ab Alexand. & Cæl. lib. 18. cap. 32. Posidonius tamen apud Athenæum lib. 2. cap. 2. hoc Germanis tribuit, qui addit post huiusmodi potum sanguinis caput vnguentis perungere fuisse solitos, maximè rosaceo, nõnunquam melino oleo, vel irino vel nardino.*

Indi ὑδροποσίᾳ amicitiã contrahebãt. αἱματοποσίαι in fœderibus adhibitæ. Medi atq; Lydi. Carmani.

Similis Scytharum olim, teste Herodoto lib. 1. Luciano lib. de Amicitia, cum quibus suis gentibus fœderis paciscendi consuetudo fuit. Infuso namq; in grandem calicem fictilem vino, commiscebant eorum sanguinem, qui fœdus feriebant, percussa cultello, aut incisa gladio aliqua corporis parte. Deinde in calicem tingebant acinacem, sagittas, securim, gladium. His peractis sese mutuis verbis deuouebant, ac postea vinum illud humano cruore permixtum epotabant, non ij solùm, qui fœdus fecerant, sed etiam illorum comites, qui maximæ erant dignitatis. Simili ferè modo Catilina populares suos conspirationis contra patriam fœdere fœdissimo deuinxit. Nam cum eos ad iusiurandum sceleris sui adduxisset, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulit. Inde cum post execrationem omnes degustassent, sicuti in solennibus sacris eo tempore fieri consueuerat, dicitur eis consilium suum aperuisse. Testis est Sallustius Florus *lib. 4. Additum est, inquit, pignus coniurationis, sanguis humanus, quem circumlatum in pateris bibere, summum nefas, nisi amplius esset, propter quod biberunt. Plutarchus in Cicerone:* Καὶ κατεθύσαντες ἄνθρωπον ἐγεύσαντο τῶν σπλάγχνων, *id est, mactato homine, carnes gustarunt, ac ita fidem inter se firmarunt. Dion.*

Scythæ. Catilinarum conspiratio sanguinis propinationib. sancita.

lib.37. Παῖδα γὸ τίνα καταθύσας, καὶ ὅλη τῇ στρατιᾷ αὐτὸς τὰ ὅρκια ποιήσας, ἔπειτα ἰσοπαλάγχνευσεν αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων.

Armenij et Iberi.

Armenij similiter & Iberi, teste Corn. Tacito lib.12. August. hist. manuum pollicibus coniurantium inuicem connexis atq; arctissimo nodo perstrictis leuiq; ictu collecto sanguine expuncto, ac deinde gustato, fidem sanctissimam societatemq; confirmarũt. Huiusmodi fœderis contrahendi prætextu Mithridates à Rhadanisto deceptus, & proditus fuit. Idem testatur Alex. ab Alexand. lib. 5. cap. 3. & Calius lib. 17. cap. 12. Princeps Saracenorum & Byzantinus imperator amicitiam contrahentes, vterq; vena in pectore incisa, suum alteri sanguinem propinauerunt, vt testis est Nicetas lib. 2. de Imperio Isaacij Angeli.

Fœdera sancita sanguine, vestibus, armis, atq; corporibus aspergendo. Arabum mos.

Nec verò sanguinem tantùm bibendo, verumetiam vestibus, armis atq; corporibus aspergendo fœdera quidam populi sanciri fuerunt soliti. De Græcis atq; Barbaris suprà ex Xenoph. dictum est, qui hostiarum sanguini enses, hastasq; tinxerunt. Item, de Scythis, qui in vino sanguine permixto, antequam illud haurirent, acinacem, sagittas, secures atq; gladios tingere fuerunt soliti. His ad de similem Arabum morem, de quo sic Herod. lib. 3. & Sabellicus lib. 7. Ennead. 2. Polyd. Verg. lib. 2. cap. 15. Quoties fœdus volebant inire, alius quidam medius inter vtrunq; stans, acuto lapide ferebat volam iuxta maiores digitos eorum, qui fœdus inibant. Deinde sumpto flocco ex vtriusq; vestimento, inungebat eo sanguine septem lapides in medio positos, inter inungendum inuocans Dionysium & Vraniam. Hoc peracto idem qui fuit sequester fœderis inter amicos contrahendi, vadatur hospitem aut fortè ciuem, si cum ciue res agatur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiã contraxerunt, seruare iustum censent. Sic Hispani ductu Ferdinandi Magellanis per fretum Antarcticum ad Moluccas penetrantes, dum Molutcarum legunt insulas, cum Calamaro rege Calemandi insula societatem inierunt more gentis sanguinem de brachio sinistro mittentes, eoq; os & linguam illinentes: teste Petro Cieza Tom. 2. hist. Pern. c. 94.

Panis et sal duo fuerunt insignia apud veteres fœderis & amicitiæ symbola. Panis. Panes propositionis. Macedonum ritus.

Fuerunt præterea apud antiquos duo maximè insignia fœderis & amicitiæ symbola, panis nimirum atq; sal, quorum quidem vsu esuq; fœdera atq; amicitia olim contrahi solebant. Nam vt de pane primò loquar, cui dubium est quin sacri & mystici illi veteris Testamenti panes propositionis siue facierum symbola fuerint cùm Christi, tùm fœderis illius, quod est inter Deum atq; homines? Apud Macedones patrio ritu fœdus quod sanctissimum vellent haberi, sic inibant, vt panem gladio diuisum vterq; libarent. Itaq; Alexander Mag. totius ferè Orientis victor ac domitor, cum erga Rhoxanem Satrapis barbari filiam, in conuiuio visam, amore exarsisset, panem sibi (id quod ritu Macedonico sanctissimum coëuntium pignus erat) afferri iussit, quem cum gladio dissectum vterq; libasset, illam sibi matrimonio iunxit: testis est Q. Curtius lib. 8. Cæl. lib. 28. cap. 15.

Panis cæremonia in nuptijs adhiberi solita.

Apud nos similis ferè mos est: nam panis, postquam sponsus atque sponsa cum suo comitatu è templo post nuptiarum consecrationem ad sponsi ædes peruenerunt, ex ædibus affertur in frusta dissectus, ex quo sponsus primò frustum accipit, ac degustat, deinde illum sponsæ porrigit, quæ & ipsa postquam similiter partem accepit, & degustauit; reliquum panem post tergum reijcit, qui à pueris ac reliquis nuptialis pompæ spectatoribus certatim arripitur. Huc quoq; facit Pythagoræ symbolum: Αρτον μὴ καταγνύειν, hoc est, panem ne frangito, quo admonebat non dirimendum esse amicitiam: quæ antiquitus pane conciliabatur. Sic Galatinus, Erasmus interpretantur & alij. Panis enim, vt Galatinus inquit, mysterium est amicitiæ. Vnde & Christus, inquit Erasmus, princeps noster distributo pane, perpetuam inter suos amicitiam cõsecrabat. Præter panem autem illum mysticum cænæ dominicæ, qui quidem expressum est & luculentum, vt Paulus Apostolus pluribus docet, Christianæ φιλαδελφίας symbolum. In primitiua Ecclesia in vsu fuit panis quidã sacratus, qui Catechumenis dabatur, antequam illi ad Eucharistiæ communionem admitterentur, quem Latini buccelatum, Græci ἀντίδωρον & ἄλογίαν vocabant. August. epist. 36. bucellatum fraternitatis vocat. Erat ergo hic panis Catechumenorum proprius bis coctus (abhorrebant enim Christiani à delitijs) ita vt Christianæ non charitatis solùm, verumetiam frugalitatis esset symbolum.

Panem ne frangito Pythagoræ symbolum. Panis amicitiæ symbolum. Panis cœnæ dominicæ. Panis sacratus

Apud Moscouitas panis amicitiæ symbolũ.

Apud Moscouitas quoq; hodie panis amicitiæ atq; beneuolentiæ est signum. Nam vt Sigismundus ille Baro in suis rerum Moscouiticarum commentarijs testatur, rex Moscouitarum eo maximè suam erga aliquem beneuolentiam atq; gratiam testatur, si illi in cõuiuio de sua mensa panem atq; sal mittat, idq; maximi honoris loco habetur, quo honore se quoq; cùm primò Maximiliani imperatoris

peratoris, ac iterum eius nepotis Rom. regis Ferdinandi fuisset legatus, à Basilio rege affectũ fuisse scribit. Ac in priori quidem sua legatione dicit se iuxta illorum consuetudinem huiusmodi dicendi forma ab illo Moschorum rege ad prandium fuisse inuitatum: Sigismunde comedes sal & panem nostrum nobiscum. Ex hôc salis potissimum atque panis meminit, quorum vnum alimenti, alterum condimenti instar obtinet: vtrunq; verò amicitiæ atq; beneuolentiæ signum est atq; tessera.

Sal mutuæ pacis, amoris, & amicitiæ signũ

Vt de pane adhuc est dictum, nunc de sale dicamus. Certè illud quoq; cùm in sacris, tùm in prophanis literis mutuæ pacis, amoris & amicitiæ est symbolum. Iam antea dictum est, sal olim Dei iussu in omnibus sacrificijs fuisse adhibitum, vnde etiam sal dicitur fœderis Dei, hoc est, fœderis diuini symbolum. Sic namq; scriptum est Leuit. 2. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec facies cessare, id est, nunquam deerit, sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo, sed in omni munere tuo sal adhibebis. Item Num. 18. omnes deuotiones tradidi tibi, ac filijs tuis atq; filiabus in statutum perpetuum, fœdus salis perpetuum sit coràm Domino, id est, firmum, stabile, quasi non putrescens vetustate. Vt ergo in Leuitico sal dicitur sal fœderis, cuius erat symbolum: sic vicissim Num. 18. fœdus sale, hoc est, sacrificijs salitis percussum, salis fœdus appellatur, vt & 2. Par. 13. Deus Dauidi, & eius filius filijs regnum salis fœdere, hoc est, firmo inuiolabiliq; pacto dedisse dicitur, vbi similiter alluſio fit ad sal illud in sacrificijs adhibitum, quod cùm vitæ morumq; puritatem, tùm diuini fœderis cum populo suo firmitatem stabilitatemq; adumbrabat. Eodem quoque Christus spectauit illis suis verbis, quæ Marc. 9. extant: Omnis, inquit, homo igni salietur (ἁλισθήσεται, hoc est, explorabitur, Theophylactus exponit) & omnis victima sale salietur. Sensus videtur simplicissimus esse: Vt olim ex Dei præscripto omnis victima sale condiebatur: ita omnes homines igne atq; sale illo cælesti, hoc est, Spiritu sancto condiri atq; mundari oportet, vt Deo grata sint & accepta victima, & vt mutui amoris, charitatisq; fœdere atq; vinculo coniuncti alij alios saliant, hoc est, pro virili iuuent. Tandem concludit: Habete in vobis ipsis salem, & pacem inter vos inuicem colite: vbi salem habere per epexegesin videtur interpretari εἰρηνεύειν, id est, pacem colere, cum ipsum sal pacis atq; fœderis sit symbolum. Hinc idem etiam ijs in aquis fuit adhibitus, quæ propter viri Zelotypiam vxori, quæ suspecta erat pudicitiæ, propinabantur, vt nimirum sale coniugalis amoris & amicitiæ fides probaretur.

Sal in sacrificijs.

Sal fœderis.

Omnis victima salietur.

Vt autem apud Hebræos, sic etiam apud Ethnicos κατοχὴ quædam perpetuus ferè salis in sacrificijs vsus fuit: de quo sic Plin. lib. 31. cap. 7. Maxima autem, inquit, salis auctoritas è sacris veterum intelligitur, apud quos nulla sacra sine mola salsa conficiebantur. Sic enim vocabant far tostum sale conspersum, quod eo molito hostia aspergeretur. Omnino mola trita inspergebantur, ignis, caput victimæ, cultri. Vnde Iuuenal. Satyr. 11.

Salis vsus in Ethnicorum sacrificijs.

Mola salsa.

Sertaque delubris, & farra imponite cultris, id est,

Molam, quæ ex farre tosta, & sale constabat. Tibull. lib. 3. Eleg. 4.

At vanum in curas hominum genus omnia nostris,
Farre pio placant, & saliente sale. Idem lib. 4. ad Messal.
Paruaque cælestes placauit mica, &c. Horat lib. 3. Od. 23.
Farre pio, & saliente mica.

Tales erant apud Græcos ὑλοχύται, hoc est, vt Eustathius interpretatur Ιλ. α. κριθαὶ μετὰ ἄλλων, ἃς ἐπέχυον τοῖς βωμοῖς πρὸ τῆς ἱερουργίας, hoc est, hordea salibus mixta, quæ altaribus imponebantur ante sacrificium. Talia hordea salita atque sacra propriè ὁλαὶ siue ὑλαὶ dicta sunt, quæ victimis infundebantur. Huius cæremoniæ ab Eustathio rationes aliquot afferuntur. Nam vel id faciebant ὡς πολυπλήθειαν τῷ καρπῶν οἰωνιζόμενοι, hoc est, fructuum abundantiam ominandi gratia, quorum ceu quædam primitiæ hordea illa offerebantur. Vel id faciebant suæ erga Deum gratitudinis testificandæ gratia, cuius munere atque beneficio ab antiquo illo & aspero glandium victu, ad mitiorem, hordeorum nimirum victum fuissent traducti. Atq; hanc quidem ob causam hordea rectè κριθαὶ dici, propterea quod illis inuentis διεκρίθησαν τῷ ἀλόγων ζώων ἀνθρωποι, id est, homines à brutis animantibus fuerunt distincti, ac sequestrati. Ad gratam igitur memoriam antiqui victus hordea in victimas proijciebantur, quæ quoniam nondum molendi vsu reperto integræ fuerunt deuorata ὑλαὶ dicta sunt assumpta litera υ. quasi ὅλαι, id est, tota seu integra. Hæc ille de hordeis.

Ὑλοχύται.

Hordea sale conspersa.

Hordea cura adhibita.

Hordea cur κριθαὶ dicta.

Digitized by Google

Cur hordea sale conspersa.

Quoad autem sales, quos hordeis illis permiscebant, id dicit factum esse non solùm δι' ὑγρότητα, καὶ τῆς ἐν ταῖς τροφαῖς χλευτὸν ὑσιμον: ἀλλὰ διότι φιλίας οἱ ἅλες σύμβολον, hoc est, non solùm propter fertilitatem, & repetitam in alimonijs gratiam, verumetiam quia sales sunt amicitiæ symbolum. Quam ob causam, addit idem, ijs qui hospitio sunt excepti, ante omnes alios cibos apponi consueuerunt: id q. vel δι' ὑγρότητα τὸ τῆς φιλίας ὑσιμον καὶ παράμονον, hoc est, ob amicitiæ redintegrationem, & firmitatem. Sal enim multis corporibus firmitatis atq. durationis causa existit. Vel etiam vt sit symbolum τῆς κατὰ φιλίαν ἑνώσεως, hoc est, vnionis & amicitiæ: ὡς γὰρ ἅλες ἐξ ὑδατίων πολλῶν ῥυέντων καὶ φυτῶν παγέις, εἶτα στερεὸν γίνονται σῶμα. ἕτω καὶ οἱ συνελθόντες εἰς ξενίαν ἐκ διεσπασμένων εἰς ἓν τόπον, καὶ τῇ φιλικῇ διαθέσει συνήχθησαν, hoc est, vt sal ex multis aquis liquidis atq. fusilibus in vnũ corpus solidum coalescit, sic etiam qui ex diuersis locis longè à se inuicem dissitis in vnũ hospitium cõueniunt, nõ loco solùm, verumetiã affectu amico vniuntur atq. copulãtur.

Nota.

Hæc Eustathius præclarè sanè de salis vsu in Ethnicorum sacrificijs disserit, vbi simul indicat non in sacrificijs tantùm, verùm etiam extra illa in victu quotidiano ac præsertim in hospitijs sal fœderis amicitiæq. symbolum fuisse. Quò alludit etiam Aeschines in illa sua oratione de perperam obita legatione hisce verbis: ἰοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας, καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν ὡς πλείστου ἄξι, φησὶ, ποιεῖσθαι, hoc est, Etenim ciuitatis sales, publicamq. mensam ait se plurimi facere. Huc quoq. facit illud Pythagoræ symbolum, τὸν ἅλα ἐπιτίθεσθαι, hoc est, Salem apponito, quo cùm iustitiæ, & æquitatis, vt vult Erasmus: tum, vt mihi videtur, amicitiæ hospitalitatisq. admonemur. Eodem pertinent prouerbia illa: Salem & caseum edere, quod est apud Plinium. Item, Salem & fabam: & salem & mensam ne prætereas: de quibus vide plura apud Erasmum in Adag. Quibus adde tritum maximè & peruagatum illud prouerbium, cuius & Aristoteles lib. 8. Moral. & Cicero lib. de Amicitia meminit Verum illud est, inquit Cicero, quòd vulgò dicitur, multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit.

Salem apponito. Pythagoræ symbolum.

Prouerbia de sale.

Sal hospitalitatis signum.

Ex his omnibus constat sal antiquitus in communi hominum consuetudine atq. victu fœderis amicitiæq. signum fuisse. Vnde Esdræ quoq. lib. 1. cap. 4. sic scriptum legimus: Nos ergo memores salis, quod in palatio comedimus, quia læsiones regis videre nephas ducimus. Veteres mensam salis appositione consecrare fuisse solitos, ex illis Arnobij verbis videtur posse colligi: Sacras, inquit, facile mensas salinorum appositu, & simulachris deorum. Eodem nonnulli referunt illud Horatij:

——Splendet in mensa tenui salinum.

Sed Turnebo videtur potissimùm significare tenuem, & pauperem parcumq. victum hominum pro obsonio salem lingentium, quod pauperes olim faciebant, vt apud Persium:

Varro regis statum digito terebrare salinum,
——Contentus peragis. *Item Satyr. 3.*
Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum.

Hic quoq. salini nomine victum tenuem & sufficientem significat. Huc referri potest sententia illa Rabbini: Bucellampanis cum sale edas, & aquam in mensura bibas, super terram dormias, vitam miseram agas, modò operam nauare possis legi. De Moscouiticorum regum legatos ad salem panemq. suum inuitandi, & illis hæc eadem de mensa sua mittendi more & consuetudine, antiquæ illi hospitibus ante omnem cibum sal apponendi consuetudini simillima iam dictum est, quibus adde quod Sigismundus inquit: Pane ipso princeps suam erga aliquem gratiam, sale verò amorem ostendit. Neq. verò maiorem honorem potest alicui exhibere in suo conuiuio, quàm si alicui sal de sua tabula mittit. His adde quod apud Germanos salis effusio in mensa mali & infausti ominis loco habetur, vnde illum qui casu aliquo fortuito salinum in mensa euertit salq. effudit, bellum habiturum, hoc est, rixam, iurgium atq. contentionem aliquam subiturum esse vulgò dictitant. Hoc inde natum esse puto, quod sal amoris amicitiæq. symbolum vt olim, ita hodie quoq. habetur. Per salem, vt etiam per aquam, panem, terram, cœlum, æthera, ventum iurandum esse Elxai (qui Ossenorum hæreticorum sectator, Traiani temporibus vixit) docuit atq. præcepit, teste Epip. lib. 1. Tom. 1 contra Hæres. quem errorem refutans, per solum Deum iurandũ esse ait secundum illa in Lege scripta: Non erunt tibi dij alij præter me. Non assumes nomen alterius alicuius in iusiurandum. Hæc de panis salisq. in fœderibus, hospitijs, amicitijsq. iungendis & antiquo & hodierno vsu satis sint dicta. De salis vsu in sacris vide multa pulchra apud Fagiũ in c. 3. Leu. v. 13. Salis vsum multis gentibus Troiano sæculo incognitum fuisse Hom. Eustath. & Paus. testimonijs probat Brod. Miscel. lib. 6. ca. 3.

Salis effusio in mensa mali ominis.

Vt autem

Digitized by Google

Vt autem & Iudæi olim, ſicuti dictum eſt, & peruerſa illorum imitatione reliqui quoq; populi ſacrificijs (quæ omnia fuerunt ſalita) atq; libationibus interpoſitis fœdera inire fuerunt ſolici: ſic Chriſtiani quoq; Principes nonnunquam ſacroſanctæ Euchariſtiæ communione fœdera atq; pacem initam ſolent confirmare. Verùm cum compoſitis inter Vladiſlaum Vngariæ regem & Amurathem Turcarum imperatorem rebus omnibus, de modo ſanciendæ pacis ageretur, Turcæ iuramentum in Euchariſtiam à rege poſtularunt, id quod Gregorius Sanocæus, ſiue vt alij illum appellant, Sanicæus minimè faciendum eſſe docebat, ne arcana myſteria, quæ nulla ratione, niſi fide tantum pura, munita ſunt, infidelibus prodantur, multis quoq; alijs allatis rationibus. Conuentum tandem vtriq; eſt, vt in Euangeliũ Chriſtiani, in Alcoranũ Turcæ iurarent. Scriptis igitur eodem argumento, lingua tamen duplici, conditionibus pacis, eas inter ſe perpetuas inuiolatasq; fore, ſanctiſſimo vtriq; iuramento aſſeuerarunt. Teſtis eſt Bonfinius lib. 6. Decad. 3. & Publ. Callimachus lib. 2. de Clade Varnenſi. Ex hoc quoq; exemplo facilè colligi poteſt, quænam tuta atq; ſecura inter populos religione à ſe inuicem diſcrepantes fœderis pacisq;, ſi ita opus ſit, conciliandæ ac iuramenti concipiendi ratio iniri poſſit, ſi nimirum vtriq; parti ſecundum ſuam religionem atq; conſcientiam per ſua numina iurandi, fidemq; dandi libera poteſtas permittatur: id quod ab Ethnicis quoque ſæpè factitatum fuiſſe legimus.

Cæterùm inter omnia conuiuia fœderalia principem meritò locum auguſtiſſimum religioſiſſimumq; illud epulum Dominicum obtinet, in quo quidem Chriſtiani partim eiuſdem panis viniq; externa corporeaq; deguſtatione, partim vnius eiuſdemq; corporis ſanguinisq; Chriſti ſpirituali, quæ per fidem fit, communione, ſacroſanctum illud ſuum inuiolabileq; fœdus, quo & cum Deo & inter ſe ſunt coniuncti, ipſius Chriſti pretioſiſſimo ſanguine percuſſum, teſtari ſanctè religioſeq; ſolent. Et quænam ſanctior, religioſior, auguſtior fœderis, amicitiæ, charitatisq; noſtræ, qua cum Deo & nobiſcum inuicem coniuncti ſumus, atteſtatio ſanctiouè dici aut excogitari poſſet? Vnde apparet quàm diro inexpiabiliq; perfidiæ crimine ſeſe obſtringant omnes ij, qui datam hanc publicè in ſacroſancto illo conuiuio Deo hominibusq; fidem impiè nefarieq; frangunt, & cùm ipſum Deum ſcelerata flagitioſaq; viuendi conſuetudine, tùm homines quoſuis quauis data & oblata occaſione iniurijs violandi, odia, contentiones, inimicitias excitandi, ac pacem concordiamq; cùm publicam, tùm priuatam perturbandi, nullum finem faciunt. Quod ſi Chriſtiani ea, qua par erat, reuerentia aſſiduè ſacroſanctum illud epulum animis ſuis reuoluerent, non tot tantisq; odijs & inimicitijs mutuis flagrarent, & fœdera, pacem, amicitiam, fidem, concordiamq; mutuam, etiamſi nulla alia iuramenta ſanctionesq; intercederent, ſanctiſſimè religioſiſſimeq; obſeruarent atq; colerent.

Epulum Dominicũ inter conuiuia fœderalia principem meritò locum obtinet. Nota.

Etſi autem illa quoq;, de quibus ſuprà dictum eſt, prophana conuiuia atq; epulæ, quæ vt olim, ita hodie quoq; quibuſuis fœderibus pactisq; ſanciendis ac cõfirmandis adhiberi ſolent, minimè ſunt reprehendendæ, ſi moderatæ ſint atq; frugales: tamen culpanda vehementer & improbanda eſt luxuria atq; temulentia, quæ in illis plærunq; exerceri ſolet, qua fit vt ad infirmanda potius, quã confirmanda pacta atq; fœdera valeant. Interea igitur dum fœdera homines contrahere ſecum inuicem cogitant, Dei fœdus legemq; violant, & cum Baccho atq; Cerere, hoc eſt, cum ipſis dæmonibus fœda feraliaq; fœdera immaniſſimis illis ſuis compotationibus atq; helluationibus feriunt, & corpora animosq; ſuos turpiſſimè fœdant.

Conuiuiorum in fœderibus atq; contractibus quibuſuis abuſus.

Iam verò quid dicam de crebris illis immoderatisq; compotatiunculis quæ apud Germanos quibuſuis vel minimis leuiſſimisq; pactis atq; contractibus adiungi ſolent, quibus, vt experientia quotidiana docet, plus ſæpè pecuniæ abſumitur, quàm quanti res illa, de qua contractus fuit initus, conſtiterit? Vt nihil dicam de rixis, iurgijs, dimicationibus atq; fraudibus, quibus pacta, quæ ſatis firma videbantur eſſe atq; rata, inter immania illa pocula rurſus vel omnino reſcinduntur, vel infirmantur, ac in dubium reuocantur: indeq; forenſes lites, controuerſiæ, multæ, omnisq; deniq; generis damna conſequuntur. Quàm multa quoq; ſæpè inter ipſas compotationes iniqua, iniuſta illegitimaq; pacta contractusq; fiunt, dum aſtuti quidam fraudulentiq; homines alios qui ſimpliciores ſunt, compotatiuncularum huiuſmodi occaſione circumſcribere ac circumuenire, & amicitiæ ſpecie atq; ſimulatione bonis fortunisq; ſuis ſpoliare conantur. Teſtantur id fora atq; iudicia, in quibus plurima quotidie huiuſmodi pacta atq; contractus inter ſcyphos initi tandem cum maximo vtriuſq; partis dedecore atq; damno tractari diſceptariq; conſueuerunt.

Digitized by Google

Denique vt homines ad honesta legitimaque fœdera atque conuenta sancienda, honestis moderatisque symposijs vti solent, & etiam possunt saluo officio atque religione: ita contrà homines athei & epicurei sæpenumerò inter immanes suas epulas, postquam vino nimio obruti, omnem ferè mentis rationisque vsum amiserunt, sese inuicem impijs nefarijsque contra Deum, religionem, patriam, omnemque honestatem pactis fœderibusque obstringunt, vnde maxima mala atque damna nascuntur. Atque hæc quidem de illo conuiuiorum genere, quæ in fœderibus atque contractibus adhibentur, illorumque abusu satis sint dicta.

QVINTA CONVIVIORVM DIVISIO IN PVBLICA, ET PRIVATA. CONVIVIORVM PVBLICORVM nomina. De Syssitiorum quotidianorum fine. De Italorum, Cretensium, Lacedæmoniorum, Carthaginensium, Athenienſium Syssitijs. De Athenienſium Gymnasio, Romanorum collegijs & sodalitatibus, Pythagoreorum conuictu. De Christianorum ecclesiæ Apostolicæ communione victus. De Germanorum, Heluetiorum, Argentinensium, Scholasticorum, Gymnosophistarum Indorum veterum syssitijs.

CAPVT XXXI.

CONVIVIA *porrò non incommodè hoc quoq; modo videntur posse diuidi, vt alia dicantur publica, alia priuata.*

Publica conuiuia.

Publica conuiuia videntur illa esse, quæ vel ab vniuerso populo, siue ciuitate, vel certa illius parte in publicis locis, siue sacra illa sint, siue prophana, cùm symbolis collatis, tùm ex ærario publico, tùm vnius pluriúmue liberalitate, atque magnificentia agit ari consueuerunt. Hæc à Græcis ἑστιάσεις seu δεῖπνα δημόσια, & δημοτικὰ, hoc est, publicæ, siue populares cœnæ, necnon δημοθοινίαι, παρδαισίαι, ἐυωχίαι, θαλίαι, συσσίτια, teste Polluce, & Calio Rhodig. appellantur. Addit Pollux, σιτίσεις quoque non incommodè forsan eadem posse dici. Athenæus sub initium lib. 5. δεῖπνα φυλετικὰ, & φρατρικὰ, siue, vt alij legunt, φατρικὰ, hoc est, tribulia, atque curialia, necnon θιάσους, & ὀργεωνικὰ (de quibus suo loco pluribus) inter publica videtur recensere, quæ quidem omnia ad conuiuiorum priuatorum, quæ inter amicos priuatim fiunt, imitationem à legislatoribus dicit fuisse instituta. Latini conuiuium publicum quod in propatulo exhibetur, propriè epulum vocant, veteres epulam quoq; dixere in singulari numero. Paulus l. 122. D. de Legat. & Fideicon. lib. 30. epulum conuiuium plebi datum esse dicit.

Nomina Græca conuiuiorũ publicorum.

Epulum, siue epula.

Publica conuiuia duplicia.

Publica porrò siue popularia huiusmodi conuiuia rursus sunt duplicia. Alia enim sunt, quæ quibusdam tantum temporibus atq; festiuitatibus siue sacris, siue prophanis, siue solennibus, statis atq; ordinarijs, siue extraordinarijs cùm ab vniuerso populo, siue ciuitate, tùm certa illius parte agitantur, de quibus partim iam dictum est, partim plura dicentur. Alia verò sunt quotidiana atque perpetua, quæ vel ab vniuerso populo atque ciuitate in certas partes (cuiusmodi fuerunt Græcorum ἑταιρεῖα, φυλαὶ, atque φρατρίαι, Latinorum quæ illis respondebant, collegia, sodalitates, tribus, atque curiæ) diuiso: vel ab vna aliqua illarum partium quotidie celebrari consueuerunt.

Syssitia cur à legislatoribus instituta.

Plato quoq; in ficta sua Rep. victus communionem instituit.

Ac legislatores quidem sapientissimi olim publica huiusmodi & quotidiana conuiuia, συσσίτια Græcis vulgò dicta instituerunt, quò facilius ciues omnes in officio, in parsimoniæ, frugalitatisque studio, ac in primis in mutuo amore, beneuolentia, concordiaque continerent. Hinc Plato in illa sua, quam sibi finxit optima Repub. cùm bonorum omnium, tùm victus quoque communionem quotidianam instituit. Is in lib. 5. de Legibus, καθ' ἑκάστους, inquit, τόπους δεῖ εἶναι συσσίτια, ἐν οἷς κοινῇ τὴν δίαιταν ποιητέον ἅπασιν, hoc est, singulis in locis oportet esse syssitia, in quibus simul

Digitized by Google

simul est omnibus communandum. Aristoteles illam Platonicam quidem bonorum omnium, atque vxorum communionem ceu absurdam, & à ratione alienam, ac discordiarum potius, quàm concordiæ effectricem pluribus argumentis, in Politicis suis refellit, atque refutat, ac docet vsum, non possessionem bonorum debere esse communem, operamque dandam, ne quis ciuium victu indigeat. Idem tamen, περὶ συσσιτίων, inquit, συνδοκεῖ πᾶσι χρήσιμον εἶναι ταῖς κατασκευασμέναις πόλεσιν ὑπάρχειν, hoc est, syssitia communi omnium consensu bene constitutis ciuitatibus videntur esse conducibilia. Et eodem in libro: δεῖ τὸ μὲν πλῆθος τῆς πολιτείας ἐν συσσιτίοις κατανενεμῆσθαι, hoc est, multitudinem oportet in syssitia siue sodalitates esse distributam. Lib. 7. Polit. Aristot. quoq; syssitia approbat.

Nec verò vtilem solum verum etiam antiquam esse τῶν συσσιτίων τάξιν, Aristoteles probat, quorum omnium antiquissima vult fuisse Italica, à quibus reliquorum populorum syssitia fuerint deducta. Ferunt enim Italum quendam nomine, regem fuisse Oenotriæ (à quo postea Itali dicti sint, qui prius Oenotrij vocati fuerint) ac ab illo littus Europæ, quod intra Scylleticum, & Lametricum sinum est, Italiæ nomen accepisse. Hic Italus Oenotrios, qui antea nomades, atque pastores erant, agricolas effecit, ac inter cæteras leges etiam syssitia illis constituit: vnde etiam nunc syssitijs, atq; legibus nonnullis ab illo latis vtuntur. Syssitiorum antiquitas. Syssitia Italica Arist. lib. 7. Polit. cap. 10.

Post Italica antiquissima vult fuisse Cretensium syssitia à Minoe illorum legislatore instituta, quæ quidem illi ἀνδρεῖα appellarunt, de quibus sic Dosiadas lib. 4. Rerum Cretensium scripsit, teste Athenæo lib. 4. Lyctij (Lyctus vrbs fuit Cretæ, edito in loco sita, vnde & Lytbon quidam appellarunt, teste Stephano de Vrbibus, & Strabo lib. 10.) sic τὰ κοινὰ συσσίτια συνάγουσι, hoc est, communia conuiuia celebrant. Singuli decimam partem fructuum nascentium conferunt, εἰς τὴν ἑταιρείαν, hoc est, sodalitatẽ, siue collegium, & ad ciuitatis προόδους, id est, ingressum (forsan vel reditus, vel conuentum melius verteris) quas ciuitatis præsides postea in singulorum domos distribuunt. Diuisi autem sunt ciues omnes in ἑταιρείας, hoc est, sodalitates, siue collegia, & syssitij quidem curam gerit mulier, qua tres, quatuórue ex popularibus in ministerium sibi assumit, quorum singulos duo sequuntur serui ligna ferentes, quos καλοφόρους appellant. Sunt autem vbique in Creta binæ domus syssitijs destinatæ, quarum vnam quidem ἀνδρεῖον, alteram verò in qua hospites dormire solent, κοιμητήριον, quasi dicas, dormitorium appellant. In domo autem in qua conuiuantur, duæ primæ ponuntur mensæ ξενικαὶ, hoc est, hospitales dictæ, ad quas peregrini siue hospites, qui adsunt, accumbere solent, deinde mensa collocantur aliorum. Æqua singulis præsentibus portio apponitur, at iunioribus dimidium tantum carnis apponitur, qui nihil præterea ex alijs attingunt. Poculum deinde singulis in mensis aqueo humore mistum apponitur, ex quo communiter omnes bibunt, qui communi mensa vtuntur, ac post cœnam aliud quoque apponitur. Omnibus (πᾶσι, quidam παισὶν, id est, pueris legunt) communis miscetur crater, senioribus autem plus, si voluerint, bibendi potestas est permissa. Mulier περισπυδὰ τῆς συσσιτίας, quæ conuiuationi publicæ est proposita, optima ac delicatissima eorum, quæ fuerunt apposita, ex mensa palàm aufert, & ijs qui vel bellica virtute, vel rerum prudentia excellunt, apponit. Post cœnam de rebus publicis primum consultare solent, deinde rerum in bello gestarum mentionem faciunt, eosque qui viri & boni & fortes extiterunt, summis laudibus efferunt, iuuenesque ad probitatis atque fortitudinis studium extimulant. Hæc Dosiadas de Cretensium syssitijs. De ijsdem Pyrgion quoque libro tertio, νομίμων, id est, legitimorum Cretensium, hæc teste Athenæo scripta reliquit. Cretenses sedentes cibum aptè, atque decenter capiunt, cùm quia orphanis ἀβαμβάκευτα, non cocta in furno apponuntur, tùm quia his iuniores stantes ministrant, tùm quia cum laudibus facta dijs libatione, omnibus ea, quæ fuerunt apposita distribuunt. Dant autem filijs, qui iuxta patrum sedilia assident, dimidiam eius partem, quod viris est appositum. At verò vt orphani aquam portionem sortiantur, apponuntur ἀβαμβάκευτα, hoc est, non in furno cocta iusta mistione singulorum legitimorum. Aderant & sellæ peregrinæ, siue hospitales, & mensa tertia, quæ à dextra occurrebat ingredientibus ἀνδρεῖα, quam Iouis xenij, & xeniam, hoc est, hospitalem mensam appellarunt. Hæc duo illi historici Dosiadas, atq; Pyrgion, teste Athenæo, de Cretensium antiquis syssitijs literis memoriæq; prodiderunt. Cretensium ἀνδρεῖα. Pyrgionis testimonium de Cretensiũ syssitijs.

A Cretensibus porrò ad Spartanos syssitiorum huiusmodi consuetudinem promanasse inde vult colligi posse Aristot. lib. 2. Polit. cap. 8. quod Spartani antiquitus illa non φιδίτια, sed ἀνδρεῖα Spartanorum syssitia.

Digitized by Google

quæ voce sua, vti dictum est, Syssitia Cretenses olim insignierunt) appellarint. Idem Strabo quoque testatur lib. 10. Spartani igitur sua illa Syssitia antiquitus voce Cretica, Andria nominarunt, postea φιδίτια, cuius quidem posterioris appellationis à Plutarcho in vita Lycurgi triplex affertur notatio. Syssitia, inquit, Cretenses Andria, Lacedæmonij φιδίτια nominant, vel quod amicitiam & beneuolentiam concilient, quasi φιλίτια ἀπὸ τῆς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης, λ in δ commutato: (vnde Dionys. Halicar. lib. 2. illa non φιδίτια sed φιλίτια vocat, nisi sit mendum) vel quod ad frugalitatem & ad parsimoniam assuefaciant, à dictione φειδῶ deducentes: vel etiam priori diphthongo aliunde adiecta, vt nonnulli volunt, quasi ἐδίτια à diæta, & ἐδωδή, id est, esu fuerunt appellata. Hæc autem à Lycurgo, vt testis est Plutarchus in eius vita, & in Laconicis institutis, nec non Strabo lib. 10. & Aristoth. in Politicis, Athenæus lib. 4. primùm fuerunt Lacedæmone instituta, partim ad mutuam ciuium amicitiam, atque beneuolentiam tuendam, atque fouendam, partim ad illos frugalitati atq; temperantiæ assuefaciendum, quorum rationem hoc modo Plutarchus describit. Quò magis, inquit, luxuriam reprimeret, & diuitiarum æmulationem tolleret, tertium hoc & quidem pulcherrimum Syssitiorum institutum excogitauit. Voluit namque simul omnes in publico communibus, & præscriptis obsonijs, atque cibis vesci, non autem domi cibum capere, & in lectis, atq; ad mensas sumptuosas accumbentes, voracium instar pecudum semetipsos saginare, atq; ita simul cum corporibus animos mores q; simul emollire, atque corrumpere. Deinde hac victus communione, atque frugalitate effecit, vt πλοῦτος ἄσυλος, seu potius ἄζηλος, vt Theophrastus loquitur, καὶ ἀπλοῦτος efficeretur, hoc est, diuitiæ & opes non modò à rapinis tutæ essent, atq; liberæ, verumetiam despectæ, ac contemptibiles haberentur, cum illarum vsu ac ostentatione sublata ad vnam eandemq; mensam pauper simul atq; diues conuenirent. Quamobrem cæcus in sola hac ciuitate Plutus, iuxta illud Prouerbium: Cæcus iacuit, picturæ instar inanimus, & immotus. Neque enim licebat sumpta prius domi cœna repletos ad syssitia illa accedere, cum cæteri illum qui non secum edisset, atque bibisset acriter obseruarent, ac illum ceu intemperantem, & communis illius diætæ impatientem, male multarent. Itaque hoc instituto Lycurgus sibi maximum diuitum odium inuidiamq; conciliauit, & in vitæ discrimen fuit adductus altero amisso oculo, quem illi fugienti quidam Alcander nomine baculo excussit. Cœtus erant quinûm denûm, aut aliquantò his pauciorum vel plurium. Singuli conuictorum conferebant, vnoquoque mense farinæ medimnum, vini congios octonos, casei quinas libras, ficuum binas libras, & selibras: præterea ad esculenta parum admodum pecuniæ conferebant. Adhæc qui sacrificauerat primitias, vel qui venatus erat, mittebat portionem ad conuiuium: nam ei qui sacrificasset, vel venatus esset liberum erat domi cœnare, reliqui adesse cogebantur.

Hanc conuiuiorum consuetudinem diu mordicus retinuerunt. Quamobrem cum rex Agis ex bello, quo Athenienses deuicerat, reuersus domi apud vxorem cœnare vellet, portionem postulanti non miserunt Polemarchi: cui, quia postridie solennia sacra offensus non fecit, mulctam dixere. Syssitia illa pueri quoque frequentabant veluti gymnasia temperantiæ, omnisq; ciuilis disciplinæ, assuescere ibi vrbanis sermonibus, iocariq; comiter, ac sine scurrilitate cauillari, atque aliorum cauilla sine offensione excipere. Videbatur enim in primis Laconicum cauillum posse sustinere, impatienti autem licebat deprecari, cui parcebatur. Vt quisque intrabat, natu maximus commonstratis foribus, His, inquit, verba non egrediantur. Qui admitti desyderabant ad conuiuium hoc modo probari aiunt solitos. Quisque conuictor frustillum pastilli manu tenebat, id in vas, quod ferebat in capite minister, tacitus vt calculum iaciebat: qui probaret, simpliciter, qui reprobaret, manu valde compressum. Nam compressum perforati calculi vim habebat, nec si vnum tale reperissent, recipiebant aduentitium, volebant enim vt epularentur inter se læti. Eum qui ita erat reiectus κακάδα dicebant, κάδος enim vas nominabant, in quod frusta illa conijciebant. Inter pulmenta prima laus erat iuri nigro, ita vt neque carnes maiores natu peterent. Fama est quendam regem Ponti (Plut. in Lacon. institutis Dionysium Siciliæ tyrannum nominat) huius iuris gratia coquum Laconicũ comparasse, ac illi iussisse, vt nulli parcens impendio ius illud coqueret, coctum autem cum gustasset indignatum expuisse, tumq; ei cocum dixisse, Hoc ius parandum rex est ijs, qui in Eurota lauarunt. Postquam verò mediocriter biberunt, sine face domum se recipiunt. Non enim ijs permittitur tunc, neque etiam aliàs ad lumen quoquo versus incedere, quò assuescant noctu ac in tenebris con-

Phiditiorum auctor Lycurgus.

Syssitiorum apud Lacedæmonios ratio.

bris confidenter, & intrepidè ambulare. Hæc Plutarchus de Laconicis ſyſſitijs, in vita Lycurgi, necnon in libro de Lacon. Apophtegmat. & inſtitutis.

De eorundem origine & vſu præclarè ſanè eleganterq; Dionyſ. Halicar. lib. 2. Antiquitatum hunc in modum diſſerit. Nam de Curiarum ſingularum & ſacris, & epulis communibus à Romulo inſtitutis, verba faciens, τοῦτο τὸ πολίτευμα, inquit, δοκεῖ μοι λαβεῖν ἐκ τῆς λακεδαιμονίων ἀγωγῆς· ὥρᾳ τὰ φιλίτια κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὀνομαζόμενα, ἣν λυκοῦργος εἰσηγήσασθαι δοκεῖ παρὰ κρητῶν μαθών, καὶ μεγάλα τὴν πόλιν ὠφελήσας· ἐν εἰρήνῃ μὲν, εἰς ἀτέλειαν ἀναγων τὰς βίους, καὶ σωφροσύνην τῆς καθ' ἡμέραν δίαίτης, ἐν πολέμῳ δ' εἰς ἀνδρίαν, ὧν καὶ σωφροσύνην κατασήσας ἕκαστον τοῦ μὴ καταλείπειν τὸν ταξιάρχην, ὧ κὰ συνέσιτησε, καὶ συνέθυε, καὶ κοινῶν ἱερῶν μετέχειν, hoc eſt, Hoc inſtitutum mihi videtur deſumpſiſſe à Lacedæmonijs Philitia ſua (nota Philitia dici, quæ Phiditia vulgò nominabantur) ex more frequentantibus, quem Lycurgus à Cretenſibus (idem Ariſtot. viſum fuit) mutuatus videtur, magno ſuæ ciuitatis commodo. Nam hoc pacto ciues pacis tempore ad frugalem vitam, & moderatum victum inſtituit, in militia verò pudorem eis ingeßit, ne quis manipularem ſuum deſereret eorundem libaminum atque ſacrorum ſocium. De ijſdem Athenæus lib. 4. ex Dicæarchi libro, qui Tripoliticus fuit inſcriptus, hoc habet, Cœna primum ſeorſim vnicuique fuit appoſita, quæ nihil cum alio habebat commune, poſtea & placenta, quantam quiſque volebat, & potus, quoties cuique lubebat, datus fuit. Obſonium autem omnibus vnum & idem erat caro ſuilla elixa, aliquando autem exiguum præterea aliquid obſonij, ac præter id nihil aliud niſi ius, aut forſan etiam oliua aliqua, vel caſeus, aut ficus. Conferunt autem ſinguli in Phiditia farinæ tres ſemimedimnos Atticos, vini autem choas vndecim, vel duodecim, libram inſuper caſei, & ficuum, in obſonium obulos circiter decem Æginæos. Quomodo autem hæc phiditiorum antiqua frugalitas atque tenuitas tandem in luxum paulatim atque delitias deſierit, pluribus ibidem explicat.

Dionyſ. Halic. de origine & vſu ſyßitiorũ.

φειδίτια ſcribitur.

Præter Phiditia autem duo præterea fuerunt Laconicarum cœnarum genera, quorum vnum κοπὶς, alterum αἴκλον dictum fuit, quæ pluribus ab Athenæo deſcribuntur.

Κοπὶς, teſte Molpi in lib. de Lacedæm. politia, cœna fuit maza, pane, carne, olere crudo, iure, ficubus ſiccis, bellario, atque lupino conſtans, vt eſt apud Athen. lib. 4. In copidibus capras mactari, nec aliud præterea ſacrum animal; adhæc carnes vnà cum appellato phyſicillo diſtribui ſolitos fuiſſe, Athenæus Polemonis teſtimonio confirmat. Erat autem phyſicillus panis, ἐγχρίδι, id eſt, bellario ex oleo, melleq; confecto perſimilis, forma tamen magis rotundus. Copidas in Tithenidiorum feſto, de quo ſuprà, agitari fuiſſe ſolitas, ibidem Athenæus teſtatur. Hinc κοπίζειν idem quod κοπίδας ἄγειν, hoc eſt, copidas celebrare. Vide Athen. lib. 2. & 4. & Cæl. lib. 27. cap. 25. Videntur autem dictæ ἀπὸ τοῦ κόπου, id eſt, labore, quo ſe ante exercere ſolebant.

Copis.

Phyſicillus quid.

Αἴκλον à Lacedæmonijs necnon à Dorienſibus omnibus δεῖπνον, id eſt, cœnam fuiſſe appellatam, Polemon teſtatur, vt eſt apud Athen. lib. 4. vnde & συναικλείας vocarunt, τὰ συνδείπνια. ἐπαίκλα erant τὰ μετὰ δεῖπνον τεταγμένα, ſiue οἷον ὀπιχορηγήματα ἃ συντεταγμένα τοῖς φειδίταις αἴκλα. Horum epæclorum duplicem fuiſſe apud Lacedæmonas apparatum Athen. ibidem docet: verum de his ſuo in loco, vbi de ſecundis menſis atq; bellarijs agitur.

Aeclon.

Phiditiorum autem Cicero quoque luculentam mentionem facit lib. 6. Tuſcul. quæſt. hiſce verbis, Quid, inquit, victum Lacedæmoniorum in phiditijs nonne videmus? Vbi cum tyrannus cœnauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro quod cœnæ caput erat, delectatum: tum is qui illa coxerat, Minimè mirum, inquit, condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille, labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis. His enim rebus Lacedæmoniorum condiuntur epulæ. Quanquam hæc fabula aliter à Plutarcho narratur, vti ſuprà explicatum eſt. Ariſtoteles lib. 2. cap. 7. hæc Lacedæmoniorum Phiditia reprehendit, ijſq; Cretenſium ſyſſitia ſiue andria anteponit. Nam apud Laconas quilibet viritim conſtitutam partem conferre cogebatur, aut à Repub. prohibebatur. Quamobrem multi pauperes, quibus anguſta nimis erat res familiaris, à politiæ communione repellebantur, id quod erat contra legiſlatoris inſtitutum, atque propoſitum, qui conuiuia huiuſmodi volebat eſſe democratica ad ciues tantò arctiore amoris vinculo inter ſe conſtringendum. Verum apud Cretenſes ratio erat communior. Nam ex prouentu fructuum, pecorum, ex vectigalibus publicis, & tributis, quæ Periæci conferebant, vna pars ad res diuinas, & publica munera deſtinata

Phiditiorum à Cic. fit mentio.

Ariſtot. Lacedæmoniorum phiditia perſtringit.

Digitized by Google

erat: altera tribuebatur ſyſſitijs, ita vt ex publico omnes & mulieres, & viri, & pueri alerentur.

Cic. de Lacedæmon. et Cretenſium ſyſſitijs.

Cicero in Oratione pro Muræna ſimul & Laconicæ & Creticæ diætæ auſteritatem, his verbis perſtringit, Neque tamen Lacedæmonij authores iſtius vitæ, atque orationis (auſteræ) qui quotidianis epulis (ſic Phiditia appellat) accumbunt, neque verò Cretes, quorum nemo guſtauit vnquam cubans (nam vt Athenæus inquit lib. 4. ex Pyrgione, ἐν συσσιτίοις καθήμενοι δόσιτον) melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis, laboriſque diſpertiunt, Reſpub. ſuas retinuerunt, quorum alteri vno aduentu exercitus noſtri deleti ſunt, alteri noſtri imperij præſidio diſciplinam ſuam, legeſq; conſeruant.

Carthaginienſium ſyſſitia.

Celebria quoq; fuerunt Carthaginienſium ſodalitatum & collegiorum ſyſſitia, quæ Ariſtoteles in Politicis Laconicorum phiditiorum ſimillima fuiſſe teſtatur. Idem tres haſce politias, Cretenſem, Laconicam, & Carthaginenſem valde inter ſe ſimiles fuiſſe, & cæteris longè præſtitiſſe affirmat.

Athenienſium ſyſſitia.

Apud Athenienſes quoque publica huiuſmodi quotidianaque conuiuia in vſu fuerunt, quorum alia politica fuerunt, alia ſacra. Politica, cuiuſmodi fuerunt illæ quotidianæ Prytanenſium ſenatorum, necnon aliorum quorundam epulæ in Prytaneo, quarum crebra apud authores fit mentio, de quibus antequam dicam, operæpretium, propoſitoq; noſtro admodum erit conueniens, de ſenatus illius Prytanenſis ratione quædam præmittere.

Conuiuia Prytanenſia.

Senatus Athenienſis duplex.

Ac duplex omnino fuit Athenienſium ſenatus, vnus Areopagiticus ſine certo ſenatorum numero perpetuus, alter Prytanenſis, quingenarius, ſeu quingentorum virorum ſenatus (βουλὴ πεντακοσίων) vulgò dictus, qui quidem in decem claſſes quinquagenarias, ſeu quingentorum virorum fuit diuiſus. Vniuerſus namque populus Athenienſis in decem φυλὰς, hoc eſt, tribus diſtributus fuit, id quod cum multis alijs ex locis, tùm perſpicuè ex illis Herodoti verbis lib. 4. colligi poteſt, μετὰ δὲ τεσσαφύλους ὄντας ἀθαναίους δεκαφύλους ἐποίησε. Hoc eſt, Cliſtenes (de quo ibi loquitur) Athenienſes cum prius fuiſſent quatuor tribuum, fecit 10. tribuum. Tandem duabus additis, duodecim extitiſſe pollux teſtatur libro 8. Sect. 451.

Senatus Prytanenſis.

Populi Athenienſis diuiſio in tribus, φυλὴ, ἔθνος, φρατρία.

Singulæ autem hæ tribus (vt Romanorum tribus, quæ tres ab initio fuerunt, in decem curias) in tres rurſus partes fuerunt diuiſæ, quarum vna φυλὴ (quod vocabulum Latino tribus reſpondet) ſecunda ἔθνος, tertia φατρία, ſiue φρατρία fuit appellata: teſte Polluce, vel potius vnaquæque illarum partium tribus illis nominibus fuit inſignita, id quod ex illis Suidæ verbis colligitur, ἑκάστη δὲ φυλὴ πάλιν εἰς τρία διῃρῆτο: ὧν ἕκαστον μέρος, τριττὺς, καὶ φατρία ὠνομάζετο. Item, φασὶ δὲ τὸ αὐτὸ ἔθνος εἶναι, τριττύν, ἤτοι τὴν φρατρίαν, ἢ φρατορίαν. Eadem autem, gens, trittys, phratria, ſiue phratoria dicitur. Idem etiam Pollux videtur innuere, cùm inquit, εἰς τρία μέρη ἑκάστη φυλὴ διῃρῆτο, καὶ τὸ μέρος τοῦτο τριττὺς, ἔθνος, φρατρία vocabatur, id eſt, In tres partes vnaquæque tribus diuiſa erat, atque pars illa certia φυλὴ ἔθνος, φρατρία vocabatur. Singulæ porrò decem illæ tribus ſucceſſione quadam atque viciſſitudine, quæ ſortitò fiebat, per quinquaginta viros ex ſe delectos Rempublicam adminiſtrabat, idq; 35. dierum ſpatio, & amplius poſtquam nimirum duodecim tribus effectæ ſunt.

Tribus πρυτανεύουσα. προεδρεύουσα.

Tribus itaque illa, cuius 50. viri erant in imperio (quod illi πρυτανεύειν appellabant) προεδρεύουσα, & πρυτανεύουσα, Senatores autem ipſi 50. πρυτάνεις, tempus denique 50. dierum & amplius, quo illorum imperium fuit definitum πρυτανεία fuit appellatum, vt Suidas & Pollux teſtantur. Suidæ verba hæc ſunt, πρυτάνεις τὸ δέκατον μέρος τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων: πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα: ἐπρυτάνευον δὲ ἐν ἀλφαδοχῆς ἀλλήλαις αἱ δέκα φυλαὶ, κλήρῳ λαχοῦσαι.

Senatores πρυτάνεις. πρυτανεία.

Prytanenſium ἐπιστάτης.

Præterea 50. illi Senatores vnum aliquem ex ſe ſortiebantur principem, qui ἐπιστάτης τῶν πρυτανέων fuit dictus, qui quidem ærarij publici claues, atque Reipublicæ ſigillum cuſtodiebat, vnius tantum diei munere fungens. Hic vero Prytanenſium ἐπιστάτης ex vnaquaq; nouem reliquarum tribuum, quæ non in imperio erant, vnum aliquem ſortiebatur, qui ſimul omnes nouem numero πρόεδροι τῶν πρυτανέων dicebantur, quoniam πρόεδρευον τῶν ἄλλων ἁπάντων, vt Suidas inquit, hoc eſt primum in ſedendo locum occupabant, qui ſeptenos dies imperabant, & ex his ipſis nouem proedris vnum aliquem ἐπιστάτην ſortiebantur, qui dabat operam, vt omnia ſecundum legem fierent, & iudices de omnibus rectè edocerentur. Itaque duo erant ἐπιστάται, vnus qui ex Prytanenſibus, alter qui ex proedris ab illo ipſo Prytanenſium epiſtate ſorte eligebatur, Hæc Suid.

πρόεδροι τῶν πρυτανέων.

Prytanenſes

Prytanenses igitur hi senatores, penes quos summa Reip. iudiciorumq; erat potestas, singulis die- Prytanensium
bus in Prytaneo simul conuiuari solebant, in domo quadam rotunda quæ θόλος fuit appellata. senatorum con
Suidas, θόλος ὁ τόπος ἔνθα ἐδείπνων οἱ πρυτάνεις διὰ τὸ οἰκοδομεῖσθαι αὐτὸν στρογγύλον: & liuia.
Pollux, θόλος ἐν ᾗ συνεδείπνων ἑκάστης ἡμέρας πεντήκοντα τῆς τοῦ πεντακοσίων βουλῆς Tholus.
πρυτανεύουσα φυλή. Hoc est, Tholus est locus, seu ædificium rotundum in quo singulis diebus
Prytanenses illi 50. senatores simul cœnabant. Nec vero Prytanenses tantum hos senatores,
verum etiam alios quosdam in Prytaneo quotidie epulari solitos fuisse ex multorum scriptis con- Prytaneũ quid
stat. Πρυτανεῖον, inquit Pollux, καὶ ἑστία τῆς πόλεως παρ' ἣν ἐστιῶντο οἵτε κατὰ δημοσίαν πρεσ- & qui nã quo-
βείαν ἥκοντες, καὶ οἱ διὰ πρᾶξιν τινα σιτήσεως ἀξιωθέντες, καὶ εἴ τις ἐκ τιμῆς ἀείσιτος ἦν. Et tidie in illo ep
Suidas, Πρυτανεῖον, θέσμοθετον, θόλος. Παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις οἰκίσκος δημόσιος ἔνθα ἐστι- lari fuerint so-
ῶντο δημοσίᾳ τῆς ταύτης τιμῆς παρ' αὐτοῖς τυχόντες. Πεπαιδάκασιν δὲ καὶ τῆς τοιαύτης δω- liti.
ρεᾶς τυχεῖν: ὅτι γὰρ μεγάλοις καταθυμασι τὸν τοιοῦτον ἀπεδίδοντο χάριν: ἢ πυρὸς ταμεῖον;
ἔνθα καὶ ἀσβεστον πῦρ. Hinc Cic. lib. 1. de Orat. Socrates, inquit, in iudicio interrogatus, quam quasi
æstimationem commeruisse se maximè confiteretur: respondit sese meruisse, vt amplissimis honori-
bus, & præmijs decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos
apud Græcos maximus haberetur. Hinc Prytanei digna alimentis, Cælius lib. 3. c. 32. existimat di-
ci prouerbialiter posse, quæ cum virtute sunt perpetrata. Aristophanis Scholiastes in Pace Lam-
ponis testimonio probat, ὅτι χρησμόλογοι καὶ μετεῖχον τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως, id est, oraculorũ
interpretes victus illius Prytanensis fuisse participes. Aristoteles in libro de Mundo celebris hu-
iusce in Prytaneo conuictus luculentam mentionem facit, vbi diuersas ciuium in eadem vrbe vni
legi, seu imperio ac potestati legitimæ parentium actiones atque munia hisce verbis eleganter sa-
nè describit. Εφιπόμενοι γὰρ αὐτῷ (νόμῳ) δηλονότι ἐξίασιν, ἀρχοντες μὲν ὅτι τὰ ἀρχεῖα, θεσ-
μοθεται δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια; βουλευταὶ δὲ καὶ ἐκκλησιασταὶ εἰς συνέδρια τὰ προσήκοντα; καὶ ὁμοῦ τις εἰς τὸ πρυτανεῖον βαδίζοι σιτησόμενος, ὃς δὲ πρὸς τὰς δικαστὰς ἀπολογη-
σόμενος, ὁ δὲ εἰς τὸ δεσμοτήριον ἀποθανούμενος. γίνονται δὲ καὶ δημοθοινίαι νόμιμοι; καὶ πα-
νηγύρεις ἐνιαύσιοι, θεῶν τε θυσίαι, καὶ ἡρώων θεραπεῖαι; καὶ χοαὶ κεκμηκότων. Hoc est, Et ci-
ues quidem eam consectantes eiq; obtemperantes in medium; seu in publicum prodeunt. Principes
quidem ad prætorium se conferunt, Legislatores autem ad propria tribunalia: senatores denique
atque concionatores ad consessus sibi contributos conueniunt. Rursus is in Prytaneum it, cui sci-
licet id datum est, in eo publico vt victu epuletur: alter rapitur ad iudicium, causam vt ibi dicat:
in carcerem alius compingitur, vt supplicio illic afficiatur. Tùm verò epulones in ciuitate cele-
bres ad epulas legitimasq; conueniunt. Iam verò aguntur dies festi, iam ludicra solennia: iam an-
niuersaria sacrificia fiunt diuis, heroesq; ritu suo coluntur: postremò inferiæ mortuis inferuntur.
Prytaneum nonnulli dictum volunt quod in eo triticum (quod πυρὸν Græci vocant) seruaretur, Prythaneum
quasi πυρὸς ταμεῖον, teste Cel. libro 13. cap. 32. Plutarchus 4. Symp. prob. 4. eleganter sanè scri- vnde dictum.
bit Cimonem Athenien sem liberalissimum domum suam fecisse πρυτανεῖον κοινὸν, hoc est, publi- Cimonis Athe
cum Prytaneum, quoniam illos munificè crebroq; domi suæ epulo excipiebat, atque adeò domus nienſis domus
illius omnibus patebat. Athenæus libro 5. statim ab initio, συνδειπνων ὁσημέραι οἱ μὲν πρυτα- dicta est Pryta
νιν σύφωνα, καὶ στοιβεια τοῦ πόλεως συνδειπνα, hoc est, Cœnabant quotidie ij qui in Pryta- neum publicũ
neo versabantur cœnas moderatas, ac ciuitatibus salutares, ad quod Symposium Demosthenes dixit ciuitatis.
Elateæ occupationem fuisse relatam: nam vesperi accessit quidam ad Prytanes Elateam occu- Prytanensium
patam esse nuncians. Solon, vt idem testatur libro 4. Prytanensibus illis conuictoribus mazam, conuiuia quæ
hoc est, placentam iussit dari, diebus autem festis panem insuper apponi, Homerum, vt ille vult, lia.
imitatus, qui optimatum apud Agamemnona conuiuium commemorans, φύρτο δ' ἄλφιτα, hoc est,
miscebatur autem farina inquit. Idem paulo ante dixit Athenienses quando Dioscuris in Pryta-
neo prandium parabant, mensis imponere fuisse solitos caseum, φυσλω (fuit placentæ species) o-
linas maturas, atque porros, antiqui victus memoriam reuocantes. Plutarchus in vita Solonis
hanc in publico epulandi consuetudinem proprium Solonis institutum fuisse scribit, quod ille παρ-
εσιτεῖν appellauit: addit etiam illum non permisisse eidem frequenter illic epulari, ei verò, qui
illam epulandi licentiam sibi oblatam fuisset aspernatus, pœnam inflixisse, ratus illud qui-

dem esse auaritiæ, hoc vero contemptus atque fastidij publicorum. Hæc de Syssitijs Atheniensium politicis.

Syssitia Athenienſium ſacra Φρατρία.

Sed sacra quoque atque religiosa quædam apud illos fuerunt Syssitia, cuiusmodi fuerunt illa φρατρικά, hoc est, Curialia, & ὀργεωνικὰ quorum Athenæus initio libri quinti meminit. Φρατρία autem (quæ etiam φατρία, ab Homero & Dionysio Halicarnaß. φράτρη, à Suida & alijs φρατρεία fuit dicta) pars tribus (vnde etiam φυλὴ dicta est, vti supra est dictum) est quædam societas, siue sodalitas hominum ijsdem sacris communiter vtentium, qui quidem φρατρίεις, φράτορες, φρατῆρες, & φρατριασταὶ fuerunt appellati, quos Cicero lib. 2. de officijs, curiales videtur vocare, dum Cimonem, teste Theophrasto, in suos Curiales Laciadas hospitalem fuisse scribit. Hinc et capra quæ ab ijs immolari consueuit teste polluce, & ipse Iuppiter apud Aristoph. φράτριος, id est, Curialis fuit dictus, & locus ipse templumq, in quo sodales illi sacris suis operandi gratia conuenire solebant, φράτριον, siue φάτριον fuit appellatum: & pueri quorum nomina primum ascribebantur curiæ, (id quod teste Suida die tertio Apaturiorum κυριῶτις dicto fieri consueuit) εἰς τὰς φράτορας εἰσάγεσθαι & ἐγγράφεσθαι, hoc est, ascribi, & nomen profiteri inter Curules, siue Curulium albo ascribi vulgò dicebantur: & parentes qui filij nomen apud phratoras, hoc est, Curiales ascribi curabant, εἰσάγειν εἰς τὰς φράτορας παῖδα, & ἐγγράφειν apud Demosthenem & alios dicuntur.

Capra φράτριος. Iuppiter φράτριος. Φράτριον.

Φρατρία siue φατρία vnde dicta.

Ipsam autem sodalitatem φατρίαν, siue φρατρίαν alij quidem, vt Orus apud etymologum, & Suidas, volunt dictam quasi πατρίαν, siue πατρικὴν, quod eiusdem essent familiæ, alij verò ἀπὸ τοῦ φρέατος, hoc est, à puteo, quod vno quasi puteo vterentur, vnde etiam pagum ἀπὸ τῆς πηγῆς (quem πάγα Dores vocant) hoc est, ob vnius eiusdemq, fontis vsum volunt fuisse appellatum. φρατρίαν Curiam Latinè possumus vertere, quoniam Dionysius Halicarnaß. libro primo, comparans morem Romanorum Atheniensium instituto, tribum quidem Græcè φυλὴν φυλετικὴν, Curiam autem φράτραν & λόχον, tribunos plebis φυλάρχους & φυλοβασιλέας, Curiones denique, hoc est, Curiarum præfectos φρατριάρχους καὶ λοχαγοὺς verti posse existimat. In hoc autem est dißimilitudo, quod tribus Romanorũ in decem Curias, quarum vnaquæq, rursus in decurias, quarum præpositi Decuriones fuerunt dicti, tribus autem Atheniensis in tres solum partes fuit distributa, quarum φρατρία vna, aut etiam vnaquæq, diceretur.

Φρατρίαι Athenienſ. reſpondent Curijs Romanorũ

Phratriarum Atheniensium cum Curijs Ro. comparatio.

Quemadmodum igitur apud Romanos ex Romuli instituto, & Græcorum imitatione, vt testis est Dionysius Halicarnassæus, singulæ Curiæ peculiaria sua habuerunt & sacra, quæ communiter ex publicis ærarij sumptibus fecerunt Curionia sacra, teste Festo, dicta, (vnde Curionium æs, eodem teste, quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus) quibus ipsi Curiones præfuerunt, & peculiares Deos atque dæmonas, quos coluerunt perpetuò, & conuiuia publica, quæ singulis diebus festis simul agitarunt, peculiares denique focos, atque cœnacula (quæ singulis Curijs destinata & ipsa Curiæ fuerunt appellatæ.) in quibus partim rei diuinæ, partim epulis operam dederunt: sic apud Atheniensis quoque (nam à Græcis hic mos Dionysio videtur ad Romanos promanasse) singulæ phratriæ communia quædam simul & sacra, & conuiuia (quæ Athenæus φρατρικὰ δεῖπνα appellat) obire consueuerunt, in certis focis atque cœnaculis, quæ supra dixi phatria, siue phratria à Græcis appellari, quæ quidem à Dionysio πρυτανεῖα appellantur. Nam præter Atheniense illud omnium celeberrimum Prytaneum, omnia in genere loca, atque ædificia publicis sacris epulisq, destinata ataque consecrata πρυτανεῖα appellat, τὰ γὰρ καλούμενα πρυτανεῖα, inquit, παρ' αὐτοῖς (ἅλλοις) ὄντων ἱερὰ, καὶ ἀφωρισται παρὰ τῶν ἐχόντων μέγιστον ἐν ταῖς πόλεσι κράτος. Hoc est, In his enim Prytanea quæ vocantur sacrata sunt, & ad summum magistratum cura eorum pertinet. Ab his autem & Curialibus Romanorum, & phratricis Atheniensium sodalitatibus, Perionio & alijs illæ Gallorum Confrairies (quod nomen à φρατρίας voce, cum qua soni similitudine omnino congruit, videtur deriuatum) hoc est, opificum priuatis sacris communiter vtentium collegia, atque sodalitates videntur promanasse.

Δεῖπνα φρατρικὰ.

Vt Curiæ Romanæ in Decurias, ita Phratriæ Athenien. in γένη fuerunt diſtributæ

Quemadmodum autem Curiæ Romanæ à Romulo rursus in decurias fuerunt distributæ, quarum vnicuiq, suus præerat decurio, vti eum nominant, teste Dionys. Halicarnaß. ita singulæ phratriæ Atheniensis (quæ Curijs Romanis respondent) vt Suidas testatur rursus diuisæ fuerunt in triginta γένη vti vocabant, hoc est, genera siue familias, quarum vnaquæq, triginta viris constabat,

bat, qui γεννηται fuerunt dicti, hoc est, οἱ τῆ αὐτῆ γένυς κοινωνοῦντες, siue οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ ὁμώτυ γένους τῷ ξιάκου τῶν γενῶν, siue οἱ νόμῳ τινὶ ἔχοντες κοινωνίαν, interprete Suida; quos etiam ὁμογάλακτας antiquitus fuisse appellatos, idem author Philochori testimonio probat. Habuerunt ergo γεννηται quoque illi communia quædam & sacra, quæ Suidas ἱερὰ γενικὰ vocat, & conuiuia, vnde ὁμογάλακτες forsan, id est, collactanei quasi eiusdem lactis participes fuerunt appellati. γεννηται. ὁμογάλακτες

Quoad δεῖπνα ὀργεωνικὰ, quorum similiter Athenæus meminit libro quinto, ὀργεῶνες quidem in genere omnes qui sacris, reiq; diuinæ præsunt dicuntur, οἱ ἐπὶ τιμῇ θεῶν, ἢ ἡρώων συνιόντες, interprete Suida, cum ὀργιάζειν, vt idem inquit, sit τὸ θύειν, καὶ τὰ νομιζόμενα ὁρᾶν, ἢ παρὰ τὸ ὀρέγειν τοῦ χεῖρι: ἢ παρὰ τὰ ὄργια, (quæ alij ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, furore, alij ἀπὸ τῆ θύρᾳ, id est, monitibus in quibus præsertim celebrabantur; alij ἀπὸ τοῦ εἴργειν, id est, arcendo, quòd à sacris profani arceri debeant; dicta volunt) ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς ὀργάσι καὶ τοῖς ἄλσεσι δρᾶν, hoc est, Qui ob deorum, atque heroum honorem conuenirebant ab orgijs, hoc est, sacris mysterijs dicti, vel à verbo ὀργιάζειν, quod sacrificare & sacra instituere significat, vel quia inter sacrificandum porrigant, & extendant ambas manus: vel denique quod in orgadibus, in terris alicui deo sacris, aut lucis rem diuinam facerent, qui etiam ὀργιασταὶ fuerunt appellati. In specie autem vt ὄργια Bacchi sacra appellantur, ita ὀργεῶνες Bacchi sacerdotes, & ipsa cùm sacra, tùm epulæ ab illis communiter celebrari solitæ ὀργεωνικὰ ab Athenæo videntur dicta. ὀργεωνικὰ δεῖπνα. ὀργεῶνες. ὀργιάζειν quid & vnde dictum.

His addè δημοτικὰ δεῖπνα quorum Athenæus meminit, καὶ ἱερὰ, id est, sacra, quorum Suidas mentionem facit, cùm inquit, δημοτικὰ ἱερὰ διέφερον ἀλλήλων, καὶ τῶν ὀργεωνικῶν, καὶ τῶν γενικῶν. Δήμους Athenienses vocabant τὰς συνοικίδας, id est, coniuncta ædificia vicina vrbibus, vicos, siue pagos, quos Megarenses κώμας appellabant, teste Aristot. de poëtica, vnde comœdiæ ab illis primùm, vt nonnulli volunt, inuentæ nomen suum fuerunt sortitæ. Hinc δημόται qui eiusdem fuerunt pagi, siue vici, & ἐγγράφειν εἰς τοὺς δημότας apud Demosthenem in oratione contra Bœotum, in paganorum numerum ascribere, ex qua ipsa oratione constat apud Athenienses in nomine profitendo hunc fuisse seruatum ordinem, vt primùm, Apaturiorum nimirum tertio die, in Curialium siue phratorum numerum, deindè εἰς τοὺς δημότας, hoc est, paganorum numerum ascriberentur. Nam vt apud Romanos fuerunt tribus vrbanæ, & rusticæ, ita φρατρίαι, & δήμοι apud Athenienses. Δημόται ergo, vt ex his omnibus liquet, communia quædam & sacra, & sympolia habuerunt, quæ δεῖπνα καὶ ἱερὰ δημοτικὰ à Suida, & Athenæo appellantur. δημοτικὰ δεῖπνα. δήμοι quid. κῶμαι. δημόται.

His porrò adhuc commemoratis Phratricis, Genicis, Orgeonicis, atque Demoticis Athenienſium syssitijs, illa quoque philosophorum syssitia sunt annumeranda, de quibus sic Athenæus initio libri quinti disserit: Sunt & aliæ, inquit, multæ phylosophorum synodi, hoc est, conuentus, atque symposia in ciuitate, vt Diogenistarum, Antipatristarum, & Panætiastarum, quæ publicis sumptibus eorum qui huic vel illi sectæ fauebant, eiusq; propagandæ studio tenebantur, agitari consueuerunt. Legauit Theophrastus in eiusmodi conuentu, non vt intemperanter ageret vna conuiuantes, sed vt moderatè eruditeq; in symposijs disserere liceret. Curæ erat præterea ipsis philosophis, vt iuuenes statuto quodam ordine ad conuiuium secum adducerent: nam & Xenocratis lex erat in Academia, & Aristot. conuiuialia quædam instituta. Huiusmodi autem conuiuia cùm philosophicis disputationibus, tùm frugaliter celebrari fuisse solita ibidem docet, atq; confirmat partim Antipatri, Arcesilai, Zenonis, atq; Socratis exemplo, quorum ille conuiuas de Sophismatis disserere iussit, hic voraces quosdam liberè reprehendit, partim quòd illa Lacedæmoniorum phiditijs, atq; Cretensium Andrijs (quorum ibidem meminit) videtur comparare. Hæc eadem porrò conuiuia cùm in Academia, tùm in Lycæo, quæ duo fuerunt celebria Athenis loca philosophicis disputationibus destinata, celebrari fuisse solita, idem testatur lib. 4. Itaq; cùm quondam coquus ollam ad alium quendã vsum in Academiam intulisset, omnes τοὺς ἱεροποιοὺς id est, sacerdotes fictile illud fregisse narrant, cùm ollam inferri ipsis à decoro alienissimum esse videretur. Adhæc cùm alius quidam in Lycæo carnem salsam in salsamento pamisset, is tanquam improbè desiperet, loris cæsus fuit. Ex his similiter cœnarum illarum frugalitatem colligere licet. Tametsi dubium hic videtur an per duas has non admodum antiquas cœnas, quarum vnam in Academia, alteram in Lycæo dicit celebrari fuisse solitam, illas philosophorum, an alias quasdam solennes & sacras cœnas intelligat. Atque Philosophorũ syssitia. Philosophorũ conuiuiorum frugalitas & modestia. Loca hisce conuiuijs destinata

hæc quidem de Atheniensiũ cum politicis, tùm sacris & philosophicis syssitijs sint dicta, de quorũ in genere cœnis, atq; cõmunijs ob nimiã tenuitatẽ à poëtis irrideri solitis, vide plura apud Ath. li. 4. c. 3.

Naucratitarũ syssitia.

Apud Naucratitas quoque (Naucratis, teste Stephano, Ægypti fuit ciuitas à Milesijs condita, qui tum mari potiebantur, teste Strab. lib. 17) cùm quotidiè, tum solennibus quibusdam festisq; diebus cœnas in Prytaneo celebratas fuisse, testis est Athenæus lib. 4. Nam primò genethlijs vesta Prytanides atque Dionysiacis, nec non Apollinis Cumæi celebritate albis vestibus, quas Prytannicas nominabant, indutæ sacrificia, cœnasque in Prytaneo simul agitabant, quarum modum rationemque, certis legibus cibisque definitam Athenæus ibidem describit. Deinde verò cæteris diebus omnibus totius anni licebat vnicuique eorum, qui in Prytaneo pascebantur, si quis in Prytaneum ad cœnam accedere vellet, etiam alios, quos illi libitum esset cibos (id quod in paulò ante cõmemoratis festiuitatibus prohibitũ fuerat) nec non vini cotylam domo secum afferre. Mulieri autẽ præterquã soli tibicinæ in Prytaneũ ingredi, ac ne matulam quidem in illud inferre licitum fuerat. Ex his ergo constat apud Naucratitas quoq; publica quotidianaq; huiusmodi syssitia in vsu fuisse.

Collegia quid sint.

Illis porro Græcorum syssitijs, de quibus adhuc dictum est, non inepè Romanorum sodalitium, siue collegiorum epulæ videntur comparari posse. Sunt autem collegia, siue sodalitia, siue sodalitates (nam hæc vocabula plerunque confunduntur, vnde lege 1. Digest. de colleg. collegia, sodalitia & simili forma à Dione lib. 38. collegia ἑταιρεικὰ, id est, sodalitia appellantur, & Caius iurisconsultus sodales definit, qui eiusdem sunt collegij, quam sodalitatem Græci ἑταιρείαν vocant l. 4. Digest. de colleg.) certorum hominum eodem aliquo munere, officio, artificio, siue vitæ genere, atque instituto vtentium societas, cœtus atque coitiones, quæ à Græcis ἑταιρεῖαι, & in libris βασιλικῶν ἑταιρικὰ συνήματα appellantur. Illa autem sunt duplicia, alia quidem politica & prophana, alia vero sacra & religiosa.

Collegia politica.

Politica atque prophana collegia sunt, quæ ob ciuilem aliquem vsum sunt instituta, cuiusmodi sunt, exempli gratia, magistratuum atque iudicum, mercatorum, militum, agricolarum, artificum denique atque opificum certam aliquam artem facilitantium, vt pistorum, fabrûm, nauiculariorum & aliorum huiusmodi collegia, quæ quidem posterioris generis hominum collegia, à Numa fuisse instituta Plutarch. in eius vita, Vale. lib. 1. Plin. lib. 34. cap. 1. testantur, de quibus etiam Cicero in oratione pro domo, & in Sextiana mentionem facit.

Sacra collegia.

Sacra autem siue religiosa collegia illa sunt, quæ religionis ergò sunt instituta, cuiusmodi fuerunt sacerdotum, atque augurum collegia, siue sodalitates, quæ quidem variæ fuerunt atque multiplices, quibus addi possunt doctorum, philosophorum, atque poëtarum collegia. Nec vero communibus tantum gentium Dijs, verum etiam singulis Augustis, & imperatoribus suis, qui quidem à Senatu diuinos habere honores meruerunt, certos sacerdotes Romani sacrarunt, qui perpetuò tali diuo Augusto sacra facerent, qui quidem sodales cognominati sunt à nomine illius cui dicabantur. Hinc sodales Augustales, quos primos imperio constituto extitisse legimus, qui Iuliæ genti, Aureliani, qui, teste Iulio Capitolino, Hadriano, Antoniani, qui, eodem teste, Antonino pio, Heluiani, qui Heluio Pertinaci, Alexandrini, qui, vt testis est Lampridius, Seuero Alexandro fuerunt consecrati. Horũ similitudine hodie sodales appellari possunt, quos vulgò fratres vocant, vt sodales Dominicales, sodales Franciscani. Tale sacerdotium olim Tatio regi à Romulo fuisse dedicatum, testis est Cornel. lib. 18. Verum de his vide plura apud Lazium lib. 3. communis Reipub. Roma. cap. 14. vbi sodales antiquissimos nominat Titios à Titijs auibus, quas in augurijs obseruabant, dictos, secundos Diales, Quirinales, & Martiales: tertios Augustorum, de quibus modo dictum est.

Romani suis imperatoribus certos sacerdotes sacrarunt.

Sodales Augustales Aureliani Antoniani.

Collegia & sacra & prophana sua habuerunt conuiuia.

Sodales vnde dicti.

Omnia porrò illa collegia sodalitiaque siue sacra siue prophana communia plerunque habuerunt sympofia atque conuiuia cum solennia, tùm etiam quotidiana. Hinc sodales Augustinus vult dictos quasi simul edales, quod simul ederent, vel quod simul sederent in mensa, quod hodie in cœnobijs est videre: (hinc Apuleius asinum suum sodalem, quasi simul esitantem vocat) nonnulli tamen volunt sic dictos quod simul suaderent, quod commodum est, Isidoro sodales dicuntur qui ad symbolum conuenire consueuerunt (zächgsellen) quasi suadentes, aliâs quasi sedales. Hinc συσσίτια Græcè dicta nonnulli sodalitates, et συσσίτους sodales vertunt. Collegas autem nonnulli Iurisconsultorum eos propriè dici opinantur, qui simul habitant, quasi vnà se colligant. Alij, quod Alciato magis placet, ab eligendo volunt esse dictos, quasi in idem nunius coelectos diceremus, Alciat. de verborũ significatione: Varro, collegæ qui vnà lecti sunt.

Ac

Ac antiquissima quidem fuerunt illa Curiarum singularum (quæ etiam collegia & sodalitia dici possunt) sacra atque conuiuia à Romulo instituta, de quibus supra dictum est. Cato senior apud Ciceronem in lib. de senectute, sodalitates, inquit, me Quæstore constitutæ sunt sacris Idæis Magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus modicè. Tertullianus in lib. ad vxorem, Discumbit, inquit, cum marito in sodalitijs, sæpè in popinis, quo loco Rhenanus collegia, inquit, gentilium innuit. Eadem mensa sodales vtuntur vnde et Græcis ομοσιτια dictæ sodalitates. Quint. Et tempestiua conuiuia, & perui giles iocos, aduocata sodalium turba solutus atque affluens agerem. Ac omninò constat, vt Cuiatius lib. 7. cap. 30. obseruat. annotat, cùm ob factionum metum, tum vero atq; in primis ob comessationum & compotationum intemperantiam ceu maximorum malorum procreatricem, non quæuis à Romanis collegia fuisse admissa, sed illorum alia quidem licita, & legitima, alia verò illicita fuisse iudicata, nonnulla quoq; fuisse abrogata, qua de re et vetus fuit lex 12. tabularum & innumeræ constitutiones, leges, S. C. extant.

Curialium seu curarum conuiuia.

Romani non quæuis collegia admiserunt

Numa rex primus collegia artificum Romæ instituit, ac tibicinum quidem, aurificum, architectorum, tinctorum, coriariorum, fabrorum, figulorum (vnde Plin. 35 lib. de plasticæ et figulinis scribens, subiungit, propter quæ Numa rex septimum collegium figulorum instituit) collegia singularia esse voluit, reliquos vero artifices omnes in vnum collegium coëgit, singulis autem collegijs peculiares communiones, conciliabula, conuiuiaq; sacra assignauit. Hoc illius institutũ ad ciuitatis factiones tollendum, omnesq; ciues inter se conciliandum accommodatissimum fuisse fertur, testis est Plutarchus in vita Numæ. Hæc autem collegia à Tarquinio superbo primum sublata sunt, teste Dionysio Halycar. qui omnes populi cœtus prohibuit, atq; etiã ipsum senatum tollere est conatus, verum illo expulso rursus fuerunt in integrum restituta, ac diu durarunt: donec tandem senatus, & numero (erant enim circiter 500. & amplius) & potestate auctus plærag; collegia L. Cæcilio & Q. Martio Coss. sustulit, quæ aduersus Rempub. esse credebantur. Post nouem deinde annos, quàm fuerant sublata, P. Clodius, vt est apud Padianũ, legẽ tulit de collegijs restituendis, nouisq; in ciuitate instituendis. Vnde Cicero, collegia inquit, non solum quæ senatus sustulerat, restituta, sed innummerabilia quædam ex omni face vrbis, ac seruitio concitata. Postea imperio constituto, de his collegijs, atq; sodalitatibus variæ imperatorum Ro. constitutiones, ac S. C. extiterunt. Li. 47. Digestorum tit. de collegijs illicitis, præcipitur, vt collegia illicita, & noua dissoluantur: ibiq; Martianus scribit collegiũ fieri non posse nisi ex senatus consulti authoritate, vel Cæsaris. C. Iulius Cæsar simul atq; dictatura fuit potitus, collegia euertit, teste Suetonio in eius vita, suæ potentiæ tuendæ, & populi vires infringendi causa, quæ Augustus postea, cum potestatem suam stabiliuisset, ac in tuto, vt sibi videbatur, collocasset, restituit, quibusdam tamen, quæ non erant antiqua, & legitima, dissolutis. Nero, teste Tacito li. 14. illa omnia aboleuit, cui omnes cœtus hominum, atq; conuiuia ob illius tyrannidem fuerunt suspecta, ita vt noctu sæpè per vrbem oberrans obuios quosuis ex amicorum cœnis domum redeuntes ferire, atq; vulnerare sit solitus. Sic omnibus tyrannis populorum cœtus, societates, collegia valdè inuisa sunt, atq; suspecta, vnde Dionysius quoq; tyrannus, teste Plutarcho, omnem ciuibus amicos suos visendi facultatem adimere fuit conatus, illos, qui id officij amicis præstitissent, domũ redeuntes diripiendi, violandiq; licentia quibusuis permissa. Et religionis quidẽ causa, vt Cuiatius lib. 7. obseruat, c. 30. refert, tam exteræ, quã patriæ plerunq; collegia senatus, et principes P. R. permiserunt, lib. 1. Dig. de collegijs. Patriæ religionis collegiũ fuit Dendrophororũ (qui arbores cædebãt, et torrebant, Alciat. de verb. signif.) & collegiũ Centonariorũ, de quibus est tit. in C. Theodosiano. Et ne quis an ad religionẽ Paganã ea pertinuerint amplius dubitet hæc verba sufficient ex constitutione Honorij, & Theodosij ad populũ Carthaginensem de Paganis sacrificijs abolendis, quæ est l. 20 C. Th. de pag. sacrificijs et temp. Omnia loca, quæ Frediani, quæ Dendrophori, quæ singula quoq; nomina, et professiones gentilitiæ tenuerunt ephodia, vel sumptibus deputata, fas est hoc errore submoto compendia nostræ domus subleuare. Chiliarchas insuper uel Centonarios, vel qui sibi plebis distributionẽ usurpare dicuntur, censuimus remouendos. Chiliarchis iunguntur Centonarij. An igitur Centonarij pro Centenarij, vt l. 162. C. Th. de decur. et Hecatontarchæ Synodi sextæ in Trullo c. 61. Cẽtonarios Alciatus de verb. significat. vocat qui vilia artificia exercent, quorum artificum quam plures alibi nominantur. Permissa etiam sunt addit ibidem Alciatus Mastigophororum quos disciplinatos vocant collegia, quod rei sacræ causa conueniant ea & schola, & confratriæ appellantur.

Numa rex primus author collegiorum artificum.

Tarquinius superbus primus hæc collegia sustulit.

Pub. Clodius eadem restituit.

illicita collegia dissoluuntur.

C. Iulius Cæsar collegia euertit.

Nero omnia collegia abolenuit.

Tyrannis populorum cœtus inuisi sunt.

Collegia religionis causa permissa.

Collegia patriæ religionis.

Dendrophori.

Chiliarchæ Centonarij.

Mastigophororum collegia.

Exteræ religionis collegium fuit Iudæorũ.

Exteræ autem religionis, addit Cuiatius loco paulo ante citato, fuit Iudæorum collegium, quod inter legitima habuisse Cæsarem ex actis publicis Iosephus ἀρχαιολογίας decimo quarto his verbis refert, καὶ γὰρ γαιὸς καῖσαρ ἐν τῷ διατάγματι κωλύων διάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν μόνους ἰουδαίους οὐκ ἐκώλυσεν ἔτι χρήματα συνεισφέρειν, ἔτε συνδεῖπνα ποιεῖν. *Ait non prohiberi Iudæos stipem conferre, aut agitare conuiuia. Hæ collegiorum conditiones sunt.*

Collegia propter comessationes dissoluuntur.

Itaque l. 1. Digest. eodem tenuioribus, quorum collegia illicita non sunt, stipis collatio conceditur, & nominatim a Traiano apud Plin. libro 10. epist. de petitione Amisenorum, & authore Dione, à Claudio dum collegia dissoluuntur, nominatim de comessationibus exprimitur ne fiunt, & ea re ne sint popinæ, ne caro elixa, assaue, ne calida publicè veneant. Cui consequenter Nero quoque & Vespasianus ne quid veneat in popinis præter olera, & legumina, Et in eundem finem Amphilius Antiochensis vrbis præfectus apud Marcellinum libro decimo octauo, gulæ irritamenta, & ganeas tetras aliqua ex parte correxit. Namq; statuerat ne taberna vinaria ante horam quartam aperiretur, néue aquam vulgarium calefaceret quisquam, vel vsque ad præstitutum diei spatium lixæ coctam proponerent carnem, vel honestus quidam mandens videretur in publico. Fuit autem hoc collegiorum semper maximum vitium, quam ob causam etiam Franciscus rex Gall. edicto artificum collegia iustulit. Philo in Flaccum de Alexandrinorum collegijs, θιασοι καὶ πλὴν πάλιν εἰσὶ πολυάθροοι· ὧν κατάχει τὴς κοινωνίας ἀδὲν ὑγιὲς ἀλλ' ἀκρατῶ, καὶ μέθη, καὶ παροινίαι: *& initio libri primi,* τὰς τε ἑταιρείας καὶ συνόδους, αἱ ἀεὶ δὴ προφάσει τῆς θυσιῶν εἰσιῶντο πρὸς ἡδονὰς ἰμπαροινοῦσαι, διέλυε. *Ex his apparet collegia atque sodalitates ob comessationum & compotationum potissimum intemperantiam aliquando dissolutas atque sublatas fuisse. Hinc Augustus apud Philonem collegia, & coitiones Iudæorum (synedria quædam lex Codicis vocat, qua voce & Iudæorum doctores in suis libris vtuntur) ideò se permittere testatur, quod non sint crapulæ primùm, & vinolentiæ, deinde quod non seditionum nutricula, sed schola temperantiæ, & iustitiæ hominum summo ardore animi omne virtutis genus amplectentium. Ac omnino vt collegia atque sodalitates bene constitutæ atque moratæ ciuitatibus atque Rebuspublicis vtiles sunt, ac salutares, & ad mutuam ciuium amicitiam beneuolentiamq; fouendam plurimum habent momenti: Ita contrà si modo ratione, atque ordine certo legitimoque carent, ijs nihil est perniciosius. Ex illis enim compotationes intemperantissimæ, factiones, seditiones, monopolia, conspirationes nascuntur, quas consequitur plærunque vniuersæ Reipublicæ ruina, atque interitus.*

Ganearum correctio.

Iudæorum collegia cur permissa.

Collegia quomodo pernicio sa sint.

Collegia religionis specie quanta scelera peperierunt.

Quam multa præterea collegia religionis specie atque simulatione execrabilem impietatem, ac detestanda scelera, atque flagitia concepisse, atque peperisse legimus. Exempli luculentissimi loco nobis esse potest Romana illa Bacchanalium sodalitas, in qua circiter 7000. hominum teterrimorum scelerum, atque flagitiorum fuerunt conuicta, quæ quidem Romanis illam sodalitatem, festiuitatemque Romæ, atque in vniuersa Italia abolendi causa iustissima sanè fuit, id quod longo ante tempore Athenienſibus vir sapientissimus suaserat, cum nocturnos cœtus sibi mirum in modum suspectos esse diceret. Est autem obseruatione dignissima illa consulis Romani qui illam Bacchanalium abolitionem suaserat, sententia, Nihil, inquit, in specie fallacius praua religione, vbi Deorum numen prætenditur sceleribus, & cæt. Paulò ante Liuius de sacrorum illorum in Italia origine verba faciens, inquit: Additæ voluptates religioni vini et epularum, quo plurimum animi illicerentur: tum vinum & nox & misti fœminis mares, ætatis teneræ maioribus, discrimen omne pudoris extinxissent. Sic Pythagoreorum in Italia collegia plurimarum tandem corruptelarum, atque malorum causæ extiterunt, vt historiæ testantur. Huiusmodi quoque fuit fera illa & planè pastoritia atque agrestis Germanorum Lupercorum sodalitas, quorum coitio illa syluestris ante est instituta, quam humanitas, atque leges, vt Cicero dixit in oratione quo M. Cælio. Sic ab nullo genere, vt Cato censor apud Liuium inquit, non summum periculum est, si cœtus, & concilia, & secretas consultationes esse sinas. Atque hæc quidem de Romanorum collegijs, atque sodalitatibus, illarumque syssitijs sint dicta. Huc quoque militum conuictus, qui contubernium dicitur, referri potest, de quo supra dictum est.

Collegia religionis. Ioan. Decad. 4. lib. 9.

Nota.

Pythagoreorũ collegia causæ plurimorum malorum.

Sodalitas Lupercorum

Cœtus secreti, & nocturni periculosi.

Verum vt dira, & immanis fuit illa antiqua & superstitiosa Lupercorum, Bacchicolarum, vti

supra

supra dictum est, sodalitas: ita contrà pietatis, humanitatis, charitatisq; plenissima fuit illa Christianorum primigeniæ illius & apostolicæ ecclesiæ non sacrorum modo, religionisq;, verùm etiam bonorum victusq; communio atque societas, cuius sæpe in Actis Apostolorum fit mentio: Collegiũ Christianorum Apostolicæ ecclesiæ
de qua sic Lucas cap. 2. Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ, καὶ τὰ κτήματα, καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε, καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς, ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ ἀφελότητι καρδίας αἰνοῦντες τὸν θεὸν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν: *Id est, Omnes autem qui credebant conueniebant, siue coniungebantur.* Epulæ communes Christianorum.
Nam vt scitè Theophilactus interpretatur erant, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *i τόπῳ ἀλλὰ διαθέσει, καὶ γνώμῃ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀδιαστάτῳ συργῇ, hoc est, erant simul non loco, sed animorum affectionumq; coniunctione, & concordia, atque inseparabili beneuolentia. Tametsi vt animi, ita locis quoque erant coniuncti. Præterea, vt Lucas addit, habebant omnia communia, & possessiones, ac facultates vendebant, & dispertiebant ea omnibus, prout cuique opus erat. Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac frangentes domi, siue domatim (Theopilactus tamen οἶκον hoc loco ἱερὸν interpretatur, id est templum, ibi enim cibum capere eos solitos fuisse testatur) capiebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis laudantes Deum, & habentes gratiam apud populum. Item suprà dixit versu 42.* ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς, *hoc est, Erantq; perdurantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis, & precibus. Acceperunt hoc aliqui de vsurpatione instituti à Christo Sacramenti corporis & sanguinis ipsius: cum Hebraica phrasi in sacris literis trita & vsitata frangi panem significet distributionem, & vsum cibi, vti paulò post,* κλῶντες ἄρτον, *id est, frangentes panem, inquit Theophilactus,* τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐγκράτειαν καὶ λιτότητα δηλοῖ τῆς τροφῆς. Μετελάμβανον γὰρ τροφῆς, ἀλλὰ οὐκ ἐντρυφῶν, *id est, Magnam continentiam ipsorum, & parsimoniam indicat cibi. Cibum enim illi quidem capiebant, sed non delicatum neque opiparum. Hinc profectæ sunt quæ huc omnino referri debent illæ Christianorum ecclesiæ primitiuæ Agapæ, quæ illis Romanorum Charistijs vt nomine, ita re quoque ipsa aliquo modo comparari possunt, verum de his suo in loco plura. Hæc de syssitijs antiquorum temporum.* Agapæ.

Nostris verò temporibus eorundem exempla quædam non pauca reperire licet. Ac in Germania quidem superiore in democraticis præsertim Rebuspublicis comessationes publicæ & quotidianæ frequenti admodum sunt in vsu, vbi Basilicæ cum amplis cœnaculis publicæ in hoc extructæ cernuntur, quas vulgò à potatione gentilitia lingua appellant Trinckstuben / *hoc est, stufæ siue hypocaustæ potationi destinatæ, vocantur quoque* Gesellenhuß / *hoc est, sodalium domus. Apud Heluetios quidem huiusmodi syssitia quotidiana magno sunt in vsu, apud quos non festis tantum, atque solennibus diebus, sed quotidie magna ciuium pars post meridiem in tribunum publicis ædificijs ad compotandum conuenire solet, quæ quidem Symposia à tempore* Abentrüncken / *hoc est, vespertina appellantur. Huiusmodi quotidianæ ciuium coitiones atque compotationes, quia non modo ad luxum & ebrietatem, verùm etiam ad ambitionem suffragiorumq; corruptelam plurimum faciunt, tolli potius, quam tolerari debebant. Plurimi nanq; ciuium huiusmodi conuiuia obeunt, quò facilius sese in multorum gratiam insinuantes, publica aliqua munera atque honores adipiscantur, cum interea non modo res atque fortunas suas, verùm etiam tempus, corpus ingeniúmque suum perdant, ac se, vxorem liberósque suos extremæ egestati, ignominiæque immergant.* Collegia siue sodalitates Germanorum. Heluetiorum syssitia.

Sed in primis illustria, ac antiquis illis persimilia sunt quotidiana illa Argentoratensis Reipublicæ atque ciuitatis syssitia in publicis illis ædibus, quæ vulgò Ammeister stuben / *hoc est, stufæ siue hypocaustæ magistri populi, (qui summus est apud illos magistratus) appellantur. Singulis nanque diebus prandia, atque cœnæ publicæ in publicis illis cœnaculis, quæ ad Ammeisteri tribum pertinent, apparantur, ad quas quibusuis tàm ciuibus, quàm peregrinis patet aditus, singulis certum datur vini dimensum, certum quoque ac definitum est symbolum, quod singuli eorum qui ibi conuiuantur, pendere solent. Illis semper* Ammeister *atque* Stettmeister *(quorum ille* Argentinensis syssitia quotidiana.

Digitized by Google

plebeius, hic nobilis est magistratus) & qui dem vel ambo simul, vel alteruter certè illorum interesse cogitur, vt nimirum illorum præsentia conuiua in officio, atque modestia contineantur, omnisq; motus, atque tumultus cohibeatur. Nam, quemadmodum rectè sapienterq; dixit Aristot. libro 7. cap. 12. polit. ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀρχόντων παρουσία μάλιστα ἐμποιεῖ τοῖς ἀληθινοῖς αἰδῶ, καὶ τὸν τῶν ἀληθέων φόβον, Magistratuum præsentia maximè verum pudorem, atque ingenuorum metum efficit. Peracto prandio, siue cœna, collectisq; symbolis surgitur, atque disceditur.

Collegia scholastica.

Huc quoq; referenda sunt collegiorum scholasticorum συσσίνια in academijs vsitata, quæ Bursæ appellantur, vnde illud vulgò iactatum,

Regula bursalis est omni tempore talis,
Prandia fer tecum si vis comedere mecum.

Optandum sanè esset vt illa scholasticorum syssitia quæ plærunque sunt intemperantissima, ad temperantiam, frugalitatemq; ab academiarum moderatoribus reuocarentur.

Gymnosophistarum apud Indos syssitia. Nota.

Apud Indos similia videntur fuisse illa Gymnosophistarum syssitia, apud quos omnes adolescentes diuersis ex locis atque officijs ad prandium conuenire quotidie solebant. Magistri itaque antequam cibus caperetur, vnumquemq; interrogabant quidnam boni à lucis ortu ad id vsque diei egisset, qui nihil proferre poterat, is impransus ad opus foras extrudebatur. Laudabilis sanè hic fuit illorum mos imitatione dignissimus. His adde monachorum κοινόβια, de quibus supra dictum est. His postremò conuiuijs publicis, & quotidianis meritò videtur esse annumeranda illa Solis mensa Æthiopum quæ veterum historijs celebratur. Illa, teste Herodoto lib. 3. fuit pratum omnium quadrupedum assa carne refertum, quam per noctem singuli ciuium magistratus summa festinatione petiebant, & vbi illuxisset, cuilibet licebat illuc accedere epulatum. Indigenæ existimabant copiam epularum diuinitus suppeditari, & hanc idcirco Solis mensam nominabant, ad quam inspiciendam olim Cambyses misit legatos in Æthiopiam. Hanc Solinus Heliotrapezam vocat. De eadem sic scripsit Pomponius Mela: Est locus in Æthiopia paratus semper epulis refertus, & quia vt libet, vesci volentibus licet, Heliotrapezam appellant & passim apposita sunt, quia affirmant innasci subinde diuinitus. Eiusdem mensæ & S. Hieronym. in prologo veteris testam. & Pausanias in Attica meminerunt. Atque hæc quidem de antiquis, & hodiernis syssitijs satis sint dicta.

DE CONVIVIIS PRIVATIS AMICORVM, FAMILIARIVM, QVAE PER VICES AGITANTVR.

CAPVT XXXII.

Priuata conuiuia.

CONVIVIA porro alia dixi esse publica, alia priuata, de publicis dictum est, nunc de priuatis. Priuata conuiuia illa voco, quæ inter paucos amicos familiares, propinquos versantur, & cum quadam familiaritate, victusq; suauitate fiunt. Fuit enim hic mos antiquus, qui hodie quoque obtinet, vt amici familiares, cognati, atque vicini inter se mutitarent (vt antiquo vocabulo vtar) hoc est, mutua inter se per quasdam vices conuiuia amicitiæ tuendæ & conseruandæ gratia læti agitarent. Hæc à Græcis φιλικὰ, id est, amica dicta sunt, Germanicè **Freiind mäle**, eo quod nulla alia de causa nisi mutui amoris, amicitiæq; testificandæ, atque fouendæ gratia agitentur, nec non ἑξαμοιβαῖα, id est, vicissitudinaria, propterea quod per vices plærunque fiunt. Nonnulli etiam volunt huiusmodi conuiuij genus à Latinis circumpotationem, à Græcis ἐγκυκλοποσίαν appellari, cum tamen vtroque vocabulo potius circularis illa potatio, siue in orbem potandi consuetudo vt olim, ita hodie quoque vsitata significari videatur, de qua Cic. 2. de legibus: quidam etiam περίδειπνον, hoc est, funebre conuiuium volunt circumpotationem à Cic. dici de quo supra. Ad harum autem cœnarum, quæ inter amicos & necessarios agitantur, imitationem testis est Athenæus lib. 5. publica illa conuiuia, atque syssitia à legumlatoribus esse instituta, de quibus supra.

Huiusmodi porrò conuiuij exemplum admodum illustre extat in Iobi historia. Pij enim illius patien-

patientißimiq; viri liberi huiusmodi seſe mutuo conuiuijs per vices excipiendi consuetudine vſi fuerunt, de qua sic cap. 1. scriptum eſt, Solebant autem ipſius filij apparare conuiuia, quiſque domi suæ per vices dierum, ac missο nuncio (accerſebant) suas tres sorores, vt vnà ederent, ac biberent. Quumque per vices conuiuij exhibendi circulum absoluissent, Iob missο nuncio, & cæt. Sunt Hebræorum nonnulli qui existimant hæc verba non ita esse accipienda quasi singulis diebus per vices sympoſia inter se agitarint, neque enim id patrem permissurum fuisse, sed semel quoquo anno id factum esse. Quare enim, inquiunt illi, pro ijs sacrificia semper obtuliſſet, veritus ne peccarent, si craſtina die reparandum semper esset conuiuium? At Chaldæus, Nicolaus Liranus, & alij septem hebdomadæ dies volunt designari, agentibus illis conuiuia, donec hebdomada expleretur, septem diebus septem filijs adiudicatis. Chryſoſtomus præterea, & Olympiodorus mirabilem eorum fuisse charitatem teſtantur, quod non ad alios, sed ad suos diuerterent, nulla inter illos esset diſſenſio, ac nullus eorum sibi primatum vſurparet. Quod autem sorores vocarent, id argumentum esse illorum probitatis ac temperantiæ, quod non alienas mulieres introducerent. Verum mihi potius, pace tantorum virorum dixerim, ex quotidianis illis Iobi sacrificijs, & ex graui atque horrenda illa pœna, qua à Deo fuerunt affecti, certò videtur colligi posse illos luxuriæ, atque petulantiæ potius, quam probitati, temperantiæque in illis suis ſympoſijs operam dediſſe. Plura de his vide apud Lauaterum in pulcherrimis illius in Iobum Commentarijs. Conuiuia filiorum Iobi.

Huiusmodi conuiuiorum apud Homerum quoq; luculenta fit mentio. Οδ. α.

—— ἄλλας δ' ἀλεγύνετε δαῖτας
ἣ μὰ κτήματ' ἐδοντες ἀμειβόμενοι κ' ὄιχεσ.

In quem locum sic Euſtath. annotat: ὅτι παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἦσαν κ' οἶκοι συμπόσια τινα ἐν ᾧ παρ' ἑκάστοις χειμηλίων, vt indicat poëta his verbis. Et hoc erat ἔρανοι & ad quod conuiuij genus Telemachus procos adhortatur, quaſi diceret, ἰὰν δὲ φιλίαν ὁμονοητικὴν καὶ φιλαλληλίαν ποιεῖσθαι τὰς συνελύσεις ἔστιν ὑμῖν ἄλλως τε τοῦτο ποιεῖν ἐν τῷ ὑμετέρῳ· αἱ γὰρ τοιαῦται δαῖτες κοινωνίαν ἐποίουν τῷ τῷ καλουμένων δαιταλίων, ὅι παρ εἰσι δαιτυμόνες, θιασῶται, συμπόται.

Ad amica hæc conuiuia etiam ſolennæ illud Romanorum conuiuium 11. Kalend. Mart. celebri ſolitum, quod à ſuo fine Chariſtia nominarunt, referri poterit, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur, vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela esset orta, apud ſacra mensæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur, teſte Val. Max. lib. 2. cap. 1. Chariſtia Romanorum.

Ouid. in Faſtis.

Proxima cognati dixêre Chariſtia patres
Et venit ad ſocios turba propinqua Deos.

Eodem pertinere videntur mutua illa principum ciuitatis Rom. conuiuia, quæ inter ſe antiquorum ludis Megalenſibus agitare conſueuerunt. Et hoc eſt mutitare, id eſt, mutua agitare conuiuia vt Gellius exponit lib. 2. c. 24. quod Ouidius circumloquutione quadam poëtica expreßiſſe videtur 4. Faſtorum, vbi hiſtoriam Cybelis memorans ait, Principum conuiuia mutitare

Cur vicibus factis ineant conuiuia quæro. Sic apud Maronem.
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.

Turnebus in ſuis Aduerſarijs pro mutitare (quod & infrequens, & inſolens verbum) mutuitare exiſtimat legendum, vt mutuitare ſit mutuò conuiuia agitare. Mutitare tamen quidam retinent, quod epulas inter ſe mutarent, & viciſſim conuiuia conuiuijs.

Huiusmodi quoque fuerunt illa nobilitatis Rom. procerum, atque doctorum virorum conuiuia, quæ in ferijs Saturnalibus ſibi inuicem mutua comitate, ac grata quadam viciſſitudine præbuerunt, cum per omne feriarum ſpatium meliorem diei partem ferijs diſputationibus tribuentes, cœnæ tempore genio indulgerent, & conuiuiales ſermones plenos ſalium atq; iocorum inter ſe conſererent, vt teſtis eſt Macrob. lib. 1. Saturnal. de quibus plura infra. Nobilium & doctorum conuiuia.

Huc quoq; referri poſſunt illæ antiquæ Philoſophorum Athenienſium cœnæ, quæ non tàm compotandi, quàm ſimul philoſopandi ſtudio celebrari conſueuerunt, vt Athen. ſcribit li. 5. Philoſophorũ cœnæ.

Noſtris temporibus huiusmodi conuiuia apud Germanos præſertim frequenti admodum ſunt in vſu, quæ vulgò Schlegel appellantur, à nonnullis etiam Krantzle, vt à Gallis le bouquet, hoc eſt, corollæ, propte- Schlegel. Krantzle.

Digitized by Google

rea quod à conuiuatore corolla ei imponi ſolet, ad quem cæteros conuiuio excipiendi vices peruenerunt. Habent hæc conuiuia plurimum & iucunditatis, & vtilitatis, ſunt enim quaſi vincula quædam mutuæ beneuolentiæ atq; amoris, modo illa ſint temperata, atq; frugalia, caueatur nimius ſumptus, luxus, atq; petulantia. Atq; hæc de quinta conuiuiorum diuiſione in publica, & priuata.

SEXTA CONVIVIORVM DIVISIO IN SACRA, ET PROPHANA, DE EPVLIS SACRIS IVDAEOrum veteris teſtamenti, Chriſtianorum noui teſtamenti, de ſuperſtitioſis Ethnicorum epulis atq; ſacris, de horrendo feſtorum, epularumq; feſtiuarum apud Chriſtianos abuſu.

CAPVT XXXIII.

Conuiuia ſacra

SEXTO *illa diuidemus in ſacra & prophana, de prophanis ferè adhuc dictum eſt, nunc de ſacris. Conuiuia porrò ſacra ſiue religioſa illa appello, quæ vel in veri et vnius Dei, vel etiam in falſorum, & alienorum Deorum honorem, cùm religionis, tùm ſuperſtitionis ergò celebrantur potißimum feſtis, & quidem in locis ſacris & religioſis celebrantur. Hæc rurſus conuiuia duplicis ſunt generis, alia quidem verè ſacra, & religioſa, alia verò ſuperſtitioſa.*

Verè ſacra conuiuia quæ & quotuplicia ſint.

Verè ſacra & religioſa illa ſunt, quæ ab ipſo Deo ſunt inſtituta, & ad illius præſcriptum atque mandatum celebrantur, quæ quidem non tam ad ventrem, quam ad ipſam mentem ſalutaribus documentis, ceu ſuauißimis alimentis condimentisq; paſcendum, oblectandumq; pertinent. Hæc vero rurſus ſunt duplicia, alia enim ſunt veteris teſtamenti, alia noui.

Conuiuia veteris teſtamenti.

Quoad porro illa quæ ſunt veteris teſtamenti, illa fuerunt partim anniuerſaria atque ſolennia certis quibuſdam, atque ſtatutis temporibus, partim quotidiana: quæ vel quotidie, ac quouis tempore fieri ſunt ſolita.

Solennia ſeu anniuerſaria conuiuia.

Conuiuium Paſchale, & quotuplex eius vſus.

Inter ſolennia & anniuerſaria conuiuia facilè primum, & principem locum obtinet celeberrimum illud Paſchatis epulum, cuius deſcriptionem amplam habes Exodi 12. & alibi: quo quidem quotannis magna cæremonia inſtaurato partim accepti beneficij, hoc eſt, liberationis ex Ægypto memoria in Iudæorum animis inprimebatur, partim mentes illorum incendebantur ad beneficij multò amplioris expectationem, quod Chriſti beneficio erat conferendum. Fuit ergo duplex potißimum ſacri illius epuli vſus. Nam & ſpecialis illius Iudæorum ex Ægyptiaca ſeruitute redemptionis monumentum, & (qui quidem vſus longè fuit præſtantior) futuræ illius atq; vniuerſalis redemptionis, generis humani per Chriſtum factæ, nec non piæ ſanctæq; vitæ documentum fuit, de quo poſteriore operæpretium fuerit quædam dicere.

Agnus Paſchalis typus Chriſti.

1. Pet. 1.

Agnus ergo ille Paſchalis agnum illum Dei ἀγνὸν καὶ ἅγιον, hoc eſt, caſtum ſanctumq;, & vt eundem Petrus vocat, ἄμωμον καὶ ἄσπιλον, id eſt, omnis næui maculæq; expertem, à Ioanne Baptiſta digito demonſtratum, tollentem peccata mundi, hoc eſt, Chriſtum præſignificabat ſecundum etiam illud Pauli, Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

Agni ſanguis Chriſti ſanguinem ſignificabat.

Agni autem illius Paſchalis ſanguis liminibus aſperſus, qui ſæuientem gladium ab ædibus fidelium arcebat Chriſti ſanguinem pretioſiſſimum pro ſalute omnium profuſum ſignificabat, quo quidem omnium hominum, quorum ille cordibus per fidem aſpergitur, ſanguines, hoc eſt, ſcelerum flagitiorumq; ſordes eluuntur, cæliq; templa primorum noſtrorum parentum peccato clauſa rurſus aperiuntur, & immanis ille diuinæ ſeueritatis atq; iræ gladius, hoc eſt, mors æterna, in omnes infideles intentus arcetur.

Agni carnes aſſæ Chriſti mortem præfigurabant.

Agni porrò eiuſdem carnes non aquis elixæ, ſed ardentibus prunis aſſæ Chriſti cum paſſionem atque cruciatum, tum eximium charitatis ardorem deſignabant.

Cur celeritas adhibenda in edendo agno Paſchali.

Erant autem cum celeritate comedendæ, vt docerentur Chriſtum ceu verum animi pabulum inflammata fide, atq; animo eſſe comedendum, ardentißimaq; quaſi cupiditate vorandum, & in intimis animi viſceribus condendum, vt in illius ſimilitudinem rapiamur.

Quare oſſa nefas fuerit confringere.

Oſſa nefas erat conterere, vt eſſet teſtatum, poſſe quidem Chriſtum mortem oppetere, non poſſe autem virtutem illius atq; robur infringi. Erant oſſa cum reliquijs in ignem conijcienda, nihilq; in poſterum diem reſeruandũ, vt videremus ea, quæ mente capere nequimus, eò quod intelligentiam

noſtram

nostram superent, esse fidei quasi flammis, & incendio committenda, & simul intelligeremus, non esse tutum aliquid, quod ad veram animi synceritatem pertineat, differre atq; procrastinare. Azymi panes animi innocentiam, & integritatem significabant, secundum illud Pauli 1. Cor. 5. Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis. Septem continui dies quibus vesci fermentato nefas erat. Perpetuum vitæ cursum atq; spatium (quod numero septenario non incommoda ratione designatur) ab omni criminis contagio purum conseruandum esse demonstrabant. Herbarum agrestis amaritudo est dolor ex flagitiorum recordatione susceptus. Calcei induti, vestes accinctæ, & reliquus itineris confestim ineundi apparatus, & susceptæ in epulo celeritates docebant, nihil esse in re tanta cunctandum, nihil de die in diem differendum; sed omnem nobis quasi in procinctu stantibus celeritatem adhibendam, vt peccati fines relinquamus; & Pharaonis illius spiritualis, hoc est, diaboli hostis immanissimi nos pertinaciter insequentis sæuitiam fugiamus, & contento studio, cursu ad felicissimam iustitiæ, vitæq; æternæ hæreditatem properemus. Hæc atq; alia huiusmodi rerum maximarum mysteria sacrosancti illud epulum continebat. Hodie quoq; à Christianis festum illud Paschale licet non iisdem cæremonijs quibus antiquitus ad glorioſæ Christi resurrectionis memoriã gratis animis recolendam celebratur. Vnde Ostern, à Germanis contracta voce, hoc est, Oſtende resurrectio appellatur. In illo similiter conuiuia agitantur, quæ à Germanis Oſtermaal vulgò appellantur, quæ ferè ouis, & mellitis quibusdam libis coctis atq; placentis constant. Et plerisq; in locis cùm scholastici, hymnum illum canentes, Christe qui lux, &c. cùm cæterâ quoq; puerorum atq; puellarum turba ostiatim oua colligentes illa simul comedunt, id quod vulgò ôſterlen vocant. Ipsa verò oua quæ ab illis colliguntur ac simul comeduntur zumpfeltag appellantur, quasi ſymboltag, propterea quod illis ouis ceu symbolis collatis atq; collectis vnà epulari consueuerunt.

Azymi panes.

Herbæ amaræ.

Calcei, vestes.

Cur hodie festum Paschale à Christianis celebretur.

Paschale porrò illud festum atq; epulum vernum secuta fuit æstiua illa Pentecostes festiuitas, quæ in sacris literis etiam hebdomadum, necnon primitiuorum siue primitiarum festum appellatur, cuius descriptionem habes Num. 28. & Deut. 16. Illud similiter partim sacrificijs, ac nouarum frugum oblationibus, partim lætissimis epulis fuit celebratum. Ethnici quoq; fictis suis numinibus soliti sunt fructuum primitias, quas Græci vocabant ἀπαρχὰς, offerre. Vnde Tibullus lib. 1. eleg. 1.

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deos.

De quibus Porphyrius in libro περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων secundo ait: ῥᾴων γὰρ ὁ πόρος τῶν καρπῶν, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς, ἢ ὁ τῶν ζώων.

Pentecostes festiuitas.

Tertium deinceps secutum fuit festum autumnale Succoth, Græcè σκηνοπηγίας, hoc est, tabernaculorum dictum, quo septem diebus sub tabernaculis degentes vnà summo cum gaudio atque lætitia conuiuari consueuerunt, cuius mentio fit Leu. 23. & Ioan. 7. de hoc supra pluribus.

Festi tabernaculorum festiuitas.

Hisce verò & Paschæ, & Pentecostes atq; Tabernaculorum conuiuijs adde si placet Encæniorum siue repurgationum festiuitates atque epulas, quæ in templi, quod Antiochus polluerat, reconcinnati atq; repurgati memoriam agitatæ fuerunt die 25. mensis Cisleu, qui partim Nouembri, partim Decembri nostro respondet. Huc referendum epulum quod Salomon die dedicationis templi populo dedit 1. Reg. 8.

Encæniorum epulæ.

Item hisce addere potes epulas diei 14. & 15. mensis Adar (qui partim Februario, partim Martio nostro respondet) qui dies Purim, id est, sortium appellantur, propterea quod impius ille Aman sortilegijs visus vniuersos Iudæos illis diebus delere cogitarat, ex quo periculo Deus illos mirabiliter conseruauit. Itaq; ad tanti beneficij diuini memoriam conseruandam à Mardochæo atq; Estera institutum fuit, vt illi dies in posterum à Iudæis tùm in vrbibus quàm in pagis summa cum hilaritate atq; epulationibus mutuis, nec non donis vltro citroq; missis celebrarentur. Hinc dies decimusquartus μαρδοχαϊκὴ ἡμέρα, id est, Mardochaicus dies appellatur à Mardochæo nimirum. De his vide Esteræ historiam c. 9. nec non 2. Machab. c. vlt. Hodie quoque hi dies Purim sunt Iudæorum Bacchanalia, in quibus epulis, atque voluptatibus solent indulgere. Illis diebus legunt historiam Ester in synagogis ac quoties mentio fit Amani, pugnis, atque malleis scamna pulsant.

Dies sortium.

Deniq; & diei septimi, & Nouilunij epulæ huc sunt referendæ. Nam primò diem septimum cùm otio, tùm lautioribus epulis celebrare consueuerunt. Philo in libro de vita Theoretica, vitam quorundam qui rerum diuinarum contemplationi erant dediti, describens inter alia diem septimum

illis dicit τραπεζαν, καὶ τραπεζοφορον fuisse, in quo postquam cunarunt animam, corpus quoq; ex assiduis laboribus reficere, atq; recreare consueuerunt victu perquàm tenui: is fuit panis frugalis, obsonij loco sal, cui delicatiores addebant hyssopum, potus erat aqua ex flumine. Verùm Iudæos olim quoq; vulgò legimus septimum diem cùm epulationibus luxuriosis, tùm tripudijs lasciuis agitasse, de quo alio in loco pluribus.

Calendæ. Præterea in Calendis mensium cùm victimas pacificas Iudæos Deo obtulisse, tum conuiuia inter se agitasse ex sacris literis patet. Vnde Psa. 81. v. 3. Clangite in Nouilunio tuba: in operimento, in die (in honorem diei) festiuitatis nostræ. Hic notandum diem coniunctionis Solis & Lunæ, vnde menses suos inchoabant, & חדש Chodesch dici, quod tunc Luna quasi renouetur, & nouum lumen hauriat à Sole, qua de causa dies ille à Græcis νουμηνία dicitur. Deinde eundem diem primum vocat operimentum, propterea quod in coniunctione illa Luna tegitur à Sole ne conspiciatur. Sic Prou. 7. Ad diem operimenti, id est, Nouilunij veniet domum. Quanquam alij non incommodè de tabernaculo & tuguriolis, quæ frondibus tegebantur, intelligendum affirmant. Isidorus: Neomenia apud nos Kalendæ. Erant enim apud Hebræos ipsi dies Kalendarum ex legali institutione solennes, de quibus in Psalmo: Canite initio mensis tuba, in die insigni solennitatis vestræ. Eius rei illustre in primis testimonium extat 1. Sam. 20. v. 5. Ecce cras, inquit Dauid, Calendæ sunt, & sedendo sedere soleo apud regem ad vescendum. Et mox v. 15. Cras sunt Calendæ, inquit Ionathã, it aq; remoraberis, vacabitq; sessio tua. Legimus autem v. 27. postridie quoq; Calend. epulas fuisse á Saule exhibitas, cum tamẽ in Nouilunio dies secundus Dei verbo non fuerit festus. Eius duæ à Martyre in Comment. afferuntur causæ. Vna est, quod Leuit. cap. 7. præcipitur, vt siquid de sacrificijs pacificis superesset, in posterum diem ex eo aliud conuiuium institueretur. Verisimile itaq; est regẽ splendidè sacrificasse, cumq; omnes illæ epulæ consumi non potuerint priori die, ex illius reliquijs postridie fuisse conuiuatum. Altera causa erat, vt religiosiores, & sacrorum obseruantiores esse viderentur, quàm lex ipsa postulabat. Saul ergo, quamuis Dauid priore die non adfuisset, quod illum arbitraretur esse immundum, tamen postero die sperabat illum adfuturum. Nam si quis aut immundus fuisset, aut in itinere, cũ oporteret Pascha celebrare, is iubebatur mense secundo seorsim habere Pascha suum. Id illi transtulerunt ad alios festos dies.

Νουμηνία. Obseruabis hic præterea apud Græcos quoq; olim singulis mensibus certa quædam sacrificia atque conuiuia fieri fuisse solita, quæ νουμηνία fuerunt appellata, quorum Athenæus meminit. Suidas νουμηνία τὰ ὑπὲρ ὅλου τοῦ μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γινόμενα θύματα. Turnebus Aduers. lib. 3. cap. 4. In illud Virgil.

Bissenos cui nostra dies altaria fumant:

In magna, inquit, religione velut numinis potentissimi, & præsentissimi dictum est. Nam menstrua sacra Dijs maximis celebrari solebant, atq; ea erant feriæ religiosissimæ, cùm solennibus & anniuersarijs non satis esse putarent defungi sacris, sed memoriam cultus quot Calendis, aut Idibus renouandam putarent: ea sacra Graci vocant ἔμμηνα. Sophocles: ταύτην χορὸς ἵστησι, καὶ μηλοσφαγεῖ. Θεοῖσιν ἔμμην' ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις. Obseruabis etiam hîc Neomenias ab Horatio tricesima sabbata dici. eò quòd Iudæorum menses, vt Athenienſium, erãt 30. dierum. Sabbatum autem ab Horatio ponitur pro die festo, & neomenia tricesima sabbata vocantur, ad discrimen sabbati septimi. Hæc notat Turnebus lib. 15. Aduers. c. 19. Idem lib. 24. cap. 45. In illa Horatij:

Da Lunæ propere nouæ, Da noctis media.

Lunæ autem nouæ, inquit, cyathum poscit, quod mensis calendis vesperi epuletur, quæ festæ semper erant. Menses enim Luna olim ducebat, primáq; primus mensis dies habebatur: postea tamen ad cursum Solis ex Iuliani anni correctione exacti sunt, quod tametsi obtinebat Horatij ætate, tamen is è prima & nascente Luna mensis principium, vt mihi videtur, lib. 3. intellexit, cum ait:

Cælo supinas si tuleris manus,
Nascente Luna rustica Phidile.

Quod est, si Calendis deos precibus, & sacris placaris. Quod autem ait: Da noctis media, id verò facit, quia & Luna meminerat, & ad mediam vsque noctem epulari decreuerit, & Nox ritu Romano dea censebatur. Extat apud Hesychium prouerbium: σεαυτὸν νουμηνίαν κηρύσσειν, id est, Tibi ipsi Nouilunij diem, aut Calendas edicito: quod ductum est ab antiqua illa consuetudine, qua

sacerdotes

sacerdotes (penes quos olim omnis erat potestas, & à quibus omnis feriarum ratio petenda erat) præconis publici voce diem initialem mensis, quem feriatum habebant, in vulgus edere solebant. Vide Iunium in Adagijs. Adhæc apud Athenienses, teste Suida, nouilunijs serui vendebantur, belliq; duces creabantur, erantq; dies illi honorati, id quod Aristoph. testimonio probat. Sed ex eodem poëta colligi potest die 30. siue vltimo mensis, quem ἕνην καὶ νέαν appellat, moris fuisse eos qui non maturè fœnus aut debitum persoluebant, ceu ἀφόρους in ius vocare. Hæc Scholiastes in illa verba:

Εἴθ' ἡ γὰρ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Δέδοικα καὶ πέφευγα, καὶ βδελύττομαι
Εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔδει ἑνὴ τὸ καὶ νέᾳ.

Sic apud Romanos moris erat Calendis pecuniam & collocare in fœnore, aut quæstu, & exigere. Vnde tristes Calendæ ab Horatio appellantur lib. 1. Saty. 3. nempe debitori. De hoc more & Calendis, & Idibus (vnde Kalendariorum, & Iduariorum corpora videntur dicta) pecuniam exigendi consuetudine, vide P. Pithoeum Aduersar. lib. 2. cap. 4. Sic rustici nostri Martialia maximè timent, horrent, execrantur, quibus ad debitorum persolutionem coguntur. Ad Calendarum porrò siue Nouilunij epulas Hebræis, & Græcis vsitatas, non incōmodè meo iudicio referueris epulas Nundinarias, quarum mentio fit in l. Cùm societas. L. XIX. ff. pro socio, vbi sic legitur: Cùm societas ad emendum coiret & conuenirēt, vt vnus reliquas Nundinas, id est, epulas præstaret, &c. Cuiacius in alijs editionibus sic legi affirmat, vt vnus reliquas nundinarias epulas præstaret. Et c. x. hic fit nundinariarum epularum mentio, quales autem fuerint non explicat glossa. Nundinariæ epulæ fuerunt forsan, quas Germani vocant ein weyntaiff. *Hîc quoque simul notabis, vt prima mensis cuiusuis dies propter Nouilunium, sit quarta etiam, & septima sacra erat propter natalem Apollinis, hinc Scholasticis feriæ, vt Musis magis verentur propitijs. Atq; hæc quidem de solenibus illis atq; festiuis Iudæorum epulis sacris sint dicta.* Epulæ Nundinariæ.

Iam verò omnia in genere veteris Testamenti sacrificia, quæ non modò solennibus illis suprà commemoratis, verum alijs quoq; diebus offerebantur, nihil aliud fuerunt quàm epulæ quædam sacræ Deo hominibusq; communes, ad mutuam Dei hominumq; cōmunionem atq; societatem designandam per quàm accommodatæ. Nam cum semper inter eos qui cōmuni mensa vterentur summa fuerit necessitudo, Deus ad suam cum populo illo familiaritatem consuetudinemq; arctissimā testificandam sibi ab illo carnes, sanguinem, fruges in altari atq; mensa offerri voluit, non quod his indigeret, sed vt ostenderet se quæ si cōmunem in illo populo habere mensam, esse illius conuiuam perpetuum atq; ita familiariter cum ipsis habitare, & illorum consuetudine, & officijs delectari. Vicissim etiā se illis benignè velle facere, à quibus tam piè atq; amanter ad communem mensam inuitetur. Hinc & mensa siue altare, in quo dapes illæ Deo offerebantur, Domini mensa, & ipsæ dapes, Domini panis atq; cibus à Malachia appellantur. Deinde cum plerisq; sacrificijs coniuncta erant conuiuia, mutuæ hominum coniunctioni tuendæ atq; fouendæ destinata. Hæc quo facilius intelligantur, operæpretium fuerit pauca quædam de his sacrificiorum, siue sacrarum epularum generibus dicere. Conuiuia sacra quæ vel quotidie ac quouis tempore fieri sunt solita. Sacrificia ipsa fuerunt epulæ quædam sacræ Malach. 1. §. 7 & 12.

Fuerunt itaq; illa duplicis omnino generis. Alia enim enim erant ἱλαστικὰ, hoc est, propitiatoria, alia εὐχαριστικὰ. Sacrificiorum diuisio.

Quoad priora illa sic dicta sunt, non quod ipsa per se peccata expiandi, iramq; diuinam placandi vim obtinerēt, sed quòd essent typi illius verè ἱλαστικοῦ, hoc est, piacularis victimæ Domini nostri Iesu Christi, qua generis humani peccata deleta sunt, ac proinde Deus nobis reconciliatus fuit. Hæc verò rursus fuerunt duplicia. Alia enim offerebantur pro peccatis hominū vulgarium & priuatorum, alia pro peccata vel sacerdotis vel totius populi. Sacrificia propitiatoria quare sic dicta & quotuplicia sint.

Quoad illa quæ pro peccatis vulgarium hominum & priuatorum fiebant, in ijs totum quod offerebatur cedebat in vsum sacerdotum, quod in atrio in ipso die sacrificij comedebant, præter adipem, qui coram Domino incendebatur, & sanguinem, qui circa altare fundebatur. Hæc verò ipsa in duo rursus genera secari possunt. Aliud enim erat quod חטאת *Hathat dicebatur, quod genus sacrificij offerebatur pro peccatis ἀκουσίοις ex errore, aut ignorantia commissis. Interpretes Græci θυσίαν περὶ ἁμαρτίας, Germani* sündopffer *appellant. Alterum dicebatur* אשם *Ascham, Græcis θυσία περὶ πλημμελείας, καὶ πλημμελήματος quod offerebatur pro peccatis ἑκουσίοις, καὶ ἐκ προαιρέσεως, hoc est, data opera, siue de industria commissis.*

Iam verò quoad sacrificium, quod vel pro vniuersi populi, vel sacerdotis peccato offerebatur, illud ab Hebræis עולה olah dictum est, ab ascendendo quod eleuaretur super altare, odorq; eius in altum ascenderet in Dei conspectum, & Calil Psal. 51. à Celil, id est, consummatum est, eò quod totum igne consumeretur. Vnde à Græcis ὁλόκαυστον ὁλοκαύτωμα, & ὁλοκαύτωμα dictum est, sacrificium, vt Isidorus definit, quod totum igne consumitur dum offertur. Huic respondet Romanorum Proteruia, & Græcorum τελετὴ. Germani Brandopffer appellant.

Sacrificia Eucharistica. Cibarium Sacrificium.

Sacrificia porrò εὐχαριστικὰ erant tria. Primum מנחה minha, id est, cibarium sacrificium, quod erat multiplex, sed semper è frugibus constabat, non tamen eodem modo paratis. Eius species tres cõmemorantur, Leu. 2. Offerebatur enim far tostum in spicis aut farina siue simila munda nondum cocta, aut certè panis ex farina panis: qui sanè triplici forma siue ratione parabatur. Vel enim coquebatur in furno aut clibano: vel in cacabo aut sartagine, vel in frixerio crustularũ pleno. Accedebat his sal, oleũ thus vel vt auctarium & cõdimentum. Remouentur autem generali cautione ab omnibus sacrificijs mel, & fermentũ. Non enim admittebantur libæ mellæ. In epulo tamen Eucharistico admittebatur panis fermentatus ad esum. Proinde si quis offerret farinam, vngebatur ea prius à sacerdote oleo & condiebatur sale, mox ei imponebatur thus: inde volam plenã accipiebat sacerdos (in sacrificio pro sacerdote comburebatur totum) & adolebat in ara, reliquum sibi conseruabat. Et in omnibus quidem cibarijs oblationibus ponebatur thus, præterquam in sacrificio pro peccato, & in sacrificio ζηλοτυπίας. Sacrificio cibario connumerari possunt libamina. His enim vinum Domino fundebatur in sacrificijs. Est autem Christus vinum, potus & gaudium nostrum ad vitam æternam. Cibarijs item oblationibus annumerari possunt sacrificia primitiarum, primogenitorum, & decimarum. Græci interpretantur δωρεὰν θυσίαν. Germani Speysopffer.

Sacrificium pacificum.

Secundum erat זבח שלמים zebach schelomim, sacrificium pacis, siue pacificum, quo gratitudo propter accepta beneficia (quæ pacis nomine Hebraicè exprimũtur) declarabatur, Græcis θυσία σωτηρίας, Germanis Danckopffer. Fiebat cæsis vel bobus masculis, aut fœmellis sine discrimine, vel ouibus, vel agnis, vel capris.

Θυσία αἰνέσεως.

Tertiũ erat תודה thodah, θυσία αἰνέσεως. Ger. Lobopffer, quod differebat ab hostia pacificatũ, quod simul fiebat in hoc sacrificio & pecudũ mactatio, & oblatio libamentorũ confessionis causa.

Quæ partes ex his sacrificijs ad sacerdotes, & ad offerentes redierint.

Quod autem ad hæc gratulatoria, siue pacifica sacrificia attinet, illorum pars vna, renes nimirum & reticulum epatis, agna item cauda & omnis adeps coràm Domino comburebatur, pars altera nimirum pectusculũ, armus dexter, maxillæ sacerdoti cedebant, vt ijs hilari animo coràm Domino vescerentur, reliqua ad offerentem redibant, & mox illo ipso die debebant comedi. Quia verò nõ semper ad ea comedenda cum suis sufficiebat, qui illa obtulerat, solebãt ferè ad epulas eiusmodi inuitari vicini & amici, quibus omnibus liberum etiam latari licebat, modò id coràm Domino cum gratiarum actione facerent, & interea pauperum non oblìuiscerentur. Neq; mysterio mos iste carebat. Scimus enim Christũ in sacrificijs omnibus adumbratũ fuisse, qui vt pro nobis hostia aut victima expiatoria factus est: ita vnicus est omniũ, quæ à Deo nobis obtingũt, bonorũ mediator. Dum ergo ex victimis conuiuia instruere iubebat Deus, nõ obscurè testabatur, quod sua mensa cultores suos dignari, & eosdem per filium suũ, promissum humani generis seruatorem ad vitam æternã alere vellet. Idem ergo veteribus in sacris epulis adumbratum est, quod nobis cœna Dominica repræsentat, & ideo illi eandem escam spiritualem nobiscũ edisse dicuntur. Quòd verò ad sacerdotem, habuit ille, vt aiunt Hebræi, ex tribus victimæ partibus aliquam portionem. Nam ex trunco pectusculum habuit, ex cruribus armum dextrum, ex capite maxillas cum lingua. Neq; contemnenda est hac de re satis elegãs Origenis allegoria, qui pectusculum vbi sedes cordis est, significasse ait sacerdotum oportere sapientiam egregiam esse: maxillam & linguas, oportere illos recta & sana loqui, ac populum vera, & vtilia docere: armum verò dextrum, qui manus quædam est victimæ, vt benè agerent, & sanctè viuerent, atq; ita doctrinæ suæ salutarem authoritatem conciliarent. Quod si fuisset sacrificium pacificum pro Nazaræo dabatur insuper sacerdoti fœmur. Hæc de sacrificijs siue hostijs veteris Testamenti, quæ ipsa, vti dixi, fuerunt sacræ quædam epulæ cùm Dei cum hominibus coniunctionis testes & indices, tùm Christi, qui verus, salutaris atq; vitificus noster est panis, typi & figuræ.

Origenis de partibus quæ ad sacerdotes ex sacrificijs redibant, elegans allegoria.

Mysterium huius consuetudinis.

Porrò cum plerisq; sacrificijs coniuncta erant cõuiuia (vnde crebrò in sacris literis immolationis siue sacrificij vocabulum pro conuiuio etiam prophano vsurpatur) quæ quidem fuerũt duplicia.

Alia quæ

Alia quæ à solis sacerdotibus fiebant. Nam, vti suprà dictum est, & constat ex 6.c. Leu. sacrificia illa quæ offerebantur pro peccatis vulgarium hominum, & priuatorum, tota cedebant sacerdotibus, ex pacificis autem partes quædam, vt similiter suprà fuit explicatum. His itaq; sacerdotes in atrio in ipso sacrificij die simul vescebantur. In illis autem sacrificijs filij Heli sacerdotis duplici nomine grauiter peccarunt. Primò quod legitimis & debitis portionibus lege diuina præscriptis non contenti, ea accipiebant, quæ illorum animi libido suadebat. Deinde quòd partem suam præripiebant antequam adeps adoleretur.

Conuiuia sacrificialia & sacerdotum.

Alia verò fuerunt conuiuia, quæ à populo siue offerentibus summa cum hilaritate atq; lætitia, sicuti Deus iusserat, celebrabantur. Ad illa amicos & vicinos suos inuitabat, & in ijsdem Deus pauperum atq; peregrinorum, pupillorum atq; viduarum rationem haberi, omnesq; has personas ad conuiuiorum illorum communionem admitti voluit, vt scriptum est Deut. 14. & 16. 12. & Leuit. 7.

Conuiuia sacrificialia populi.

Huiusmodi autem epularum sacrificialium, vt ita loquar, plurima passim in sacris literis exempla occurrunt, vt 1. Reg. 1. Helcana dicitur sacra fecisse, & vxori, atq; filijs partes dedisse. 1. Reg. 16. Samuel Bethlehemitas ad sacrificiū inuitauit, in quo tamen noluit prius accumbere, quàm Dauidem regem consecrasset. 1. Reg. 9. mentio fit & sacrificij & conuiuij, quo Samuel Saulem, quem postea inaugurauit, honorificè excepit atq; tractauit, in quo duo obseruanda. Primò quod v. 13. scriptum est, inuitatos non antè cibum capere fuisse solitos, quàm ciborū facta esset consecratio. Deinde quòd v. 22. Samuel Saulem eiusq; puerum in cœnaculum introduxisse, & cùm locum eis in capite inuitatorum, qui erant 30. numero, assignasse, tùm coquo iussisse dicitur, vt Sauli armum apponeret. Duplici ergo illum honore affecit, primum loci, deinde cibi. Dat enim illi primum & supremū locum in conuiuio. Deinde armum illi iubet apponi, cuius rei duplex ab interpretibus affertur ratio. Prima, quòd cùm armus in sacrificijs pars esset sacerdotū propria, Samuel illum hoc symbolo admonere voluit, vt rex factus cum sacerdotibus cōiunctè viueret, ita enim beatum & florens futurum ipsius regnū. Secunda, quòd cùm armus maximè valeat ad onera ferenda, Saul cogitaret se non ad iocum, ad lusum, ad voluptates, sed ad maxima onera ferenda atq; sustinenda vocari. 3. Reg. 8. Solomon in templi dedicatione cùm sacrificia, tùm conuiuia 14. diebus celebrauit. 1. Par. 16. Dauid cum holocausta atq; pacifica offerendi finem fecisset, benedixit populo in nomine Domini, & singulis distribuit tostā panis, & partem carnis bubulæ, & frixam oleo similam. Similium epularum mentio fit Esd. lib. 2. c. 8. & lib. 3. c. 9. Nehem. quoq; 8. c. similis conuiuij sacrificatorij fit mentio, in quo pinguia comedisse, mulsum bibisse, & partes misisse magna cum lætitia dicuntur. Voluit namq; Deus illa conuiuia magna cum animorum hilaritate, remoto omni mœrore atq; tristitia agitari, vt eodem ex loco, & ex multis alijs manifestè colligi potest.

Exempla huiusmodi conuiuiorum sacrorum.

Armus cur Sauli in epulo datus.

Nec verò nisi peracta re diuina illis conuiuari licebat. Quamobrem impij illi Eli sacerdotis filij cùm in alijs, tùm in hoc quoq; grauiter peccasse dicuntur, quod partem suam præripiebant, priusquam Domino adeps adoleretur. Curabant, inquit R. Ben Gerson, prius suam mensam, quàm Dei. Nam sacrificium erat quodammodo mensa Domini, conuiuium quod sequebatur mensa seruorum. Vt autem sacrificia, sic conuiuia quoq; eodem in loco, nempe coram Iehoua, vt sacræ literæ loquuntur, hoc est, in tabernaculo siue in templo agitabantur, id quod constat ex Deut. 12. vbi prohibentur intra portas, hoc est intra priuatos parietes illa celebrare. De reliquijs quoq; illorum conuiuiorum eadem die comedendis, non reseruandis in crastinum, atq; etiam concremandis nonnunquam, diligenter eadem lege diuina cautum fuit, vt apparet ex Leuit. 7. cap. de quo suo in loco pluribus. Huc quoque referenda illa conuiuia, quæ ab Israelitis, Hierosolymam festa solennia profecturis, in ipsa vrbe, & in templi vestibulo celebrari solebant ex decimis, quas vnusquisq; de populo seorsim in suis horreis, eum ad vsum, separabat ac reponebat: ad quæ conuiuia Leuitæ, atq; sacerdotes inuitabantur, vt testis est Hieron. in cap. 45. Ezech. Fuerunt autem hæc conuiuia amoris Dei erga humanum genus maximi signum, quod nempe nullum ab hominibus officium exigit, cuius non in illos ipsos aliquis fructus redundet, ita vt cum illis ceu amicis suis omnia sua velit esse communia. Hæc autem meritò inter sacras epulas videntur referri, partim quia sacrificiorum erant appendices, partim quia non nisi sacris in locis fiebant, quibus respondent illæ Christianorum primitiuæ ecclesiæ ἀγάπαι, de quibus mox dicetur. Hæc sint dicta de sacris epulis siue conuiuijs veteris Testamenti. Sequuntur conuiuia noui Testamenti.

De tempore et loco huiusmodi conuiuiorum.

Conuiuiorum sacrorum finis & vsus.

Quemadmodum in veteri Testamēto principem facile locum, vti dictum est, inter omnia alia

Conuiuia noui Testamenti.

Digitized by Google

Cœna Dominica.

conuiuia sacra obtinuit solenne illud epulum Paschale, sic in nouo Testamento Dominicum illud nostrum conuiuium augustum sanè atq; magnificum, quod ab ipso Domino nostro Iesu Christo in illa ipsa nocte, qua à Iuda proditus fuit, post Paschale epulum institutum ac celebratum fuit, sua dignitate, vtilitateq; facilè omnia veteris Testamenti sacrificia, atq; conuiuia vincit, ac superat. Eius descriptionem claram, illustrem, & ἐμπερίσατον habes Matth. 26. Marc. 14. Luc. 21. & 1. Cor. 11.

Cyprianus de Cœna Domini

Quomodo autem hoc epulum noui Testamenti veteri illi successerit, egregia sunt hæc D. Cypriani verba, Cœna itaq; deposita inter sacramentales epulas obuiarunt sibi instituta antiqua & noua, & consumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum magister apponit discipulis, nec iam ad elaborata impensis, & arte conuiuia populi inuitantur, sed immortalitatis alimonia datur à cõmunibus cibis differens, corporalis substantiæ retinens speciẽ, sed virtutis diuini inuisibili efficientia probans adesse præsentiã. Sub finem, eiusdem epuli vsum fructũq; hîs verbis egregiè depingit, Hæc in Christi cõmemoratione retractãtur à fidelibus, & defæcatà animis carnis eius edulium non est horrori, sed honori, potuq; sancti & sanctificantis sanguinis spiritu delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, sed fide sincera panem sanctum frangimus, & partimur, dum quod diuinũ & humanũ est distinguimus & separamus, itemq; simul separata iungentes, vnũ Deum, & hominem fatemur, sed nos ipsi corpus eius effecti, sacramento, & re sacramenti capiti nostro connectimur, & vnimur, singuli alter alterius membra, ministeriũ dilectionis pro inuicem exhibentes cõmunicamus charitate, participamus solicitudine, eundem cibũ manducantes, & eundem potum bibentes, qui de petra spirituali profluit, & emanat, qui cibus & potus est Dominus noster Iesus Christus. Hæc diuinus ille Cyprianus diuinitus sanè de sacrosancto ac mystico hoc nostro epulo scripsit, quæ vtinã nos Christiani diligenter attenteq; consyderantes illo ad mutuam nostram cum Deo, & nobiscum inuicem communionem (qui quidem verus est illius finis, atq; vsus) tuendam & confirmandã veteremur, nec, quemadmodũ hodie proh dolor fieri consueuit, illo pacis concordiæq; symbolo ad odia potius, discordias, factiones, rixas atq; inimicitias mutuas impiè nefarieq; abuteremur.

Agapæ Christianorũ primitiuæ ecclesiæ.

Quemadmodum porro in veteri Testamento plerisq; sacrificijs adiuncta fuerũt conuiuia lætaficuti suprà est explicatum, ita quoq; Apostolicæ & primitiuæ ecclesiæ Christiani cum cœna Dominica coniunxerũt conuiuia, quæ quidem ab illis dicta sunt ἀγάπαι, hoc est charitates, eò quòd Christianæ erant charitatis symbola atq; tesseræ. Ad illa ditiores conferebant panes, vinũ, pecunias, & alia necessaria, & in illis diuites cum pauperibus promiscuè discumbebant, absentibus etiam mittebantur partes tanquam eleemosynæ. Harum epularum cùm in sacris literis, tùm in scriptis patrũ crebra admodum fit mentio. Ac primò quidem illas Apostolorum quoq; temporibus fuisse in vsu, cùm ex Act. Apost. tùm ex Petri, Iudæ atq; Pauli scriptis satis constat, qui illarum abusum, qui in ecclesiam irrepserat, grauiter perstrinxerunt. Harum mentio fit Act. 2. & 4. quæ à fidelibus Hierosolymitanis fuerunt vsurpatæ. Dubitant illis in locis interpretes num panis fractione atq; cõmunione, Eucharistiæ, siue cœnæ Dominicæ communio, an prophani cibi participatio sit intelligenda: meo iudicio cum epulæ fuerint cum cœna Dominica tunc temporis coniungi solitæ, rectè vtrunq; intellexeris. Iudæ autem Apostoli hæc sunt de ijsdem verba, οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι ἀφόβως, ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, hi sunt velutæ maculæ (Oecumenio cautes occultæ) in Agapis vestris, dum vobiscum conuiuantur absq; vllius metu, seipsos pascentes impudenter, absq; vlla vel Dei vel ecclesiæ reuerentia. De ijsdem sic Petrus 2. Epist. c. 2. ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν, Qui pro voluptate ducunt quotidianas delicias, labes ac maculæ, qui fraudibus suis se oblectant, dum vobiscum epulantur. Vetus interpres & Erasmus in conuiuijs suis verterũt, ac si ἀγάπαις pro ἀπάταις esset legendum. Sed videtur pulchra potius & elegans esse vocũ allusio, quæ significat illos ἀγάπαις, hoc est, fraternis illis conuiuijs πρὸς ἀπάτας, hoc est, ad fraudes & deceptiones mutuas abusos fuisse. Paulus similiter in 1. epist. 11. Corinthios acriter reprehendit eo nomine quod in illis ipsis conuiuijs non charitati, cuius quidem testificandæ, exercendæq; causa fuerant instituta, sed potius æmulationibus, odijs, dissidijs, gulæ, ventriq; studerent, adhæc pauperes contemnerẽt. Dubitari tamen potest an hoc conuiuij genus præcesserit apud Corinthios, an consecutum sit sacra mysteria. Chrysost. quidem apertè scribit consecutum fuisse, id quod veterum moribus atq; consuetudini videtur esse consonum, quia ieiuni ante cibum communem Christiani antiquitus sacramentum accipere consueuerunt. Vide Tertull. ad vxorem, Non sciet maritus quid secretò ante omnem cibum gustes.

Agápai huiusmodi Apostolorũ temporibus in vsu fuerunt.

Hæc

Hæc porrò conuiuia poſt Apoſtolorum quoq; tempora frequenti fuiſſe in vſu ex patrũ ſcriptis liquet. Tertul. in ſuo Apolog. c. 39. ea his verbis deſcribit, Cœnulas noſtras (agapas intelligit) præterquàm ſceleris infames vt prodigas ſuggillatis: & paulò poſt, Comeditur quantum ad famẽ valet depellendam, tantum bibitur, quantum ſatis eſt pudicis & caſtis, oratio auſpicatur & claudit cibum, confabulantur inter ſe quaſi Dominum præſentem habeant, qui audiat, cumq; ventum eſt ad aquam manualem & lumina poſita ſunt, tum prouocatur vnuſquiſq;, vt quantum è ſacris literis nouit, aut de ſuo ingenio poteſt, cantet, & diſſerat. Inde non egrediuntur ad vagationes, aut libidines, vt qui ſciant noctu quoq; orandum eſſe, ſed eſt, quaſi comederint aut biberint diſciplinam. Ex his Tertulliani verbis ſatis conſtat illa conuiuia antiquitus inter Chriſtianos ſumma cum pietate, caſtitate, atq; modeſtia acta fuiſſe, à quibus quantum noſtra conuiuia hodie diſcrepent, quid opus eſt multis verbis? experientia quotidiana id ſatis ſuperq; teſtatur.

Agapæ poſt Apoſtolorũ tempora vſitatæ.

Et tamen Ethnici vt ipſam cœnam Dominicam Chriſtianorum, ſic has quoq; epulas illius appendices tetris calumnijs, atq; conuitijs infamarunt. Ac ipſam quidem cœnam infanticidij crimine, ceu Thyeſteam cœnam traduxerunt, hoc verò epulum ſolenne Chriſtianorũ promiſcui, inceſtiq; conubitus nomine perſtrinxerunt. Vnde Tertul. lib. 2. ad vxorem: Quis ad conuiuium Dominicum illud, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione admittet? Idem ex Cæcilij illius impudentiſſimi Chriſtianorum calumniatoris verbis apparet. Quoad cœnam Dominicã, de illa ſic loquitur. Iam de initiandis tirunculis fabula, tã deteſtanda, quàm nota eſt infans farre contectus, vt decipiat incautos, apponitur ei, qui ſacris imbuatur. Is infans à tirunculo farris ſuperficie quaſi ad innoxios ictus prouocato cæcis occultisq; vulneribus occiditur. Huius (pro nefas) ſitienter ſanguinem lambunt, huius certatim membra diſperţiunt, hac fœderantur hoſtia, hac conſcientia ſceleris ad ſilentium mutuum pignorantur, hæc ſacra ſacrilegijs omnibus tetriora. Hac igitur calumnia Ethnici ſacroſanctam cœnam Dominicam deformare ſunt conati, quæ quidem paulò poſt Traiani tempora cœpit, & ad Conſtantini ætatem perdurauit. Tam tetri autem criminis ſuſpicio ex peruerſa atq; præpoſtera (qualis olim fuit Capernaitarum) verborum cœnæ Domini intelligentia, atq; interpretatione videtur nata eſſe ſicut è diuerſo narrat Auguſt. quoſdã aliquãdo exiſtimaſſe, à Chriſtianis adorari Cererẽ, & Bacchũ, cum audirent in eorum myſterijs tanti fieri panem, & vinum, neq; rem benè intelligerent. Vt nihil dicam quod Epiphanius narrat, quoſdã hæreticos, qui Gnoſtici, & Cataphryges, & Pepuziani appellabantur, ſe verò Chriſtianos mentiebãtur, cõmiſiſſe, quod Cæcilius hic omnibus Chriſtianis obijcit. Sequitur nunc altera calumnia de honeſto, religioſo, pudico, caſtoq; Chriſtianorum ſolenni conuiuio, quod ἀγάπην appellant. Et de conuiuio (Agape intellige) notum eſt, inquit ille, paſſim omnes loquuntur, id etiam Cirtenſis noſtri teſtatur oratio. Ad epulas ſolenni die coeunt, cum omnibus liberis, ſororibus, matribus, ſexus omnis homines, & omnis ætatis. Illic poſt multas epulas, vbi conuiuium ẽaluit, & inceſtæ libinis ebrietate feruor exarſit, canis qui candelabro nexus eſt, iactu offulæ vltra ſpacium lineæ, qua vinctus eſt, ad impetum, & ſaltum prouocatur. Sic euerſo, & extincto conſcio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis inuoluunt per incertum ſortis, etſi non omnes opera, conſcientia tamen pariter inceſti, &c. Hæc impudens ille canis in illud Chriſtianorum epulum conuitia euomuit, quæ M. Minutius Fælix in ſua Apologia, quam Octauium inſcripſit ſic refellit, Conuiuia non tantum pudica colimus, ſed & ſobria. Nec enim indulgemus epulis, aut conuiuium mero ducimus, ſed grauitate hilaritatem temperamus caſto ſermone, corpore caſtiore, plærisq; inuiolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius, quàm gloriantur. Tantum deniq; abeſt inceſti cupido, vt nonnullis rubori ſit etiam pudica coniunctio. Eandem calumniam Tertullianus quoq; antea refutauit, in ſua illa Apologia, de qua ſuprà: nec non Plinius in quadam ſua epiſtola ad Traianum, vbi inquit inter alia, Chriſtianos conuenire ſolitos ad capiendum cibum promiſcuum tamen, & innoxium.

Quibus calumnijs Ethnici cœnam Dominicam, & agapas eius appendices infamarint.

M. Minutius Felix hæc conuitia refellit.

Hæc conuiuia, vti ſuprà quoq; attigi, conſtat ex collectis (quæ & ipſa ἀγάπαι, nec non oblationes fuerunt appellatæ) hoc eſt, contributis donationibus fuiſſe agitata. Id ipſum ex illis quoq; Cypriani verbis colligi poteſt, qui in ſermone de Eleemoſynis viduam reprehendit locupletem, & auaram, quod de oblationibus Domino factis comederet, & ipſa nihil, vt loquitur, in Dominum inferebat. Hinc liquet pauperes, & diuites ſimul comediſſe de his quæ Domino, hoc eſt, pauperibus ceu Domini vicarijs offerebantur, ſiue ex mutuis donis, quas collectas & oblationes appellabant. Hoc nomine Lacedæmoniorum Phiditijs comparari poſſunt, quæ & ipſa ex mutuis collectis

Agapæ Chriſtianorum ex collectis mutuis agitabantur.

Digitized by Google

Agapārum descriptio ex Zonara & alijs.

promiscue inter summæ, & infimæ sortis homines agitari consueuerũt. De ijsdem luculenter sic scribit Zonaras in Can. 74. Concilij Laodiceni: *Antiquus mos erat post cõmunionem diuinorum mysteriorum συσσίτια, & συμπόσια, hoc est, coepulationes, & cõpotationes fieri, diuitibus epulas suppeditantibus & præterea pauperiores inuitantibus. Idem in Can. 2. Concilij Gangrensis docet huius modi epulas quæ per charitatem & dilectionem fraternã præparabantur pauperibus Agapas fuisse appellatas, quod essent mutuæ charitatis tesseræ, atq; symbola. Sic & omnia munera siue dona, quæ charitatis ergò exhibentur, eleemosynæ, hoc est, misericordiæ, & Agapæ, id est, charitates appellantur: vnde mẽdici hac stipem petendi formula vtũtur, vt faciamus ipsis charitatem. Hæc Zonaras de Conuiuiorum horũ nomine, fine, atq; vsu. Eorundem quoq; mentio fit in Constitut. Apost. Clementis li. 2. c. 22. vbi pluribus explicatur, quomodo in illis sacerdotes, presbyteri, presbyteræ viduæ, diaconi, lectores, cantores, ostiarij, sint portionum distributionibus honorandi. Eorundem meminit Clemens epist. 4. ad ecclesiam Hierosolymitanam. Huius consuetudinis Irenæus quoq; meminit lib. 4. Iustinus apol. 2. Orig. li. 3. Cõment. in Iobum, quam suo quoq; adhuc sæculo durasse August. testatur Nam lib. contra Faustum Manich. 20. c. 20. Nec sacrificia gentium vertimus, inquit, in agapas, sed sacrificium illud, quod paulò ante cõmemoraui, intellexim⁹, dicente Domino, Misericordiam potius volo, quam sacrificium. Agapæ enim nostræ pauperes pascunt siue frugibus, siue carnibus. Pascitur enim creatura Dei, de creatura Dei, quæ hominis dapibus congrua est. Vincentius quoque scribit lib. 23. c. 100. Ausbertum Rhotomagensem episcopum expletis cœnæ Dominicæ solennibus ciues in templum duci iussisse ad præparata conuiuia.*

Agapārũ abusus.

Hæc porrò conuiuia & bono animo atq; zelo ab initio instituta, nempe mutuæ charitatis fouendæ, atq; pauperum inopiæ, famis, sitisq; subleuandæ causa, & diu summa cum modestia, sobrietateq; agitari solita, tandem prauum in abusum, in luxuriam, lasciuiam, atq; petulantiam fuerunt conuersa. Concilij Laodiceni cap. 28. cautum est, ne illa in templis fierent, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκλινοῦς στρωννύειν. Hoc est, Non oportet in basilicis seu ecclesijs Agapem facere, & in domo Dei manducare, vel accubitus sternere. Idem postea Carthaginensi concilio statutum fuit. Temporibus August. in æde Fœlicis Martyris epulæ hæ parum sobriè celebrari fuerunt solitæ, à quo quidem luxu atq; luxuria Pontius Paulinus episcopus Nolanus historiam vtriusq; Testamenti, nec non sanctorum imaginibus in parietibus depictis sui temporis atq; diocæseos homines auocare est conatus. De ijsdẽ extant quoque canones Constantinopolitani, quæ quidem nunc omnino in desuetudinem & obliuionem abierunt. Hæc de Agapis quæ quoniam & cœnæ Dominicæ fuerunt quasi comites & sacris religiosisq; in locis & quidem summa cum pietate castitateq; celebrari solitæ (vnde disciplinæ à Tertulliano appellantur) non dubitaui illas inter sacras, religiosasq; epulas referre.

Agapas in templis celebrari prohibitum.

De superstitiosis epulis.

Adhuc igitur de sacris & religiosis epulis dictũ est, nunc de superstitiosis. Ethnici namq; à veri Dei cognitione, religioneq; auersi Iudæorũ κακοζηλίαν, hoc est, peruersa præposteraq; imitatione cũ sacrificia, tùm epulas quasdã in fictitiorũ suorum deorũ seu dæmonũ potius honorẽ instituerũt, quæ ab illis nõ modò vanissima superstitione, verumetiam effrænata libidine atq; luxuria diebus festis, siue ferijs celebrari consueuerũt. Festis enim, vt inquit Macr. lib. 1. Satur. c. 16. insunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ, & paulò post: Sacra celebritas est, vel cũ sacrificia dijs offeruntur, vel cũ dies diuinis epulationibus celebratur, vel cum ludi in honorem aguntur deorũ, &c. Hinc ferias ipsas nõnulli, vt Festus, à feriendis victimis appellatas volunt, alij, vt Macrob. à ferendis epulis, propterea quod in ijs epulæ fiebant ex pecudum fructuumq; prouentibus. Ex his igitur cõstat Ethnicos certos quosdã instituisse in deorum suorum honorem dies, in quibus illos partim sacrificijs, partim epulationibus, partim deniq; ludis coluerunt. Verùm iuuat hic paulò copiosius Iudæorum morem, cum Ethnicorum consuetudine conferre, ex quo epularum illarum superstitiosarum ratio melius patebit.

Feriæ vnde dictæ.

Festiuitatum Iudaicarum, et Ethnicarum comparatio.

Primo igitur quemadmodum Iudæi ex diuinæ legis præscripto certos quosdam atq; solennes habuerunt dies, quibus remoti ab omnibus alijs negotijs soli rei diuinæ operam dederũt, sic Ethnici quoque cõmentitiorum illorum suorum deorum honori certos quosdam dies consecrarunt, vt paulò antea dictum est. Deinde vt apud Iudæos sacri festiq; illi dies partim sacrificijs, partim epulis fuerũt celebrati, sic Ethnici quoq; suas ferias partim sacrificando, partim epulando transegerũt, id quod duplex illa paulò ante allata vocis feriarum notatio satis indicat. Addiderũt autem ludos, vt ex Macrobij verbis constat, qui Iudæis lege diuina fuerunt prohibiti. Præterea vt & Iudæi cum sacrificijs gratulatorijs

Digitized by Google

gratulatorijs epulas, & Christiani (Iudæorum, vt videtur, imitatione) primogeniæ ecclesiæ cum cœna Dominica (quæ sacrificijs illis successit) suas illas ἀγάπας, hoc est, cœnas charitatis, pietatisq; plenas coniunxerunt, vti pluribus explicatum est, sic apud Ethnicos quoq; sacrificiorum quasi individuæ comites fuerunt epulæ, vt passim ex plurimis literarum monumentis constat, quas Paulus dæmoniorum poculum (quo libationes proprie intelligit) atq; mensam appellat 1. Cor. 10. à quarum communione fideles acriter dehortatur. Ac vt de sacrificijs, de quorum varijs generibus, atq; ritibus aliàs forsan dicetur, nunc taceam, epulas Ethnicorum sacras seu potius superstitiosas, cum Iudæorum illis epulis libet comparare.

Collatio superstitiosarũ epularum quæ apud Ethnicos post sacrificia instituæ fuerunt, cũ sacris Iudæorum conuiuijs.

Primò igitur vt Iudæi post peractũ in altari sacrificium, de partibus seu reliquijs sacrificij instruere mensas atq; solennes illas suas epulas consueuerunt, sic Ethnici ex reliquis hostiæ partibus siue membris cœnam apparabant, quibus, qui sacris interfuissent, vesci licebat. Hæ partes, siue portiones à Græcis μερίδες, à Latinis interdum Missæ fuerunt appellatæ. Festus quoq; testatur omniũ carnium sacrificatarum partes Strobula Vmbronum lingua fuisse appellatas. Has autem cũ præsentibus distribuere, tum absentibus quoq; mittere consueuerunt. Est (vt testis est Aristoph. Scholiastes in Plutũ, in illa verba, τῷν δὲ τὸ κρέδιον τῷ ἐνδοθὲν τις εἰσέρχεται λαβὼν) annotat οἱ δὲ θυσίας ἰόντες ἔφερον ἐξ αὐτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις κατὰ νόμον τινα, hoc est, ex legis præscripto illis, qui ex sacrificio domum redibant, portiunculam aliquã domesticis afferre, & impertiri fas fuit. His adde quod sæpè carnes quæ ex epulis illis sacris reliquæ fiebant, in macello publicè vendebantur, & ex his collecta pecunia ad sacerdotes redibat, cuius sanè moris Augustin. in expositione propositionis 78. ex epist. ad Rom. meminit. Vterq; mos colligi potest cùm ex illis Pauli verbis ad Corinth. Quicquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiã, tùm ex illis quæ sequuntur, Quod si quis infidelium vos vocat, & vultis ire, quicquid apponitur vobis edite, nihil interrogantes propter conscientiam. At si quis vobis dixerit, Hoc idolis immolatum est, ne edite propter illum qui indicauit, & propter conscientiam, &c. Apud Iudæos autem neutrum horũ fuit concessum, nam in ipso templo reliquias omnes absumere, nonnunquam etiam comburere cogebantur. 1. Cor. 10.

Re diuina non dum peracta non licebat ex his vesci.

Deinde apud Iudæos nefas fuit re diuina nondum peracta cibis vesci, quo nomine filij Eli grauiter reprehenduntur: idem moris fuisse apud Ethnicos vel prouerbium illud vulgò iactatum, Haud immolata sacra sæpe deuorat, satis testatur, quod in intemperãtes & ventri deditos dici solet. Hinc Plutar. in Sym. scribit prisci sæculi homines inter res sacras mensas habuisse, & prius ἀπαρχὰς, id est, primitias dijs consecrasse, quàm ad edendum accumberẽt. Tum vt Iudæi, ita Ethnici quoq; ad sua illa sacrificia, atq; epulas sacras amicos, cognatos, familiares, & vicinos, quos volebant inuitabant, ad quas extraneis non patebat aditus. Præterea vt Iudæi in templo simul & sacrificarẽt, & epulari consueuerunt, sic idem ab Ethnicis factitatum fuisse legimus.

Amici & familiares ad epulas sacras inuitabantur.

Adhæc suprà dictum est Deum præcepisse Iudæis vt sacras illas epulas depositio omni mœrore cum summo animi gaudio celebrarẽt, id quod trita & vsitata in sacris literis loquendi consuetudine est lætari coràm Domino: quo quidem gaudium non futile, lasciuum, ac petulans, sed pium, verecundum, modestũ, moderatumq; exprimitur ceu Deo ipso præsente, omniaq; audiente, ac inspectante. Eodem modo Ethnici in suis illis sacrificijs, epulisq; sacris cùm hilaritatem, atq; lætitiã, tum verecundiam, atq; modestiam adhibendam esse censuerunt, ceu dijs ipsis, in quorum honorem illa fiebãt, præsentibus, & auritis oculatisq; omnium, eorum quæ agerentur, testibus. Huius rei luculentum testimonium Athen. perhibet lib. 8. Dipnosoph. his verbis, Antiqui, inquit, cum Deos αὐθρωποειδεῖς, hoc est, humana specie, atq; forma præditos esse statuerent, his ea quæ in festis fiunt accommodarunt. Nam cum vidissent hominum impetum, quo rapiuntur ad voluptatem, non omnino reprimi ac cohiberi posse, vtile autem in primis ac conducibile esse, si his ipsis διάχυσις, καὶ κοσμίως, hoc est, compositè moderatèq; vti assuescerent, certo quodã definito ac constituto tempore, ac prius re diuina facta, illos ad animi remissionem dimiserunt, ita vt quisq; eorum persuasum habens ipsos deos ad primitiarum oblationem atq; libamina accedere, tanto maiori cum pudore atq; verecundia cœtus, conuiuiaq; illa concelebrarent. Hinc Homerus: Hilaritas atq; lætitia modestia in sacris conuiuijs adhibebatur.

ἦλθε δ' ἀθήνη ἰφθίμη ἀγελείη, id est, Pallas venit obuia sacris: & alio in loco:

Αἰθίοπας μετεκίαθεν πλοθ' ἑκόντας

Αντιόων τε μύρμιδῶν τε, καὶ ἐρεμνῶν ἱκατόμβας, hoc est,

Æthiopas ad longinquos venit, adfuit ille
Mactatis agnis, ac tauris fortè sacratis. *Item.*

—— Καὶ ὁ ζεὺς
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ τ' ἅμα πάντες, *id est,*

—— *Et Iuppiter*
Iuit ad hesternos conuiuia casta, secuti
Pone Dei simul omnes.

Addit idem, Si vir quispiam adsit prouectioris ætatis, atq; honestatis studiosus, pudet homines turpe quid dicere, aut facere, secundum illud Epicharmi, ἀλλὰ καὶ σιγῆν ἀγαθὸν ὅτα παρέοντι κάρρονες, *hoc est, sed & silere bonum est si meliores adsint. Quantò igitur magis cum ipsos Deos sibi persuaderent esse præsentes, festiuitates illas* κοσμίως καὶ σωφρόνως, *hoc est, decorè temperanterque celebrabant. Vnde neque accumbere moris apud antiquos, sed sedentes epulabantur, neque ad ebrietatem vsque bibebant, sed libatione prius peracta tantum quisque bibebat, quantum illi suadebat animus, ac deinde singuli domum abibant. Hæc ille. Hic nunc sic animis nostris reputemus. Quod si Ethnici impura atque sacrilega sua sacra ob deorum seu dæmonum potius præsentiam sibi magna cum reuerentia atque modestia facienda esse duxerunt, quantò maiori cùm animi corporisque synceritate atque castitate nos Christiani vera illa nostra atque salutaria sacra nobis ab ipso Deo mandata obire atque peragere debemus, ipso Deo præsente, cui omnia nostra non dicta solum, atque facta, verumetiam cogitata, atque adeo intimos animorum nostrorum recessus perspectos penitus, exploratosq; esse certò scimus.*

Veterum modestia in festiuitatibus.

Veteres non accumbebāt, nec ad ebrietatem bibebant.

Quantò maior modestia Christianis in festis adhibenda.

Verùm, vt ad propositum redeam, quemadmodum & sacræ illæ Iudæorum epulæ, & illa Christianorum Agapæ, sicuti dictum est, tandem in luxuriosam lasciuiam abierunt, sic Atheneus quoque in sequentibus conqueritur illa antiquorum Ethnicorum sacra atque epulas in lasciuum, luxuriosumque abusum fuisse cōmutata. At verò, inquit ille, qui nunc se dijs sacra facere simulant, vocatis ad sacrificia illa sua epularia amicissimis, atque familiarissimis, tandem (vbi nimirum vinò bene sunt saburrati) & liberos suos diris deuouent, & vxores maledictis proscindunt, & domesticos atque seruos malè verberibus tractant; & denique obuijs quibusq; dira quæuis minantur, tantum non Homericum illud vsurpantes:

Epularum sacrarum & festiuarū abusus.

Νῦν δ' ἐρχεσθ' ὅτι δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα, *hoc est,*
Quod superest læti gestis bene corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

Festiuarū Christianorum epularū luxuria.

Huc facit graphica illa festorum gentilium descriptio facta à Iuuenal. Satyr. 14.

—— *Sed tempore festo*
Alterius populi rapienda occasio cunctis
Visa inimicorum primoribus, ac ducibus, ne
Lætum, hilaremque diem, ne magna gaudia cœnæ
Sentirent positis ad templa, & compita mensis
Pernigilique thoro, quem nocte, ac luce iacentem
Septimus interea Sol inuenit. *Et paulò post:*

—— *Inde virorum*
Saltatu nigro tibicine (Æthiope scilicet) qualiacunque
Vnguenta, & flores, multæque in fronte coronæ
Hinc ieiunum (id est, acre) odium, sed iurgia primæ sonare
Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba rixæ
Dehinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sæuit nuda manus: paucæ sine vulnere malæ
Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
Integer, aspicies iam cuncta per agmina vultus.
Dimidius, alias facies, & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos
Indere se credunt ipsi gamen, & pueriles *Exercere acies, &c.*

Exhi

Ex his verbis nostrorum festorum, atq; conuiuiorũ festiuorum clarissimam habes expressam ἰ̃maginem, in quibus plurimi exuto omni ferè, non dicam Christiano, sed humano quoq; sensu atq; ratione in bestias quasdam feras, seu furias potius infernales αὐθαιρέτως illius δαίμονος, vt eum Chrysostomus appellat, hoc est, Bacchi vi atq; efficientia transformantur, ita vt non modò in alienos & extraneos, sed etiam in amicos, familiares, atq; domesticos, atq; adeò in fidissimas suas thori consortes, in dulcissima sua pignora atq; viscera, dictis factisq; immanissimè debacchentur atq; sæuiant. Verum quanta illa Ethnicorum conuiuia non modo superstitione, verumetiam ἀσωτίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ celebrari fuerint solita, Athen. lib. 2. Seleuci testimonio confirmat, qui literis memoriæq; prodidit, antiquitus hac opinione homines fuisse imbutos, vt neque vino neq; voluptatibus sibi indulgendum esse existimarent, nisi id deorũ gratia fieret, vnde & θοίνας, & θαλίας, & μέθας ab illis fuerunt dictæ: Ac θοίνας quidem, ὅτι δι' ἃς θεὸς οἴνου δ' ἐῶν ὑπελάμβανον, hoc est, quia deorum gratia fas esse putabant vino sese liberalius inuitare. θαλίας autem ὅτι θεῶν χάριν πλίζοντο, καὶ συνήσαν, hoc est, quia deorum gratia conuenire solebant, hoc enim esse, δ' αἵτα θάλειαι, quod sæpe apud Homerum occurrit. Inde quoq; vt vult idem lib. 1. ἀταθαλία, hoc est, impietas dicta est, ὅτι ἐν ταῖς θαλίαις τὰ πρῶτα ἐξημάρτανον οἱ ἄνθρωποι εἰς ἀλλήλους, hoc est, quia in splendidis illis deorum festiuitatibus, atque epulis primò homines cœperunt mutuis sese inuicem iniurijs afficere. μεθύειν quoq; addit idem, Aristoteles vult dictum δι' τὸ μετὰ θύειν αὐτοῦ χρῆσθαι, hoc est, post sacrificia liberalius se inuitabant, ac mero genioq; indulgebant. εἰλαπίνας quoq; vt idem docet lib. 8. veteres appellarunt τὰ θυσίας, καὶ τὰς λαμπροτέρας παρασκευάς, hoc est, sacrificia, & splendidiores apparatus, quorum qui erant participes, dicti sunt εἰλαπινασταὶ, coepulones. Sic idem eodem in loco & θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ, (quoniã Lacedæmonij deos σιοὺς appellabãt) & ἐνωχίας non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, id est, cibo, sed ἀπὸ τοῦ ἐνέχειν vult dictas, εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην, καὶ αἴνεσιν αὐτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν, μεθυμναῖον, καὶ λυαῖον, καὶ Εὔιον, καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον, hoc est, Sed quod in ijs bene haberent, ad quæ conuenientes, qui numen venerantur, & ad lætitiam animiq; remissionem sese demittentes, potum quidem μέθυ (ἀπὸ τοῦ μεθύειν) eius datorem Methymnaum, Liæum, Euium, & Ieieum appellarunt. Eandem ob causam etiam ipsum Dæmonium ἵλεων, hoc est, propitium (quæ vox idem est quod ἱλαρὸς) sibi precabantur, acclamationibus vocis, Io Io, & ipsum locum, in quo hæc peragebantur, ἱερὸν, quasi ἵλεων, siue ἱλαρὸν. Ex his omnibus apparet, Ethnicos in sacris illis seu sacrilegis potius suis epulis (quas idcirco θοίνας, θαλίας, εἰλαπίνας, θιάσους, & ἐνωχίας appellarunt) existimasse sibi fas esse cùm in reliquorum deorum, tùm in primis in Bacchi ceu vini lætitiæque datoris honorem, lætitiæ, lasciuiæ, atque petulantiæ effusè effrænateque indulgere. Vnde Demetrius apud Liuium Dec. 4. lib. 10. Non est res qua erubescam pater, si die festo inter æquales largiore vino sum vsus. Hinc Plato lib. 2. Leg. statim ab initio, οἱ θεοὶ, inquit, οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ὅτι πόνου πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς, καὶ μούσας, Ἀπόλλωνά τε, καὶ Διόνυσον ξυνεορτὰς ἔδοσαν, ἵν' ἐπανορθῶνται τὰς γενομένας τροφὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ θεοῦ, hoc est, Dij idcirco genus humanum ad labores, miseriamque natum miserati, laborum intermissiones, atque relaxationes constituerunt, dierum videlicet festorum celebritates in illorum honorem, & Musas, & Apollinem Musarum ducem, & Liberum patrem, quasi festiuitatum illarum præsides tribuerunt, vt corrigerent, & ad modum mediocritatemque reuocarent dapes illas, quæ fiunt post rem diuinam. Idem potest colligi ex illis verbis Simonidis apud Xenophontem in Hierone, quibus probat, tyrannorum voluptates, priuatorum voluptatibus minores esse. Namque vsitata & solennia superare, hoc præbet voluptates. Idcirco etiam omnes homines diebus festis delectantur, præterquam tyranni. Eorũm enim mensæ omnibus epulis semper instructæ, ac refertæ, nullum in diebus festis augendi apparatus relinquunt locum. Itaque hac primum spei iucunditate priuatis cedant necesse est. Huc quoque facit illud Epicharmi, quod ab eodem citatur, Ex sacrificio, inquit, epulum, ex epulo potatio, ex potatione Comus, ex Como θυαία, id est, ludus, ex ludo iudicium, ex iudicio condemnatio, ex hac compedes, sphacelus, mulctatio prouenit. Notanda hic est tartarei illius serpentis astutia. Deus, vt suprà dictũ est, voluit Iudæos in epularibus illis sacrificijs corã se lætari, hoc est, pia, casta,

Quanta luxuria, atq; libidine Ethnici festa sua celebrarint.

θοίνοι.

θαλίαι.

ἀταθαλία.

μεθύειν.

εἰλαπίναι.

θίασοι.

μέθυ. Bacchi epitheta.

ἵλεως idem quod ἱλαρὸς.

ἱερὸν quasi ἵλεων, siue ἱλαρὸν.

Festiuitatum finis secundum Platonem.

Diaboli astutia

Digitized by Google

modestæq; lætitiæ indulgere. Diabolus itaq; ceu impura Dei simia suos similiter ministros, atq; cultores fictæ religionis specie ad libidinem, luxuriamq; impulit, cum illis persuaderet, hoc modo sese maximam à vanissimis illis suis numinibus gratiam inire. Hinc præterea colligimus idololatriæ atq; superstitionis comitem atq; sociam perpetuam esse voluptatem, quam rectè Plato omnium malorum escam esse dixit.

Idololatriæ comes voluptas.

Epularum superstitiosarum & luxuriosarum exempla.

Nunc exempla quædam epularium huiusmodi sacrificiorum, siue epularum sacrificialium, quibus Ethnici vsi sunt, ex innumeris pauca proferam, primò ex sacris, deinde ex prophanis literis. Antiquissimum, cuius in sacris literis fit mentio, est illud Iudæorum epulum, quod Ethnicorum imitatione, in illa sua moscholatria, hoc est vituli aurei cultu celebrarũt, in quo cãtilenis, choreis, tripudijs lasciuis atq; petulantibus dicuntur indulsisse. Sic enim scriptum est Exodi 32. Et summo mane surrexerunt sequenti die, atq; obtulerunt holocausta, atq; hostias pacificas, sedit q; populus vt manducaret, & biberet, postea surrexerunt vt luderent.

Iudæorum in vituli aurei cultu epulum.

Israelitarum cum Moabitis scortis epulæ.

Sic Israelitæ commorantes in Sittim cum Moabiticis mulieribus, à quibus ad sacrificium vocati fuerant, & cibum ceperunt, & idololatriam commiserunt, & turpissimam stupri consuetudinem habuerunt.

Sichemitarum conuiuia.

Iudicum similiter 9. cap. Sichemitæ vuis collectis, & calcatis in Dei sui templum, sacra nimirum sua procurandi causa, ingressi fuisse dicuntur, & cibum potumq; sumpsisse.

Palæstinorum conuiuia sumptuosa.

Sic (vt Iudic. 16. scriptum est) Palæstinorum satrapæ conuenerunt, vt Dagoni suo magnifica sacra quæ (vt testis est Athenæus πλειστὰ propriè à Græcis appellantur) facerent, & vt lætarentur, hoc est, vt rectè exponunt interpretes, vt conuiuia læta ludosq; agitarent.

Antiochus Epiphanes cum in templo Hierosolymitano Iouis Olympij idolum collocasset, Iudæos ad illud colendum impulit. In templo itaq; partim comessationes luxuriosissimæ, partim stupra flagitiosissima committebantur, vt 2. Mach. 6. scriptum est.

Beli & Draconis epulæ.

His adde epulas Belo, & Draconi quotidie apponi solitas, quæ à sacerdotibus noctu clàm in templum introeuntibus fuerunt consumptæ, qui dolus tamen comprehensus & patefactus, ipsis mortem exitium q; attulit, vt Baruchi historiola testatur. Similia exempla habes 1. Corinth. 10. cap. de quibus suprà dictum est.

In prophanis verò literarum monumentis innumera huiusmodi conuiuiorum exempla occurrunt, vnus Homerus tibi innumera suppeditabit. Vt Ιλ. α magnificentissimi sacrificij Hecatombæi quod rex Agamemnon per Chrysen sacerdotem Apollini pro Danais fieri curauit, necnõ epuli quod sacrificium illud statim fuit consecutum, mentio fit. Item Ιλ β. idem rex Ioui bouem immolauit, ad quod sacrificium seniores Græcorum proceres dicitur vocasse. Idem (fuit enim φιλόθυτος) vt Ιλ. κ. scriptum est Ioui similiter bouem sacrificauit.

Homerus.

Agamemnonis sacrificia.

Epulum sacrificiale Nestoris.

Οδ. γ. magnificentissimum sacrificium epulare 82. nimirum taurorum describitur, quod Nestor vnà cum suis in littore maris Neptuno obtulit. De hoc sacrificio, atq; epulo sic Athen. disserit lib. 1. Nestor licet rex esset, multis q; imperaret, tamen cum amicissimis tantum, atq; familiarissimis suis liberis pretiosum sumptuosumq; illud sacrificium atq; epulum celebrauit: addit deinde sententiam obseruatu dignam, ὁποτάτη γὰρ ἄυτη ἡ θυσία τοῖς θεοῖς, καὶ φιλοφρονεστέρα ἡ δι' ἀγαθῶν οἰκείων, καὶ δι' ἁγαπητῶν ἀνδρῶν, hoc est, Sanctissimum enim dijs q; gratissimum est illud sacrificium, quod per illos fit, qui mutua familiaritate atq; beneuolentia sunt coniuncti. Hæc Ethnicus ille naturæ instinctu sensit: quantò verius nos Christiani illud de sacrosancto illo nostro epulo Dominico & sentire & dicere possumus, illud nimirum tantò Deo gratius & acceptius esse, quo maior est & ardentior eorum, qui illo simul participant, beneuolentia mutua atq; charitas.

Nota.

Alcinoi sacrificium.

Præterea, vt quò digressus sum, redeam, Οδ. θ. Alcinous Ioui dicitur bouem immolasse, quò pacto,

——— δαίνυντ' ἰερηυδέα δαῖτα
τερπόμενοι, μετὰ δ' ἐσφιν ἐμέλπετο θεῖος
Ἀοιδὸς. Hoc est,

Summa cum iucunditate, cantu q; suauissimo glorioſum illud conuiuium celebrarunt.

Græcorum Hecatombe.

Οδ. π. similiter Græci in vmbroso loco in Apollinis honorem Hecatombem fecisse, ac post illam magnificum epulum agitasse leguntur. Verum præ alijs memorabile in primis, & eximium fuit Ne-

fuit Nestoris illud & sacrificium, & epulum, quod Od. π. sub finem copiosè describitur.

Conuiuij quoque sacri prolixam admodum descriptionem habes libro 1. Argonaut. apud Apollon.

——ἀθανατοισι θυηλὰς
ῥέξαντες (Argonautæ) μέγα δόρπον ἐφοπλισαν, &c.

Hoc est, Cum dijs rem diuinam fecissent, magnam instruxerunt cœnam. Similis epuli exemplum habes apud eundem lib. 2.

Etsi autem Ethnici omnium suorum deorum festos dies, partim superstitionibus vanissimis, partim comessationibus atque compotationibus immanissimis, quas illi sacras appellabant, celebrarunt, tamen præ cæteris omnibus dijs Bacchum, Cererem, Venerem atque Saturnum omni lasciuiæ, petulantiæ, libidinum ac voluptatum genere sibi colendos esse duxerunt, ac proinde in illorum ferijs ebrietati, gulæ, ludis, atque libidinibus religionis obtentu atque simulatione maximè indulserunt.

Nam primo quidem quoad Bacchum, Græci primum, deinde etiam Romani illum multis cæremonijs, libidinibus, atque symposijs execrandis coluerunt. Nam cum illum (forsan pro Noacho Bacchum siue Iacchum accipientes) primum vini, quod quidem lætitiæ causa est, inuentorem, atque authorem esse sibi persuasissent, meritò illum omni lætitiæ, ac voluptatis genere sibi honorandum esse ducebant. Et huc faciunt illa supra citata Athenæi verba, qui & conuiuia, ad quæ Δαιμόνιον illud (sic enim Bacchum appellat) colendi gratia homines conueniebant, διωχίας, ἀπὸ τῦ εὖ ἔχειν, & vinum illius donum μεθυ ἀπο τῦ μεθιέναι αὐτὰς εἰς εὐφροσύνην, καὶ ἄνεσιν, & eius datorem μεθυμναῖον, λυαῖον, ὑΐον, καὶ Ἰνῖον nimirum à lætitia atque hilaritate nominabant. Itaque Græci, superstitiosa & ebriosa natio, varia & multiplicia in illius honorem sacra, ludos, atq; symposia instituerunt. Bacchi festa. Græci superstitiosa & ebriosa natio.

Hæc primò generatim dicta sunt ὄργια (qua tamen voce, vt Grammatici docent, communiter omnis generis sacra Græcis dicuntur, vt Latinis Cæremoniæ) vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς id est, à furore, (teste Eusebio de Præpar. Euang. vnde & Mænoles, id est, totus furens, & Mænalas muliebri habitu amictus ab Origene contra Celsum, & μανιχὸς ab Orpheo in hymnis dictus est) vel ἀπὸ τῦ ὄρους, id est, à montibus, in quibus præcipuè celebrabantur, secundum illud Virgil. ὄργια.

——Qualis commotis excita sacris
Thyas, vbi audito stimulant Trieterica Bacchò
Orgia, nocturnasq; vocat clamore Cithæron.

Oreos Liber pater, ait Festus, vt & Oreades nymphæ appellantur, quod in montibus frequenter appareant: Hinc Phurnutus ait quosdam dicere, in monte Nysio Iouem primum vitam produxisse, vnde Dionysij nomen. Quid si à monte, quia Bacchus amat colles, vt Virgil. inquit.

Deinde appellata sunt Διονύσια, eò quòd Bacchus ipse appellatus est Διόνυσος, & Διονύσιος, vel (vt nonnulli volunt) à Διὸς καὶ νῦσα; id est, Ioue patre, & Nysa vrbe Arabiæ, in qua fuit à nymphis educatus; vel, vt Plato vult, & Hesiodi interpres, quasi Διδόντος ὁ διδόναι τὸν οἶνον, id est, quia dator sit vini, vel, quod Phurnuto placet, ὡς Διόνυξος ὤν, quasi nos adaperiens, siue παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως, quia suauiter nos irriget: vel quasi Δήλυσος inuersione α. in ο. & λ. in ν. quod curis soluat modicis, & nimijs animum, vnde & Alysius dictus, & Lyæus. Illi qui Bacchum voluerunt esse solem, vt physici, Dionysium existimarunt esse dictum, vel quasi Διὸς νῦν, id est, mentem Iouis, vt Macrobius sensit, vel, quæ Orphei fuit sententia, ἀπὸ τῦ διινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι, quod circumferatur in ambitum, vel denique, vt Cleanthes, Artemidorus, lib. 2. Onirocriticôn, & Suidas opinati sunt, ἀπὸ τῦ διανύειν, id est, à perficiendo. Dionysia autem apud Athenienses mense Elaphebolione agebantur. Διονύσια.

Λήναια quoque fuerunt Bacchi sacra dicta; quoniam ipse ληναῖος Lenæus dictus, vt Eusebius, Diodorus, & alij testantur, quod vindemijs & torcularibus præsit. Hinc Lenæon mensis Athenienssium dictus, in quo similiter illius sacra Lenæa peculiariter dicta celebrabantur, teste Suida. Prima autem eiusdem sacra Athenis per agros à mense Posideone agi solita fuisse, vt Lenæa mense Lenæone. Dionysia Elaphebolione Gyraldus in libris de Dijs gentium se in Græcis reperisse dixit. Λήναια.

Omophagia. ὠμοφάγια etiam quasi dicas crudiuora Bacchi sacra dicta fuisse, Arnobius his verbis testatur, Bacchanalia etiam prætermittamus immania, quibus nomen Omophagijs Græcum est, in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus: atque vt vos plenos Dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Capri facit mentionem propterea quod Baccho antiquitus hircus, seu caper mactabatur, quod hoc animalis genus vites maximè rodat, vt Virg. 2. Georg. Ouid. in Fastis, Prudentius contra Symmachum & alij testantur.

Θοίνια. Θοίνια similiter Hesych. fuerunt θυσίαι, id est, sacra Dionysij apud Athenienses, qui Θοίνιος fuit appellatus, id est, Deus vini.

Tricterica. Præterea æquè Græcis & Latinis Trieterita Bacchi sacra, hoc est, Triennalia dicta sunt, vt Ouidij, Virgilij, Statij, & aliorum testimonijs facilè probari potest, & ipse dictus est Trietericus. Plutarch. Sympos. lib. 4. Probl. 5. festum tabernaculorum Iudaicum τριετηρικὴν πανήγυριν confert, de quo suprà satis dictum est.

Νυκτέλια. Iam verò quoniam detestanda illa sacra noctu antiquitus peragebantur, νυκτέλια, teste Seruio in 4. Æneid. fuerunt nominata, hoc est, nocturna, & ipse Bacchus νυκτέλιος à Plutarcho, Ouidio, Pausania, hoc est, nocturnus à νυκτελίω, id est, in nocte perficio. Vnde Virgil.

—— Vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Dictus quoq; est eandem ob causam & φαυσήιος, id est, Phausterinus & λαμπτήρ, cuius templum fuit apud Pallinenses, in quo celebritas agebatur, quam à deo illo λαμπτηρίαν vocabant, nimirum ἀπὸ τῶν λαμπτήρων, id est, à lampadibus atq; facibus. Nam, vt Pausanias author est, noctu ea solennitas celebrabatur, faces q; ad templum ferebant, atq; ita benè poti crateras per totam vrbem statuebant, quò melius quisq; deum coleret: Nam, vt Paulus inquit, qui inebriantur, noctu inebriantur, cui congruit illud,

Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent.

Hinc rectè Bacchanalia quæ hodie quoq; à Christianis noctu potissimum agitantur summo cum furore, atq; amentia, à Germanis Faßnacht corrupta voce, quasi nox Bacchi appellatur, tametsi nonnulli dicta volunt Faßnacht, id est, nox doliorum, propterea quod plurima vini dolia in illa nocte exhauriantur. Poloni Gody à gaudio nimirum, Itali Camouaille, Galli Carmentaran vocant, id est, carnispriuium.

Ἀμβρόσια. Ἀμβρόσια quoq; Dionysij festum apud Ionas fuisse Gyraldus scribit.

Anthisterion mensis Baccho apud Athenienses sacer. Præterea apud Athenienses mensis Anthesterion dictus (quem alij, vt Gaza, autumnalem fuisse, plures, vt Macrobius, & Philostratus, vernalem, sic dictum, teste Harpocratione, quod tum flores ex terra nascuntur) totus Baccho fuit sacer, in quo illius sacra quædam peragebantur, quæ αἱ Ἀνθεστήρια, Πιθοιγία, Χόες, Χύτροι fuerunt appellata. Theophilus scribit Anthesteria ab Athenienſibus Dionysia appellari. Thucid. lib. 2. Baccho sacra fieri 10. mensis Anthesterionis. Apollodorus, teste Suida, in genere totam celebritatem Bacchi vult Anthesteria vocari, illius partes Pithægiam, Choas, & Chytram. Verum de singulis seorsim dicemus.

Anthisteria. In Anthisterijs, vt à Latinis in Saturnalibus, seruos conuiuijs liberalibus excipi solitos fuisse ex prouerbio illo videtur posse colligi, Ite foras cares (χαρὲς θύραζε, quasi dicat seruis) non amplius Anthisteria, vt Gyraldus in suis annis, & mensibus annotat. Fuit & prouerbium alterum, Νίσσου μετ' Ἀνθεστήρια, hedera post Anthisteria, cum serius quippiam sit & post tempus. Nam hedera Baccho fuit sacra, & in sacris Bacchi κιττοφόροι erant, id est, hederigeri.

Pithegia. Πιθοιγία, inquit Suidas, ἡ τῶν πίθων ἀνοιγή, festum erat Bacchi, in quo dolia relinebant, & amicis potum præbebant. Cæl. lib. 15. cap. 25. De eodem sic Plutarch. 3. Sympos. 7. Athenis vndecimo die mensis Anthesterionis primitias noui vini delibant, diemq; illum à dolijs reserandis Πιθοιγίαν (corruptè in quibusdam exemplaribus Πιθοινίαν legitur) vocant, vtque apparet antiquitus de vino antequam gustarent libantes, vota faciebant, vt sibi vsus eius medicamenti salutaris, & innoxius foret. Apud nos mensis προστατήριος dicitur, quasi Patronalis, sextaque eius die statutum est sacris bono genio (ἀγαθῷ δαίμονι) factis gustare vinum post flatum Fauonij, is enim ventus omnium maximè vina mouet, ac mutat, & quod vinum hunc subterfugit, id putatur perdurare.

Hic

His Pithœgijs respondent Romanorum vinalia, & nostra Martinalia, quibus similiter vinum nouum primò degustamus.

χόες, siue χῦς sacrum fuit institutum à Themistocle in honorem Bacchi à mensura seu vase vocabulo, vt videtur, deflexo, vnde & ipse Dionysius Choopotes fuit cognominatus. De illo festo sic scribit Suidas. Choes festum est, quod Athenis agebatur mense Anthesterione, cuius hæc ratio, atq; origo traditur. Orestes cum interfecta matre Athenas venisset, Athenienses illum hospitio, conuiuioq; exceperunt, nec tamen eodem cum illo vino participarunt, verum choas illi vini plenas seorsim apposuerunt. De eodem sic idem scribit, nec non Aristoph. Scholiastes, in Equitibus, in illa verba, ὅινυ χοᾶ. χῦς Chus mensura est Attica capiens ñ cotylas. Est præterea festum Athenienſium hac de causa sic appellatum. Oreſtes propter matris cædem profugus, Athenas se contulit ad Pandionem cognatum suum, Athenienſium regem. Is cum publicum quoddam epulum eo tempore fortè celebrasset, & Oreſtem neq; præ pudore dimittere, neq; præ religione ad potus, mensæq; communionem admittere auderet, cùm nondum esset expiatus, ne ex eodem cratere biberet, singulis conuiuis choem. siue choam apposuit. Ibidem Suidas testatur, festum hoc 12. mẽsis Anthesterionis die celebratũ fuisse, &, teste Apollodoro, solam quidem illam Bacchi festiuitatem αἴθυια dictam fuisse, illius autem partem πιθοιγία. Epuli huiusce χοῶν apparatum Aristoph. in Ἀχαρνῆς egregiè his verbis describit, festum χοῶν.

——ὅπῃ δεῖπνον ταχὺ
Βάδιζε, τὴν κίστην (ὀψοθήκην) λαβὼν, καὶ τὸν χοᾶ
ὁ τῦ Διονύσυ γάρ σ' ἱερεὺς μεταπέμπεται. Epulo posc:
Τἆλλ' ἄλλα πάντ' ἔξεστιν παρεσκευασμένα
Κλῖναι, τράπεζαι, ῥᾶθος, κεφάλαια, στρωμάτια
Στέφανοι, μύρον, τραγήματ' αἰπόρναι πάνυ
Ἀμυλοῦν, πλακοῦντες, σησαμοῦντες, ἰτρία
ὀρχηστρίδες, τἄλλα θ' ἁρμοδίου, καλαί. id est, &c.

——Ad cœnam citò
Te confer ciſtam accipiens atque choa.
Nam Dionyſij te ſacerdos accerſit.
Reliqua verò omnia ſunt parata,
Lecti, menſæ, puluini, ſtrata.
Coronæ, vnguentum, bellaria, ſcorta adſunt.
Amyli, placentæ, ſeſami, itria ſiue liba (certa ſunt placentarum genera, de quibus poſtea.)
Saltatrices, Harmodij carmina, pulchræ.

His verbis vno quaſi faſciculo habes comprehenſa omnia, quæ cùm ad huiuſce χοῶν, tùm cuiuſuis alterius epuli antiqui apparatum pertinebant. Horum autem quædam ab inuitatis afferebãtur in illo epulo choôn, alia ab inuitantibus ſubminiſtrari ſolebant, vt Scholiaſtes in hunc locum annotat. Inuitati enim ſecum adferebant ἐψήματα cibos coctos, nimirum ἀμύλους (βρῶμα τὸ μὴ πεπλωκὸς ὑπὸ μύλων, teſte Euſtath. Ιλ. π. id est, placentæ genus ἀλθρύπτε, in quo comminuendo dentes molares non laborant) πλακοῦντας placentas, σησαμοῦντας (σησαμοῦς εἶδος πλακοῦντος, σησάμιν ἤγουν καλαμῷ σησαμίδα. teſte Scholiaſt.) ἰτρία (τὰ πυρώδη πλάσματα) Afferebant præterea ſecum κίστην, id est, ὀψοθήκην (vnde forſan Latinum ciſta, & vernaculum noſtrum Kiſten) nec non χοᾶ poculum, ne alio pocilo communicarent, idq; propter cauſam ſupra de Oreſte commemoratam. Illi verò qui vocabant ſolebant ſuppeditare, & apponere coronas, vnguenta, bellaria, & alia huiuſmodi, nimirum lectos, menſas, puluinaria, ſtragulas veſtes. His accedebant meretrices, ſaltatrices pulchræ, & τὰ φίλτατα ἁρμοδίου, hoc est, Scholiaſte interprete, τὰ ὡς ἁρμόδιον σκολιὰ ἄσματα, ſecundum illud ſuprà ἁρμοδίου μέλος ἄσεται.

Iam verò quoad feſtum χύτροι, id est, ollæ dictum, de illo sic scribit idem Aristoph. interpres in Ἀχαρνῆς in illa verba, χύτροι.

ὑπὸ τὰς χόας γάρ, καὶ χύτρους αὐτοῖσί τις, &c.

Chytri feſtum apud Athenienſes percelebre, in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant,

Dionysio & Mercurio operantes, vt Theopompus scribit, principium huius sacri à Deucalione vsq; per manus traditum fuit. Ferunt enim illum, & qui cum eo ex diluuio illo superstites euasere, semina ita coxisse, vnde festum exortum, & appellatum est: nam Chytra ollam significat, nec ex coctis quicquam gustabant, sed Dionysio & Mercurio Chtonijs offerebant pro mortuis. Sunt qui hæc eodem peracta die affirment, quo & Choes agebantur, idq; 13. Decemb. sicut Aristoph. interpres Didymi testimonio confirmat. Eiusdem Suidas quoq; meminit.

πανηγύρεις. Sed & πανηγύρεις celebritas Dionysio peragebatur, & Neptuno, vt scribit Hesychius, quod Anteuindemia appellare possumus.

φαγήσια, & φαγησιπόσια. His adde φαγήσια, & φαγησιπόσια (φαγησία quoq; & φαγησιποσία, subintellige ἑορτὴν, in singulari numero dicitur) quæ fuerunt festum, in quo cibo potuq; ad satietatem vsque exhilarabantur. Huius fit mentio apud Athen. lib. 7. sub initium, vbi citat locum quendam ex Clearcho, & dicit hoc festum exoleuisse, quemadmodum & festum ραψωδῶν, quod & ipsum agebatur tempore Dionysiorum, in quo singuli qui conueniebant dijs rhapsodias honoris loco afferebant. Videtur ergo vtrumq; hoc festũ olim in Bacchi honorem institutum, ac celebratum fuisse. Apud nos Christianos, vt nihil dicam de barbaris nationibus, huiusmodi phagesia, & phagesiposia quotidie ferè exercentur.

λαγηνοφόρια. Huic similia idem author Plutarchi testimonio comprobat, fuisse λαγηνοφορίων Lagenophoriorum sacra, quæ à Ptolomæo primùm, multarum aliarum quoque cæremoniarum ad Bacchi cultum pertinentium inuentore, instituta, & ab Alexandrinis culta atque celebrata fuerunt. In illo autem festo oliuæ ramos gestare, ac cænantes in lectulis accumbere solebant, cum quisque lagenam secum domo (quod idem in festo Choôn fieri solitum fuit) deferret, ex qua biberet, vnde ipsum festum nomen suum sortitum fuit. His vt nomine, ita reipsa respondent Christianorum quorundam Othmaria (quæ etiam Othmari lagena vocantur) potationibus peruigilibus celebrari solita. Athenæus, vt illud quoque addam, scribit libro 1. in loco quodam, qui octo stadijs ab Elia distat, incolas in Bacchanalibus solitos fuisse tres lebetes vacuos præsentibus externis recludere, quos iterum aperientes vini plenos inueniebant. Hæc fuerunt nomina atque genera festorum, atque sacrorum, quibus olim Bacchus à Græcis coli fuit solitus. Horum alia quidem à furore, qui in illis dominatus est, ὄργια, alia à Baccho, cui illa fuerunt consecrata, διονύσια, θοίναι, λήναια, alia à tempore in quo fuerunt celebrata, Ἀνθεστήρια, νυκτέλια, λαμπτήρια, τριετηρικὰ, id est, Triennalia, quod tertio quoque anno in quibusdam Græciæ ciuitatibus peragebantur, alia à vasis & instrumentis, quæ in illis fuerunt adhibita, χόες, χύτροι, λαγηνοφορεῖα, πιθοιγία, alia denique à gula & ebrietate, quæ in illis regnauit, ὠμοφάγια, φαγήσια, & φαγησιπόσια fuerunt appellata.

Othmaria Christianorũ. Anacephalæosis festorum Bacchi.

Romanorum sacra in Bacchi honorem celebrari solita. Bacchanalia. Liberalia. A Græcis porrò immania, atque insana illa sacra, sceleris flagitijque plena ad Romanos promanarunt, quæ ab illis Bacchanalia atque Liberalia fuerunt dicta, quoniam ille in cuius honorem illa agebantur, & Bacchus fuit dictus, & Liber. Hæc festa licet vni & eidem dæmoni fuerint consecrata, qui & Bacchus & Liber fuit vocatus, tamen secundum Romanorum consuetudinem, non eodem tempore fuerunt celebrata. Liberalia enim in quibus etiam Annæ Perennæ sacra fiebant XVI. Kalend. April. fuerunt celebrata, quorum Cicero sæpè in Epistol. ad Atticum meminit. Et Varro sic vult esse dicta, quod per totum oppidum eo die sederent sacerdotes Liberi, & anus hedera coronatæ cum libis, & foculo pro emptore sacrificarent. Ouidius libro 3. Fastorum, illorum & originem, & morem atque cæremonias diligenter, eleganterque descripsit. De Cæremonijs sic canit,

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ
Non procul à ripis aduena Tybri tuis.
Plebs venit, ac virides passim disiecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quisque sua.
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt,
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est
Pars ibi pro rigidis calamos statuêre columnis,
Desuper extentas imposuêre togas.
Sole tamen, vinoque calent, annosque precantur.
Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.

Inuenies

Inueniet illic, qui Nestoris ebibat annos
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.
Illic & cantant quicquid didicere theatris.
Et iactant faciles ad sua verba manus,
Et ducunt posito duras cratere choreas
Cultaque diffusis saltat amica choris.
Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula vulgi
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu
Pompa, senem potum pota trahebat anus.

Ex his constat Liberalia per agros sub dio, vel tentorijs cum largioribus poculis, libis melliteis cum Liberi bellarijs, cantiunculis, atq; choreis impudicis fuisse celebrata: de quibus vide P. Pithoei Aduers. lib. 1. cap. 9. Annon quæso huiusmodi Liberalia, seu illiberalia potius non modò festis, sed profestis quoque diebus à nobis Christianis, Germanis potissimum assiduè agitantur? His ipsis porrò Liberalibus moris quoq; fuit togas dari, de quo suprà.

Bacchanalia. Lib. de Rep. 1.

Quod ad Bacchanalia attinet, illa, vt Gyraldus vult, singulis mensibus agebantur, vt Laxius, alia Martio, alia in Vindemia inter initia Septembris, & aliquando alio anni tempore. Quanta verò illa partim cibi potusque intemperantia, partim libidine, monstrosa certè, & execrabili agitari fuerint solita, pluribus describit Liuius Decad. 4. lib. 9. Tacitus libro 11. Valerius Maximus libro 6. cap. 3. & alij. Atque hanc quidem ob causam, vt ijdem scriptores testantur, illa à Romanis fuerunt sublata. Augustinus libro 6. de Ciuitate Dei, cap. 9. Sic Bacchanalia, inquit, summa celebrantur insania, vbi Varro ipse confitetur, à Bacchantibus talia fieri non potuisse, nisi mente commota. Hæc tamen postea displicuerunt Senatui, & ea iussit aufferri. Saltem sic tandem forsan senserunt, quid immundi spiritus, dum pro dijs habentur, in hominum possint mentibus. Idem libro 18. cap. 13. Tunc & Liber pater, inquit, bellauit in India, qui multas in exercitu habuit fœminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt, non tàm virtute nobiles, quàm furore. Aliqui sanè & victum scribunt Liberum, & vinctum, nonnulli & occisum in pugna à Perseo, nec vbi fuerit sepultus tacent. Et tamen eius velut Dei nomine per immundos dæmones Bacchanalia sacra, vel potius sacrilega sunt instituta. De quorum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic Senatus erubuit, vt in vrbe Romana esse prohiberet. Eorundem turpitudinem Tertullianus quoque non semel in scriptis suis Ethnicis Christianorum cœnam Dominicam, & Agapas, vti suprà dictum est, calumniantibus exprobrauit, quæ tamen Liberalia vocat. In libro de Spectaculis, Duo ista dæmonia, inquit, Venus & Liber, coniuncta, & conspirata inter se sunt, ebrietatis, & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus est. Nam & alios ludos Scenicos Liberalia propriè vocitabant, præterquam Libero deuotos, quod sunt Dionysia penes Græcos, etiam à Libero institutos. Item eodem in libro, Nam cùm & promiscuè ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi patris manifestè sonabant. Libero enim à rusticis primò fiebant, ob beneficium, quod ei ascribunt, pro demonstrata gratia vini. Idem in Apolog. capite quadragesimo secundo, Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiarijs suprema cœnantibus mos est. Idem de illorum abrogatione sic scribit capite sexto eiusdem libri, Liberum patrem cum mysterijs Consules (Q. Martius Philippus, & Posthumius Albinus) Senatus authoritate non modò vrbe, sed vniuersa Italia eliminauerunt. Idem tamen docet illos postea turpes, & otiosas illas superstitiones restituisse, Licet Baccho iam Italico furias vestras immolaritis. Idem, vt hoc quoque addam, capite trigesimo nono Apologet. Aputarijs Dionysij mysterijs Atticis coquorum delectum induci solitum fuisse scribit. Aputariorum autem celebritas sic dicta ἀπὸ τῆς ἀπάτης, hoc est, fraude, quam Athenienses à Bœotijs passi fuerunt, quatuor continuis diebus durabat, quibus sacrificabant & epulabantur Athenienses publicè atque priuatim, de qua suprà. Sed ex hoc Tertulliani loco colligimus illa ipsa in Dionysij quoque honorem celebrari fuisse solita. Idem Apologet. capite trigesimo septimo, Quoties etiam præteritis vobis, suo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus, & incendijs ipsis Bacchanalium furijs? Scythæ, author est Herodotus in Melpomene, Græcis vitio verterunt Bacchanalia celebrandi consuetudinem, cùm à ratione omnino alienum esse existimarent, illum Deum

Bacchanalia à Romanis abrogata.

Aputaria.

Scythæ Græcorum Bacchanalia vituperant.

Dionysij Epiphanis in huiusmodi Bacchanalium contemptores Iudæos crudelitas.

cogitare, ac diuinis honoribus afficere, qui homines ad insaniã adigat. Dionysius Epiphanes, seu potius Epimanes crudelissimus tyrannus miseros Iudæos, cùm alias superstitiones, tùm Bacchanalia quoq; celebrare, (quod Bacchanalia facere Plautus appellat) & hedera coronatos Baccho pompam ducere coegit, ac eos qui nefarijs hisce suis iussis atq; mandatis obtemperare noluerunt, immanissimè trucidari curauit, vt scriptum est lib. 2. Mach. cap. 6.

Christianorum Bacchanalia.

Hac aliquantò latius atque copiosius de Bacchanalibus dicere volui, quò magis appareat Christianorum Bacchica planè, hoc est, insana ac furiosa impietas, qui tam immania tam tetra, omnis sceleris flagitijque plena festa, ab ipsis Scythis damnata, à Romanis ob insignem illorum fœditatem sublata, non dubitarunt quasi postliminiò in ecclesiam introducere. O scelus, ô crimen horrendum, & ingens, quo procul dubio grauem, & horrendam nobis iram atque furorem diuinam conciliamus. Iudæi olim, vt Macchabæorum historia testatur, nec non Christiani primitiuæ ecclesiæ millies mortem quamuis acerbissimam oppetere maluerunt, quàm vt immanibus atque sacrilegis huiusmodi sacris sese polluerent. Romani illorum turpitudine cognita, illa ex vrbe sua totaque Italia exterminauerunt. Scythæ gens barbarissima ipsius naturæ instinctu ab illis vehementissimè semper abhorruerunt. At nos Christiani, proh dolor, atque pudor, illa mordicus retinemus, illis mirum in modum delectamur, illa non minore, quam olim Ethnici, furore atque insania, diurnis nimirum nocturnisque discursibus, ludis, spectaculisque obscœnis, clamoribus atque vociferationibus insanis, helluationibus atque compotationibus monstrosis, libidinibus vagis, atque stupris agitamus, ita vt non homines, sed Stygiæ illæ Bacchæ, Furiæ, atque Erynnies cum ardentibus suis facibus ex inferis excitatæ passim discursare videantur. Nec paucis tantum hæc diebus fiunt, sed omne illud tempus quòd à Natali Domini nostri Iesu Christi ad quadragesimale vsque tempus intercedit, sceleribus huiusmodi atque flagitijs impenditur. Itaque cùm ipsum vulgus turpissimis huiusmodi ludis deditum graui sese scelere obstringit, tùm verò longè grauissimo, quasque inexpiabili crimine sese populi duces atque præsides cùm politici, tùm ecclesiastici contaminant, qui tantam scelerum atque flagitiorum licentiam impunè cum summa Christiani nominis, numinisque diuini ignominia atque dedecore, tum extrema Reipublicæ ecclesiæque pernicie grassari patiuntur. Quid dicam, quod plurimi reperiuntur, qui furiosam hanc imperitæ multitudinis temeritatem atque audaciam exemplo atque authoritate sua magis adhuc incitant, atque inflammant. Annon quæso Romani illi magistratus, in extremo & vniuersali illo iudicio, Christianos hosce nostros magistratus condemnabunt, quòd ipsi veræ licet religionis expertes, tamen vel naturæ solius ductu ac magisterio turpissima illa Bacchanalia prorsus sustulerunt, at verò hi Christiana religionis sacris initiati, documentisque sanctissimis instituti, atque imbuti, quibus Deus populi, ecclesiæque suæ salutem commisit, impuras, nephandas, ac planè dæmoniacas hasce Bacchanaliorum cæremonias atque ritus, fouent, alunt, atque tuentur. Iam verò quid dicam, quòd plurimi eorum, qui se Christianos profitentur atq; simulant, quotidie ferè Liberalia, atq; Bacchanalia viuunt, vt poetæ illius verbis vtar, hoc est, dies noctesque intemperantia, libidinibus, atque voluptatibus turpissimis inseruiunt.

Cereris sacra.

Vt autem Bacchum, quem vini datorem existimarunt, ita Cererem quoque, quam frumenti inuentricem opinabantur, luxuriosis epulis, nefarijsque libidinibus coluerunt Ethnici. Illa autem sacra, atque conuiuia à Græcis Θεσμοφόρια, atque Δημήτρια, à Latinis Cerealia dicta sunt. His autem Romanos genio indulgere, & opiparè epulari solitos fuisse, vel ex Vergilio intelligere licet Georgicorum, vbi ita canit,

In primis venerare Deos atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
Extremæ sub casu hyemis, iam vere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina,
Tunc somni dulces, denseque in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fanos, & mite diluc Baccho, &c.

Cereales cœnæ

Hinc Cereales cœnæ apud Plautum in Menæchmis, hoc est, opiparæ, & multis ferculis refertæ.

Macrobius

Macrobius lib.3. Saturnal.cap.11. affirmat in sacrificijs Cereris vinum non adhiberi solitum fuisse, idq; Plauti testimonio confirmat, cuius hæc sunt in Aululari verba,

Staph. Cererin' Strobile istas facturi nuptias?
Strob. Qui? Staph. Quia temeti nihil allatum intelligo.

Sed contrà Cato de Re rustica cap.134. in extremo. Postea Cereri exta, & vinum date: nec non Virgilius paulò ante citatis carminibus, docet cum vino quoque fuisse celebrata. Nodus, inquit Lambinus in Plautum, mihi inexplicabilis, nisi alium dicamus in hac re fuisse Græcorum, alium Romanorum morem. Nam θεσμοφορίοις, id est, Cerealibus, seu festis diebus Cereris, vini vsu interdictum est, neque vinum libabatur, neque vinum in sacris adhibebatur, ex quo θυσίαι νηφάλιοι sunt dictæ. Tum mulieres ea sacra tractabant, atque administrabant, quæ perpetuò apud Romanos temeto carebant, apud Græcos verò saltem ijs diebus sese à vino abstinebant. Nonnulli sic solvunt, vt dicant Cererem eandem esse atque Vestam, seu potius Terram. Hæc ille. Verum de his sacris, si vis, vide plura apud Gyraldum de Dijs gentium, & Lazium de Republica Romana, Dionys. Halyc. lib.2. & alios.

Eleusinia quoque Græcis sacra dicta sunt, quorum immanis fuit turpitudo. Arnobius libro octauo, Ceres facibus accensis, & serpente circundata, errore subreptam, & corruptam Liberam anxia & solicita vestigat, hæc sunt Eleusinia. Idem libro quinto, Vultis enim consideremus mysteria, & illa diuina quæ Thesmophoria nominantur à Græcis, quibus gente ab Attica Sancta illa pernigilia conf. crata sunt, & pannychismi graues. Describit deinceps illorum originem atque fœditatem pluribus. Idem libro septimo, Lectisternium Cereris erit proximis Idibus, habent enim dij lectos, atque vt stratis possint mollioribus incubare, puluinorum tollitur, & excitatur impressio. Eorundem Eleusiniorum sanè turpissimorum Tertullianus quoque mentionem facit libro Aduersus Valentinianos sub initium, Nam & ipsa Eleusinia hæresis est ipsa Atticæ superstitionis (nam Eleusis vrbs est Attica) quod tacent pudorem scilicet, propter occultum obscœni virilis. Et paulò post, Sequitur iam silentij officium, attentè custoditur, quod tardè inuenitur. Cæterum tota in adytis diuinitas, tot siparia (vela) portarum, totum signaculum linguæ, simulachrum membri virilis reuelatur. His verbis Tertullianus Valentinianorum turpes & obscœnas concubitus, abditis & abstrusis illis, sed turpissimis Eleusinijs comparat, in quibus mentula colebatur. Ex his ergo constat Cererem à Gentilibus non luxuriosis modò epulis, verumetiam nefarijs libidinibus fuisse cultam. O vtinam non nos quoque Christiani vt Bacchanalia, ita Cerealia quoq; atq; Eleusinia tàm festis, quàm profestis diebus ageremus. Eleusinia.

Tertia dea, quam Ethnici, omni luxuriæ petulantiæque genere coluerunt, fuit Venus, quæ, vt ille inquit, sine Cerere & Baccho friget, in cuius honorem Aphrodisia, Apaturia, & alia festa instituta, ac celebratæ fuerunt. Sacra Veneris.

Quartus deus, quem & Græci, & Romani veteres cùm multis alijs cæremonijs atque ritibus, tùm verò atque in primis lætissimis, lautissimisque epulationibus coluerunt, fuit Saturnus, cuius festi dies à Græcis κρόνια, à Latinis Saturnalia fuerunt appellata, de quibus, quoniam multa habent cum Christianorum moribus communia, paulò copiosius scribam. De his primò L. Accius poëta antiquissimus sic cecinit, Saturnalia.

Maxima pars Graiûm Saturnò, & maximè Athenæ
Coficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis
Cumque dies celebrant per agros, vrbesque ferè omnes
Exercent epulis læti, famulosque procurant
Quisque suos, nostrique itidem, & mos traditus illinc
Iste, vt cum dominis famuli tum epulentur ibidem.

Iustinus similiter ex Trogo scribit, in Saturnalibus exæquato omnium iure passim in comunijs seruos cum dominis recubare, ob memoriam exempli Saturni regis Aboriginum. Is enim tantæ iustitiæ fuisse dicitur, vt neque seruierit sub cælo quisquam, neque quicquam priuatæ rei habuerit, sed omnia communia & indiuisa omnibus fuerint, veluti vnum cunctis patrimonium esset. De illorum & origine, & tempore sic Macrobius scribit libro primo Saturnaliorũ, capite decimo, Apud

Agaparum descriptio ex Zonara & alijs.

promiscue inter summa, & infimæ sortis homines agitari consueuerũt. De ijsdem luculenter sic scribit Zonaras in Can. 74. Concilij Laodiceni: Antiquus mos erat post cõmunionem diuinorum mysteriorum συσσίτια, & συμπόσια, hoc est, coepulationes, & cõpotationes fieri, diuitibus epulas suppeditantibus & præterea pauperiores inuitantibus. Idem in Can. 2. Concilij Gangrensis docet huiusmodi epulas quæ per charitatem & dilectionem fraternã præparabantur pauperibus Agapas fuisse appellatas, quod essent mutuæ charitatis tesseræ, atq; symbola. Sic & omnia munera siue dona, quæ charitatis ergò exhibentur, eleemosynæ, hoc est, misericordiæ, & Agapæ, id est, charitates appellantur: vnde mẽdici hac stipem petendi formula vtũtur, vt faciamus ipsis charitatem. Hæc Zonaras de Conuiuiorum horũ nomine, fine, atq; vsu. Eorundem quoq; mentio fit in Constitut. Apost. Clementis li. 2. c. 22. vbi pluribus explicatur, quomodo in illis sacerdotes, presbyteri, presbyteræ viduæ, diaconi, lectores, cantores, ostiarij, sint portionum distributionibus honorandi. Eorundem meminit Clemens epist. 4. ad ecclesiam Hierosolymitanam. Huius consuetudinis Irenæus quoq; meminit lib. 4. Iustinus apol. 2. Orig. li. 3. Cõment. in Iobum, quam suo quoq; adhuc seculo durasse August. testatur. Nam lib. contra Faustum Manich. 20. c. 20. Nec sacrificia gentium vertimus, inquit, in agapas, sed sacrificium illud, quod paulò ante cõmemorauimus, intelleximus, dicente Domino, Misericordiam potius volo, quam sacrificium. Agapæ enim nostræ pauperes pascunt siue frugibus, siue carnibus. Pascitur enim creatura Dei, de creatura Dei, quæ hominis dapibus congrua est. Vincentius quoque scribit lib. 23. c. 100. Ausbertum Rhotomagensem episcopum expletis cœnæ Dominicæ solemnibus cineres in templum duci iussisse ad præparata conuiuia.

Agapæ abusus.

Hæc porrò conuiuia & bono animo atq; zelo ab initio instituta, nempe mutuæ charitatis fœnus, atq; pauperum inopiæ, famis, sitisq; subleuandæ causa, & diu summa cum modestia, sobrietateq; agitari solita, tandem prauum in abusum, in luxuriam, lasciuiam, atq; petulantiam fuerunt conuersa. Concilij Laodiceni cap. 28. cautum est, ne illa in templis fierent, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκκυβίτοις χρῆσθαι. Hoc est, Non oportet in basilicis seu ecclesijs Agapem facere, & in domo Dei manducare, vel accubitus sternere. Idem postea Carthaginensi concilio statutum fuit. Temporibus August. in æde Fœlicis Martyris epulæ hæ parum sobriè celebrari fuerunt solitæ, à quo quidem luxu atq; luxuria Pontius Paulinus episcopus Nolanus historiam vtriusq; Testamenti, nec non sanctorum imaginibus in parietibus depictis sui temporis atq; diœceseos homines auocare est conatus. De ijs dẽ extant quoque canones Constantinopolitani, quæ quidem nunc omnino in desuetudinem & oblitionem abierunt. Hæc de Agapis quæ quoniam & cœnæ Dominicæ fuerunt quasi comites & sacris religiosissq; in locis & quidem summa cum pietate castitateq; celebrari solitæ (vnde disciplinæ à Tertulliano appellantur) non dubitaui illas inter sacras, religiosasq; epulas referre.

Agapæ in templis celebrari prohibitum.

De superstitiosis epulis.

Adhuc igitur de sacris & religiosis epulis dictũ est, nunc de superstitiosis. Ethnici namq; à veri Dei cognitione, religioneq; auersi Iudæorũ παροδικὰ, hoc est, peruersa præposteraq; imitatione cũ sacrificia, tùm epulas quasdã in fictitiorũ suorum deorũ seu dæmonũ potius honorẽ instituerũt, quæ ab illis nõ modò vanissima superstitione, verumetiam effrenata libidine atq; luxuria diebus festis, siue ferijs celebrari consueuerũt. Festis enim, vt inquit Macr. lib. 1. Satur. c. 16. insunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ, & paulò post: Sacra celebritas est, vel cũ sacrificia dijs offeruntur, vel cũ dies diuinis epulationibus celebratur, vel cum ludi in honorem aguntur deorũ, &c. Hinc ferias ipsas nõnulli, vt Festus, à feriendis victimis appellatas volunt, alij, vt Macrob. à ferendis epulis, propterea quod in ijs epulæ fiebant ex pecudum fructuumq; prouentibus. Ex his igitur cõstat Ethnicos certos quosdã instituisse in deorum suorum honorem dies, in quibus illos partim sacrificijs, partim epulationibus, partim denig; ludis coluerunt. Verùm iuuat hic paulò copiosius Iudæorum morem, cum Ethnicorum consuetudine conferre, ex quo epularum illarum superstitiosarum ratio melius patebit.

Feriæ vnde dictæ.

Festiuitatum Iudaicarum, et Ethnicarum comparatio.

Primo igitur quemadmodum Iudæi ex diuinæ legis præscripto certos quosdam atq; solemnes habuerunt dies, quibus remoti ab omnibus alijs negotijs soli rei diuinæ operam dederũt, sic Ethnici quoque cõmentitiorum illorum suorum deorum honori certos quosdam dies consecrarunt, vt paulò antea dictum est. Deinde vt apud Iudæos sacri festiq; illi dies partim sacrificijs, partim epulis fuerũt celebrati, sic Ethnici quoq; suas ferias partim sacrificando, partim epulando transegerũt, id quod duplex illa paulò ante allata vocis feriarum notatio satis indicat. Addiderũt autem ludos, vt ex Macrobij verbis constat, qui Iudæis lege diuina fuerunt prohibiti. Præterea vt & Iudæi cum sacrificijs

gratulatorijs

gratulatorijs epulas, & Christiani (Iudæorum, vt videtur, imitatione) primogeniæ ecclesiæ cum cœna Dominica (quæ sacrificijs illis successit) suas illas ἀγάπας, hoc est, cœnas charitatis, pietatisq; plenas coniunxerunt, vti pluribus explicatum est, sic apud Ethnicos quoq; sacrificiorum quasi indiuiduæ comites fuerunt epulæ, vt passim ex plurimis literarum monumentis constat, quas Paulus dæmoniorum poculum (quo libationes proprie intelligit) atq; mensam appellat 1. Cor. 10. à quarum communione fideles acriter dehortatur. Ac vt de sacrificijs, de quorum varijs generibus, atq; ritibus aliâs forsan dicetur, nunc taceam, epulas Ethnicorum sacras seu potius superstitiosas, cum Iudæorum illis epulis libet comparare.

Primò igitur vt Iudæi post peractū in altari sacrificium, de partibus seu reliquijs sacrificij instruere mensas atq; solennes illas suas epulas consueuerunt, sic Ethnici ex reliquis hostiæ partibus suæ membris cœnam apparabant, quibus, qui sacris interfuissent, vesci licebat. Hæ partes, siue portiones à Græcis μερίδες, à Latinis interdum Missæ fuerunt appellatæ. Festus quoq; testatur omnium carnium sacrificatarum partes Strobula Vmbronum lingua fuisse appellatas. Has autem cū præsentibus distribuere, tum absentibus quoq; mittere consueuerunt. Et (vt testis est Aristoph. Scholiastes in Plutū, in illa verba, τῶν δὲ τὸ περίσσιον τῆς ἐνδοθὲν τις εἰσέγκαῖ λαβών) annotat οἱ ἐκ θυσίας ἰόντες ἔφερον ἐξ αὐτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις κατὰ νόμον τινα, hoc est, ex legis præscripto illis, qui ex sacrificio domum redibant, portiunculam aliquā domesticis afferre, & impertiri fas fuit. His adde quod sæpè carnes quæ ex epulis illis sacris reliquæ fiebant, in macello publicè vendebantur, & ex his collecta pecunia ad sacerdotes redibat, cuius sanè moris Augustin. in expositione propositionis 78. ex epist. ad Rom. meminit. Vtcunq; mos colligi potest cùm ex illis Pauli verbis ad Corinth. Quicquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiā, tùm ex illis quæ sequuntur, Quod si quis infidelium vos vocat, & vultis ire, quicquid apponitur vobis edite, nihil interrogantes propter conscientiam. At si quis vobis dixerit, Hoc idolis immolatum est, ne edite propter illum qui indicauit, & propter conscientiam, &c. Apud Iudæos autem neutrum horū fuit concessum, nam in ipso templo reliquias omnes absumere, nonnunquam etiam comburere cogebantur.

Collatio superstitiosarū epularum quæ apud Ethnicos post sacrificia institutæ fuerunt, cū sacris Iudæorum conuiuijs.

1. Cor. 10.

Deinde apud Iudæos nefas fuit re diuina nondum peracta cibis vesci, quo nomine filij Eli grauiter reprehenduntur: idem moris fuisse apud Ethnicos vel prouerbium illud vulgò iactatum, Haud immolata sacra sæpe deuorat, satis testatur, quod in intemperātes & ventri deditos dici solet. Hinc Plutar. in Sym. scribis prisci seculi homines inter res sacras mensas habuisse, & prius ἀπαρχὰς, id est, primitias dijs consecrasse, quàm ad edendum accumberēt. Tum vt Iudæi, ita Ethnici quoq; ad sua illa sacrificia, atq; epulas sacras amicos, cognatos, familiares, & vicinos, quos volebant inuitabant, ad quas extraneis non patebat aditus. Præterea vt Iudæi in templo simul & sacrificarit, & epulari consueuerunt, sic idem ab Ethnicis factitatum fuisse legimus.

Re diuina non dum perfecta non licebat cibis vesci.

Amici & familiares ad epulas sacras inuitabantur.

Adhæc suprà dictum est Deum præcepisse Iudæis vt sacras illas epulas depositio omni mœrore cum summo animi gaudio celebrarēt, id quod trita & vsitata in sacris literis loquendi consuetudine est lætari coràm Domino: quo quidem gaudium non futile, lasciuum, ac petulans, sed pium, verecundum, modestū, moderatumq; exprimitur coram Deo ipso præsente, omniaq; audiente, ac inspectante. Eodem modo Ethnici in suis illis sacrificijs, epulisq; sacris cùm hilaritatem, atq; lætitiā, tum verecundiam, atq; modestiam adhibendam esse censuerunt, coram dijs ipsis, in quorum honorem illa fiebāt, præsentibus, & auritis oculatisq; omnium, eorum quæ agerentur, testibus. Huius rei luculentum testimonium Athen. perhibet lib. 8. Dipnosoph. his verbis, Antiqui, inquit, cum Deos ἀνθρωποειδεῖς, hoc est, humana specie, atq; forma præditos esse statuerent, his ea quæ in festis fiunt accommodarunt. Nam cum vidissent hominum impetum, quo rapiuntur ad voluptatem, non omnino reprimi ac cohiberi posse, vtile autem in primis ac conducibile esse, si his ipsis ἀτάκτως, καὶ κοσμίως, hoc est, compositè moderatèq; vti assuescerent, certo quodā definito ac constituto tempore, ac prius re diuina facta, illos ad animi remissionem dimiserunt, ita vt quisq; eorum persuasum habens ipsos deos ad primitiarum oblationem atq; libamina accedere, tanto maiori cum pudore atq; verecundia cœtus, conuiuiaq; illa concelebrarent. Hinc Homerus:

Hilaritatem atq; lætitiā modestā in sacris conuiuijs adhibebatum.

ἦλθε δ' ἀθήνη ἰρὴν αἰτήσασα, id est, Pallas venit obuia sacris: & alio in loco:

Αἰθίοπας μετεκίαθεν πλοθ' ἑκατὸν

Ἀντίθεον ταύρων τε, καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης, hoc est,

Æthiopas ad longinquos venit, adfuit ille
Mactatis agnis, ac tauris fortè sacratis. Item.

— Καὶ ὁ Ζεὺς
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες, id est,

— *Et Iuppiter*
Iuit ad hesternos conuiuia casta, secuti
Pone Dei simul omnes.

Addit idem, Si vir quispiam adsit prouectioris ætatis, atq; honestatis studiosus, pudet homines turpe quid dicere, aut facere, secundum illud Epicharmi, ἀλλὰ καὶ σιγῶν ἀγαθὸν ὄντα παρέοντι χαίρομεν, *hoc est, sed & silere bonum est si meliores adsint. Quantò igitur magis cum ipsos Deos sibi persuaderent esse præsentes, festiuitates illas* κοσμίως καὶ σωφρόνως, *hoc est, decorè temperanterque celebrabant. Vnde neque accumbere moris apud antiquos, sed sedentes epulabantur, neque ad ebrietatem vsque bibebant, sed libatione prius peracta tantum quisque bibebat, quantum illi suadebat animus, ac deinde singuli domum abibant. Hæc ille. Hic nunc sic animis nostris reputemus. Quod si Ethnici impura atque sacrilega sua sacra ob deorum seu dæmonum potius præsentiam sibi magna cum reuerentia atque modestia facienda esse duxerunt, quantò maiori cùm animi corporisque sinceritate atque castitate nos Christiani vera illa nostra atque salutaria sacra nobis ab ipso Deo mandata obire atque peragere debemus, ipso Deo præsente, cui omnia nostra non dicta solum, atque facta, verumetiam cogitata, atque adeò intimos animorum nostrorum recessus perspectos penitus, exploratosq; esse certò scimus.*

Veterum modestia in festiuitatibus.

Veteres non accumbebãt, nec ad ebrietatem bibebant.

Quantò maior modestia Christianis in festis adhibenda.

Verùm, vt ad propositum redeam, quemadmodum & sacra illa Iudæorum epulæ, & illa Christianorum Agapæ, sicuti dictum est, tandem in luxuriosam lasciuiam abierunt, sic Athenæus quoque in sequentibus conqueritur illa antiquorum Ethnicorum sacra atque epulas in lasciuiam, luxuriosumque abusum fuisse cõmutata. At verò, inquit ille, qui nunc se dijs sacra facere simulant, vocatis ad sacrificia illa sua epularia amicissimis, atque familiarissimis, tandem (vbi nimirum vino bene sunt saburrati) & liberos suos diris deuouent, & vxores maledictis prosindunt, & domesticos atque seruos malè verberibus tractant; & denique obuijs quibusq; dira quæque minantur, tantum non Homericum illud vsurpantes:

Epularum sacrarum & festiuarũ abusus.

Νῦν δ' ἐρχέσθω ὅτι δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρνα, *hoc est,*
Quod superest læti gestis bene corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

Festiuarũ Christianorum epularũ luxuria.

Huc facit graphica illa festorum gentilium descriptio facta à Iuuenal. Satyr. 11.

— *Sed tempore festo*
Alterius populi rapienda occasio cunctis
Visa inimicorum primoribus, ac ducibus, ne
Lætum, hilaremque diem, ne magna gaudia cœnæ
Sentirent positis ad templa, & compita mensis
Peruigilique thoro, quem nocte, ac luce iacentem
Septimus interea Sol inuenit. Et paulò post:

— *Inde virorum*
Saltatum nigro tibicine (Æthiope scilicet) qualia tunque
Vnguenta, & flores, multæque in fronte coronæ
Hinc ieiunum (id est, acre) odium, sed iurgia primò
Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba rixæ
Debinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sæuit nuda manus: paucæ sine vulnere malæ
Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
Integer, aspicies iam cuncta per agmina vultus.
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos
Indere se credunt ipsi gamen, & pueriles Exercere acies, &c.

Ex his

Ex his verbis nostrorum festorum, atq; conuiuiorũ festiuorum clarissimam habes expressam ẽimaginem, in quibus plurimi exuto omni ferè, non dicam Christiano, sed humano quoq; sensu atq; ratione in bestias quasdam feras, seu furias potius infernales αἰθαιρέτου illius δαίμονος, vt eum Chrysostomus appellat, hoc est, Bacchi vi atq; efficientia transformantur, ita vt non modò in alienos & extraneos, sed etiam in amicos, familiares, atq; domesticos, atq; adeò in fidissimas suas thori consortes, in dulcissima sua pignora atq; viscera, dictis factisq; immanissimè debacchentur atq; sæuiant. Verum quanta illa Ethnicorum conuiuia non modo superstitione, verumetiam ἀσωτίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ celebrari fuerint solita, Athen. lib. 2. Seleuci testimonio confirmat, qui literis memoriæq; prodidit, antiquitus hac opinione homines fuisse imbutos, vt neque vino neq; voluptatibus sibi indulgendum esse existimarent, nisi id deorũ gratia fieret, vnde & θοίναι, & θαλία, & μέθαι ab illis fuerunt dictæ: Ac θοίνας quidem, „ὅτι δι' ἃς θεὸς οἶνον δ' εἶν ὑπελάμβανον, hoc est, quia deorum gratia fas esse putabant vino sese liberalius inuitare. θαλίας autem ὅτι θεῶν χάριν πλίζοντο, καὶ συνήσαν, hoc est, quia deorum gratia conuenire solebant, hoc enim esse, δ' αἵτα θάλειαν, quod sæpe apud Homerum occurrit. Inde quoq;, vt vult idem lib. 1. ἀταθαλία, hoc est, impietas dicta est, ὅτι ἐν ταῖς θαλίαις τὰ ὡρῶτα ἐξημάρτανον οἱ ἄνθρωποι εἰς ἀλλήλους, hoc est, quia in splendidis illis deorum festiuitatibus, atque epulis primò homines cœperunt mutuis sese inuicem iniurijs afficere. μεθύειν quoq;, addit idem, Aristoteles vult dictum δι' ὃ τὸ μετὰ θύειν αὐτοῖς χρῆσθαι, hoc est, post sacrificia liberalius se inuitabant, ac mero genioq; indulgebant. εἰλαπίνας quoq;, vt idem docet lib. 8. veteres appellarunt τὰ θυσίας, καὶ τὰς λαμπροτέρας ἀποσκευὰς, hoc est, sacrificia, & splendidiores apparatus, quorum qui erant participes, dicti sunt εἰλαπινασταὶ, coepulones. Sic idem eodem in loco & θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ, (quoniã Lacedæmonij deos σεὺς appellabãt) & ἐνωχίας non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, id est, cibo, sed ἀπὸ τοῦ ἐνέχειν vult dictas, εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς ἀφροσύνην, καὶ ἄνεσιν αὐτοὺς μανθάνοντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν, μεθυμναῖον, καὶ λυαῖον, καὶ Εὔιον, καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον, hoc est, Sed quod in ijs bene haberent, ad quæ conuenientes, qui numen venerantur, & ad lætitiam animique remissionem sese demittentes, potum quidem μέθυ (ἀπὸ τοῦ μεθύειν) eius datorem Methymnæum, Liæum, Euium, & Ieieum appellarunt. Eandem ob causam etiam ipsum Dæmonium ἵλεων, hoc est, propitium (quæ vox idem est quod ἱλαρὸς) sibi precabantur, acclamationibus vocis, Io Io, & ipsum locum, in quo hæc peragebantur, ἱερὸν, quasi ἵλεων, siue ἱλαρὸν. Ex his omnibus apparet, Ethnicos in sacris illis seu sacrilegis potius suis epulis (quas idcirco θοίνας, θαλίας, εἰλαπίνας, θιάσους, & ἐνωχίας appellarunt) existimasse sibi fas esse cùm in reliquorum deorum, tùm in primis in Bacchi ceu vini lætitiæque datoris honorem, lætitiæ, lasciuiæ, atque petulantiæ effusè effrænateque indulgere. Vnde Demetrius apud Liuium Dec. 4. lib. 10. Non est res qua erubescam pater, si die festo inter æquales largiore vino sum vsus. Hinc Plato lib. 2. Leg. statim ab initio, οἱ θεοὶ, inquit, οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ὅτι πόνον πεφυκὸς γένος. ἀνάπαυλάς τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς, καὶ μέσας, Ἀπόλλωνά τε, καὶ Διόνυσον ξυνεορτὰς ἔδοσαν, ἵν' ἐπανορθῶνται τὰς νομὰς τροφὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ θεῶν, hoc est, Dij idcirco genus humanum ad labores, miseriamque natum miserati, laborum intermissiones, atque relaxationes constituerunt, dierum videlicet festorum celebritates in illorum honorem, & Musas, & Apollinem Musarum ducem, & Liberum patrem, quasi festiuitatum illarum præsides tribuerunt, vt corrigerent, & ad modum mediocritatemque reuocarent dapes illas, quæ fiunt post rem diuinam. Idem potest colligi ex illis verbis Simonidis apud Xenophontem in Hierone, quibus probat, tyrannorum voluptates, priuatorum voluptatibus minores esse. Namque vsitata & solennia superare, hoc præbet voluptates. Idcirco etiam omnes homines diebus festis delectantur, præterquam tyranni. Eorum enim mensæ omnibus epulis semper instructæ, ac refertæ, nullum in diebus festis augendi apparatus relinquunt locum. Itaque hac primum spei iucunditate priuatis cedant necesse est. Huc quoque facit illud Epicharmi, quod ab eodem citatur, Ex sacrificio, inquit, epulum, ex epulo potatio, ex potatione Comus, ex Como θυασία, id est, ludus, ex ludo iudicium, ex iudicio condemnatio, ex hac compedes, sphacelus, mulctatio prouenit. Notanda hic est tartarei illius serpentis astutia. Deus, vt suprà dictũ est, voluit Iudæos in epularibus illis sacrificijs corã se lætari, hoc est, piæ, castæ,

Quanta luxuria, atq; libidine Ethnici festa sua celebrarint.

θοίνοι.

θαλίαι.

ἀταθαλία.

μεθύειν.

εἰλαπίναι.

θίασοι.

μέθυ. Bacchi epitheta.

ἵλεως idem quod ἱλαρὸς.

ἱερὸν quasi ἵλεων, siue ἱλαρὸν.

Festiuitatum finis secundum Platonem.

Diaboli astutia

modeſtæq; lætitiæ indulgere. Diabolus itaq; ceu impura Dei ſimia ſuos ſimiliter miniſtros, atq; cultores fictæ religionis ſpecie ad libidinem, luxuriamq; impulit, cum illis perſuaderet, hoc modo ſeſe maximam à vaniſſimis illis ſuis numinibus gratiam inire. Hinc præterea colligimus idololatria atq; ſuperſtitionis comitem atq; ſociam perpetuam eſſe voluptatem, quam rectè Plato omnium malorum eſcam eſſe dixit.

Idololatriæ comes voluptas.

Epularum ſuperſtitioſarum & luxurioſarum exempla. Iudæorum in vituli aurei cultu epulum.

Nunc exempla quædam epularium huiuſmodi ſacrificiorum, ſiue epularum ſacrificialium, quibus Ethnici vſi ſunt, ex innumeris pauca proferam, primò ex ſacris, deinde ex prophanis literis. Antiquiſſimum, cuius in ſacris literis fit mentio, eſt illud Iudæorum epulum, quod Ethnicorum imitatione, in illa ſua moſcholatria, hoc eſt vituli aurei cultu celebrarũt, in quo cãtilenis, choreis, tripudijs laſciuis atq; petulantibus dicuntur indulſiſſe. Sic enim ſcriptum eſt Exodi 32. Et ſummo mane ſurrexerunt ſequenti die, atq; obtulerunt holocauſta, atq; hoſtias pacificas, ſeditq; populus vt manducaret, & biberet, poſtea ſurrexerunt vt luderent.

Iſraelitarum cum Moabitis ſcortis epulæ.

Sic Iſraelitæ commorantes in Sittim cum Moabiticis mulieribus, à quibus ad ſacrificium vocati fuerant, & cibum ceperunt, & idololatriam commiſerunt, & turpiſſimam ſtupri conſuetudinem habuerunt.

Sichemitarum conuiuia.

Iudicum ſimiliter 9. cap. Sichemitæ vuis collectis, & calcatis in Dei ſui templum, ſacra nimirum ſua procurandi cauſa, ingreſſi fuiſſe dicuntur, & cibum potumq; ſumpſiſſe.

Palæſtinorum conuiuia ſumptuoſa.

Sic (vt Iudic. 16. ſcriptum eſt) Palæſtinorum ſatrapæ conuenerunt, vt Dagoni ſuo magnifica ſacra quæ (vt teſtis eſt Athenæus πλειστὰ proprie à Græcis appellantur) facerent, & vt lætarentur, hoc eſt, vt rectè exponunt interpretes, vt conuiuia læta ludosq; agitarent.

Antiochus Epiphanes cum in templo Hieroſolymitano Iouis Olympij idolum collocaſſet, Iudæos ad illud colendum impulit. In templo itaq; partim comeſſationes luxurioſiſſimæ, partim ſtupra flagitioſiſſima committebantur, vt 2. Mach. 6. ſcriptum eſt.

Beli & Draconis epulæ.

His adde epulas Belo, & Draconi quotidie apponi ſolitas, quæ à ſacerdotibus noctu clàm in templum introeuntibus fuerunt conſumptæ, qui dolus tamen comprehenſus & patefactus, ipſis mortem exitiumq; attulit, vt Baruchi hiſtoriola teſtatur. Similia exempla habes 1. Corinth. 10. cap. de quibus ſuprà dictum eſt.

Homerus. Agamemnonis ſacrificia.

In prophanis verò literarum monumentis innumera huiuſmodi conuiuiorum exempla occurrunt, vnus Homerus tibi innumera ſuppeditabit. Vt Ιλ. α magnificentiſſimi ſacrificij Hecatombæi quod rex Agamemnon per Chryſen ſacerdotem Apollini pro Danais fieri curauit, necnõ epuli quod ſacrificium illud ſtatim fuit conſecutum, mentio fit. Item Ιλ β. idem rex Ioui bouem immolauit, ad quod ſacrificium ſeniores Græcorum proceres dicitur vocaſſe. Idem (fuit enim φιλόθυτος) vt Ιλ. π. ſcriptum eſt Ioui ſimiliter bouem ſacrificauit.

Epulum ſacrificiale Neſtoris.

Οδ. γ. magnificentiſſimum ſacrificium epulare 82. nimirum taurorum deſcribitur, quod Neſtor vnà cum ſuis in littore maris Neptuno obtulit. De hoc ſacrificio, atq; epulo ſic Athen. diſſerit lib. 1. Neſtor licet rex eſſet, multisq; imperaret, tamen cum amiciſſimis tantum, atq; familiariſſimis ſuis liberis pretioſum ſumptuoſumq; illud ſacrificium atq; epulum celebrauit: addit deinde ſententiam obſeruatu dignam, ὁποτάτην γὰρ ἄυτη ἡ θυσία τοῖς θεοῖς, καὶ φιλοφρονεστέρα ἡ δι' ἀλλήλων, καὶ δι' ἑταίρων ἀνδρῶν, hoc eſt, Sanctiſſimum enim dijsq; gratiſſimum eſt illud ſacrificium, quod per illos fit, qui mutua familiaritate atq; beneuolentia ſunt coniuncti. Hæc Ethnicus ille naturæ inſtinctu ſenſit: quantò verius nos Chriſtiani illud de ſacroſancto illo noſtro epulo Dominico & ſentire & dicere poſſumus, illud nimirum tantò Deo gratius & acceptius eſſe, quo maior eſt & ardentior eorum, qui illo ſimul participant, beneuolentia mutua atq; charitas.

Nota.

Alcinoi ſacrificium.

Præterea, vt quò digreſſus ſum, redeam, Οδ. θ. Alcinous Ioui dicitur bouem immolaſſe, quò facto,

——δαίνυντ' ἰερηυδέα δαῖτα
τερπόμενοι, μετὰ δὲ σφιν ἀμέλπετο θεῖος
Ἀοιδός. Hoc eſt,

Summa cum iucunditate, cantuq; ſuauiſſimo glorioſum illud conuiuium celebrarunt.

Græcorum Hecatombe.

Οδ. π. ſimiliter Græci in vmbroſo loco in Apollinis honorem Hecatombem feciſſe, ac poſt illam magnificum epulum agitaſſe leguntur. Verum præ alijs memorabile in primis, & eximium fuit Ne-

fuit Nestoris illud & sacrificium, & epulum, quod Od. π. sub finem copiosè describitur.

Conuiuij quoque sacri prolixam admodum descriptionem habes libro 1. Argonaut. apud Apollon.

——ἀθανάτοισι θυηλὰς
ῥίξαντες (Argonautæ) μέγα δόρπον ἐφοπλίσαν, &c.

Hoc est, Cum dijs rem diuinam fecissent, magnam instruxerunt cœnam. Similis epuli exemplum habes apud eundem lib. 2.

Etsi autem Ethnici omnium suorum deorum festos dies, partim superstitionibus vanissimis, partim comessationibus atque compotationibus immanissimis, quas illi sacras appellabant, celebrarunt, tamen præ cæteris omnibus dijs Bacchum, Cererem, Venerem atque Saturnum omni lasciuiæ, petulantiæ, libidinum ac voluptatum genere sibi colendos esse duxerunt, ac proinde in illorum ferijs ebrietati, gulæ, ludis, atque libidinibus religionis obtentu atque simulatione maximè indulserunt.

Nam primo quidem quoad Bacchum, Græci primum, deinde etiam Romani illum multis cæremonijs, libidinibus, atque sympossijs execrandis coluerunt. Nam cum illum (forsan pro Noacho Bacchum siue Iacchum accipientes) primum vini, quod quidem lætitiæ causa est, inuentorem, atque authorem esse sibi persuasissent, meritò illum omni lætitiæ, ac voluptatis genere sibi honorandum esse ducebant. Et huc faciunt illa supra citata Athenæi verba, qui & conuiuia, ad quæ Διωνύσιον illud (sic enim Bacchum appellat) colendi gratia homines conueniebant, Διωχίας, ἀπὸ τοῦ εὖ ἔχειν, & vinum illius donum μεθυσμὸν ἀπὸ τοῦ μεθίστασθαι αὐτοὺς εἰς ἀφροσύνην, καὶ ἄνεσιν, & eius datorem μεθυμναῖον, λυαῖον, ὕϊον, καὶ Ἰνιον nimirum à lætitia atque hilaritate nominabant. Itaque Græci, superstitiosa & ebriosa natio, varia & multiplicia in illius honorem sacra, ludos, atq; sympossia instituerunt. Bacchi festa. Græci superstitiosa & ebriosa natio.

Hæc primò generatim dicta sunt ὄργια (qua tamen voce, vt Grammatici docent, communiter omnis generis sacra Græcis dicuntur, vt Latinis Cæremoniæ) vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς id est, à furore, (teste Eusebio de Præpar. Euang. vnde & Mænoles, id est, totus furens, & Mænalas muliebri habitu amictus ab Origene contra Celsum, & μανιχὸς ab Orpheo in hymnis dictus est) vel ἀπὸ τῶν ὀρέων, id est, à montibus, in quibus præcipuè celebrabantur, secundum illud Virgil. ὄργια.

——Qualis commotis excita sacris
Thyas, vbi audito stimulant Trieterica Bacchò
Orgia, nocturnasq; vocat clamore Citharon.

Oreos Liber pater, ait Festus, vt & Oreades nymphæ appellantur, quod in montibus frequenter appareant: Hinc Phurnutus ait quosdam dicere, in monte Nysio Iouem primum vitam produxisse, vnde Dionysij nomen. Quid si à monte, quia Bacchus amat colles, vt Virgil. inquit.

Deinde appellata sunt Διονύσια, eò quòd Bacchus ipse appellatus est Διόνυσος, & Διονύσιος, vel (vt nonnulli volunt) ἀ Διὸς καὶ νῦσα; id est, Ioue patre, & Nysa vrbe Arabiæ, in quâ fuit à nymphis educatus; vel, vt Plato vult, & Hesiodi interpres, quasi δεδοικὼς ὁ Διόνυσος ἀ διδόναι τὸν οἶνον, id est, quia dator sit vini, vel, quod Phurnuto placet, ὡς διόνυξος ὤν, quasi nos adaperiens, siue παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως, quia suauiter nos irriget: vel quasi λύσιος inuersione α. in ο. & λ. in ν. quod curis soluat modicis, & nimijs animum, vnde & Alysius dictus, & Lyæus. Illi qui Bacchum voluerunt esse solem, vt physici, Dionysium existimarunt esse dictum, vel quasi Διὸς νοῦν, id est, mentem Iouis, vt Macrobius sensit, vel, quæ Orphei fuit sententia, ἀπὸ τοῦ διανεῖσθαι καὶ διαφέρειν, quod circumferatur in ambitum, vel denique, vt Cleanthes, Artemidorus, lib. 2. Oniroc riticôn, & Suidas opinati sunt, ἀπὸ τοῦ διανύειν, id est, à perficiendo. Dionysia autem apud Athenienses mense Elaphebolione agebantur. Διονύσια.

Ληναια quoque fuerunt Bacchi sacra dicta; quoniam ipse ληναῖος Lenæus dictus, vt Eusebius, Diodorus, & alij testantur, quod vindemijs & torcularibus præsit. Hinc Lenæon mensis Athenienssium dictus, in quo similiter illius sacra Lenæa peculiariter dicta celebrabantur, teste Suida. Prima autem eiusdem sacra Athenis per agros à mense Posideone agi solita fuisse, vt Lenæa mense Lenæone. Dionysia Elaphebolione Gyraldus in libris de Dijs gentium se in Græcis reperisse dixit. ληναια.

Digitized by Google

Omophagia. ὠμοφάγια etiam quasi dicas crudiora Bacchi sacra dicta fuisse, Arnobius his verbis testatur, Bacchanalia etiam prætermittamus immania, quibus nomen Omophagijs Græcum est, in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus: atque vt vos plenos Dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Capri facit mentionem propterea quod Baccho antiquitus hircus, seu caper mactabatur, quod hoc animalis genus vites maximè rodat, vt Virg. 2. Georg. Ouid. in Fastis, Prudentius contra Symmachum & alij testantur.

Θοίνια. Θοίνια similiter Hesych. fuerunt θυσίαι, id est, sacra Dionysij apud Athenienses, qui θοίνιος fuit appellatus, id est, Deus vini.

Tricterica. Præterea æquè Græcis & Latinis Trieterita Bacchi sacra, hoc est, Triennalia dicta sunt, vt Ouidij, Virgilij, Statij, & aliorum testimonijs facilè probari potest, & ipse dictus est Trietericus. Plutarch. Sympos. lib. 4. Probl. 5. festum tabernaculorum Iudaicum τρετηρικὴν πανηγύριν confert, de quo suprà satis dictum est.

Νυκτίλια. Iam verò quoniam detestanda illa sacra noctu antiquitus peragebantur, νυκτίλια, teste Seruio in 4. Æneid. fuerunt nominata, hoc est, nocturna, & ipse Bacchus νυκτίλιος à Plutarcho, Ouidio, Pausania, hoc est, nocturnus à νυκτελίω, id est, in nocte perficio. Vnde Virgil.

—— Vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Dictus quoq; est eandem ob causam & φανοσπόρος, id est, Phanosperus & λαμπτήρ, cuius templum fuit apud Pallinenses, in quo celebritas agebatur, quam à deo illo λαμπτηρίαν vocabant, nimirum ἀπὸ τῶν λαμπάδων, id est, à lampadibus atq; facibus. Nam, vt Pausanias author est, noctu ea solennitas celebrabatur, facesq; ad templum ferebant, atq; ita benè poti crateras per totam vrbem statuebant, quò melius quisq; deum coleret: Nam, vt Paulus inquit, qui inebriantur, noctu inebriantur, cui congruit illud,

Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent.

Hinc rectè Bacchanalia quæ hodie quoq; à Christianis noctu potissimum agitantur summo cum furore, atq; amentia, à Germanis Faßnacht corrupta voce, quasi nox Bacchi appellatur, tametsi nonnulli dicta volunt Faßnacht, id est, nox doliorum, propterea quod plurima vini dolia in illa nocte exhauriantur. Poloni Gody à gaudio nimirum, Itali Cameuaille, Galli Carmentaran vocant, id est, carnispriuium.

Ἀμβρόσια. Ἀμβρόσια quoq; Dionysij festum apud Ionas fuisse Gyraldus scribit.

Anthisterion mensis Baccho apud Athenienses sacer. Præterea apud Athenienses mensis Anthesterion dictus (quem alij, vt Gaza, autumnalem faciunt, plures, vt Macrobius, & Philostratus, vernalem, sic dictum, teste Harpocratione, quod tum flores ex terra nascuntur) totus Baccho fuit sacer, in quo illius sacra quædam peragebantur, quæ αἱ Ἀνθέστια, Πιθοιγία, Χόες, Χύτροι fuerunt appellata. Theophilus scribit Anthesteria ab Atheniensibus Dionysia appellari. Thucid. lib. 2. Baccho sacra fieri 10. mensis Anthesterionis. Apollodorus, teste Suida, in genere totam celebritatem Bacchi vult Anthesteria vocari, illius partes Pithægiam, Choas, & Chytram. Verùm de singulis seorsim dicemus.

Anthisteria. In Anthisterijs, vt à Latinis in Saturnalibus, seruos conuiuijs liberalibus excipi solitos fuisse ex prouerbio illo videtur posse colligi, Ite foras cares (χαρὶς θύραζε, quasi dicat serui) non amplius Anthisteria, vt Gyraldus in suis annis, & mensibus annotat. Fuit & prouerbium alterum, Νίσσου μετ' Ἀνθεστήρια, hedem post Anthisteria, cum serius quippiam fit & post tempus. Nam hedera Baccho fuit sacra, & in sacris Bacchi κιττοφόροι erant, id est, hederigeri.

Pithægia. Πιθοιγία, inquit Suidas, ἡ τῶν πίθων ἀνοιγή, festum erat Bacchi, in quo dolia relinebant, & amicis potum præbebant. Cæl. lib. 15. cap. 25. De eodem sic Plutarch. 3. Sympos. 7. Athenis vndecimo die mensis Anthesterionis primitias noui vini delibant, diemq; illum à doliis reserandis πιθοιγίαν (corruptè in quibusdam exemplaribus πιθοινίαν legitur) vocant, vtque apparet antiquitus de vino antequam gustarent libantes, vota faciebant, vt sibi vsus eius medicamenti salutaris, & innoxius foret. Apud nos mensis φροστατήριος dicitur, quasi Patronalis, sextaque eius die statutum est sacris bono genio (ἀγαθῷ δαίμονι) factis gustare vinum post flatum Fauonij, is enim venens omnium maximè vina mouet, ac mutat, & quod vinum hunc subterfugit, id putatur perdurare.

Hin

His Pithægijs respondent Romanorum vinalia, & nostra Martinalia, quibus similiter vinum nouum primò degustamus.

χόες, siue χᾶς sacrum fuit institutum à Themistocle in honorem Bacchi à mensura seu vase vocabulo, vt videtur, deflexo, vnde & ipse Dionysius Choopotes fuit cognominatus. De illo festo sic scribit Suidas. Choes festum est, quod Athenis agebatur mense Anthesterione, cuius hæc ratio, atq; origo traditur. Oreſtes cum interfecta matre Athenas venisset, Athenienses illum hospitio, conuiuioq; exceperunt, nec tamen eodem cum illo vino participarunt, verum choas illi vini plenas seorsim apposuerunt. De eodem sic idem scribit, nec non Aristoph. Scholiastes, in Equitibus, in illa verba, ὄινῳ χοᾶ. χᾶς Chus mensura est Attica capiens ñ cotylas. Est præterea festum Athenienſium hac de causa sic appellatum. Oreſtes propter matris cædem profugus, Athenas se contulit ad Pandionem cognatum suum, Athenienſium regem. Is cum publicum quoddam epulum eo tempore fortè celebraſſet, & Oreſtem neq; præ pudore dimittere, neq; præ religione ad potus, mensæq; communionem admittere auderet, cùm nondum esſet expiatus, ne ex eodem cratere biberet, singulis conuiuis choem siue choam apposuit. Ibidem Suidas testatur, festum hoc 12. mẽsis Anthesterionis die celebratũ fuiſſe, &, teste Apollodoro, solam quidem illam Bacchi festiuitatem αἰθυσηφια dictam fuiſſe, illius autem partem πιθοιγίαν. Epuli huiusce χοῶν apparatum Aristoph. in Ἀχαρνῆς egregiè his verbis deſcribit, Festum χοῶν.

——ὀπὶ δεῖπνον ταχὺ
Βάδιζε, τὴν κίστην (ὀψοθήκην) λαβὼν, καὶ τὸν χοᾶ
ὁ τῦ Διονύσυ γὰρ σ' ἱερεὺς μεταπέμπεται. E paulò post:
Τἆλλ' ἄλλα πάντ' ὄψιν παρεσκευασμένα
Κλίναι, τράπεζαι, στρωμνὴ φάλαια, στρώματα
Στέφανοι, μύρον, τραγήματ' αἰπόρναι πάλιν
Ἀμυλοι. πλακοῦντες, σησαμοῦντες, ἰτρία
ὀρχηστρίδες, τὰ φίλτατ' ἁρμοδίου, καλαὶ. id est,

——Ad cœnam citò
Te confer ciſtam accipiens atque choa.
Nam Dionyſij te ſacerdos accerſit.
Reliqua verò omnia ſunt parata,
Lecti, menſæ, puluini, ſtrata.
Coronæ, vnguentum, bellaria, ſcorta adſunt.
Amyli, placentæ, ſeſami, itria ſiue liba (certa ſunt placentarum genera, de quibus poſtea.)
Saltatrices, Harmodij carmina, pulchræ.

His verbis vno quaſi faſciculo habes comprehenſa omnia, quæ cùm ad huiusce χοῶν, tùm cuiuſuis alterius epuli antiqui apparatum pertinebant. Horum autem quædam ab inuitatis afferebãtur in illo epulo choôn, alia ab inuitantibus ſubminiſtrari ſolebant, vt Scholiastes in hunc locum annotat. Inuitati enim ſecum adferebant ἐψήματα cibos coctos, nimirum ἀμύλους (βρῶμα τὸ μὴ πεπλωκὸς ὑπὸ μύλων, teſte Euſtath. Ιλ. π. id est, placentæ genus ἀλθρύπτῳ, in quo comminuendo dentes molares non laborant) πλακοῦντας placentas, σησαμοῦντας (σησαμοῦς εἶδος πλακοῦντος, σησάμην ἦν καλοῦμεν σησαμίδα. teſte Scholiaſt.) ἰτρία (τὰ πυρίδη πλάσματα) Afferebant præterea ſecum κίστην, id est, ὀψοθήκην (vnde forſan Latinum ciſta, & vernaculum noſtrum Kiſten) nec non χοᾶ poculum, ne alio poculo communicarent, idq; propter cauſam ſupra de Oreſte commemoratam. Illi verò qui vocabant ſolebant ſuppeditare, & apponere coronas, vnguenta, bellaria, & alia huiuſmodi, nimirum lectos, menſas, puluinaria, ſtragulas veſtes. His accedebant meretrices, ſaltatrices pulchræ, & τὰ φίλτατα ἁρμοδίου, hoc est, Scholiaſte interprete, τὰ ὡς ἁρμόδιον σκολιὰ ἄσματα, ſecundum illud ſuprà ἀσμοδίου μέλος ἄσεται.

Iam verò quoad feſtum χύτροι, id est, ollæ dictum, de illo sic scribit idem Aristoph. interpres in χύτροι.
Ἀχαρνῆς *in illa verba,*

ὑπὸ τὰς χόας γὰρ, καὶ χύτρους αὐτοῖσι τις, &c.

Chytri feſtum apud Athenienſes percelebre, in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant,

Dionysio & Mercurio operantes, vt Theopompus scribit, principium huius sacri à Deucalione vsq; per manus traditum fuit. Ferunt enim illum, & qui cum eo ex diluuio illo superstites euaserãt, semina ita coxisse, vnde festum exortum, & appellatum est: nam Chytra ollam significat, nec ex coctis quicquam gustabant, sed Dionysio & Mercurio Chtonijs offerebant pro mortuis. Sunt qui hæc eodem peracta die affirment, quo & Choes agebantur, idq; 13. Decemb. sicut Aristoph. interpres Didymi testimonio confirmat. Eiusdem Suidas quoq; meminit.

πανυγία. Sed & πανυγία celebritas Dionysio peragebatur, & Neptuno, vt scribit Hesychius, quod Anteuindemia appellare possumus.

φαγήσια, & φαγησιπόσια. His adde φαγήσια, & φαγησιπόσια (φαγησία quoq; & φαγησιποτία, subintellige ἑορτὴν, in singulari numero dicitur) quæ fuerunt festum, in quo cibo potuq; ad satietatem vsque exhilarabantur. Huius fit mentio apud Athen. lib. 7. sub initium, vbi citat locum quendam ex Clearcho, & dicit hoc festum exoleuisse, quemadmodum & festum ραψωδῶν, quod & ipsum agebatur tempore Dionysiorum, in quo singuli qui conueniebant dijs rhapsodias honoris loco afferebant. Videtur ergo vtrumq; hoc festũ olim in Bacchi honorem institutum, ac celebratum fuisse. Apud nos Christianos, vt nihil dicam de barbaris nationibus, huiusmodi phagesia, & phagesipotia quotidie ferè exercentur.

λαγηνοφόρια. Huic similia idem author Plutarchi testimonio comprobat, fuisse λαγηνοφορίων Lagenophoriorum sacra, quæ à Ptolomæo primùm, multarum aliarum quoque cæremoniarum ad Bacchi cultum pertinentium inuentore, instituta, & ab Alexandrinis culta atque celebrata fuerunt. In illo autem festo oliuæ ramos gestare, ac cænantes in lectulis accumbere solebant, cum quisque lagenam secum domo (quod idem in festo Choôn fieri solitum fuit) deferret, ex qua biberet, vnde ipsum festum nomen suum sortitum fuit. His vt nomine, ita reipsa respondent Christianorum quorundam Othmaria (quæ etiam Othmari lagena vocantur) potationibus peruigilibus celebrari solita. Athenæus, vt illud quoque addam, scribit libro 1. in loco quodam, qui octo stadijs ab Elia distat, incolas in Bacchanalibus solitos fuisse tres lebetes vacuos præsentibus externis recludere, quos iterum aperientes vini plenos inueniebant. Hæc fuerunt nomina atque genera festorum, atque sacrorum, quibus olim Bacchus à Græcis coli fuit solitus. Horum alia quidem à furore, qui in illis dominatus est, ὄργια, alia à Baccho, cui illa fuerunt consecrata, διονυσια, θοίναι, λήναια, alia à tempore in quo fuerunt celebrata, Ανθηστήρια, νυκτέλια, λαμπτηρία, τριετηρικὰ, id est, Triennalia, quod tertio quoque anno in quibusdam Græciæ ciuitatibus peragebantur, alia à vasis & instrumentis, quæ in illis fuerunt adhibita, χόες, χύτροι, λαγηνοφορια, πιθοιγία, alia deniq; à gula & ebrietate, quæ in illis regnauit, ὠμοφάγια, φαγήσια, & φαγησιπόσια fuerunt appellata.

Othmaria Christianorũ. Anacephalæosis festorum Bacchi.

Romanorum sacra in Bacchi honorem celebrari solita. Bacchanalia. Liberalia. A Græcis porrò immania, atque insana illa sacra, sceleris flagitijque plena ad Romanos promanarunt, quæ ab illis Bacchanalia atque Liberalia fuerunt dicta, quoniam ille in cuius honorem illa agebantur, & Bacchus fuit dictus, & Liber. Hæc festa licet vni & eidem dæmoni fuerint consecrata, qui & Bacchus & Liber fuit vocatus, tamen secundum Romanorum consuetudinem, non eodem tempore fuerunt celebrata. Liberalia enim in quibus etiam Annæ Perennæ sacra fiebant XVI. Kalend. April. fuerunt celebrata, quorum Cicero sæpè in Epistol. ad Atticum meminit. Et Varro sic vult esse dicta, quod per totum oppidum eo die sederent sacerdotes Liberi, & anus hedera coronatæ cum libis, & foculo pro emptore sacrificarent. Ouidius libro 3. Fastorum, illorum & originem, & morem atque cæremonias diligenter, eleganterque descripsit. De Cæremonijs sic canit,

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ
Non procul à ripis aduena Tybri tuis.
Plebs venit, ac virides passim disiecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quisque sua.
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt,
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est
Pars ibi pro rigidis calamos statuêre columnis,
Desuper extentas imposuêre togas.
Sole tamen, vinoque calent, annosque precantur.
Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.

Inuenies

Inueniet illic, qui Neſtoris ebibat annos
Quæ ſit per calices facta Sibylla ſuos.
Illic & cantant quicquid didicere theatris.
Et iactant faciles ad ſua verba manus,
Et ducunt poſito duras cratere choreas,
Cultaque diffuſis ſaltat amica choris.
Cum redeunt, titubant, & ſunt ſpectacula vulgi
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit nuper, viſa eſt mihi digna relatu
Pompa, ſenem potum pota trahebat anus.

Ex his conſtat Liberalia per agros ſub dio, vel tentoriis cum largioribus poculis, libis melliteis ceu Liberi bellariis, cantiunculis, atq; choreis impudicis fuiſſe celebrata: de quibus vide P. Pithoei Aduerſ. lib. 1. cap. 9. Annon quæſo huiuſmodi Liberalia, ſeu illiberalia potius non modò feſtis, ſed profeſtis quoque diebus à nobis Chriſtianis, Germanis potiſſimum aſſiduè agitantur? His ipſis porrò Liberalibus moris quoq; fuit togas dari, de quo ſuprà.

Quod ad Bacchanalia attinet, illa, vt Gyraldus vult, ſingulis menſibus agebantur, vt Lazius, alia Martio, alia in Vindemia inter initia Septembris, & aliquando alio anni tempore. Quanta verò illa partim cibi potuſque intemperantia, partim libidine, monſtroſa certè, & execrabili agitari fuerint ſolita, pluribus deſcribit Liuius Decad. 4. lib. 9. Tacitus libro 11. Valerius Maximus libro 6. cap. 3. & alij. Atque hanc quidem ob cauſam, vt ijdem ſcriptores teſtantur, illa à Romanis fuerunt ſublata. Auguſtinus libro 6. de Ciuitate Dei, cap. 9. Sic Bacchanalia, inquit, ſumma celebrantur inſania, vbi Varro ipſe confitetur, à Bacchantibus talia fieri non potuiſſe, niſi mente commota. Hæc tamen poſtea diſplicuerunt Senatui, & ea iuſſit aufferri. Saltem ſic tandem forſan ſenſerunt, quid immundi ſpiritus, dum pro dijs habentur, in hominum poſſint mentibus. Idem libro 18. cap. 13. Tunc & Liber pater, inquit, bellauit in India, qui multas in exercitu habuit fœminas, quæ Bacchæ appellatæ ſunt, non tàm virtute nobiles, quàm furore. Aliqui ſanè & victum ſcribunt Liberum, & victum, nonnulli & occiſum in pugna à Perſeo, nec vbi fuerit ſepultus tacent. Et tamen eius velut Dei nomine per immundos dæmones Bacchanalia ſacra, vel potius ſacrilega ſunt inſtituta. De quorum rabioſa turpitudine poſt tam multos annos ſic Senatus erubuit, vt in vrbe Romana eſſe prohiberet. Eorundem turpitudinem Tertullianus quoque non ſemel in ſcriptis ſuis Ethnicis Chriſtianorum cœnam Dominicam, & Agapas, vti ſuprà dictum eſt, calumniantibus exprobrauit, quæ tamen Liberalia vocat. In libro de Spectaculis, Duo iſta dæmonia, inquit, Venus & Liber, coniuncta, & conſpirata inter ſe ſunt, ebrietatis, & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus eſt. Nam & alios ludos Scenicos Liberalia propriè vocitabant, præterquam Libero deuotos, quod ſunt Dionyſia penes Græcos, etiam à Libero inſtitutos. Item eodem in libro, Nam cùm & promiſcuè ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi patris manifeſtè ſonabant. Libero enim à ruſticis primò fiebant, ob beneficium, quod ei aſcribunt, pro demonſtrata gratia vini. Idem in Apolog. capite quadrageſimo ſecundo, Non in publico Liberalibus diſcumbo, quod beſtiarijs ſuprema cœnantibus mos eſt. Idem de illorum abrogatione ſic ſcribit capite ſexto eiuſdem libri, Liberum patrem cum myſterijs Conſules (Q. Martius Philippus, & Poſthumius Albinus) Senatus authoritate non modò vrbe, ſed vniuerſa Italia eliminauerunt. Idem tamen docet illos poſtea turpes, & otioſas illas ſuperſtitiones reſtituiſſe, Licet Bacho iam Italico furias veſtras immolaritis. Idem, vt hoc quoque addam, capite trigeſimo nono Apologet. Aputarijs Dionyſij myſterijs Atticis coquorum delectum induci ſolitum fuiſſe ſcribit. Aputariorum autem celebritas ſic dicta ἀπὸ τῆς ἀπάτης, hoc eſt, fraude, quam Athenienſes à Bœotijs paſſi fuerunt, quatuor continuis diebus durabat, quibus ſacrificabant & epulabantur Athenienſes publicè atque priuatim, de qua ſuprà. Sed ex hoc Tertulliani loco colligimus illa ipſa in Dionyſij quoque honorem celebrari fuiſſe ſolita. Idem Apologet. capite trigeſimo ſeptimo, Quoties etiam præteritis vobis, ſuo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus, & incendijs ipſis Bacchanalium furijs? Scythæ, author eſt Herodotus in Melpomene, Græcis vitio verterunt Bacchanalia celebrandi conſuetudinem, cùm à ratione omnino alienum eſſe exiſtimarent, illum Deum

Bacchanalia. Lib. de Rep. 10

Bacchanalium monſtroſa intemperantia et libido.

Bacchanalia à Romanis abrogata.

Aputaria.

Scythæ Græcorum Bacchanalia vituperant.

Digitized by Google

Dionysij Epiphanis in huiusmodi Bacchanalium contemptores Iudæos crudelitas.

cogitare, ac diuinis honoribus afficere, qui homines ad insaniã adigat. Dionysius Epiphanes, seu potius Epimanes crudelissimus tyrannus miseros Iudæos, cùm alias superstitiones, tùm Bacchanalia quoq; celebrare, (quod Bacchanalia facere Plautus appellat) & hedera coronatos Baccho pompam ducere coegit, ac eos qui nefarijs hisce suis iussis atq; mandatis obtemperare noluerunt, immanissimè trucidari curauit, vt scriptum est lib. 2. Mach. cap. 6.

Christianorum Bacchanalia.

Hæc aliquantò latius atque copiosius de Bacchanalibus dicere volui, quò magis appareat Christianorum Bacchica planè, hoc est, insana ac furiosa impietas, qui tam immania tam tetra, omnis sceleris flagitijsque plena festa, ab ipsis Scythis damnata, à Romanis ob insignem illorum fœditatem sublata, non dubitarunt quasi postliminiò in ecclesiam introducere. O scelus, ô crimen horrendum, & ingens, quo procul dubio grauem, & horrendam nobis iram atque furorem diuinam conciliamus. Iudæi olim, vt Macchabæorum historia testatur, nec non Christiani primitiuæ ecclesiæ millies mortem quamuis acerbissimam oppetere maluerunt, quàm vt immanibus atque sacrilegis huiusmodi sacris sese polluerent. Romani illorum turpitudine cognita, illa ex vrbe sua totaque Italia exterminauerunt. Scythæ gens barbarissima ipsius naturæ instinctu ab illis vehementissimè semper abhorruerunt. At nos Christiani, proh dolor, atque pudor, illa morsicus retinemus, illis mirum in modum delectamur, illa non minore, quam olim Ethnici, furore atque insania, diurnis nimirum nocturnisque discursibus, ludis, spectaculisque obscœnis, clamoribus atque vociferationibus insanis, helluationibus atque compotationibus monstrosis, libidinibus vagis, atque stupris agitamus, ita vt non homines, sed Stygiæ illæ Bacchæ, Furiæ, atque Erynnies cum ardentibus suis facibus ex inferis excitatæ passim discursare videantur. Nec paucis tantum hæc diebus fiunt, sed omne illud tempus quòd à Natali Domini nostri Iesu Christi ad quadragesimale vsque tempus intercedit, sceleribus huiusmodi atque flagitijs impenditur. Itaque cùm ipsum vulgus turpissimis huiusmodi ludis deditum graui sese scelere obstringit, tùm verò longè grauissimo, quasique inexpiabili crimine sese populi duces atque præsides cùm politici, tùm ecclesiastici contaminant, qui tantam scelerum atque flagitiorum licentiam impunè cum summa Christiani nominis, numinisque diuini ignominia atque dedecore, tum extremæ Reipublicæ ecclesiæque pernicie grassari patiuntur. Quid dicam, quod plurimi reperiuntur, qui furiosam hanc imperitæ multitudinis temeritatem atque audaciam exemplo atque authoritate sua magis adhuc incitant, atque inflammant. Annon quæso Romani illi magistratus, in extremo & vniuersali illo iudicio, Christianos hosce nostros magistratus condemnabunt, quòd ipsi veræ licet religionis expertes, tamen vel naturæ solius ductu ac magisterio turpissima illa Bacchanalia prorsus fastidierunt, at verò hi Christianæ religionis sacris initiati, documentisque sanctissimis instituti, atque imbuti, quibus Deus populi, ecclesiæque suæ salutem commisit, impuras, nephandas, ac planè dæmoniacas hasce Bacchanaliorum cæremonias atque ritus, fouent, alunt, atque tuentur. Iam verò quid dicam, quòd plurimi eorum, qui se Christianos profitentur atq; simulant, quotidie ferè Liberalia, atq; Bacchanalia viuunt, vt poëtæ illius verbis vtar, hoc est, dies noctesque intemperantia, libidinibus, atque voluptatibus turpissimis inseruiunt.

Cereris sacra.

Vt autem Bacchum, quem vini datorem existimarunt, ita Cererem quoque, quam frumenti inuentricem opinabantur, luxuriosis epulis, nefarijsque libidinibus coluerunt Ethnici. Illa autem sacra, atque conuiuia à Græcis Θεσμοφόρια, atque Δημήτρια, à Latinis Cerealia dicta sunt. His autem Romanos genio indulgere, & opiparè epulari solitos fuisse, vel ex Vergilio intelligere licet Georgicorum, vbi ita canit,

In primis venerare Deos atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
Extremæ sub casu hyemis, iam vere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina,
Tunc somni dulces, denſæque in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fauos, & mite diluc Baccho, &c.

Cereales cœnæ

Hinc Cereales cœnæ apud Plautum in Menachmis, hoc est, opiparæ, & multis ferculis refertæ.

Macrobius

Macrobius lib.3. Saturnal.cap.11. affirmat in ſacrificijs Cereris vinum non adhiberi ſolitum fuiſſe, idq; Plauti teſtimonio confirmat, cuius hæc ſunt in Aulularia verba,

Staph. Cererin' Strobile iſtas facturi nuptias?
Strob. Qui? Staph. Quia temeti nihil allatum intelligo.

Sed contrà Cato de Re ruſtica cap.134. in extremo. Poſtea Cereri exta, & vinum date: nec non Virgilius paulò ante citatis carminibus, docet cum vino quoque fuiſſe celebrata. Nodus, inquit Lambinus in Plautum, mihi inexplicabilis, niſi alium dicamus in hac re fuiſſe Græcorum, alium Romanorum morem. Nam θεσμοφορίοις, id eſt, Cerealibus, ſeu feſtis diebus Cereris, vini vſu interdictum eſt, neque vinum libabatur, neque vinum in ſacris adhibebatur, ex quo θυσίαι νηφάλιοι ſunt dictæ. Tum mulieres ea ſacra tractabant, atque adminiſtrabant, quæ perpetuò apud Romanos temeto carebant, apud Græcos verò ſaltem ijs diebus ſeſe à vino abſtinebant. Nonnulli ſic ſoluunt, vt dicant Cererem eandem eſſe atque Veſtam, ſeu potius Terram. Hæc ille. Verum de his ſacris, ſi vis, vide plura apud Gyraldum de Dijs gentium, & Lazium de Republica Romana, Dionyſ. Halyc. lib.2. & alios.

Eleuſinia quoque Græcis ſacra dicta ſunt, quorum immanis fuit turpitudo. Arnobius libro octauo, Ceres facibus accenſis, & ſerpente circundata, errore ſubreptam, & corruptam Liberam anxia & ſolicita veſtigat, hæc ſunt Eleuſinia. Idem libro quinto, Vultis enim conſideremus myſteria, & illa diuina quæ Theſmophoria nominantur à Græcis, quibus gente ab Attica Sancta illa peruigilia conſ. crata ſunt, & pannychiſmi graues. Deſcribit deinceps illorum originem atque fœditatem pluribus. Idem libro ſeptimo, Lectiſternium Cereris erit proximis Idibus, habent enim dij lectos, atque vt ſtratis poſſint mollioribus incubare, puluinorum tollitur, & excitatur impreſſio. Eorundem Eleuſiniorum ſanè turpiſſimorum Tertullianus quoque mentionem facit libro Aduerſus Valentinianos ſub initium, Nam & ipſa Eleuſinia hæreſis eſt ipſa Atticæ ſuperſtitionis (nam Eleuſis vrbs eſt Atticæ) quod tacent pudorem ſcilicet, propter occultum obſcœni virilis. Et paulò poſt, Sequitur iam ſilentij officium, attentè cuſtoditur, quod tardè inuenitur. Cæterum tota in adytis diuinitas, tot ſiparia (vela) portarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulachrum membri virilis reuelatur. His verbis Tertullianus Valentinianorum turpes & obſcœnas concubitus, abditis & abſtruſis illis, ſed turpiſſimis Eleuſinijs comparat, in quibus mentula colebatur. Ex his ergo conſtat Cererem à Gentilibus non luxurioſis modò epulis, verumetiam nefarijs libidinibus fuiſſe cultam. O vtinam non nos quoque Chriſtiani vt Bacchanalia, ita Cerealia quoq; atq; Eleuſinia tàm feſtis, quàm profeſtis diebus ageremus. Eleuſinia.

Tertia dea, quam Ethnici, omni luxuriæ petulantiæque genere coluerunt, fuit Venus, quæ, vt ille inquit, ſine Cerere & Bacchо friget, in cuius honorem Aphrodiſia, Apaturia, & alia feſta inſtituta, ac celebratæ fuerunt. Sacra Veneris.

Quartus deus, quem & Græci, & Romani veteres cùm multis alijs cæremonijs atque ritibus, tùm verò atque in primis lætiſſimis, lautiſſimiſque epulationibus coluerunt, fuit Saturnus, cuius feſti dies à Græcis χρόνια, à Latinis Saturnalia fuerunt appellata, de quibus, quoniam multa habent cum Chriſtianorum moribus communia, paulò copioſius ſcribam. De his primò L. Accius poëta antiquiſſimus ſic cecinit, Saturnalia.

Maxima pars Graiûm Saturno, & maximè Athena
Coficiunt ſacra, quæ Cronia eſſe iteruntur ab illis
Cumque dies celebrant per agros, vrbesque ferè omnes
Exercent epulis lati, famulosque procurant
Quiſque ſuos, noſtrique itidem, & mos traditus illinc
Iſte, vt cum dominis famuli tum epulentur ibidem.

Iuſtinus ſimiliter ex Trogo ſcribit, in Saturnalibus exæquato omnium iure paſſim in conuiuijs ſeruos cum dominis recubare, ob memoriam exempli Saturni regis Aboriginum. Is enim tantæ iuſtitiæ fuiſſe dicitur, vt neque ſeruierit ſub cælo quiſquam, neque quicquam priuatæ rei habuerit, ſed omnia communia & indiuiſa omnibus fuerint, veluti vnum cunctis patrimonium eſſet. De illorum & origine, & tempore ſic Macrobius ſcribit libro primo Saturnaliorũ, capite decimo, Apud

Digitized by Google

Saturnalium origo, & tempus quo celebrata fuerint.

veteres dicit opinionem fuisse septem diebus peragi Saturnalia, id quod nonnullis testimonijs confirmat. Sed tandem concludit, Saturnalia antiquitus vno tantum die, id est, decimoquarto Calendarum Ianuariarum fuisse celebrari solita, quo solo die apud ædem Saturni conuiuio soluto, Saturnalia clamitabantur, qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia deputatur, cùm primũ Saturno pariter, atque Opi fuerit ascriptus. Sed post in triduum propagata, primum ex adiectis à Cæsare huic mensi diebus, deinde ex edicto Augusti, qui trium dierum ferias Saturnalibus addixit. A decimo sexto igitur cœpta, in decimum quartum desinunt, quo solo fieri antea consueuerant. Sed Sigillariorum adiecta celebritas in septem dies discursum publicum, & lætitiam religionis extendit. Deinde rursus detractis duobus diebus, ad quinque dies Saturnalia redierunt. Hinc Martialis Saturnaliorum dies modò quinque nominat, modò septem. Cur autem vno eodemque in mense

Cur Saturnalia & Opalia eodem in mense fuerint celebrata.

& Saturnalia, & Opalia egerint, hanc idem author rationem reddit, quòd nimirum Saturnus eiusque vxor tàm frugum, quàm fructuum repertores esse crederentur. Itaque omni iam fœtu agrorum coacto ab hominibus bos deos coli, quasi vitæ cultioris authores, quos etiam nonnullis cœlum,

Saturnus vnde dictus.

& terram esse persuasum est, Saturnumque à satu dictum, cuius causa à cœlo est, & terram Opem, cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur, vel ab opere, per quod fruges, fructusque nascuntur. Huic deæ sedentes vota concipiebant, terramque de industria tangebant, demonstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus appetendam. Idem porrò Philochori testimonio probat Cecropem primum Saturno, & Opi in Africa statuisse aram, eosque deos pro Ioue, & terra coluisse, instituisseque vt patresfamiliarum, & frugibus, & fructibus iam coactis, passim cum seruis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant, delectari enim Deum honore seruorum contemplatu laboris. Hinc est, addit idem, quod ex instituto peregrino huic deo sacrum aperto capite facimus. Hæc Macrobius.

Saturnalia videntur originẽ traxisse ex festo tabernaculorum

Ex his autem omnibus diligenter perpensis videtur posse colligi antiquissimum hoc Saturnaliorum festum promanasse ex illo longè antiquiore tabernaculorum, siue Scenopegias festo, quod peracta messe atque vindemia, collectis iam, reconditisque frugibus atque fructibus mense septime à Iudæis Dei iussu atque præcepto septem dierum spacio celebratum fuit, quo tempore tàm seruis, quã liberis sub tentorijs feriari, epularique summa cum lætitia fuerat concessum, vt constat ex Leuit. 23. Deuter. 16. Hic mensis septimus à Iudæis dictus est cùm Thisri, à thirosch, id est, musto, quod eo mense fuerit vindemia, tùm אתנים Ethanim, id est, fortitudines, siue mensis fortium, vel quod totus ferè fuit festiuus, vel propter fruges & fructus in illo colligi solitos, qui sunt robur hominis, vel, vt alij volunt, quod in illo mense arca fœderis in templum Solomonis recens extructum à viris fortibus translata sit, & tum validæ preces, multaque sacrificia Deo oblata sunt. Appellatur etiam Roschhaschana, id est, caput, seu initium anni Ezech. cap. 40. vers. 1. Veteres Hebræi primum vocabant à creatione mundi, quem eo mense conditum esse dicunt: ex quo autem ex Ægypto egressi sunt, Tischri mensem septimum, & Nisan primum cœpisse dici. Ergo vt Iudæis mensis Tischri Deo dicatus, ita Romanis December Saturno sacer, totus ferè festiuus fuit,

December genialis.

vnde ab Ouidio acceptus genijs, hoc est, genialis fuit dictus Fasto. 4. quoniam in illo indulgebatur genio, hoc est, voluptatibus. Quoties enim voluptati operam damus indulgere dicimur genio, teste Seruio. Vnde genialis nomen deducitur. Iuuenalis:

—— Genialis agatur iste dies.

Genialia curare, lautè viuere.

Gaudet enim noster genius voluptate, ad quam natura proclives sumus. Hinc & genialia curare dicitur, qui lautius viuit, & contra genium fraudare dicuntur, qui necessaria & iucunda naturæ subtrahunt. Et quia December voluptatibus fuit consecratus, hinc forsan veteres illum pinxerunt in modum lanij iugulantis porcellum. Ergo (vt ad propositum redeam) festum hoc olim in solius Dei Opt. Max. honorem ceu veri Saturni, atq; Opis (quem Deum Schaddai, hoc est, Cornucopiæ sacræ literæ appellunt) ab ipso Deo institutum, ac celebrari solitum, postea gentiles cacodæmonis impulsu ad fictitiorum suorum deorum cultum transtulerunt.

Saturnaliorum consuetudo siue mos.

In hoc autem festo domini seruos suos conuiuijs liberalibus & opiparis excipiebant, ipsi; muneribus seruilibus fungebantur, seruis impunè, quicquid liberet loqui licebat, teste Macrob. lib. 1. & Athenæus lib. 14. his verbis, ταῖς τῶν χρονίων ἡμέραις ἔθος ἐστὶν ῥωμαίων παισὶν ἐξιᾶν τὰς οἰκέτας αὐτῶν τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας, hoc est, Saturnaliorum diebus moris est

Athenæus lib. 14.

apud

apud Romanos, vt seruos suos conuiuijs excipiant, ipsique seruorum munere fungantur. Quale etiam festum fuerunt Nonæ Capratinæ, in quo ancillæ Romæ splendidè vestitæ vrbem circumeunt, pugnam conserunt, tandem ἐστιῶνται καθίζονται πλάτανοις συκῆς σκιαζόμεναι epulantes considunt ficulneis ramis obumbratæ. Plutarchus in Camillo & Romulo. De festis diebus atq; conuiuijs seruorum & ancillarum Idibus Augusti apud Romanos, & de nonnullis apud Indos, vide Alex. ab Alex. 149. Hunc verò Saturnaliorum morem Macrobius eodem in loco Græcum esse dicit, cuius aliquot exempla cõmemorat. Nam in Creta in Mercurialibus idem fieri, συνεστιῶν δὲ τῷ οἰκετῷ οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι δὲ τοῖς διακονίαις, hoc est, epulantibus seruis domini seruiunt atque ministrant. Sic in Trœzene mense Geræstione conuentus per multos dies celebrabantur, in quo serui vnà cum ciuibus astragulis ludebant, & domini seruis conuiuium exhibebant. Similiter in Babylone ad 15. Calend. Septemb. festum agi fuit solitum Sacean dictum, quinque dierum spacio, in quo moris erat, vt serui dominis imperarent, quorum vnus indutus stola regiæ simili familiæ præerat, quem Zoganem appellabant. Idem author Batti Sinopensis testimonio confirmat, hoc Saturnaliorum festum omnino Græcum esse, cui simillima sit certa quadam Thessalorum festiuitas Peloria dicta, cuius hæc fuit ratio. Ioui Pelorio dicto sacrificantes, eidem mensas splendidè paratas apposuerunt, ac omnino tanta cum humanitate, iucunditateque festum illud celebrare fuerunt soliti, vt in illo peregrinos omnes conuiuio exceperint, vinctos soluerint, & serui vnà cum suis dominis summa cum licentia accubuerint, atque epulati sint, atque adeò ipsis domini ministrarint. Similis moris in Athenienſium Anthisterijs, supra facta est mentio, in quibus similiter serui conuiuijs liberalibus à dominis suis excipiebantur. Ad hunc porrò Saturnaliorum morem Horat. alludit lib. 2. Satyr. 2.

Saturnalia à Græcis.
Mercurialia Cretensia.
Conuentus Trœzenſium.
Festum Babyloniorum.
Thessalorum Peloria.

—Age, libertate Decembri
(Quando ita maiores voluerunt) vtere, narra.

Hinc & pileos, quod signum est libertatis, gestabant, & ingenuorum calceis induebantur, teste Porphyrio. Catullus ad C. Licinium, Caluum Saturnalia optimum diem appellat, propterea (opinor) quod aurei illius sæculi, quod Saturno regnante fuisse dicitur, imaginem referebat, memoriamque repræsentabat, quo nondum erat auditum nomen seruitutis. Lucianus quoque ἐν τοῖς περὶ χρόνου, de Saturnaliorum more plura tradit. In primo Dialogo ipsum Saturnum sic loquentem inducit, καὶ δὴ τοῦτο ἁπάντων χρόνῳ, καὶ ὠδὴ, καὶ παιδιὰ, καὶ ἰσοτιμία πᾶσι καὶ πλήθεσι, καὶ ἐλευθερίοις. ἔξεστι γὰρ ἐπ' ἐμοῦ πλεῖν ἦν, id est, Atque idcirco vbique plausus, & cantus & ludus, & honoris æqualitas omnibus cùm seruis, tùm liberis. Neque enim me regnante seruus erat.

Serui pileos in Saturnalibus gestabant.
Saturnalia cur optimus dies dictus.

Quoad autem hunc Saturnaliorum antiquorum morem, quo nimirum serui, vti dictum est, dominis imperare, & epulis ab illis excipi consueuerunt, eundem Polyd. Virgil. apud Anglos quoque obtinere his verbis tradit, Est & illud ab ijsdem (Ethnicis) profectum, quod nunc per Dominica natalitia nostri ministri potestatem in dominos habent, atque vnus eorum dominus creatur, (idem supra de Babylonijs dictum) cui cuncti familiares simul lasciuientes parent, vnà cum ipsis dominis, hoc est, patribus familiarium. Siquidem hanc libertatem serui apud Romanos, vt in Iustini Epitome est, habebant. Institutum hoc apud Anglos præcipuè custoditur. Hæc ille. Apud Germanos idem fieri solet in festo trium Regum, vti vocant.

Lib. 5. cap. 2. Anglorum Saturnalia.

Bellum porrò (vt in Saturnaliorum descriptione pergam) in illo festo sumere nefas habitum, quoniam regni eius tempora felicissima fuerunt, nullis bellis vexat, nullis infestata latronibus, quæ sanè causa fuit, vt Romani ædem Saturni ararium esse voluerint, quod nullum sub eo furtum in Italia fuisset commissum, siue quia sub illo nihil erat cuiusquam priuatum, nec signare solum, aut partiri limite campum fas erat, testis Macrobius libro primo. Pœnas quoque ijsdem diebus exigere piaculare erat, teste eodem libro primo capite decimo. Vt autem domini Saturnalibus, sic matronæ mense Martio seruis cœnas apponebant. Illæ, vt principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarent, hi quia gratiam perfecti operis exsoluerent, Macrobius libro primo capite duodecimo. Præterea in Saturnalibus non modò serui à dominis conuiuijs excipiebantur, verumetiam amici atque familiares inter se mutitabant, hoc est, mutuas inter sese cœnas, epulationesque agitabant.

Bellare & pœnas exigere nefas Saturnalib.
Ades Saturni cur ærario destinata.
Matronalia.

Saturnalitia munera vltro citroq; missa.

Adhæc munera sibi vltrò citróque mittebant, quæ Tertullianus Saturnalitia vocat, libro de Persecutione subfinem, Scilicet enim, inquit, talem pacem Christus ad patrem regrediens mandauit à militibus per Saturnalitia redimendã. Eadem ab Hieron. Saturnalium sportulæ vocãtur, de quibus hæc sunt illius verba notatu digna, in Epist. Pauli ad Ephesios, quæ etiam in Canonicis Decretis inueniuntur. Legant, inquit, Episcopi atque Presbyteri, qui filios suos secularibus eruditi literis, & faciunt illos Comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de Ecclesiarum sumptibus forsan eruditos, & quodin corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel substantiam suam totam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in Calendarum strenam, & Saturnalium sportulam, & Mineruale munus è mercedula magisterij à Scholasticis dari solita (quæ etiam Minerual dicta) Grammaticus & Rhetor aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut sordidum conuertit in lucrum. Dicta quoque sunt Xenia, & apophoreta, sigillaria siue sigillaritia scilicet munera, quæ sigillaribus (quæ pars fuit Saturnaliorum) mittebantur. Ratio autem mittendorum Saturnalibus munerum hæc erat, vt viderentur sibi inuicem gaudere, & gratulari, & Saturno, atque Opi gratias agere, quod fruges, fructusq; ad vitæ cultum necessarios percepissent. Mittebantur autem inter cætera munera Cerei (quæ consuetudo etiamnum hodie apud Christianos in festo Purificationis D. Mariæ obseruatur) & sigilla. Erant autem sigillaria paruæ imagines fictilibus descriptæ à signis dicta. Martialis in Apophoretis,

Xenia.

Cerei.

Sigillaria quid.

Gloria tam parui non est obscura sigilli. Et rursus:
Sum fragilis, sed tu, moneo, ne sperne sigillum.

Spartianus, Saturnalitia, & Sigillaritia frequentur amicis inopinantibus misit. Suetonius in Vita Claudij, Scripsit quadraginta aureos in Saturnalia, & Sigillaria misisse ei. Sigillaria autem pueris in primis dari fuisse solita, ex illis Spartiani verbis videtur posse colligi, Quæ à parentibus sigillariorum gratia acceperat, id vel clientibus, vel magistris sponte donauit. De his muneribus Martialis,

Omnia misisti mihi Saturnalibus Imber
Munera, contulerant quæ tibi quinque dies.

Hoc est, Saturnaliorum munera Saturnalitia. Sigillaria pro signis & sigillis vsurpari, nec non hoc nomine locum fuisse Romæ, vbi libri resq; aliæ promercales vænibant, & auctiones fiebant, testatur Turnebus in suis Aduersarijs.

Strena quid, et vnde dicta.

Strenæ quoque huiusmodi munera vocabantur. Strenam, inquit Festus, vocamus munus, quod datur die festo, ominis boni gratia, à numero quo significatur alterum, tertiumque venturum similis commodi, veluti trenam, præposita s. litera, vt in loco & lite solebant antiqui, dicentes Silocum, & Silitem. Nonnulli strenas à strenuitate volunt dictas, quod inferiores ditioribus ceu strenuis viris eas mitterent. Hæc strenarum origo, qua fœlicem ominamur annum ipsius auspicio & initio, à Tatio Rege manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit, vt Turnebus in suis Aduersarijs annotat, idque Symmachi auctoritate probat. Ab exortu penè vrbis Martiæ strenarum vsus adoleuit, auctoritate Tatij Regis, qui verbenas fœlicis arboris ex luco Strenuæ anni noui auspices primus accepit, D. D. Imperatores: nomen indicio viris strenuis hæc conuenire ob virtutem. Strenuam, vt alibi legitur, deam à strenuè agendo denominatam ait S. Augustinus. Suetonius testis est populum Romanum Calend. Ianuarijs, hoc est, anni noui principio ex ritu veteri Augusto strenam dedisse etiam absenti. Tyberius Cæsar, teste eodem, & quotidiana oscula prohibuit edicto, & strenarum commercium, ne vltra Calendas Ianuarias exerceretur. Strenarum commercium vocat vicissitudinem dandi, & accipiendi strenas. Xenia enim mittebantur, & apophoreta remittebantur. Vnde Martialis strenas Saturnalitias duobus libris distinxit nomine Xeniorum, & Apophoretorum. Cùm igitur strenarum dies legitimus foret Calendæ Ianuariæ, hoc est, principium anni, noluit Tyberius vltra illum diem strenas vicissatim dari. Consueuerat, addit Suetonius de Tyberio, quadruplam strenam (hoc est, quadruplò maiorem quam accepisset) & de manu reddere, sed offensus se interpellari toto mense (Ianuario) ab ijs qui potestatem sui die festo (Calendis Ianuarijs) non habuissent, vltrà non reddidit. His adde, quòd Calendis Ianuarijs Magistratum ineuntibus, lauri folia à populo dabantur cum ischadibus boni ominis ergò. Nam laurus efficax esse aduersus venena, & sanitatem conciliare

Mos donandi strenam initio noui anni.

credebatur,

Digitized by Google

eredebatur, vt testis est Celius libro 5. cap. 7. Strenæ illæ veterum fuerunt quoque stipes æreæ. Vnde Ouid.

Tu tamen auspicium cur sit stipis vtile quæris. Ausonius,
Curam pro strenis excubuisse tuis. Pomponius,
Aßide, si qua ventura est alia strena strenæ.

Suetonius de Vespasiano, sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & Calendis Martij fœminis. Calendæ Martiæ erant Saturnalia fœminarum, sicut ostendit Martialis ad fœminam, Calendæ Martiæ Saturnalia fœminarum.

Scio puto vestra iam venire
Saturnalia, Martias Calendas. Plautus in Milite,
Da mi vir Calendis mittam, cum Martiæ venerint.

Nam tunc fœminis munera missitabantur, quia Calendæ Martiæ, vt inquit Porphyrio, matronarum dies festus erat, & Matronalia dicebatur: quas eleganter Iuuenalis Fœmineas vocat, perinde ac fœminas peculiariter dicatas. Sic enim ait,

Munera fœmineis tractas secreta Calendis.

In his Matronalibus matronæ seruis cœnas apponebant, vt eo honore ad promptius obsequium prouocarent, teste Solino. Tibullus ad Neæram,

Martis Romani festa venere Kalendæ
Perque vias vrbis munera, perque domos.

Causa autem cur Calend. Martijs Matronalia celebrarentur, & mulieribus munera mitterentur fuit, quod eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cœpta sit, teste Sex. Pompeio, quæ in Exquilino monte posita fuit. Ouidius autem, & alij volunt, ob memoriam belli Sabini per fœminas compositi celebrari fuisse solita. De Kalendis Martijs, vide plura apud Lambinum, in Horat. carm. lib. 3. Ode 8. Hæc de muneribus vltro citroque in Saturnalibus, Calendis Ianuarijs, atque Martijs dari Romæ solitis. Matronalium ratio.

Fuit præterea moris in Saturnalibus, vt serui sumerent vestitus dominorum, & contrà domini seruorum. Sumebant omnes illis diebus togis depositis Synthesim, hoc est, vestem breuem, & negotijs aptã. Fuit ergo Synthesis vestis Saturnalitia, in Saturnalibus vsurpari solita, vt constat ex illo Martialis Epigrammate, cui titulus est Synthesis, Vestium permutatio. Synthesis vestis.

Dum toga per quinas gaudet requiescere luces (hinc collige per quinque dies Saturnalia agi fuisse solita)
Hos poteris cultus sumere iure tuo. Et iterum:
Synthesibus dum gaudet equis, dominusque senatus
Atque decent nostrum pilea sumpta Ioüem.

Hinc Seneca, Voluptatis causa, ac festorum dierum vestem mutauimus. Fortasse autem Synthesis, inquit Beroaldus in Sueton. dicta videri potest, quòd consuta, contextaque esset compositione quadam versicolore. Turnebus in suis Aduersarijs existimat Synthesin elegantiorem & lautiorem fuisse vestem, qua populo Romano certis diebus publicè, vt Saturnalibus, vti licebat, cùm Romæ quo quis vestitu vellet, vti non liceret, togasque ferre cogerentur, & idcirco Synthesim pucas dictam, quod cùm ea rarò vterentur, domi compositam habebant in arcis aut prelis. Martialis: Synthesis vnde dicta.

De palatinis dominæ quod serica prelis.

Prela sunt, quæ pressoria à Marcellino vocantur. Ea tamen domestica vtebantur, vt cum conuiuium dabant. Martialis:

Vndecies vna surgenti Zoile cœna,
Et mutata tibi Synthesis vndecies. Et rursus:
Frigus enim magnum Synthesis vna facit.

Zoilus vestes ostentabat, eas in conuiuio subinde mutans, & septenas aut octonas vestes in singulis arcis aut prelis habebant, quæ septenæ aut octonæ vestes Syntheses dicebantur propriè: sed & vniuersa etiam vestis, vt Scæuola scribit, quod, vt opinor, in vestiario composita erat. Alciatus lib. 2. Parerg. cap. 21. Synthesin vocat ordinem quendam, & conformem compositionem vestium cùm tunica, sagum, chlamys, caliga, eiusdem coloris sunt, vulgò liuream vocant.

Digitized by Google

De Syntheſi vide etiam Brodæum Miſcell. lib.6.cap.7.

Huiuſce mutationis veſtium Lucianus quoq; meminit in Dialogo, quem Chronoſolon inſcripſit, & Macrobius in Saturnalibus. Hinc Suetonius Neronem Syntheſiatum, diſcalceatumq; fuiſſe per laſciuiam prodit. Meminit huius veſtium mutationis conſuetudinisq; in Saturnalibus & Iureconſultus in l. Titia §.1.ff.de auro & argento leg. Quare, inquit, an ex vniuerſa veſte, id eſt, Syntheſi, tunicas ſingulas, & palliola Sempronia eligere poſſit. Hæc autem veſtium mutatio non tantum in Saturnalibus, verumetiam in Quinquatribus minoribus, in Megalenſibus, in Lupercalibus, in Bacchanalibus, & alijs feſtis fieri ſolita fuit. Illam ab Hercule deſtuxiſſe oſtendit Naſo libro 2. Faſtorum, vbi Fauni ſacra, quæ ſunt Lupercalia, deſcribit quo pacto cum Hercules cum Lyda puella in ſacris Bacchi veſtem mutaſſet, Faunus, qui puellam deperibat, in antro obſcuro, nocte comprimere cum puellam vellet, in Herculeum veſtitum, quem mentita ſcilicet mulier erat, inciderat, & pudefactus auffugerat.

Veſtium mutationis origo.

Chriſtianorum Saturnalia.

Nunc agedum cum illis antiquis Ethnicorum Saturnalibus, Chriſtianorum Saturnalia conferamus, & maximam inter vtraque affinitatem, ſimilitudinemq; reperiemus. Nam vt olim in Saturnalibus frequentes, luxurioſæq; cœnationes inter amicos fiebant, munera vltro citroq; miſſitabantur, veſtium mutationes fiebant, ita hodie etiam apud nos Chriſtianos eadem fieri videmus à Natalibus dominicis vſque ad feſtum Epiphaniæ, quod in Ianuario celebratur. Hoc enim tempore omni & crebro conuiuamur, & ſtrenas, hoc eſt, vt nos vocamus, noui anni donaria miſſitamus. Eodem tempore mutationes veſtium, vt apud Romanos quondam, vſurpantur, viciniq́ue ad vicinos inuitati hac ratione commeant, quod nos Germani hodie noſtra lingua nimirum à Latina voce mutare, Qummerey vocamus, quibus etiam, qui ita laruati vicinos ſuos ſalutant, occilla & oſcilla ſecum deferunt, & ita pecuniam extorquent, quod nos vernaculo ſermone vmbſchantz appellamus, & hoc ad imitationem ludorum ſigillarium, oſcillarium, & occillatorum (qui & ipſi pars, ſiue ſpecies erant Saturnaliorum) menſe Ianuario paſſim in domibus priuatim inter familias non publicè exerceri ſoliti. Ciues enim ſigilla, quæ erant parua ſigna ſiue ſimulachra ærea, argentea, aurea, fictilia ſibi mutuo donabant. Ruſtici autem ſiue pagani oſcilla, id eſt, oſſa quibus oculi erant inſculpti, vt apud nos in teſſerulis eſt receptum, mutuo donabant. Sic apud Germanos circa feſtum Epiphaniæ & panibus dulciarijs, & oſcillis quibuſdam amici ſeſe mutuò honorant. De his ipſis vide plura apud Polyd.lib.5.cap.2. & Lazium lib.10.cap.9. de Rep.Rom. & Langium epiſt.61. Sed quid opus eſt multis teſtimonijs? ipſa experientia quotidiana huius rei teſtis eſt locupletiſſima. Nam vt Ethnici olim & in menſe Decembri Saturnalia, & in Ianuario Sigillaria, & in Februario Lupercalia, & Bacchanalia immaniſſimo luxu atque laſciuia celebrarunt, ita apud nos quoque Chriſtianos hi tres menſes compotationibus, comeſſationibus, ludiſq; turpibus atque obſcœnis toti ſunt dedicati, his & annum veterem terminamus, & nouum auſpicamur inauſpicatis ſanè diriſque auſpicijs. Ethnicam illam Calendarum Ianuariarum ſolennitatem, quæ hodie à Chriſtianis omni luxuriæ, petulantiæq; genere exercetur, Zacharias pontifex olim tollere eſt conatus, cuius hoc de illis decretum extat, Si quis Calendas Ianuarias ritu Ethnicorum colere, vt aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut menſes cum lampadibus, vel epulas in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantatores, & choreas ducere auſus fuerit, anathema ſit.

Strenas ? Nimirum Saturnalia,

Sigilla. Oſcilla.

Hellſeten.

Zachariæ pontificis de ſolennitate Calend. Ian. decretum.

Tertullianus de Saturnalibus.

Saturnaliorum porrò Tertullianus quoque crebram admodum luculentamq; mentionem facit, vt Apologetici cap.42. Non lauor diluculo Saturnalibus, ne & noctem, & diem perdam. Attamen lauor honeſta hora, & ſalubri, quæ mihi & colorem & ſanguinem ſeruet. Item in libro de Idololatria, Quid minus eſt inquinamenti, eo quem præſtat quæſtus, & nominibus, & honoribus idolo nuncupatis, quam Minerualia Mineruæ, quam Saturnalia Saturni, quem etiam ſeruiculi (forſan ſeruiculis legendum) ſub tempore Saturnalium celebrari neceſſe eſt? Etiam ſtrenæ captandæ, & Septimontium (dies Feſtus ſic dictus, teſte Feſto, quod in ſeptem locis faciebant ſacrificium, Suetonius Septimontialem diem vocat, in quo Domitianus epulum Senatui, equitiq́ue panarijs, plebi ſportellis cum obſonio diſtributis dedit) & Brumæ, & charæ cognationis honoraria (chariſtia forſan intelligit) exigenda omnia. Floreſcolæ coronandæ (Floralia) Flaminicæ & ædiles ſacrificant, Cereatiſcola honoratur ferijs. Eodem in libro, Nimirum Saturnalia, inquit, & Calendas Ianuarias celebrari hominibus placebat, an modeſtia, & patientia, an grauitate, an humanitate, an integritate? Et paulò poſt, Quis hoc ſuſtinere, aut defendere poteſt? Iudæis dies ſuos feſtos exprobrat

Digitized by Google

probrat Spiritus sanctus, Sabbata, inquit, vestra, & neomenias, & cæremonias odit anima mea: nobis quibus Sabbata extranea sunt, & Neomeniæ, & feriæ aliquando à Deo dilecta, Saturnalia, & Ianuariæ, & Brumæ, & Matronales frequentantur, munera commeant, strenæ consonant, lusus, conuiuia constrepunt. O melior fides nationum in suam sectam: quæ nullam solennitatẽ Christianorum sibi vendicat, non Dominicum diem, non Pentecosten etiamsi nossent, nobiscum communicassent, ne Christiani viderẽtur. Nos ne Ethnici pronunciemur, non veremur. Tertul. his verbis acriter grauiterq; sui temporis Christianos reprehendit, atque culpat, quod Ethnicorum festa mutuis muneribus, ludis, atque conuiuijs celebrarent. Huiusmodi autem aduersus illos argumentationibus vtitur à minori ad maius efficacibus ad illos suæ amentiæ conuincendum. Primum si Iudæorum festa Deus odit (scilicet propter illorum abusum) quæ tamen ab illo præcepta ac instituta fuerunt, quantò magis odit Ethnicorum festa à diabolo instituta ad Dei contumeliam. Deinde si hæc ipsa Iudæorum festa, quæ olim Deo grata fuerunt, nunc Christianis debent esse extranea, quantò magis ijdem alieni esse debent, & abhorrere toto pectore ab Ethnicorum festis, quæ Deo non modò nunquam grata, sed semper inuisa atq; odiosa extiterunt. Postremò si Ethnici tam fideles sunt suæ sectæ cultores, vt nullum Christianorum solennitatem colant, ne Christiani esse videantur, quæ (malùm) hæc est Christianorum inconstantia, atque perfidia, qui dum Ethnicorum dies festos frequentãt atque colunt, videntur esse Ethnici. Iusta hæc grauisq; Tertulliani reprehensio certè ad nos quoque Christianos, qui nunc sumus, optimo iure pertinet, vt qui sacrilega huiusmodi Saturnaliorum, Matronalium, Lupercalium, Bacchanalium, Floralium, atq; alia eiusdem generis festa cum magna Christiani nominis ignominia, atq; dedecore pertinacissimè colimus. Nunc alia quoq; nonnulla festa epulationibus potissimum celebrari solita subiungamus. De Matronalibus suprà dictum est.

Tertullianus conqueritur Saturnalia, Ianuarias, Brumas, Matronalia à Christianis celebrari.

Tertulliani argumenta.

Tertulliani reprehensio ad nos quoq; pertinet.

Hercules quoque sacrificijs, epulisq; lautissimis cultus fuit, quò Tertullianus alludit Apologetici cap. 39. Herculanarum decimarum, inquit, pollictorum sumptus tabularij supputabant. In quæ verba sic commentatur B. Rhenanus. Loquitur de diuitibus, qui decimã partem bonorum suorum Herculi pollucebant (hinc polluctorum putat legendum) epulo votiuo, cuius lautitiam impensarum arguit magnitudo. Putabatur ea res homines fortunatos reddere. Proinde L. Sylla. M. Crassus, & L. Lucullus patrimonia sua polluxerunt. In huiusmodi decimarum Herculanarum sacrificio, epuloq; suprà quam dici possit lauto, maximis sumptibus opus erat, quos à tabulis domesticis cuiusque in diarium domini sui referebat, ad Expensi titulum, supputabatq;. De Potitijs & Pinarijs dapum, quæ Herculi offerebantur, procuratoribus, vide Dionys. Halicar. lib. 1.

Herculis sacra.

Ibidem quoq; Tertullianus Apaturiorum meminit, Apaturijs, inquit, Dionysij mysterijs Atticis coquorum delectus inducitur. Hæc autem celebritas quatuor continuis diebus durabat, quibus Athenienses publicè, priuatimq; sacrificabant, atq; epulabantur. Addit Tertullianus cœnæ Serapicæ mentionem, Ad fumum cœnæ Serapicæ sparteoli excitabantur.

Apaturia.

Cœna Serapica.

Mater quoque illa magna Deum (Deß reinfels großmütter) à Romanis culta fuit mutuis epulationibus. Ouid. Fastor. 4.

Magnæ deûm matris sacra.

Cum vicibus factis ineant conuiuia, quærò
Tunc magis indictas, concelebrantque dapes.

Per vices illas, mutuas sodalitates intelligit, de quibus Cicero in Catone maiore, Sodalitates enim me quæstore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis. Indictæ autem forsan fuerunt vel à Pontifice, vel à Gallis comitibus matris deûm, vel ab epulonibus. Idem,

Quod benè mutauit sedem Berecynthia, dixit
Captant mutatis sedibus omen idem.

In quæ verba commentator, Mutantur, inquit, à nobis sedes, cùm è conuiuijs discedimus, ad diuersa conuiuia, quod Romani faciebant boni ominis causa, quòniam Cybele è Phrygia Romam translata benè ac fœliciter sedem mutauerat. In his sodalitijs siue syssitijs magnæ matris apponebatur moretum (Itali Rauiolo vocant) è lacte, caseo, & herbis ob conuenientiam eius cibi cum dea. Lac enim & herbæ fuerunt veterum cibus, ipsam autem deam vetustissimam esse credebant, vt quæ esset deorum mater. Hinc Ouidius,

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum

In domina mensis? an sua causa subest?
Lacte mero veteres vsi narrantur, & herbis
Sponte sua si quas terra ferebat ait.
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ
Cognoscat primos vt dea prima cibos.

Moreti descriptionem vide apud Virg. Arnobius lib. 5. de Sacris matris deûm, Quid temperatus fabæ alimento panis, cui rei dedistis nomen castus: nónne illius temporis mutatio est, quo se numen ab Cereris fruge violentia mœroris abstinuit. Idem lauationis quoq; deûm matris meminit, his verbis, Lauatio, inquit, deûm matris est hodie. Sordescunt enim diui, & ad sordes eluendas lauentibus aquis opus, atque adiuncta antiqua cineris frictione. Turnebus Aduersar. lib. 24. cap. 45. Hilaria existimat fuisse Matris deûm ferias, quæ principio veris celebrabantur maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, quouis è populo insignia cuiusque dignitatis mentiente atque simulante liberè, & impunè, vt internosci magistratus à simulatore non posset, vt ab Herodiano in Commodo describitur, vbi Hilariorum nomen desyderatur. Vopiscus, Hilaribus, quibus omnia festa & fieri scimus, & dici. Maximus D. Dionysij interpres de iisdem sic scribit: ἦν δὲ ἱλάρια ἑορτὴ ἐπὶ τιμὴν τῆς μητρὸς ἀπάντων, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, ὡσφησὶ δημόφιλος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν.

Terminalia. *Terminaliorum dies institutus, vt per epularum festiuitatem cæsis agnis fines seruari faciat, vt testis est Acron.*

Floralia. *Floralia quoq; cùm maxima lasciuia, ludis, atque iocis turpibus & obscœnis, conuiuijs luxuriosis, coronis, saltationibus, cultu versicolore, tùm luminibus celebrari fuisse solita, constat ex Ouid. Fastorum 5. Christianorum cuiusmodi sint hodie Floralia eodem mense Maio Polyd. Virgilius docet libro 5. cap. 2.*

Charistia. *Charistia 11. Kalend. Mart. conuiuio solenni inter amicos & consanguineos celebrari fuerunt solita, Valer. Max. lib. 2. & Ouid. 2. Fastorum.*

Proxima cognati dixere charistia chari
Et venit ad socios turba propinqua Deos. *Et paulò post:*
Dijs generis date thura boni, concordia fertur
Illo præcipuè mitis adesse die
Et libate dapes, vt grati pignus amoris
Nutriat intinctos missa puella cibos
Iam tibi suadebit placidos nox humida somnos
Larga precaturi sumite vina manu.
Et bene nos, bene tu patriæ pater optime Cæsar
Dicite, suffuso per sacra verba mero.

Monophagia Aeginetarum. *Monophagorum quoq; apud Æginenses celebritas fuit, quam Plutarch. in Quæstionibus Græcis his verbis describit, Cùm in bellum Troianum profecti essent multi Æginetæ, ac pauci inde diuersis de causis redijssent, clàm quisque suos domi comiter excipiens, ipsimet in conuiuijs ministrabant, nec alienum quenquam admittebant. Hocigitur imitantes Neptuno rem diuinam facere solebant, thyasos exercebant, & sexdecim dierum spacio silentio inter se conuiuia celebrantes, tandem solenne festum soluebant, inde* μονοφάγοι, *id est, solitariè vescentes fuerunt appellati. Illorum sacrorum, epularumq; præses* θυσιάρχης, *& locus in quo conuiuia exercebantur,* θιασῶν *fuit appellatus, teste Hesychio.*

Thesea sacra. *Celebria similiter fuerunt Thesea festa in honorem Thesei instituta, in quibus dabatur populo congiarium, & conuiuia luxuriosissima celebrabantur, teste Cæl. lib. 7. cap. 23. Eiusdem festi apud Aristoph. in Pluto mentio fit, vbi interpres dicit, omnes in illo festo gratis* ἀθάρην, *id est, farinam siue pultem, & alia quædam comedisse.*

Panathenæ Athenienſium. *Adhæc celeberrima fuerũt illa Athenienſiũ* πανάθηναια *Panathenæa, in quibus singulæ Athenarum coloniæ bouem mittebant, vnde omnes propter carnium magnam copiam supra modum se cibis ingurgitabant, testis est Aristoph. interpres in* νεφέλαις.

Hecatæ cœna. *Hecatæ quoq; cœnæ non est silentio prætereunda, quam idem interpres in Pluto ita describit,*

Sub

Digitized by Google

Sub nouilunium diuites mittebant cœnam veſperi ceu ſacrificium Hecatæ in triuijs, vbi cruce fuit, vnde à Latinis triuia, à Græcis τριοδῖτις fuit cognominata. Macrob.

Nocturnisque Hecate triuijs vlulata per vrbes.

Pauperiores autem eſurientes diripiebant ac deuorabant ea, quæ erant appoſita, cum dicerent, Hecatem ea comediſſe. Sic idem aliter eadem de cœna. Moris fuit vt ſingulis menſibus diuites panes atque alia edulia Hecatæ apponerent, quæ pauperes, qui ex ſacrificijs viuunt, ſumebant atque comedebant. De eadem vide Brod. lib. 1. Miſcel. cap. 24. & 29. Vtinam Chriſtiani ipſi Chriſto, hoc eſt, pauperibus illius vicarijs multas huiuſmodi dapes atq; epulas apponerent.

Memorabilis quoq; eſt illa Solis menſa apud Æthiopas, cuius Herod. lib. 3. meminit. Menſa illa fuit pratum quoddam in ſuburbanis omnium quadrupedum aſſa refertum carne, quam per noctem ſinguli ciuium magiſtratus apponere ſolebant, ad quam vbi illuxerat, cuilibet epulatum licebat accedere. Verum infinitum eſſet omnes feſtiuas epulas perſequi, cum vt deorum, ita feſtorum quoq; apud Ethnicos ingens fuerit numerus, quæ quidē omnia, paucis exceptis, epulationibus luxurioſiſſimis fuerunt celebrata, quarum exempla quædam maximè illuſtria poſui. Solis menſa.

His addere poteſ encænia, quæ vt olim à Iudæis menſe Octobri, atq; Ethnicis, ita hodie quoq; à Chriſtianis cùm ſuperſtitioſiſſimè, tum luxurioſiſſimè, libidinoſiſſimeq; agitantur. Encænia.

Hæ ipſæ porrò epula ſacræ ſeu potius ſuperſtitioſæ, in quarum explicatione verſamur, rurſus bifariam videntur poſſe diuidi, ita vt aliæ ipſis dijs, hoc eſt, illorum ſimulachris fuerint appoſitæ, quas non niſi ſacerdotibus deguſtare atq; comedere conceſſum erat, aliæ quæ in ſacrificijs, ſeu potius poſt illa fiebant diebus præſertim feſtis, quarum omnes qui ſacris interfuerant, erant participes, de quibus adhuc dictum eſt. Hæc autem diuiſio ex illis Varronis verbis videtur poſſe elici, Dapes, inquit, non ſunt deorum duntaxat epulæ, aut noſtræ in ſacrificijs deorum, ſed largiores & opipari apparatus. Alia ſacrarum epularum diuiſio.

Prioris generis epulæ fuerunt illæ quæ Belo, atque Draconi à Babylonijs fuerunt appoſitæ, quas noctu ſacerdotes deuorabant, cùm miſeræ plebi perſuaſiſſent illas à dijs illis deuorari, donec tandem illorum fraus Danielis prudentia detecta fuit, vt ſacræ literæ teſtantur. Epulæ Beli & Draconis.

Similis fuit illa Hecatæ cœnæ, de qua paulò antea dictum eſt. Plutarch. 7. Probl. Sympoſ. teſtis eſt, eos qui Hecatæ, & ἀποτροπαίοις (hoc eſt Auerruncis dijs, vt Apollini, & Herculi) epulas apponere conſueuerunt, neq; ipſos, neq; illorum domeſticos ex illis quicquam deguſtaſſe, ſed fumi tantum, atq; tumultus participes fuiſſe. Hecatæ epulas non licebat guſtare.

Huiuſmodi apud Romanos fuit Iouis epulum, & lectiſternia, quæ reliquis dijs parabantur. Iouis epulum, vt teſtatur Lazius, in publicis ludis celebrabatur, potiſſimum Natalitijs, & Circenſibus, quotannis Idus Nouemb. & ob Iouis ceu deorum regis ac principis excellentiam, propriam ſeorſim appellationem ſortiebatur, cum reliqua conuiuia in cæterorum deorū ædibus habita, omnia vna voce lectiſternia dicerentur. Meminit huius epuli crebrò T. Liuius. Lib. 5. Decad. 3. Ludi plebei per triduum inſtaurati, & Iouis epulum fuit ludorum cauſa. Et iterum lib. 7. eiuſdem Decadis, Eo anno primùm, ex quo Annibal in Italiam veniſſet, comitium tectum eſſe, memoriæ proditum eſt, &c. & Iouis epulum fuit ludorum cauſa. Idem lib. 10. eiuſdem Dec. P. Ælius Tubero, & L. Lectorius ædilis plebis vitio creato magiſtratu ſe abdicarunt, cū ludos, ludorumq; cauſa epulum Ioui feciſſet, & ſigna tria ex multatitio argento facta in Capitalio poſuiſſet. Idē li. 1. Dec. 4. Et plebei ludi ter toti reſtaurati ab ædilibus plebis L. Apuſtio Fullone, & Q. Minucio Rufo, qui ædilitate prætor creatus erat, & Iouis epulum fuit ludorum cauſa. Eiuſdem epuli Arnobius meminit lib. 7. illudq; irridet his verbis, Iouis epulum cras eſt. Iuppiter enim cænat, magnisq; implendus eſt dapibus, iam dudum inedia geſtiens, & anniuerſaria interiectione ieiunus. Ita Eccleſiaſticus cap. 30. Et quid idolo proſunt hoſtiæ? tamen nec edere poteſt, neq; odorari. Hinc Iupiter videtur dictus dapalis à Latinis, vt à Græcis ἐλαπινατὴς, quod nimirum ei ſacra dapali epulo fierent. Nam vt cœnam dapalem, Marcello teſte, dicimus, quæ amplis dapibus plena eſt, & à Græcis ἐλαπίνη dicitur, ita & Iupiter dapali videtur eſſe dictus. M. Cato in lib. de Re ruſtica, Dapem, inquit, hoc modo fieri oportet, Ioui dapali culignam vini quantamuis polluceto: eo die feriæ bubus, & bubulcis, & qui dapem facient: cum pollucere oportebit ſic facies: Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo, familiaq; mea, culignam vini dapi eius rei ergò. Macte hac illace dape pollucenda eſto. Minus inter- Iouis epulum. Iupiter dapalis. Dapem quomodo fieri oportet.

rea quod à conuiuatore corolla ei imponi solet, ad quem cæteros conuiuio excipiendi vices peruenerunt. Habent hæc conuiuia plurimum & iucunditatis, & vtilitatis, sunt enim quasi vincula quædam mutuæ beneuolentiæ atq; amoris, modo illa sint temperata, atq; frugalia, caueatur nimius sumptus, luxus, atq; petulantia. Atq; hæc de quinta conuiuiorum diuisione in publica, & priuata.

SEXTA CONVIVIORVM DIVISIO IN SACRA, ET PROPHANA, DE EPVLIS SACRIS IVDAEORUM veteris testamenti, Christianorum noui testamenti, de superstitiosis Ethnicorum epulis atq; sacris, de horrendo festorum, epularumq; festiuarum apud Christianos abusu.

CAPVT XXXIII.

Conuiuia sacra

SEXTO *illa diuidemus in sacra & prophana, de prophanis ferè adhuc dictum est, nunc de sacris. Conuiuia porrò sacra siue religiosa illa appello, quæ vel in veri et vnius Dei, vel etiam in falsorum, & alienorum Deorum honorem, cùm religionis, tùm superstitionis ergo diebus potissimum festis, & quidem in locis sacris & religiosis celebrantur. Hæc rursus conuiuia duplicis sunt generis, alia quidem verè sacra, & religiosa, alia verò superstitiosa.*

Verè sacra conuiuia quæ & quotuplicia sint.

Verè sacra & religiosa illa sunt, quæ ab ipso Deo sunt instituta, & ad illius præscriptum atque mandatum celebrantur, quæ quidem non tam ad ventrem, quam ad ipsam mentem salutaribus documentis, ceu suauissimis alimentis condimentisq; pascendum, oblectandumq; pertinent. Hæc vero rursus sunt duplicia, alia enim sunt veteris testamenti, alia noui.

Conuiuia veteris testamenti.

Quoad porro illa quæ sunt veteris testamenti, illa fuerunt partim anniuersaria atque solennia certis quibusdam, atque statutis temporibus, partim quotidiana: quæ vel quotidie, ac quouis tempore fieri sunt solita.

Solennia seu anniuersaria conuiuia.

Inter solennia & anniuersaria conuiuia facilè primum, & principem locum obtinet celeberrimum illud Paschatis epulum, cuius descriptionem amplam habes Exodi 12. & alibi: quo quidem quotannis magna cæremonia instaurato partim accepti beneficij, hoc est, liberationis ex Ægypto memoria in Iudæorum animis inprimebatur, partim mentes illorum incendebantur ad beneficij multò amplioris expectationem, quod Christi beneficio erat conferendum. Fuit ergo duplex potissimum sacri illius epuli vsus. Nam & specialis illius Iudæorum ex Ægyptiaca seruitute redemptionis monumentum, & (qui quidem vsus longè fuit præstantior) futuræ illius atq; vniuersalis redemptionis, generis humani per Christum factæ, nec non piæ sanctæq; vitæ documentum fuit, de quo posteriore operæpretium fuerit quædam dicere.

Conuiuium Paschale, & quotuplex eius vsus.

Agnus Paschalis typus Christi. 1. Pet. 1.

Agnus ergo ille Paschalis agnum illum Dei ἀγνὸν καὶ ἅγιον, hoc est, castum sanctumq;, & vt eundem Petrus vocat, ἄμωμον καὶ ἄσπιλον, id est, omnis næui maculæq; expertem, à Ioanne Baptista digito demonstratum, tollentem peccata mundi, hoc est, Christum præsignificabat secundum etiam illud Pauli, Pascha nostrum immolatus est Christus. Agni autem illius Paschalis sanguis liminibus aspersus, qui sæuientem gladium ab ædibus fidelium arcebat Christi sanguinem pretiosissimum pro salute omnium profusum significabat, quo quidem omnium hominum, quorum ille cordibus per fidem aspergitur, sanguines, hoc est, scelerum flagitiorumq; sordes eluuntur, cæliq; templa primorum nostrorum parentum peccato clausa rursus aperiuntur, & immanis ille diuinæ seueritatis atq; iræ gladius, hoc est, mors æterna, in omnes infideles intentus arcetur. Agni porrò eiusdem carnes non aquis elixæ, sed ardentibus prunis assæ Christi cum passionem atque cruciatum, tum eximium charitatis ardorem designabant. Erant autem cum celeritate comedendæ, vt docerentur Christum ceu verum animi pabulum inflammata fide, atq; animo esse comedendum, ardentissimaq; quasi cupiditate vorandum, & in intimis animi visceribus condendum, vt in illius similitudinem rapiamur. Ossa nefas erat conterere, vt esset testatum, posse quidem Christum mortem oppetere, non posse autem virtutem illius atq; robur infringi. Erant ossa cum reliquijs in ignem conijcienda, nihilq; in posterum diem reseruandũ, vt videremus ea, quæ mente capere nequimus, eò quod intelligentiam

Agni sanguis Christi sanguinem significabat.

Agni carnes assæ Christi mortem præfigurabant.

Cur celeritas adhibenda in edendo agno Paschali.

Quare ossa nefas fuerit confringere.

nostram

Digitized by Google

nostram superent, esse fidei quasi flammis, & incendio committenda, & simul intelligeremus, non esse tutum aliquid, quod ad veram animi synceritatem pertineat, differre atq; procrastinare: Azymi panes animi innocentiam, & integritatem significabant, secundum illud Pauli 1. Cor. 5. Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis. Septem continui dies quibus vesci fermentato nefas erat. Perpetuum vitae cursum atq; spatium (quod numero septenario non incommoda ratione designatur) ab omni criminis contagio purum conseruandum esse demonstrabant. Herbarum agrestis amaritudo & dolor ex flagitiorum recordatione susceptus. Calcei induti, vestes accinctae, & reliquus itineris confestim ineundi apparatus, & susceptae in epulo celeritates docebant, nihil esse in re tanta cunctandum, nihil de die in diem differendum; sed omnem nobis quasi in procinctu stantibus celeritatem adhibendam, vt peccati fines relinquamus, & Pharaonis illius spiritualis, hoc est, diaboli hostis immanissimi nos pertinaciter insequentis saeuitiam fugiamus, & contento studio, cursu ad felicissimam iustitiae, vitaeq; aeternae hereditatem properemus. Haec atq; alia huiusmodi rerum maximarum mysteria sacrosanctu illud epulum continebat. Hodie quoq; à Christianis festum illud Paschale licet non ijsdem caeremonijs quibus antiquitus ad gloriosae Christi resurrectionis memoriã gratis animis recolendam celebratur. Vnde Osteren à Germanis contracta voce, hoc est, Vrstende resurrectio appellatur. In illo similiter conuiuia agitantur, quae à Germanis Ostermaal vulgò appellantur, quae ferè ouis, & mellitis quibusdam libis coctis atq; placentis constant. Et plerisq; in locis cùm scholastici, hymnum illum canentes, Christe qui lux, &c. tùm caetera quoq; puerorum atq; puellarum turba ostiatim oua colligentes illa simul comedunt, id quod vulgò Osterlen vocant. Ipsa verò oua quae ab illis colliguntur ac simul comeduntur zumpfeltag appellantur, quasi symboltag/propterea quod illis ouis ceu symbolis collatis atq; collectis vnà epulari consueuerunt.

Azymi panes.

Herbae amarae.

Calcei, vestes.

Cur hodie festum Paschale à Christianis celebretur.

Paschale porrò illud festum atq; epulum vernum secuta fuit aestiua illa Pentecostes festiuitas, quae in sacris literis etiam hebdomadum, necnon primitiuorum siue primitiarum festum appellatur, cuius descriptionem habes Num. 28. & Deut. 16. Illud similiter partim sacrificijs, ac nouarum frugum oblationibus, partim laetissimis epulis fuit celebratum. Ethnici quoq; fictis suis numinibus soliti sunt fructuum primitias, quas Graeci vocabant ἀπαρχὰς, offerre. Vnde Tibullus lib. 1. eleg. 1.

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus;
Libatum agricolae ponitur ante Deos:

De quibus Porphyrius in libro περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων secundo ait: ῥᾴων γὰρ ὁ πόρος τῶν καρπῶν, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς, ἢ τῶν ζώων.

Pentecostes festiuitas.

Tertium deinceps secutum fuit festum autumnale Succoth, Graecè σκηνοπηγίας, hoc est, tabernaculorum dictum, quo septem diebus sub tabernaculis degentes vnà summo cum gaudio atque laetitia conuiuari consueuerunt, cuius mentio fit Leu. 23. & Ioan. 7. de hoc supra pluribus.

Festi tabernaculorum festiuitas.

Hisce verò & Paschae, & Pentecostes atq; Tabernaculorum conuiuijs adde si placet Enceniorum siue repurgationum festiuitates atque epulas, quae in templi, quod Antiochus polluerat, reconciliati atq; repurgati memoriam agitatae fuerunt die 25. mensis Cisleu, qui partim Nouembri, partim Decembri nostro respondet. Huc referendum epulum quod Salomon die dedicationis templi populo dedit 1. Reg. 8.

Enceniorum epulae.

Item hisce addere potes epulas diei 14. & 15. mensis Adar (qui partim Februario, partim Martio nostro respondet) qui dies Purim, id est, sortium appellantur, propterea quod impius ille Aman sortilegijs vsus vniuersos Iudaeos illis diebus delere cogitarat, ex quo periculo Deus illos mirabiliter conseruauit. Itaq; ad tanti beneficij diuini memoriam conseruandam à Mardochaeo atq; Esthera institutum fuit, vt illi dies in posterum à Iudaeis tùm in vrbibus quàm in pagis summa cum hilaritate atq; epulationibus mutuis, nec non donis vltro citroq; missis celebrarentur. Hinc dies decimusquartus μὴ δοκαιὴ ἡμέρα, id est, Mardochaicus dies appellatur à Mardochaeo nimirum. De his vide Esthera historiam c. 9. nec non 2. Machab. c. vlt. Hodie quoque bi dies Purim sunt Iudaeorum Bacchanalia, in quibus epulis, atque voluptatibus solent indulgere. Illis diebus legunt historiam Esther in synagogis ac quoties mentio fit Amani, pugnis, atque malleis scamna pulsant.

Dies sortium.

Deniq; & diei septimi, & Nouilunij epulae huc sunt referendae. Nam primò diem septimum cùm otio, tùm lautioribus epulis celebrare consueuerunt. Philo in libro de vita Theoretica, vitam quorundam qui rerum diuinarum contemplationi erant dediti, describens inter alia diem septimum

rea quod à conuiuatore corolla ei imponi solet, ad quem cæteros conuiuio excipiendi vices peruenerunt. Habent hæc conuiuia plurimum & iucunditatis, & vtilitatis, sunt enim quasi vincula quædam mutuæ beneuolentiæ atq; amoris, modo illa sint temperata, atq; frugalia, caueatur nimius sumptus, luxus, atq; petulantia. Atq; hæc de quinta conuiuiorum diuisione in publica, & priuata.

SEXTA CONVIVIORVM DIVISIO IN SACRA, ET PROPHANA, DE EPVLIS SACRIS IVDAEORUM veteris testamenti, Christianorum noui testamenti, de superstitiosis Ethnicorum epulis atq; sacris, de horrendo festorum, epularumq; festiuarum apud Christianos abusu.

CAPVT XXXIII.

Conuiuia sacra

SEXTO illa diuidemus in sacra & prophana, de prophanis ferè adhuc dictum est, nunc de sacris. Conuiuia porrò sacra siue religiosa illa appello, quæ vel in veri et vnius Dei, vel etiam in falsorum, & alienorum Deorum honorem, cùm religionis, tùm superstitionis ergò celebrantur potißimum festis, & quidem in locis sacris & religiosis celebrantur. Hæc rursus conuiuia duplicis sunt generis, alia quidem verè sacra, & religiosa, alia verò superstitiosa.

Verè sacra conuiuia quæ & quotuplicia sint.

Verè sacra & religiosa illa sunt, quæ ab ipso Deo sunt instituta, & ad illius præscriptum atque mandatum celebrantur, quæ quidem non tam ad ventrem, quam ad ipsam mentem salutaribus documentis, ceu suauißimis alimentis condimentisq; pascendum, oblectandumq; pertinent. Hæc vero rursus sunt duplicia, alia enim sunt veteris testamenti, alia noui.

Conuiuia veteris testamenti.

Quoad porro illa quæ sunt veteris testamenti, illa fuerunt partim anniuersaria atque solennia certis quibusdam, atque statutis temporibus, partim quotidiana: quæ vel quotidie, ac quouis tempore fieri sunt solita.

Solennia seu anniuersaria conuiuia.

Inter solennia & anniuersaria conuiuia facilè primum, & principem locum obtinet celeberrimum illud Paschatis epulum, cuius descriptionem amplam habes Exodi 12. & alibi: quo quidem quotannis magna cæremonia instaurato partim accepti beneficij, hoc est, liberationis ex Ægypto memoria in Iudæorum animis inprimebatur, partim mentes illorum incendebantur ad beneficij multò ampliorís expectationem, quod Christi beneficio erat conferendum. Fuit ergo duplex potißimum sacri illius epuli vsus. Nam & specialis illius Iudæorum ex Ægyptiaca seruitute redemptionis monumentum, & (qui quidem vsus longè fuit præstantior) futuræ illius atq; vniuersalis redemptionis, generis humani per Christum factæ, nec non piæ sanctæq; vitæ documentum fuit, de quo posteriore operæpretium fuerit quædam dicere.

Conuiuium Paschale, & quotuplex eius vsus.

Agnus Paschalis typus Christi. 1. Pet. 1.

Agnus ergo ille Paschalis agnum illum Dei ἀγνὸν καὶ ἅγιον, hoc est, castum sanctumq;, & vt eundem Petrus vocat, ἄμωμον καὶ ἄσπιλον, id est, omnis næui maculæq; expertem, à Ioanne Baptista digito demonstratum, tollentem peccata mundi, hoc est, Christum præsignificabat secundum etiam illud Pauli, Pascha nostrum immolatus est Christus. Agni autem illius Paschalis sanguis liminibus aspersus, qui sæuientem gladium ab ædibus fidelium arcebat Christi sanguinem pretiosissimum pro salute omnium profusum significabat, quo quidem omnium hominum, quorum ille cordibus per fidem aspergitur, sanguines, hoc est, scelerum flagitiorumq; sordes eluuntur, cæliq; templa primorum nostrorum parentum peccato clausa rursus aperiuntur, & immanis ille diuinæ seueritatis atq; iræ gladius, hoc est, mors æterna, in omnes infideles intentus arcetur. Agni porrò eiusdem carnes non aquis elixæ, sed ardentibus prunis assæ Christi cum passionem atque cruciatum, tum eximium charitatis ardorem designabant. Erant autem cum celeritate comedendæ, vt docerentur Christum ceu verum animi pabulum inflammata fide, atq; animo esse comedendum, ardentißimaq; quasi cupiditate vorandum, & in intimis animi visceribus condendum, vt in illius similitudinem rapiamur. Ossa nefas erat conterere, vt esset testatum, posse quidem Christum mortem oppetere, non posse autem virtutem illius atq; robur infringi. Erant ossa cum reliquijs in ignem conijcienda, nihilq; in posterum diem reseruandũ, vt videremus ea, quæ mente capere nequimus, eò quod intelligentiam

Agni sanguis Christi sanguinem significabat.

Agni carnes assæ Christi mortem præfigurabant.

Cur celeritas adhibenda in edendo agno Paschali.

Quare ossa nefas fuerit confringere.

nostram

Digitized by Google

nostram superent, esse fidei quasi flammis, & incendio committenda, & simul intelligeremus, non esse tutum aliquid, quod ad veram animi synceritatem pertineat, differre atq; procrastinare. *Azymi panes animi innocentiam, & integritatem significabant, secundum illud Pauli 1. Cor. 5. Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis.* Septem continui dies quibus vesci fermentato nefas erat. Perpetuum vitæ cursum atq; spatium (quod numero septenario non incommoda ratione designatur) ab omni criminis contagio purum conseruandum esse demonstrabant. Herbarum agrestis amaritudo est dolor ex flagitiorum recordatione susceptus. Calcei induti, vestes actinctæ, & reliquus itineris confestim ineundi apparatus, & susceptæ in epulo celeritates docebant, nihil esse in re tanta cunctandum, nihil de die in diem differendum, sed omnem nobis quasi in procinctu stantibus celeritatem adhibendam, vt peccati fines relinquamus, & Pharaonis illius spiritualis, hoc est, diaboli hostis immanissimi nos pertinaciter insequentis sæuitiam fugiamus, & contento studio, cursuq; ad fœlicissimam iustitiæ, vitæq; æternæ hæreditatem properemus. Hæc atq; alia huiusmodi rerum maximarum mysteria sacrosanctũ illud epulum cõtinebat. Hodie quoq; à Christianis festum illud Paschale licet non ijsdem cæremonijs quibus antiquitus ad glorioſæ Christi resurrectionis memoriã gratis animis recolendam celebratur. Vnde Ostern, à Germanis contracta voce, hoc est, Vrstende resurrectio appellatur. In illo similiter conuiuia agitantur, quæ à Germanis Ostermaal vulgò appellantur, quæ ferè ouis, & mellitis quibusdam libis coctis atq; placentis constant. Et plerisq; in locis cùm scholastici, hymnum illum canentes, Christe qui lux, &c. cùm cæterâ quoq; puerorum atq; puellarum turba ostiatim oua colligentes illa simul comedunt, id quod vulgò ôsterlen vocant. Ipsa verò oua quæ ab illis colliguntur ac simul comeduntur zumpfeltag appellantur, quasi symboltag, propterea quod illis ouis ceu symbolis collatis atq; collectis vnà epulari consueuerunt.

Azymi panes.

Herbæ amaræ.

Calcei, vestes.

Cur hodie festum Paschale à Christianis celebretur.

Paschale porrò illud festum atq; epulum vernum secuta fuit æstiua illa Pentecostes festiuitas, quæ in sacris literis etiam hebdomadum, necnon primitiuorum siue primitiarum festum appellatur, cuius descriptionem habes Num. 28. & Deut. 16. Illud similiter partim sacrificijs, ac nouarum frugum oblationibus, partim lætissimis epulis fuit celebratum. Ethnici quoq; fictis suis numinibus soliti sunt fructuum primitias, quas Græci vocabant ἀπαρχὰς, offerre. Vnde Tibullus lib. 1. eleg. 1.

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deos.

De quibus Porphyrius in libro περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων secundo ait: ῥᾶον γὰρ ὁ πόρος τῶν καρπῶν, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς, ἢ ὁ τῶν ζώων.

Pentecostes festiuitas.

Tertium deinceps secutum fuit festum autumnale Succoth, Græcè σκηνοπηγίας, hoc est, tabernaculorum dictum, quo septem diebus sub tabernaculis degentes vnà summo cum gaudio atque lætitia conuiuari consueuerunt, cuius mentio fit Leu. 23. & Ioan. 7. de hoc supra pluribus.

Festi tabernaculorum festiuitas.

Hisce verò & Paschæ, & Pentecostes atq; Tabernaculorum conuiuijs adde si placet Enceniorum siue repurgationum festiuitates atque epulas, quæ in templi, quod Antiochus polluerat, recuperati atq; repurgati memoriam agitatæ fuerunt die 25. mensis Cisleu, qui partim Nouembri, partim Decembri nostro respondet. Huc referendum epulum quod Salomon die dedicationis templi populo dedit 1. Reg. 8.

Enceniorum epulæ.

Item hisce addere potes epulas diei 14. & 15. mensis Adar (qui partim Februario, partim Martio nostro respondet) qui dies Purim, id est, sortium appellantur, propterea quod impius ille Aman sortilegijs vsus vniuersos Iudæos illis diebus delere cogitarat, ex quo periculo Deus illos mirabiliter conseruauit. Itaq; ad tanti beneficij diuini memoriam conseruandam à Mardochæo atq; Estera institutum fuit, vt illi dies in posterum à Iudæis tùm in vrbibus quàm in pagis summa cum hilaritate atq; epulationibus mutuis, nec non donis vltro citroq; missis celebrarentur. Hinc dies decimusquartus μαρδοχαϊκὴ ἡμέρα, id est, Mardochaicus dies appellatur à Mardochæo nimirum. De his vide Esteræ historiam c. 9. nec non 2. Machab. c. vlt. Hodie quoque bi dies Purim sunt Iudæorum Bacchanalia, in quibus epulis, atque voluptatibus solent indulgere. Illis diebus legunt historiam Ester in synagogis ac quoties mentio fit Amani, pugnis, atque malleis scamna pulsant.

Dies sortium.

Deniq; & diei septimi, & Nouilunij epulæ huc sunt referendæ. Nam primò diem septimum cùm otio, tùm lautioribus epulis celebrare consueuerunt. Philo in libro de vita Theoretica, vitam quorundam qui rerum diuinarum contemplationi erant dediti, describens inter alia diem septimum

illis dicit ἀναλήψιν, καὶ ἀναίορτον fuisse, in quo postquam curarunt animam, corpus quoq; ex assiduis laboribus reficere, atq; recreare consueuerunt victu perquàm tenui: is fuit panis frugalis, obsonij loco sal, cui delicatiores addebant hyssopum, potus erat aqua ex flumine. Verùm Iudæos olim quoq; vulgò legimus septimum diem cùm epulationibus luxuriosis, tùm tripudijs lasciuis agitasse, de quo alio in loco pluribus.

Calendæ. Præterea in Calendis mensium cùm victimas pacificas Iudæos Deo obtulisse, tum conuiuia inter se agitasse ex sacris literis patet. Vnde Psa. 81. v. 3. Clangite in Nouilunio tuba: in operimento, in die (in honorem diei) festiuitatis nostræ. Hic notandum diem coniunctionis Solis & Lunæ, vnde menses suos inchoabant, & חדש Chodesch dici, quod tunc Luna quasi renouetur, & nouum lumen hauriat à Sole, qua de causa dies ille à Græcis νουμηνία dicitur. Deinde eundem diem primum vocat operimentum, propterea quod in coniunctione illa Luna tegitur à Sole ne conspiciatur. Sic Prou. 7. Ad diem operimenti, id est, Nouilunij veniet domum. Quanquam alij non incommodè de tabernaculo & tuguriolis, quæ frondibus tegebantur, intelligendum affirmant. Isidorus: Neomenia apud nos Kalendæ. Erant enim apud Hebræos ipsi dies Kalendarum ex legali institutione solennes, de quibus in Psalmo: Canite initio mensis tuba, in die insigni solennitatis vestræ. Eius rei illustre in primis testimonium extat 1. Sam. 20. v. 5. Ecce cras, inquit Dauid, Calendæ sunt, & sedendo sedere soleo apud regem ad vescendum. Et mox v. 15. Cras sunt Calendæ, inquit Ionathã, itaq; remoraberis, vacabitq; sessio tua. Legimus autem v. 27. postridie quoq; Calend. epulas fuisse á Saule exhibitas, cum tamè in Nouilunio dies secundus Dei verbo non fueris festus. Eius duæ à Martyre in Comment. afferuntur causæ. Vna est, quod Leuit. cap. 7. præcipitur, vt siquid de sacrificijs pacificis supereſſet, in posterum diem ex eo aliud conuiuium institueretur. Verisimile itaq; est regẽ splendidè sacrificasse, cumq; omnes illæ epulæ consumi non potuerint priori die, ex illius reliquijs postridie fuisse conuiuatum. Altera causa erat, vt religiosiores, & sacrorum obseruantiores esse viderentur, quàm lex ipsa postulabat. Saul ergo, quamuis Dauid priore die non adfuisset, quod illum arbitraretur esse immundum, tamen postero die sperabat illum adfuturum. Nam si quis aut immundus fuisset, aut in itinere, cũ oporteret Pascha celebrare, is iubebatur mense secundo seorsim habere Pascha suum. Id illi transtulerunt ad alios festos dies.

Θυμέλια. Obseruabis hic præterea apud Græcos quoq; olim singulis mensibus certa quædam sacrificia atque conuiuia fieri fuisse solita, quæ θυμένια fuerunt appellata, quorum Athenæus meminit. Suidas θυμένια τὰ ὑπὲρ ὅλου τοῦ μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γινόμενα θύματα. Turnebus Aduers. lib. 3. cap. 4. In illud Virgil.

Bissenos cui nostra dies altaria fumant:

In magna, inquit, religione velut numinis potentissimi, & præsentissimi dictum est. Nam menstrua sacra Dijs maximis celebrari solebant, atq; ea erant feriæ religiosissimæ, cùm solennibus & anniuersarijs non satis esse putarent defungi sacris, sed memoriam cultus quot Calendis, aut Idibus renouandam putarent: ea sacra Græci vocant ἔμμηνα. Sophocles: ταύτην χορεύς ἵστησι, καὶ μηλοσφαγεῖ. Θεοῖσιν ἔμμην' ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις. Obseruabis etiam hîc Neomenias ab Horatio tricesima sabbata dici. eò quòd Iudæorum menses, vt Atheniensium, erãt 30. dierum. Sabbatum autem ab Horatio ponitur pro die festo, & neomenia tricesima sabbata vocantur, ad discrimen sabbati septimi. Hæc notat Turnebus lib. 15. Aduers. c. 19. Idem lib. 24. cap. 45. In illa Horatij:

Da Lunæ propere nouæ, Da noctis mediæ.

Lunæ autem nouæ, inquit, cyathum poscit, quod mensis calendis vesperi epuletur, quæ festæ semper erant. Menses enim Luna olim ducebat, primáq; primus mensis dies habebatur: postea tamen ad cursum Solis ex Iuliani anni correctione exacti sunt, quod tametsi obtinebat Horatij ætate, tamen is è prima & nascente Luna mensis principium, vt mihi videtur, lib. 3. intellexit, cum ait:

Cælo supinas si tuleris manus,
Nascente Luna rustica Phidile.

Quod est, si Calendis deos precibus, & sacris placaris. Quod autem ait: Da noctis mediæ, id verò facit, quia & Lunæ meminerat, & ad mediam vsque noctem epulari decreuerit, & Nox ritu Romano dea censebatur. Extat apud Hesychium prouerbium: σεαυτῷ νουμηνίαν χρύσειν, id est, Tibi ipsi Nouilunij diem, aut Calendas edicito: quod ductum est ab antiqua illa consuetudine, qua

sacerdotes

sacerdotes (penes quos olim omnis erat potestas, & à quibus omnis feriarum ratio petenda erat) præconis publici voce diem initialem mensis, quem feriatum habebant, in vulgus edere solebant. Vide Iunium in Adagijs. Adhæc apud Athenienses, teste Suida, nouilunijs serui vendebantur, belliq; duces creabantur, erantq; dies illi honorati, id quod Aristoph. testimonio probat. Sed ex eodem poëta colligi potest die 30. siue vltimo mensis, quem ἕνην καὶ νέαν appellat, moris fuisse eos qui non maturè fœnus aut debitum persoluebant, ceu συκοφάντας in ius vocare. Hæc Scholiastes in illa verba:

Εἶθ' ἥν γὰ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Δίδυμα καὶ πέμπειν, καὶ βδελύττομαι
Εὐθὺς μετὰ τὴν τοῦ ἔνη τε καὶ νέα.

Sic apud Romanos moris erat Calendis pecuniam & collocare in fœnore, aut quæstu, & exigere. Vnde tristes Calendæ ab Horatio appellantur lib. 1. Saty. 3. nempe debitori. De hoc more & Calendis, & Idibus (vnde Kalendariorum, & Iduariorum corpora videntur dicta) pecuniam exigendi consuetudine, vide P. Pithoeum Aduersar. lib. 2. cap. 4. Sic rustici nostri Martialia maximè timent, horrent, execrantur, quibus ad debitorum persolutionem coguntur. Ad Calendarum porrò siue Nouilunij epulas Hebræis, & Græcis vsitatas, non incōmode meo iudicio referueris epulas Nundinarias, quarum mentio fit in l. Cùm societas. L XIX. ff. pro socio, vbi sic legitur: Cum societas ad emendum coiret & conuenirēt, vt vnus reliquas Nundinas, id est, epulas præstaret, &c. Cuiacius in alijs editionibus sic legi affirmat, vt vnus reliquas nundinarias epulas præstaret. Et c. x. hic fit nundinariarum epularum mentio, quales autem fuerint non explicat glossa. Nundinariæ epulæ fuerunt forsan, quas Germani vocant ein weynkauff. Hîc quoque simul notabis, vt prima mensis cuiusuis dies propter Nouilunium, sic quarta etiam, & septima sacra erat propter natalem Apollinis, hinc Scholasticis feriæ, vt Musis magis verentur propitijs. Atq; hæc quidem de solennibus illis atq; festiuis Iudæorum epulis sacris sint dicta.

Epulæ Nundinariæ.

Iam verò omnia in genere veteris Testamenti sacrificia, quæ non modò solennibus illis suprà commemoratis, verum alijs quoq; diebus offerebantur, nihil aliud fuerunt quàm epulæ quædam sacræ Deo hominibusq; communes, ad mutuam Dei hominumq; cōmunionem atq; societatem designandam perquàm accommodatæ. Nam cum semper inter eos qui cōmuni mensa vterentur summa fuerit necessitudo, Deus ad suam cum populo illo familiaritatem consuetudinemq; arctissimā testificandam sibi ab illo carnes, sanguinem, fruges in altari atq; mensa offerri voluit, non quod his indigeret, sed vt ostenderet se quæsi cōmunem in illo populo habere mensam, esse illius conuiuam perpetuum atq; ita familiariter tum ipsis habitare, & illorum consuetudine, & officijs delectari. Vicissim etiā se illis benignè velle facere, à quibus tam piè atq; amanter ad communem mensam inuitetur. Hinc & mensa siue altare, in quo dapes illæ Deo offerebantur, Domini mensa, & ipsæ dapes, Domini panis atq; cibus à Malachia appellantur. Deinde cum pleriſq; sacrificijs coniuncta erant conuiuia, mutuæ hominum coniunctioni tuendæ atq; fouendæ destinata. Hæc quo facilius intelligantur, operæpretium fuerit pauca quædam de his sacrificiorum, siue sacrarum epularum generibus dicere.

Conuiuia sacra quæ vel quotidie ac quouis tempore fieri sunt solita.

Sacrificia ipsa fuerunt epulæ quædam sacræ

Malach. 1. §. 7 & 12.

Fuerunt itaq; illa duplicis omnino generis. Alia enim enim erant ἱλαστικὰ, hoc est, propitiatoria, alia εὐχαριστικὰ.

Sacrificiorum diuisio.

Quoad priora illa sic dicta sunt, non quod ipsa per se peccata expiandi, iramq; diuinam placandi vim obtinerēt, sed quòd essent typi illius verè ἱλαστικοῦ, hoc est, piacularis victimæ Domini nostri Iesu Christi, qua generis humani peccata deleta sunt, ac proinde Deus nobis reconciliatus fuit. Hæc verò rursus fuerunt duplicia. Alia enim offerebantur pro peccatis hominū vulgarium & priuatorum, alia pro peccata vel sacerdotis vel totius populi.

Sacrificia propitiatoria quare sic dicta & quotuplicia sint.

Quoad illa quæ pro peccatis vulgarium hominum & priuatorum fiebant, in ijs totum quod offerebatur cedebat in vsum sacerdotum, quod in atrio in ipso die sacrificij comedebant, præter adipem, qui coram Domino incendebatur, & sanguinem, qui circa altare fundebatur. Hæc verò ipsa in duo rursus genera secari possunt. Aliud enim erat quod חטאת Hathat dicebatur, quod genus sacrificij offerebatur pro peccatis ἀκουσίως ex errore, aut ignorantia commissis. Interpretes Græci θυσίαν περὶ ἁμαρτίας, Germani ſiindopffer appellant. Alterum dicebatur אשם Aſcham, Græcis θυσία περὶ πλημμελείας, καὶ πλημμελήματος quod offerebatur pro peccatis ἀκουσίως, καὶ οὐ προαιρέσεως, hoc est, data opera, siue de industria commissis.

Iam verò quoad sacrificium, quod vel pro vniuersi populi, vel sacerdotis peccato offerebatur, illud ab Hebræis עולה *olah dictum est, ab ascendendo quod elevaretur super altare, odorq; eius in altum ascenderet in Dei conspectum, & Calil Psal. 51. à Celil, id est, consummatum est, eò quod totum igne consumeretur. Vnde à Græcis* ὁλόκαυστον ὁλοκαύτωμα, *& ὁλοκαύτωμα dictum est, sacrificium, vt Isidorus definit, quod totum igne consumitur dum offertur. Huic respondet Romanorum Prosecuia, & Græcorum* τελετὴ. *Germani* Brandopffer *appellant.*

Sacrificia Eucharistica.

Sacrificia porrò εὐχαριστικὰ *erant tria. Primum* מנחה *minha, id est, cibarium sacrificium, quod erat multiplex, sed semper è frugibus constabat, non tamen eodem modo paratis. Eius species tres cõmemorantur, Leu. 2. Offerebatur enim far tostum in spicis aut farina siue simila munda nondum cocta, aut certè panis ex farina panis: qui sanè triplici forma siue ratione parabatur. Vel enim coquebatur in furno aut clibano: vel in cacabo aut sartagine, vel in frixerio crustularũ pleno. Accedebat his sal, oleũ thus vel vt auctarium & cõdimentum. Remouentur autem generali canone ab omnibus sacrificijs mel, & fermentũ. Non enim admittebantur libæ melleæ. In epulo tamen Eucharistico admittebatur panis fermentatus ad esum. Proinde siquis offerret farinam, vngebatur ea prius à sacerdote oleo & condiebatur sale, mox ei imponebatur thus: inde volam plenã accipiebat sacerdos (in sacrificio pro sacerdote comburebatur totum) & adolebat in ara, reliquum sibi conseruabat. Et in omnibus quidem cibarijs oblationibus ponebatur thus, præterquam in sacrificio pro peccato, & in sacrificio zelotypiæ. Sacrificio cibario connumerari possunt libamina. His enim vinum Domino fundebatur in sacrificijs. Est autem Christus vinum, potus & gaudium nostrum ad vitam æternam. Cibarijs item oblationibus annumerari possunt sacrificia primitiarum, primogenitorum, & decimarum. Græci interpretantur* δωρεὰ θυσίαι. *Germani* Speysopffer.

Sacrificium pacificum.

Secundum erat זבח שלמים *zebach schelomim, sacrificium pacis, siue pacificum, quo gratitudo propter accepta beneficia (quæ pacis nomine Hebraicè exprimũtur) declarabatur, Græcis* θυσία σωτηρίας, *Germanis* Danckopffer. *Fiebat cæsis vel bobus masculis, aut fœmellis sine discrimine, vel ouibus, vel agnis, vel capris.*

Θυσία αἰνέσεως.

Tertiũ erat תודה *thodah,* θυσία αἰνέσεως. *Ger.* Lobopffer, *quod differebat ab hostia pacificorũ, quod simul fiebat in hoc sacrificio & pecudũ mactatio, & oblatio libamentorũ confessionis causa.*

Quæ partes ex his sacrificijs ad sacerdotes, & ad offerentes redirent.

Quod autem ad hæc gratulatoria, siue pacifica sacrificia attinet, illorum pars vna, renes nimirum & reticulum epatis, agnæ item cauda & omnis adeps coràm Domino comburebatur, pars altera nimirum pectusculũ, armus dexter, maxillæ sacerdoti cedebant, vt ijs hilari animo coràm Domino vesceretur, reliqua ad offerentem redibant, & mox illo ipso die debebant comedi. Quia verò nõ semper ad ea comedenda tum suis sufficiebat, qui illa obtulerat, solebãt ferè ad epulas eiusmodi inuitari vicini & amici, quibus omnibus liberius etiam lætari licebat, modò id coràm Domino cum gratiarum actione facerent, & interea pauperum non obliuiscerentur. Neq; mysterio mos iste carebat. Scimus enim Christũ in sacrificijs omnibus adumbratũ fuisse, qui vt pro nobis hostia aut victima expiatoria factus est: ita vnicus est omniũ, quæ à Deo nobis obtingũt, bonorũ mediator. Dum ergo ex victimis conuiuia instruere iubebat Deus, nõ obscurè testabatur, quod sua mensa cultores suos dignari, & eosdem per filium suũ, promissum humani generis seruatorem ad vitam æternã alere vellet. Idem ergo veteribus in sacris epulis adumbratum est, quod nobis cœna Dominica repræsentat, & ideo illi eandem escam spiritualem nobiscũ edisse dicuntur. Quòd verò ad sacerdotem, habuit ille, vt aiunt Hebræi, ex tribus victimæ partibus aliquam portionem. Nam ex trunco pectusculum habuit, ex cruribus armum dextrum, ex capite maxillas cum lingua. Neq; contemnenda est hac de re satis elegãs Origenis allegoria, qui pectusculum vbi sedes cordis est, significasse ait sacerdotum oportere sapientiam egregiam esse: maxillam & linguas, oportere illos recta & sana loqui, ac populum vera, & vtilia docere: armum verò dextrum, qui manus quædam est victimæ, vt benè agerent, & sanctè viuerent, atq; ita doctrinæ suæ salutarem authoritatem conciliarent. Quod si fuisset sacrificium pacificum pro Nazaræo dabatur insuper sacerdoti fœmur. Hæc de sacrificijs siue hostijs veteris Testamenti, quæ ipsa, vti dixi, fuerunt sacræ quædam epulæ cùm Dei cum hominibus coniunctionis testes & indices, tùm Christi, qui verus, salutaris atq; viuificus noster est panis, typi & figuræ.

Mysterium huius consuetudinis.

Origenis de partibus quæ ad sacerdotes ex sacrificijs redibant, elegans allegoria.

Porrò cum plerisq; sacrificijs coniuncta erant cõuiuia (vnde crebrò in sacris literis immolationis siue sacrificij vocabulum pro conuiuio etiam prophano vsurpatur) quæ quidem fuerũt duplicia:

Alia quæ

Alia quæ à solis sacerdotibus fiebant. Nam, vti suprà dictum est, & constat ex 6. c. Leu. sacrificia illa quæ offerebantur pro peccatis vulgarium hominum, & priuatorum, tota cedebant sacerdotibus, ex pacificis autem partes quædam, vt similiter suprà fuit explicatum. His itaq; sacerdotes in atrio in ipso sacrificij die simul vescebantur. In illis autem sacrificijs filij Heli sacerdotis duplici nomine grauiter peccarunt. Primò quod legitimis & debitis portionibus lege diuina præscriptis non contenti, ea accipiebant, quæ illorum animi libido suadebat. Deinde quòd partem suam præripiebant antequam adeps adoleretur. Conuiuia sacrificialia & sacerdotum.

Alia verò fuerunt conuiuia, quæ à populo siue offerentibus summa cum hilaritate atq; lætitia, sicuti Deus iusserat, celebrabantur. Ad illa amicos & vicinos suos inuitabat, & in ijsdem Deus pauperum atq; peregrinorum, pupillorum atq; viduarum rationem haberi, omnesq; has personas ad conuiuiorum illorum communionem admitti voluit, vt scriptum est Deut. 14. & 16. 12. & Leuit. 7. Conuiuia sacrificialia populi.

Huiusmodi autem epularum sacrificialium, vt ita loquar, plurima passim in sacris literis exempla occurrunt, vt 1. Reg. 1. Helcana dicitur sacra fecisse, & vxori, atq; filijs partes dedisse. 1. Reg. 16. Samuel Bethlehemitas ad sacrificiū inuitauit, in quo tamen noluit prius accumbere, quàm Dauidem regem consecrasset. 1. Reg. 9. mentio fit & sacrificij & conuiuij, quo Samuel Saulem, quem posteà inaugurauit, honorificè excepit atq; tractauit, in quo duo obseruanda. Primò quod v. 13. scriptum est, inuitatos non antè cibum capere fuisse solitos, quàm ciborū facta esset consecratio. Deinde quòd v. 22. Samuel Saulem eiusq; puerum in cœnaculum introduxisse, & cùm locum eis in capite inuitatorum, qui erant 30. numero, assignasse, tùm coquo iussisse dicitur, vt Sauli armum apponeret. Duplici ergo illum honore affecit, primum loci, deinde cibi. Dat enim illi primum & supremū locum in conuiuio. Deinde armum illi iubet apponi, cuius rei duplex ab interpretibus affertur ratio. Prima, quòd cùm armus in sacrificijs pars esset sacerdotū propria, Samuel illum hoc symbolo admonere voluit, vt rex factus cum sacerdotibus cōiunctè viueret, ita enim beatum & florens futurum ipsius regnū. Secunda, quòd cùm armus maximè valeat ad onera ferenda, Saul cogitaret se non ad iocum, ad lusum, ad voluptates, sed ad maxima onera ferenda atq; sustinenda vocari. 3. Reg. 8. Solomon in templi dedicatione cùm sacrificia, tùm conuiuia 14. diebus celebrauit. 1. Par. 16. Dauid cum holocausta atq; pacifica offerendi finem fecisset, benedixit populo in nomine Domini, & singulis distribuit tostā panis, & partem carnis bubulæ, & frixam oleo similam. Similium epularum mentio fit Esd. lib. 2. c. 8. & lib. 3. c. 9. Nehem. quoq; 8. c. similis conuiuij sacrificatorij fit mentio, in quo pinguia comedisse, mulsum bibisse, & partes misisse magna cum lætitia dicuntur. Voluit namq; Deus illa conuiuia magna cum animorum hilaritate, remoto omni mœrore atq; tristitia agitari, vt eodem ex loco, & ex multis alijs manifestè colligi potest. Exempla huiusmodi conuiuiorum sacrorum. Armus cur Sauli in epulo datus.

Nec verò nisi peracta re diuina illis conuiuari licebat. Quamobrem impij illi Eli sacerdotis filij cùm in alijs, tùm in hoc quoq; grauiter peccasse dicuntur, quod partem suam præripiebant, priusquam Domino adeps adoleretur. Curabant, inquit R. Ben Gerson, prius suam mensam, quàm Dei. Nam sacrificium erat quodammodo mensa Domini, conuiuium quod sequebatur mensa seruorum. Vt autem sacrificia, sic conuiuia quoq; eodem in loco, nempe coram Iehoua, vt sacræ literæ loquuntur, hoc est, in tabernaculo siue in templo agitabantur, id quod constat ex Deut. 12. vbi prohibentur intra portas, hoc est intra priuatos parietes illa celebrare. De reliquijs quoq; illorum conuiuiorum eadem die comedendis, non reseruandis in crastinum, atq; etiam concremandis nonnunquam, diligenter eadem lege diuina cautum fuit, vt apparet ex Leuit. 7. cap. de quo suo in loco pluribus. Huc quoque referenda illa conuiuia, quæ ab Israelitis, Hierosolymam festa solennia profectis, in ipsa vrbe, & in templi vestibulo celebrari solebant ex decimis, quas vnusquisq; de populo seorsim in suis horreis, eum ad vsum, separabat ac reponebat: ad quæ conuiuia Leuitæ, atq; sacerdotes inuitabantur, vt testis est Hieron. in cap. 45. Ezech. Fuerunt autem hæc conuiuia amoris Dei erga humanum genus maximi signum, quod nempe nullum ab hominibus officium exigit, cuius non in illos ipsos aliquis fructus redundet, ita vt cum illis ceu amicis suis omnia sua velit esse communia. Hæc autem meritò inter sacras epulas videntur referri, partim quia sacrificiorum erant appendices, partim quia non nisi sacris in locis fiebant, quibus respondent illæ Christianorum primitiuæ ecclesiæ ἀγάπαι, de quibus mox dicetur. Hæc sint dicta de sacris epulis siue conuiuijs veteris Testamenti. Sequuntur conuiuia noui Testamenti. De tempore et loco huiusmodi conuiuiorum. Conuiuiorum sacrorum finis & vsus.

Quemadmodum in veteri Testamēto principem facile locum, vti dictum est, inter omnia alia Conuiuia noui Testamenti.

Cœna Domini ca.

conuiuia ſacra obtinuit ſolenne illud epulum Paſchale, ſic in nouo Teſtamento Dominicum illud noſtrum conuiuium auguſtum ſanè atq; magnificum, quod ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto in illa ipſa nocte, qua à Iuda proditus fuit, poſt Paſchale epulum inſtitutum ac celebratum fuit, ſua dignitate, vtilitateq; facilè omnia veteris Teſtamenti ſacrificia, atq; conuiuia vincit, ac ſuperat. Eius deſcriptionem claram, illuſtrem, & ἐμφερεστάτην habes Matth. 26. Marc. 14. Luc. 21. & 1. Cor. 11.

Cyprianus de Cœna Domini

Quomodo autem hoc epulum noui Teſtamenti veteri illi ſucceſſerit, egregia ſunt hæc D. Cypriani verba, Cœna itaq; depoſita inter ſacramentales epulas obuiarunt ſibi inſtituta antiqua & noua, & conſumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconſumptibilem cibum magiſter apponit diſcipulis, nec iam ad elaborata impenſis, & arte conuiuia populi inuitantur, ſed immortalitatis alimonia datur à cõmunibus cibis differens, corporalis ſubſtantiæ retinens ſpeciẽ, ſed virtutis diuini inuiſibili efficientia probans adeſſe præſentiã. Sub finem, eiuſdem epuli vſum fructũq; his verbis egregiè depingit, Hæc in Chriſti cõmemoratione retractãtur à fidelibus, & defæcatà animis carnis eius edulium non eſt horrori, ſed honori, potuq; ſancti & ſanctificantis ſanguinis ſpiritu delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſincera panem ſanctum frangimus, & partimur, dum quod diuinũ & humanũ eſt diſtinguimus & ſeparamus, itemq; ſimul ſeparata iungentes, vnũ Deum, & hominem fatemur, ſed nos ipſi corpus eius effecti, ſacramento, & re ſacramenti capiti noſtro connectimur, & vnimur, ſinguli alter alterius membra, miniſteriũ dilectionis pro inuicem exhibentes cõmunicamus charitate, participamus ſolicitudine, eundem cibũ manducantes, & eundem potum bibentes, qui de petra ſpirituali profluit, & emanat, qui cibus & potus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Hæc diuinus ille Cyprianus diuinitus ſanè de ſacroſancto ac myſtico hoc noſtro epulo ſcripſit, quæ vtinã nos Chriſtiani diligenter attenteq; conſyderantes illo ad mutuam noſtram cum Deo, & nobiſcum inuicem communionem (qui quidem verus eſt illius finis, atq; vſus) tuendam & confirmandã veteremur, nec, quemadmodũ hodie proh dolor fieri conſueuit, illo pacis concordiæq; ſymbolo ad odia potius, diſcordias, factiones, rixas atq; inimicitias mutuas impiè nefarieq; abuteremur.

Agapæ Chriſtianorũ primitiuæ eccleſiæ.

Quemadmodum porro in veteri Teſtamento pleriſq; ſacrificijs adiuncta fuerũt conuiuia lætæ, ſicuti ſuprà eſt explicatum, ita quoq; Apoſtolicæ & primitiuæ eccleſiæ Chriſtiani cum cœna Dominica coniunxerũt conuiuia, quæ quidem ab illis dicta ſunt ἀγάπαι, hoc eſt charitates, eò quòd Chriſtianæ erant charitatis ſymbola atq; teſſeræ. Ad illa ditiores conferebant panes, vinũ, pecunias, & alia neceſſaria, & in illis diuites cum pauperibus promiſcuè diſcumbebant, abſentibus etiam mittebantur partes tanquam eleemoſynæ. Harum epularum cùm in ſacris literis, tùm in ſcriptis patrũ crebra admodum fit mentio. Ac primò quidem illas Apoſtolorum quoq; temporibus fuiſſe in vſu, cùm ex Act. Apoſt. tùm ex Petri, Iudæ atq; Pauli ſcriptis ſatis conſtat, qui illarum abuſum, qui in eccleſiam irrepſerat, grauiter perſtrinxerunt. Harum mentio fit Act. 2. & 4. quæ à fidelibus Hieroſolymitanis fuerunt vſurpatæ. Dubitant illis in locis interpretes num panis fractione atq; cõmunione, Euchariſtiæ, ſiue cœnæ Dominicæ communio, an prophani cibi participatio ſit intelligenda: meo iudicio cum epulæ fuerint cum cœna Dominica tunc temporis coniungi ſolitæ, rectè vtrunq; intellexeris. Iudæ autem Apoſtoli hæc ſunt de ijſdem verba, οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι ἀφόβως, ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, hi ſunt velutæ maculæ (Oecumenio cautes occultæ) in Agapis veſtris, dum vobiſcum conuiuantur abſq; vllius metu, ſeipſos paſcentes impudenter, abſq; vlla vel Dei vel eccleſiæ reuerentia. De ijſdem ſic Petrus 2. Epiſt. c. 2. ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν, Qui pro voluptate ducunt quotidianas delicias, labes ac maculæ, qui fraudibus ſuis ſe oblectant, dum vobiſcum epulantur. Vetus interpres & Eraſmus in conuiuijs ſuis verterũt, ac ſi ἀγάπαις pro ἀπάταις eſſet legendum. Sed videtur pulchra potius & elegans eſſe vocũ alluſio, quæ ſignificat illos ἀγάπαις, hoc eſt, fraternis illis conuiuijs πρὸς ἀπάτας, hoc eſt, ad fraudes & deceptiones mutuas abuſos fuiſſe. Paulus ſimiliter in 1. epiſt. 11. Corinthios acriter reprehendit eo nomine quod in illis ipſis conuiuijs non charitati, cuius quidem teſtificandæ, exercendæq; cauſa fuerant inſtituta, ſed potius æmulationibus, odijs, diſſidijs, gulæ, ventriq; ſtuderent, adhæc pauperes contemneret. Dubitari tamen poteſt an hoc conuiuij genus præceſſerit apud Corinthios, an conſecutum ſit ſacra myſteria. Chryſoſt. quidem apertè ſcribit conſecutum fuiſſe, id quod veterum moribus atq; conſuetudini videtur eſſe conſonum, quia ieiuni ante cibum communem Chriſtiani antiquitus ſacramentum accipere conſueuerunt. Vide Tertull. ad vxorem, Non ſciet maritus quid ſecretò ante omnem cibum guſtes.

Agápæ huiuſmodi Apoſtolorũ temporibus in vſu fuerunt.

Hæc

Hæc porrò conuiuia poſt Apoſtolorum quoq; tempora frequenti fuiſſe in vſu ex patrũ ſcriptis liquet. Tertul. in ſuo Apolog. c. 39. ea his verbis deſcribit, Cœnulas noſtras (agapas intelligit) præterquàm ſceleris infames vt prodigas ſuggillatis: & paulò poſt, Comeditur quantum ad famẽ valet depellendam, tantum bibitur, quantum ſatis eſt pudicis & caſtis, oratio auſpicatur & claudit cibum, confabulantur inter ſe quaſi Dominum præſentem habeant, qui audiat, cumq; ventum eſt ad aquam manualem & lumina poſita ſunt, tum prouocatur vnuſquiſq; vt quantum è ſacris literis nouit, aut de ſuo ingenio poteſt, cantet, & diſſerat. Inde non egrediuntur ad vagationes, aut libidines, vt qui ſciant noctu quoq; orandum eſſe, ſed eſt, quaſi comederint aut biberint diſciplinam. Ex his Tertulliani verbis ſatis conſtat illa conuiuia antiquitus inter Chriſtianos ſumma cum pietate, caſtitate, atq; modeſtia acta fuiſſe, à quibus quantum noſtra conuiuia hodie diſcrepent, quid opus eſt multis verbis? experientia quotidiana id ſatis ſuperq; teſtatur.

Agapæ poſt Apoſtolorũ tempora vſitata.

Et tamen Ethnici vt ipſam cœnam Dominicam Chriſtianorum, ſic has quoq; epulas illius appendices tetris calumnijs, atq; conuitijs infamarunt. Ac ipſam quidem cœnam infanticidij crimine, ceu Thyeſteam cœnam traduxerunt, hoc verò epulum ſolenne Chriſtianorũ promiſcui, inceſtiq; concubitus nomine perſtrinxerunt. Vnde Tertul. lib. 2. ad vxorem: Quis ad conuiuium Dominicum illud, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione admittet? Idem ex Cæcilij illius impudentiſſimi Chriſtianorum calumniatoris verbis apparet. Quoad cœnam Dominicã, de illa ſic loquitur. Iam de initiandis tirunculis fabula, tã deteſtanda, quàm nota eſt infans farre contectus, vt decipiat incautos, apponitur ei, qui ſacris imbuatur. Is infans à tirunculo farris ſuperficie quaſi ad innoxios ictus prouocato cæcis occultiſq; vulneribus occiditur. Huius (pro nefas) ſitienter ſanguinem lambunt, huius certatim membra diſpertiunt, hac fœderantur hoſtia, hac conſcientia ſceleris ad ſilentium mutuum pignerantur, hæc ſacra ſacrilegijs omnibus tetriora. Hac igitur calumnia Ethnici ſacroſanctam cœnam Dominicam deformare ſunt conati, quæ quidem paulò poſt Traiani tempora cœpit, & ad Conſtantini ætatem perdurauit. Tam tetri autem criminis ſuſpicio ex peruerſa atq; præpoſtera (qualis olim fuit Capernaitarum) verborum cœnæ Domini intelligentia, atq; interpretatione videtur nata eſſe ſicut è diuerſo narrat Auguſt. quoſdã aliquãdo exiſtimaſſe, à Chriſtianis adorari Cererẽ, & Bacchũ, cum audirent in eorum myſterijs tanti fieri panem, & vinum, neq; rem benè intelligerent. Vt nihil dicam quod Epiphanius narrat, quoſdã hæreticos, qui Gnoſtici, & Cataphryges, & Pepuziani appellabantur, ſe verò Chriſtianos mentiebãtur, cõmiſiſſe, quod Cæcilius hic omnibus Chriſtianis obijcit. Sequitur nunc altera calumnia de honeſto, religioſo, pudico, caſtoq; Chriſtianorum ſolenni conuiuio, quod ἀγάπην appellant. Et de conuiuio (Agape intelligẽ) notum eſt, inquit ille, paſſim omnes loquuntur, id etiam Cirtenſis noſtri teſtatur oratio. Ad epulas ſolenni die coeunt, cum omnibus liberis, ſororibus, matribus, ſexus omnis homines, & omnis ætatis. Illic poſt multas epulas, vbi conuiuium caluit, & inceſtæ libinis ebrietate feruor exarſit, canis qui candelabro nexus eſt, iactu offulæ vltra ſpacium lineæ, qua vinctus eſt, ad impetum, & ſaltum prouocatur. Sic euerſo, & extincto conſcio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis inuoluunt per incertum ſortis, etſi non omnes opera, conſcientia tamen pariter inceſti, &c. Hæc impudens ille canis in illud Chriſtianorum epulum conuitia euomuit, quæ M. Minutius Fœlix in ſua Apologia, quam Octauium inſcripſit ſic refellit, Conuiuia non tantum pudica colimus, ſed & ſobria. Nec enim indulgemus epulis, aut conuiuium mero ducimus, ſed grauitate hilaritatem temperamus caſto ſermone, corpore caſtiore, plerisq; inuiolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius, quàm gloriantur. Tantum deniq; abeſt inceſti cupido, vt nonnullis rubori ſit etiam pudica coniunctio. Eandem calumniam Tertullianus quoq; antea refutauit, in ſua illa Apologia, de qua ſuprà: nec non Plinius in quadam ſua epiſtola ad Traianum, vbi inquit inter alia, Chriſtianos conuenire ſolitos ad capiendum cibum promiſcuum tamen, & innoxium.

Quibus calumnijs Ethnici cœnam Dominicam, & agapas eius appendices infamarint.

M. Minutius Felix hæc conuitia refellit.

Hæc conuiuia, vti ſuprà quoq; attigi, conſtat ex collectis (quæ & ipſæ ἀγάπαι, nec non oblationes fuerunt appellatæ) hoc eſt, contributis donationibus fuiſſe agitata. Id ipſum ex illis quoq; Cypriani verbis colligi poteſt, qui in ſermone de Eleemoſynis viduam reprehendit locupletem, & auaram, quod de oblationibus Domino factis comederet, & ipſa nihil, vt loquitur, in Dominum inferebat. Hinc liquet pauperes, & diuites ſimul comediſſe de his quæ Domino, hoc eſt, pauperibus ceu Domini vicarijs offerebantur, ſiue ex mutuis donis, quas collectas & oblationes appellabant. Hoc nomine Lacedæmoniorum Phiditijs comparari poſſunt, quæ & ipſa ex mutuis collectis

Agapæ Chriſtianorum ex collectis mutuis agitabantur.

Digitized by Google

Agapārum descriptio ex Zonara & alijs.

promiscue inter summæ, & infimæ sortis homines agitari consueuerũt. De ijsdem luculenter sic scribit Zonaras in Can. 74. Concilij Laodiceni: Antiquus mos erat postẽ cõmunionem diuinorum mysteriorum συνείπνια, & συμπόσια, hoc est, coepulationes, & cõpotationes fieri, diuitibus epulas suppeditantibus & præterea pauperiores inuitantibus. Idem in Can. 2. Concilij Gangrensis docet huiusmodi epulas quæ per charitatem & dilectionem fraternã præparabantur pauperibus Agapas fuisse appellatas, quod essent mutuæ charitatis tesseræ, atq; symbola. Sic & omnia munera siue dona, quæ charitatis ergò exhibentur, eleemosynæ, hoc est, misericordiæ, & Agapæ, id est, charitates appellantur: vnde mẽdici hac stipem petendi formula vtũtur, vt faciamus ipsis charitatem. Hæc Zonaras de Conuiuiorum horũ nomine, fine, atq; vsu. Eorundem quoq; mentio fit in Constitut. Apost. Clementis li. 2. c. 22. vbi pluribus explicatur, quomodo in illis sacerdotes, presbyteri, presbyteræ viduæ, diaconi, lectores, cantores, ostiarij, sint portionum distributionibus honorandi. Eorundem meminit Clemens epist. 4. ad ecclesiam Hierosolymitanam. Huius consuetudinis Irenæus quoq; meminit lib. 4. Iustinus apol. 2. Orig. li. 3. Cõment. in Iobum, quam suo quoq; adhuc sæculo durasse Augustinus testatur Nam lib. contra Faustum Manich. 20. c. 20. Nec sacrificia gentium vertimus, inquit, in agapas, sed sacrificium illud, quod paulò ante cõmemorauimus, intellexim⁹, dicente Domino, Misericordiam potius volo, quam sacrificium. Agapæ enim nostræ pauperes pascunt siue frugibus, siue carnibus. Pascitur enim creatura Dei, de creatura Dei, quæ hominis dapibus congrua est. Vincentius quoque scribit lib. 23. c. 100. Ausbertum Rhotomagensem episcopum expletis cœnæ Dominicæ solennibus ciues in templum duci iussisse ad præparata conuiuia.

Agapārũ abusus.

Hæc porrò conuiuia & bono animo atq; zelo ab initio instituta, nempe mutuæ charitatis fouendæ, atq; pauperum inopiæ, famis, sitisq; subleuandæ causa, & diu summa cum modestia, sobrietateq; agitari solita, tandem prauum in abusum, in luxuriam, lasciuiam, atq; petulantiam fuerunt conuersa. Concilij Laodiceni cap. 28. cautum est, ne illa in templis fierent, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς χυριακοῖς, οὔτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκκουβίτα στρωννύειν. Hoc est, Non oportet in basilicis seu ecclesijs Agapem facere, & in domo Dei manducare, vel accubitus sternere. Idem postea Carthaginensi concilio statutum fuit. Temporibus Augustini in æde Fælicis Martyris epulæ hæ parum sobriè celebrari fuerunt solitæ, à quo quidem luxu atq; luxuria Pontius Paulinus episcopus Nolanus historiam vtriusq; Testamenti, nec non sanctorum imaginibus in parietibus depictis sui temporis atq; diocæseos homines auocare est conatus. De ijs dẽ extant quoque canones Constantinopolitani, quæ quidem nunc omnino in desuetudinem & obliuionem abierunt. Hæc de Agapis quæ quoniam & cœnæ Dominicæ fuerunt quasi comites & sacris religiosisq; in locis & quidem summa cum pietate castitateq; celebrari solitæ (vnde disciplinæ à Tertulliano appellantur) non dubitaui illas inter sacras, religiosasq; epulas referre.

De superstitiosis epulis.

Adhuc igitur de sacris & religiosis epulis dictũ est, nunc de superstitiosis. Ethnici namq; à veri Dei cognitione, religioneq; auersi Iudæorũ κακοζηλίαν, hoc est, peruersa præposteraq; imitatione cũ sacrificia, tùm epulas quasdã in fictitiorũ suorum deorũ seu dæmonũ potius honorẽ instituerũt, quæ ab illis nõ modò vanissima superstitione, verumetiam effrænata libidine atq; luxuria diebus festis, siue ferijs celebrari consueuerũt. Festis enim, vt inquit Macr. lib. 1. Satur. c. 16. insunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ, & paulò post: Sacra celebritas est, vel cũ sacrificia dijs offeruntur, vel cũ dies diuinis epulationibus celebratur, vel cum ludi in honorem aguntur deorũ, &c. Hinc ferias ipsas nõnulli, vt Festus, à feriendis victimis appellatas volunt, alij, vt Macrob. à ferendis epulis, propterea quod in ijs epulæ fiebant ex pecudum fructuumq; prouentibus. Ex his igitur cõstat Ethnicos certos quosdã instituisse in deorum suorum honorem dies, in quibus illos partim sacrificijs, partim epulationibus, partim denig; ludis coluerunt. Verùm iuuat hic paulò copiosius Iudæorum morem, cum Ethnicorum consuetudine conferre, ex quo epularum illarum superstitiosarum ratio melius patebit.

Feriæ vnde dictæ.

Festiuitatum Iudaicarum, et Ethnicarum comparatio.

Primo igitur quemadmodum Iudæi ex diuinæ legis præscripto certos quosdam atq; solennes habuerunt dies, quibus remoti ab omnibus alijs negotijs soli rei diuinæ operam dederũt, sic Ethnici quoque cõmentitiorum illorum suorum deorum honori certos quosdam dies consecrarunt, vt paulò antea dictum est. Deinde vt apud Iudæos sacri festiq; illi dies partim sacrificijs, partim epulis fuerũt celebrati, sic Ethnici quoq; suas ferias partim sacrificando, partim epulando transegerũt, id quod duplex illa paulò ante allata vocis feriarum notatio satis indicat. Addiderũt autem ludos, vt ex Macrobij verbis constat, qui Iudæis lege diuina fuerunt prohibiti. Præterea vt & Iudæi cum sacrificijs gratulatorijs

Digitized by Google

gratulatorijs epulas, & Christiani (Iudæorum, vt videtur, imitatione) primogeniæ ecclesiæ cum cœna Dominica (quæ sacrificijs illis successit) suas illas ἀγάπας, hoc est, cœnas charitatis, pietatisq; plenas coniunxerunt, vti pluribus explicatum est, sic apud Ethnicos quoq; sacrificiorum quasi individuæ comites fuerunt epulæ, vt passim ex plurimis literarum monumentis constat, quas Paulus dæmoniorum poculum (quo libationes proprie intelligit) atq; mensam appellat 1. Cor. 10. à quarum communione fideles acriter dehortatur. Ac vt de sacrificijs, de quorum varijs generibus, atq; ritibus aliàs forsan dicetur, nunc taceam, epulas Ethnicorum sacras seu potius superstitiosas, cum Iudæorum illis epulis libet comparare.

Primò igitur vt Iudæi post peractū in altari sacrificium, de partibus seu reliquijs sacrificij instruere mensas atq; solennes illas suas epulas consueuerunt, sic Ethnici ex reliquis hostiæ partibus siue membris cœnam apparabant, quibus, qui sacris interfuissent, vesci licebat. Hæ partes, siue portiones à Græcis μερίδες, à Latinis interdum Missæ fuerunt appellatæ. Festus quoq; testatur omnium carnium sacrificatarum partes Strobula Vmbronum lingua fuisse appellatas. Has autem cū præsentibus distribuere, tum absentibus quoq; mittere consueuerunt. Et (vt testis est Aristoph. Scholiastes in Plutū, in illa verba, τῶν δὲ τὸ περίδειπνον τῇ ἐνδοθὲν τις εἰσήγαγε λαβὼν) annotat οἱ ἐκ θυσίας ἰόντες ἔφερον ἐξ αὐτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις κατὰ νόμον τινα, hoc est, ex legis præscripto illis, qui ex sacrificio domum redibant, portiunculam aliquā domesticis afferre, & impertiri fas fuit. His adde quod sæpè carnes quæ ex epulis illis sacris reliquæ fiebant, in macello publicè vendebantur, & ex his collecta pecunia ad sacerdotes redibat, cuius sanè moris Augustinus in expositione propositionis 78. ex epist. ad Rom. meminit. Vterq; mos colligi potest cùm ex illis Pauli verbis ad Corinth. Quicquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiā, tùm ex illis quæ sequuntur, Quod si quis infidelium vos vocat, & vultis ire, quicquid apponitur vobis edite, nihil interrogantes propter conscientiam. At si quis vobis dixerit, Hoc idolis immolatum est, ne edite propter illum qui indicauit, & propter conscientiam, &c. Apud Iudæos autem neutrum horū fuit concessum, nam in ipso templo reliquias omnes absumere, nonnunquam etiam comburere cogebantur.

Collatio superstitiosarū epularum quæ apud Ethnicos post sacrificia institutæ fuerunt, cū sacris Iudæorum conuiuijs.

1. Cor. 10.

Deinde apud Iudæos nefas fuit re diuina nondum peracta cibis vesci, quo nomine filij Eli grauiter reprehenduntur: idem moris fuisse apud Ethnicos vel prouerbium illud vulgò iactatum, Haud immolata sacra sæpe deuorat, satis testatur, quod in intemperātes & ventri deditos dici solet. Hinc Plutar. in Sym. scribit prisci sæculi homines inter res sacras mensas habuisse, & prius ἀπαρχὰς, id est, primitias dijs consecrasse, quàm ad edendum accumberēt. Tum vt Iudæi, ita Ethnici quoq; ad sua illa sacrificia, atq; epulas sacras amicos, cognatos, familiares, & vicinos, quos volebant inuitabant, ad quas extraneis non patebat aditus. Præterea vt Iudæi in templo simul & sacrificarē, & epulari consueuerunt, sic idem ab Ethnicis factitatum fuisse legimus.

Re diuina non dum peracta non licebat cibis vesci.

Amici & familiares ad epulas sacras inuitabantur.

Adhæc suprà dictum est Deum præcepisse Iudæis vt sacras illas epulas depositō omni mœrore cum summo animi gaudio celebrarēt, id quod trita & vsitata in sacris literis loquendi consuetudine est lætari coràm Domino: quo quidem gaudium non futile, lasciuum, ac petulans, sed pium, verecundum, modestū, moderatumq; exprimitur ceu Deo ipso præsente, omniaq; audiente, ac inspectante. Eodem modo Ethnici in suis illis sacrificijs, epulisq; sacris cùm hilaritatem, atq; lætitiā, tum verecundiam, atq; modestiam adhibendam esse censuerunt, ceu dijs ipsis, in quorum honorem illa fiebāt, præsentibus, & auritis oculatisq; omnium, eorum quæ agerentur, testibus. Huius rei luculentum testimonium Athen. perhibet lib. 8. Dipnosoph. his verbis, Antiqui, inquit, cum Deos ἀνθρωποειδεῖς, hoc est, humana specie, atq; forma præditos esse statuerent, his ea quæ in festis fiunt accommodarunt. Nam cum vidissent hominum impetum, quo rapiuntur ad voluptatem, non omnino reprimi ac cohiberi posse, vtile autem in primis ac conducibile esse, si his ipsis διατάξεως, καὶ κοσμίως, hoc est, compositè moderatèq; vti assuescerent, certo quodā definito ac constituto tempore, ac prius re diuina facta, illos ad animi remissionem dimiserunt, ita vt quisq; eorum persuasum habens ipsos deos ad primitiarum oblationem atq; libamina accedere, tanto maiori cum pudore atq; verecundia cœtus, conuiuiaq; illa concelebrarent. Hinc Homerus:

Hilaritatem atq; lætitiam modestiæ in sacris conuiuijs adhibebatur.

ἦλθε δ' ἀθήνη ἱρὴν αἰτήσασα, id est, Pallas venit obuia sacris: & alio in loco:

Αἰθίοπας μετεκίαθον πλοθ' ἑκάτας

Ἀντιόων τ' ἀμύμονας, καὶ ἐρεικυδέων ἑκατόμβης, hoc est,

Æthiopas ad longinquos venit, adfuit ille
Mactatis agnis, ac tauris fortè sacratis. Item.

— Καὶ ὁ Ζεὺς
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες, id est,

— Et Iuppiter
Iuit ad hesternos conuiuia cauta, secuti
Pone Dei simul omnes.

Addit idem, Si vir quispiam adsit prouectioris ætatis, atq; honestatis studiosus, pudet homines turpe quid dicere, aut facere, secundum illud Epicharmi, ἀλλὰ καὶ σιγὴν ἀγαθὸν ὅκα παρέοντι κάρρονες, hoc est, sed & silere bonum est si meliores adsint. Quantò igitur magis cum ipsos Deos sibi persuaderent esse præsentes, festiuitates illas κοσμίως καὶ σωφρόνως, hoc est, decorè temperanterque celebrabant. Vnde neque accumbere moris apud antiquos, sed sedentes epulabantur, neque ad ebrietatem vsque bibebant, sed libatione prius peracta tantum quisque bibebat, quantum illi suadebat animus, ac deinde singuli domum abibant. Hæc ille. Hic nunc sic animis nostris reputemus. Quod si Ethnici impura atque sacrilega sua sacra ob deorum seu dæmonum potius præsentiam sibi magna cum reuerentia atque modestia facienda esse duxerunt, quantò maiori cùm animi corporisque synceritate atque castitate nos Christiani vera illa nostra atque salutaria sacra nobis ab ipso Deo mandata obire atque peragere debemus, ipso Deo præsente, cui omnia nostra non dicta solùm, atque facta, verumetiam cogitata, atque adeò intimos animorum nostrorum recessus perspectos penitus, exploratosq; esse certò scimus.

Veterum modestia in festiuitatibus.

Veteres non accumbebãt, nec ad ebrietatem bibebant.

Quantò maior modestia Christianis in festis adhibenda.

Verùm, vt ad propositum redeam, quemadmodum & sacræ illæ Iudæorum epulæ, & illæ Christianorum Agapæ, sicuti dictum est, tandem in luxuriosam lasciuiam abierunt, sic Athenæus quoque in sequentibus conqueritur illa antiquarum Ethnicorum sacra atque epulas in lasciuiam, luxuriosumque abusum fuisse cõmutata. At verò, inquit ille, qui nunc se dijs sacra facere simulant, vocatis ad sacrificia illa sua epularia amicissimis, atque familiarissimis, tandem (vbi nimirum vino bene sunt saburrati) & liberos suos dirus deuouent, & vxores maledictis proscindunt, & domesticos atque seruos malè verberibus tractant, & denique obuijs quibusq; dira quæuis minantur, tantum non Homericum illud vsurpantes:

Epularum sacrarum & festiuarũ abusus.

Festiuarũ Christianorum epularũ luxuria.

Νῦν δ' ἐρχέσθω ὅτι θυμὸν ἰανύσσωμεν ἄρηος, hoc est,
Quod superest lati gestis bene corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

Huc facit graphica illa festorum gentilium descriptio facta à Iuuenal. Satyr. 14.

— Sed tempore festo
Alterius populi rapienda occasio cunctis
Visa inimicorum primoribus, ac ducibus, ne
Lætum, hilaremque diem, ne magna gaudia cœnæ
Sentirent positis ad templa, & compita mensis
Perui gilique thoro, quem nocte, ac luce iacentem
Septimus interea Sol inuenit. Et paulò post:

— Inde virorum
Saltatus nigro tibicine (Æthiope scilicet) qualiacunque
Vnguenta, & flores, multæque in fronte coronæ
Hinc ieiunum (id est, acre) odium, sed iurgia primâ sonare
Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba rixæ
Dehinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sæuit nuda manus: paucæ sine vulnere malæ
Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
Integer, aspicies iam cuncta per agmina vultus
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos
Indere se credunt ipsi gramen, & pueriles Exercere acies, &c.

Ex his

Ex his verbis nostrorum festorum, atq; conuiuiorũ festiuorum clarissimam habes expressam ἰμαginem, in quibus plurimi exuto omni ferè, non dicam Christiano, sed humano quoq; sensu atq; ratione in bestias quasdam feras, seu furias potius infernales αὐθαιρέτως illius δαίμονος, vt eum Chrysostomus appellat, hoc est, Bacchi vi atq; efficientia transformantur, ita vt non modò in alienos & extraneos, sed etiam in amicos, familiares, atq; domesticos, atq; adeò in fidissimas suas thori consortes, in dulcissima sua pignora atq; viscera, dictis factisq; immanissimè debacchentur atq; sæuiant. Verum quanta illa Ethnicorum conuiuia non modo superstitione, verumetiam ἀσωτίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ celebrari fuerint solita, Athen. lib. 2. Seleuci testimonio confirmat, qui literis memoriæq; prodidit, antiquitus hac opinione homines fuisse imbutos, vt neque vino neq; voluptatibus sibi indulgendum esse existimarent, nisi id deorũ gratia fieret, vnde & θοίνας, & θαλία, & μέθας ab illis fuerunt dictæ: Ac θοίνας quidem, ὅτι δεῖ θεὺς οἰνοῦσθαι δ' εἶν ὑπελάμβανον, hoc est, quia deorum gratia fas esse putabant vino sese liberalius inuitare. θαλίας autem ὅτι θεῶν χάριν πλίζοντο, καὶ συνήσαν, hoc est, quia deorum gratia conuenire solebant, hoc enim esse, δαῖτα θάλειαν, quod sæpe apud Homerum occurrit. Inde quoq;, vt vult idem lib. 1. ἀτασθαλία, hoc est, impietas dicta est, ὅτι ἐν ταῖς θαλίαις τὰ ῥῳῶτα ἐξημάρτανον οἱ ἄνθρωποι εἰς ἀλλήλους, hoc est, quia in splendidis illis deorum festiuitatibus, atque epulis primò homines cæperunt mutuis sese inuicem iniurijs afficere. μεθύειν quoq;, addit idem, Aristoteles vult dictum δεῖ τὸ μετὰ θύειν αὐτοῖς χρῆσθαι, hoc est, post sacrificia liberalius se inuitabant, ac mero genioq; indulgebant. εἰλαπίνας quoq;, vt idem docet lib. 8. veteres appellarunt τὰ θυσίας, καὶ τὰς λαμπροτέρας ἀποσκευὰς, hoc est, sacrificia, & splendidiores apparatus, quorum qui erant participes, dicti sunt εἰλαπινασταὶ, coepulones. Sic idem eodem in loco & θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ, (quoniã Lacedæmonij deos σεὺς appellabãt) & ἐυωχίας non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, id est, cibo, sed ἀπὸ τοῦ ἐὺ ἔχειν vult dictas, εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς ἀφροσύνην, καὶ αἴνεσιν αὐτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν, μεθυμναῖον, καὶ λυαῖον, καὶ Εὔιον, καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον, hoc est, Sed quod in ijs bene haberent, ad quæ conuenientes, qui numen venerantur, & ad lætitiam animíque remissionem sese demittentes, potum quidem μέθυ (ἀπὸ τοῦ μεθίεναι) eius datorem Methymnæum, Liæum, Euium, & Ieieum appellarunt. Eandem ob causam etiam ipsum Dæmonium ἵλεων, hoc est, propitium (quæ vox idem est quod ἱλαρὸς) sibi precabantur, acclamationibus vocis, Io Io, & ipsum locum, in quo hæc peragebantur, ἱερὸν, quasi ἵλεων, siue ἱλαρὸν. Ex his omnibus apparet, Ethnicos in sacris illis seu sacrilegis potius suis epulis (quas idcirco θοίνας, θαλίας, εἰλαπίνας, θιάσους, & ἐυωχίας appellarunt) existimasse sibi fas esse cùm in reliquorum deorum, tùm in primis in Bacchi ceu vini lætitiæque datoris honorem, lætitiæ, lasciuiæ, atque petulantiæ effusè effrenateque indulgere. Vnde Demetrius apud Liuium Dec. 4. lib. 10. Non est res qua erubescam pater, si die festo inter æquales largiore vino sum vsus. Hinc Plato lib. 2. Leg. statim ab initio, οἱ θεοὶ, inquit, οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ὅτι πόνου πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἱορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς, καὶ μούσας, Ἀπόλλωνά τε, καὶ Διόνυσον ξυνεορτασὰς ἔδοσαν, ἵν' ἐπανορθῶνται τὰς νομὰς τροφὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ θείου, hoc est, Dij idcirco genus humanum ad labores, miseriamque natum miserati, laborum intermissiones, atque relaxationes constituerunt, dierum videlicet festorum celebritates in illorum honorem, & Musas, & Apollinem Musarum ducem, & Liberum patrem, quasi festiuitatum illarum præsides tribuerunt, vt corrigerent, & ad modum mediocritatemque reuocarent dapes illas, quæ fiunt post rem diuinam. Idem potest colligi ex illis verbis Simonidis apud Xenophontem in Hierone, quibus probat, tyrannorum voluptates, priuatorum voluptatibus minores esse. Namque vsitata & solennia superare, hoc præbet voluptates. Idcirco etiam omnes homines diebus festis delectantur, præterquam tyranni. Eorum enim mensæ omnibus epulis semper instructæ, ac refertæ, nullum in diebus festis augendi apparatus relinquunt locum. Itaque hac primum spei iucunditate priuatis cedant necesse est. Huc quoque facit illud Epicharmi, quod ab eodem citatur, Ex sacrificio, inquit, epulum, ex epulo potatio, ex potatione Comus, ex Como θυασία, id est, ludus, ex ludo iudicium, ex iudicio condemnatio, ex hac compedes, sphacelus, mulctatio prouenit. Notanda hic est tartarei illius serpentis astutia. Deus, vt suprà dictũ est, voluit Iudæos in epularibus illis sacrificijs corã se lætari, hoc est, piæ, castæ,

Quanta luxuria, atq; libidine Ethnici festa sua celebrarint.

θοίνοι.

θαλίαι.

ἀτασθαλία.

μεθύειν.

εἰλαπίναι.

θίασοι.

μέθυ.

Bacchi epitheta.

ἵλεως idem quod ἱλαρὸς.

ἱερὸν quasi ἵλεων, siue ἱλαρὸν.

Festiuitatum finis secundum Platonem.

Diaboli astutia

modestæq; lætitiæ indulgere. Diabolus itaq; ceu impura Dei simia suos similiter ministros, atq; cultores fictæ religionis specie ad libidinem, luxuriamq; impulit, cum illis persuaderet, hoc modo sese maximam à vanissimis illis suis numinibus gratiam inire. Hinc præterea colligimus idololatriæ atq; superstitionis comitem atq; sociam perpetuam esse voluptatem, quam rectè Plato omnium malorum escam esse dixit.

Idololatriæ comes voluptas.

Epularum superstitiosarum & luxuriosarum exempla.

Nunc exempla quædam epularium huiusmodi sacrificiorum, siue epularum sacrificialium, quibus Ethnici vsi sunt, ex innumeris pauca proferam, primò ex sacris, deinde ex prophanis literis. Antiquissimum, cuius in sacris literis fit mentio, est illud Iudæorum epulum, quod Ethnicorum imitatione, in illa sua moscholatria, hoc est vituli aurei cultu celebrarũt, in quo cãtilenis, choreis, tripudijs lasciuis atq; petulantibus dicuntur indulsisse. Sic enim scriptum est Exodi 32. Et summo mane surrexerunt sequenti die, atq; obtulerunt holocausta, atq; hostias pacificas, sedit q; populus vt manducaret, & biberet, postea surrexerunt vt luderent.

Iudæorum in vituli aurei cultu epulum.

Sic Israelitæ commorantes in Sittim cum Moabiticis mulieribus, à quibus ad sacrificium vocati fuerant, & cibum ceperunt, & idololatriam commiserunt, & turpissimam stupri consuetudinem habuerunt.

Israelitarum cum Moabitis scortis epulæ.

Iudicum similiter 9. cap. Sichemitæ vuis collectis, & calcatis in Dei sui templum, sacra nimirum sua procurandi causa, ingressi fuisse dicuntur, & cibum potumq; sumpsisse.

Sichemitarum conuiuia.

Sic (vt Iudic. 16. scriptum est) Palæstinorum satrapæ conuenerunt, vt Dagoni suo magnifica sacra quæ (vt testis est Athenæus τελεταὶ proprie à Græcis appellantur) facerent, & vt lætarentur, hoc est, vt rectè exponunt interpretes, vt conuiuia læta ludosq; agitarent.

Palæstinorum conuiuia sumptuosa.

Antiochus Epiphanes cum in templo Hierosolymitano Iouis Olympij idolum collocasset, Iudæos ad illud colendum impulit. In templo itaq; partim comessationes luxuriosissimæ, partim stupra flagitiosissima committebantur, vt 2. Mach. 6. scriptum est.

His adde epulas Belo, & Draconi quotidie apponi solitas, quæ à sacerdotibus noctu clàm in templum introeuntibus fuerunt consumptæ, qui dolus tamen comprehensus & patefactus, ipsis mortem exitiumq; attulit, vt Baruchi historiola testatur. Similia exempla habes 1. Corinth. 10. cap. de quibus suprà dictum est.

Beli & Draconis epulæ.

In prophanis verò literarum monumentis innumera huiusmodi conuiuiorum exempla occurrunt, vnus Homerus tibi innumera suppeditabit. Vt Ιλ. α magnificentissimi sacrificij Hecatombæi quod rex Agamemnon per Chrysen sacerdotem Apollini pro Danais fieri curauit, necnõ epuli quod sacrificium illud statim fuit consecutum, mentio fit. Item Ιλ β. idem rex Ioui bouem immolauit, ad quod sacrificium seniores Græcorum proceres dicitur vocasse. Idem (fuit enim φιλόθυτος) vt Ιλ. π. scriptum est Ioui similiter bouem sacrificauit.

Homerus. Agamemnonis sacrificia.

Οδ. γ. magnificentissimum sacrificium epulare 82. nimirum taurorum describitur, quod Nestor vnà cum suis in littore maris Neptuno obtulit. De hoc sacrificio, atq; epulo sic Athen. disserit lib. 1. Nestor licet rex esset, multisq; imperaret, tamen cum amicissimis tantum, atq; familiarissimis suis liberis pretiosum sumptuosumq; illud sacrificium atq; epulum celebrauit: addit deinde sententiam obseruatu dignam, ὁμοτάτην γὰρ ἀυτὴν ἡ θυσία τοῖς θεοῖς, καὶ φιλοφροσύνης ἡ δι' ἀλλήλων, καὶ διὰ κοινῶν ἀνδρῶν, hoc est, Sanctissimum enim dijsq; gratissimum est illud sacrificium, quod per illos fit, qui mutua familiaritate atq; beneuolentia sunt coniuncti. Hæc Ethnicus ille naturæ instinctu sensit: quantò verius nos Christiani illud de sacrosancto illo nostro epulo Dominico & sentire & dicere possumus, illud nimirum tantò Deo gratius & acceptius esse, quo maior est & ardentior eorum, qui illo simul participant, beneuolentia mutua atq; charitas.

Epulum sacrificiale Nestoris.

Nota.

Præterea, vt quò digressus sum, redeam, Οδ. θ. Alcinous Ioui dicitur bouem immolasse, quò pacto,

Alcinoi sacrificium.

——— δαίνυντ' ἰερηΐδια δῆτα
τερπόμενοι, μετὰ δ' ἐσθλὸν ἐμέλπετο θεῖος
Ἀοιδός. Hoc est,

Summa cum iucunditate, cantuq; suauissimo glorioſum illud conuiuium celebrarunt.

Οδ. π. similiter Græci in umbroso loco in Apollinis honorem Hecatombem fecisse, ac post illam magnificum epulum agitasse leguntur. Verum præ alijs memorabile in primis, & eximium fuit Ne-

Græcorum Hecatombe.

Digitized by Google

fuit Nestoris illud & sacrificium, & epulum, quod Od. π. sub finem copiosè describitur.

Conuiuij quoque sacri prolixam admodum descriptionem habes libro 1. Argonaut. apud Apollon.

——ἀθανατοισι θυηλὰς
ῥίξαντες (*Argonautæ*) μέγα δόρπον ἐφώπλισαν, &c.

Hoc est, Cum dijs rem diuinam fecissent, magnam instruxerunt cœnam. Similis epuli exemplum habes apud eundem lib. 2.

Etsi autem Ethnici omnium suorum deorum festos dies, partim superstitionibus vanissimis, partim comessationibus atque compotationibus immanissimis, quas illi sacras appellabant, celebrarunt, tamen præ cæteris omnibus dijs Bacchum, Cererem, Venerem atque Saturnum omni lasciuiæ, petulantiæ, libidinum ac voluptatum genere sibi colendos esse duxerunt, ac proinde in illorum ferijs ebrietati, gulæ, ludis, atque libidinibus religionis obtentu atque simulatione maximè indulserunt.

Nam primo quidem quoad Bacchum, Græci primum, deinde etiam Romani illum multis cæremonijs, libidinibus, atque symposijs execrandis coluerunt. Nam cum illum (forsan pro Noacho Bacchum siue Iacchum accipientes) primum vini, quod quidem lætitiæ causa est, inuentorem, atque authorem esse sibi persuasissent, meritò illum omni lætitiæ, ac voluptatis genere sibi honorandum esse ducebant. Et huc faciunt illa supra citata Athenæi verba, qui & conuiuia, ad quæ δαιμόνιον illud (sic enim Bacchum appellat) colendi gratia homines conueniebant, δωχίας, ἀπὸ τοῦ εὖ ἔχειν, & vinum illius donum μεθυμναῖον, λυαῖον, ἴϋον, καὶ ἰνῖον nimirum à lætitia atque hilaritate nominabant. Itaque Græci, superstitiosa & ebriosa natio, varia & multiplicia in illius honorem sacra, ludos, atq; sympolia instituerunt. Bacchi festa. Græci superstitiosa & ebriosa natio.

Hæc primò generatim dicta sunt ὄργια (qua tamen voce, vt Grammatici docent, communiter omnis generis sacra Græcis dicuntur, vt Latinis Cæremoniæ) vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς id est, à furore, (teste Eusebio de Præpar. Euang. vnde & Mænoles, id est, totus furens, & Mænalas muliebri habitu amictus ab Origene contra Celsum, & μανιχὸς ab Orpheo in hymnis dictus est) vel ἀπὸ τῶν ὀρέων, id est, à montibus, in quibus præcipuè celebrabantur, secundum illud Virgil. ὄργια.

——*Qualis commotis excita sacris*
Thyas, vbi audito stimulant Trieterica Bacchò
Orgia, nocturnasq; vocat clamore Cithæron.

Oreos Liber pater, ait Festus, vt & Oreades nymphæ appellantur, quod in montibus frequenter appareant: Hinc Phurnutus ait quosdam dicere, in monte Nysio Iouem primum vitam produxisse, vnde Dionysij nomen. Quid si à monte, quia Bacchus amat colles, vt Virgil. inquit.

Deinde appellata sunt Διονύσια, eò quòd Bacchus ipse appellatus est Διόνυσος, & Διονύσιος, vel (vt nonnulli volunt) ἀ Διὸς καὶ νῦσα, id est, Ioue patre, & Nysa vrbe Arabiæ, in qua fuit à nymphis educatus, vel, vt Plato vult, & Hesiodi interpres, quasi Διδόλυσος ἀ διδόναι τὸν οἶνον, id est, quia dator sit vini, vel, quod Phurnuto placet, ὡς Διόνυξος ὤν, quasi nos adaperiens, siue παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως, quia suauiter nos irriget: vel quasi Δύλυσος inuersione α. in ο. & λ. in ν. quod curis soluat modicis, & nimijs animum, vnde & Alysius dictus, & Lyæus. Illi qui Bacchum voluerunt esse solem, vt physici, Dionysium existimarunt esse dictum, vel quasi Διὸς νῦς, id est, mentem Iouis, vt Macrobius sensit, vel, quæ Orphei fuit sententia, ἀπὸ τῆς διινεῖος καὶ περιφερείας, quod circumferatur in ambitum, vel denique, vt Cleanthes, Artemidorus, lib. 2. Onirocriticôn, & Suidas opinati sunt, ἀπὸ τοῦ διανύειν, id est, à perficiendo. Dionysia autem apud Athenienses mense Elaphebolione agebantur. Διονύσια.

Ληναια quoque fuerunt Bacchi sacra dicta, quoniam ipse ληναῖος Lenæus dictus, vt Eusebius, Diodorus, & alij testantur, quod vindemijs & torcularibus præsit. Hinc Lenæon mensis Athenienssium dictus, in quo similiter illius sacra Lenæa peculiariter dicta celebrabantur, teste Suida. Prima autem eiusdem sacra Athenis per agros à mense Posideone agi solita fuisse, vt Lenæa mense Lenæone. Dionysia Elaphebolione Gyraldus in libris de Dijs gentium se in Græcis reperisse dixit. ληναια.

Digitized by Google

Omophagia. ὠμοφαγία etiam quasi dicas crudiuora Bacchi sacra dicta fuisse, Arnobius his verbis testatur, Bacchanalia etiam prætermittamus immania, quibus nomen Omophagijs Græcum est, in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus: atque vt vos plenos Dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Capri facit mentionem propterea quod Baccho antiquitus hircus, seu caper mactabatur, quod hoc animalis genus vites maximè rodat, vt Virg. 2. Georg. Ouid. in Fastis, Prudentius contra Symmachum & alij testantur.

Θοίνια. Θοίνια similiter Hesych. fuerunt θυσίαι, id est, sacra Dionysij apud Athenienses, qui Θοίνιος fuit appellatus, id est, Deus vini.

Trieterica. Præterea apud Græcis & Latinis Trieterita Bacchi sacra, hoc est, Triennalia dicta sunt, vt Ouidij, Virgilij, Statij, & aliorum testimonijs facilè probari potest, & ipse dictus est Trieterius. Plutarch. Sympos. lib. 4. Probl. 5. festum tabernaculorum Iudaicum τριετερικὴν πανηγυρίαν confert, de quo suprà satis dictum est.

Νυκτέλια. Iam verò quoniam detestanda illa sacra noctu antiquitus peragebantur, νυκτέλια, teste Seruio in 4. Æneid. fuerunt nominata, hoc est, nocturna, & ipse Bacchus νυκτέλιος à Plutarcho, Ouidio, Pausania, hoc est, nocturnus à νυκτελίω, id est, in nocte perficio. Vnde Virgil.

—— Vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Dictus quoq; est eandem ob causam & φανοστερίος, id est, Phanosterius & λαμπτὴρ, cuius templum fuit apud Pallinenses, in quo celebritas agebatur, quam à deo illo λαμπτηρίαν vocabant, nimirum ἀπὸ τῶν λαμπάδων, id est, à lampadibus atq; facibus. Nam, vt Pausanias author est, noctu ea solennitas celebrabatur, facesq; ad templum ferebant, atq; ita benè poti crateras per totam vrbem statuebant, quò melius quisq; deum coleret: Nam, vt Paulus inquit, qui inebriantur, noctu inebriantur, cui congruit illud,

Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent.

Hinc rectè Bacchanalia quæ hodie quoq; à Christianis noctu potissimum agitantur summo cum furore, atq; amentia, à Germanis Faßnacht corrupta voce, quasi nox Bacchi appellatur, tametsi nonnulli dicta volunt Faßnacht, id est, nox doliorum, propterea quod plurima vini dolia in illa nocte exhauriantur. Poloni Gody à gaudio nimirum, Itali Carneuaille, Galli Carmentaran vocant, id est, carnispriuium.

Ἀμβρόσια. Ἀμβρόσια quoq; Dionysij festum apud Ionas fuisse Gyraldus scribit.

Anthisterion mensis Baccho apud Athenienses sacer. Præterea apud Athenienses mensis Anthesterion dictus (quem alij, vt Gaza, autumnalem faciunt, plures, vt Macrobius, & Philostratus, vernalem, sic dictum, teste Harpocratione, quod tum flores ex terra nascuntur) totus Baccho fuit sacer, in quo illius sacra quædam peragebantur, quæ αἱ Ἀνθεστήρια, Πιθοιγία, χόες, χύτροι fuerunt appellata. Theophilus scribit Anthesteria ab Atheniensibus Dionysia appellari. Thucid. lib. 2. Baccho sacra fieri 10. mensis Anthesterionis. Apollodorus, teste Suida, in genere totam celebritatem Bacchi vult Anthesteria vocari, illius partes Pithægiam, Choas, & Chytrum. Verùm de singulis seorsim dicemus.

Anthisteria. In Anthisterijs, vt à Latinis in Saturnalibus, seruos conuiuijs liberalibus excipi solitos fuisse ex prouerbio illo videtur posse colligi, Ite foras cares (χαρις θύραζε, quasi dicat serui) non amplius Anthisteria, vt Gyraldus in suis annis, & mensibus annotat. Fuit & prouerbium alterum, πίσσος μετ' Ἀνθεστήρια, hedera post Anthisteria, cum serius quippiam fit & post tempus. Nam hedera Baccho fuit sacra, & in sacris Bacchi κιττοφόροι erant, id est, hederigeri.

Pithægia. Πιθοιγία, inquit Suidas, ἡ τῶ πίθω ἀνοιγὴ, festum erat Bacchi, in quo dolia relinebant, & amicis potum præbebant. Cæl. lib. 15. cap. 25. De eodem sic Plutarch. 3. Sympos. 7. Athenis vndecimo die mensis Anthesterionis primitias noui vini delibant, diemq; illum à doliis reserandis πιθοιγίαν (corruptè in quibusdam exemplaribus πιθοινίαν legitur) vocant, vtque apparet antiquitus de vino antequam gustarent libantes, vota faciebant, vt sibi vsus eius medicamenti salutaris, & innoxius foret. Apud nos mensis προστατήριος dicitur, quasi Patronalis, sextaque eius die statutum est sacris bono genio (ἀγαθῷ δαίμονι) factis gustare vinum post flatum Fauonij, is enim ventus omnium maximè vina mouet, ac mutat, & quod vinum hunc subterfugit, id puratur perdurarq;.

His

His Pithægijs respondent Romanorum vinalia, & nostra Martinalia, quibus similiter vinum nouum primò deguſtamus.

χόες, siue χοῦς sacrum fuit institutum à Themistocle in honorem Bacchi à mensura seu vase vocabulo, vt videtur, deflexo, vnde & ipse Dionysius Choopotes fuit cognominatus. De illo festo sic scribit Suidas. Choes festum est, quod Athenis agebatur mense Anthesterione, cuius haec ratio, atq; origo traditur. Oreſtes cum interfecta matre Athenas venisset, Athenienses illum hospitio, conuiuioq; exceperunt, nec tamen eodem cum illo vino participarunt, verum choas illi vini plenas seorsim apposuerunt. De eodem sic idem scribit, nec non Aristoph. Scholiastes, in Equitibus, in illa verba, ὄινῳ χοᾶ. χοῦς Chus mensura est Attica capiens ñ cotylas. Est praeterea festum Atheniensium hac de causa sic appellatum. Oreſtes propter matris caedem profugus, Athenas se contulit ad Pandionem cognatum suum, Atheniensium regem. Is cum publicum quoddam epulum eo tempore fortè celebrasset, & Oreſtem neq; prae pudore dimittere, neq; prae religione ad potus, mensaq; communionem admittere auderet, cùm nondum esset expiatus, ne ex eodem cratere biberet, singulis conuiuis choem siue choam apposuit. Ibidem Suidas testatur, festum hoc 12. mẽsis Anthesterionis die celebratũ fuisse, &, teste Apollodoro, solam quidem illam Bacchi festiuitatem αἰθυσηφόρια dictam fuisse, illius autem partem πιθοιγία. Epuli huiusce χοῶν apparatum Aristoph. in Ἀχαρνῆς egregiè his verbis describit, festum χοῶν.

——ὅπως δεῖπνον ταχὺ
Βάδιζ', τὴν κίστην (ὀψοθήκην) λαβὼν, καὶ τὸν χοᾶ
ὁ τῶ Διονύσω γὰρ σ' ἱερεὺς μεταπέμπεται. *Epulo posc:*
Τἆλλα πάντ' ἔξεστι παρεσκευασμένα
Κλῖναι, τράπεζαι, στρώματα, προσκεφάλαια, χλαμύδια
Στέφανοι, μύρον, τραγήματ' αἰπόρναι πάλαι
Ἀμυλοῦ. πλακοῦντες, σησαμοῦντες, ἰτρία
ὀρχηστρίδες, τὰ φίλτατ' ἁρμοδίου, καλαί. *id est,*

——*Ad cœnam citò*
Te confer ciſtam accipiens atque choa.
Nam Dionyſij te ſacerdos accerſit.
Reliqua verò omnia ſunt parata,
Lecti, menſæ, puluini, ſtrata.
Coronæ, vnguentum, bellaria, ſcorta adſunt.
Amyli, placentæ, ſeſami, itria ſiue liba (certa ſunt placentarum genera, de quibus poſtea.)
Saltatrices, Harmodij carmina, pulchræ.

His verbis vno quaſi faſciculo habes comprehenſa omnia, quæ cùm ad huiuſce χοῶν, tùm cuiuſuis alterius epuli antiqui apparatum pertinebant. Horum autem quædam ab inuitatis afferebãtur in illo epulo choôn, alia ab inuitantibus ſubminiſtrari ſolebant, vt Scholiaſtes in hunc locum annotat. Inuitati enim ſecum adferebant ἐψήματα cibos coctos, nimirum ἀμύλους (βρῶμα τὸ μὴ πεπλωκὸς ὑπὸ μύλων, teſte Euſtath. Ιλ. π. id est, placentæ genus ἀθρύπτῳ, in quo comminuendo dentes molares non laborant) πλακοῦντας placentas, σησαμοῦντας (σησαμοῦς εἶδος πλακοῦντος, σησάμη ἦν καλεῖτο σησαμίδα. teſte Scholiaſt.) ἰτρία (τὰ πυρῶδη πλάσματα) Afferebant praeterea ſecum κίστην, id est, ὀψοθήκην (vnde forſan Latinum ciſta, & vernaculum noſtrum Kiſten) nec non χοᾶ poculum, ne alio poculo communicarent, idq; propter cauſam ſupra de Oreſte commemoratam. Illi verò qui vocabant ſolebant ſuppeditare, & apponere coronas, vnguenta, bellaria, & alia huiuſmodi, nimirum lectos, menſas, puluinaria, ſtragulas veſtes. His accedebant meretrices, ſaltatrices pulchræ, & τὰ φίλτατα ἁρμοδίου, hoc est, Scholiaſte interprete, τὰ ὡς ἁρμόδιον σκολιὰ ἄσματα, ſecundum illud ſuprà ἁρμοδίου μέλος ἄσεται.

χύτροι.

Iam verò quoad feſtum χύτροι, id est, ollæ dictum, de illo ſic ſcribit idem Ariſtoph. interpres in Ἀχαρνῆς in illa verba,

ὑπὸ τὰς χόας γὰρ, καὶ χύτρους αὐτοῖσι τις, &c.

Chytri feſtum apud Athenienſes percelebre, in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant,

Dionysio & Mercurio operantes, vt Theopompus scribit, principium huius sacri à Deucalione vsq; per manus traditum fuit. Ferunt enim illum, & qui cum eo ex diluuio illo superstites euaserãt, semina ita coxisse, vnde festum exortum, & appellatum est: nam Chytra ollam significat, nec ex coctis quicquam gustabant, sed Dionysio & Mercurio Chronijs offerebant pro mortuis. Sunt qui hæc eodem peracta die affirment, quo & Choes agebantur, idq; 13. Decemb. sicut Aristoph. interpres Didymi testimonio confirmat. Eiusdem Suidas quoq; meminit.

πεστυγία. Sed & πεστυγία celebritas Dionysio peragebatur, & Neptuno, vt scribit Hesychius, quod Anteuindemia appellare possumus.

φαγήσια, & φαγησιπόσια. His adde φαγήσια, & φαγησιπόσια (φαγησία quoq; & φαγησιποτία, subintellige ἑορτὴν, in singulari numero dicitur) quæ fuerunt festum, in quo cibo potuq; ad satietatem vsque exhilarabantur. Huius fit mentio apud Athen. lib. 7. sub initium, vbi citat locum quendam ex Clearcho, & dicit hoc festum exoleuisse, quemadmodum & festum ἐφ' ὑδρίαις, quod & ipsum agebatur tempore Dionysiorum, in quo singuli qui conueniebant dijs rhapsodias honoris loco afferebant. Videtur ergo vtrumq; hoc festũ olim in Bacchi honorem institutum, ac celebratum fuisse. Apud nos Christianos, vt nihil dicam de barbaris nationibus, huiusmodi phagesia, & phagesiposia quotidie ferè exercentur.

λαγηνοφόρια. Huic similia idem author Plutarchi testimonio comprobat, fuisse λαγηνοφορίων Lagenophoriorum sacra, quæ à Ptolomæo primùm, multarum aliarum quoque cæremoniarum ad Bacchi cultum pertinentium inuentore, instituta, & ab Alexandrinis culta atque celebrata fuerunt. In illo autem festo oliuæ ramos gestare, ac cœnantes in lectulis accumbere solebant, cum quisque lagenam secum domo (quod idem in festo Choôn fieri solitum fuit) deferret, ex qua biberet, vnde ipsum festum nomen suum sortitum fuit. His vt nomine, ita reipsa respondent Christianorum quorundam Othmaria (quæ etiam Othmari lagena vocantur) potationibus peruigilibus celebrari solita. Athenæus, vt illud quoque addam, scribit libro 1. in loco quodam, qui octo stadijs ab Elia distat, incolas in Bacchanalibus solitos fuisse tres lebetes vacuos præsentibus externis recludere, quos iterum aperientes vini plenos inueniebant. Hæc fuerunt nomina atque genera festorum, atque sacrorum, quibus olim Bacchus à Græcis coli fuit solitus. Horum alia quidem à furore, qui in illis dominatus est, ὄργια, alia à Baccho, cui illa fuerunt consecrata, διονύσια, θοινα, λήναια, alia à tempore in quo fuerunt celebrata, Ἀνθεστήρια, νυκτέλια, λαμπτήρια, τριετηρικὰ, id est, Triennalia, quod tertio quoque anno in quibusdam Græciæ ciuitatibus peragebantur, alia à vasis & instrumentis, quæ in illis fuerunt adhibita, χόες, χύτροι, λαγηνοφορια, πιθοιγία, alia deniq; à gula & ebrietate, quæ in illis regnauit, ὠμοφάγια, φαγήσια, & φαγησιπόσια fuerunt appellata.

Othmaria Christianorũ. Anacephalæosis festorum Bacchi.

Romanorum sacra in Bacchi honorem celebrari solita. Bacchanalia. Liberalia. A Græcis porrò immania, atque insana illa sacra, sceleris flagitijsque plena ad Romanos promanarunt, quæ ab illis Bacchanalia atque Liberalia fuerunt dicta, quoniam ille in cuius honorem illa agebantur, & Bacchus fuit dictus, & Liber. Hæc festa licet vni & eidem dæmoni fuerint consecrata, qui & Bacchus & Liber fuit vocatus, tamen secundum Romanorum consuetudinem, non eodem tempore fuerunt celebrata. Liberalia enim in quibus etiam Annæ Perennæ sacra fiebant XVI. Kalend. April. fuerunt celebrata, quorum Cicero sæpè in Epistol. ad Atticum meminit. Et Varro sic vult esse dicta, quod per totum oppidum eo die sederent sacerdotes Liberi, & anus hedera coronatæ cum libis, & foculo pro emptore sacrificarent. Ouidius libro 3. Fastorum, illorum & originem, & morem atque cæremonias diligenter, eleganterque descripsit. De Cæremonijs sic canit,

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ
Non procul à ripis aduena Tybris tuis.
Plebs venit, ac virides passim disiecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quisque sua.
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt,
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est
Pars ibi pro rigidis calamos statuêre columnis,
Desuper extentas imposuêre togas.
Sole tamen, vinoque calent, annosque precantur.
Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.

Inueniet

Inueniet illic, qui Nestoris ebibat annos
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.
Illic & cantant quicquid didicere theatris.
Et iactant faciles ad sua verba manus,
Et ducunt posito duras cratere choreas
Cultaque diffusis saltat amica choris.
Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula vulgi
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu
Pompa, senem potum pota trahebat anus.

*Ex his constat Liberalia per agros sub dio, vel tentorijs cum largioribus poculis, libis melliti*s *et Liberi bellarijs, cantiunculis, atq; choreis impudicis fuisse celebrata: de quibus vide P. Pithoei Ad uers. lib. 1. cap. 9. Annon quæso huiusmodi Liberalia, seu illiberalia potius non modò festis, sed profestis quoque diebus à nobis Christianis, Germanis potissimum assiduè agitantur? His ipsis porrò Liberalibus moris quoq; fuit togas dari, de quo suprà.*

Bacchanalia.

Quod ad Bacchanalia attinet, illa, vt Gyraldus vult, singulis mensibus agebantur, vt Latius, alia Martio, alia in Vindemia inter initia Septembris, & aliquando alio anni tempore. Quanta verò illa partim cibi potusque intemperantia, partim libidine, monstrosa certè, & execrabili agitari fuerint solita, pluribus describit Liuius Decad. 4. lib. 9. Tacitus libro 11. Valerius Maximus libro 6. cap. 3. & alij. Atque hanc quidem ob causam, vt ijdem scriptores testantur, illa à Romanis fuerunt sublata. Augustinus libro 6. de Ciuitate Dei, cap. 9. Sic Bacchanalia, inquit, summa celebrantur insania, vbi Varro ipse confitetur, à Bacchantibus talia fieri non potuisse, nisi mente commota. Hæc tamen postea displicuerunt Senatui, & ea iussit aufferri. Saltem sic tandem forsan senserunt, quid immundi spiritus, dum pro dijs habentur, in hominum possint mentibus. Idem libro 18. cap. 13. Tunc & Liber pater, inquit, bellauit in India, qui multas in exercitu habuit fœminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt, non tàm virtute nobiles, quàm furore. Aliqui sanè & victum scribunt Liberum, & victum, nonnulli & occisum in pugna à Perseo, nec vbi fuerit sepultus tacent. Et tamen eius velut Dei nomine per immundos dæmones Bacchanalia sacra, vel potius sacrilega sunt instituta. De quorum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic Senatus erubuit, vt in vrbe Romana esse prohiberet. Eorundem turpitudinem Tertullianus quoque non semel in scriptis suis Ethnicis Christianorum cœnam Dominicam, & Agapas, vti suprà dictum est, calumniantibus exprobrauit, quæ tamen Liberalia vocat. In libro de Spectaculis, Duo ista dæmonia, inquit, Venus & Liber, coniuncta, & conspirata inter se sunt, ebrietatis, & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus est. Nam & alios ludos Scenicos Liberalia propriè vocitabant, præterquam Libero deuotos, quod sunt Dionysia penes Græcos, etiam à Libero instituti. Item eodem in libro, Nam cùm & promiscuè ludi Liberalia votarentur, honorem Liberi patris manifestè sonabant. Libero enim à rusticis primò fiebant, ob beneficium, quod ei ascribunt, pro demonstrata gratia vini. Idem in Apolog. capite quadragesimo secundo, Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiarijs suprema cœnantibus mos est. Idem de illorum abrogatione sic scribit capite sexto eiusdem libri, Liberum patrem cum mysterijs Consules (Q. Martius Philippus, & Posthumius Albinus) Senatus authoritate non modò vrbe, sed vniuersa Italia eliminauerunt. Idem tamen docet illos postea turpes, & otiosas illas superstitiones restituisse, Licet Bacho iam Italico furias vestras immolaritis. Idem, vt hoc quoque addam, capite trigesimo nono Apologet. Aputarijs Dionysij mysterijs Atticis coquorum delectum induci solitum fuisse scribit. Bacchanalia à Romanis abrogata.

Aputaria.

Aputariorum autem celebritas sic dicta ἀπὸ τῆς ἀπάτης, hoc est, fraude, quam Athenienses à Bœotijs passi fuerunt, quatuor continuis diebus durabat, quibus sacrificabant & epulabantur Athenienses publicè atque priuatim, de qua suprà. Sed ex hoc Tertulliani loco colligimus illa ipsa in Dionysij quoque honorem celebrari fuisse solita. Idem Apologet. capite trigesimo septimo, Quoties etiam præteritis vobis, suo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus, & incendijs ipsis Bacchanalium furijs? Scythæ, author est Herodotus in Melpomene, Græcis vitio verterunt Bacchatalia celebrandi consuetudinem, tum à ratione omnino alienum esse existimarent, illum Deum

Scythæ Græcorum Bacchanalia vituperant.

Dionysij Epiphanis in huiusmodi Bacchanalium contemptores Iudæos crudelitas.

cogitare, ac diuinis honoribus afficere, qui homines ad insaniã adigat. Dionysius Epiphanes, seu potius Epimanes crudelissimus tyrannus miseros Iudæos, cùm alias superstitiones, tùm Bacchanalia quoq; celebrare, (quod Bacchanalia facere Plautus appellat) & hedera coronatos Baccho pompam ducere coegit, ac eos qui nefarijs hisce suis iussis atq; mandatis obtemperare noluerunt, immanissimè trucidari curauit, vt scriptum est lib. 2. Mach. cap. 6.

Christianorum Bacchanalia.

Hæc aliquantò latius atque copiosius de Bacchanalibus dicere volui, quò magis appareat Christianorum Bacchica planè, hoc est, insana ac furiosa impietas, qui tam immania tam tetra, omnis sceleris flagitijsque plena festa, ab ipsis Scythis damnata, à Romanis ob insignem illorum fœditatem sublata, non dubitarunt quasi postliminiò in ecclesiam introducere. O scelus, ô crimen horrendum, & ingens, quo procul dubio grauem, & horrendam nobis iram atque furorem diuinam conciliamus. Iudæi olim, vt Macchabæorum historia testatur, nec non Christiani primitiuæ ecclesiæ millies mortem quamuis acerbissimam oppetere maluerunt, quàm vt immanibus atque sacrilegis huiusmodi sacris sese polluerent. Romani illorum turpitudine cognita, illa ex vrbe sua totaque Italia exterminauerunt. Scythæ gens barbarissima ipsius naturæ instinctu ab illis vehementissimè semper abhorruerunt. At nos Christiani, proh dolor, atque pudor, illa mordicus retinemus, illis mirum in modum delectamur, illa non minore, quam olim Ethnici, furore atque insania, diurnis nimirum nocturnisque discursibus, ludis, spectaculisque obscœnis, clamoribus atque vociferationibus insanis, helluationibus atque compotationibus monstrosis, libidinibus vagis, atque stupris agitamus, ita vt non homines, sed Stygiæ illæ Bacchæ, Furiæ, atque Erynnies cum ardentibus suis facibus ex inferis excitatæ passim discursare videantur. Nec paucis tantum hæc diebus fiunt, sed omne illud tempus quòd à Natali Domini nostri Iesu Christi ad quadragesimale vsque tempus intercedit, sceleribus huiusmodi atque flagitijs impenditur. Itaque cùm ipsum vulgus turpissimis huiusmodi ludis deditum graui sese scelere obstringit, tùm verò longè grauissimo, quasque inexpiabili crimine sese populi duces atque præsides cùm politici, tùm ecclesiastici contaminant, qui tantam scelerum atque flagitiorum licentiam impunè cum summa Christiani nominis, numinisque diuini ignominia atque dedecore, tum extrema Reipublicæ ecclesiæque pernicie grassari patiuntur. Quid dicam, quod plurimi reperiuntur, qui furiosam hanc imperitæ multitudinis temeritatem atque audaciam exemplo atque authoritate sua magis adhuc incitant, atque inflammant. Annon quæso Romani illi magistratus, in extremo & vniuersali illo iudicio, Christianos hosce nostros magistratus condemnabunt, quòd ipsi veræ licet religionis expertes, tamen vel naturæ solius ductu ac magisterio turpissima illa Bacchanalia prorsus fastidierunt, at verò hi Christianæ religionis sacris initiati, documentisque sanctissimis instituti, atque imbuti, quibus Deus populi, ecclesiæque suæ salutem commisit, impuras, nephandas, ac planè dæmoniacas hasce Bacchanaliorum cæremonias atque ritus, fouent, alunt, atque tuentur. Iam verò quid dicam, quòd plurimi eorum, qui se Christianos profitentur atq; simulant, quotidie ferè Liberalia, atq; Bacchanalia viuunt, vt poëtæ illius verbis vtar, hoc est, dies noctesque intemperantia, libidinibus, atque voluptatibus turpissimis inseruiunt.

Cereris sacra.

Vt autem Bacchum, quem vini datorem existimarunt, ita Cererem quoque, quam frumenti inuentricem opinabantur, luxuriosis epulis, nefarijsque libidinibus coluerunt Ethnici. Illa autem sacra, atque conuiuia à Græcis Θεσμοφόρια, atque Δημήτρια, à Latinis Cerealia dicta sunt. His autem Romanos genio indulgere, & opiparè epulari solitos fuisse, vel ex Vergilio intelligere licet Georgicorum, vbi ita canit,

In primis venerare Deos atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
Extrema sub casu hyemis, iam vere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina,
Tunc somni dulces, densæque in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fauos, & mite dilue Baccho, &c.

Cereales cœnæ

Hinc Cereales cœnæ apud Plautum in Menæchmis, hoc est, opiparæ, & multis ferculis refertæ.

Macrobius

Macrobius lib.3. Saturnal.cap.11. affirmat in sacrificijs Cereris vinum non adhiberi solitum fuisse, idq; Plauti testimonio confirmat, cuius hæc sunt in Aulularia verba,

Staph. Cererin' Strobile istas facturi nuptias?
Strob. Qui? Staph. Quia temeti nihil allatum intelligo.

Sed contrà Cato de Re rustica cap.134. in extremo. Postea Cereri exta, & vinum date: nec non Virgilius paulò ante citatis carminibus, docet cum vino quoque fuisse celebrata. Nodus, inquit Lambinus in Plautum, mihi inexplicabilis, nisi alium dicamus in hac re fuisse Græcorum, alium Romanorum morem. Nam θεσμοφορίοις, id est, Cerealibus, seu festis diebus Cereris, vini vsu interdictum est, neque vinum libabatur, neque vinum in sacris adhibebatur, ex quo θυσίαι νηφάλιοι sunt dictæ. Tum mulieres ea sacra tractabant, atque administrabant, quæ perpetuò apud Romanos temeto carebant, apud Græcos verò saltem ijs diebus sese à vino abstinebant. Nonnulli sic soluunt, vt dicant Cererem eandem esse atque Vestam, seu potius Terram. Hæc ille. Verum de his sacris, si vis, vide plura apud Gyraldum de Dijs gentium, & Lazium de Republica Romana, Dionys. Halyc. lib.2. & alios.

Eleusinia.

Eleusinia quoque Græcis sacra dicta sunt, quorum immanis fuit turpitudo. Arnobius libro octauo, Ceres facibus accensis, & serpente circundata, errore subreptam, & corruptam Liberam anxia & solicita vestigat, hæc sunt Eleusinia. Idem libro quinto, Vultis enim consideremus mysteria, & illa diuina quæ Thesmophoria nominantur à Græcis, quibus gente ab Attica Sancta illa peruigilia consecrata sunt, & pannychismi graues. Describit deinceps illorum originem atque fœditatem pluribus. Idem libro septimo, Lectisternium Cereris erit proximis Idibus, habent enim dij lectos, atque vt stratis possint mollioribus incubare, puluinorum tollitur, & excitatur impressio. Eorundem Eleusiniorum sanè turpissimorum Tertullianus quoque mentionem facit libro Aduersus Valentinianos sub initium, Nam & ipsa Eleusinia hæresis est ipsa Atticæ superstitionis (nam Eleusis vrbs est Atticæ) quod tacent pudorem scilicet, propter occultum obscœni virilis. Et paulò post, Sequitur iam silentij officium, attentè custoditur, quod tardè inuenitur. Caterum tota in adytis diuinitas, tot siparia (vela) portarum, totum signaculum linguæ, simulachrum membri virilis reuelatur. His verbis Tertullianus Valentinianorum turpes & obscœnas concubitus, abditis & abstrusis illis, sed turpissimis Eleusinijs comparat, in quibus mentula colebatur. Ex his ergo constat Cererem à Gentilibus non luxuriosis modò epulis, verumetiam nefarijs libidinibus fuisse cultam. O vtinam non nos quoque Christiani vt Bacchanalia, ita Cerealia quoq; atq; Eleusinia tàm festis, quàm profestis diebus ageremus.

Sacra Veneris.

Tertia dea, quam Ethnici, omni luxuriæ petulantiæque genere coluerunt, fuit Venus, quæ, vt ille inquit, sine Cerere & Baccho friget, in cuius honorem Aphrodisia, Apaturia, & alia festa instituta, ac celebrata fuerunt.

Saturnalia.

Quartus deus, quem & Græci, & Romani veteres cùm multis alijs cæremonijs atque ritibus, tùm verò atque in primis lætissimis, lautissimisque epulationibus coluerunt, fuit Saturnus, cuius festi dies à Græcis κρόνια, à Latinis Saturnalia fuerunt appellata, de quibus, quoniam multa habent cum Christianorum moribus communia, paulò copiosius scribam. De his primò L. Accius poëta antiquissimus sic cecinit,

Maxima pars Graiûm Saturnò, & maximè Athenæ
Coficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis
Cumque dies celebrant per agros, vrbesque ferè omnes
Exercent epulis læti, famulosque procurant
Quisque suos, nostrique itidem, & mos traditus illinc
Iste, vt cum dominis famuli tum epulentur ibidem.

Iustinus similiter ex Trogo scribit, in Saturnalibus exæquato omnium iure passim in communijs seruos cum dominis recubare, ob memoriam exempli Saturni regis Aboriginum. Is enim tantæ iustitiæ fuisse dicitur, vt neque seruierit sub cælo quisquam, neque quicquam priuatæ rei habuerit, sed omnia communia & indiuisa omnibus fuerint, veluti vnum cunctis patrimonium esset. De illorum & origine, & tempore sic Macrobius scribit libro primo Saturnaliorũ, capite decimo, Apud

Saturnalium origo, & tempus quo celebrata fuerint.

veteres dicit opinionem fuisse septem diebus peragi Saturnalia, id quod nonnullis testimonijs confirmat. Sed tandem concludit, Saturnalia antiquitus vno tantum die, id est, decimoquarto Calendarum Ianuariarum fuisse celebrari solita, quo solo die apud ædem Saturni conuiuio soluto, Saturnalia clamitabantur, qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia deputatur, cùm primũ Saturno pariter, atque Opi fuerit ascriptus. Sed post in triduum propagata, primum ex adiectis à Cæsare huic mensi diebus, deinde ex edicto Augusti, qui trium dierum ferias Saturnalibus addixit. A decimo sexto igitur cœpta, in decimum quartum desinunt, quo solo fieri antea consueuerant. Sed Sigillariorum adiecta celebritas in septem dies discursum publicum, & lætitiam religionis extendit. Deinde rursus detractis duobus diebus, ad quinque dies Saturnalia redierunt. Hinc Martialis Saturnaliorum dies modò quinque nominat, modò septem. Cur autem vno eodemque in mense & Saturnalia, & Opalia egerint, hanc idem author rationem reddit, quòd nimirum Saturnus eiusque vxor tàm frugum, quàm fructuum repertores esse crederentur. Itaque omni iam fœtu agrorum coacto ab hominibus hos deos coli, quasi vitæ cultioris authores, quos etiam nonnullis cœlum, & terram esse persuasum est, Saturnumque à satu dictum, cuius causa à cœlo est, & terram Opem, cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur, vel ab opere, per quod fruges, fructusque nascuntur. Huic deæ sedentes vota concipiebant, terramque de industria tangebant, demonstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus appetendam. Idem porrò Philochori testimonio probat Cecropem primum Saturno, & Opi in Africa statuisse aram, eosque deos pro Ioue, & terra coluisse, instituisseque vt patres familiarum, & frugibus, & fructibus iam coactis, passim cum seruis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure tolerauerant, delectari enim Deum honore seruorum contemplatu laboris. Hinc est, addit idem, quod ex instituto peregrino huic deo sacrum aperto capite facimus. Hæc Macrobius.

Cur Saturnalia & Opalia eodem in mense fuerint celebrata.

Saturnus vnde dictus.

Ex his autem omnibus diligenter perpensis videtur posse colligi antiquissimum hoc Saturnaliorum festum promanasse ex illo longè antiquiore tabernaculorum, siue Scenopegias festo, quod peracta messe atque vindemia, collectis iam, reconditisque frugibus atque fructibus mense septime à Iudæis Dei iussu atque præcepto septem dierum spacio celebratum fuit, quo tempore tàm seruis, quã liberis sub tentorijs feriari, epularique summa cum lætitia fuerat concessum, vt constat ex Leuit. 23. Deuter. 16. Hic mensis septimus à Iudæis dictus est cùm Thisri, à thirosch, id est, musto, quod eo mense fuerit vindemia, tùm אתנים Ethanim, id est, fortitudines, siue mensis fortium, vel quod totus ferè fuit festiuus, vel propter fruges & fructus in illo colligi solitos, qui sunt robur hominis, vel, vt alij volunt, quod in illo mense arca fœderis in templum Solomonis recens extructum à viris fortibus translata sit, & tum validæ preces, multaque sacrificia Deo oblata sunt. Appellatur etiam Roschhaschana, id est, caput, seu initium anni Exech. cap. 40. vers. 1. Veteres Hebræi primum vocabant à creatione mundi, quem eo mense conditum esse dicunt: ex quo autem ex Ægypto egressi sunt, Tischri mensem septimum, & Nisan primum cœpisse dici. Ergo vt Iudæis mensis Tischri Deo dicatus, ita Romanis December Saturno sacer, totus ferè festiuus fuit, vnde ab Ouidio acceptus genijs, hoc est, genialis fuit dictus Fasto. 4. quoniam in illo indulgebatur genio, hoc est, voluptatibus. Quoties enim voluptati operam damus indulgere dicimur genio, teste Seruio. Vnde genialis nomen deducitur. Iuuenalis:

Saturnalia videntur originẽ traxisse ex festo tabernaculorum.

December genialis.

— Genialis agatur iste dies.

Geniales curare à lauti victus.

Gaudet enim noster genius voluptate, ad quam natura procliues sumus. Hinc & genialia curare dicitur, qui lautius viuit, & contra genium fraudare dicuntur, qui necessaria & iucunda naturæ subtrahunt. Et quia December voluptatibus fuit consecratus, hinc forsan veteres illum pinxerunt in modum lanij iugulantis porcellum. Ergo (vt ad propositum redeam) festum hoc olim in solius Dei Opt. Max. honorem ceu veri Saturni, atq; Opis (quem Deum Schaddai, hoc est, Cornucopiæ sacræ literæ appellunt) ab ipso Deo institutum, ac celebrari solitum, postea gentiles cacodæmonis impulsu ad fictitiorum suorum deorum cultum transtulerunt.

Saturnaliorum consuetudo siue mos.

In hoc autem festo domini seruos suos conuiuijs liberalibus & opiparis excipiebant, ipsi muneribus seruilibus fungebantur, seruis impunè, quicquid liberet loqui licebat, teste Macrob. lib. 1. & Athenæus lib. 14. his verbis, ταῖς τῶν χρονίων ἡμέραις ἔθος ἐστὶ ῥωμαίοις παίσιν ἐφιέναι τοὺς οἰκέτας αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας, hoc est, Saturnaliorum diebus moris est

Athenæus lib. 14.

apud

apud Romanos, vt seruos suos conuiuijs excipiant, ipsique seruorum munere fungantur. Quale etiam festum fuerunt Nonæ Capratinæ, in quo ancillæ Romæ splendidè vestitæ vrbem circumeunt, pugnam conserunt, tandem ἐγιώμφαι καθίζονται κλάδοις συκῆς σκιαζόμφαι epulantes considunt ficulneis ramis obumbratæ. Plutarchus in Camillo & Romulo. De festis diebus atq; conuiuijs seruorum & ancillarum Idibus Augusti apud Romanos, & de nonnullis apud Indos, vide Alex. ab Alex. 149. Hunc verò Saturnaliorum morem Macrobius eodem in loco Græcum esse dicit, cuius aliquot exempla cõmemorat. Nam in Creta in Mercurialibus idem fieri, συωχυμφίων γὰρ τῷ οἰκέτῳ οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι περὶ τὰς θεραπείας, hoc est, epulantibus seruis domini seruiunt atque ministrant. Sic in Trœzene mense Gerastione conuentus per multos dies celebrabantur, in quo serui vnà cum ciuibus astragulis ludebant, & domini seruis conuiuium exhibebant. Similiter in Babylone ad 15. Calend. Septemb. festum agi fuit solitum Sacean dictum, quinque dierum spacio, in quo moris erat, vt serui dominis imperarent, quorum vnus indutus stola regiæ simili familiæ præerat, quem Zoganem appellabant. Idem author Batti Sinopensis testimonio confirmat, hoc Saturnaliorum festum omnino Græcum esse, cui simillima sit certa quædam Thessalorum festiuitas Peloria dicta, cuius hæc fuit ratio. Ioui Pelorio dicto sacrificantes, eidem mensas splendidè paratas apposuerunt, ac omnino tanta cum humanitate, iucunditateque festum illud celebrare fuerunt soliti, vt in illo peregrinos omnes conuiuio exceperint, vinctos soluerint, & serui vnà cum suis dominis summa cum licentia accubuerint, atque epulati sint, atque adeò ipsis domini ministrarint. Similis moris in Athenienſium Anthisterijs, supra facta est mentio, in quibus similiter serui conuiuijs liberalibus à dominis suis excipiebantur. Ad hunc porrò Saturnaliorum morem Horat. alludit lib. 2. Satyr. 2.

Saturnalia à Græcis.
Mercurialia Cretensia.
Conuentus Trœzensium.
Festum Babyloniorum.
Thessalorum Peloria.

——Age, libertate Decembri
(Quando ita maiores voluerunt) vtere, narra.

Hinc & pileos, quod signum est libertatis, gestabant, & ingenuorum calceis induebantur, teste Porphyrio. Catullus ad C. Licinium, Caluum Saturnalia optimum diem appellat, propterea (opinor) quod aurei illius sæculi, quod Saturno regnante fuisse dicitur, imaginem referebat, memoriamque repræsentabat, quo nondum erat auditum nomen seruitutis. Lucianus quoque ἐν τοῖς θεῶν χρόνοις, de Saturnaliorum more plura tradit. In primo Dialogo ipsum Saturnum sic loquentem inducit, καὶ δὲ τοῦτο ἁπάντα χῶ χρόνος, καὶ ὠδὴ, καὶ παιδιὰ, καὶ ἰσοτιμία πᾶσι καὶ ἑορταὶ, καὶ ἐλευθερίοις. ἔξεστι γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δούλῳ ἦν, id est, Atque idcirco vbique plausus, & cantus & ludus, & honoris æqualitas omnibus cùm seruis, tùm liberis. Neque enim me regnante seruus erat.

Serui pileos in Saturnalibus gestabant.
Saturnalia cur optimus dies dictus.

Quoad autem hunc Saturnaliorum antiquorum morem, quo nimirum serui, vti dictum est, dominis imperare, & epulis ab illis excipi consueuerunt, eundem Polyd. Virgil. apud Anglos quoque obtinere his verbis tradit, Est & illud ab ijsdem (Ethnicis) profectum, quod nunc per Dominica natalitia nostri ministri potestatem in dominos habent, atque vnus eorum dominus creatur, (idem supra de Babylonijs dictum) cui cuncti familiares simul lasciuientes parent, vnà cum ipsis dominus, hoc est, patribus familiarium. Siquidem hanc libertatem serui apud Romanos, vt in Iustini Epitome est, habebant. Institutum hoc apud Anglos præcipuè custoditur. Hæc ille. Apud Germanos idem fieri solet in festo trium Regum, vti vocant.

Lib. 5. cap. 2.
Anglorum Saturnalia.

Bellum porrò (vt in Saturnaliorum descriptione pergam) in illo festo sumere nefas habitum, quoniam regni eius tempora felicissima fuerunt, nullis bellis vexat, nullis infestata latronibus, quæ sanè causa fuit, vt Romani ædem Saturni ærarium esse voluerint, quod nullum sub eo furtum in Italia fuisset commissum, siue quia sub illo nihil erat cuiusquam priuatum, nec signare solum, aut partiri limite campum fas erat, testis Macrobius libro primo. Pœnas quoque ijsdem diebus exigere piaculare erat, teste eodem libro primo capite decimo. Vt autem domini Saturnalibus, sic matronæ mense Martio seruis cœnas apponebant. Illæ, vt principio anni ad promptum obsequium bonore seruos inuitarent, hi quia gratiam perfecti operis exsoluerent, Macrobius libro primo capite duodecimo. Præterea in Saturnalibus non modò serui à dominis conuiuijs excipiebantur, verumetiam amici atque familiares inter se mutitabant, hoc est, mutuas inter sese cœnas, epulationesque agitabant.

Bellare & pœnas exigere nefas Saturnalib.
Ades Saturni cur ærario destinata.
Matronalia.

Digitized by Google

Saturnalitis munera vltro citroq; missa.

Adhæc munera sibi vltrò citróque mittebant, quæ Tertullianus Saturnalitia vocat, libro de Persecutione sub finem, Scilicet enim, inquit, talem pacem Christus ad patrem regrediens mandauit à militibus per Saturnalitia redimendā. Eadem ab Hieron. Saturnalium sportulæ vocãtur, de quibus hæc sunt illius verba notatu digna, in Epist. Pauli ad Ephesios, quæ etiam in Canonicis Decretis inueniuntur. Legant, inquit, Episcopi atque Presbyteri, qui filios suos secularibus eruditos literis, & faciunt illos Comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de Ecclesiarum sumptibus forsan eruditos, & quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel substantiam suam totam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in Calendarum strenam, & Saturnalium sportulam, & Mineruale munus è mercedula magisterij à Scholasticis dari solita (quæ etiam Minerual dicta) Grammaticus & Rhetor aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut sordidum conuertit in lucrum. Dicta quoque sunt Xenia, & apophoreta, sigillaria siue sigillaritia scilicet munera, quæ sigillaribus (quæ pars fuit Saturnaliorum) mittebantur. Ratio autem mittendorum Saturnalibus munerum hæc erat, vt viderentur sibi inuicem gaudere, & gratulari, & Saturno, atque Opi gratias agere, quod fruges, fructusq; ad vitæ cultum necessarios percepissent. Mittebantur autem inter cætera munera Cerei (quæ consuetudo etiamnum hodie apud Christianos in festo Purificationis D. Mariæ obseruatur) & sigilla. Erant autem sigillaria paruæ imagines fictilibus descriptæ à signis dicta. Martialis in Apophoretis,

Xenia.

Cerei.

Sigillaria quid.

Gloria tam parui non est obscura sigilli. Et rursus:
Sum fragilis, sed tu, moneo, ne sperne sigillum.

Spartianus, Saturnalitia, & Sigillaritia frequentur amicis inopinantibus misit. Suetonius in Vita Claudij, Scripsit quadraginta aureos in Saturnalia, & Sigillaria misisse ei. Sigillaria autem pueris in primis dari fuisse solita, ex illis Spartiani verbis videtur posse colligi, Quæ à parentibus sigillariorum gratia acceperat, id vel clientibus, vel magistris sponte donauit. De his muneribus Martialis,

Omnia misisti mihi Saturnalibus Imber
Munera, contulerant quæ tibi quinque dies.

Hoc est, Saturnaliorum munera Saturnalitia. Sigillaria pro signis & sigillis vsurpari, nec non hoc nomine locum fuisse Romæ, vbi libri resq; aliæ promercales vænibant, & auctiones fiebant, testatur Turnebus in suis Aduersarijs.

Strena quid, et vnde dicta.

Strenæ quoque huiusmodi munera vocabantur. Strenam, inquit Festus, vocamus munus, quod datur die festo, ominis boni gratia, à numero quo significatur alterum, tertiumque venturum similis commodi, veluti trenam, præposita s. litera, vt in loco & lite solebant antiqui, dicentes Stlocum, & Stlitem. Nonnulli strenas à strenuitate volunt dictas, quod inferiores ditioribus ceu strenuis viris eas mitterent. Hæc strenarum origo, qua fœlicem ominamur annum ipsius auspicio & initio, à Tatio Rege manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit, vt Turnebus in suis Aduersarijs annotat, idque Symmachi auctoritate probat. Ab exortu penè vrbis Martiæ strenarum vsus adoleuit, auctoritate Tatij Regis, qui verbenas fœlicis arboris ex luco Strenuæ anni noui auspices primus accepit, D. D. Imperatores: nomen indicio viris strenuis hæc conuenire ob virtutem. Strenuam, vt alibi legitur, deam à strenuè agendo denominatam ait S. Augustinus. Suetonius testis est populum Romanum Calend. Ianuarijs, hoc est, anni noui principio ex ritu veteri Augusto strenam dedisse etiam absenti. Tyberius Cæsar, teste eodem, & quotidiana oscula prohibuit edicto, & strenarum commercium, ne vltra Calendas Ianuarias exerceretur. Strenarum commercium vocat vicissitudinem dandi, & accipiendi strenas. Xenia enim mittebantur, & apophoreta remittebantur. Vnde Martialis strenas Saturnalitias duobus libris distinxit nomine Xeniorum, & Apophoretorum. Cùm igitur strenarum dies legitimus foret Calendæ Ianuariæ, hoc est, principium anni, noluit Tyberius vltra illum diem strenas vicissatim dari. Consueuerat, addit Suetonius de Tyberio, quadruplam strenam (hoc est, quadruplò maiorem quam accepisset) & de manu reddere, sed offensus se interpellari toto mense (Ianuario) ab ijs qui potestatem sui die festo (Calendis Ianuarijs) non habuissent, vltrà non reddidit. His adde, quòd Calendis Ianuarijs Magistratum ineuntibus, lauri folia à populo dabantur cum ischadibus boni ominis ergò. Nam laurus efficax esse aduersus venena, & sanitatem conciliare

Mos donandi strenam initio noui anni.

credebatur,

Digitized by Google

credebatur, vt testis est Calius libro 5. cap. 7. Strenæ illæ veterum fuerunt quoque stipes æreæ. Vnde Ouid.

Tu tamen auspicium cur sit stipis vtile quæris. Ausonius.
Curam pro strenis excubuisse tuis. Pomponius.
Aßide, si qua ventura est alia strena strenæ.

Suetonius de Vespasiano, sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & Calendis Martij fœminis. Calendæ Martiæ erant Saturnalia fœminarum, sicut ostendit Martialis ad fœminam, Calendæ Martiæ Saturnalia fœminarum.

Scio puto vestra iam venire
Saturnalia, Martias Calendas. Plautus in Milite.
Da mi vir Calendis mittam, cum Martia venerint.

Nam tunc fœminis munera mißitabantur, quia Calendæ Martiæ, vt inquit Porphyrio, matronarum dies festus erat, & Matronalia dicebatur: quas eleganter Iuuenalis Fœmineas vocat, perinde ac fœminus peculiariter dicatas. Sic enim ait,

Munera fœmineis tructas secreta Calendis.

In his Matronalibus matronæ seruis cœnas apponebant, vt eo honore ad promptius obsequium prouocarent, teste Solino. Tibullus ad Neæram,

Martis Romani festa venere Kalendæ
Perque vias vrbis munera, perque domos.

Causa autem cur Calend. Martijs Matronalia celebrarentur, & mulieribus munera mitterentur fuit, quod eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cœpta sit, teste Sex. Pompeio, quæ in Exquilino monte posita fuit. Ouidius autem, & alij volunt, ob memoriam belli Sabini per fœminas compositi celebrari fuisse solita. Matronalium ratio. De Kalendis Martijs, vide plura apud Lambinum, in Horat. carm. lib. 3. Ode. 8. Hæc de muneribus vltro citroque in Saturnalibus, Calendis Ianuarijs, atque Martijs dari Romæ solitis.

Fuit præterea moris in Saturnalibus, vt serui sumerent vestitus dominorum, & contrà domini seruorum. Sumebant omnes illis diebus togis depositis Syntheſim, hoc est, vestem brevem, & negotijs aptã. Vestium permutatio. Syntheſis vestis. Fuit ergo Syntheſis vestis Saturnalitia, in Saturnalibus vsurpari solita, vt constat ex illo Martialis Epigrammate, cui titulus est Syntheſis,

Dum toga per quinas gaudet requiescere luces (hinc collige per quinque dies Saturnalia agi fuisse solita)
Hos poteris cultus sumere iure tuo. Et iterum:
Syntheſibus dum gaudet eques, dominusque senatus
Atque decent nostrum pilea sumpta Ioüem:

Hinc Seneca, Voluptatis causa, ac festorum dierum vestem mutauimus. Syntheſis vnde dicta. Fortasse autem Syntheſis, inquit Beroaldus in Sueton. dicta videri potest, quòd consuta, contextaque esset compositione quadam versicolore. Turnebus in suis Aduersarijs existimat Syntheſin elegantiorem & lautiorem fuisse vestem, qua populo Romano certis diebus publicè, vt Saturnalibus, vti licebat, cùm Romæ quo quis vestitu vellet, vti non liceret, togasque ferre cogerentur, & idcirco Syntheſim putat dictam, quod cùm ea rarò vterentur, domi compositam habebant in arcis aut prelis. Martialis:

De palatinis dominæ quod serica prelis.

Prela sunt, quæ pressoria à Marcellino vocantur. Ea tamen domestica vtebantur, vt cùm conuiuium dabant. Martialis:

Vndecies vna surgenti Zoile cœna,
Et mutata tibi Syntheſis vndecies. Et rursus:
Frigus enim magnum Syntheſis vna facit.

Zoilus vestes ostentabat, eas in conuiuio subinde mutans, & septenas aut octonas vestes in singulis arcis aut prelis habebant, quæ septenæ aut octonæ vestes Syntheſes dicebantur propriè: sed & vniuersa etiam vestis, vt Scæuola scribit, quod, vt opinor, in vestiario composita erat. Alciatus lib. 2. Parerg. cap. 21. Syntheſin vocat ordinem quendam, & conformem compositionem vestium cùm tunica, sagum, chlamys, caliga, eiusdem coloris sunt, vulgò lauream vocant.

Digitized by Google

De Syntheſi vide etiam Brodæum Miſcell. lib.6.cap.7.

Huiuſce mutationis veſtium Lucianus quoq; meminit in Dialogo, quem Chronoſolon inſcripſit, & Macrobius in Saturnalibus. Hinc Suetonius Neronem Syntheſiatum, diſcalceatumq; fuiſſe per laſciuiam prodit. Meminit huius veſtium mutationis conſuetudinisq; in Saturnalibus & Iureconſultus in l. Titia §.1.ff.de auro & argento leg. Quare, inquit, an ex vniuerſa veſte, id eſt, Syntheſi, tunicas ſingulas, & palliola Sempronia eligere poſſit. Hæc autem veſtium mutatio non tantum in Saturnalibus, verumetiam in Quinquatribus minoribus, in Megalenſibus, in Lupercalibus, in Bacchanalibus, & alijs feſtis fieri ſolita fuit. Illam ab Hercule defluxiſſe oſtendit Naſo libro 2. Faſtorum, vbi Fauni ſacra, quæ ſunt Lupercalia, deſcribit quo pacto cum Hercules cum Lyda puella in ſacris Bacchi veſtem mutaſſet, Faunus, qui puellam deperibat, in antro obſcuro, nocte comprimere cum puellam vellet, in Herculeum veſtitum, quem mentita ſcilicet mulier erat, inciderat, & pudefactus auffugerat.

Veſtium mutationis origo.

Chriſtianorum Saturnalia.

Nunc agedum cum illis antiquis Ethnicorum Saturnalibus, Chriſtianorum Saturnalia conferamus, & maximam inter vtraque affinitatem, ſimilitudinemq; reperiemus. Nam vt olim in Saturnalibus frequentes, luxurioſæq; cœnationes inter amicos fiebant, munera vltro citroq; miſitabantur, veſtium mutationes fiebant, ita hodie etiam apud nos Chriſtianos eadem fieri videmus à Natalibus dominicis vſque ad feſtum Epiphaniæ, quod in Ianuario celebratur. Hoc enim tempore omni & crebro conuiuamur, & ſtrenas, hoc eſt, vt nos vocamus, noui anni donaria miſſitamus. Eodem tempore mutationes veſtium, vt apud Romanos quondam, vſurpantur, viciniq́ue ad vicinos inuitati hac ratione commeant, quod nos Germani hodie noſtra lingua nimirum à Latina voce mutare, (Qummetrey vocamus, quibus etiam, qui ita laruati vicinos ſuos ſalutant, occilla & oſcilla ſecum deferunt, & ita pecuniam extorquent, quod nos vernaculo ſermone vmbſchantz appellamus, & hoc ad imitationem ludorum ſigillarium, oſcillarium, & occillatorum (qui & ipſi pars, ſiue ſpecies erant Saturnaliorum) menſe Ianuario paſſim in domibus priuatim inter familias non publicè exerceri ſoliti. Ciues enim ſigilla, quæ erant parua ſigna ſiue ſimulachra ærea, argentea, aurea, fictilia ſibi mutuo donabant. Ruſtici autem ſiue pagani oſcilla, id eſt, oſſa quibus oculi erant inſculpti, vt apud nos in teſſerulis eſt receptum, mutuò donabant. Sic apud Germanos circa feſtum Epiphaniæ & panibus dulciarijs, & oſcillis quibuſdam amici ſeſe mutuò honorant. De his ipſis vide plura apud Polyd.lib.5.cap.2. & Lazium lib.10.cap.9. de Rep.Rom. & Langium epiſt.61. Sed quid opus eſt multis teſtimonijs? ipſa experientia quotidiana huius rei teſtis eſt locupletiſſima. Nam vt Ethnici olim & in menſe Decembri Saturnalia, & in Ianuario Sigillaria, & in Februario Lupercalia, & Bacchanalia immaniſſimo luxu atque laſciuia celebrarunt, ita apud nos quoque Chriſtianos hi tres menſes comeſſationibus, comeſſationibus, ludiſq; turpibus atque obſcœnis toti ſunt dedicati, his & annum veterem terminamus, & nouum auſpicamur inauſpicatis ſanè diriſque auſpicijs. Ethnicam illam Calendarum Ianuariarum ſolennitatem, quæ hodie à Chriſtianis omni luxuriæ, petulantiæq; genere exercetur, Zacharias pontifex olim tollere eſt conatus, cuius hoc de illis decretum extat, Si quis Calendas Ianuarias ritu Ethnicorum colere, vt aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut menſes cum lampadibus, vel epulas in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantatores, & choreas ducere auſus fuerit, anathema ſit.

Strenas vide nimo 38.

Sigilla. Oſcilla.

Hellſeten.

Zachariæ pontificis de ſolennitate Calend. Ian. decretum.

Tertullianus de Saturnalibus.

Saturnaliorum porrò Tertullianus quoque crebram admodum luculentamq; mentionem facit, vt Apologetici cap.42. Non lauor diluculo Saturnalibus, ne & noctem, & diem perdam. Attamen lauor honeſta hora, & ſalubri, quæ mihi & colorem & ſanguinem ſeruet. Item in libro de Idololatria, Quid minus eſt inquinamenti, eo quem præſtat quæſtus, & nominibus, & honoribus idolo nuncupatis, quam Minerualia Mineruæ, quam Saturnalia Saturni, quem etiam ſeruiculi (forſan ſeruiculis legendum) ſub tempore Saturnalium celebrari neceſſe eſt? Etiam ſtrenæ captandæ, & Septimontium (dies Feſtus ſic dictus, teſte Feſto, quod in ſeptem locis faciebant ſacrificium, Suetonius Septimontialem diem vocat, in quo Domitianus epulum Senatui, equitiq́ue panarijs, plebi ſportellis cum obſonio diſtributis dedit) & Brumæ, & charæ cognationis honoraria (chariſtia forſan intelligit) exigenda omnia. Floreſcolæ coronandæ (Floralia) Flaminicæ & ædiles ſacrificant, Cereatiſcola honoratur ferijs. Eodem in libro, Nimirum Saturnalia, inquit, & Calendas Ianuarias celebrari hominibus placebat, an modeſtia, & patientia, an grauitate, an humanitate, an integritate? Et paulò poſt, Quis hoc ſuſtinere, aut defendere poteſt? Iudæus dies ſuos feſtos exprobrat

probrat Spiritus sanctus, Sabbata, inquit, vestra, & neomenias, & cæremonias odit anima mea: nobis quibus Sabbata extranea sunt, & Neomeniæ, & feriæ aliquando à Deo dilecta, Saturnalia, & Ianuariæ, & Brumæ, & Matronales frequentantur, munera commeant, strenæ consonant, lusus, conuiuia constrepunt. O melior fides nationum in suam sectam: quæ nullam solennitatẽ Christianorum sibi vendicat, non Dominicum diem, non Pentecosten etiamsi nossent, nobiscum communicassent, ne Christiani viderẽtur. Nos ne Ethnici pronunciemur, non veremur. Tertul. his verbis acriter grauiterq; sui temporis Christianos reprehendit, atque culpat, quod Ethnicorum festa mutuis muneribus, ludis, atque conuiuijs celebrarent. Huiusmodi autem aduersus illos argumentationibus vtitur à minori ad maius efficacibus ad illos suæ amentiæ conuincendum. Primum si Iudæorum festa Deus odit (scilicet propter illorum abusum) quæ tamen ab illo præcepta ac instituta fuerunt, quantò magis odit Ethnicorum festa à diabolo inficita ad Dei contumeliam. Deinde si hæc ipsa Iudæorum festa, quæ olim Deo grata fuerunt, nunc Christianis debent esse extranea, quantò magis ijdem alieni esse debent, & abhorrere toto pectore ab Ethnicorum festis, quæ Deo non modò nunquam grata, sed semper inuisa atq; odiosa extiterunt. Postremò si Ethnici tam fideles sunt suæ sectæ cultores, vt nullum Christianorum solennitatem colant, ne Christiani esse videantur, quæ (malùm) hæc est Christianorum inconstantia, atque perfidia, qui dum Ethnicorum dies festos frequentãt atque colunt, videntur esse Ethnici. Iusta hæc grauisq; Tertulliani reprehensio certè ad nos quoque Christianos, qui nunc sumus, optimo iure pertinet, vt qui sacrilega huiusmodi Saturnaliorum, Matronalium, Lupercalium, Bacchanalium, Floralium, atq; alia eiusdem generis festa cum magna Christiani nominis ignominia, atq; dedecore pertinacissimè colimus. Nunc alia quoq; nonnulla festa epulationibus potissimum celebrari solita subiungamus. De Matronalibus suprà dictum est.

Tertullianus conqueritur Saturnalia, Ianuarias, Brumas, Matronalia à Christianis celebrari.

Tertulliani argumenta.

Tertulliani reprehensio ad nos quoq; pertinet.

Hercules quoque sacrificijs, epulisq; lautissimis cultus fuit, quò Tertullianus alludit Apologetici cap. 39. Herculanarum decimarum, inquit, pollinctorum sumptus tabularij supputabant. In quæ verba sic commentatur B. Rhenanus. Loquitur de diuitibus, qui decimã partem bonorum suorum Herculi pollucebant (hinc pollluctorum putat legendum) epulo votiuo, cuius lautitiam impensarum arguit magnitudo. Putabatur ea res homines fortunatos reddere. Proinde L. Sylla. M. Crassus, & L. Lucullus patrimonia sua polluxerunt. In huiusmodi decimarum Herculanarum sacrificio, epuloq; suprà quam dici possit lauto, maximis sumptibus opus erat, quos è tabulis domesticis cuiusque in diarium domini sui referebat, ad Expensi titulum, supputabatq; De Potitijs & Pinarijs dapum, quæ Herculi offerebantur, procuratoribus, vide Dionys. Halicar. lib. 1.

Herculis sacra.

Ibidem quoq; Tertullianus Apaturiorum meminit, Apaturijs, inquit, Dionysij mysterijs Atticis coquorum delectus inducitur. Hæc autem celebritas quatuor continuis diebus durabat, quibus Athenienses publicè, priuatimq; sacrificabant, atq; epulabantur. Addit Tertullianus cœnæ Serapicæ mentionem, Ad fumum cœnæ Serapicæ spartheoli excitabantur.

Apaturia.

Cœna Serapica.

Mater quoque illa magna Deum (Deß reitfels großmütter) à Romanis culta fuit mutuis epulationibus. Ouid. Fastor. 4.

Magnæ deum matris sacra.

Cum vicibus factis ineant conuiuia, quærò
Tunc magis indictas, concelebrantque dapes.

Per vices illas, mutuas sodalitates intelligit, de quibus Cicero in Catone maiore, Sodalitates enim me quæstore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis. Indictæ autem forsan fuerunt vel à Pontifice, vel à Gallis comitibus matris deûm, vel ab epulonibus. Idem,

Quod benè mutauit sedem Berecynthia, dixit
Captant mutatis sedibus omen idem.

In quæ verba commentator, Mutantur, inquit, à nobis sedes, cùm è conuiuijs discedimus, ad diuersa conuiuia, quod Romani faciebant boni ominis causa, quoniam Cybele è Phrygia Romam translata benè ac fœliciter sedem mutauerat. In his sodalitijs siue syssitijs magnæ matris apponebatur moretum (Itali Rauiolo vocant) è lacte, caseo, & herbis ob conuenientiam eius cibi cum dea. Lac enim & herbæ fuerunt veterum cibus, ipsam autem deam vetustissimam esse credebant, vt quæ esset deorum mater. Hinc Ouidius,

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum

In domina mensis? an sua causa subest?
Lacte mero veteres vsi narrantur, & herbis
Sponte sua si quas terra ferebat ait.
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ
Cognoscat primos vt dea prima cibos.

Moreti descriptionem vide apud Virg. Arnobius lib. 5. de Sacris matris deûm, Quid temperatus fabæ alimento panis, cui rei dedisti nomen castus: nónne illius temporis mutatio est, quo se numen ab Cereris fruge violentia mœroris abstinuit. Idem lauationis quoq; deûm matris meminit, his verbis, Lauatio, inquit, deûm matris est hodie. Sordescunt enim diui, & ad sordes eluendas lauentibus aquis opus, atque adiuncta antiqua cineris frictione. Turnebus Aduersar. lib. 24. cap. 45. Hilaria existimat fuisse Matris deûm ferias, quæ principio veris celebrabantur maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, quouis è populo insignia cuiusque dignitatis mentiente atque simulante liberè, & impunè, vt internosci magistratus à simulatore non posset, vt ab Herodiano in Commodo describitur, vbi Hilariorum nomen desyderatur. Vopiscus, Hilaribus, quibus omnia festa & fieri scimus, & dici. Maximus D. Dionysij interpres de iisdem sic scribit: ἦν δὲ ἑορτὴ ἐθνικὴ ῥωμαίων εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς θεῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, ὡσφησὶ δημόφιλος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν.

Terminalia. *Terminaliorum dies institutus, vt per epularum festiuitatem cæsis agnis fines seruari faciat, vt testis est Acron.*

Floralia. *Floralia quoq; cùm maxima lasciuia, ludis, atque iocis turpibus & obscœnis, conuiuijs luxuriosis, coronis, saltationibus, cultu versicolore, tùm luminibus celebrari fuisse solita, constat ex Ouid. Fastorum 5. Christianorum cuiusmodi sint hodie Floralia eodem mense Maio Polyd. Virgilius docet libro 5. cap. 2.*

Charistia. *Charistia 11. Kalend. Mart. conuiuio solenni inter amicos & consanguineos celebrari fuerunt solita, Valer. Max. lib. 2. & Ouid. 2. Fastorum.*

Proxima cognati dixere charistia chari
Et venit ad socios turba propinqua Deos. *Et paulò post:*
Dijs generis date thura boni, concordia fertur
Illo præcipuè mitis adesse die
Et libate dapes, vt grati pignus amoris
Nutriat intinctos missa puella cibos
Iam tibi suadebit placidos nox humida somnos
Larga precaturi sumite vina manu.
Et bene nos, bene tu patriæ pater optime Cæsar
Dicite, suffuso per sacra verba mero.

Monophagia Aeginetarum. *Monophagorum quoq; apud Æginenses celebritas fuit, quam Plutarch. in Quæstionibus Græcis his verbis describit, Cùm in bellum Troianum profecti essent multi Æginetæ, ac pauci inde diuersis de causis redijssent, clàm quisque suos domi comiter excipiens, ipsimet in conuiuijs ministrabant, nec alienum quenquam admittebant. Hocigitur imitantes Neptuno rem diuinam facere solebant, thyasos exercebant, & sexdecim dierum spacio silentio inter se conuiuia celebrantes, tandem solenne festum soluebant, inde μονοφάγοι, id est, solitariè vescentes fuerunt appellati. Illorum sacrorum, epularumq; præses θυσιάρχης, & locus in quo conuiuia exercebantur, θιασῶν fuit appellatus, teste Hesychio.*

Thesea sacra. *Celebria similiter fuerunt Thesea festa in honorem Thesei instituta, in quibus dabatur populo congiarium, & conuiuia luxuriosissima celebrabantur, teste Cæl. lib. 7. cap. 23. Eiusdem festi apud Aristoph. in Pluto mentio fit, vbi interpres dicit, omnes in illo festo gratis ἀθάρην, id est, farinam siue pultem, & alia quædam comedisse.*

Panathenæ Athenienſium. *Adhæc celeberrima fuerũt illa Athenienſiũ παναθηναῖα Panathenæa, in quibus singulæ Athenarum coloniæ bouem mittebant, vnde omnes propter carnium magnam copiam supra modum se cibis ingurgitabant, testis est Aristoph. interpres in νεφέλαις.*

Hecatæ cœna. *Hecatæ quoq; cœnæ non est silentio prætereunda, quam idem interpres in Pluto ita describit,*

Sub

Digitized by Google

Sub nouilunium diuites mittebant cœnam vesperi ceu sacrificium Hecatæ in triuijs, vbi cocta fuit, vnde à Latinis triuia, à Græcis τριοδῖτις fuit cognominata. Macrob.

Nocturnisque Hecate triuijs vlulata per vrbes.

Pauperiores autem esurientes diripiebant ac deuorabant ea, quæ erant apposita, cum dicerent, Hecatem ea comedisse. Sic idem aliter eadem de cœna. Moris fuit vt singulis mensibus diuites panes atque alia edulia Hecatæ apponerent, quæ pauperes, qui ex sacrificijs viuunt, sumebant atque comedebant. De eadem vide Brod. lib. 1. Miscel. cap. 24. & 29. Vtinam Christiani ipsi Christo, hoc est, pauperibus illius vicarijs multas huiusmodi dapes atq; epulas apponerent.

Memorabilis quoq; est illa Solis mensa apud Æthiopas, cuius Herod. lib. 3. meminit. Mensa illa fuit pratum quoddam in suburbanis omnium quadrupedum assa refertum carne, quam per noctem singuli ciuium magistratus apponere solebant, ad quum vbi illuxerat, cuilibet epulatum licebat accedere. Verum infinitum esset omnes festiuas epulas persequi, cum vt deorum, ita festorum quoq; apud Ethnicos ingens fuerit numerus, quæ quidē omnia, paucis exceptis, epulationibus luxuriosissimis fuerunt celebrata, quarum exempla quædam maximè illustria posui. Solis mensa.

His addere potes encænia, quæ vt olim à Iudæis mense Octobri, atq; Ethnicis, ita hodie quoq; à Christianis cùm superstitiosissimè, tum luxuriosissimè, libidinosissimeq; agitantur. Encænia.

Hæ ipsæ porrò epula sacræ seu potius superstitiosæ, in quarum explicatione versamur, rursus bifariam videntur posse diuidi, ita vt aliæ ipsis dijs, hoc est, illorum simulachris fuerint appositæ, quas non nisi sacerdotibus degustare atq; comedere concessum erat, aliæ quæ in sacrificijs, seu potius post illa fiebant diebus præsertim festis, quarum omnes qui sacris interfuerant, erant participes, de quibus adhuc dictum est. Hæc autem diuisio ex illis Varronis verbis videtur posse elici, Dapes, inquit, non sunt deorum duntaxat epulæ, aut nostræ in sacrificijs deorum, sed largiores & opipari apparatus. Alia sacrarum epularum diuisio.

Prioris generis epulæ fuerunt illæ quæ Belo, atque Draconi à Babylonijs fuerunt appositæ, quas noctu sacerdotes deuorabant, cùm miseræ plebi persuasissent illas à dijs illis deuorari, donec tandem illorum fraus Danielis prudentia detecta fuit, vt sacræ literæ testantur. Epulæ Beli & Draconis.

Similis fuit illa Hecatæ cœnæ, de qua paulò antea dictum est. Plutarch. 7. Probl. Sympos. testis est, eos qui Hecatæ, & ἀποτροπαίοις (hoc est Auerruncis dijs, vt Apollini, & Herculi) epulas apponere consueuerunt, neq; ipsos, neq; illorum domesticos ex illis quicquam degustasse, sed fumi tantum, atq; tumultus participes fuisse. Hecatæ epulæ non licebat gustare.

Huiusmodi apud Romanos fuit Iouis epulum, & lectisternia, quæ reliquis dijs parabantur. Iouis epulum, vt testatur Lazius, in publicis ludis celebrabatur, potissimum Natalitijs, & Circensibus, quotannis Idus Nouemb. & ob Iouis seu deorum regis ac principis excellentiam, propriam seorsim appellationem sortiebatur, cum reliqua conuiuia in cæterorum deorū ædibus habita, omnia vna voce lectisternia dicerentur. Meminit huius epuli crebrò T. Liuius. Lib. 5. Decad. 3. Ludi plebei per triduum instaurati, & Iouis epulum fuit ludorum causa. Et iterum lib. 7. eiusdem Decadis, Eo anno primùm, ex quo Annibal in Italiam venisset, comitium tectum esse, memoriæ proditum est, &c. & Iouis epulum fuit ludorum causa. Idem lib. 10. eiusdem Dec. P. Ælius Tubero, & L. Lectorius ædilis plebis vitio creato magistratu se abdicarunt, cū ludos; ludorumq; causa epulum Ioui fecisset, & signa tria ex multatitio argento facta in Capitalio posuisset. Idē li. 1. Dec. 4. Et plebei ludi ter toti restaurati ab ædilibus plebis L. Apustio Fullone, & Q. Minutio Rufo, qui ædilitate prætor creatus erat, & Iouis epulum fuit ludorum causa. Eiusdem epuli Arnobius meminit lib. 7. illudq; irridet his verbis, Iouis epulum cras est. Iuppiter enim cœnat, magnisq; implendus est dapibus, iam dudum inedia gestiens, & anniuersaria interiectione ieiunus. Ita Ecclesiasticus cap. 30. Et quid idolo prosunt hostiæ? tamen nec edere potest, neq; odorari. Hinc Iupiter videtur dictus dapalis à Latinis, vt à Græcis εἰλαπινάστης, quod nimirum ei sacra dapali epulo fierent. Nam vt cœnam dapalem, Marcello teste, dicimus, quæ amplis dapibus plena est, & à Græcis ἑλαπίνη dicitur, ita & Iupiter dapali videtur esse dictus. M. Cato in lib. de Re rustica, Dapem, inquit, hoc modo fieri oportet, Ioui dapali culignam vini quantamuis polluceto: eo die feriæ bubus, & bubulcis, & qui dapem facient: cum pollucere oportebit sic facies: Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo, familiaq; mea, culignam vini dapi eius rei ergò. Macte hac illace dape pollucenda esto. Minus intera Iouis epulum. Iupiter dapalis. Dapem quomodo fieri oportet.

luito. Postea vinum fumito. Iupiter dapalis, macte istace dape pollucenda esto. Macte vino inferiori esto. Veste si voles dato. Daps Iouis assaria pecuina, vrna vini Iouis castè. Profanate sine contagione. Postea dape facta serito milium, panicum, allium, lentim. Hæc de ratione faciendæ dapis Iouis dapali. Erat autem daps antiquis, teste Festo, res diuina, quæ fiebat aut hyberna semente, aut verna, quod vocabulum à Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαῖς dicitur. Nec verò Iouis tantum, verumetiam cæteris dijs dapes fuerunt appositæ, quæ lectisternia fuerunt appellata. Lectisternia, inquit Lazius, sacra erant conuiuia ex victimis & immolatis in templis deorum, à stratis lectis, quibus ordine discumbebatur, sic dicta. Horum crebra à T. Liuio fit mentio, vt lib. 9. decade 3. libro secundo eiusdem decadis. Lectisternia tribus dijs Ioui, Iunoni, & Mineruæ, Romæ in Capitolio hoc modo fiebant. Iouis simulachrum statuebatur in lecto recubans: Iunonis & Mineruæ imagines in sellis considebant, vnde Val. Max. colligit viros antiquitus in lectulis, mulieres verò in sellis discubuisse: deinde multa nocte appositis epulis, septem epulones introducebantur, qui cibos sacratos comedebant. Huiusmodi lectisternia impendente, aut iam premente atque vrgente magno aliquo malo à Romanis fieri consueuerunt, quorum crebra à T. Liuio, & alijs scriptoribus fit mentio. Exempla si vis multa vide apud Lazium libro vndecimo capite quinto. Lectisternium facere, celebrare, habere, curare, deos stratis lectis placare, tritæ sunt Liuio dicendi formæ. Arnobius libro septimo, Lectisternium Cereris erit Idib. proximis: habent enim dij lectos, atque vt stratis possint mollioribus incubare, puluinorum tollitur atque excitatur impreßio. Christiani ab huiusmodi lectisternijs ita abhorruerunt, vt mortem oppetere, quàm illa celebrare maluerint, vt Marcelli Pontificis, ac multorum aliorum historiæ testantur.

Daps quid.

Lectisternia.

Lectisternia quid.

Ratio faciendorum lectisterniorum.

Puluinaria deorum.

Huiusmodi porrò lectisternia atque epulæ puluinaria quoque deorum appellantur à Cicer. lib. 4. Tusc. vel interprete Flacco, qui scribit,

Nunc saliaribus ornare puluinar deorum

Tempus erat dapibus sodales: sicuti annotat Turnebus in suis aduersarijs. Vtam tem addit idem, rei diuinæ tibias, sic dapibus deorum, & puluinaribus adhibebantur fides, imitati, vt opinor, veterem poetam, apud quem Ioui epulanti Apollo fidibus canit. Puluinaria propriè, Teste Seruio in Virgil. erant lecti, qui in templis sterni consueuerunt in honorem deorum: dicuntur autem puluinaria quasi pluminaria, quia plumis replebantur. Synecdochicôs sine metonymicôs autem puluinaria, vt & lectisternia pro toto illo sacrarum epularum apparatu atque celebratione accipiuntur.

Puluinaria quid.

Triumuiri epulones.

Huiusmodi autem epulas Ioui cæterisq; dijs indicendi instruendiq; potestatem qui habuerunt, ij tres primùm belli Macedonici temporibus Romæ creati fuerunt, qui triumuiri epulones fuerunt appellati, vt testis est Liuius libro tertio belli Macedonici. Hinc Cicero libro tertio de Oratore, Veteres, inquit, Pontifices propter sacrificiorum molestitudinem tres viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Idem in Oratione de aruspicum responsis, Vos, q; pontifices, ad quos epulones Iouis Opt. Max. si quid est prætermissum, aut commissum, afferunt, quorum sententia illa eadem renouata, & restaurata celebrantur. His autem tribus postea duo additi vt quinque essent, ac tandem theatralium ludorum, atque Circensium ambitione ad septem vsque fuerunt producti, qui Septemuiri epulonum fuerunt appellati.

Septemuiri epulonum.

Epulones dicebant antiqui, inquit Festus, quos nunc epulones dicimus. Datum autem est his nomen, quod epulas indicendi Ioui, cæterisq; dijs potestatem haberent, vt epulares qui in quibusdam ludis nocte epulabantur, teste eodem. Hos Arnobius libro secundo irridens: Sacras, inquit, facitis mensas salinorum appositu, & simulachris deorum: Augustinus de Ciuitate Dei, asseruit epulones perpetuos fuisse, qui ad auream Iouis mensam statuæ oppositam perpetui erunt conuiua, vt mimorum potius & parasitorum contubernia, quàm Dei sacra celebrarentur.

Epulæ sacræ antiquitus tenues & parabiles fuerunt.

Animaduersione quoq; dignum est has ipsas epulas, quæ in honorem deûm in templis ponebantur, antiquitus apud Romanos tenues, & parabiles fuisse, non sumptuosas, neque splendidas, id quod Dionysius his verbis testatur libro secundo: ἐγὼ γὲν ἐθεασάμην ἐν ἱεραῖς οἰκίαις λεῖπτα προκείμενα θεοῖς ἐν τραπέζαις ξυλίναις ἀρχαιικαῖς, ἐν κανοῖς, καὶ πινάκιοις κεραμίοις ἀλφίτων μάζας, καὶ πόπανα, καὶ ζέας, καὶ καρπῶν τινῶν ἀπαρχὰς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λιτὰ, καὶ δεδάπανα, καὶ πάσης ἀπεσχαλίας ἀπηλλαγμένα. Hoc est, Ego igitur vidi in sacris ædibus epulas dijs

las dijs appositas in mensis lapideis antiquo opere elaboratis, in canistris atque patinis fictilibus, pulsem, placentas, far, atque fructuum quorundam primitias, aliaque huiusmodi tenuia, parabilia, omnisque magnificentiæ immoderatæ expertia. Eodem spectat illud Valerij libro secundo capite 1. Primitus, inquit, ex libamentis victus sui deos eò efficacius, quò simplicius placabant. Hinc Horatius suas cœnas frugi, atque modicas, sed iucundas & suaues, cœnas deûm appellat, illis scilicet antiquis cœnis eas comparans. Atque hæc quidem satis sint dicta de superstitiosis, luxuriosisque ethnicorum veterum epulis atque conuiuijs, quæ illi in ficulneorum suorum deorum honorem, diebus festis agitare consueuerunt.

Nunc vt hunc tandem locum de sacris conuiuijs concludam, luce meridiana clarius est, nos Christianos hodie dies nostros festos cùm in Dei, tùm in sanctorum honorem institutos, ethnicorum planè more atque imitatione, partim ritibus atque cæremonijs quibusdam ineptis atque superstitiosis, partim epulationibus seu potius belluationibus immanissimis, partim denique ludis turpibus & obscœnis celebrare, seu potius, vt antiqua dicendi forma vtar, profestos facere. Nam profestum facere, referente Festo, dicebatur, qui ferias vitiabat & profanabat, inauspicatasque reddebat et profanas. Non ergo Deo, non sanctis, sed potius id quod experientia quotidiana testatur, Baccho, Cereri, atque Veneri, hodie plærique, proh dolor, Christianorum festa sua celebrant, ita vt antiquis illis Ethnicorum Saturnalibus, Bacchanalibus, Eleusinijs, Floralibus, atque Lupercalibus simillima esse videantur. Festa mundanorum, inquit Thomas super Ioannem 7. lect. 1. in fine, sunt in epulis atque delitijs corporum, sed festa Spiritualium sunt in delectatione Spiritus. Vnde constat nos Christianos, nõ spirituales, sed mundanos planè esse, quorum animi diebus illis toti sunt in patinis. Nam cum deberemus sacris illis diebus animos nostros verbi diuini nectare & ambrosia, ac rerum cœlestium meditationibus pascere, nos contra corpora, cordaque nostra immoderato cibo potuque ita aggrauamus atque obruimus, vt neque corpus, neque mens nostra amplius officium suum facere, hoc est pij honestique aliquid vel agere, vel meditari possit. De diei dominici prophanatione Gregorius suo quoque tempore conquestus, in epistola ad Augustinum Angloum, Distinctione 4. Canon Denique. De ipsa verò die dominica, inquit, hæsitamus, quid nam dicendum sit, cum omnes laici atque sæculares illo die plus solito cæteris diebus accuratius cibos carnium appetant, & non nisi noua quadam auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent. Quantò iustiorem bonus iste pater, si nostris hisce temporibus viueret, haberet conquerendi causam, quibus non laici modò atque sæculares, vt ille loquitur, sed etiam clerici, verbique diuini ministri, dominicum illum diem potando belluandoque consumunt. Verè sapienterque Isychius dixit lib. 4. in Leuiticum, capite 1. dies festos animo, non corpore celebrandos esse: sic enim Christum festa eloquio sacro celebrasse. At nos Christiani non animis, sed corporis potius delitijs ac voluptatibus, non sacris eloquijs, sed scurrilibus potius dictis factisque festa nostra celebramus, seu potius contaminamus atque polluimus. De comessationibus, quæ diebus festis exercentur, vide grauissimas iustissimasque Augustini querelas epistola ad Auentinum episcopum, Distinctione 44. Can. Comessationes. Item de Sabbato ad Bonifacium libro 1. contra 2. epistolas Pelag. Idem in Psal. 91. Iudæos reprehendit, quod sabbatis suis cessent à bonis operibus, non autem à malis, cùm, vt Chrysostomus quoque scitè admodum dixit Concione 1. de Lazaro: Sabbatum non otij, sed spiritualis negotij causa datum sit. Ibidem satius esse dicit arare in Sabbato, quàm saltare, quemadmodum etiam idem libro 10. de chordis, satius esse dicit Iudæos in sabbatis operari, quàm spectaculis interesse, & mulieres eorum die Sabbati nere, quàm totà die in neomenijs impudicè saltare. Hæc sanctus ille pater de Iudæis sui temporis conqueritur, annon multò iustius de nobis Christianis, si hodie viueret, conqueri posset, qui diebus dominicis cæterisque festis partim ludorũ turpissimorum spectaculis, partim tripudijs atq; saltationibus lasciuissimis toti sumus intenti? Ac omnino Iudæos sancto illo Sabbati ocio, quod à Deo institutum fuerat, ad Dei cultum celebrandum, ad voluptates atq; delitias illicitas & inhonestas abusos fuisse, ex Plutarchi quoq; illo prob. Sympos. lib. 4. prob. 5. constat, vbi dicit illorum Sabbatum nõ fuisse ἀνεσιδιόνυσον, id est, Baccho alienũ; propterea quod illo die merũ gustare, & ad bibendum ebrietatemq; se inuicem incitare fuerint soliti. Vnde colligit, illos Bacchum coluisse, qui etiam Sabbus nonnunquã fuerit dictus, quod ipsum Sabbi nomen forsan ab Hebræo Sebaoth promanauit. Ethnici diebus festis saltationibus omnino fuerunt dediti: Hinc Virgil.

Christianorum festa luxuriosissima.

Dici dominicæ prophanatio.

Sabbati abusus.

Pars pedibus plaudunt terras, & carmina dicunt. *Idem:*
Immemores nostri festas duxêre choreas.

Sic hodie quoq; apud Christianos, vt Polyd. Virg. inquit, nulla alia de causa fit gratior, dies festus iuuentuti, quam vt otium sit ad choreas ducendas, & id cum primis apud Italos. Cyrillus de abusu sacrorum festorum iusta querimonia. *Cyrillus in Euan. Ioan. lib. 8. cap. 5. in illa verba: In Pascha insidias tendebant: de hoc luxurioso festorum abusu grauissimè conqueritur his verbis: O impietatem, inquit, quum magis virtuti est incumbendum, magis à sceleribus abstinendum, tum innocentè capere conantur. Sed, próh dolor, quàm plurimi inter Christianos hanc Iudæorum improbitatem imitantur, qui diebus festis, aut ludis illiberalibus, crapulæ, choreis, aut alijs mundi vanitatibus dediti, quum Deo diligentius obsequium exhibere, quum templa Dei frequentare, orationibus insistere, atq; ecclesiastico interesse officio deberent, tunc maximè Deum dissolutissimis suis moribus irritant, &c. Nec verò patres tãtum, verumetiam imperatores Christiani hunc feriarum abusum qui paulatim magis magisq; inualuit, seuerissimis suis edictis atq; sanctis reprimere sunt conati. Extat hac de re lex Leonis & Antonini imp. in Cod. de ferijs, Dies maiestati altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec vilium exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaq; diem ita semper honorabilem decernimus & venerandum, vt à cunctis executionibus immunis habeatur.*

Imperatorum Christianorũ studium tollendi festorum abusum.

Huiusmodi ergo & sancti illi patres monitis, & imperatores edictis atq; legibus sanctis certè atque seueris impium hunc atq; prophanum festorum abusum coercere sunt conati, verum ille nihilominus paulatim magis magisq; creuit, ita vt nostris hisce temporibus ad summum impietatis improbitatisq; gradum peruenisse videatur. Mirum itaq; profectò non est, Christianum orbem hodie tantis malorum mole premi atq; vexari, cum iustum & æquum & iustitiæ diuinæ consentaneum sit, vt feriæ hæ nostræ feræ atq; immanes, hæc inquam nostra festa, Deo hominibusq; infesta atq; funesta secundum Amos & aliorum prophetarum oracula, in luctum conuertantur. Nam si ille, qui die sabbati ligna paucula ad vitæ necessitatem collegit, ipsius Dei iussu atq; mandato lapidibus fuit obrutus, quàm grauem quæso & atrocem pœnam nos Christiani meremur, qui vsuris, fœnorum iniustorum exactionibus acerbis, qui gula, ebrietate atq; libidinibus impuris hosce Deo consecratos dies assiduè poluimus atq; contaminamus. Verùm colophonis loco Censorij longè me grauioris verba, Polydori nimirum Virgilij mihi subijcienda putaui, quibus ille de festorum & multitudine & abusu hoc modo conqueritur. Deinde dies alij alijs festi festis ex paruis quandoq; causis accumulati sunt, id quod haud scimus an expediat, cùm præsertim videamus, eò redijsse Christianorũ mores, vt quàm olim ex religionis vsu erat, hæc instituere, tam nunc præstare videatur eadem antiquare, cum bona pars hominum otium illud festorum dierum non ad orandum, non ad diuina scripta audienda, cuius rei causa datum est, sed ad omnifariam bonorum morum corruptelam augendam, indies magis magisq; impudenter consumat, dictitans se id animi gratia facere, quasi planè sentiens cum Platone, qui ob illud ipsum Deum eiusmodi sacra festa instituisse dicebat. Atq; ita bellè Ethnicos perinde in hac re, vt in nimis multis alijs æmulamur, quod tantum aberat, vt maiores nostri facerẽt, vt etiam illud ipsum audacter ijsdem Ethnicis vitio darent, teste Tertulliano in apologetico, cum de Cæsarum solennibus loquitur, vbi inquit: Propterea igitur publici hostes Christiani, quia imperatoribus, neq; vanos, neq; mentientes, neq; temerarios honores dicant. Grande videlicet officium, focos & choros in publicum ducere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, certatim cursitare ad impudentias, ad iniurias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium, per publicum dedecus? O nos meritò damnandos: aut enim vota & gaudia Cæsarum casti & sobrij & probi expungimus, &c. Non putauit Tertullianus futurũ, vt ista omnia in nostros Christianos aliquando caderent, qui hoc loco ethnicos deridet, & tamen venit tempus, quum eas potius Cæsarum, quàm Christi solennitates celebramus. Faxit igitur Deus, vt pontifices nostri tandem aliquando istos festos dies vtiles reddant, quod facient, si minuendos ac castè celebrandos curarint. Similis huic de festorum & multitudine & abusu fuit olim Michaelis archiepiscopi Alrisidorensis, Porti de Aliaco, Gazæ, aliorumq; piorum ac doctorum virorum oratio & querela. His adde re postremò iuuat Gregorij Nazianzeni verba in Orat. 2. contra Iulianum, quibus ille egregiè cùm ethnicam, tum veram Christianisq; dignam festiuitates celebrandi consuetudinem describit. Πρῶτον μὲν ἀδελφοὶ πανηγυρίσωμεν, μὴ φαῦλον πόμπην σώματος, μηδὲ ἑορτὴν ἐξαλλαγῆς, καὶ πο-

Lib. 6. cap. 8.

λιτείας

χιλίαις, μηδ' ἡσύμοισι καὶ μίθαις, ὧν κοίτας καὶ ἀσυλγείας τὸν καρπὸν ἔμαθες. Μηδ' ἐ ἄνθεσι σέφωμεν ἀγυιὰς, μηδ' ἐ μύροις αἰχύναις ζαπίζας, μηδ' ἐ θεόθυρα καλλωπίσωμεν, μὴ τῷ αἰσθητῷ φωτὶ καταλαμπίσθωσαν οἰκίαι, μηδ' ἐ συναυλίαις, καὶ κρόβοις θελιηχείσθωσαν: ἔτος μὲν γὰρ ἐλλη νικῆς ἱερομηνίας ὁ νόμος. *Primùm igitur fratres festiuitatem peragamus non corporis hilaritate, neq; vestimentorum cultu, & varietate, non comessationibus, & ebrietate, quarum fructum cubilia, & libidines esse didicimus. Non floribus vias coronemus, nec vnguentorum opprobrijs mensas, neq; fores ornemus, non lumine sensibili domus resplendeant, neque concentibus resonent, ac plausibus. Hæc enim gentilium solennitatum lex est. Subiungit deinceps germanum atque genuinum dies festos piè sanctéq; celebrandi modum. Nos autem, inquit, Deum honoremus, ψυχῆς καθαρότητι, καὶ διανοίας φαιδρότητι, καὶ λύχνοις τοῖς ὅλον τὸ σῶμα φωτίζουσι τῆς ἐκκλησίας, θείοις λόγοις θεωρήμασι, καὶ νοήμασι, id est, Sed animæ potius puritate, mentisq; hilaritate, lampadibus quoq; quæ totum corpus ecclesiæ illuminent, diuinis inquam contemplationibus, & cogitationibus, quæ ad sacrum suscitent lampadem, & vniuersum terrarum orbem illuminant. Huc addit vnguenta, mensam, flores, atque spirituales coronas, hymnos pro tympanis, psalmodiam pro carminibus atque cantilenis turpibus, plausum ἐκκλησιαστικὸν gratias agentem, pro plausu theatrico, ac manuum complosione benè resonante, grauitatem pro risu, sermonem ἔμφρονα prudentem pro ebrietate, σεμνοπρέπειαν decorem venerandum pro delitijs, deniq; tripudia non mortiferæ illi atq; lasciuæ Herodiadis, sed castæ, religiosæque Dauidis circa aram Domini saltationi similia.*

SEPTIMA CONVIVIORVM DIVISIO

SECVNDVM SYMBOLAS. DE SYMBOLARVM NOminibus Græcis, Latinis, de conuiuijs symbolicis, seu collatiuis, & asymbolis.

CAPVT XXXIIII.

SEQVITVR *septima conuiuiorum diuisio secundum symbolas.* Συμβολὴν *Græci, & symbolam Latini vsucapto vocabulo, necnon collectam Latino & proprio vocant portionem siue pecuniariam siue penuariam, quam pro sua quisq; parte confert in cœnam communem. Terent. in And. ebò, quid Pamphilus? quid? symbolam dedit. Plautus in Sticho, eadem nocte symbolam dabo, & iubebo ad Sagarinum cœnam coqui. Idem in Curcul. Symbolarum collatores apud forum piscariũ, id est, qui conferunt symbolas. Item in Epidico: Sine meo sumptu paratæ iam sunt scapulis symbolæ. Locus est elegans à symbolis & cœnis collatiuis tractus, quo significat paratas esse suis scapulis plagas frequentes & crebras, quæ tãquam symbolæ, diuersis ex partibus in suas scapulas conferrẽtur. Symbolam autem, non symbolum, vt vulgò legitur, in locis antè cõmemoratis & alijs legendum esse Turnebus, Lambinus & alij viri docti satis iam docuerunt. Symbolum tamen in eadem significatione dicitur apud Gell. lib. 6. c. 13. Talia apud Taurum symbola, &c.*

Symbola, siue collecta quid.

Symbolarum collatores.

Symbolam, nõ symbolum legendum.

Συμποσιόμβραquoq; (*aliqui* συμποσιάμβρα *legunt*) *apud Pachymerium lib. 1. ca. 2. huiusmodi collectæ siue symbolæ appellantur. Vocantur etiam à nonnullis αἰτητὰ, nempè quod à singulis peti siue exigi solent. Item ἔρανοι, de qua voce postea. Præterea cùm ipsa conuiuia, de quibus suprà: tùm portiones, quas singuli in illa conferebant, συσσίτια videntur fuisse appellata, secundum illud Athen. lib. 4.* Οἱ δ' ἐλύκποι συνάγυσι μὲν τὰ κοινὰ συσσίτια ἔτους. ἕκαστον τῶ γινομένων καρπῶν ἀναφέρει τὴν δεκάτην εἰς τὴν ἑταιρείαν, *&c. Εισφοραὶ quoq; & καταβόλαια à Proclo in Hesiodum appellantur. Latinè proprio vocabulo collectæ appellantur, à colligendo. Cicero de Orat. lib. 2. Ego verò, inquit ille, quoniam collectam à conuiua Crasse exigis. Collecta, inquit Turnebus in suis Aduers. est pecunia, quæ exigitur. Posset & eo nomine etiam censeri symbola, id est, collatio quæ à conuiuis in cœnam aut prandium confertur, siue pecuniaria, siue penuaria sit. Est etiam collecta, cœna, quæ à Græcis ἔρανος vocatur, vt sodalium epulæ, & accubatio epularis iuuenũ, vt tetradistarum symbolam conferentium. Ausonius, Aut parasitorum collectas Plautinorum. Collectæ vulgò collationes & comessalia appellantur.*

Συσσίτια.

Αἰτητὰ.

Εισφοραὶ καταβόλαια Collectæ vulgò collationes, & comessalia.

Digitized by Google

Cœnæ duplices. *Animadvertendum porrò est cùm apud Græcos, tùm apud Latinos, quemadmodũ & hodie apud omnes ferè gentes, cœnas alias fuisse conuiuatoris sumptu apparatas & instructas, alias in quas suam quisq; partem conferebat. Posterioris generis cœnæ, quæ olim fuerunt vsitatissimæ, à Græcis hisce vocabulis appellantur. Primò appellatur ἔρανοι, de qua voce præter illa quæ supra dicta sunt, hic alia quædam adijciam notatu digna. Suidas:* Ἔρανος ἡ ἐκ κοινῆς εἰσίασις. *Eustath. ex Athenæo:* Ἔρανος *dicitur τὸ ἐκ συμβολῆς γινόμενον δεῖπνον. Idem Od. α. dicit veteres olim tribus ferè modis ad epulas conuenisse, nimirum* ἐν εἰλαπίνῃ, ἐν γάμῳ, καὶ ἐν ἐράνῳ. *Addit:* Καὶ ὁ μὲν ἔρανος κόσμιον καὶ οὐδὲν πολυτελὲς, ἀλλὰ καὶ φειδωλῶς ἥδιον, ὡς τὰ πολλὰ ἐρανίζειν, ὡς αὖ ἴδιον εἶναι τοὺς ἐρανιστὰς, *hoc est, cœna collatitia moderata erat atq; frugalis, minimeq; sumptuosa, plærunq; etiam parcè eranistæ comedebant, cum quisq; suo frueretur. Deinceps* ἔρανον *definit* τὴν ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς ἥψιν καταβολῆς καὶ δαπάνης πολλῶν πενῶν ὠφελίαν, *id est, conuiuium multorum ex communi collatione atq; sumptu. Addit Hesiodi testimonium, de quo postea. Idem Od. λ. de voce* θίασος *& ἔρανος ex Athenæo pluribus disserit, vbi* συνερᾶσθαι (*in exemplari Athenæi legitur* συνερᾶν). *vnde Athenæus* ἔρανον *vult dictum, nouam vult esse vocem. Idem Il. π. 1113. Sciendum est, inquit,* τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον *cœnam ex symbola Hesiodo idem esse, quod* ἐκ κοινῆς, *id est, ex communi, quæ* ἔρανος *dicitur,* ἐν ᾧ συνέβαλλον ἕκαστος τὸ πρὸς ἰσχὺν εἰς χρείαν συνδείπνου συμβαλλόμενοι, *in qua quisq; pro sua facultate conferebat ad vsum conuiuij collatitij: quæ autem nou erat huiusmodi,* ἀσύμβολος *dicebatur,* διὰ τὸ δωρεὰν δειπνεῖσθαι καὶ δαπάνης. *Vocem* ἔρανον *non malè meo iudicio deduount* ἀπὸ τῆς ἔρωτος, *id est, amore, vel quia* ἔρασται, *id est, amabiles, iucundi & suaues illis fruerentur: vel quia qui ad eas conuenirent essent* ἐρασινόοι, *hoc est, animorum ac voluntatum mutuo amore colligati. Idem Eustathius Il. ρ. de voce* εἰλαπίνης, θιάσου, ἐράνου, ἔρανον *definit* τὴν ἀπὸ συμβολῶν συναγωγὴν, *quæ etiam* θίασος *dicatur: & qui ita coepulabantur, dicti sunt* ἐρανισταὶ, θιασῖται *& θιασῶται. De hac voce* θίασος, *quæ idem significat, quod* ἔρανος, *suprà satis est dictum, inde petes quæ huc pertinent.*

Δεῖπνον συναγώγιμον. Δεῖπνον συμβλητὸν, ἐκ συμβολῆς. Δεῖπνον ἀπὸ σπυρίδος. *Dicitur præterea huiusmodi conuiuium* συναγώγιον, *&* δεῖπνον συναγωγίαιον ἀπὸ τοῦ συνάγειν, *teste Athen. lib. 8. sub finem & Eustath. Idem verbum ponitur Apoc. cap. 19. vbi angelus inuitans aues ad deuorandum carnes occisorum, ait:* δεῦτε καὶ συνάχθητε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου θεοῦ. *Adeste & congregamini ad cœnam magni Dei. Item* δεῖπνον συμβλητὸν *&* ἐκ συμβολῆς *&* συμβολιμαῖον *passim apud Athen. & Eustath. Vocatum etiam fuit* δεῖπνον ἀπὸ σπυρίδος *& est, cœna è sportula, teste Athen. lib. 8. sub finem:* ὅταν τις αὐτὸς αὑτῷ σκευάσας δεῖπνον, καὶ σὺν θεοῖς εἰς σπυρίδα παρά τινα δειπνήσων ᾖ, *hoc est, quoties aliquis sibi parasset cœnam, eaq; sportulæ imposita iret apud alium cœnaturus. Arrianus in Epicteto id vocat* σπυρίσι δειπνῆσαι. *Huiusmodi cœnas veteribus notas fuisse probat illis Pherecratis versibus:*

Σκευασάμενος δεῖπνον ἐν τῷ σπυρίδιον Ἐβάδιζεν ὡς πρὸς ὠφέλειαν.

Id est, Cum præparasset cœnam vt habens sportulam, ibat vt ad vtile. Idem tradit Eustath. Od. β. 294. vbi dicit cibaria quondam non solùm κανέοις καὶ πίναξι, verumetiam σπυρίσιν *fuisse composita, vnde dicta sint* δεῖπνα ἀπὸ σπυρίδων. Σπυρίδα *autem dici παρὰ τὸν πυρὸν, quod significet* σῖτον, *vnde &* σῖτα, *& Homerici* πύρνοι *deducuntur. Brod. lib. 6. Miscell. cap. 17. Hoc genus victus, inquit, durat hodie inter locupletes aulicos: nam Gallicum vulgus cœnam coctam ac paratà lancibus deferendam curat. Athen. lib. 8. à veteribus etiam* ἀπὸ ὀσίμων πίνα δεῖπνα *dicit fuisse appellata, quæ ab Alexandrinis dicta sint* ἐξ ὀπαδομάτων: *quæ forsan eadem sunt, quæ cœnæ ex symbolis, siue ex sportula dicuntur, tametsi hæ paulò post separatim ab Athenæo ponuntur. Denq; huiusmodi conuiuium ab Hesiodo* ἐκ κοινῆς *appellatur lib. 2.*

Σπυρὶς vnde dicta. Δεῖπνα ἀπὸ ὀσίμων. Conuiuium ἐκ κοινῆς.

Μηδ' ἐπὶ πολυξείνῳ θοίνατος δυσπέμφελος (σκληρὸς, δυσαγωγὸς) ἔστω,
Ἐκ κοινῆς πλείστη δὲ χάρις, ὀλίγη τ' ὀλιγίστη. *Id est,*
Neque ad conuiuium publicum grauiter accesseris.
Nam ex communi plurima gratia, minimus sumptus.

Epularum collatitiarũ vsus. *His verbis Hesiodus cœnarum huiusmodi collatitiarum dignitatem vtilitatemq; describit, ac proinde illas non fugiendas, sed adeundas esse docet: quemadmodum Proclus in suis cõmentarijs diligentiè explicat. Tzetzes ibidẽ* ἐκ τῆς πολυξείνου δαπάνης *interpretatur* ἐκ τῆς συναθροίσεως, ἢ ἐκ φορᾶς, ἢ ἐράνου, καὶ ἃ καλοῦμεν καταβόλαια, ὅταν κοινὰς διδόντες δαπάνας πρὸς συμπεσιάζωσιν. *Tzetzes*

Τρεχτες ſymbola συσσίτια, εἰσφορὰς, ἐράνους, & καταβόλαια vocat. Euſtath. quoq; idem epularũ genus vehementer cõmendat, cùm alibi, tùm verò atq; in primis Od. α. in hæc verba Telemachi:

——Αλλας δ' ἀλεγύνετε (ἀρτύσατε, σκευάζετε) δ' αὖτας
Τμὰ κτήμαθ' ἕδοντες ἀμειβόμενοι κατὰ οἶκους.

Quoniam apud veteres, inquit, erant conuiuia quædam ἐκ τῆς παρ' ἑκάστοις κοινολίων, quorum poëta his verbis mentionem facit. Huiuſmodi cõuiuij genus ἔρανος dicitur, ad quod Telemachus proceres adhortatur, quaſi diceret: Quod ſi διὰ φιλίαν ὁμονοητικὴν καὶ φιλαλληλίαν ποιεῖσθε τὰς συντελεύσεις, hoc eſt, propter amicitiam concordem, mutuamq; beneuolentiam conuiuia agitatis, licet id vobis facere ex veſtris bonis. Addit: Αἳ δ' ἐτοιῶνται δ' αὖτες, κοινωνίαν ἐποίουν τῆς καλουμένης δαπάλης οἵπερ εἰσὶ δ' αὐτυμόνες, διασῶνται, συμπόται. Huiuſmodi epula cõuiuantium coniunctionem gignebant, qui coepulones atq; compotores appellantur. Ariſtoph. interpres in Pace in illa verba: Ὡς καλὸν τὸ σῖφθ' αὐτῇ φαίνεται καὶ πυρικὸν καὶ χορτῶδες, ὥσπερ μάζα καὶ πανδαισία. Οταν γὰρ εἰς κοινὸν ἐσιῶνται ἑκάστου φέροντος ἑαυτῷ δεῖπνον, πυρικὰ πάντα φαίνεται, πᾶσι μὲν τὰ θερμὰ φάγεα φερόντων, πᾶσι δὲ αὐτῶν ἐσιοῦσιν. Ibidem δεῖπνον dici vult ſecundum quoſdam, in quo vnuſquiſq; cibaria afferens, illa in commune deponit, & omnes omnium ſunt participes.

Συμβολὴ autem dicitur ἀπὸ τῦ συναβάλλειν, id eſt, conferendo, quod Germani vocant zuſammen ſchüſſen oder tragen. Euſtathius Od. α. 40. συμβάλλειν idem quod συγκεκρατεῖν καὶ βοηθεῖν ὁμῦ ἰόντα. ὅθεν καὶ συμβολὴ ἡ ὅτι ἐράνου. Ibidem plura tradit de varijs ſignificatis vocabuli συμβολὴ & συμβάλλειν. Idem Od. λ. συμβολὰς συμποσιακὰς dicit per periphraſin ab Athenæo εἰσαγωγὰς ἀπὸ τῆς συμβαλλομένων appellari, quibus verbis ille ἔρανος definit. Ariſtoph. Scholiaſt. Dicitur συμβολὴ ὅτι δεῖπνον τῦ ἐκ κοινῦ συντελουμένου, quos ἐράνους Homerus vocat. Athen. lib. 8. ſub finem, συμβολὴν dicit appellari τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῆς πινόντων εἰσφερομένην, id eſt, ſymbolam dici, quæ à bibentibus in ſympoſia inferretur. Hinc etiam Theologi nonnulli, vt illud obiter addam, inſignem illam Chriſtianæ fidei religionis & epitomen Symbolum Apoſtolicum volunt eſſe appellatum, ducta ſimilitudine à collatitijs illis epulis. Nam quemadmodum ad illas ſinguli conuiuæ certas quaſdam portiones vel pecuniæ vel eſculentorum atque poculentorum conferre ſolent: Sic ad hoc quaſi ſpirituale fidei religionis & epulum inſtruendũ ſinguli Apoſtoli certa quædam capita ceu ſymbola contulerunt. Vnde etiam nõnulli Canoniſtarũ, vt Durandus in Rationali diuinorum, ſymbolum à σὺν, quod eſt ſimul, & bolus, quod eſt morſellus, voluerunt eſſe deriuatum: quia vnuſquiſq; Apoſtolorum ſuum quaſi bolum ſiue morſellum, id eſt, partem ſuam apposuit. Alij tamen illam religionis Chriſtianæ ſummam, ſymbolum volunt eſſe dictam, metaphora ducta à ſymbolis ſiue teſſeris militaribus, eò quòd Chriſtiani veri & orthodoxi, ceu ſpirituales Chriſti ſummi Imperatoris milites ab exploratoribus atque hoſtibus, hoc eſt, idololatris atque hæreticis optimè dignoſcuntur. His adde, quòd, vt Turnebus docet in ſuis Aduerſarijs, teſſeræ, quibus Græci in pactis conuentiſque vti ſolebant, σύμβολα fuerunt appellata, quæ loco tabularum & ſyngrapharum erant, atque ex his ius dicebatur, id quod Ariſtotelis, Demoſthenis, atque Suidæ teſtimonijs confirmat. Eodem modo ciuitatis Dei, hoc eſt, eccleſiæ ciues ſymboli huiuſce Apoſtolici atq; catholici communione coniuncti, eodem iure fruuntur.

Συμβολὴ ſymbolum Apoſtolicum.

Argiui, teſte Athenæo, τὴν διὰ συμποσίου συμβολὴν, appellabant χὰν, τὴν δὲ μερίδα, αἶσαν. Euſtath. Ιλ. π. hæc citans, addit: χὰν deriuari ἐκ τῦ χῦν, quod quidem eſt vas conuiuiale, quod etiam χοεὺς Atticè appellatur, vnde χοέως, χῦς & Doricè χὼς, ſicut βῦς βῶς Doricè appellatur. Terentius in Eunucho: Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Pyræo in hunc diem, vt de ſymbolis eſſemus, Chæream ei rei præfecimus: ἐρανάρχης dicebatur, qui ſymbolis tolligendis præerat. Hîc obiter nota adoleſcentes in Pyræum (qui portus erat Atticæ) conuiuia agitandi cauſa conuenire ſuiſſe ſolitos. Eſt eiuſdem nominis portus Corinthiacus, vbi conſentaneum eſt maiorem fuiſſe luxum. Hinc videtur tractum ſcomma illud prouerbiale, quod Iulius Pollux libro ſexto, capite ſexto refert ex Ariſtotele, Τὸν πειραία μὴ πεναγίαν ἄγειν, id eſt, Pyræum non vehere vaſa inania, in eos qui gaudent ſemper cibo potuque diſtendi, vt Eraſmus in ſuis Adagijs annotat.

χὰν Argiuorum.

Mos epulandi in Pyræo.

Epulæ quæ ſoliis conuiuatoris ſumptibus conſtant.

Hæc de Græcorum epulis συμβολιμαίοις, quas conſtat olim diligenter ſanctéque ab illis coli plurimiſque fieri ſuiſſe ſolitas, ceu optimas amoris, amicitiæque mutuæ effectrices. Epulæ autem quæ ſolius conuiuatoris ſumptibus conſtabant, ab illis εἰλαπίναι & ἀσύμβολοι fuerunt appellatæ.

Digitized by Google

Δεῖπνον ἀσύμβολον. Ἀσύμβολοι. Ἀλλοτριοφάγοι.

Eustat. Οδ. α. Δεῖπνον ἀσύμβολον, Athenæo τὸ δωρίαν, καὶ ἄνευ ἐφόδου. Cœnae similiter qui illis fruebantur, dicti sunt ἀσύμβολοι (vt & βραχυσύμβολοι parùm ad conuiuia pro sua parte conferentes) quique huiusmodi cœnas nimis auidè consectabantur, ἀλλοτριοφάγοι per contumeliam fuerunt appellati: cuiusmodi erant parasiti. Eustat. in hæc verba Telemachi de procis Οδ. α. ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσι. Sciendũ est, inquit, ὡς οἱ ἀλλότριον βιὸν ἔδοντες, dicuntur ἀλλοτριοφαγεῖν & δειπνομανεῖς εἶναι. Et paulò post: Ἀλλοτριοφαγὸν autẽ, id est, qui alienis vescitur, is dici possit τεχνίτης τῆς ἀσυμβόλως δειπνεῖν (Germanicè ein Schmorotzer) ἤγουν δωρεὰν, δίχα συμβολῆς, ἤτοι δαπάνης οἴκοθεν. Talis fuit Cretesibius ille Chalcedonensis, qui cùm interrogaretur, quidnam emolumenti ex Philosophia sua percepisset, respondit inde se habere τέχνην τῆς ἀσυμβόλως δειπνεῖν, id est, artem cœnandi sine symbolis. Erat enim valdè facetus atque festiuus, vnde sæpè à multis inuitabatur. Athenæus libro 1. parasitorum quorundam verba, qui cœnis huiusmodi asymbolis gaudent, recitat. Huiusmodi est illud Eubuli Comici:

Ἀσυμβόλως δειπνεῖν γὰρ ὅσις ὑστερεῖ
Τοῦτον ταχέως νόμιζε καὶ τάξιν λιπεῖν. *Item illud Chrysippi:*
Ἀσύμβολον κώθωνα (compotationem) μὴ παραλίμπανε
Κώθων δ' ὁ παραλιπὼν ἀσύμβολος, ἀλλὰ δεκτὸς.
Compotationem asymbolentne vnquam deseras.
Compotatio asymbolos non relinquenda, sed appetenda. Item illud Antiphanis.
Βιὸς θεῶν γὰρ ἐστιν, ὅταν ἔχῃς πόθεν
Τ' ἀλλότρια δειπνεῖν μὴ προσέχων λογίσμασι.
Vita Deorum est, quando potes
Alienis vesci, immunis à rationibus.

Parasitorum mos.

Hæc fuerunt verba Parasitorum (quorum hodie quoque magnus est numerus) qui ad alienas mensas cupidè aduolabant, quibusq; nihil erat prius, aut antiquius, quàm aliena comedere sine suo sumptu. At verò homines liberales & ingenui apud Græcos ab huiusmodi consuetudine maximè abhorrebant, contraq; epulis illis communibus ac collatitijs summopere delectabantur.

Apud Romanos similiter cœnæ collatitiæ erãt in vsu.

Venio ad Romanos, apud quos similiter, vt Suidas egregiè testatur, antiquitus ὄνειδος ἦν τὸ ἐξ ἀλλοτρίων ἐσθίειν, καὶ ἕκαστος ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ ἴδιον βρῶμα καὶ πόμα ἐκόμιζεν, πρὸς τὸ μὴ ἀκύδειν ἀλλοτριοφάγος. Hoc est, probro ducebatur aliena viuere quadra, & idcirco vnusquisque suum & cibum & potum in symposia afferebat. Huiusmodi infamiæ diluendæ & simul maiori sibi cives liberalitate obligandi causa Brumalia, eodem teste, Romulus instituit, quibus à Rege Senatus & milites hyemis tempore, (quo vacabant à militia) alerentur. Nomen autem ἄρκτος, id est, prandij vocauit βρυμάλιον, quod Romana lingua significat, τὸ τῶν ἀλλοτρίων τραφῆναι, id est, alieno victitare. Hîc Suidas videtur lapsus linguæ Romanæ ignorantia. Nam Brumalia dicta sunt à Bruma, hoc est, ab hyeme in qua conuiuia illa agitabantur, ita vt Brumalia idem sit quod hyemalia. Nam Bruma cùm propriè diem Solstitij hyemalem, qui est post idus Decembris, significat, sic dicta, vt volunt Grammatici, quasi βραχὺ ἦμαρ, id est, breuis dies: tùm Synecdochicôs sæpè pro hyeme vsurpatur.

Brumalia quid, cur instituta, vnde dicta.

Ientacula cur dicta collationes. Asymbolos, & immunis.

Ab huiusmodi porrò antiqua symbola conferendi consuetudine ientacula, necnon comessationes, siue postcœnia, collationes à posterioribus fuerunt appellatæ, quas voces Galli, Itali atque Germani vsurpant. Beroaldus in Suetonium, Vulgus, inquit, ientacula vocat collationes ab eo quod vnusquisque coepulonum confert pecuniam ad ciboria coemenda, quæ & symbola vocantur. Inde eleganti vocabulo asymbolos & etiam immunis dicitur ab A. Gellio is qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad comessationem, lib. 6. cap. 13. Ne omnino (vt dicitur) immunes & asymboli veniremus, coniectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Immunis nomine Horatius quoq; vtitur lib. 4. Od. 12. Immunem meditor tingere poculis, id est, inanem, nihil afferentem, asymbolon. Eodem nomine vtitur Terent. in Phorm. Te ne asymbolum venire vnctum atq; lautum è balneis? In Canonicis decretis distinct. 44. proditum est, non oportere clericos celebrare conuiuia ex symbolis, quæ vulgus comesalia vocat: eadem, teste Beroaldo in Apuleium, etiam Conferta dicuntur. A collationibus illis sacrificium quoq; olim cõlatiuum dictum est, teste Festo, quod ex collatione offertur.

Sacrificium conlatiuum.

Porrò

Porrò collatitiarum huiusmodi cœnarum, illustria exemplafuerunt ἀγάπαι illæ Christianorum primitiuæ Ecclesiæ, de quibus suprà dictum est, quæ quidem inter diuites & pauperes promiscuè agitari consueuerunt ex collectis siue symbolis, quæ à ditioribus in illum vsum conferebantur: quas etiam oblationes nõ nulli volunt fuisse appellatas. Huc quoq; referenda antiqua illa, de συσίνια quibus suprà, quæ quidem fuerunt collatitia.

Hodie quoq; apud omnes ferè gentes in vsu sunt collatitiæ huiusmodi cœnæ amoris, beneuolentiæ mutuæ plenissimæ, quæ ab amicis, propinquis, vicinis agitantur, singulis certas quasdam portiones ad illas conferentibus: id quod Germani ollas conferre seu comportare vulgò vocant. Paschales similiter illæ epulæ, quæ apud Christianos nonnullos summa cum hilaritate, lætitiaq; quotannis celebrari consueuerunt, sunt collatitiæ. Constant enim ex collectis siue symbolis, quæ à singulis conferuntur: vnde Germanicè cum ipsa festiuitas, tum dona atq; munera, vt sunt oua, placentæ, panes, carnes, vina, quæ ad illius celebrationẽ hinc inde colligi atque conferri solent, Zünpfeltag *quasi* symboltag, *à symbolis nimirum, videntur appellari.*

Collatitiarum cœnarum vsus hodiernus.

Epulæ Paschales.

DE COENA RECTA, ET EROGATIONIBVS, SIVE LARGITIONIBVS ALIMENtarijs cùm publicis, tùm priuatis.

CAPVT XXXV.

NVNC postremo loco, quoniam crebra apud auctores latinos cœnarum rectarum, & quæ illis opponuntur, sportularum fit mentio, nõ incommodè, meo iudicio, octaua conuiuiorum diuisio in cœnas rectas, & in sportulas fieri poterit.

Cœnam rectam veteres appellauerunt, qua conuiua, seu conuictores legitimo, rectoq; apparatu, & recto discumbentes ordine, lautè, eisdemq; epulis accipiebantur. Hanc Germani videntur appellare, Ein gesetzmaal. *Sueton. de Augusto: Conuiuabatur assiduè, nec vnquam, nisi recta, (cœna) non sine magno ordinum hominumq; delectu. Vespasianus similiter, vt idem auctor testatur, cõuiuabatur assiduè, ac sæpius rectè, & dapsile. Huic opponuntur Sportulæ, Martial.*

Cœna recta.

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Sportulæ autem, sportellæ, & sportæ propriè sunt, cùm pecuniarum, tum ciborum receptacula, sic dicta à Sparto, herba hiberica, ex qua conficiebantur. Plautus in Menæhmi,

Sportulæ proprie quid.

Sportulam cape, atq; argentum. eccos treis nummos habes!

Asconius in Verrinas Cic. sportam, & sportulas dicit esse nummorum receptacula, at spartea vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Metony. autem eodem vox sæpe cùm pro cibis, qui vel publicè, vel priuatim erogantur, tum pro pecunijs, quæ cibariorum loco quandoq; dari solebant, vsurpatur. Turnebus in Aduersarijs in illa Cic. verba: Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui, &c. dicere eum puto, inquit, vtiles sportellas, quibus artolagani & bellaria ferebantur. Sed & interdum sportulis obsonia cœnarum ferebantur, cum ad aliquem cœnatum ibant, et in cœnationem domesticam portabant. Nam & apud Pollucẽ sunt κίστα, ὀψοφόροι, & σπυρίδες. Pro, cibis, sportula accipitur, vt Iuuenal. Satyr. 3.

Sportula pro cibis.

Nonne vides quanto celebretur sportula fumo?
Centum conuiuæ, sequitur sua quenq; culina.

His verbis diuitum Romanorum arguit gulam, & sportulæ desyderium, seruorumque miseriam narrat. Tanto enim studio atque concursu obsonia, quæ distribuebantur ex sportula, homines certatim excipiebant, vt illa cum foculis exciperent, ne intepescerent. De quo sic Seneca scribit lib. 11. ad Lucil. Non tumultus coquorum est, ipsos cum obsonijs focos transferentium: hoc enim iam luxuria commenta est, ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam calloso parum fieret, cœnam culina sequitur. Hinc igitur ait poëta,

Digitized by Google

——*Sequitur sua quenque culina.*

Turnebus in suis Aduersarijs in hæc carmina. Iam non intelligo, inquit, centum quadrantes, sed cœnam, quæ, quòd initio in sportula dabatur, inde nomen meruit: vnde à Græcis δεῖπνον ἐν σπυρίῳ vocatur, id est, cœna in calatho. Item pro pecunijs sportula accipitur. Martial.

Sportula, pro pecunijs.

Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum
Inter delitias quid facit ista fames? Sit Iuuenal.
——Densissima centum Quadrantes lectica petit.

Quadrans.

Idem sublatis à Domitiano sportulis, & reuocata rectarum cœnarum consuetudine exultans, inquit:

Centum miselli iam valete quadrantes, Anteambulonis congiarium lassi,
Quos diuidebat balneator elixus, Regis superbi (Neronis) sportulæ recesserunt. 11. Epig.

Quadrans autē nummus fuit (qui idem triuncis, siue triunx, & teruncius dicitur, à tribus vncijs, vt Varro dixit) quarta pars assis, id est, vnciæ tres, idem quod Germanis **pfenning**. *Martial.*

Inuitas centum quadrantibus, & benè cœnas.

Quadrans merces balneatoris.

Notabis etiam hîc obiter, Quadrantem balneatori dare moris fuisse Romæ. Horat. lib. 1. Satyr. 3.

——Dum tu quadrante lauatum Rex ibis. Iuuen. Sat. 6.
Cedere Syluano porcum, quadrante lauari.

Hinc Seneca, Balneum rem quadrantariam appellauit: Cur, inquit, exornaretur res quadrantaria, & in vsum, non oblectamentum reperta. Cicero item pro Cælio: Nisi fortè mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Vulgò Germani de paupere aliquo dicunt, **Er hat nit drey haller in ein bad**/ *hoc est, desunt illi tres oboli ad balneū, quo summa paupertas exprimitur: forsan quia, vt apud Romanos tres vnciæ, quibus constabat quadrans, sic apud Germanos tres oboli erant merces balneatoria. Vocem κοδράντου depravato nomine Latino etiam Matth. 5. & Marc. 12. scriptam reperimus. Marc. 12. explicatur per δύο λεπτά. Plutarch. in Cic. ex ærario numismatis minimum ait, κουαδράντην appellari. Ibidem quadrantes innuit fuij se prostitutarum pretium, vbi dicit, Adolescentem quendam in Clodij sororis loculos pro argenteis nummis, quadrantes immisisse æreos, quo nomine delusa puella, Quadrans est cognominata ex cubitus pretio. Hinc Hieronymus quoq; prouerbialiter dixit, Rideo aduocatum qui patrono indigeat, quadrante dignam eloquentiam nare subsanno. Sportulæ quoq; iudicum pro honorario siue salario vsurpantur, sub Rub. de Sport. iud. c. & l. trigesima prima, 8. executorib. c. de Episc. & Cler. Sic Visceration em Græci δεκομὴν κρέως: Sportulam δεκομὴν χρυσίου ἢ δ' ἀργύρου definiunt. Sic pecunia apud Græcos ab actore & reo constituendi iudicij gratia contributa & deposita, Prytanea fuit nuncupata, quæ sportulæ respondet. Apul. lib. 6. sportulam vocat stipem, siue pecuniam, quā conferunt qui in sodalitij societatem cooptantur. Omnino sportularum nomine intelliguntur quæuis erogationes, siue cibariæ, siue pecuniariæ, siue publicæ, siue priuatæ.*

Sportula pro honorario siue salario iudicū. Pecunia prytanea.

Salutatoribus, atq; clientibus modò cœnæ rectæ, modò sportulæ datæ. Vestibulum. Sportulæ etiā ab alienis & diuitibus rapiebantur.

Fuit porrò apud Romanos moris, vt diuites suis clientibus, salutatoribus, & assectatoribus modò cœnas rectas darent, (vnde Iuuenal. Votaq; deponunt quanquam longissima cœnæ) modò sportulas tantùm, hoc est, munera alimentaria siue pecuniaria. Hinc Vestibulum, locus sportularū, qui & ipse sportula dicebatur: vbi proponebantur eo die, quæ dono danda erant. Sportulæ illæ nonnunquam etiam ab alienis, & quidem diuitibus rapiebantur. Vnde Iuuenal. Satyr. 1.

——Nunc sportula primo
Limine parua sedet, turbæ rapienda togatæ.

Hoc est, Quam viliores, & pauperes clientes deberent capere.

Ille tamen faciem prius inspicit, (an scilicet sit ex clientibus) & trepidat, ne
Suppositus venias, ac falso nomine poscas.
Agnitus accipies.

His verbis Iuuenalis ostendit tantam fuisse Romanorum auaritiam, vt & nobiles, diuites, & magistratus non pudeat sportulam captare (sportulantes à Tertulliano elegantèr appellantur sportulis accipiendis operantes) quam olim pauperes tantùm captare erant soliti. Huc Tertullianus quoque alludit lib. 3. aduersus Martionem: Nunc si nomen Christi, vt sportulam furunculus captauit. In quæ verba sic commentatur B. Rhenanus. Hîc verò arbitror Tertullianum de fure nummorum loqui,

Digitized by Google

rum loqui, sed sportulam eam intelligere, quæ pauperculis, clientibus, salutatoribusq; dabatur à dicitibus olim apud Romanos, & cæt. Sub Nerone imperatore, vt scribit Suetonius adhibitus sumptibus modus, publicæq; cœnæ ad sportulas fuerunt redactæ. At Domitianus postea sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine: Hinc Martialis ei assentiens, ait:

Vescitur omnis eques tecum, populusq; patresq;.

Papinius quoq; hoc nomine longo carmine principi gratias agit, eiusq; facilitatem laudat, quod cum populo Romano discumbere sit solitus. Sic enim ait:

— Tecum vescitur omnis
Ordo Mensa.

Ordo, scilicet plebeius, equestris, senatorius. De eodem sic scribit Suetonius: Epulum largissimum dedit populo, Septimontiali sacrorum quidem die (quo feriæ agebantur septem montium, de quibus Varro lib. 2.) senatui, equitiq; panarijs, plebeis sportellis cum obsonio distributis. Initium vescendi primus fecit. Panaria quorum hîc fit mentio, dicuntur vasa, quibus panes repositi inferuntur in mensa: sicut granaria dicta, quibus granum reconditur. Papinius primo Syluarum: Septimontium dies. Panaria.

Hi panaria, candidasq; mappas
Subnectunt. Indè panariolum diminutiuum. Martialis,
Cum panariolis tribus redisse.

Mortuo Domitiano, verisimile est pro rectis cœnis rursus sportularum vsum inualuisse, vt ex Iuuenali apparet. In eundem porrò illum Suetonij locum de Domitiano hæc Turnebus in suis Aduersarijs annotat, quæ ad sportularũ & cœnarum rectarum discrimen melius adhuc intelligendum spectant: Locum autem primò illum sic legendum putat. Et equiti panaria, plebi sportellas cum obsonio distribuit. Addit: Ab hac consuetudine dandi in sportulis obsonij, aut cœnæ in sportulis ferendæ, sportulæ nomen ortum videtur esse, quòd obsonij, & cibi loco pecunia donaretur in victum; quæ cum cœnam ementiretur & cœnæ loco daretur, rectæ cœnæ opponebatur, quòd recta sit cœna, cùm clientem lautè accipimus, & pascimus, non recta cœna, sed in locum cœnæ asses cœnæ causa numerati, id est, sportula data.

Porrò erogationes siue alimentariæ, siue pecuniariæ apud Romanos erant partim publicæ partim priuatæ.

Publicæ, quæ fiebant ex publico ærario, idq; vel in pace, vel in bello: quæ quidem frumentationes fuerunt dictæ, de quibus operæ precium fuerit hîc addere, quæ Iustus Lipsius Elect. lib. 1. cap. 8. scripsit ex varijs authoribus collecta. FRVMENTATIO, est gratuita in plebem annona, Græcis σιτηρέσιον dicta. Frumentaria largitio antiquissima apud Romanos, & ferè semper conciliandæ plebi adhibita, statim post reges eiectos, teste Liuio. Plinius eius originem ad Manium Martium Ædilem refert, lib. 18. Postea diuisum frumentum sæpius & ferè semper ab ædilibus, quorum videtur fuisse ea cura. Hæc cùm largitio omnis voluntaria adhuc esset, &, vt videtur, in arbitrio senatus, exorti mox Tribuni, qui per hanc occasionẽ gratiam & opes sibi quæsiuerunt apud plebem, legesq; tulerunt, quibus non incerta, vt antea, sed perpetua, stataq; frumentatio esset. Prima fuit lex C. Gracchi, qua frumentum plebi è publico datum, modico aliquo precio definito. Optimates postea aliam tulerunt placandæ plebis gratia, quæ Menstruum definiebat in capita, nõ plus quinq; modios. De alimentis carceris, quæ Diaria item dicebantur, vide Senecam patrem lib. 9 controuersia 4. Lex optimatum videtur irrita fuisse, quia non ita multò post alia frumentaria lata, cuius ferundæ auctor M. Cato, teste Plutarcho. Sed mox videtur irrita facta: Successit enim P. Clodij sub idem tempus Tribunitia, de qua Asconius in Miloniana. Imperatores legem Clodianam retinuerunt, spreto nomine, & sub ijs instituta Romæ perpetua frumentatio, non alibi tàm effusè vsurpata in vlla Repub. vllius æui. Iulius Cæsar dictator certum frumentantium numerum definiuit, teste Suetonio. Dio Cass. lib. 43. Recensus, quem Iulius Cæsar (teste Suetonio) egit, examen est, & disquisitio breuis in eos, qui iurè aut iniuria capiebant publicum frumentum. Augustus frumentantium numerum auxit. Creuit hic numerus multò magis sub Traiano optimo principum, qui etiam pueros admisit ad publica frumenta, teste Plinio in Panegyrico. Tabulæ publicæ, in quibus descripta nomina eorum, quibus deberentur frumenta, depositæ fuerunt apud præfectum annonæ. Hadrianus exem-

Erogationes publicæ. Frumentatio quid. Leges frumentariæ. De alimentis carceris diaria dicta. Frumentantium numerus. Recensus. Pueri alimentarij.

Digitized by Google

plum Traiani sequutus est. Antoninus puerorum, & puellarum alimentariorum numerum auxit.

Distributores frumenti qui, & quot olim fuerint.

Quò ad eos, qui distribuerunt, in antiqua Repub. frumenti distributio fuit penes Aediles, atque etiam custodiæ curatores. Caius Cæsar supra legitimum numerum creauit ædiles duos, qui frumento præessent: quos ea de re dicit Cereales, Pomponio de Orig. Iuris, & Dione lib. 43. testibus. Sed non diuturna ijs hæc cura, succesitq; præfectus annonæ. Augustus duumuiros, id est, duos curatores creari iussit, quorum esset annonæ diuisio & distributio. Postea cum duo non viderentur huic functioni pares, quatuor viros sorte eligi iussit, eosq; ordine præesse frumento publicè diuidendo: postea ad 28. excreuisse videntur. Præfectura annonæ summæ fuit dignitatis, quam Cassiodorus facit proximam à præfectura vrbis. Munera præfecti annonæ Cassiodorus explicat lib. 6. variar. & Seneca de Breuitate vitæ cap. 18. & 19.

Aediles Cereales.

Præfectus annonæ.

Præfectura annonæ.

Distribuendi modus.

Porrò ratio distribuendi per tesseras erat. Non enim frumentum ipsum à Curatoribus (vile id & magnarum molestiarum munus fuisset) sed tesseras frumentarias, siue symbola quædam in ligno aut plumbo capiebant: quibus acceptis, ijs ire licebat ad horrea publica petitum frumentum. Frumento si non opus, tesseras eas vendebant. Harum tesserarum aliquot in locis Iurisconsulti mentionem faciant: quas verisimile est ad certum locum, vt ad Minutiam Frumentariam dari fuisse solitas, vt ex Apuleio videtur posse colligi.

Minutia frumentaria.

Distribuendi tempus.

Tempus distribuendi eas tesseras, principium cuiusq; mensis. Iam inde à Graccho largitio eius videtur fuisse menstrua: & Appianus aperte dicit, eum definiuisse σιτηρέσιον ἑμηνον, frumentationem menstruam. Ex Suida colligimus solitum id fieri sub ipsas Nonas: vnde etiam annonas deriuat à Nonis. Mutare eam consuetudinem tentauit Augustus, sed destitit propter aduersam populi voluntatem.

Annona.

Numerus est incertus, nec in Græca nec in Latina historia vsquam expressus. Si coniecturis agendum, verisimile est, vt minimum sex modios, siue medimnum Atticũ accepisse eos in mensem.

Horrea.

Horrea Romæ ad capiendum frumentum publicum in quaq; regione vrbis complura: cognomina etiam pleriſq; addita ab auctore. Frumenta hic reposita posterior ætas simpliciter appellauit Condita. Condita militum in horreis prouincialibus, vt ciuium, in vrbis. His horreis appositi Frumentarij mensores, qui populo admetiebantur. Lucilius:

Frumentarius est, modium hic secum, atq; ratellam
Vnum habet

Frumentarij.

Frumentarij etiam dicti, qui vltrò citroq; cursitabant per prouincias, per domos ad frumenta conquirenda, conuehendáue, quos Græci τυφόρους dixerunt: Latini alio nomine Agentes in rebus de quibus Turnebus lib. 13. Et olim quidem frumentum ipsum datum ciuibus, postea cœpit panis, credo, quia id commodius visum in egenam plebem, quæ hac ratione operas & impensas pistorias faciebat lucri. Hic panis, qui vicarius frumenti, distribui in gradibus solitus: vnde panis gradilis dictus, de quibus Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis.

Item. Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Sustinet? aut quæ Ianiculo mola nota quiescit.

Panis gradilis.

Loquitur de pane gradili, & de molis pistrinorum, vbi pinsebatur. Videntur in singulis vrbis regionibus, gradus ad hanc diuisionem fuisse erecti. Eodem modo Congiaria, & omnia donatiua dari solita. Res ipsa suadebat, vt scilicet in altiori loco exempti, & secreti distributores essent à premente turba. Tanta autem vis frumenti è prouincijs, è Sicilia, Sardinia, & præsertim Affrica, & Aegypto, quæ bina horrea populi Romani.

Modus porrò vniuersæ huius largitionis pro immensis populi Romani opibus immensus fuit. Certus autẽ frumenti numerus, qui in vna aliqua vrbe quotannis absorbebatur, Canon dictus est. Ita Canon Alexandrinus, Canon vrbis Romæ, Constantinopolitanæ, passim apud historicos inferioris ævi, & Iurisconsultos.

Canon.

Oleum quoque & caro distribui solita.

Nec verò frumentum solum gratuitum ciuibus fuit, sed etiam oleum & caro. Olei creber vsus Romæ propter balnea quotidiana: ideo largitio ea antiqua. Carnis diuidundæ principium ab Aureliano, teste Flauio Vopisco in eius vita. Caro porcina diuisa, & vinum, & vinum idem Aurelianus dare cœperat. Sic largitio non habet fundum neq; finem. Non ergo mirum multos Romã ciuitatem appetiisse.

His si-

His similes sunt in multis ciuitatibus, atq; cœnobijs hodie vsitatæ frumenti, cibariorum, pecuniarumq; largitiones, atq; distributiones in pauperes fieri solitæ. Apud Basilienses, vt testis est Christ. Vrstisius in sua Epitome historiæ Basilien sis, Xenodochium est Germ. Ellendberg *dictum, superiore seculo à Conrado* Zumhaupt *opulentissimo spectataq; auctoritatis ciue, pro egenis hospitibus, votiuas præsertim peregrinationes facientibus institutum, ita vt tum* der Bilgern herberg *vulgò diceretur. Hodie magistratus moderatione, omnis sexus ætatisq; pauperes, stipem alioquin in plateis mendicaturi, hic excipiuntur hac lege. Quoniam per plateas ostiatim mendicare, solis leprosis exceptis, iustas ob causas vetitum est, ideò egeni omnes hac iter facientes, ante portas in domunculis eius rei gratia factis, expectare iubentur, donec sub horam prandij cœnaue (fit enim id quotidie bis) quibus hoc mandatũ, eos simul hunc in locum deducturi, aduenient. Mane accedentibus prandium datur, vesperi autem præstolantes per noctem foouentur, ac pro cuiusuis necessitate reficiuntur. Cibo sumpto cuilibet capiti (ne infantibus quidem exceptis) nummi aliquot dantur, & per præfectos singuli ad eas portas, per quas iter facere cupiunt, deducuntur. Inopum verò ciuium inquilinorumq; liberis omnibus, & quotquot statuta hora eò conuolant, magna indies panis copia distribuitur. Apud nos præter innumeras alias largitiones eleemosynarias passim in agri nostri cœnobijs fieri solitas, in ipsa vrbe.* OLLA *est, (vti vulgò vocant) pulmentaria, (*Oßbafen*) ad quam ingens quotidie pauperum, & inopum cùm laicorum, tùm Scholasticorum turba confluit, & singulis pulmenti, atq; panis certa portio, nonnullis etiam pecuniæ nonnihil dari, atq; distribui solet. Huic similis est liberalis illa, seu potius munifica Schaffusianorum in pauperes cibariorum pariter, atq; pecuniarum erogatio, singulis septimanis celebrari solita, quam vulgò* Spend *vocant, quod vocabulum vel à sportula: vel à Græco* ἀνέδεν, *vel, quòd mihi videtur verisimilius, ab expendendo, siue expensa est deriuatum. Sic, vt hoc quoq; obiter addam, panis ille, qui apud eosdem magistratibus atq; senatoribus, nec non viduis quibusdam, quarum mariti de Repub. optimè fuerunt meriti, singulis septimanis dari solet (quem tamen certa quadam pecuniæ summa, nempe 20. florenis redimere coguntur)* Gredling *appellatur, vocabulo, vt mihi videtur, deducto à gradili illo Romanorum pane, de quo alio in loco dictum est. Sigismundus Baro in Comment. rerum Moscouit. testatur in Moscouia præcipuum esse monasterium S. Trinitatis, quod admirabili populorum concursu celebratur, quoniam S. Sergius ibi sepultus, multa miracula edere dicitur. Eò Princeps ipse sæpè, vulgus verò quotannis, certis diebus confluit, monasterijq; liberalitate alitur. Fertur ibi olla esse cuprea, in qua certi cibi & pleriq; alius coquitur. Fit autem, vt, siue pauci, siue multi eò venerint, semper tamen cibi tantùm remaneat, quo eius monasterij familia saturetur, ita vt nihil vnquam desit, vel supersit.*

Olla Tigurinorum pulmentaria.

Schaffhusianorum Spenda.

Spend vnde dicta.

Gredling.

Olla cuprea.

Priuatæ porrò erogationes sunt, quæ à ciuilibus locupletioribus ex priuatis bonis in pauperes fieri solent. Huiusmodi fuerunt illæ antiquæ Romanorũ sportulæ, de quibus supra dictum: quæ quidem etiam in nuptiali festiuitate dari fuerunt solitæ, vt testis est Apul. in Apologia: Quippe ita placuerat, inquit, in suburbana villa potius vt iungeremur, ne ciues denuò ad sportulas cõuolarent. Sic hodie quoq; plurimi Christianorum vel quotidie, vel certis diebus, cùm ordinariè, tùm extraordinariè, in suos clientes, colonos, atq; etiam homines alienos, pauperes, inopes, atq; mendicos cibaria, pecuniasq; erogare solent, quæ quidem largitiones eleemosynariæ, vti appellantur, antiquis illis Romanorum sportulis optimè comparari possunt, ac diebus præsertim festis, in natalitijs, in nuptijs, in exequijs magna cum liberalitate exerceri solent. Huiusmodi autem Christianorum liberalitas, atq; beneficentia erga pauperes, vt hoc postremo loco addam, quæ quidem Deo est gratissima, ab Hebræis צדקה *Zedaka, id est, iustitia: (1. Ioan. 3. qui facit iustitiam) Græcè* ἐλεημοσύνη, *hoc est, misericordia: (vnde Gall. aumosne, & German.* Allmůſen*) à Paulo* λογία, *quasi* συλλογία *collectio, 1. Cor. 16. ibidem* χάρις, *hoc est, gratia,* διακονία, *officium, Act. 11. 2. Cor. 9.* εὐλογία, *benedictio, 2. Cor. 9.* λειτουργία, *2. Cor. 9. Rom. 15. ministerium, seu sacrificium,* κοινωνία, *communicatio. 2. Cor. 8.* σπόρος, *semen, 2. Cor. 9. à Christianis Primitiuæ Ecclesiæ collecta (quia pecunia illa ex diuersis personis, & locis esset lecta) fuit appellata: vnde collectarius dictus, qui stipem illam colligebat.*

Erogationes priuatæ.

Christianorum sportulæ.

Largitiones eleemosynariæ.

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

ANTIQVITATVM CONVIVIALIVM LIBER SECVNDVS, DE IIS QVAE CONVIVIVM ANTECEDVNT, INTER quæ primum locum obtinet Inuitatio. De inuitandorum delectu.

CAPVT I.

ADHVC *de varijs conuiuiorum nominibus, atque generibus, de eorundem fine, vſu, & abuſu generatim libro primo eſt explicatum. Nunc ſpeciatim ad ſingula, quæ ad illorum rationem pertinent, & ad varios atque multiplices cùm antiquos, tùm qui hodie ſunt vſitati multarum gentium ritus, atq; ceremonias explicandas aggrediar.*

Illa autem ferè ſunt triplicia: alia enim ſunt quæ conuiuia antecedunt, alia quæ comitantur, alia quæ conſequuntur.

Inuitatio. Nomina Hebræa.

Inter illa quæ conuiuium antecedunt, primum videtur locum obtinere inuitatio, ac proinde de illa primo loco dicemus, exordio ducto à nominibus varijs, quibus actio illa exprimitur. Hebræi in hac ſignificatione vtuntur vocabulo קרא *Kara, id eſt, clamauit, ſeu vocauit. Num.25. Hinc* קראים *Keruim inuitati, vocati: 1. Samuel.9. Soph.1. Deus, inquit, parauit,* זבח *Sæbach, id eſt, mactationẽ victimam, ſeu epulum, & ſanctificauit, hoc eſt, vocauit ſiue præparauit.* קראיו *Keruaſ, id eſt, vocatos, ſiue inuitatos ſuos. Syriacè* חסמין *Hiſmin, Luc.14.2. Regum.13. idem ſignificauit: inde* מסמנים *ſiue* מיניא *Mliſmaim, ſiue Saminaia, id eſt inuitati.*

Græca.

Græci idem exprimunt his ferè vocabulis, καλεῖν *Luc.14. vnde* κλητοὶ *&* κεκλημένοι *ibidem, hoc eſt, vocati, conuiuæ, &* κεκλημένως, *&* καλέσας *ibidem, is qui vocauit ſeu inuitauit. Et* ἀντικαλεῖν, *id eſt, viciſſim aliquem ad conuiuium vocare, quod Theophilactus vertit* ἀντιδειπνεῖν: κατακλίνειν τινὶ δεῖπνον *vocare aliquem ad conuiuium,* Einen zů dem eſſen verkünden. *Item* φωνεῖν *eodem in cap. Μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, noli vocare tuos amicos.* κικλήσκειν *Homero,* κλῆσιν ποιεῖσθαι, *Plutarcho,* παρακαλεῖν, *vnde* παρακληθεὶς *Athenæo lib.5. idem ſignificant. Ipſa actio* κλῆσις, *id eſt,* vocatio, *ſeu inuitatio ad cœnam. Xenophon in Sympo.* ἐπαινέσαντες τὴν κλῆσιν, οὐκ ὑπέσχοντο συνδειπνήσειν, *collaudata inuitatione, noluerunt promittere ſe vnà prandſuros. Plutarchus de Pericle* κλήσεις τε δείπνων, καὶ τὴν ποικίλην ταύτην πᾶσαν φιλοφροσύνην, καὶ συνήθειαν ἐξέλιπεν. καταγράφειν *quoque (forſan quia, vt ſæpe fit, inuitandorum nomina ſcribebantur (&* συνάγειν *Plutarcho lib.5. Probl.5. nec non* συναγαγεῖν, συμπόσιον συσῆσαι, πληρῶσαι, συνεροτῆσαι, συναθροῖσαι, συγκαλέσαι *Polluci lib.6. idem ferè ſignificant.*

Latina.

Latini in hac ſignificatione potiſſimùm vtuntur vocabulo inuitandi. Iſidorus, Ad cibum, inquit, vocare, inuitare dicitur. Cic. lib.3. Officiorum:

Inuitare.

Et ſimul ad cœnam homines in hortos inuitauit, in poſterum diem. Inuitare videtur propriè dici de conuiuijs, quaſi in, ſiue ad vitam vocare: vnde etiam conuiuia Latinis videntur dicta à conuiuendo, quòd tunc maximè ſimul viuatur. Hinc etiam pro liberaliore potu idem vocabulum vſurpatur. Plautus in Amphit. de ſole: Mirum eſt, ſi inuitauit ſeſe in cœna plusculum. Vocare quoque Latinis idem ſignificat. Cicero Verrina 6. Verrem ad Cœnam vocaſſe. Martialis:

Cum vocor ad cœnam, non tam venalis, vt antè.
In Gallum lib.3.
Nunquam me reuocas, venias cùm ſæpè vocatus:
Ignoſco nullum, ſi modò, Galle, vocas.
Inuitas alios. Vitium eſt vtriuſq;. Quod? inquis.
Et mihi cor non eſt, nec tibi Galle pudor.
Idem lib.2. In Naſicam.
Inuitas tunc me cùm ſcis, Naſica vocatum.
Excuſatum habeas me, rogo, cœno domi.

Suetonius in Tyb. Quondam verò inter cœnam porrecta à ſe potu guſtare non auſam Etiam ve-

Digitized by Google

sare desijt. Inde vocatores dicti, qui alios vel suo, vel alterius nomine ad cœnam inuitant. Quare Martialis in carmine Phaleucio: Vocatores.

Iam dices mihi vapulare vocator.

Et inuitationes ipsæ vocationes nominantur. Catullus: Vocationes.

Quærunt in triuio vocationes.

Vocatum quoque Suetonius dixit, pro vocatione de Caio Caligula: Huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid frivoli ducentis millibus traderet, diceretq; cœnaturum apud Cæsarem vocatu ipsius, id est, vocatione, & inuitatione facta per ipsum Cæsarem. Condicere quoque quod, vt Festus, & Iurisconsulti in Digestis docent, prisca lingua dicendo denuntiare significat (vnde condictio in diem certum eius rei, quæ agetur, denunciatio) crebro ad conuiuia à veteribus accommodatur, vel cùm se quis apud aliquem cœnaturum prædicit, atque denunciat, vel alium ad se inuitat. Cicero: Iam enim Crassus penè à meis laribus in prouinciam profectus est. Nam cùm mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Suetonius in Tyberio: Sexto Claudio cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret, aut demeret, atque nudis puellis ministraretur. Idem in Claudio: velut ad subitam, condictamúe cœnulam inuitare se populum, hoc est, interprete Beroaldo, vt inter priuatos solet communiter, simulq; constitutam ac determinatam. Plautus in Sticho: Atque id ne vos miremini homines seruulos potare, amare, atque ad cœnam condicere. Ibidem, Eo condictum symbolum ad cœnam. Idem in Menæchmi: Hodie ducam scortum ad cœnam, atque aliquò condicam foras, id est, denunciabo alicui amico, me apud eum cœnaturum, vel denunciabo alicui scorto Germanicè Laden/beruffen. Italicè Inuitar. Hispani cè combidar. Gallicè, Inuiter, conuier semondre, siue faire la semonce. Hæc de vocabulis. Condicere.

Iam verò, vt ad ipsam rem accedam, duæ nobis sunt consyderandæ personæ, nimirum inuitans, & quæ inuitatur: ex quibus rectè Theophilactus in 14. cap. Luc. Omne conuiuium dicit esse compositum. Vtriusq; nobis munus, & officium est consyderandum. In inuitatione duæ consyderandæ personæ.

Quoad eum qui inuitat, illi quatuor sunt consyderanda, videlicet quos vocet, seu inuiter, quot quando, quomodo. Inuitanti 4. cõsyderanda.

Primò ergo omnium conuiuatori seu inuitatori habendus est delectus (Plutarchus αἵρεσιν vocat) eorum, quos inuitare cogitat, siue quoad qualitatem, siue quoad numerum. Ac de primo quidem sæpè & multùm à veteribus quæsitum est, & adhuc quæri ac disputari solet, quinam, quales{ne} ad conuiuium à nobis inuitari debeant. Inuitare enim ad Cœnam, vt Arist. inquit, lib. 2. Rhetor. cap. 44. honorificum existimatur, vnde Achilles apud Tenedum Græcis grauiter succensuit, quod ab illis non fuit inuitatus, eam enim ob causam se contemptum ab illis, atque neglectum arbitrabatur. Non igitur quosuis temere ad conuiuium esse inuitandos, cùm ipsa lex naturæ, & ratio, sensusque communis, tùm multa sapientum virorum præcepta, atque monita docent. Athenæus lib. 5. statim ab initio Homerum dicit egregiè præcipere, qui nam sint inuitandi, nimirum ἄριστοι, καὶ ἐσθλοί, viri optimi, & honorati, siue laudati, secundum illud: Conuiuarum delectus. Qui nã secundum Homerũ vocandi.

κίκλησκεν δὲ γέροντας ἀρίστους πανταχαιῶν.

Idem eodem in loco Hesiodum reprehendit, qui præ cæteris vicinos esse inuitandos his verbis docet: An vicini præ cæteris inuitandi secundum Hesiodum.

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.

Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει: hoc est:

Amicum ad conuiuium inuita, inimicum dimitte.

Eum verò potissimùm voca, qui propè te habitat.

Huiusmodi conuiuium Athenæus dicit reuera βεβτιχῆς cuiusdam αὐαιδησίας, hoc est, vocacis stupiditatis esse, quodq; proximè accedat ad odiosissimum illud prouerbium vulgò iactatum: τηλοῦ φίλοι ναίοντες ἐκ εἰσὶν φίλοι, hoc est, non sunt amici qui procul degunt. Addit elegantissimam sententiam: πῶς γὰ ἐκ ἄλογον τόπῳ τὴν φιλίαν, καὶ ἐ χρόνῳ μετρεῖσθαι, hoc est, Annon enim absurdum, & ab omni ratione alienum est, amicitiam locis, non moribus æstimari? NOTA.

Verum ad hoc nostrũ propositum de conuiuarum delectu, in primis facere videtur aureum illud Ciceronis præceptũ, quo in beneficentia docet delectum esse debere dignitatis, in quo & mores eius sint spectandi, in quem beneficia conferuntur, & animus erga nos, & communitas ac societas vitæ,

Præcepta aliquot de conuiuarum delectu

& ad noſtras vtilitates officia antè collata. Hæc vt concurrant omnia, inquit idem, optabile eſt, ſin minus, plures cauſæ maioresq; plus ponderis habebunt. Hæc quæ Cicero in genere de beneficentia præcipit, omninò mihi in hac quoque beneficentia atque liberalitate conuiuiali videntur eſſe obſeruanda. Primò igitur omnium ſecundum Ciceronis præceptum mores ſunt ſpectandi, vt nimirum inuitemus homines καλοὺς καγαθοὺς, vt Græci loquuntur, pios, probos, modeſtos, temperantes, alijſque huiuſmodi virtutibus præditos. Huc facit illud Eccleſiaſtici capite nono verſu vigeſimo ſecundo. Viri inquit, iuſti ſint conuiuæ tui, & in timore Domini ſit gloriatio tua. Hinc Tobias, quem imitari debemus, viros Deum timentes, ad prandium dicitur inuitaſſe. Homerus quoque, vt paulò ante dictum eſt, ἀρείους καὶ ἐντίμους ſuadet eſſe inuitandos. Pontanus libro de Conuiuentia capite ſexto: Sanè, inquit, in hoc genere laudis etiam delectus habendus eſt. Nam vbi ad conuictum, præſertim frequentius vocati fuerint indigni homines, abſque infamiæ nota fieri non poteſt. Arguitur enim morum ſimilitudo, & eorundem vitiorum ſtudium. Huc facit ſententia illa Rabbinorum: Sit domus tua domus conciliabuli pro ſapientibus, & eſto puluerisans te in puluere pedum eorum, atque bibe cum ſiti verba eorum: hoc eſt, conſuetudo eſt habenda non cum potatoribus, helluonibus, & aleatoribus, ſed cum ſapientibus. Item: Elonga te à vicino malo, ne aſſocies te impio: hoc eſt, vitanda eſt malorum conſuetudo. Laudabile quoq; eſt hac in re Ciceronis exemplum: Victor (inquit ille in epiſtola quadam ad Tyronem) familiaribus, & quotidianis conuictoribus, quos ſecum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illis probatiſſimis. Atq; idcirco idem Piſoni in grauiſſima illa ſua interrogatione inter alia hoc quoq; exprobrat, quòd cõuictoribus vteretur Græculis, Epicureis, quos quidem illum dicit audire fuiſſe ſolitum, in præſepibus, in ſtupris, in cibo, & vino. Sic Tyberius quoq;, teſte Suetonio, conuictoribus Græculis leuiſſimis, atq; voluptuarijs hominibus vſus fuiſſe dicitur. Sit ergo hoc primum in præceptis, vt conuiuiali huiusmodi beneficentia erga eos potiſſimùm vtamur, qui moribus ſunt pijs, probis, honeſtis, atq; modeſtis, impiorum contra conſuetudinẽ omnem, ceu peſtem maximam vitemus, atq; fugiamus.

Ciceronis exẽplum.

Cur impij non vocandi ad cœnam.

Ac omnino ij, qui impios ad ſe inuitare ſolent, multis nominibus grauiter ſunt reprehendendi, peſſimeq; famæ exiſtimationiq; ſuæ conſulunt. Nam primò beneficium pijs debitum contra ius & æquitatem transferunt atq; deriuant in impios. Deinde periculum eſt, ne aſſidua huiuſmodi impiorum familiaritate, atq; conſuetudine illorum ſimiles reddantur, hoc eſt, paulatim vitioſis flagitioſiſq; illorum moribus, ceu nigris quibuſdam coloribus imbuantur. Nam cùm omnis, tùm in primis conuiualis huiusmodi conſuetudo, maximam hominum mores variè afficiendi commutandiq; vim obtinet. Adhæc impiorum conuictu qui delectatur, is facilè ſiniſtram ſibi impietatis ſuſpicionẽ, atq; famã conflat: talis enim exiſtimatur, quales ſunt illi, quos crebrò ad ſe inuitat. Deniq; omne quod in impios confertur beneficium, atq; gratia reuera χάρις eſt ἄχαρις, & λῶρον ἄδωρον, vt eleganter Græci loquuntur, hoc eſt, non modò irrita eſt atq; vana, verumetiã pernitioſa. Nam quæ gratia ab impio expectanda, qui tantũ abeſt, vt gratus erga te eſſe cogitet, vt potius conuiuiali huiusmodi conſuetudine omne tibi, tuisq; dedecus, ignominiam, omnisq; generis damna conciliandi occaſionem aucupetur? Quæuis ille domus familiæq; tuæ ſecreta, atq; arcana, quæ præſertim vitij aliquid atq; culpæ habent, patefaciet, atq; in vulgus enuntiabit, & tibi ita aliquam dedecoris labem aſpergere conabitur. Vt nihil dicam, quòd multa in ædibus tuis dicet, atq; faciet, quæ tibi familiæq; tuæ perpetuam ignominiæ notam inurent. Non inuitandi ergo facilè, ſed vitandi potius omninò ſunt impij. Huc pertinet ſententia R. Ioſe, qui filius fuit Ioezer. Sit domus tua domus conciliabuli pro ſapientibus, & voluteris in puluere pedum eorum (ſis eorum diſcipulus attentus, vt Paulus ad pedes Gamalielis, Maria ad Chriſti pedes ſedit) atq; bibe cum ſiti verba eorum. Hoc eſt, in domum tuam recipe & inuita non potatores, helluones, aleatores, ſed viros ſapientes, quorum colloquijs & conſuetudine melior ac doctior euadas.

Mos regum & principum adhibendi menſæ ſuæ aliquos honoris ergò.

Exempla ex ſacris literis.

Hoc autem præceptum etſi omnis generis, atque conditionis homines, tamen principes præcipuè viri diligentiſſimè obſeruare debent. Fuit hæc olim regum, atque principum laudabilis ſanè conſuetudo, quæ etiam hodie eſt in vſu, vt menſæ ſuæ nonnullos adhiberent, id quod ſummi honoris loco ducebatur. Apud Iudæos id moris fuiſſe, ſacræ literæ teſtantur. Sic enim Dauid victo, atque proſtrato Goliatho gigante id honoris atque præmij à Saule rege conſequutus eſt, vt nouilunij die cum illo in conuiuio accumberet. Dauid poſtea Mephiboſetho Ionathæ filio, Saulis nepoti

eundem

eundem honorem conceſsit. Eodem honore Berzellaum quoque Galaaditem pro magnis eius in ſe exulem beneficijs afficere voluit: quem cum ille recuſaſſet, eum in illius filium, Chimham nomine, tranſtulit. Sic Euilmerodachus rex Chaldæorum Iuachimum regem captiuum menſæ ſuæ adhibuit Babylone, & eum honorificè tractauit. 4. Regum 25. cap. Idem mos Romanorum quoque Imperatorum fuit, à quibus ad menſam admitti valde honorificum exiſtimabatur. Vnde olim Veſpaſianus egit gratias principi apud Senatum, quòd ſe honore cœnæ dignatus eſſet, vt Suetonius tradit. Auguſtus, eodem teſte, conuiuabatur aſſiduè, nec vnquam niſi rectè, nec ſine magno hominum ordinumque delectu. Opilius Macrinus, teſte Iulio Capitolino, adhibuit conuiuio literatos, vt loquens de ſtudijs liberalibus, neceſſariò ab immoderato cibo potuque abſtineret. Et idem author in Caligula teſtatur, prouincialem quendam locupletem ducenta ſeſtertia numeraſſe vocatoribus, (qui erant in familia principum, & opulentiorum, & quorum officium erat conuictores inuitare ad principis menſam) vt per fallaciam Caligulæ conuiuio interponeretur. Non tulerat autem moleſtè Imperator, tàm magno æſtimari honorem cœnæ ſuæ. Itaque prouinciali illi poſtero die ſedenti in auctione miſit, qui neſcio quid friuoli ducentis millibus traderet, diceretque cœnaturum apud Cæſarem vocatu ipſius: quaſi diceret Caligula, Si tu vocatus à vocatore meo, ad cœnam dediſti ducenta, debes longè plura mihi ipſi perſoluere, cùm meo ipſius vocatu ad cœnam Cæſaream fueris inuitatus. Sic L. Paulus, teſte Valerio Maximo, libro quinto capite primo, Perſen regem captiuum introductum in tabernaculum, lateri ſuo proximum in conſilio ſedere fecit, nec honore menſæ indignum iudicauit. Ad hunc porrò regum, atque principum honoris ergò quoſdam ad menſas ſuas adhibendi morem, auctore Theophilacto, Chriſtus quoque alludit Lucæ vigeſimo ſecundo, Ego diſpono vobis, ſicut diſponit mihi pater regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, hoc eſt, ſitis fœlicitatis, & omnium bonorum participes in altera vita. Nam, vt eleganter Theophilactus inquit, οἱ σύνδειπνοι τῆς βασιλέως δοχῆσιν πάντων πρωτεύειν. Cum itaque ſplendida illuſtris dignitatis, auctoritatisque viri menſa, ſecundum illa exempla paulò antea commemorata nunquam debeat eſſe ſola, illos potiſſimùm in quibus ingenij aliqua vis ineſt, & virtutis opinio, ſingulis ferè diebus, nunc hos, nunc illos adhibebunt, quorum colloquijs atq; ſermonibus pijs, doctis atq; ſapientibus, pietate ſapientiaq; augeri poſſint.

Reges, & principes hodie plærunq; impios menſæ communionc honorat.

Contrà reges & principes hodie hoc beneficio, atque honore afficere ſolent plærunque homines impuros, improbos, blandiloquos, adulatores, ſcurras, quorum conſpectu colloquijſque turpibus, & impuris maximè delectantur: contrà homines graues, ſeueros, doctrina atque virtutibus præſtantes & menſæ communione, & omni conſuetudine ſua longiſſimè arcent, atque repellunt. Ac omninò in genere homines leues, ſcurræ, hiſtriones, cauillatores, atque blaſphemi omnium optimi, commodiſſimi, iucundiſſimique conuiuæ, ac hominum conuictu conſuetudineq; digniſſimi habentur. Contrà ij, qui naturæ morumq; grauitate, honeſtate, probitateq; præſtant, non ſolùm conuiuiali hac conſuetudini indigne, ſed tanquam Timones quidam, atque miſanthropi, ab omni hominũ commercio atq; conſuetudine repellendi, & ad Garamantas vſq;, vt ita loquar, atq; Herculis columnas relegandi videntur.

Pollucis epitheta quibus boni conuiuæ mores egregiè depingit.

Verùm operæpretium fuerit ſubijcere, quibus epithetis Pollux boni commodiq; conuiuæ (quem λέξιον & ἐπιλέξιον appellat) naturam, mores, ſermones, atque geſtus deſcribat: nempe qui ſit συμποτικὸς, μικτὸς, δυσπάμικτος, ἀξιοκοινώνητος, κοινωνικὸς, συνεστιατὴς (Ariſtophani συμποτικὸς, καὶ συνεστιατικὸς dicitur) hoc eſt, Ad hominum ſocietatem propenſus, atque procliuis: cui opponitur ἄμικτος. Deinde qui ſit ἄστειος, εὐαρμόνιος, εὐμελὴς, hoc eſt, Vrbanis, aptis, atque decoris geſtibus præditus: cui opponitur ἀγροικος, βαρὺς, φορτικὸς, ἰπαχθὴς, id eſt, agreſtis, grauis, durus, odioſus, importunus item qui ſit ἥμερος, & εὐμενὴς, mitis, æquus, manſuetus, ciuilis, moderatus, non ἀλάζων, ὑπερφορτικὸς, κομπαστὴς, κομπώδης, ſuperbus, arrogans, ſuſpitioſus, iactator: φιλόφρων, non ὑπέρφρων, humanus, non nimis altum ſapiens: σπουδαῖος, non tamen περίεργος, & ὑπερσπουδαῖος honeſtus & probus, non nimium rebus ſerijs gaudens. Qui præterea ſit ἐξομολογητικὸς, apertus & ingenuus in dicendo: non πεπλασμένος, χρηματοποιὸς, ἔμπλαστος, fictus, perſonatus, ſimulator, & diſſimulator: ἵλεως, non δυσπρόσιτος, placabilis, non implacabilis: φαιδρὸς, non δυσκυθρωπάζων, hilaris, non triſtis, & tetricus: φιλόγελως, nec tamen

γελοιαστὴς & καγχαστὴς, ad risum pronus, nec tamen futili, immoderataque lætitia gestiens: Φιλοπαίγμων & φιλοπαίσμων, nec tamen φιλοσκώμμων & τοδαστὴς, hoc est, Cauillator facetus, nec tamen scurrili dicacitate laborans. Præterea qui non sit λάλος, λῆρος, φλύαρος, κυλικηγορὸν, hoc est, Loquax, garrulus, nugator. Deinde qui sit αὐτάρκης, ὀλιγοδεὴς, ὀλιγόσιτος, πήχων, μετριώτατος, μετριόσιτος, hoc est, Tenui atque frugali victu, potuque contentus: non ἄπληστος, πάσσιτος, ἔξοινος, μεθύων, κραιπαλὸν, id est, Insatiabilis, vinosus, ebriosus, crapulæ deditus. Ex hac descriptione apparet, & qualis debeat esse conuiua, & quales conuiuæ, quoad vitam atque mores nobis sint deligendi. Cælius quoque lib. 30. cap. 36. docet, quales debeant esse conuiuæ. ἱλαρότητα δηλοῦσιν αἱ εὐωχίαι, σεμνὸν, καὶ αὐστηρὸν συμπότην ἡκιστα φιλοχόμφαι, inquit Philo de conuiuio Iosephi. Varro, teste Gellio lib. 13. cap. 11. bellos homunculos, & nec loquaces, nec mutos conuiuas legi oportere dicit.

Secundum præceptum, vt inuitemus bene de nobis meritos.

Secundum Ciceronis præceptum est, vt ei plurimùm tribuamus, à quo plurimùm diligimur, & vt referamus gratiam ijs, à quibus beneficia accepimus. Sin erunt, inquit, merita, vt non inuenda, sed referenda sit gratia, maior quædam cura adhibenda est: nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Iuxta hoc igitur Ciceronis præceptum, conuiuialem hanc beneficentiam exercebimus erga eos, à quibus diligimur, & à quibus cùm similibus, tùm alijs quibusdam beneficijs affecti sumus, vt nimirum mutuũ nostrum erga illos amorem, ac pium gratumq; animum testificemur. Et huc facit illud Hesiodi:

Τὸν φιλέοντα δῖ᾽ ἰέναι καλεῖν.

Etenim si, vt Cicero inquit, in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Et cùm duo genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficij alterum reddendi, demus nécne, in nostra potestate est: non reddere viro bono non licet, si modò id facere possit, sine iniuria.

Tertium præceptum, vt inuitemus eos, qui opis nostræ indigent.

Tertium Ciceronis præceptum pietati, & religioni valdè consentaneum est, quod his verbis exprimit. Sed in collocando, inquit, beneficio, & in referenda gratia, si cætera paria sint, hoc maximè officij est, vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari: quod contrà fit à plerisque: à quo enim plurimùm sperant, etiamsi his ille non eget, tamen ei potissimùm inseruiunt. Hoc quoque præceptum ad conuiuialem hanc benignitatem maximè facit, cuius quidem & ipsum Christum grauissimum sanè auctorem habemus. Is enim in Euangelio Luc. 14. non amicos, fratres, cognatos, vicinos, diuites, à quibus spes sit ἀντιμισθίας, siue ἀνταποδόματος, sed potius pauperes, valetudinarios, claudos, cæcos, de quibus nulla sit spes recompensationis, nobis inuitandos esse docet. Beatus, inquit ille, eris, quia non possunt tibi reddere: rependetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hoc præcepto minimè Christus amicorum, fratrum, vicinorum, atque diuitum inuitationem simpliciter, & absolutè prohibet, sed liberalitatem potius, benignitatemque erga pauperes, & inopes commendat, ac præcipit, simulque illorum auaritiam, ambitionemque perstringit, qui huiusmodi vitæ officia non ad Dei gloriam, & ad proximi vtilitatem, sed ad suum potius quæstum, emolumentumque referunt. Sic enim plærique hodie illos potissimùm inuitare solent, à quibus commoda plurima sperant, quæ quidem non tàm beneficentia, quàm fœneratio censeri debet, nec impietatis solùm, verumetiam stultitiæ nomine illi sunt accusandi. Plus namque illis & corporeorum & æternorum commodorum, atque bonorum certò sperandum, expectandumque esset, si pauperes, inopes, peregrinos ad conuiuia sua crebrius inuitarent. Nam qui illos excipit, & inuitat, is Christum ipsum excipit. Qui autem Christum habet in suis membris conuiuam, quid quæso illi deesse boni poterit? hunc (inquam) qui habet conuiuam, illi non huiusce modò vitæ commoda, quantum sat est, abundè & affatim affluent, verumetiam certa explorataque erit vitæ æternæ atque gaudiorum spes, & expectatio. Vtinam hoc animis nostris penitus infixum, persuasumq; esset. Huc facit, quòd Deus ad sacrarum illarum epularum veteris Testamenti communionem viduas, pupillos, peregrinos, atq; inopes admitti, minimeq; excludi voluit.

Pauperes, inopes, peregrini inuitandi sunt.

Quartò, habenda est ratio cõiunctionis.

Quartum Ciceronis præceptum est, vt societatis quoque & coniunctionis habeatur ratio: ita vt quisque erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferatur. Hoc præceptum ad conuiuialem quoque hanc liberalitatem optimè potest accommodari. Nam ciues, amicos, propinquos,

pinquos, cognatos, vicinos, collegas aliáue nobis neceſsitudine coniunctos potius nobis eſſe inuitandos, quàm extraneos, alienos, atque peregrinos, vel ipſe ſenſus communis dictat. Sic Seruius apud Plutarchum Sympoſ. 1. Problematum 5. Heſiodo maximè obtemperandum eſſe dicit, qui amicos iubet ad conuiuium inuitari, ſin minus notos maximè, atque idoneos eſſe vocandos ad hanc libationem menſæ, ſermonumque qui in vino habentur, atque iocorum communicationem. Eodem pertinent illa Luciani verba in libro de Paraſito: Quoniam nemo inimicum hominem, atque ignotum, ſed ne mediocriter quidem familiarem ad cœnam vocat. Sed neceſſarium eſt, vt antè cum illo amicitiam contraxerit, quàm eum libationis, atq; menſæ participem fecerit, &c. Nec hoc eſt contrarium illi Chriſti præcepto, ſicuti paulò antea dictum eſt.

Quintum præcedenti non diſſimile eſt, vt erga illos ſimus liberales, qui nobis amicitia morumque ſimilitudine ſunt affines. Iucundiſſima enim ſunt illa conuiuia, quæ inter illos agitantur, quorum natura moresq; inter ſe maximè congruunt. Quintò, inuitandi qui amicitia, morumq; ſimilitudine nobis ſunt coniuncti.

Sextum eſt, quòd nonnunquam non tàm neceſsitudinis, quàm temporum eſt habenda ratio. Sunt enim officia, quæ alijs magis, quàm alijs debeantur: vt vicinum citius adiueueris in frugibus percipiendis, quàm aut fratrem, aut familiarem. Huc aliquo modo Heſiodi illud præceptum, quo vicinum potiſsimùm vult inuitari, poſſe accommodari videtur. Hæc igitur Ciceronis præcepta generalia de beneficentia diligenter animaduerſa, ad iuſtum debitumq; conuiuarum habendum delectum, nobis vſui eſſe poſſunt. Sextò, nonnunquam temporũ habenda ratio in inuitatione.

Præterea illud quoque ſit in præceptis, vt illos inuitemus, qui natura, moribus, & amicitia maximè inter ſe congruunt. Quod [illegible]tum Lucius Lucullus tàm diligenter obſeruauit, vt cùm videret propter conuiuarum diuerſitatem, non vnam conuiuiorum rationem ſequendam eſſe, diuerſa in ſua domo cœnacula inſtituerit, definito ſingulis certo pretio, & apparatu. Hac de re ſcitè admodum Plutarchus diſſerit. 7. Problemat. οὐ τὰς τυχόντας, inquit, ἀλλὰ τὰς φιλικὰς καλεῖν δεῖ, καὶ συνήθεις ἀλλήλοις, ὡς ἡδέως συνεισομένους, hoc eſt, Conuocare ad conuiuium oportet non quoſuis, ſed eos qui ſibi inuicem amiciſſimi, moribusque ſimillimi exiſtunt: ſic enim ſuauiſſimè conuiuabantur. Nam, vt idem inquit paulò antea, ὅτ' ὄψον, ὅτε οἶνος, ὅτε μύρον ἅπας ἥδιστα διατίθησιν, ὡς σύνδειπνος φίλους, καὶ φορτικὸς, hoc eſt, Neque obſonium, neque vinum, neque vnguentum tanta dulcedine afficit, quanta conuiua beneuolus, atque commodus. Contrà verò, vt idem teſtatur, οὐδὲ τὸ συμπλεῖν, οὐδὲ τὸ συνοικεῖν, οὐδὲ τὸ συνδικάζειν μεθ' ὧν ὁ βούλεταί τις ἅπας ἀνδρὸς, ὡς τὸ συνδειπνεῖν, καὶ τοὐναντίον οὐδὲν, hoc eſt, Neque nauigationis, neque contubernij, neque iudiciorum ſocietas, cùm ijs, à quibus quis abhorret, tàm odioſa eſt, atque moleſta, quàm victus communio. Idem vtitur ad hoc ipſum probandum huiuſmodi quadam non ineleganti diſſimilitudine. Coqui quidem, inquit, obſonia ſua præparant diuerſa ex diuerſis humoribus: auſteris, pinguia, dulcibus acria commiſcentes: at verò conuiuium gratum & iucundum eſſe nequit, ſi ex hominum μὴ ὁμοφίλων, & συμπαθῶν, id eſt, amicorum ſibi inuicem, atque affectibus ſimilium numero conſtet. Quamobrem qui conuiuium ſuum vult gratum eſſe & iucundum, is det operam, vt eos potiſsimùm conuocet, qui amore, moribus, atq; affectibus ſibi inuicem maximè cognati ſint, atq; coniuncti. Nam & Horatius lib. 1. Epiſt. ad Torquatum idem his verbis ſuadet:

Inuitandi illi, qui natura, morib. amicitiaq; ſibi inuicẽ ſunt coniuncti.

——Vt coëat par, Iungaturque pari.

Significat certè boni conuiuatoris eſſe operam dare, vt pares ſint conuiuæ, aut ſanè non admodum diſpares. Nec tamen hoc præceptum ſtrictè ſemper eſt obſeruandum, aut etiam obſeruari poteſt. Sæpe enim vel vtilitate aliqua, vel honeſtate, vel ipſa quoque neceſsitate id poſtulante, illi nobis ſunt inuitandi qui moribus atque affectibus & à nobis, & à reliquis conuiuis toti diſſident, ac diſcrepant. Idẽ Plutar. quoq; docet lib. 7. Symp. Probl. 5. Vt cùm, inquit ille, principes, aut peregrini inuitantur, tunc ſimul oportet omnes eos, qui vnà cum illis venerunt, illosq; comitatur, inuitare, ſiue illi grati ſint, ſiue ingrati, ſiue commodi conuiuæ, ſiue incommodi atq; moleſti. Sæpe etiam vel nobis, vel conuiuarum alicui inimiciſsimos inuitamus vtiliter ſanè, ac laudabiliter, pacis nimirũ atq; gratiæ reconciliandæ gratia. Vt Iulius Cæſar, teſte Suetonio, Valerium Catullum inimicum cœnæ adhibuit: Chriſtus Iudam proditorem ſuum è cœna ſua non excluſit. Et rex Solomon, qui diuinoraculo mortalium ſapientiſsimus eſt iudicatus, Si, inquit, eſurierit inimicus tuus, cibum dato illi, ſi

Sæpe etiam inimici inuitãtur.

ſitierit, dato ei potum. Sic enim (vt primo libro eſt ſuſius explicatum, cùm de conuiuiorum fine ageretur) grauiſſimæ ſæpe atq; diuturnæ inimicitiæ, conuiuiali huiuſmodi conſuetudine, & hilaritate diſſoluuntur, & in gratiam amicitiamq; conuertuntur.

Nunc de alijs quoque nonnullis conuiuarum differentijs, & certis gentium quoſdam ad conuiuium admittendi, vel non admittendi moribus dicemus. Ac primò quidem quoad mulieres, diſpar fuit atque diſſimilis Græcorum & Romanorum conſuetudo. Sic enim apud Ciceronem Verrina 3. Philodamus hoſpes Rubrio petenti vt filiam ſuam ad ſe in conuiuium intrò vocari iuberet, vt aliquid reſponderet, negauit moris eſſe Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. Idem ex nobiliſſimi Oratoris Iſæi, quem veteres Demoſthenicæ in dicendo facultatis fontem vocarunt, verbis cognoſci poteſt: Ita enim loquitur, in Oratione, qua de Pyrrhi cuiuſdam hæreditate contenditur: καὶ τοι οὐδ' ἥπτυγε δεῖ γαμετὰς γυναῖκας, οὐδεὶς ἂν κωμάζειν τλαίησειεν, οὐδὲ αἱ γαμεταὶ γυναῖκες ἔρχονται μετὰ τῶν ἀνδρῶν ὅτι τὰ δεῖπνα, οὐδ' ἐστιᾶν ἀξιοῦσι μετὰ τῶν ἄλλων τρίων, καὶ ταῦτα μετὰ τῶν ὁμιτυχόντων, Hoc eſt, (interprete Mureto) Et verò non ſanè quiſquam ad nuptas mulieres comeſſatũ ire audeat: neque nuptæ mulieres eunt cum viris ad conuiuia: neque æquum cenſent conuiuari cum alienis, præſertim cum quibuslibet. Cuius Græcorum conſuetudinis & Muretus rationem eleganter his verbis reddit: In conuiuijs liberius & hilarius ferè loqui homines ſolent: neque quiſquam ita ſeuerus eſt, qui non inter vinum & epulas tùm iocetur interdum ipſe, tùm libenter iocantes alios audiat. Fieri autem vix poteſt, quin vacuo & ſoluto animo iocantibus nonnunquam parum verecundũ aliquid excidat: quodque ſi alibi diceretur, reprehenſione merita non careret. Quocirca prudenter olim Græcorum conſuetudo muliebrem ſexum à conuiuijs amouerat: neque vlla in virorum ſympóſijs accumbebat mulier, niſi quæ quiduis non audire modò, verum etiam perpeti poſſet. Videbant enim alioqui fore, vt aut matronalem, virginalémue pudorem libertas iocantium offenderet, aut iocandi libertatem illius habita ratio retardaret. Inde igitur eſt, quod cum apud Terentium Thraſo introduci iuſſiſſet Pamphilam, indignata Thais, minimè inquit, gentium. In conuiuium tu illam? Quia enim ſatis integram eam, ac pudicam reddere cupiebat, vix id conſequi poſſe videbatur, ſi hoc, quod poſtulabat miles, paſſa eſſet. His adde, quod ſecundum L. conſenſa, C. de Repud. mulier, quæ contra viri voluntatem, vel eo ignorante, extraneorum conuiuia petierit, repudiari poterit. Conuiuia enim Veneris præludia ſunt. Accurſ. in l. quod ait lex ff. ad l. Iuliam de adult.

Apud Græcos mulieres non accumbebant in conuiuio virorum.

Ratio cur Græci mulieres nõ temerè ad conuiuia virorum admiſerint.

Contra verò apud Romanos antiquitus id moris fuiſſe, vel ex illo Valer. Maximi patet, cum dicit, fœminas cum viris cubantibus ſedentes cœnitaſſe, quæ conſuetudo, vt addit idem, ex hominũ conuictu ad diuina penetrauit: Nam Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerua in ſellas ad cœnam inuitabantur. Sic in cœna Pontificali Metelli Pontificis, quam Macrob. lib. 3. Saturnal. ca. 13. copioſè deſcribit, in tertio triclinio Popilia, Perpenia, Licinia, Aruncia virgines Veſtales, & ipſius vxor Publicia flaminica, & Sempronia ſocrus eius cubuiſſe dicuntur. Muretus in ſuo libro, variarum lectionum, Romani, inquit, innuptas modò virgines, quod quidem ſciam, à conuiuijs amouebant: quod hæc Varronis verba oſtendunt: Virgo de conuiuio abdicatur ideo, quod maiores noſtri virginis acerbæ aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.

Lib. 2. cap. 1. Mos Romanorum.

Cur innuptæ modo virgines à conuiuijs abdicatæ.

At Commodum quidem Imperatorem Romanum conuiuia cum meretricibus inſtituiſſe, Suetonius ſcribit. Illyrij verò, vt Athenæus lib. 10. teſtatur, mulieres ſuas ſecum in conuiuium ducebãt, ijs propinabant, & ab ijſdem ebrij iam facti, domum abducebãtur. Apud Parthos, vt teſtatur Cæl. lib. 28. cap. 5. fœminæ non modò à conuiuijs arcebantur, ſed omni prorſus virorum conſpectu illis interdictum erat. Idem ſcribit Iuſtin. lib. 4. Perſæ (authore Plutarcho lib. Sympoſ. 1. Prob. 1. & Macrobio, qui eos Parthos vocat, lib. 1. Saturnal. cap. 1.) non cum coniugibus, ſed cum concubinis ſiue pellicibus ſuis conuiuia inire, & ebrietati atq; tripudijs indulgere ſolebant, tanquam has & in vulgus produci, & laſciuire quoq; illas non niſi domi abditas tueri deceat tectum pudorem. Apud eoſdem tamen pignus, ac fœdus hoſpitij, & ius familiaritatis habebatur, vxores & filias conuiuijs adhibere, ſi quando hoſpites lautè, ac ſplendidè excipere vellent: vt teſtis eſt Herodotus lib. 5. & Iulianus lib. 7. ſub finem. Nam cum Darij regis Perſarum legati ſeptem numero ab Amynta Macedonum principe (ad quem ad terram & aquam Dario petendam fuerant miſſi) hoſpitio conuiuioq; magnifico fuiſſent excepti, poſtquam à cœna ad potum peruenerunt, ſuæ eſſe conſuetudinis dixerũt,

Cirrhis Imp. cum meretricibus epulari ſolitus.

Mos Perſarũ.

Perſæ in epulis hoſpitalibus vxores & filias adhibuerunt.

Exemplum eius rei.

in magni-

Digitized by Google

in magnificis epulis concubinas & vxores ad assidendum introducere: itaq; ab Amynta petierunt, vt idem faceret. Quibus Amyntas: Nobis, inquit, Macedonibus ista consuetudo non est, sed viros à fœminis semouendi. Paruit tamen illis, & fœminas adesse iussit. Quæ è regione Persarum primò sederunt, deinde illis assiderunt. Persæ itaq; vino madidi, & illarum mammillas tractare, & etiam nonnulli eas suauiari sunt conati. Quod Alexander filius Amyntæ ægrè ferens, callidè Persis persuasit, vt illas dimitterent: deinde viros muliebribus vestibus exornatos, pugionibusq; sub vestibus armatos introduci, & singulis Persis assidere iussit: qui postquam ab illis fuerant attractati, omnes illos obtruncarunt. Rex autem Persarũ (vt testis est Athen. lib. 4.) plerunq; solus cœnat, aliquando vxor cum illo, & nonnulli liberorum. Esthera in conuiuio illo, ad quod regem Asuerum maritum suum, atq; Hamanum inuitauerat, videtur vnà cum illis accubuisse. Etenim sic scriptum est cap. 7. eius Historiæ: Ingressus est itaq; rex, & Hamanus, vt biberent cum Esthera regina, & paulò post: Quum rex ex hortis Palatij redijsset in locum, in quo conuiuium vini erat, Hamanus cecidit super lectum (tricliniarem) super quo Esther sedebat (forsan more Romanorum supra dicto, viri cubabant, mulieres sedebãt) Tùm ait rex, Num & reginam compuimere vult in domo me præsente? Quin Rutha (vt eius Historiæ cap. 2. traditum est) cum messoribus Boazi cibum capient, dicitur è latere illorum sedisse, non ex aduerso eorum, ne inspiceretur: quemadmodum Ludouic. Lauaterus in suis in illam historiam Comment. benè obseruauit. Et Phæaces apud Homerum μετὰ σφῇ οἰκέων γυναῖκας, καὶ δυγατέρων ἐποιῆντο τὸς πότας, cũ proprijs vxoribus atq; filiabus potabãt. Athen. lib. 12. At verò Straton Babyloniæ præfectus vir luxuriosissimus, cum tibicinibus, psaltrijs, citharistrijs, saltatricibus, meretricibus conuiuia agitabat. Iobi filij ad sua illa sympolia etiam suas tres sorores accersiuerunt. Balthasar rex Babyloniorum luxuriosissimo illi suo conuiuio, vxores quoq; & concubinas suas adhibuisse legitur. Iudithæ, cùm noluisset Holofernus cibo, vinoq; vti religionis ergò, separatim mensa fuit apposita. In conuiuio illo nuptiali in Cana Galilææ Mariam virginem, & δειπνοκόον vnà cum Christo filio suo, atq; Apostolis accubuisse verisimile est. Et Beniaminus in suo Itinerario testatur, in Oriente esse gentem quandam decem miliaribus à Syadam (quæ Sidon olim) distantem, cui nomẽ ipsorum lingua Dogzijn, alijs dicti Pagani, quia nullius sint religionis & sectæ. Apud hos festo annuo, quod solenne habent, tàm viri quàm fœminæ omnes ad commune conuiuium conueniunt, ibiq; vxores inuicem permutant. Hodie apud quasdam gentes, vt Germanos & Polonos, mulieres vnà cum viris mensæ assident, apud alias verò id indecorum habetur, & vxores non modò mensas, verumetiam cœnacula habent à viris separata. His adde quòd sæpè promiscua huiusmodi vtriusq; sexus hominum conuiuia matrimoniorum occasiones existunt, & ea de causa etiam sæpè agitantur, quo personis illis, quas connubio coniungi volumus, honesta mutui conspectus colloquijq; occasio præbeatur. Apud Ialchleuenses Libyes mirus mos fuisse traditur à Nicolao de Mor. gent. Nam, quando multi vnam vxorem ambiebant, apud futurum socerum cœnabant, & singulis, præsente sponsa futura, varia dicteria narrantibus, cuicunque mulier arriserat, illi cohabitabat. Turpis ab eodem auctore & inhonestus mos narratur, qui apud Dapsolibyes fuit. Congregati enim omnes vno die vxores vnà ducebant post Vergiliarum occasum. Nam post epulas mulieribus seorsim discumbentibus, extincta lucerna, viri ad ipsas ingrediebantur: & quilibet, quamcunque contigerat, ducebat. Huiusmodi ferè Anabaptistarum fertur esse consuetudo.

Phæacum mos

Iob 1.

Dan. 5.

Ioan. 2.

Mos mulieres in conuiuiuio permutandi.

Quantum ad seruos attinet, Romani illos non admittebant ad mensam, nisi manumissos, ita vt mensæ communicatio esset manumissionis signum. Hinc Tertullianus libro de Resurrectione carnis: Atqui (inquit) & vestis albæ honore, & annuli aurei nitore, & patroni nomine, & tribu, mensaque honorantur. Iisdem tamen (vt testatur Plutarchus lib. 7. Symp. 4.) semper aliquid censebant relinquendum, ita vt reliquiæ in illorum vsum cederent. Moris tamen fuit cùm apud Græcos, tùm apud Romanos, vt in Saturnalibus serui exæquato cum dominis iure conuiuarentur, imò vt domini seruis ministrarent: vt de hoc supra pluribus in Saturnaliorum explicatione dictum est. Eundem morem & apud Cretenses in Mercurialibus, & apud Træzenios mẽse Geræstione & apud Babylonios in festo Sacea quod mense 11. Loo dicto celebratũ fuit, & apud Thessalos in Pelorijs fuisse, vt nimirũ serui, non modò cum dominis in conuiuio accumberent, sed domini illis ministrarent, plurimis testimonijs Athen. lib. 14. comprobat. Coos contrà, quando Iunoni sacrificabant, seruos ad sacrificiũ illud epulare nõ admisisse Athen. lib. 14. Macarei historici, atq; Philarchi poëtæ testimonijs probat.

Serui apud Romanos non admittebantur ad mensam.

Quando, & vbi serui ad dominorum mensam admissi.

Digitized by Google

Athenæus lib. 4. cap. 4.

Sic Hyacinthiorum die tertio (nam festum illud tres dies durabat) apud Spartanos, quo omnis generis spectacula, sacrificia, atq; conuiuia fiebant, ciues omnes sibi notos, familiares, atq; proprios seruos ad sacrificia, epulasq; inuitabant. Nam aliâs, vt apud Romanos, ita apud Græcos seruis ad sacrificia non patebat aditus. Sic Exod. 12. peregrinus et mercenarius siue operarius ab epulo paschali arcetur: vbi tamen non quiuis mercenarius, sed tantum ex gentibus significatur: sic Deut. 24. duplices mercenarij ponuntur, nimirũ ciues & peregrini. Solebant enim gentiles ventitare ad Iudæos eisq; seruire pro mercede. Persarum reges, sicut fertur, non amicis modò & proceribus, & stipatoribus

Plutarch. lib. 7 Prob. 4.

solebant de cœna portiones mittere, sed semper seruorũ quoq; atq; canum cœna in ipsorum mensa proponebatur, cùm, quantum omninò fieri poterat, omnes, quorum vtebantur opera, suæ mensæ facerent participes: nam cibi communicatione etiam ferissima cicurantur animalia. Hodie in quotidianis familiaribus, atq; domesticis illis sybsitijs apud Heluetios, & alios populos ministri, famuli, atq; ancillæ mensæ à patribus, atq; matribus familiâs adhibentur: apud alios populos, & quidem plærosq; is mos non est.

Pueri apud Romanos ad fulcra lectorum sedentes epulabãtur.

Quoad pueros illi more veterum Romanorum ad fulcra lectorum sedentes cibum capiebant. Claudius imperator (teste Suetonio) adhibuit omni cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisq; nobilibus, qui more veteri ad lectorum fulcra sedentes vescebantur. Mos enim erat (vt Cornelius Tacitus quoq; testatur) vt principum liberi cum cæteris eiusdem ætatis nobilibus sedentes vescerentur in aspectu propinquorum, propria atq; puriore mensa. Atq; apud Arcadas (authore Athenæo lib. 4.) liberi cum patribus suis lapidibus insidentes nudi conuiuabantur. Verùm pueros ad publica conuiuia adhiberi cum decoro, tùm illorum vtilitati minimè videtur esse consentaneum. Nam & pueros stando potius ministrare, quàm mensæ assidere conuenit, & quoniam multa fiunt atq; dicuntur in illis conuiuijs, quibus tenera illa flexibilisq; ætas corrumpi facilè ac deprauari possit, illos abesse, quàm interesse eiusmodi conuiuijs longè videtur satiùs. Quocirca Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. c. 7. adolescentes atq; adolescentulas vult ab ijs conuiuijs, in quibus θεάματα, καὶ ἀκούσματα turpia & inhonesta versantur, prorsus abstinere, cùm partim ob ætatis infirmitatem, partim ob fidei leuitatem, & inconstantiam ad cupiditates ferantur præcipites. Sed in priuato atque domestico conuictu, patres, matresq; familiâs, nec non præceptores atq; pædagogi, qui illorum curam gerunt pueros atq; puellas vel mensæ suæ adhibebunt, vel certè in conspectu suo, mensula separata, illos vesci curabunt, quò facilius ineptos atq; incompositos illorum mores, gestusq; inspicere, & partim verbis, partim verberibus corrigere, & emendare queant. Athenæus auctor est lib. 5. Philosophos Athenienses ipsos quoq; iuuenes ad modesta, & frugalia illa sua sybsitia (de quibus supra) adducere solitos fuisse: in quibus illos scribit θεὸς πάτριον νόμον, hoc est, certa ac definita lege, atq; modo cibum sumpsisse. Huiusmodi moderatis frugalibus, atq; honestis piorum, & doctorum virorum conuiuijs, teneræ illius ætatis homines adhibere consultissimum fuerit, quò faciliùs eiusmodi exemplis atq; colloquijs pijs, & eruditis ad virtutem atq; doctrinam formari, & institui possint. Hic etiam dici posset de pueris qui olim ad cœnæ dominicæ communionem admittebantur, temporibus Tertulliani et Cypriani, vt etiam olim pueros ad paschale illud epulum fuisse admissos Iudæorum libri non negant. Idem etiã ex Philonis lib. 3. de vita Moysis colligi potest, vbi Iudaicam Paschatis celebrandi consuetudinem describit. Hæc de inuitandorum seu conuiuarum qualitate varia & multiplici.

De pueris epulis adhibendis, vel non.

DE NVMERO INVITANDORVM, SEV CONVIVARVM.

CAPVT II.

Numerus ternarius.

NVNC de numero dicemus, in quo veteres ethnicos vehementer religiosos, vel superstitiosos potiùs fuisse reperio. Marcus Varro (teste Gellio lib. 13. cap. 11. in libro quodam lepidissimo ex Satyris Menippæis, qui inscribitur, Nescis quid vesper serus vehat) de conuiuarum numero, deq; ipsius conuiuij habitu, cultuq; disserens, dicit conuiuarum numerum incipere debere à Gratiarum numero, & progredi ad Musarum, id est, proficisci à tribus, & consistere

Digitized by Google

sistere in nouem: vt cum pauciſſimi conuiuæ ſunt, non pauciores ſint quàm tres: cùm plurimi, non plures, quàm nouem. Nam multos eſſe non conuenit, quoniam turba plerunque eſt turbulenta. Et Romæ quidem, addit Gellius, conſtat, ſed & Athenis, nunquam autem plures cubabant. Plinius NOTA. *lib. 28. cap. 2. ſcribit, Seruium Sulpitium hanc fuiſſe commentum cauſam, cur olim ominoſum fuerit menſam relinquere, nempe quòd illis temporibus nondum conuiuæ numerabantur plures tribus. Pauſanias quoque nunquam plures tribus antiquitus coiiſſe, priſcorum Annalibus comprobat, eiuſq; cauſam affert, quòd hunc numerum ſacrum atq; perfectum veteres crederent, idq; vel propter Gratiarum, vel propter Furiarum concentum. De ternarij numeri perfectione, religione, vſu in ſacrificijs veterum, plura vide apud Cælium Rhodig. lib. 12. cap. 9. Nobis Chriſtianis meritò numerus hic ſacer, & auguſtus eſt, propter ſacroſanctam nimirum illam, & credendam potius atque adorandam, quàm curioſe nimis ſcrutandam τριάδα, quæ Abrahamo olim, ceu patri omnium gentium, manifeſtè fuit patefacta, quando Iehoua trium virorum (quos ille hoſpitio, conuiuioque excepit) ſpecie ad illum venit. Nam tres illi viri, quater aut quinquies Iehoua appellantur, quod nomen non niſi in Diuinam naturam conuenit. Vnde conſtat non angelos (vt Iudæi volunt) ſed ipſum Iehoua eſſentia vnum, hypoſtaſi trinum fuiſſe Abrahami conuiuam. Hoc ergo trinitatis myſterium quoniam Ethnicis quoque obſcurè, & quaſi per nebulam quandam atque caliginem innotuit, hinc factum puto, vt ternario numero diuinam quandam vim tribuerint, & eundem cùm in ſacrificijs, tùm in epulis quoque ſuis, quæ & ipſæ illis ſacræ viſæ ſunt, ſibi obſeruandum eſſe duxerint: præſertim cùm communis ille omnium populorum pater, ipſum Deum trium virorum ſpecie (de quo aliquid audire potuerunt) hoſpitali conuiuio perhumaniter, liberaliterque exceperit.* Tres Abrahami conuiuæ. *Lege quoque Fannia, vt ad propoſitum redeam, extra domum non plures tribus, in foro non plures quinque licebat conuiuio excipere, vt teſtis eſt Athenæus lib. 6. ſub finem, vbi hanc legem à Mutio Scæuola diligenter fuiſſe obſeruatam ſcribit. Eiuſdem legis Macrobius quoque meminit lib. 3. Saturnal. cap. 17.* Lex Fannia de numero conuiuarum. *Huc quoque faciunt Poëtæ Archeſtrati Syracuſani verſus, qui ab Athenæo lib. 7. citantur:* Archeſtrati poëtæ iudicium de conuiuarum numero.

Πρὸς δὲ μιᾷ πάντας λειπνεῖν ἁβρόδαιτι τραπέζῃ
Ἑσσαν δ' ἢ τρεῖς, ἢ τέσσαρες ὀξυάπαντες.
Ἡ γὰρ πέντε γε μὴ πλείους, ἦδ' ἡ δὲ καὶ εἶη
Μιθοφόρων ἁρπαξιβίων σιτὴν τραπωτῶν. *id est,*
Cœnare vnà omnes homines hinc diuite mensa
Atque adsint illi vel tres, vel quatuor omnes,
Non plures vel quinque, foret nam cœna parata.
Militibus rapidè promptas rapientibus escas.

Hinc triclinia quoq; veteribus dicta à tribus lectis, in quibus singulis antiquitus singuli conuiuæ accumbebant. Huc alludere etiam videtur Horat. Flac. cùm inquit:

Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario multùm diuerſa palato:

Olim ſeptenarium quoq; veteribus placuiſſe ex prouulgato illo dicto conſtat, Septem conuiuium, nouem verò conuitium: cuius Iulius Capitolinus in Vita Lucij Veri Imperatoris meminit. Hunc autem numerum veteres magni fecerunt, quòd eſſet virginitatis numerus Palladi ſacer, quia nihil ex ſe pariat, quod intra denarij limites poteſt coaceruari duplicatum. Numerus ſeptenarius.

Homero ſecundo Iliados, denarius videtur placuiſſe. Nam in Decadas Sympoſiarcham diſtribuiſſe docet conuiuium, dignitatem fortaſſis denarij reſpiciens, quem circularem numerum Proclus vocat, & numerorum finem, principiumq;, quod diſſolutus in monodum redit, & monodus coaceruatur in denarium. Verba ſunt Agamenonis Iliad. 2: Denarius.

Ἡμεῖς δὲ εἰς δεκάδας διακοσμηθῆμεν ἀχαιοὶ
Τρώων δὲ αἰὲν δεκὰς ἑκάστη ἐλοίμεθα οἰνοχοεύειν.

Plures decem accumbere ſolitos, olim non fuiſſe moris, teſtis eſt Euſtathius ibidem. Et Agamemnon quidem λ. β. ſex Græcorum præſtantiſſimos ad conuiuium vocat, ſeptimus ſua ſponte ſuperuenit Menelaus, non tàm cibi cauſa, quàm vt fratri ſuo, ſicubi opus eſſet, opera ſua præſtò eſſet. Et in Pythagoricis conuiuijs non interfuiſſe plures, Iamblichus auctor illuſtris prodidit: vt Cal. lib. 18.

Digitized by Google

cap.8. *Apud Iudæos in conuiuijs nuptialibus tot licet inuitare, quot vult aliquis, ita tamen vt decem ad minimum his conuiuijs interſint, aliâs vti non poſſunt hac formula precationis, quæ apud eos in conuiuijs illis vſitata eſt.* ברך אלהינו *Nebarck Elohenu. Ioſephus lib.7. de Bello Iudaico indicat in Paſchali epulo, ab hora nona decimi quarti diei vſq; ad vndecimam, hoc eſt, ſecundum Germanorum obſeruationẽ, ab hora tertia vſq; ad ſeptimam, hoſtias mactatas: ſingulis verò edendis adhibitos conuiuas denos interdum & vicenos.*

Iulius Capitolinus Veri Imperatoris conuiuium notiſſimum deſcribit, in quo primum duodecim accubuiſſe dicuntur, cùm ſit notiſſimũ dictum de numero conuiuarum, Septem conuiuium, nouem verò conuitium. Numerus duodenarius Iouis eſt numerus, quod curſum ſuum duodecim annis perficiat. Huc quoq; referri poteſt δωδεκάθεον illa Auguſti Imperatoris cœna, in qua duodecim conuiuæ Deorum, Dearumq; habitu accubuerunt, cuius Suetonius meminit in eius vita. Huc referri poteſt quod apud Gallos numerus decimustertius mali & infauſti ominis habetur, ita vt vnum aliquem conuiuam eo anno moriturum eſſe ſuperſtitioſo mentis errore nonnulli ſibi perſuadeant, vt teſtatur Petrus Menenius in Eunucho Terentij. Quamobrem ſi quando accidit, vt tredecim ad vnam menſam accumbant, vnus illorum ſurgere atque diſcedere mali illius ominis euitandi cauſa cogitur. Non ergo minus hodie Chriſtiani, quàm olim Ethnici in conuiuarum numero ſolent eſſe ſuperſtitioſi. De numeri duodenarij perfectione vide Auguſtin. lib.20. de Ciuitat. Dei cap.5. ad illa Chriſti verba, Matth.19. Sedebitis ſuper duodecim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael, vbi & iudicum, & iudicandorum numero duodenario, vniuerſam quandam multitudinem dicit intelligendam. Plato ex viginti & octo rectiſſimè conſtare voluit conuiuium, pro Lunæ curſu, quæ vigeſimo octauo die redit ad idem Zodiaci punctum, vnde proceſſit. Xenophon octo conuiuas vult eſſe, vt vnà cum conuiuatore ſint nouem. Charephon apud Athenæum lib.6. ex 30. rectum conuiuium ordinauit. Heliogabalus Imperator (vt ſcribit Ælius Lampridius in eius vita) ſimul ad cœnam vocare eſt ſolitus octo caluos, octo luſcos, octo podagroſos, octo ſurdos, octo raucos, octo inſigniter nigros, octo inſigniter longos, octo præpingues & obeſos, & octo naſutos, delectatus illo Græcorum prouerbio ἀπαντοχτὼ, *id eſt, omnia octo, de quo vide plura apud Eraſmum in Adag. Veteres ergo conuiuarum numerum diligenter obſeruarunt, & alius alijs placuit, vt ex ſuperioribus liquet. Verùm in genere numerorum veteribus tanta fuit obſeruatio, vt omnia, ſicut Boethius Seuerinus ait, quæ à primæua rerum natura conſtructa ſunt, numerorum ratione viderentur eſſe conſtructa. Pythagorei in primis ea in re valde fuerunt ſuperſtitioſi, & Pythagoras (vt teſtis eſt Plutarchus in libro de placitis Philoſophorum) numerum pro mente accepit.*

Videtur autem conuiuarum numerus non eſſe nimis ad viuum reſecandus, ſicuti à veteribus legimus factitatum: ſed omnino ad ipſius conuiuij, ad temporis, loci, alimentorum, facultatum, aliarumq; huiuſmodi circumſtantiarum rationem eſſe accommodandus. Chriſtus conuiuas habuit quinq; millia virorum præter mulieres, atq; paruulos, quos in deſerto duobus piſcibus, & quinq; panibus pro infinita ſua poteſtate ſatiauit. Cæterum hîc cùm circumſtantiarum (vt modò dictum) habenda eſt ratio, tùm vt omnibus in rebus, ſeruandus modus, vt nec nimis paucos, nec nimis multos inuites: peccatum tamen communius, & quidem periculoſius committitur in exceſſu. Multi enim plures ſæpe inuitant, quàm vel locus poſſit capere, vel ciborum, facultatum, aliarumq; rerum ratio poſtulet, cum magno non ſolùm detrimẽto, & rei domeſticæ naufragio, verumetiam dedecore, atq; ignominia ſua. Veteres (vt intellectum eſt) à conuiuarũ copia atq; multitudine abhorruerunt, quoniam multitudo, quæ hodie plærisq; arridet, plærunq; pacis (vt eleganter Seneca loquitur) eſt inimica, & (vt vulgò dicitur) confuſionẽ parit. Ita Archeſtratus conuiuas plures quinq;, militum rapto viuentiũ manipulo comparat. Et prouerbium antè commemoratũ huc maximè pertinet: Septem conuiuium, nouem conuitium. Ex quo Eraſmus conuitium pro clamore dixit, quaſi conuocium, cùm quauis in re turba confuſionem excitet, ac moleſtiam. Verùm hac de re præclarè ſanè ac pluribus Plutarchus diſſerit lib.5. Sympoſ. Probl.5. ſub Lampriæ & Oneſicratis medici perſona: Οὐ δεῖ τὰ δεῖπνα μόνον, *inquit Lamprias,* ἀλλὰ καὶ δεῖ τὰς κλήσεις διορίζειν τῇ ἐγκρατείᾳ, *hoc eſt, non in conuiuijs ſolùm, verùm in ipſis etiam inuitationibus eſt moderatio adhibenda. Nam (vt idem ſubiungit) ipſas quoq; φιλανθρωπίας, hoc eſt, humanitatis aliqua eſt incontinentia, neminem compotorem prætermittens, ſed omnes tanquam ad ſpectaculum, aut acroama aliquod trahens. Abſurda autem atq;*

incom-

Duodenarius.

Viginti & octo conuiuæ.

Octonarius, ſiue Nonarius.

Triginta conuiuæ.

Octonarium.

Veteres numerorum obſeruantiſſimi.

Conuiuarum numerus non ad viuum reſecandus.

Chriſti conuiuæ 5000.

Modus ſeruandus in conuiuarum numero.

Conuiuarum multitudo vitanda, & cur.

Conuitium.

NOTA.

Digitized by Google

incommoda, quæ immoderatam illam turbam inuitatorum cõsequuntur, ibidem commemorantur. Nam primò eiusmodi conuiuia θορυβώδεις συμπεριφοράς, & ταχείας ἁλλύσεις, id est, tumultuarias habent ciborum circumlationes, celeremq; finem. Deinde loci angustiæ, spatijq; inopia magis sæpe, quàm panis vel vini defectus conuiuatorem omnibus deridendum propinat, eiusq; socordiam ac imprudentiam manifestè arguit, cùm loci copiam semper oporteat paratam esse, non inuitatis tantùm, sed etiam vltrò, forteq; fortuna superuenientibus hospitibus atq; peregrinis. Nam si panis atq; vinum deficiant, culpam licet in seruos conferre, tanquam illi furto rem minuerint, at verò loci defectus, atq; inopia inuitantis socordiæ, neglig utiæq; imputatur. Ac vt Hesiodium illud magnoperè laudatur, quod verbis illis:

Incõmoda multitudinis conuiuarum secundum Plutarch.

Ητοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο. id est,

Primò omnium quidam chaos extitit.

In Theogonia.

Locum prius sedemq; rebus, quæ erant nascitura, subijcit: Sic conuiuator quoq; prudens de loco satis capaci, & idoneo conuiuis excipiendis primò omnium cogitare debet. Præterea cùm conuiuia sermonis potissimùm, colloquijq; mutui causa, quo amicitia mutua alitur & auetur, instituta sint, atq; celebrentur, ita vt vinum satius sit, quàm sermonem è conuiuio tolli: numeroso mediusfidius huiusmodi conuiuarum cœtu mutui colloquij facultas impeditur, seu potius tollitur, cùm sæpe ne videre quidem se inuicem, nedum colloqui ob locorum interualla conuiuæ possint. Duo enim aut tres proximi inter se confabulari possunt, longius remotos neq; norunt, neq; aspiciunt. Quamobrem non rectè ditites faciunt, qui domos τριακοντακλίνους, id est, triginta lectorum capaces, & his laxiores adhuc, amplioresq; adificant. Ac proinde πολυαίθρους huiusmodi, hoc est, populosa conuiuia NOTA.
eleganter ἄμικτα, ἄφιλα & ἀπεγσήνορα, cõmunionis, amicitiæ, colloquutionisq; mutuæ expertia appellantur: quorum apparatus Panegyriarcham potius, hoc est, solennis pompæ præsidem, quàm sympositarcham requirat. Imò ne conuiuia quidem verè nominari posse dicit. Nam quemadmodum ciuitas, Platone auctore, certum habet atq; definitum magnitudinis terminum, quem si transiliuerit, ne ciuitas quidem est amplius nuncupanda: sic conuiuium quoq; certos suos habet magnitudinis fines atq; terminos, vltrà quos nullam id amplius conuiuij formam, rationémue obtinet, atq; idcirco ne nomine quidem conuiuij amplius dignum censeri debet. Etenim in conuiuio iusto, & legitimo tanquam in choro quodam opus est, vt κορυφαῖος τῆς χορείας sit συνήθης, id est, vt postremus seu imus, primum vel supremum possit exaudire, minimeq; opus sit velut in exercitu aliquo, internuncijs, vel vt in triremi κελευσταῖς, id est, proretis iussa gubernatoris renunciantibus, sed vt vnusquisq; pro se cum alijs colloqui possit. Hæc sunt incommoda quæ Plutarcho, imò experientia ipsa teste, conuiuarum nimiam multitudinem, atq; turbam plerunq; comitantur.

Subiungit postremò duo præcepta in inuitatione obseruatu digna, & ad hanc conuiuarum turbam euitandam perquam accommodata. Primum est vt sæpius paucos inuitemus. Qui enim rarò admodũ, & (quod aiunt) ἀπὸ ἄρματος, hoc est, cunctanter, sero, nimisq; anxiè conuiuia instruunt, coguntur vnumquenq; eorum, qui illos quacunq; necessitudine, notitiáue attingunt, conuiuarum albo ascribere. Qui autem frequentius id faciunt, ternos aut quaternos vocando, illi conuiuia natium instar quibus amnes traijciuntur laxa, & leuia reddunt. Alterum præceptum est, vt ipsius conuiuij causam genúsue spectemus. Nam vt ad alias res, atque negotia non omnis generis homines temerè vocamus, sed eos qui ad vnamquamq; rem maximè apti sunt, & idonei, vt ad consultationem prudentes, ad causam dicendam disertos, ad peregrinationem eos quibus victus est expeditus & otium: sic ad conuiuia alia atque alia, alij atque alij maximè idonei sunt vocandi. Sic enim exempli gratia principi conuiuium præbenti apti sunt principes, & ciuitatis proceres, si illi sint amici. In nuptijs autem, & natalitijs genere propinqui, quiq; Iouis homogenij sunt participes. Atque in eiusmodi conuiuijs, & festiuitatibus maximè illi sunt conuocandi, qui bona inter se inuicem sunt in gratia. Neq; enim cùm Deo alicui sacrificamus, omnibus etiam simul vota facimus, quantumuis eodem in templo, eodem altari colantur: sed cùm tres misceantur crateres, alijs è primo, alijs è secundo, sunt quibus è tertio libamus: inuidia namq; extra Deorum stat chorum. Diuinus autem nimirum etiam est amicorum chorus, benevolè distributus in conuiuijs, siue conuiuiali circumpotatione. Hæc Plutarchus de numero conuiuarum ad mediocritatem reuocando, benè sapienterq; meæ sententiæ, disserit.

Plutarchi præcepta de inuitatione conuiuarum.

Lex Fannia.

Lex Orchia. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 17.

Lex Iabensiũ.

Bene quoq; moratæ, & scienter constitutæ ciuitates atq; Respub. conuiuarum numerum sæpe certis quibusdam quasi cancellis atq; finibus circumscribunt: cuiusmodi fuit apud Romanos Lex Fannia, (de qua & suprà) nec non lex Orchia, quæ prima omnium de cœnis lex ad populum peruenit. Hanc tulit C. Orchino tribunus plebis de senatus sententia, tertio anno antè, quàm Cato Censor fuerat. Summa eius præscribebat numerum conuiuarum. Et hæc est Lex Orchia, de qua Cato mox Orationibus suis vociferabatur, quòd plures quàm eius præscripto cauebatur, tum ad cœnam vocarentur. Sic Iabensibus lege lata interdictum erat, ne in celebrandis conuiuijs plures vocarent, quàm decem, & totidem mulieres, vt author est Heraclides in Politicis. Apud nos quoq; sæpe feruntur leges, quibus in nuptialibus festiuitatibus atq; epulis inuitandorum numero modus præscribitur, ad inanes sumptus inutilesque sumptus, quos cum noui coniuges, tum ij qui inuitantur facere coguntur, euitandos. Plutarchus quoq; lib. 4. Sympos. Prob. 3. legumlatores dicit, qui summa contentione atq; conatu luxum oppugnarunt, numerum modumq; definiuisse eorum, qui ad nuptias inuitarentur. Num ad nuptiales epulas potißimùm festinitates, atque epulas plurimi solent inuitari, cuius rationes aliquas Plutarchus affert, de quibus priore libro est dictum. Regiæ tamen est magnificentiæ, maximam hominum multitudinem nonnunquam conuiuijs excipere, quorum exempla passim plurima occurrunt. Sic enim Pompeius, cùm circa Iudæam res gereret, mille conuiuas totidem aureis potoreis mutantes vasa cùm ferculis saginauit, vt Plin. lib. 33. cap. 10. Ptolomæi Varronis testimonio confirmat, Pythius Bithynus, qui platanum auream, vitemq; nobilem Dario regi donauit, Xerxis copias. hoc est 88. millia hominum epulo excepit. Huiusmodi in sacris libris Dauidis, Solomonis, Assueri conuiuia commemorantur.

Ad nuptiales epulas plurimi inuitantur.

Reges maximã hominum multitudinem solẽt conuiuio excipere.

Exempla.

Plin. lib. 33. cap. 10.

Nunc quoniam de conuiuarum numero egimus, illud quoq; est adijciendum, moris nemirum fuisse, vt inuitati siue conuiuæ postquam conuenerant, numerarentur, & illi quibus id datum erat negotij γυναικονόμοι fuerunt appellati. Ibidem narratur fabula non illepida talis: Parasitus quidam, quum inuitatus ad nuptias postremus accumberet, γυναικονόμοι numeratus conuiuis insserunt illum abire, quòd contra leges, supra numerum triginta sequutus esset. At ille: Numerate (inquit) denuò, & à me sumite initium, hoc nanq; pacto non ero suprà numerum. At à Latinis ijdem appellati sunt Nomenclatores, de quibus illustris locus extat apud Ammianum Marcellinum, cuius hæc sunt verba: Cùm autem interuallata temporibus conuiuia longa, & noxia cœperint apparari, vel distributio solennium sportularum anxia deliberatione tractatur, an exceptis his, quibus vicissitudo debetur, peregrinum inuitari conueniet? Et si digesto plenè consilio id placuerit geri ij, adhibetur, qui pro domibus excubat aurigarum, aut artem tesserariam profitetur, aut secretiora quædam se nosse confingit. Homines enim eruditos, & sobrios, vt infaustos & inutiles vitant quoque: accedente quoque quòd & Nomenclatores assueti hæc & talia venditare mercede accepta, cœnis quosdam & prandijs inserunt subditicios ignobiles & obscuros. Hæc de inuitandorum, atq; conuiuarum qualitate, & numero.

Mos conuiuas numerandi.

Athen. lib. 6. γυναικονόμοι.

Nomẽclatores.

DE TEMPORE INVITATIONIS, NEC NON VARIIS INVITANDI MODIS, ATQVE formulis, de seruis inuitantibus.

CAPVT III.

Varia temporis obseruatio in inuitationibus.

NVNC de tempore, quo fit inuitatio, dicendum. Sybaritæ (vt testis est Plutarchus in conuiuio septem sapientum) ante annum mulieres consuescuerunt ad cõuiuia inuitare, quò satis haberent temporis (num, vt ille inquit, mulieres dum moliuntur, dum comuntur, annus est, cuius illustre exemplum habes lib. Esth. cap. 2.) ad sese pretiosis vestibus ornandum. Ac omnino inuitatio fit longè, vel paulò ante conuiuium, vel conuiuio iam parato & instructo secundum varias vel circumstantias, vel mores, atq; consuetudines, quibus est seruiendum. In Euangelio Luc. 14. cùm illi, qui ad cœleste illud epulum fuerant inuitati, denuo vocati per seruum venire recusassent, conuiuator paratis iam omnibus per eundem suum seruum, obuios quosq; subitò vocari cu-

Digitized by Google

tari curauit. Sic enim ſæpe fit, vt quando illi, quos aliquanto ante tempore inuitauimus, venire vel nolunt, vel non poſſunt, alios quos nobis commodum eſt, in illorum locum vel ſubitò inuitemus. Ipſa certè Eſthera (ſicut pluribus cap. 5. ſcriptum eſt) regina cum magno vitæ ſuæ periculo Aſuerum regem, atq; Hamanum eodem die, quo epulum adornauerat, inuitauit. Apud nos verò ad conuiuia, præſertim lautiora, biduo ante fit inuitatio. Iudæi in Italia ad nuptiale conuiuium triginta, ad alia verò conuiuia octo ante dies inuitare conſueuerunt. Verùm quot ferè ſunt populi, quot etiam circumſtantiæ, tot ſunt vel maturius, vel ſerius inuitandi conſuetudines, quas omnes perſequi eſſet infinitum. Omnino (vt eſt in prouerbio) Lex regio: ſeruiat igitur vnuſquiſq; ſuæ ciuitatis, atq; gentis hac in parte conſuetudini. Conſuetudini ſeruiendum.

Iam verò quoad inuitationis modum ſiue formam, illa quoq; varia eſt, & multiplex. Nam vel inuitamus abſentes, & peregrinos, vel eos, qui in eadem vrbe, locóue, in quo nos ſumus, verſantur. Item inuitamus vel ἀμέσως per nos metipſos, vel ἐμμέσως, idq; rurſus bifariam, vel per literas, vel per miniſtros, famulos, atq; nuntios, vel vtroq; modo. Inuitationis ἀμέσου illuſtre exemplũ habemus in hiſtoria Eſtheræ. Ipſa namq; Eſthera regina cum magno vitæ ſuæ periculo Aſuerum regem, atq; Hamanum inuitat. cap. 5. Serui autem quorum opera olim beati, lautiq; homines ad inuitandum vtebantur à Græcis κλήτορες, & δειπνοκλήτορες, nec non ἰλέατεροι, ſiue ἐλεάτεροι. Athen. lib. 4. Ἐλέατεροι autem, vt inquit Pamphilus, vocantur, qui ad regiam menſam vocant παρὰ τῦ ἕλεω, id eſt, menſa. Artemidorus autem eos appellauit δειπνοκλήτορας. Latini eoſdem vocatores appellarunt. Plin. lib. 3. cap. 10. de Apelle: Inuitatus ad regis cœnam venit. Indignantiq; Ptolomæo, & vocatores ſuos oſtendenti, vt diceret, à quo eorum inuitatus eſſet, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit; agnoſcente vultùm plani rege ex inchoato protinus. Martialis: Modus et forma inuitandi ad conuiuium.

Iam dices mihi vapuler vocator.

Sueton. in C. Caligula. Compererat prouincialem locupletem ducenta ſeſtertia numeraſſe vocatoribus, vt per fallaciam conuiuio interponeretur. In Euangelio Luc. 14. conuiuator ille ſeruo mandat, vt ad conuiuium homines vocet, quem ſimiliter δειπνοκλήτορα, ſeu vocatorem appellare poſſumus. Apud Lucianum in Dialog. de Mercede conductis & famuli fit mentio, ad cœnam vocantis, & mercedis, quæ illi nonnunquã ab inuitatis dari conſueuerat. Primùm, inquit, adeſt tibi quiſpiam, qui te iubeat ad conuiuium accedere, famulus non incomis, qui tibi prius placandus datis in manum, ne videaris inciuilis, vt minimum quinq; drachmis. At ille recuſans, ſeq;, quum maximè cupiat, cupere diſſimulans: Apage, inquit. Ego ne quicquam abs te? Addit & illa, Abſit, Dij prohibeant. Tandem flectitur, & obtemperat, atq; diſcedit, te latè diducto rictu ſubſannans. Apud nos ancillarum ferè id eſt munus, quæ comptius & nitidius ſolito veſtitæ illud obeunt, mulieribus quoque ad nuptialia conuiuia inuitantibus mercedula à ſponſo dari conſueuit.

Porrò inuitandi formulæ Hebræis vſitatæ huiuſmodi ferè fuerunt. Eſthera regem Aſuerum his verbis inuitauit: Si ſuper regem bonum (hoc eſt, ſi illi gratum atq; cõmodum) veniat rex & Haman hodie ad conuiuium, quod apparaui ei. Item in ipſo conuiuio, vtrunq; rurſus hoc modo in craſtinum inuitauit. Nam cùm rex dixiſſet: Quæ eſt poſtulatio tua, & dabitur tibi? quæ petitio tua vſq; ad dimidium regni, & fiet? Reſpondit illa: Petitio mea, & poſtulatio hæc eſt: Si nacta ſum gratiam in oculis regis, & ſi regi viſum fuerit, vt annuat petitioni meæ, & præſtet quod peto, Veniat rex & Haman ad conuiuium, quod parabo eis craſtino die, &c. Humana ſanè, modeſta, atque honorifica fuit hæc inuitationis forma. Simili vſus eſt Abrahamus, cùm tres illos viros inuitaret, Gen. 18. ſcriptum eſt. Nam cùm illis occurriſſet, ſeq; ad illorum pedes abieciſſet, Amabo Domine, inquit, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne quæſo prætereas ſeruum tuum, &c. Similiter Lothus duos illos angelos pronus, facie terram verſus demiſſa, his verbis inuitauit: En obſecro domini mei, diuertite quæſo ad domum ſerui veſtri, & pernoctate, & lauate etiam pedes veſtros, & mane conſurgentes proficiſcimini viam veſtram. At illi dixerunt: Non, ſed in platea pernoctabimus. Ille verò efflagitabat vehementius, vt ad ſe diuerterent. Matth. 22. cap. eſt inuitandi formula ſimplex, qua ſeruuli vtũtur: Δεῦτε εἰς τὸς γάμους, id eſt, Venite ad nuptias, nã omnia ſunt parata. Ioan. 2. Chriſtus ad diſcipulos dixit: Δεῦτε ἀριστήσατε, Venite ad prandendũ. Hodie in Italia Iudæi hac inuitandi ad nuptias formula vtuntur: N. Orat te vt velis ſe honorare tua præſentia in cõuiuio nuptiali ſuæ Priſca inuitandi forma quædam. Iudæorum mos inuitandi ad nuptias.

filiæ, &c. tùm מזל טוב *masal tob* fausto omine dicit inuitatus ei, qui inuitat: cui ab inuitatore respondetur ברוך תהיה *baruk tihe* iæh, id est, benedictus eris. Et inuitandi formulæ hodierno die apud alias, atq; alias gentes variæ sunt, & multiplices, quas operosum esset nimiùm recensere. Illud quoq; olim videtur fuisse moris, vt inuitandorum nomina in tabella inscripta vocatoribus darentur, id quod ex verbo καταγράφειν, quod Plutarchus pro inuitare vsurpat, videtur posse colligi. Apud nos quidem mulier vnà cum puero aliquo ad nuptias inuitare solet, puer manibus tenet chartam, cui inuitandorum nomina sunt inscripta, & inuitatione per mulierem facta, eos qui vel promittunt, vel recusant puer diligenter notat. Præterea vt locus, ita tempus quoq; atq; hora conuiuij inuitatis vt olim, ita hodie etiam significari consueuit. Olim enim qui vocabant ad cœnam, designabant, ad quam vmbram solarij vellent adesse conuiuas. Itidem qui vocabantur, ne venirent ante tempus, rogabant, ad quam lineam esset veniendum: inde prouerbium, Decempes vmbra, de quo primo in libro, vbi explicatum pluribus, qua ferè hora diei veteres cibum capere sint soliti.

Inuitandorum nomina olim in tabella scripta vocatoribus dabantur.

Heluetiorum mos.

Locus & tempus cœnæ in inuitatione indicatur.

Inuitationem amicam, modestam & seriam esse oportere.

Penulam scindere, Prouerb.

Inuitatio porrò siue ea per nos fiat, siue per alios, sit humana, amica, non simulata, languida & remissa, sed seria, acris, ita vt is qui inuitat, seriò rem & ex animo agere, non ludere videatur. Huiusmodi fuerunt illæ paulò ante commemoratæ Estheræ reginæ, Abrahami, atq; Lothi inuitationes humanitatis, amoris, officijq; plenissimæ. Qui enim aliquem seriò, & ex animo inuitant, ij penulam scindere dicuntur antiquo prouerbio, hoc est, manu iniecta in penulam, aliquem quasi vi retinere, & remorari, & ad manendum diuertendúmue inuitare. Cicero ad Atticum lib. 13. de Varrone verba faciens: Venit, inquit, ad me, & quidem id temporis vt retinendus esset. At ego ita egi, vt non scinderem penulam. Memini enim tui, & multa erant, nosq; imparati. Quid refert? paulò post Capito cum T. Carinate. Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt. Huiusmodi est apud Terentium: Mida Getam resupinat pallio. Et Apuleius id sæpe appellat, iniecta manu firmiter aliquem ad epulum trahere. Cuiusmodi seriæ, vehementisq; inuitationis exemplum apud eundem habemus lib. 2. Fortè, quadam die mecum magnopere Byrrhena contendit apud eam cœnulæ interessem, & cum impendio excusarem, negauit veniam, id est, dixit se mihi non veniam daturam, nisi promisissem, me apud eam cœnaturum. Contrà igitur leniter, remissè atq; languidè aliquem inuitare, est aliquem lacinia tenere, non scindere penulam, vix attingere penulam. Cuiusmodi dicendi formis nostrates quoq; hodie vtuntur: Einem den rock/oder den geerē nit zerreyssen/oder zerzerren. Omnino hic quoq; adhibendus est modus, vt nimirum neq; languida nimis & remissa, vel etiam ficta simulataq; sit inuitatio, nec etiam nimis importuna, odiosa, violenta, molesta, ita vt aliquem vel inuitum, cum aliquo illius incommodo atq; molestia ad epulas, hospitiumq; inuitare, seu potius trahere, & diutius quà par sit, retinere conemur. Mirum, simulatumq; inuitationis genus fuit, quo viri Triumphales olim apud Romanos vsi fuerunt. Illi namq; (vt testis est Plutarchus) consules ad epulum Triumphale inuitabant, sed postea illos rogabant, ne accederent, idq; ob eam causam, vt post epulum honoris ergò à populo Romano deduci possent: qui honos præsentibus consulibus non poterat ex populi Romani moribus, ac institutis Imperatoribus tribui. Eadē de re sic scribit Val. Max. lib. 2. c. 3. Moris erat ab Imperatore triumphum ducturo Coss. inuitari ad cœnā: deinde rogare, vt venire supersedeant, ne quis illo die, quo ille triumphauerit, maioris in eodem conuiuio sit imperij.

Lacinia aliquē tenere, nō scindere penulam. Prouerbium.

Quis modus in inuitationibus tenendus.

Mirus virorum Triumphalium apud Romanos mos inuitandi.

DE IIS QVI NON VOCATI IMPVDENTER SE QVIBVSVIS EPVLIS INGERVNT, DE PARASITORVM NOMINIBVS, NATVRA, ATQ; MORIBVS.

CAPVT IIII.

De iis, qui non vocati, ad conuiuia accedunt

IAM de ijs, qui non vocati ad conuiuia accedunt, nec non de eorum, qui inuitati sunt, munere & officio (quoad inuitationem) operæpretium erit dicere. Quemadmodum igitur ij, qui inuitati & vocati sunt κλητοὶ, & κεκλημένοι à Græcis appellantur: ita contrà μὴ κεκλημένοι, ἄκλητοι, αὐτόκλητοι, (selbs gladen gest) & αὐτόματοι, siue αὐτομάτως ἐπελθόντες, ab ijsdem dicuntur: qui Latinis non vocati, & inuocati à Plauto & Cicerone appellantur, quiq; sua sponte ad conuiuium accedunt.

Digitized by Google

Hi verò sunt duplices: alij, qui omnino non sunt vocati, alij, qui à conuiuarum aliquo sunt inuitati: qui à Græcis ὄπιλητοι, & σκιαὶ, à Latinis vmbræ vocantur, & conuiuarum comites, vt eos Apuleius lib. 5. appellat. Nam probè, inquit, disposita cœnula balneas obeunt (en balneandi consuetudinem ante epulas) dehinc lauti quendam fortissimum rusticanum, industria laterum, atq; imis ventris bene præparatum, comitem cœnæ secum adducunt. Duo genera nõ inuitatorum.

Ac omnino hoc primò omnium sit in præceptis, vt ne quis, si non est inuitatus, temere & sine iusta causa ad conuiuiũ accedat: quod qui facit, multis nominibus malè audit. Hoc nomine Myconij olim fuerunt notati, quod ob tenuitatem alienas cœnas captarent: vnde prouerbium natum est, vt qui ἀκλήτως, id est, inuocatè ad conuiuium venirent, Myconij more venire dicerentur. Hinc Archilochus apud Athenæum lib. 1. in Periclem inuehitur, ὡς ἄκλητον ὄπισθε παίοντα εἰς τὰ συμπόσια, μυκονίων δίκην, hoc est, velut qui inuocatus ingereret se ad conuiuia Myconiorum more. Videntur enim Myconij propter paupertatem, quod infœcundam insulam incolerent, sordium & auaritiæ nomine fuisse accusati: vnde Ischnomachum sordidum Cratinus Poëta, Myconium appellat. Antiphanes Poëta Syracusius apud eundem huiusmodi homines, qui in vrbibus, vt sæpe fieri solet, non inuitati ad conuiuia accedunt, muscis comparat, quæ in Olympijs aduolantes bouem fœdè feriebant: quo simili illorum impudentiam perstrinxit. Versus eius hi sunt apud Athen. lib. 1.

Non est temere, & iniusta causa ad conuiuia accedendũ. Myconiorum more ad conuiuium venire Prouerbium.

Muscis comparantur non inuitati cõuiuæ.

Αεὶθ' ὥσπερ ὀλυμπιάσι φασὶ τὰς μύας ποιεῖν
Βῦν τοὺς ἀκλήτους θερμοκατακόπειν παντα χοῦ. *Id est:*
Muscæ velut fœdè solent Olympicæ
Boues ferire non vocatæ, idq; vndiq;, &c.

Hinc apud Antiphanem Comicum Parasitus hoc modo inducitur:

Θύρας μοχλεύειν, σεισμὸς· εἶτα δεῖ, ἀχεῖς
Δειπνεῖν ἄκλητος, μῦαι· μὴ ἐξελθεῖν, φρέαρ.

Nec verò à Græcis tantùm, verùm etiam à Latinis impudens hoc genus hominum muscis comparatur. Plautus in Pœnulo:

LYC. *Hospitium te aiunt quæritare.* COL. *quærito.*
LYC. *Ita illi dixerunt, qui hinc à me abierunt modò,*
Te quæritare à muscis. COL. *Minimè gentium.*
LYC. *Quid ita?* COL. *quia à muscis si mihi hospitium quærerem,*
Aduenienti huc irem in carcerem recta via.

Quærebat ille adolescens hospitium à muscis, hoc est, ab arbitris, & aduentoribus liberum, in quo ne muscæ quidem sint arbitræ, secundum illud: Ne musca quidem. Id enim suprà aduocati dixerant:

Potare, amare volt. LYC. *Locum lepidum dabo.*
ADVO. *At enim clàm furtim hîc esse volt, ne qui sciant*
Neûe arbiter sit, &c.

Hoc cùm Colabiscus aliorsum acciperet, quasi dictus sit à muscis quæritare hospitium, negat se à muscis quæritare. Nam si à muscis quærerem, inquit, rectà in carcerem iuissem, vbi solet esse magnus muscarum numerus. Ita Lambinus interpretatur. Posteriora autem verba, Iustus Lipsius in Antiquis suis lectionibus aliter interpretatur. Addit deinde, inquit, ludens de carcere. Nam certè in carcerem periculum non erat, ne quis inuocatus veniret. Atque idem Poëta in Mercatore:

Musca est, inquit, meus pater, nihil potest clam illum haberi,
Nec sacrum, nec tàm prophanum quicquam, quin ibi sit illicò.

Ælianus lib. 11. de Animalibus cap. 8. testis est, in Leucade insula promontorium fuisse excelsum, & sacrum in eo Apollinis Actij fanum, cuius honori dedicatum tempus festum cùm instabat, in quo saltando etiam certabatur, bouem muscis feriebant, cuius illæ sanguine saturatæ recedebant, veluti munere ad id faciendum persuasæ. Et cap. 17. quinti libri scribit, muscas Pisatides eo tempore, quo Olympiæ festum celebrabatur, inter tot sacrificia, & sanguinis passim fluentis copiam, & carnes suspensas, quasi Dei reuerentia motas discedere, ac vltrà Alphæum flumen auolare consueuisse, ac soluto iam festo vnà cum mulieribus (quæ & ipsæ lege & imperio aberant) tanquam decreto aliquo exules reuocatas, in Elidem reuersas esse. Sed quoniam musca (vt Ælianus lib. 7. cap. 19. &

Cur illi qui nõ inuitati se epulis impudenter ingerunt, muscis comparentur.

lib.2.cap.29. nec non experientia ipsa docet) impudens animal est, & importunum, & audax, & vorax, quodq; non facilè repelli potest: mirum sanè non est, huiusmodi homines, qui sese conuiuijs temerè & audacter ingerunt, ac illa per flammam & ignem petunt, à Græcis pariter atque Latinis muscis comparari, ac muscas μυιαφορικὰς appellari. Eandem enim ob causam, vt illud quoque addam, immanis ille animarum helluo, qui leonis instar feri, atque famelici circumquaq; cursitat, omnem homines deuorandi, atq; perdendi occasionem captans in sacris literis Beelzebub, hoc est, muscarum princeps, siue dominus appellatur. 4. Reg. cap. 1. Matth. 12. Marc. 3. Nam musca instar hominibus assiduè molestus est, atque infestus, nullam illos tentandi vexandiq; intermissionem facit. Hic videtur esse ille Myodes, cui (vt testis est Plinius lib.29.cap.6.) in Olympia sacro certamine immolato tauro, muscarum nubes extra territorium illud abierunt. Eundem muscarum Deum, lib.10.cap.28. Achorem vocat (Gregorius Nazianzenus Acaron, ab Acarõn vrbe Palæstinæ, vbi præcipuè cultus fuit) cui Cyrenaicos (lib.4. Regum.cap.1. Accaronitarum Deus dicitur) quibus muscarum multitudo pestilentiam afferebat, scribit sacrificare fuisse solitos, ac simulatq; illi Deo litatum fuerat, protenus omnes interijsse. Appellatus etiam est, teste Cælio lib.21. cap.2. ἀπομυῶν, muscarum abactor, à fugandis pellendisq; muscis. Iam verò, vt ad propositum regrediar, impudenter hi atque audaces epularum sectatores, qui non inuitati sese quibusuis epulis non amicitiæ & honestatis, sed ventris sui causa immiscent, à Græcis λειπομάγειρς, ἀπρόκλητοι, φιλόδειπνοι, λειποδιώκται, ὠρεκτέδειπνοι, παράσιτοι, ἀλλοτριοφάγοι, (Sic Nicolaus poëta: τ' ἀλλότρια λειπεῖν ἑλομένους ἄνευ πόνου, & τ' ἀλλότρια μασωμένους, id est, aliena sine labore deuorantes, vocat) φιλοτριάτορες Philoni, à Latinis cœnipetæ, mensarũ omnium assectæ, parasiti, Gnathones appellantur. Germani eosdem schmorotzer/ suppenfrässer/ tällerschlächer/ schmöckenbrätly/ so ein läckerbißle über die gassen riechend/ welche gern gest haben in ander leüten heüser / & alijs huiusmodi nominibus notant. Prouerbijs quoque suis dicterijs quibusdam falsis illos perstringunt, vt:

Vngladner gast/ Jst ein last. *Item*, Sich wie ein Landsknecht zůschlahen. In eines anderen Kuche greyffen/ das schämele mit jm bringen. De hoc hominum genere obseruatione dignissimum est illud Ecclesiastici verissimum sanè sapientissimumq; dictum, quod extat 41.cap. Qui aliena mensa viuere cogitat, is de moratur honestam victus quærendi rationem, cogitur enim propter alienum cibum peccare. Sed hoc studet cauere vir prudens. Panis emendicatus benè sapit ori impudenti, sed hinc tandem periculosa febri corripietur. His similia sunt illa Hesiodi:

Αλλ' ὅτε δὴ ἔργα κακ' ἔμμορεν ἠδ' ἀθελήσει
Εργον ἐποίχεσθαι, ἀλλὰ πόωσιν κατὰ δῆμον
Βούλεται αἰτίζων βόσκειν ὀλοὸν γαστέρ' ἄνολτον. *Hoc est.*
Hic quoniam didicit scelerate facta patrare
Non vult furtificis manibus perferre laborem
Ostia sed mauult per singula quærere victum
Pascere quò ventrem ieiunus possit auarum.

Beelzebub muscarum princeps.
Myodes.
Achor.
Acaron.
Ἀπομυῶν.
Nomina quibus notantur ij qui non inuitati sese conuiuijs immiscẽt.
De parasitorũ nominibus, natura atq; moribus.

Verùm operæ pretium mihi facturus videor, si de parasitorum nominibus natura atque moribus paulò verbosiùs dixero, cùm hi conuiuiorum indiuidui soleant esse comites. Leuit.19. vers.16. Non comedas placentas in populo tuo, vt Chald.paraph.habet. Hoc est, non parasiteris, non agas adulatorem, delatorem, & obtrectatorem, ventris & cibi causa: Nam, vt R. Salomo annotat in hunc locum, videtur moris fuisse, vt qui delectaretur adulatoribus, & delatoribus, conuiuijs illos exciperet, delicatosq; cibos illis apponeret, quò promptiores essent ad calumniandum, detrahendumq; proximo. Verbum רכיל *Rachil, (quo hîc Moyses vtitur) à* רכל *Rachal, id est, miscuit, deductum significat susurronem, calumniatorem, criminatorẽ teste Kimchi, quem aliâs Hebræi* מלשין *Malschin nominant, cuiusmodi solent esse parasiti. Habet hoc verbum affinitatem magnam cum verbo* רוכל *Rochel, quò & pigmentarius, siue pharmacopola, & negotiator, seu mercator quiuis significatur: ille à specierum aromaticarum, quas commiscet, in parandis & conficiendis pharmacis, hic à mercium varietate. Quemadmodum autem & pharmacopola varias miscet species aromaticas, & negotiator ventris, lucriq; causa huc atque illuc discurrendo, varias sibi merces com-*

parant, quas postea rursus distrahit: ita etiam parasiti, sycophantæ, & susurrones vitro citroq; cursitant, vt habeant quod dicant, & ingerant in aures suorum auscultatorum atque ita homines quasi cõmisceant, hoc est, committant inter se, lites, iurgia, & discordias excitanter. Hæc R. D. Kimchi in lib. Rod.

Pernitiosissimum porrò hoc hominum genus, à Græcis duobus generalibus vocabulis est insignitum: appellantur enim παράσιτοι, & κόλακες.

Quoad primum, (quod componitur ex πάρα, id est, apud, & σιτίον cibus) Athenæus lib. 6. testatur, illud apud veteres σεμνὸν καὶ ἱερὸν, graue, honestum atque sacrum fuisse, ἱερὸν τὶ χρῆμα, καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον, id quod Polemonis Samij testimonio probat. Prisci ergo Græci eũ ita vocabant, cui sacrarum epularum eligendarum curã mandata erat (idem testatur Pollux, cùm inquit: ἐπὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρεμένων) cuiusmodi apud Romanos erat Collegium Epulonum. Id colligi potest ex columna, quæ sita erat in Herculis fano; quod fuit in Cynosarge. In ea enim hæc legebantur, τὰ δὲ ἀπαρχήνια θύεται ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων: & in Palæride donarijs, ἄρχοντες καὶ παράσιτοι ἀνέθεσαν. Locum item, in quem sacrarum frugum primitias reponendas curabant, παρασίτιον est appellatum. Aristot. in Methonensium repub. Principibus inquit, bini erunt Parasiti, ductoribus autem singuli. Illud quoque annotatum est: eos exigere solitos tùm certas à quibusdam alijs portiones, tùm à piscatoribus opsonium. Lucianus in libello, quo probat artem esse parasiticam, docet veteres parasitos appellasse δαιτυμόνας, conuiuas. Idemq; refert, Patroclum fuisse Achillis Parasitum, & Mennonem Idomanei, quos Homerus vocat θεράποντας, id est, cultores & ministros.

Parasiti nomẽ olim honestum & sacrum.

Parasitium.

Nomen ergo hoc antiquitus honestum, imò sacrum fuit, cùm conuiuam, tùm sacrorum administrum significans. Postea ἄδοξον ignominiosum & inglorium fieri cœpit, vt pluribus docet Athenæus lib. 6. Veteres Poëtæ primùm (eodem teste) τὰς παρασίτους, parasitos vocabant κόλακας, vt multis testimonijs ibidem probat. Pollux Epicharmum primò, deinde Alexim testatur parasiti vocabulum prò adulatore, & guloso homine vsurpasse.

Κόλακα autem, teste Eustathio Od. ρ. nonnulli dictum volunt, ἀπὸ τοῦ κόλου, quod ξοφὸν, id est, cibum significat, cuius compositum est ψωμοκόλαξ, & ψωμοκόλαφος δραπέτης. Ψωμοκόλαξ verò apud Philemonem Comicum dicitur, quòd offulas adulabundus carpat. Apud Diphilum ψωμοκόλαφος, quòd offulas obliguriat. Alij ψωμόλεθρον appellant, tanquam offularum pernicie, ein suppenfrässer. Idem Ιλ. Ν. οἱ κόλακες, inquit, dicuntur ὡς σκώληκες τῶν ἐχόντων ἀσίας, id est, Vermes eorum qui rem possident: sic ab Anaxila Poëta dicti, teste Athenæo. Vnde Plutarchus, Ligua quidem augendo ignem ab ipso igne consumuntur: diuitiæ autem cum nutriunt adulatores, ab his ipsis perduntur. Et, vt Phauorinus eleganter dixit, sicut Actæonem nutriti ab ipso canes occiderunt, ita deuorantur ab adulatoribus illorum nutritores. κόλακες alijs (vt ibidem tradit Eustathius ex Athenæo) videntur dicti ἀπὸ τῆς κόλλης, siue ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὁμιλίαις, de quo vide etiam Cælium lib. 11. cap. 33. Androcides meditus, vt est apud Athenæum, dicebat κολακείαν nomen suum habere ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὁμιλίαις, vel (vt alijs videtur) διὰ τὴν εὐχρηστίαν ὅτι πάντα ὑποδύεται, ὡς δὲ τὶς ὑποκριτικὸς νοταγωγῶν, τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καὶ ὀυ βαρυόμενος ὀυδενὶ τῶν αἰσχρῶν, id est, ob facilitatem, quòd omnibus se accommodat, quasi dorsum antiquum, moribus q; supponens, nullamq; rem turpem grauiter ferens. Alijs κόλαξ videtur dictus, quasi κόλος, id est, mutilus, ταπεινὸς, καὶ μὴ ὁλόκληρος. Alij volunt deduci ἀπὸ τῆς κόλης, à ventre, cuius est mancipium: vel ἀπὸ τοῦ κολάζειν, id est, à puniendo, truciando: sunt enim principum pœnæ, atque pestes certissimæ. κόλαξ Suidæ videtur esse ἀπατεών, deceptor, κολακεία, hoc est, ἀπάτη, deceptio, fraus. κόλακας etiam mutatione vnius literæ dicuntur, quasi κόρακας, corui: inde tritum illud Diogenis, satius est εἰς κόρακας, ἢ εἰς κόλακας, id est, in coruos, quàm in adulatores incidere, propterea quòd illi mortuos tantùm, hi viuos quoque deuorant, vel vt Antisthenes dixisse fertur, quod illi corpus mortui, hi verò animum viuentis lædunt. Alsiatus 4. Pareg. cap. 16. ab aue colace nomen deducit, quam eandem existimat cum Melancoryphо, parrhatiolam dici à ciborum appetentia. Μαλακόλαξ à Cleanthe dictus, (teste Athenæo) adulator: ab alijs παραγναθίστης, à nonnullis χρηματοθήκης, propterea quòd in eorum gratiam quibus adulatur ἀναπλάττεται παραγναθίζων, καὶ ἀπραγμόνων ἑαυτὸν τοῖς ξιβωνίοις. Subiungit Athenæus,

ψωμοκόλαξ vnde dicatur.

ψωμοκόλαξ

ψωμοκόλαφος.

ψωμόλιξ

μαλακόλαξ παραγναθίστης.

Digitized by Google

quod est animaduersione dignissimum: Reuera adulator Protei instar videtur esse παντοδαπὸς ὲ μόνον κατὰ τὴν μορφὴν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς λόγους, ὅτω ποικιλόφρων τὶς ὀξυν, id est, sic enim non solùm forma, atque facie, sed etiam sermonibus sibi est dissimilis, varius, & inconstans.

Alia epitheta græca, quibus adulatorũ mores depinguntur.

Multis porrò alijs nominibus, atque epithetis adulatores à Græcis eleganter designantur, quibus illorum natura, atque mores egregiè exprimuntur. Nam & δειπνολόχοι, & κλισιοφόροι, id est, cœnipetæ, cœnarum insidiatores (sic δειπνολόχη ab Hesiodo dicitur mulier, quæ præter mariti voluntatẽ ad aliena conuiuia se confert) & ξαπεζεῖς, ὁπὶ ξαπεζίδιοι, & ab Eupolide ὀι φεῖ τάγηνον, καὶ μετ' ἀρίστου φίλοι, ollæ amici, qui non ex animo, sed cibi ventrisq; causa alios colunt. Huc pertinet prouerb. χύτρης φιλία, id est, ollæ amicitia, de quo Erasm. in Chiliad.

Eandem ob causam etiam dicti sunt ἀυτολήκυθοι, quòd sponte ad lecythum commearent, & inuocati præstò essent in conuiuijs. Dicti sunt etiam, teste Eustat. Od. 2. ξαπεζόλοιχοι mensarum liguritores (Täller ſchläcker) κνισολοιχοὶ siue κνισαλοιχοὶ, κνισοφύλακες, Athen. catillones, qui nidore seu pinguedine delectantur. Sic καπνοσφεάντης fumum olfaciens prouerbialiter dicitur homo sordidus, vt annotat Eusta. Ιλ. θ. aut etiam parasitus qui nidore alienæ culinæ mensæue ducitur. Vide Iunium in Adag. (Braatenſchmöcker) γάστεις, γαστεμάργοι, γαστερόπληγες, παντοφάρυγγες, ventris mancipia, & gulæ inexhaustæ, ἐνθησίδουλοι, ψωμόδακλοι, buccarum, siue bolorum, offularumq; mancipia: τέτθαι, à voracitate, siue ciborum cupediarumq; auiditate insatiabili, qua laborant.

ξαπεζορήτορες.

Appellati etiam sunt ξαπεζορήτορες, à loquacitate futili, & à Cratete Cynico eleganter συγκαταδυσιφάγοι, id est, conniuepulones, siue ad nutum manducones, qui conniuendo epulantur, dictisq; omnibus ventris causa annuunt. Vnde etiam à Plutarcho in Symposiacis non minus eleganter, quàm verè τῇ γαστεί, τῇ ψυχῇ σύνδειπνοι vocantur. Huc facit illud Menand. πολλοὶ ξαπέζης ἂν ὀληθείας φίλοι. Multi mensæ non veritatis amici sunt. Greg. Nazianzen. in Athan. adulatorem eleganter vocat ξαπέζης ἀλλοτρίας δοῦλον καὶ μάζης ὠνιον, πάντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν μεμαθηκότα δι' τῇ γαστρὶ, id est, Alienæ quadræ seruum, maxaq; venalem, ventris gratia quidun & facere & dicere edoctum. Inde etiam parasitus eleganter ἰγγλωττογάστωρ dictus, vt qui lingua sua nutrit, sicut ἰγχειρογάστωρ qui manuum labore sibi victum comparat. Eustath. Od. 132. 346. 636. Ιλ. 216. Idem ab Eubulo Comico apud Athenæum λοπαδαγχόνοι, seu λοπαδάγχναι dicuntur, ceu sartaginum pestes, ac pernicies cuncta abligurientes: & ab eodem αὐότιοι, λάρυγγες, ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες, id est, gulæ exitiales, alienarum opum tubuccinatores appellantur. Ταγηνοριβοθήρας, apud Suidam, parasitus vocatur, quod patellas venetur: & apud eundẽ pariter, & Athenæum κοιλιοδαίμων, quod ventris studio fœlicitatem metiatur, κοιλιὸν δ' ὑλᾶν quod ventri seruiat, nec non ὀλβιογάστωρ. Talis etiam λεβητοχάρων vocatur à Cercida Megalopolitano, quòd lebetibus, id est, ferculis gaudeat. Item πατιλλοχάρων patellis gaudẽs. Ab Eustath. Od. Σ. etiã θυεάπαξ (Iunio videtur legendũ θυεάρπαξ) quòd alienis foribus insidietur, alienam quadram ambiens. Videtur & nouo vocabulo κοσοξέστης apud Suidam parasitus designari, veluti teredo & cossus mensarum. Hipponax apud Athenæum, Bupalum hostem suum μεσηγυδλορποχίσλιν appellauit, tanquam qui voracitatis implacabilis studio sæpius inter cœnandum alui suburram poneret, vt nouo onere ventrem subinde impleat, voce composita à μεσηγὺς, καὶ δλόρπη, καὶ χίζειν. Pindarus adulatores ψιθύρους appellauit, hoc est, susurratores, & illorum dixit esse ἄμαχον κακὸν, id est malum inexpugnabile.

Dicti sunt etiam parasiti γελοιασταὶ, γελωτοποιοὶ à studio captandi risum, Apud Athenæum. Vnde Gelasinus dictus est parasitus ille Plautinus in Sticho, vt ipsemet de se his verbis confitetur, Hoc adeò nomen reperi, quia iam inde à pusillo puero ridiculus fui. Celtæ, teste Posidonio, bella gerentes secum semper adducebant συμβιωτὰς, quos parasitos vocant, sua lingua βάρδους. Hi sermonibus atque cantu illorum laudes passim apud omnes decantabant. κορυδίζειν (Aristophani κορυδᾶς ἀφαιρεῖν) quoque verbum adulatoribus congruit, quando subblandiendo floccos, pilosq; ex vestibus legunt (Germ. fäderläſen) quos vocant Græci κροκίδας, item γάφαλα, & τυλὰς, similiter κερκωπίζειν verbum est adulatorum proprium (Germ. ſchwäntzlen/ fuchßſchwäntzlen/ translatum à brutis, quæ caudam (quam dicunt κέρκον) mouentes, subblandiri assueuerunt, vnde ipsi κέρκωπες dicuntur, κροκοδισμὸς. Hesych. κροκολιγμὸς palpatio.

A Latinis

A Latinis huiusmodi homines generalibus nominibus appellantur parasiti parasitastri, adulatores, assentatores.

Parasitum Scaliger in ceparum comœdia Cœnaturionem vocat, nouo vocabulo. Hinc parasitari, supparasitari, parasitatio, ars parasitica apud Plautum. Parasitus quis.

Adulari Sexto Pompeio videtur compositum ex accedendo, & adludendo. Quid si adulator sit dictus, quasi adulterator rerum & verborum? Verùm etymon maximè verisimile videtur esse, quòd sit à Græcis deriuatum, quasi ἅμα δουλεύειν, simul seruire: nam qui alijs adulantur, simul ijs turpissimè seruiunt. A enim Græcis sæpe idem quod ἁμα siue ὁμοῦ in compositione; vt in voce ἀδελφὸς, & ἄλοχος cernere licet. Grammaticis etiam nonnullis adulatio dicta videtur quasi adaulatio, eò quod malum hoc in principum aulis potissimum regnat, atque adeò ibi natum videtur, quòd etiam alluisse apparet Ouidium, canentem: Adulari quid.

Agmen adulantum media procedit ab aula.

In hac igitur velut arena se exercet adulator, Chamæleontem aut Polypum mutabilitate vincens:

Assentari est, quasi omnibus consensum præstare: vt ille apud Terentium, Ait, aio. Negat nego. Nonnulli tria hæc assentari, adulari, blandiri sic volunt differre, quòd assentari proprie fit voce, vel laudando, vel assentiendo captare. Adulari quoquo modo vel voce, vel gestu fauorem quærere. Blandiri proprie tactu. Veruntamen hæc sæpe confunduntur. Blandus videtur dictus, quasi planus, id est, deceptor: hinc blandiculus, blandicellus, blandidicus, blandiloquus, quæ sunt propria adulatorum epitheta. Assentari quid. Differentia horum vocabulorum.

Parasiti etiam ventris operarij eleganter à Tertulliano in libro de Patientia appellantur: quos Græci γαστρὶ δουλεύοντας, ventris mancipia vocant. Apud Plautum in Captiuis, ridiculi (Græcè γελοιαστὰι & γελωτοποιοὶ) appellantur, qui risum mouendo cibum quærunt: nec non Lacones, imi subsellij viri, plagipatidæ, quibus sunt verba sine penu & pecunia. Laconas appellat parasitos, quia vt pueri Lacedæmonij in ara Dianæ se vltrò flagris concidere solebant, sic & parasiti plagas, & verbera perferre assuescunt. Hinc parasitus ille apud Terentium in Eunucho. At ego infœlix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. Et Iuuenal. Satyr. 5. eos qui diuitum mensas sectantur parasitis comparans, ait: Ventris operarij. Ridiculi. Plagipatidæ. Laconi.

Ille sapit, qui te sic vtitur, omnia ferrè
Si potes, & debes: pulsandum vertice raso
Præbebis quandoq; caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico:

Sic Nicolaus poëta: ἁ πάντος αἰδρὸς ὅτι ξαίπεζαι ἐσ' ὁπλᾶς, id est, Non cuilibet licet ad mensam nauigare. Addit, Nam hunc habere oportet: πρόσωπον ἰταμόν, χεῶμα δ' ἀμφίνον, γνάθον ἀκάματον (vnde Gnathones dicti) ὀθὺς δ' ναμφίνω πληγὰς φέρειν, hoc est, Faciem impudentem, colorem stabilem, maxillam indefessam, quæ continuò possit alapas sustinere. Hæc vocat στοιχεῖα. id est, elementa huius artis. Qualis omnino apud Homerum Irus fuit, cuius antagonistam se Vlysses simulat. Hi etiam à flagris eleganter flagrones, siue, vt in vetustis codicibus legitur, flagriones vocantur. Parasiti etiam scorta vocati: vt apud Plautum in Captiuis Ergasilus parasitus loquitur: Parasiti scorta vocati.

Iuuentus nomen indidit scorto mihi,
Eò quod inuocatus soleo esse in conuiuio:
Scio absurde dictum hoc derisores dicere.
At ego aio rectè. Nam scortum in conuiuio
Sibi amator talos quom iacit, inuocat.
Est ne inuocatum, an non? planissumè:
Verùm hercle, verùm nos parasiti planius,
Quos nunquam neque vocat, neq; inuocat:

Verum parasiti etiam aliam ob causam scorta fuerunt appellati, de quo Turnebus in suis Aduersar. Item vocantur scurræ: vt Horatius in Epistola 2. ad Lollium. Scurræ.

Si benè te noui, metues liberrime Lolli
Scurrantis speciem præbere, pro fessus amicum:

Digitized by Google

Vt matrona meretrici dispar erit atque discolor, infido scurræ distabit amicus. Habes in hac Epistola graphicam descriptionem. Scurram Græci βωμολόχον vocant. Neque verò multum interest inter scurram, & assentatorem: aut si quid interest: tamen hoc in loco scurram pro assentatore accipit. Scurra, inquit Isidorus, qui sectari solet quempiam cibi gratia, à sequendo dictus, vnde idem etiam assecla est appellatus. Verrius similiter scurras vult à sequendo dictos, quod vt tenuioris fortunæ homines, & cæteri alioqui, qui honoris gratia prosequerentur quempiam, non antecedere, sed sequi sint soliti. Mihi potius scurra vel à discurrendo, vel quasi sine cura videtur appellatus, eò quod huiusmodi genus hominum securum atque socors esse solet, & huc atque illuc ventris causa modo ad hanc modò ad illam mensam discurrere. Huiusmodi fuit Mænius ille, sub cuius persona omnium scurrarum seu parasitorum mores Horat. lib. 1. epistola ad C. Nummanium graphice sane his verbis describit.

Mænius, vt rebus maternis, atque paternis
Fortiter absumptis, vrbanus (εὐθεάπλῳ, vt risu mouendo sibi ad diuitum
mensas aditum compararet) cæpit haberi.
Scurra vagus (rectè ergo scurra discurrendo à deriuatur) non qui certum præ-
sepe teneret.
Impransus non qui ciuem dignosceret hoste
Quælibet in quemuis opprobria fingere sæuus,
Pernicies, & tempestas, barathrumq; macelli,
Quicquid quæsierat, ventri donabat auaro. *Et paulò post:*
Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne
Verterat in fumum, & cinerem, id est, confecerat, consumpserat.

Eorundem mores improbos. Megaronides senex apud Plaut. in Trinummo his verbis exprimit:

Nihil est profectò stultius, neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque periurius,
Quam vrbani assidui ciues, quos scurras vocant.
Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt.
Quod quisque in animo habet, aut habiturus'st sciunt,
Idq; quod in aurem rex reginæ dixerit,
Sciunt, quod Iuno fabulata est cum Ioue
Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen ij sciunt
Falsò, an verò laudent, culpent, quem velint
Non flocci faciunt, dum illud, quod lubeat, sciant, &c.

Sycophantæ. *Nominantur etiam sycophantæ, vt Plaut. in Amphit.*

Nimis hîc situs est sycophanta
Obseruatote quàm blandè mulieri palpabitur.

Vernilitus quoque à veteribus pro adulatore vsurpatur, quod hæc viuendi ars vernarum propria sit, Cæcil. Credo nimis tandem hic sit Vernilitus. Vernæ propriè sunt serui domo nati, quorum quoniam propria est scurrilitas, hoc est, impudens quædam, & stolida dicacitas, hinc verna & vernaculus accipitur pro scurra, qui improba, & seruili dicacitate vtitur. Mart. Vernaculorum dicta, sordidum dentem appellat. Tibullus inquit:

—— Consuescit amantis
Improbus in dominæ ludere verna sinu.

Vernas Festus, & Nonius volunt dictos vere ex ancillis, in villis natis, quòd tempus illud maximè naturale fœturæ est.

Plato in Phædro κόλακα vocat λεπτὸν θηρίον, καὶ βλαβερὸν μεγάλων, id est, feram pernitiosam, & magnam noxam. Thales similiter orta alicubi de bestijs disputatione pronunciauit, Ferarum pessimam esse tyrannum, cicurum adulatorem, vt est apud Plutarchum in conuiuio.

Vnde Demosthenes interrogatus quod nàm animalium pessimum morderet, dixit: Ferarum quidem calumniator, cicurum autem adulator. Et certè molestissimis, pernitiosissimisq; animalibus

Digitized by Google

libus comparantur, vt muscis, de quo supra. Item canibus ob audaciam, impudentiam & voracitatem. A Diogene, Plutarcho, Epicteto, Demosthene, Antisthene corvis, (vnde κόλακες, quasi κόρακες) ab Anaxila tineis (vnde κέρκωπες quasi σκόληκες) fuerunt comparati. Corui vt Plutarchus & Epictetus dixerunt mortuorum oculos effodiunt, atq; corrumpunt, at adulatores viuorum animos, & quidem animorum oculos, hoc est, rationem atque mentem humanam excæcant, atque corrumpuntur. Muscæ. Canes. Corui. Tineæ.

Apud Plautum in Persa eleganter muribus comparantur, quoniam quasi mures semper edunt alienum cibum, neque edacitate eos quisquam potest vincere. Sic in Captiueis. Mures.

Quasi mures semper edimus alienum cibum.

Vnde ἀλλοτριοφάγοι à Græcis dicti: Homerus appellat ἀλλότριον βίον ἔδοντες. Terentius in Eunucho.

Viden' otium, & cibus quid faciat alienus?

Loquens de parasito. Itaque facetè (vt multa alia) Diogenes Cynicus, qui cum videret mures ad mensam suam subrepentes: En sibi, inquit, etiam Diogenes parasitos alit. Cochleis parasiti comparantur.

Plautus porrò eodem in loco paulò post parasitos, & cochleas comparat, & canibus his verbis.

——Quom rus homines eunt,
Vbi prolatæ res sunt nostris dentibus:
Quasi cum caletur, cochleæ in occulto latent
Suo sibi succo viuunt, res si non cadit.
Item parasiti rebus prolatis latent,
In occulto miseri victitant succo suo
Dum ruri rurant homines, quos liguriant.
Prolatis rebus parasiti venenatici (id est tenues, macri, & ad cibum quærendum expediti.)
Sumus: quando rure redierunt molossici, id est, pingues, obesi, proceri, mordaces.
Odiosi ciq; & multum incommodistici.

Apud Plautum, & Curculio nomen est parasiti proprium, sic dictus quasi gurgulio, à verme edacissimo frumenti, & alius dictus saturio in Persa per Antiphrasim à saturitate, quasi qui nunquam expleri posset. Sic in milite glorioso Artotrogus à deuorandis panibus nomen sortitur. Sic Peniculus in Menæchmo, quòd tanquam spongia mensam, ita ipse reliquias omnes ciborum deuoret. Atque omnino Plautus parasitorum edacitatem, mores, facta, & dicta ridicula graphicè passim in suis Comœdijs descripsit. Basilius ille magnus in Commentarijs de gentilium librorum lectione adulatorem Polypo comparat, cuius verba mollia ferunt interiora ventris. Nam vt Polypus inquit ille ad speciem subiecti soli colorem commutat: Sic etiam assentator ad voluptatem audientium variabit sermonem: qua de causa ab Hieronymo Blandus dicitur inimicus. Ab Epicteto Lupis comparantur cum inquit: Veluti lupus est animal cani simile: ita & adulator, & adulter, & parasitus amico similis est. Animum igitur aduerte, ne canum custodum vice permitiosos lupos nescius admittas. Hûc accommodari potest illud Hegionis pueri apud Plautum in Captiueis de Ergasilo parasito. Clades, calamitas, intemperies, q; modò in nostram aduenit domum, quasi lupus esuriens, metui ne in me quoque faceret impetum. Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag. cap. 1. dicit ἀγριαλῶν παρασίτων φῦλα, immane parasitorum genus esse, & ob illorum ingluuiem μῦας, γάλας, μονομάχας, muscas, viuerras, gladiatores appellat, quorum alij ventris voluptate rationem, alij amicitiam, alij vitam ipsam vendunt. Eosdem vocat θηρία ἀδρείκελα, belluas hominibus similes, imaginem patris sui ceu voracissimæ belluæ referentes, κολακείαν idem eleganter νόσον φιλίας, hoc est, amicitiæ morbum vocat, vnde non minus scitè Diogenes dixisse fertur in adulatione veluti sepulchro solum amicitiæ nomen esse inscriptum. Heliogabalus Imperator parasitorum licet consuetudine plurimum sit delectatus, ob animi sui leuitatem: tamen eosdem miseris sæpe modis pro sua sæuitia accepit. Illis enim hominibus in secunda mensa sæpe cereum cœnam, sæpe ligneam, sæpe eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam vel marmoream etiam, vel lapideam exhibuit: ita vt omnia illis exhiberentur videnda de diuersa materia, quæ ipse cœnabat, cùm tantum biberent, per singula fercula, & manus quasi comedissent, lauarent. Hæc de illo scribit Lampridius. Et paulò

Parasitus Polypo cõparatur.

Clem. Alexan. quibus animalibus parasitos comparet.

Heliogabalus parasitos miseris modis accepit.

Digitized by Google

posſ idem testatur illum parasitis misisse per cellarios (qui penui asseruando præerant, quos hodie vulgò Cellerarios vocant) cellaria annua vasa cum ranis & scorpijs, & cum serpentibus, & huiusmodi monstris. Claudebat in eiusce modi vasis infinitum muscarum numerum, apes mansuetas eas appellans. Huiusmodi forsan donis miseris illis homuncionibus suam naturam, nempe ranarum, scorpionum, serpentum, muscarum simillimam exprobrare voluit. Exhibuit etiam parasitis cœnas & de vitreis, & nonnunquam tot picta mantilia in mensam mittebat his edulibus picta quæ apponerentur, quot missus esset habiturus, ita vt de acu, aut de textili pictura exhiberentur. Nonnunquam tamen & tabulæ illis pictæ exhibebantur, ita vt quasi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur. Eosdem quoq; in triclinijs versatilibus oppressit violis, & floribus sic, vt animam aliqui efflauerint, cùm eripi ad summum non possent.

Definitio artis Parasiticæ.

Extat Luciani libellus de arte parasitica, vbi illam definit esse, τέχνλω ποτίων, καὶ βορτίων, καὶ τῶν δι' ταῦτα λεκτέων, τέλος δ' ἀυτῆς τὸ ἡδὺ, id est, Artem ciborum, atq; potuum, & sermonum qui horum conquirendorum gratia dicendi sunt, cuius finis est voluptas. Theophrastus similiter κολακείαν definiens ὁμιλίαν αἰσχρὰν, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι, id est, turpe colloquium, adulatori vtile, item ἀρέσκειαν assentationem ἔντευξιν οὐκ ὀφελείας τοῦ βελτίστου ἕνεκα παρασκευαστικὴν, id est, congressum affabilem, non virtutis atque probitatis, sed voluptatis gratia comparatum, ipsorum adulatorum & assentatorum mores, gestus, atq; sermones graphicè depingit.

Pollucis epitheta, quibus parasitorum mores exprimuntur.

Sed à Polluce quoque multa epitheta collecta sunt, atque congesta, quibus parasitorum natura, mores, gestus, sermones, actiones q; improbæ egregiè sanè depinguntur.

Nam primò quoniam mira sunt præditi callidítate, atque astutia, qua in varias sese formas, atque facies vertere, simulare atque dissimulare, & ita homines decipere atque fallere possunt, idcirco πανοῦργοι, γόητες, ἀπατεῶνες, ἀπατηλοὶ, ἐπίορκοι, hoc est, callidi, astuti, veteratores, deceptores, præstigiatores, simulatores malitiosi appellantur, Proteo atque Chamæleonti comparandi. Deinde quoniam blandiloqui sunt, & assentatores pernitiosissimi, κόλακες, κολακεύοντες, ὑπερκολακεύοντες, θεὸς χάριν ἐντυγχάνοντες, χαριτολογωτάτοντες, τοθασαὶ, & τοθασικοὶ, θῶπες, θωπεύοντες, κύνες σαίνοντες, adulatores, ad gratiam loquentes, palpatores, canes adulantes vocantur. Præterea eorundē quos suis irridendi, cauillandi, conuiciandiq; studium his epitheris egregiè exprimuntur, dum vocātur βωμολόχοι, χλευασικοὶ, χλευασμοῦ γέμοντες, χλεύης μέτοχοι, λοθαδαὶ, λωθασικοὶ, σκωμμάτων συνθέται. Adhæc & à gula, atq; ingluuie ἀπέζης φίλοι, λιθύοντες, λιχνοπίθηκοι, παιδάσιτοι, ὀψάσιτοι: & à superbia κομψοὶ: & à seruili ingenio μόθωνες, θεράποντες, θεραπεύοντες: & ab auaritia ἀσύμβολοι: & à dictis turpibus & obscœnis αἰσχρολόγοι, ποιηταὶ αἰσχρῶν ἀσμάτων: & à gestibus obscœnis κορδακίζοντες: & quoniam dictis, factis, gestibus ridiculis se ridiculos præbent, risum omnium captare studentes, γελοῖοι, καταγέλαστοι, γελοτῶν siue γελοίων ποιηταὶ, γελοτοποιοὶ, γελοιάζοντες, γελοιασταὶ, μίμοι nominantur. Deniq; quoniā hisce cōmemoratis vitijs, atq; artibus pernitiosissimis præditi, certissima sunt cùm omnis generis hominū, tùm verò atq; in primis iuuentutis (in cuius gratiā se potissimùm insinuare studēt) pestis atq; pernities, idcirco τῆς νεότητος λυμεῶνες, & λυμαίνοντες τὴν νεότητα, iuuentutis corruptores ab eodem vocantur.

Verùm de parasitis, illorum nominibus, natura, moribus, pernitie qui plura videre cupit, legat Athen. lib. 6. cap. 6. Cel. Rhodig. lib. 20. c. 33. Stob. Serm. 64. & 65. Franciscum Patritium lib. 4. tit. 2. de regno & regis institutione. Plutarch. libel. de discrimine amici, & adulatoris. Osoriū lib. 2. de Regum Institutione & disciplina, vbi parasitos chimæræ, harpijs, atq; sphingi egregiè comparat, & quàm pestiferum sit illud genus hominum regibus, atq; principibus pluribus demonstrat.

DE IIS QVI NON VOCATI, VEL HONESTATIS, VEL ETIAM NECESSITATIS CAVSA, AD CONVIVIA accedunt. De mendicis, de canibus nonnunquam mensæ adhiberi solitis. CAPVT V.

I. [illegible]

CONNVNQVAM tamen non vitio vertitur, si quis vltrò, ac sua sponte non inuitatus ad conuiuium accedat. Nam, vt Athen. lib. 1. inquit, in ciuitatibus etiam ἄκλητοι, non inuitati sæpe δεξιῶς πίτνοντες, hoc est, dextrè aduolant ad epulas. Idem lib. 3. Homerum

Homerum dicit docuisse, quos non sit necesse vocari, sed quia sua sponte αὐτόματος, decenter ad conuiuia accedant. Et vnius quidem consanguineorum exemplo vniuersam similium rationem patefecit, cum inquit:

Αὐτόματος δὴ ὅδ' ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.
Sponte sua venit vocem bonus hic Menelaus.

Manifestum est enim, quòd neque fratrem, neque filios, aut vxorem aduocare oportet: esset enim ψυχρὸν, καὶ ἄφιλον, res absurda, & ab amicitia prorsus aliena. Subiungit deinceps prouerbium, cuius Plato in symposijs meminit: ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν δεῖ δαῖτας ἰέναι αὐτόματοι ἀγαθοὶ, id est, Viri boni non vocati ad bonorum conuiuia accedunt. Huic simile illud Bachylidis:

Αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δαῖτας ἰυόχθους
ἐπέρχονται δ' ἰκμοι φῶτες, Id est:
Vltrò bonorum nam petunt conuiuia
Viri boni. Prouerbium:
Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν δεῖ δαῖτας ἴασιν,
Sponte boni accedunt conuiuia læta bonorum. Aliud,
Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν δεῖ δαῖτας ἴασιν,
Sponte boni veniunt timidi ad conuiuia læta.

Ex his ergo liquet licitum nonnunquam, minimèq; à decoro alienum esse, si quis inuocatus ad epulas, præsertim bonorum, amicorum, atque familiarium accedat.

Nonnunquam etiam necessitas cogit homines, vt licet non sint inuitati, tamen vltrò ad epulas accedant. Quo in numero sunt mendici, qui ostiatim stipem victumq; sibi comparare coguntur: quos Homerus pandemios (Landfarer) vocat Porphyrio interprete, qui tota vagantur vrbe, non vna contenti domo. Cel. lib. 14. cap. 4. Dicti etiam sunt ἀγύρται, ἀπὸ τοῦ ἀγείρειν πύρνα, à colligendis panibus, siue buccellis, teste Eustat. in Odyss. Vnde ἀγυρτεύειν idem quod πωχεύειν mendicari. Item μητραγυρτᾶν τὸ μετὰ τυμπάνων, καὶ τίνων τοιούτων παίζειν, καὶ δεῖ τῇ μητρὶ ἀγείρειν τροφήν. (Bättlen durch vnser lieben Frauwen willen) ὅ ἐστιν δεῖ τῇ ῥέᾳ, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ Διονύσου μητραγυρτῶν, καὶ τυπανιζόμενον, οἰκτρῶς τὸν βίον κατέστρεψεν. Hoc est, μητραγυρτεῖν est cum tympanis, atque alijs huiusmodi adesse, & nomine matris Rheæ cibum cogere, vt constat ex eo, quòd Dionysius stipem cogens, & tympana gestans dicitur miserabiliter vitam egisse. Sic hodie cæcos, & alios mendicos videmus ostiatim oberrare, tympana gestantes & pulsantes, & canentes. Erasmus in prouerbio Mithragyrtes, existimat Mithragyrtas dici, qui obambulant cùm simulatis mysterijs, ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum & olim fuisse declarat Apuleius Asinus, non dissimiles ijs, qui hodie D. Antonij, Cornelij, aut Ioannis Baptistæ reliquias ob quæstum circunferunt potius, quam ob pietatem. Horum personam, formamq; apud Homerum gessit Vlysses, atque Minerua, qui procorum mensas obeuntes, victum ab illis supplices petierunt. Melanthius impius Vlyssem πωχῷ λυγαλέῳ ἐναλίγκιον, mendici senis forma, atque specie præditum diris conuitijs proscindit: illum enim vocat μολοβρὸν, hoc est, ἀγύρτην καὶ μολόντα εἰς τὴν βορὰν, erroneum, & cibi causa aduenientem, licet alij μολοβρὸν quasi μονοβρὸν, hoc est, μονοφάγον dictum velint. Idem πωχὸν αἰνὸν δαιτῶν ἀπολυμαντῆρα, mendicum molestum, & importunum, τὰς δαῖτας δηλ λαιμαργίαν λυμαινόμενον, hoc est, epulas sua voracitate corrumpentem, siue τὰ τῶν δαιτῶν λύματα, ὅ ἐστι καθάρματα, οἷον ψιχία, καὶ εἴτι τοιοῦτον ἀποσερόμενον, hoc est, cœnarum sordes, purgamenta, vt micas, & alia huiusmodi aufferentem: siue τὰ λύματα τῶν δαιτῶν δηλ ἀπόγγων ἄροντα, ἢ δ' ἰκλὸν ἀπόγγυ, id est, epularum sordes spongia, siue spongiæ instar abstergentem. Sic Antinous eundem πῆμα, & δαιτὸς ἀνίλιον, nocumentum & conuiuij tristitiam appellat, Nam inquit iratus:

τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε, δαιτὸς ἀνίλιν:

Item nominat θαρσαλέον καὶ ἀναιδέα προίκτιλον, id est, audacem impudentem mendicum. Nec verò conuiuijs tantùm, verùm etiam verberibus eum petijt, cuius suæ inhumanitatis iustas tandem meritasq; pœnas luit. Et Homerus his exemplis docere voluit, mendicos epulis nostris superuenientes non esse repellendos, & inclementer inhumaneq; tractandos, sed potius cibi potusq; aliquam illis portionem communicandam. Idem multò verius, & efficacius Christus docuit Luc. 16. Parabola

Mendici qui necessitate impellente ad conuiuia accedunt

Ἀγύρται.

Μητραγυρτᾶν

Mithragyrtæ qui.

Mendicorum personam qui gesserint apud Homerum.

Mendicorum epitheta Homerica.

Humanitas mendicis præstanda.

Lazari & epulonis parabola euangelica.

illa mendici, cui Lazaro nomen, & epulonis diuitis. Mendicus enim miser & vlceroſus proiectus erat ad veſtibulum epulonis, deſiderans ſaturari micis, quæ cadebant è menſa diuitis, ſed & canes veniebant, & lingebant pedes eius. Contrà epulo ille purpura, byſſoq; indutus quotidie magnificè, ſplendideq; epulabatur, nulla mendici illius tactus miſericordia, ad illi benè, benigneq; faciendum. Itaq; tandem mendicus ille cùm diem ſuum obijſſet, & angelorum manibus in Abrahæ ſinum deportatus, æternæq; beatitudinis compos factus eſt: epulo contrà in tartaream plagam æternamq; miſeriam fuit deturbatus. Hæc ſiue hiſtoria, ſiue parabola Chriſtus inter alia demonſtrare voluit, quàm atrox grauiſq; pœna illos maneat, qui pauperes, inopes, atq; mendicos negligunt, nec vllam illis benignitatem, miſericordiamq; præſtant. Quid ergo dicendum de illis, qui eoſdem non modò non benignè, atq; humaniter, verùm duriter etiam contumelioſeq; verbis factiſq; tractant? Nam & apud Homerum Vlyſſes mendici habitu inquit:

NOTA.

πλωχῶν γε θεοὶ κὴ ἐείννυες εἰσὶν, Hoc eſt,
Dij ſunt mendicorum vindices.

Quoties ergo mendicos menſis, epulisq; noſtris ſuperuenientes, & oberrantes vel audimus, vel etiam videmus, toties nobis fideliſſimæ huiuſce CHRISTI admonitionis in mentem veniat, Chriſtumq; ipſum clementer nos benigneq; paſcentem in hiſce ſuis vicarijs, atq; membris viciſſim paſcere minimè grauemur.

Comparatio deſcriptionis Euangelici mẽdici, cum Homerico.

Sed iuuat paululum Euangelici illius mendici deſcriptionem, cum Homericis mendicorum, (quales fuerunt Vlyſſes, Minerua, Irus) deſcriptionibus conferre.

Primò appellatur πλωχός, quod nomen Homero vſitatiſſimum Grammatici deriuari volunt ἀπὸ τῦ πλώσσειν, quod Ionicè idem ſignificat, quod πτώσσειν, id eſt, timere, formidare, quia mendici perpetuo metu, atq; formidine conflictantur, ſecundum illud Iuuen. Saty. 5. de mendicis. Et tremere, & ſordes farris mordere canini. Et Saty. 6. Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem: Vnde πλώξ, id eſt, timidus, & lepos, quod animal eſt timidiſſimum. Illud volunt differre à vocabulo πένης, quòd πένης ἀπὸ τῦ πένεσθαι propriè dicatur, qui πόνῳ, id eſt, labore manuum victum quærit. Hoc diſcrimen eleganter indicatur apud Ariſtoph. in Pluto. χρ. οὐκοῦν δήπου τῆς πενίας πλωχείαν φαμὲν εἶναι ἀδηλαδή, & paulò poſt, πεπλωχῶμεν δὲ βίον ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ὅτι μηδὲν ἔχοντα: τὸν δὲ πένητα, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα. Vide ibid. Scholiaſten.

βλησάται ab Homero vocati mendici.

Mendicos præterea Homerus appellat βλησάτας, παρὰ τὸ ἐφίεσθαι teſte Euſtath. vt βλησάτη δὲ ἄλα δοίης mendico ne ſalem quidem dederis. Homerus:

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προίκτῃ.
Pudor non eſt vtilis indigenti, vel mendico viro adeſſe.

πρόικτης.

πρόικτης Euſtathio ὁ πρῳϊκτεύων ὑπὲρ τῦ λαβεῖν, ἤ ὁ πρίκα ζητῶν λαμβάνειν, παρὰ τὸ πρίκω, πρίξω, hoc eſt, qui antè ſupplicat vt accipiat, vel qui gratis vult accipere. Vnde πρῖξ τὸ δῶρον, quod vis munus ſecundum veteres, poſtea pro nuptiali munere vſurpari cœptum. Hinc πρίκειν, & κατὰ πρῖξιν τὸ δῶναι τι δωρεάν, gratis aliquid dare.

Ἀλήται.

Ἀλήτης quoq; & ἀλήμων, & παραλήμων, hoc eſt, erro ſeu vagabundus ab eodem appellatur mendicus, quoniam vaga plerunq; eſt mendicorum vita.

Ἐπαίται.

Dicuntur præterea à Græcis ἐπαίται, quòd eſt ἀπὸ τῦ αἰτεῖν, à poſtulando, vnde latinum peto, & inde Germanicum noſtrum bätten quod petere, & bättlen interpoſita l. quod propriè mendicari ſignificat: ſunt enim mendici petaces.

Ἀγύρται.

Item ἀγύρτης, & μητραγύρτης, de quibus vocibus ſuprà.

Mendici notatio.

Latinè mendicus dicitur vel, (vt nonnulli volunt) quod mentem eius fefellerit fortuna, vel (vt alij) à medendo, quia precetur omnes, vt vitæ ſuæ medeantur cibo. Quid ſi à mentiendo, quia mendici plerunq; mendaces, vt experientia quotidiana teſtatur, vel à menda, id eſt, errore, quia mendici multis & animi & corporis erroribus obnoxij, vel quia alios ſuis mendacijs in multos ſæpe errores impellunt? Iſidoro mendicus videtur dictus quaſi manu dicens, propterea quod mendici olim os claudere, genu, atque manus extendere ſolebant.

Lazarus vnde dicatur.

Nomen proprium euangelici illius mendici fuit Lazarus, quod Hebræi Dei adiutorium, quo mendici maximè indigent, & atrium Dei, in quo ille iacuit, interpretantur.

Homerus Ithacenſem illum mendicum binomium facit: à matre enim illi Arnæi nomen ſtatim à natiui-

à natiuitate impositum fuisse, (quid si moris fuerit, à matribus potissimùm infantibus nomina imponi?) postea à iunioribus Irum fuisse appellatum testatur. Is cum Vlysse, & ipse mendici formam induerat, certamen infœliciter iniit, secundum illud Hesiodi: Irus binomius.

Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Et mendicus mendico inuidet, cantorq; cantori.

Hic præterea mendicus Euangelicus ἑλκωμένος, & ulcerosus, cuius ulcera, vt postea sequitur, canes linxerunt. Hîc obserua, mendicos plerunq; & animo & corpore malè esse affectos, & hi quidem potissimùm ferendi sunt, atq; fouendi. At mendici validi, & robusti, quiq; manuum labore facilè sibi victum comparare possunt, coërcendi, & ad opera atq; labores sunt compellendi, vt leges diuinæ atq; humanæ præcipiunt. Vlceroſus Lazarus. Mendici quinam tolerandi atq; fouendi.

Mendicorum præterea antiquum habitum, qualis procul dubiò Lazari quoq; huius fuit, hîc considera. Is fuit, vt eum Homerus in Vlysse describit, primò πήρη ἀεικὴς, ἀλιτρὰ, πυκνὰ ῥωγαλέη, hoc est, pera turpis, atq; rimosa, quæ humerus imponebatur loro, quod ἀορτῆρα φορὸν appellat, alligata, in quam cibos colligere atq; recondere solebant, vt etiam hodie fieri cõsueuit. Hinc prouerbia: πτωχοῦ πήρα ἀ πίμπλαται, mendici pera non impletur (bättler ſack ward nie voll) & illi simile, πτωχῶν ἀλαὶ (Erasmus ἀλάδας, quæ sunt vasa farinaria, putat legendum) ἀεὶ κεναὶ, id est, mendicorũ loculi, siue sacculi semper sunt vacui: cuius vtriusq; Suidas meminit. Deinde ῥόπαλον, siue σκῆπτρον, baculum, quem manibus tenebant ad iter faciendum. Peram & baculum, & peram aliquando etiam Philosophi, sed inprimis Cynici. Christus discipulis suis, quod ad euangeliũ inter Iudæos prædicandum miserat, prohibet, ne peram & baculum secum gestent ad iter faciendũ, Matthæi 10. Baculus est quoq; paupertatis symbolum in sacris literis, vt cum Iacobus patriarcha dicit se cum baculo transiuisse Iordanem, id est, pauperem & absq; comitatu: quo sensu Germani quoq; baculum egestatis (bättelſtab) pro mendicitate, & misera mendicantium conditione vsurpant. Eodem sensu illud Iuuenal. accipiendum Satyr. 9. Ategete & baculo. 1. mendicatione. Notabis quoq; hic Iudæos olim vt pauperes & mendicos solitos fuisse cophinum gestare, quo stipem & reliqua erogata exciperent: Vnde Martial. lib. 5. Peram & baculum. Dum te posse negas nisi lato Gellia clauo,
Nubere, nupsisti Gellia cistifero,
Hoc est, Iudæo: nam cophinus est corbis siue cistæ genus. Iuuenal. Sat. 6. cophino fœnoq; relicto. Deniq; λυγρὰ περὶ χροῒ εἵματα, miseræ laceraq; vestes. Similem Homericæ descriptionem habes apud Martialem Epigrammatum lib. 4. Baculus. Veſtes lacerę.

Hunc, quem sæpe vides inter penetralia nostræ
Pallados, & templi limina, Cosme, noui:
Cum baculo, peraq; senem, cui cana, putrisq;
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit.
Cerea quem nudum tegit vxor ab olla grabati
Cuiq; datis latrat obuia turba cibis
Esse putas Cynicum, deceptus imagine falsa
Non est hic Cynicus, Cosme, quid ergo? Canis.

Huiusmodi procul dubio Euangelici illius mendici, siquidem reuera extitit, habitus et vestitus fuit miser, deformis & lacerus: qui opponitur purpureis atq; byssinis epulonis illius vestibus. Præterea, vt Lucas inquit, ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου; proiectus erat ad vestibulum diuitis. Hunc fuisse mendicantium locum ex Homero quoq; passim colligitur. Sic de Vlysse: Οδ. ρ. Sedes priscorũ mendicorum.

Ἰζὲ δ' ὅπι μελίνου ὑπὸ ἔντοσθε θυράων
Κλινάμενος σταθμῷ κυπαρισσίνῳ, &c. Item,
Αὐτὶς ὅπι ἀλλοῖον ἰὼν πρόσθεν γένοιτο, Ἀχαιῶν. Item,
Ἀψ δ' ἀρ' ὅπι ἀλλοῖος ἰὼν κατ' ἄρ' ἕζετο. Et Irus ad Vlyssem:
Εἶκε γέρον πρόθυρου, μὴ δ' ἦ τάχα καὶ ποδὸς ἕλκη. Et Vlysses ad Irum.
Οὐδ' ὃς δ' ἀμφοτέρας ὑπὸ χείσεται ἀλλὰ τί σε χρὴ Ἀλλοίων φθονέειν.

Et Melanthius ad Eumæum, atq; Vlyssem. ὃς πολλήσι φλιῇσι παρημενὰς φλίψεται ὤμους αἰτίζων ἀκόλους. Quoniam, inquit Eustath. οἱ πτωχοὶ προσερειδόμενοι φλιαῖσι καὶ προσκλινόμενοι, ἢ καὶ ἐπ' αὐτῶν βιαίως ἑλκόμενοι θλίβονται τὰς ὤμους, hoc est, quia mendici adhærentes, atq; innixi liminibus, vel etiam vi ad illa pertracti humeris suis atteruntur. Videtur autem Homer. alla

dere verbo φλίψιται ad notationem φλιᾶς, quasi dictum sit, ἀπὸ τῆ ξίβειν, id est, quoniã atteritur. Sedebant ergo in vestibulis, atq; liminibus & ad ianuas, vnde canes, sues, aliaq; animalia abigere, & aditu arcere fuisse solitos, ex illis Vlyssis verbis ad Irum à se victum, atq; prostratum, videtur colligi posse. Nam cùm illum ad Ianuam protraxisset, illiq; sceptrum dedisset, inquit:

Εν ταυθῖ νυῦ ἧσο κύνας τὲ σύας τ' ἀπερύκων.
Hinc nunc sede, canes, sues q; arcens.

Ex suo porrò illo loco consurgere, & ad mensas epulantium accedere solebant, ad cibum stipemq; à singulis conuiuarum porrectis manibus petendum, quo accepto ad locum suum reuertebantur. Dixit enim Eumæus Telemachi iussu Vlyssi iubet:

Αιτίζειν μάλα πάντας ἐποιχόμενον μνηςῆρας. Et paulò post:
Βῆ δ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδελέξια φῶτα ἕκαςον
Παίτοτε χειρ ὀρέγων, ὡσεὶ πλωχὸς πάλαι εἶη.
Οἱ δ' ἐλεαίροντες δίδοσαν, &c. Et paulò post:
Οἱ δ' ἄλλοι πάντες δίδοσαν, πλῆσαν δ' ἄρα πήρην
Σίτυ καὶ κρειῶν, τάχα δὴ καὶ ἔμελλεν Οδυσσεὺς
Αὖθις δὴ οἶκόν δε ἰὼν θοῆσι γόοισι θέλγειν Αχαιῶν.

Cibus antiquorum mendicorum. Notabis etiam hic obiter locum vbi solent mendicantes sedere stipem petentes, Proseucham olim fuisse dictam ἀπὸ τῆ προσεύχεσθαι. Iuuenal. Satyr. 3. In qua te quæro proseucha. De hac tamen voce proseucha, vide pulchra apud Turneb. Aduers. lib. 1. cap. 23. Scribit præterea Lucas Lazarum cupiuisse χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῆ πλουσίου, id est, saturari micis quæ de mensa decedebant diuitis. Fames extrema Lazari exprimitur, quæ mendicorum comes perpetua esse solet, quæ illos ad stipem, atq; alimoniam à quibusuis audacter, impudenterq; postulandam, seu potius flagitandam impellit. Huc faciunt illa Homerica:

Dura Lazari & extrema fames.

Γαστέρα δ' οὔπως ἐστὶν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν
Οὐλομένην, ἣ πολλὰ κακὰ ἀνθρώποισι δίδωσιν.
Venter causa multorum malorum.
Τῆς οὕνεκεν καὶ νῆες ἰὼκύποροι ὁπλίσσονται
Πόντον ἐπ' ἀργύρεον, κακὰ δυσμενέεσσι φέρουσαι. Item: γαστέρι δ' οὐκ ἄλλη λυγρῆς
Οὐλομένης, ἣ πολλὰ κακ' ἀνθρώποισι δίδωσιν. Item:
Ξεῖνός τις δύσηται ἀλητεύων (inde ἀλῆται, & ἀλήμονες dicuntur) κατὰ δῶμα.
Ανέρας αἰτίζων (inde ἐπαίται dicti) ἀχρημοσύνη δὲ ἀνώγει.

Panis atq; carnium frusta. Quòd præterea hîc fit mentio ψιχίων, micarum, notabis id, quod crebrò apud Homerum occurrit, mendicos panis, atq; carnium frusta, siue particulas à conuiuis petere, atq; colligere fuisse solitos: Hinc illa apud Homerum: αἰτίζων ἀχόλως, hoc est, Eustathio interprete, σμικροτάτους, καὶ ψιχιώδεις ψωμοὺς, minimas atq; tenuissimas panis particulas, sic dicta vel ab α & κολύειν, quasi quòd magis frangi, atq; diuidi non possint, vel quòd κόλον quoq; cibum significet. Huiusmodi ἄρτων θραύσματα panis particulæ, quarum aliæ maiores, aliæ minores à Græcis quoq; πύρνα (vnde Homero sæpe πύρνα ἀγείρειν de mendicis, & inde, teste Eustathio, ipsi mendici ἀγύρται, quasi ἀγείροντες πύρνα, bucellas colligẽtes dicti) & ψωμοὶ, ψώθια, ἀτταγοὶ, ἔγκαφοι, βλωμοὶ, κόλλαβοι appellantur: de quorum nominum notatione vide plura Eustath. in Odys. p. 627. בבר לחם Chaldaicè פתא דלחמא (bitzen brot) bucella panis appellatur.

Panis particule quomodo à Græcis appellentur.

Micis sub mensam cadentibus saturari. Cananæa mulier. Canum more sub mensa cibũ colligentes. Adonibesekus Tyrannus. Sed obseruabis præterea, quòd non simpliciter micis panis, sed ijs, quæ sub mensam cecidernt, saturari cupiebat, quæ quidem in canum vsum cedebant. Vnde Cananæa illa muliercula Matt. 15. Cùm Christus dixisset, non bonum, hoc est, iustum & æquum esse, panem liberorum accipere, & illum canibus proijcere: respondit magno & excelso animo, Et tamen catuli comedunt micas, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Hinc Athenæus quoq; lib. 4. apud Parthos eos, qui ab illorum regibus erant inuitati, humi sedentes ea, quæ à regibus erant obiecta κυνιςὶ σιτεῖσθαι canum more, ritúq; comedere fuisse solitos scribit. Simile ferè exemplum habemus in sacris literis Iudicum cap. 1. vbi Adonibesekus tyrannus 70. reges manuum, pedumq; pollicibus mutilatos, (sic Athenienses Æginensium iuuentuti pollices abscíderunt, teste Val. Max. lib. 9. cap. 2.) cogebat canum more cibum sub mensa colligere. Hic mihi in mentem venit Francisci Dinduli Veneti Oratoris, missi in Galliã ad Clement. Pontif. Max. vt eum Venetis propter Ferrariã receptam infestiorẽ placaret.

Is multis

Is multis ab initio frustra tentatis, tandem quo tempore Clemens cœnabat, quadrupes effectus, catenaq; ferrea cullo pressus, ad Pontificis pedes canum in morem sese prostrauit. Quo nouo spectaculo Pontifex attonitus illum in gratiam recepit, Venetiisq; veniam dedit. Vnde idem postea Venetum princeps factus, & canis cognominatus fuit: Testis Baptista Egnatius li. 6. c. 2. & Sabellicus. Franciscus Dandulus quomodo Pontif. Max. supplex factus.

Eodem modo Lazarus quoq; κυνισὶ συτεῖδζ, hoc est, micis de mensa cadentibus canum instar vesci cupiebat. Et vt hi canes, (quorum hic fit mentio) Lazari vlcera lingendo, diuitum illum canem humanitate longè superarunt: sic Ithacenses quoq; illi canes, Vlyssem dominum suum agnouerunt, illiq; blanditi sunt, cùm contrà à ciuibus & popularibus suis indignis modis acceptus atq; tractatus fuerit. Ex quibus omnibus liquet, canes quoq; antiquitus, id quod hodie quoq; fieri solet, menses fuisse adhibitos: qui quidē idcirco canes ϛαπεζῆες, & ϛαπεζεῖται, & ϛαπεζῖνες, hoc est, mēsales à Græcis fuerunt appellati. Suidas ϛαπεζεῖτας κύων ὁ ὑποκάτω τῆς ϛαπέζης· ϛαπεζίτης δὲ, ὁ καταλλάκτης: Αργειφόντης Homerus Iliad. χ. Οὓς ἔφεφον ἐν μεγάροισι ϛαπεζίας πυλαωρούς, id est, θυρωρούς. Eustath. ϛαπεζῆες κύνες, οἱ καὶ ϛαπεζεῖται, οὓς ἀγλαΐας ἕνεκεν κομόωσιν αἰακτῆς: qui etiam πωφάσιοι, οἰκοϛαφεῖς appellantur (fœlices Spartæ catuli, canes Melitæi, gudrschen hündly/tisch hündly) horum periphrasis, οὓς ἔφεφον ἐν μεγάροισι. Canes mensales, Græcè τραπεζῆες vocati.

Nec verò canes tantùm, verumetiam alia animalia homines olim elegantiæ gratia alebant. Sic Ptolomæus Phasianum non gustabat: anseres Romanis, pauo Lybijs sacer erat, quem qui læserat, is mactilabatur. Dianæ cerui, & Solis boues Poëtarum fabulis decantantur. Ibis quoq; sacra Lybiæ, vt Eustath. loco ante citato docet. Idem canes appellantur πυλαωροὶ, id est, portæ custodes: vnde paulò post: κείσονται ἐν προθύροισι. Eustath. πρῶται θύραι. Homero αἱ αὐλειοι, ἃς ἐνθα ἵππαρεῖδζ ὑπὸ τῶν κυνῶν, quas etiam πρόθυρα manifestius dicit. Animalia, quæ præter canes in delitijs olim habita. Canes portarū custodes.

Αὐτὰρ δ' αὖ ῥυματὸν μὲ κύνες πρώτησι θύρῃσι
Ωρσαινσαὶ ἐρύουσι, &c. Il. χ. & Od. ρ.
Η αὖτως οἱ τε τραπεζῆες κύνες ἀνδρῶν
Γίνονθ' ἁγλαΐης δ' ἕνεκεν κομέουσιν αἰακτές.

Eustath. ϛαπεζεὺς δὲ ὁ κύων ὁ μὴ ἐκ τοῦ ἀγρεύειν ζῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς τραπέζης, qui non ex venatione, sed ex mensa victitat. Huiusmodi autem canes homines opulenti, elegantiæ & splendoris gratia alere solent, cuiusmodi canes etiam Telemachus habebat.

Plutarchus lib. 7. Sympos. Prob. 4. Persarum reges dicit, in mensa sua non solùm seruorum, verumetiam canum cœnam proponere fuisse solitos, vt omnes, quorum vtebantur opera, quoad fieri poterat, mensæ suæ participes redderent, cùm illis esset persuasum, cibi communicatione ferißima quæq; animalia cicurari.

Canes autem mensis adhiberi non est mirum. Nam (vt Plin. inquit lib. 8. cap. 40.) fidelißimi ante omnia homini canes, & equi: Et (vt Columel. lib. 7. de Re rustica, cap. 12. eleganter disserit) quis hominum clarius, aut tanta vociferatione hostem, vel furem prædicat, quàm iste latratu? (vnde falsò dicit canem custodem mutum dici) Quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis denique vltor, aut vindex constantior? Quare meritò Virgil. Georg. lib. 3. Cur canes antiquitus mensis adhibiti. Canum fidelitas & amor erga suos dominos.

Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vnà
Veloces Spartæ catulos, acremque Molossum
Pasce sero pingui, nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Huius similia sunt illa Hesiodi:

καὶ κύνα καρχαρόδοντα κομεῖν, μήδ' φείδεο σίτου.
Μὴ ποτὲ σ' ἠμερίοιτ' ἀνὴρ ὑπὸ χρήναθ' ἕλητα. id est,
Et alas canem serratis dentibus præditum, nec parcas cibo,
Ne quando vir interdiu quiescens tibi detrahat res.

Eustath. Od. ρ. Quoniam, inquit, canis animal est φιλάνθρωπον, id est, hominis amans, inde etiā nomen suum est sortitus ὑπὸ τοῦ κύειν, ὅτι φιλεῖν, est enim animal φιλητικὸν. Hinc ab Horatio catuli fideles appellantur, & Cicero lib. 2. de Nat. deor. Canum tam fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio, &c. Lucr. lib. 5.

Digitized by Google

Et leuissima canum fido cum pectore corda.

Theoc. similiter Idil. 10. hoc animal in primis ad hominum conuictum aptũ esse ait, & δαημονὲς, id est, prouidum, vnde vigiles ab Horat. vulgò sagaces dicti. Ælianus lib. 7. cap. 10. κυνὸς, inquit, εἰς τὲς ἑίφοντας ἄμαχον esse ἔυνοιαν, hoc est, canis erga altores suos firmam constantemq; esse beneuolentiam: idq; duorum canum exemplo, vno Calui Rom. socio eius in bello, & altero quodam, qui sui domini defuncti corpus custodiuit, egregiè demonstrat. Idem author lib. 7. cap. 13. cani cuidam Athenis publicè cibum præbitum fuisse docet ob vigilantiam, qua sacrilegum prodidit. Quoniam ergo canum fides, amor atque gratitudo erga domi.os suos, à quibus pascuntur, magna consueuit esse, ac maior sæpe quàm ipsorum hominum, idcirco mirum non est, illos ad mensam sæpe admitti. In quo etiam obseruandum venit, veterum hunc morem fuisse, vt peracta cœna panis frusto, siue vt alij dicunt, adipe manus suas abstergerent, ac id deinde canibus deuorandũ abijcerent: quod quidem Græci μαγδαλίαν, & ἀπομαγδαλίαν appellarunt, ἀπὸ τὲ μάσσειν, id est, abstergendo: Lacedæmonij κυνάδα, eò quòd canibus obijciebatur. Vnde prouerbium κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλιᾶς, Canis viuens ex magdalia, in gulosos, & parasitos aliena victitantes quadra. Vide Iuuenal. Satyr. 5. sectatores mensæ diuitum comparans:

Apomagdalia canibus obiecta, vnde Cynas dicta. Eustath. Il. δ. 362.

Canis viuens ex magdalia. Prouerb.

— Cum posis honestius illic (in loco mendicantium)
Et tremere, & sordes farris mordere canini. id est,

Panem sordidum caninum, qui canibus obijciebatur. Varr. in Re rustica, panem ordeaceum canibus dandum putat. μυξίλη quoq; Græcè dicitur panis cauus, quo ius sorbetur, quiq; canibus obijcitur. Latini, teste Pompeio, canicas quoq; huiusmodi panes vocabant, Cæl. lib. 9. cap. 9. Sed de hoc vide multa infrà, in Titulo de manuum ablutione. Innuit ipsum hoc etiam Homerus illis versibus:

Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄκαχτα κύνες δαίτηθεν ἰοῦσαι
Σαίνωσ' ἀεὶ γὰρ φέρει μειλίγματα θυμοῦ.

Item canibus ossa semper proiecta sunt: vnde Diogeni cœnantes quidam è populo, vt cani, ossa proijciebant. At ipse propius accedens, illos, vt canis, comminxit. Varro lib. 2. cap. 9. Cibatus canum, inquit, propior est hominis, quàm ouis: pascitur enim è culina, & ossibus: nec non ita panis hordeaceus dandus, vt non potius eum in lacte des nutritum, quod eo consueuit cibo vti, à pecore non citò desciscunt.

Canibus ossa proijciuntur.

Verùm hac in re à multis grauiter sæpe, ac multipliciter peccatur. Sunt enim delicati quidam homines (præsertim mulieres) qui nimium operæ atq; sumptus in delicatis quibusdam, ac Melitæis canibus collocant, illos non modò in mensa, verumetiam in lecto secum habent, in sinu quoq; gremioq; assiduè circumgestant. Atq; adeò multi reperiuntur, qui maiorem catulorum huiusmodi, quàm suorum liberorum curam gerunt. Cùm apud Romanos idem fieret, Cæsar morem illum grauiter reprehendit, quemadmodum Plutarchus testatur in vita Periclis, statim ab initio, his verbis: Ξένους πολλὰς ἐν ῥώμῃ πλουσίους, κυνῶν τέκνα, καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις φερέσθαι καὶ ἀγαπᾶν, ἰδὼν ὁ Καῖσαρ ὡς ἔοικεν, ἠρώτησεν εἰ παιδία παρ' αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες. ἠμυνικῶς σφόδρα νουθετήσας, τὲς τὸ φύσει φιλητικὸν ἐν ἡμῖν, καὶ φιλόστοργον εἰς θηρία καταναλίσκοντας, ἀνθρώποις ὀφείλόμενον. Hoc est, Cæsar cernens diuites quosdam peregrinos Romæ circumferre in sinu, & amplecti catulos canum & simiarum, fertur interrogasse, num mulieres non soleant parere apud ipsos liberos. Reprehendens, vel admonens pro officio principis, qui insumunt amandi facultatem, quæ natura nobis inest, & charitatem in bestias, quæ hominibus debebatur. Quid dicam, quòd multi epulonis istius, de quo Christus loquitur, simillimi, canes vel animi, vel venationes, vel custodiæ causa diligentissimè nutriunt, alunt atq; fouent, mensaq; suæ participes faciunt, interim CHRISTI *membra, hoc est, inopes atq; mendicos longissimè à se repellunt, illosq; fame, siti, atque frigore miserrimè cruciari, tandemq; interire patiuntur. Graue certè, atrox & horrendum hoc esse scelus, quis inficiari audebit? Et tamen, quis non intelligit, plurimos homines elegantes, atque opulentos hodie reperiri inter Christianos, qui sceleri isti, atq; culpæ sunt affines? Multi etiam canum opera non tàm ad domum, atq; corpus suum custodiendum, ad venandum, & alios vsus bonos, quàm ad alios lædendum abutuntur.*

Canum immoderata cura.

A maioribus et lautioribus conuiuijs canes esse arcendos.

Sed in conuiuijs solennioribus canes non tàm adhibendi, quàm arcendi, ac repellendi videntur esse, propter plurima incommoda atque molestias, quas illi pariunt. Nam cùm canis animal sit libidinosum,

bidinosum, impudens, (de quo vide Eustath. Od. ρ. fol. 633.) importunum, audax, vorax, latrabile, idcirco impuro, crebroq; suo coitu, vomitu, ventris crepitu, latratu, morsu, conuiuarum oculos, nares, aures, cæterosq; sensus grauiter offendere, plurimumq; illis negotij molestiæq; concitare solet. Non superuacaneum etiam forsan erit addere hic quod Plutarchus tradit 5. Sympos. Prob. 10. τὰς φιλοτοφούσας κύνας, id est, eos qui canibus alendis dant operam, cùm eos segniores ad coitum vident, salsis cibis salsamentisq; carnium languentem eorum venerem excitare. Idcirco non sine causa communi nostrate, ac peruagato prouerbio præcipitur, vt quando ad aliorum cõuiuia accedimus, canem (quem eleganter Eustath. Od. β. p. 75. φιλοκόλουθον animal vocat) domi relinquamus, multas nimirum molestias euitandi gratia.

Canis domi relinquendus prouerb.

Sed simul cùm canis ambigua voce sæpe μεταφορικῶς & in sacris, & in profanis literis pro impuro, & importuno homine accipiatur, præcipitur vt in conuiuijs non canum instar morosi, importuni, audaces, impudentes simus, sed potius cogitemus esse modesti, commodi, temperantes, iucundi atque festiui.

Vt autem canes nõnunquam epulis adhibentur, sicuti dictum est: ita Heliogabalus (teste Lampridio) Leones & Leopardos exarmatos, id est, ciures factos habuit in delitijs, quos edoctos per mansuetarios (hi erant magistri, qui illos feritate sua exuebant) subitò ad secundam, & tertiam mensam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quòd exarmati essent, ad pauorem & ridiculum excitandum. Atq; idem canes iecinoribus anserum pauit.

Heliogabalus Imperat. Leones, & Leopardos pro canibus ad mensas admisit.

Atq; hæc quidem de conuiuis, qui non inuitati conuiuijs cùm opportunè, tùm importunè superuenire solent, ijsq; partim rationalibus, partim irrationalibus, cuiusmodi sunt canes, satis sint dicta.

DE VMBRIS, HOC EST, IIS QVI NON A CONVIVATORE, SED CONVIVARVM ALIquo inuitati ad conuiuia accedunt. De inuitati officio, quoad ipsam inuitationem.

CAPVT VI.

NVNC de ijs dicendum, qui licet ipsi quoq; non sint à conuiuatore, siue conuiuij domino inuitati: tamen à conuiuarum aliquo vocati, vnà cum illo ad conuiuium accedere solent. Hi à Græcis ἄκλητοι, atq; σκιαὶ: à Latinis comites (vt ab Apuleio) & vmbræ eleganter vocantur, propterea quòd vocatos, à quibus ipsi similiter sunt vocati, vt vmbra corpus vltrò sequuntur. Horatius Epist. lib. 1. ad Torquatum:

De comitibus conuiuarum, vel inuitatis à conuiuarum aliquo. Cur vmbræ dicti.

——Brutum tibi, Septimiumque
Et nisi cæna prior, potiorq; puella Sabinum
Detinet, assumam. locus est & pluribus vmbris:
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Sensus est: Licet, si ita vis, plures tecum comites adducere: non enim defuturus est in accubitu locus, sed hoc est metuendum, ne à multitudine conuiuarum arctè sedentium existat alarũ odor grauis, & teter. Brutum itaq; Septimium, & Sabinum vmbras Torquati vocat, si veniant non ipsi quidem inuitati, sed à Torquato, quem vocarat Horatius, ceu comites adducti: ita Erasmus. Lambinus in hæc ipsa verba dicit, se non assentiri ijs, qui legi volunt Brutam tibi, Septimiamq;: quasi significet Horatius se puellas aliquas in conuiuio adhibiturum. Nam primùm Bruta, & Septimia nomina sunt ingenuarum fœminarum. At neq; ingenuæ in conuiuijs intererant, nisi cum viris suis, neq; scorta nominibus ingenuarum mulierum appellabantur, nisi fortè essent libertæ: sed, vt ferè erant seruæ, sic & nominibus seruilibus, & plærunq; peregrinis afficiebãtur. Sic Horat. lib. 2. Sat. 8.

——Cum Seruilio Balatrone
Vibidius: quos Mæcenas adduxerat vmbras.

Plutarchi doctrina de vmbris conuiuiorum.

Verùm de his vmbris copiosè Plutarchus disputat lib. 7. Sympos. Prob. 6.

Ibi primo vmbras definit esse οὐ κεκλημένους αὐτὸς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν κεκλημένων δεῖπνον ἐπομένους, hoc est, qui non ipsi sunt vocati à conuiuatore, sed ab ijs, qui inuitati sunt, ad cænã adducuntur.

Vmbræ qui.

Digitized by Google

Socrates author existimatus moris vmbras ad conuiuia ducendi.

Deinde consuetudinis huiusce quæ sit origo, patefacit. Videbatur eius auctor esse Socrates, qui Aristodemo persuasit, vt non inuitatus secum iret ad Agathonis conuiuium: & quidem ridiculum quid tùm Aristodemo accidit. Nam cùm inter eundum is non sentiret Socratem à tergo relictum, prior ingressus est, planè velut vmbra corpus præcedens, lumine à tergo sequente. Posterioribus autem temporibus in excipiendis conuiuio hospitibus, maximè principibus viris necesse fuit, cùm ignoraretur, qui nam eos sequerentur, quósue ij magnifacerent, ipsi hospiti facultate inuitandi quos illi commodum esset, permitti, certo tamen constituto, atq; definito conuiuarum numero: ne id ei vsu veniat, quod aliquando Philippum regem ruri inuitanti accidit. Venit nanq; rex ad cœnam multis comitantibus, non multis apparatam hominibus. Itaq; cùm vidisset hospitem valdè anxium esse, & sollicitum, cùm non satis alimentorum esse videretur, quæ tanti hominum multitudini sufficeret, huiusmodi dolum commentus est. Circumm isit qui amicos clàm moneret, vt locum placentæ relinquerent, cuius expectatione cùm illi cibis primò appositis parcius vescerentur, cœna omnibus suffecit. Huiusmodi porrò inuitationis exemplum egregium habes apud Ciceronem in Verr. 3. Nam cùm Philodamus Lampsacenus Rubrium in domum suam recepisset, & magnificè & ornatè conuiuium comparasset, rogat Rubrium, vt, quos ei commodum sit, inuitet: locum sibi soli, si videatur, relinquat: vt etiam filium suum lectissimum adolescentem ad propinquum suum quendam mitteret ad cœnam.

Philippus rex vmbras ad conuiuium adduxit.

Deinceps Plutarchus de hac vmbrarum consuetudine, in vtramq; partem pluribus disputat sub alienis personis, quarum aliæ illam probant, aliæ improbant.

Rationes quibus consuetudo adducendi non vocatos ad conuiuia improbatur.

Ac primùm Cæsernius rationes quasdam affert, ob quas illa videatur esse improbanda: nimirum quòd hoc pacto conuiuarum tollatur delectus: quòd videatur esse illiberale, & Gnathonicum non ab ipso conuiuij domino vocatum ad conuiuium accedere: quòd conuiua huiusmodi μὴ γνήσιος ὢν, μηδ' ἐ αὐτόκλητος, ἀλλὰ τρόπον τίνα νόθος, καὶ παρεγγεγραμμένος εἰς τὸ συμπόσιον, hoc est, non genuinus, neque vocatus, sed spurius quodammodo, & qui in conuiuium irrepsit, non possit illa in conuiuijs maximè concessa iocandi, atque dicteria iactandi libertate sine calumnia vti. Deniq; quòd ipsum vmbræ vocabulum leuiculum videatur esse atq; scurrile: periculosum autem sit homines turpibus & illiberalibus vti nominibus, quibus fit, vt paulatim etiam rerum turpitudini assuescant. Itaq; se alios inuitantem, vmbras quoq; ijs adhuc concessisse, cùm ἰσχυρὰ sit τῆς πόλεως συνήθεια, valida ciuitatis consuetudo: sin verò ipse vmbræ loco sit inuitatus, minimè accedere.

Rationes quibus probatur.

Florus contrà sic inuitare necesse esse dicit, cùm peregrinis hospitibus conuiuium paramus, quia neque absque amicis illos excipere par est, neque facilè scitu quibuscum amicis hospes aduenerit. Itaque hic inuitationi, & conuiuarum delectui nullum esse relictum locum, sed qui cum ijs venerunt, accipiendos esse. Aliâs autem qui conuiuium præbet, amicitius esse, si ipse conuocet, quos ipse nouit maximè & sibi & inter se amicos, notos atque familiares esse. De quo suprà pluribus. Deinde ad hanc rem totam facilius & commodius explicandam, personarum, quæ in illa sunt spectandæ, diuisione, distinctione q; vtitur, & singulis suum decorum præscribit. Nam quemadmodum Peripatetici docent esse quoddam primum mouens, quod ipsum non moueatur, & extremum quod moueatur, neq; vim ipsum mouendi habeat, & deniq; intermedium, ac quasi subalternum quod & motum alijs adferat, & ab alijs ipsum quoq; moueatur: ita ratio docet, tres esse in hac conuiuandi re, & inuitatione: vnum qui inuitet duntaxat, alterum qui duntaxat inuitetur, tertium qui & inuitetur & inuitet.

Officium eius qui ab aliquo inuitatus, alios simul inuitat, & adducit.

Ac quoniam de primo, eo nimirum qui duntaxat inuitat, primo loco dixit, deinceps de reliquis, quid sibi videatur, exponit.

Ac quo ad eum, qui ab alio ad conuiuium vocatus alios eidem inuitat, primò vult illi vitandum esse multitudinem, vt ne tanquam ex hostico commeatum petens, omnes suos ad cœnam secum rapiat: neque instar eorum, qui oppida capiunt, multitudine nimia suorum amicorum regis amicos exturbet. Sic namque fieri, vt qui conuiuium præbet, eadem fortuna vtatur, qua ij qui Hecatæ, & diis ἀποτροπαίοις, auerruncatoribus cœnas exponunt, de quibus nihil ipsi, aut familia gustans, frimo interim & molestijs vexati.

Secundum est, vt eorum, quos vult secum adducere, habeat delectum, hoc est, vt præcipuè inuitet conuiuatori amicos, notos atque familiares, vel certè moribus cum illo congruentes, ne illi molestiam

molestiam quandam, atq; fastidium pariat. Etenim oportet vocatum non minus conuiuium præbenti, quàm hunc vocato iucundum esse: quod fiet, si non modò se, sed etiam quos secum adduxit, commodos comesq; præstet.

Quod ad tertium attinet, qui nimirum ab alio ad alium est inuitatus, si is vmbræ nomen repudiat, & horret, omninò vmbram, vt est in prouerbio, videbitur timere. Magna tamen hac in re illi adhibenda est cautio. Nam cùm non temerè quemuis sic vocantem comitari deceat, principiò consyderandum est, à quo voceris. Num si non admodum familiaris sit, sed diuitum aliquis, & satrapicorum, qui vel, vti in Scena, opus habeat comitatu atq; satellitio splendido, vel existimet se magno admodum honore afficere, & præclarè demereri eum, quem secum ducere vult, statim est recusandum. Sin amicus inuitet, & familiaris, ne tunc quidem facilè est assentiendum: sed tùm demùm cùm videbitur indigere colloquio aliquo, & communicatione, cuius non facilè alia possit inueniri opportunitas: aut si longo post tempore reuersus, vel discessurus, ostendat se beneuolentia ductum, cupere socium te cœnæ sibi habere, & neq; multos, neq; alienos, sed vel solum te, vel cum paucis amicis adducat. Aut si præter hac omnia id agit, vt vocato cum conuiuatore probo homine, & amicitia digno huiusmodi occasione aliquod consuetudinis, & amicitiæ principium conciliet. Vmbræ officium

Secundò consyderandus quoq; est is, ad quem vocaris. Nam si probus te ad non probum ducere cogitet, nequaquam est obsequendum, minimeq; committendum, vt tanquam per mel sumas venenum, hoc est, per amicum probum, improbum tibi, prauumq; amicum comparet. Nam mali quantò magis nos apprehendere, complectiq; student, tantò magis illos sentium instar amoliri, atq; vitare debemus. Deinde absurdum est, & indecorum ad ignotum prorsus, & cum quo nulla tibi vel minima interceserit notitia, aut familiaritas, accedere, nisi quis fortè sit virtute præstans, qui amoris, & amicitiæ hoc statuat exordium, si facilè & candidè cum alio ducente accedas. Atque adeò ad familiares quoq; potissimùm eos eundum est vmbræ conditione, quibus permissum est ad nos quoq; adductis vmbris venire. Philippo quidem scurræ iocularem videbatur magis mouere risum, qui inuocatus, quàm qui vocatus ad cœnam veniret. At bonis viris, & amicis, ad bonos & amicos honestius est & suauius, si ad non vocantes inexpectati accedant cum alijs amicis. Ita enim simul & conuiuatori lætitiam, & ducentibus honorem pariunt. Sed minimè omnium ad duces, aut diuites, aut potentes ire decet non inuitatos, ab ipsis, sed ab alijs, ne in impudentiæ, audaciæ, rusticitatis, aut etiam ambitionis suspicionem incurramus. Hæc Plutarchus præclarè sanè, meo iudicio, sapienterq; de vmbris disseruit, quando nimirum, & quatenus non à conuiuatore, sed ab alijs inuitatum liceat ad conuiuium accedere. Et hæc de ijs, qui inuocati ad epulas veniunt. NOTA.

Nunc postremò de eorum, qui vocati sunt, munere & officio, quod ipsam inuitationem attinet, est dicendum. Officium inuitatorum quodnam.

Illiciaq; vel promittunt, atq; condicunt (quod Græci vocant ὁμολογεῖν, Germani zuſagen) vel recusant, siue abnuunt, vt Liuius loquitur, Græcis est παραιτεῖσθαι, Germanis abſchlahē. מאנים Hebraicè, qui recusant venire, sicut dicitur de Vasthi regina Esth. 1. in vtroq; summa prudensq; adhibenda est cautio, vt nè temerè vel promittamus, vel recusemus.

Primo omnium duo hic nobis vitanda extrema: Vnum est, ne nimis facilè, crebroq; ad quæuis improborum, præsertim & intemperantium hominum (quorum consuetudo periculosa, pernitiosaq; esse solet) conuiuia accedamus, id quod cum multis periculis, damnis, atq; suspitionibus est coniunctum. De hoc, quoniam suprà in conuiuiorum vsus, & abusus explicatione dictum est, nunc Ambrosij tantùm viri grauissimi testimonium adiungam: qui conuiuia extranea Christianis cauenda potius, quàm ineunda putat ob graues iustasq; rationes, quas affert. Habet sanè, inquit, suos scopulos verecundia, non quos ipsa inuehit, sed quos sæpe incurrit. Si intemperantium incidamus consortia, qui sub specie iucunditatis venenum infundunt bonis: hi si assidui sunt, & maximè in conuiuio ludo, ac ioco enernant grauitatem illam virilem. Caueamus itaque ne dum relaxare animum volumus, soluamus omnem harmoniam, quasi concentum quendam bonorum operum: Vsus enim citò inflectit naturam. Vnde quoque prudenter factis conuenire ecclesiasticis, & maximè ministrorum officijs arbitror, declinare extraneorum conuiuia: vel vt ipsi hospitales sitis peregrinantibus, vel vt ea cautione nullus sit opprobrio locus. Conuiuia quippe extraneorum occupationes habent, cùm etiam epulandi produnt cupiditatem. Surrepunt etiam fabulæ frequenter de sæculo, ac voluptatibus, Improborum vitanda consuetudo. Ambrosij testimonium lib. 1. Off. cap. 10. de Vitandis extraneorum epulis.

Digitized by Google

claudere aures non potes, prohibere putatur superbia. Surrepunt etiam præter voluntatem pocula, melius est tuæ domui semel excuses necessitati satisfaciendo, quàm aliena frequentes, & vt ipse sobrius surgas. Hæc Ambrosius de extraneorum conuiuijs, quantum fieri potest, vitandis docet. His similia sunt illa Epicteti philosophi præcepta Enchiridio cap. 41. Δεῖπνους τοὺς ἔξω, καὶ ἰδιωτικοὺς τὸ πολὺ ἀποτάξαι, αἱ δ' ἐὰν γένηται καιρὸς φυλάσσου, ἵνα μὴ ὅπως ἂν ἕτερος ἐμπλησθῇς ἀνάγκη, ὅταν γυμνοὶ συνδιατρίβωσι, id est, conuiuia cum extraneis, & vulgaribus vt plurimum declina: quod si quando tempus incidat, caue. Scias enim necesse esse, qui cum inquinato conuersatur, etiamsi purus fuerit, etiam ipsum inquinari. Huc quoq; referenda sunt illa D. Gregorij in Exposit. Moral. lib. 1. cap. 5. Conuiuia quia vix carent peccatis, sobriè, & sanctè celebranda videntur: idq; Iobi exemplo docet. Sed hoc nobis, inquit, solerter intuendum, quod peractis diebus cõuiuij purgatio per singulos adhibetur holocausti. Vir quippe sanctus nouerat, quia celebrari conuiuia sine culpa vix possent. Nonnulla quippe sunt vitia, quæ conuiuijs separari vix possunt, aut certè nequaquam possunt. Nam cum corpus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptum est: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Exod. 32. Idem lib. 2. eiusdem cap. 10.

Christianorum epulæ pleræq; impietatis sunt plenæ.

Nostris his temporibus Christianorum, proh dolor, conuiuia, vt nihil de extraneis, & barbaris nationibus loquar, eiusmodi sunt, vt verè pio & cordato homini illa similiter secundum D. Ambrosij præceptum, cauenda potius, atque fugienda, quàm obeunda videntur esse. Nam quid illis quæ so, siue dicta, siue facta spectes, intemperantius? quid scurrilius? quid libidinosius? quid impudentius? quid denique furiosius dici, aut fingi potest? Non opus est longa probatione, res est meridiano sole clarior. Quamobrem mirum profectò non est, si verè pij Christianiq; homines eiusmodi conuiuia, ceu pietatis, omniumq; virtutum scopulos fugiunt, & ab ijs maximè abhorrent. Ne dicam, quòd id Solomonis quoque sententia moti faciunt, qui Prouerb. 23. cap. ita ait: Ne edas cibum mali oculo, id est, inuidi, neque desyderes edulia eius. Nam intus in animo suo metitur, idque faciens dicit tibi ede, & bibe: cor autem eius non est tecum. Bucellam tuam, quam edisti euomes, & iucunda perdes verba.

Secundum, ne aliquo rapti affectu amantiũ nos hominum conuiuia defugiamus.

Alterum extremum est, ne inhumanitate, morositate, auaritia, superbia, aut alijs prauis adducti affectibus, quauis etiam piorum amicorum, atque familiarium hominum honesta conuiuia refugiamus, nosq; inuitantium humanitatem negligamus, atque aspernemur. An verò, & quatenus etiam cum impijs, & à religione nostra alienis Christi, & Corinthiorum exemplo, nobis nonnunquam conuiuari liceat, de illo in primo libro est explicatum, in Titulo de conuiuij vsu & abusu. Vt autem inuitans, quemadmodum dixi, eorum quos inuitare cogitat, debet habere delectum: ita inuitatus quoque cùm inuitantis ipsius, tùm cæterorum quoque, qui vnà cum illo sunt inuitati, seu inuitandi rationem habebit, quò facilius quid sibi sit faciendum, dispicere possit. Rectè, inquit Plutarchus in septem sapientum conuiuio, Chilon qui vnus ex eorum numero fuit, pridie vocatus ad conuiuium, non prius ὡμολόγησεν, id est, promisit se venturum, quàm cognouisset singulos conuiuas. Dicebat enim σύμπλουν καὶ σύσσιτον, hoc est, vectorem, & contubernalem esse ferendum etiam ignotum, quibuscum nauigare, atque militare esset necesse: at verò in conuiuio quibuslibet se commiscere, non esse hominis prudentis. Quamobrem sapientissimi illius viri exemplo, licebit nonnunquam ex vocatoribus perconctari, quinam præterea sint adfuturæ conuiuæ: quò facilius, atque commodius, si illi insigniter sint improbi, intemperantes, vel etiam sibi inimici atque infesti, speciosa aliqua honestaq; excusatione conuiuium detrectare possit.

Licere inuitato de reliquis conuiuis perconctari. Chilonis exemplum.

Præterea vt conuiuator, siue ipsemet, siue per alios inuitet, summam & in verbis, & in gestibus humanitatem adhibere debet: sic inuitatus quoque siue promittat, siue recuset, magnam verbis atq; gestibus humanitatem beneuolentiamq; præ se ferat, seq; conuiuatori ob tàm humanam, beneuolamq; eius inuitationem magnas animo suo gratias habere ostendet, & ad referendum, si qua sese obtulerit occasio, illi sese minimè defuturum indicabit.

Inuitatus magnam humanitatem præ se ferat.

Adhæc si iustis, necessarijsq; de causis conuiuatoris petitioni tibi satisfacere non licebit, cùm magnas nihilominus illi gratias ages, teq; voluntatem hanc illius propensam, inuitationemq; humanam perinde æstimaturum significabis, ac si conuiuale hoc illius beneficium reipsa accepisses, tùm diligenti accurataq; recusationis tuæ excusatione vteris, (vt illi in Euangelio Luc. 14. ad sex-

In recusatione quomodo quis se gerere debeat.

uum vocatorem, Rogo te, habeas me excusatum) ne ille vel contemptu, vel maleuolentia aliqua te petitioni suæ deesse suspicetur.

Cauendum quoq; summopere, ne si à quodam primò sis inuitatus, atq; recusaueris, postea alteri promittas, & ad illum venias, ne prior ille se à te contemptum existimet, atq; ita in grauem illius offensionem odiumq; incurras.

Deniq; vt omnibus pijs & honestis: sit hoc quoq; conuiuali promisso tibi omnino standũ esse existimes, nisi grauissima quædam, iustissimaq; causa id impediat: quam etiam cõuiuatori, cum primum poteris, significari curabis, quò ille vel operæ, vel impensis tanto magis parcere, vel etiam alios, quos illi lubitum commodumq; fuerit, inuitare possit. Nam cùm turpe est promissa vel minima non præstare, si id fieri possit, tùm conuiuatori valde molestum est, & odiosum, si, cùm ille plurimum operæ, laboris atq; sumptus in conuiuij apparatu insumpserit, postea conuiuæ illi desint, atq; ita operam oleumq; (vt vulgò dicitur) perdere cogatur. Idipsum Christus quoq; Luc. 14. & Mat. 22. in illa cœlestis spiritualisq; cõuiuij parabola docuit, ad quod qui iam antea inuitati fuerant, cùm denuò per seruum vocati venire recusassent, multis vtentes in speciẽ honestis iustisq; excusationibus, ipsum conuiuij dominum, siue patrem familiâs ad grauissimam iram prouocarunt. Hi fuerunt nimirum Iudæi, qui cùm à Deo multis seculis per Prophetas ceu optimos ἱλεάτορας, & δειπνοκλήτορας, seu vocatores ad cœleste, & immortale illud conuiuium, hoc est, ad regnum cœlorum fuissent inuitati, ac postremò rursus per illius Filium vnigenitum, qui humanam seruilemq; formam induit, summa contentione vocati fuissent, in recusando repudiandoq; tanto munere valde se præfractos ac contumaces præbuerunt. Itaq; iustissima in illos, grauissimaq; ira diuina exarsit, qua non modò multis corporalibus atq; horrendis pœnis afflicti sunt, & adhuc affliguntur, verumetiam æterni, beatissimiq; illius epuli, hoc est, regni cœlorum communione sunt excluſi, & in illorum locum vocati Gentiles, qui quondam pauperes, claudi, cæci, mutili, hoc est, omni virtute religioneq; vera vacui, cœlestium sacrarumque rerum cognitione destituti, multis tetris, pestiferisq; animorum morbis infecti, contaminatique fuerunt.

Si promisisti te venturum, omnino promissis standum.

NOTA.

Atque hæc quidem de primo membro eorum, quæ conuiuia antegrediuntur, hoc est, de inuitatione, & cùm de inuitatum, tùm inuitantorum partibus sint dicta.

DE PRAEPARATIONE DVPLICI AD CONVIVIVM CONVIVATORIS NIMIRVM, ET conuiuæ. De conuiuatoris, seu magistri conuiuij nominibus atq; munere.

CAPVT VII.

NVNC de conuiuij apparatu, siue præparatione dicendum. Nam vt rectè, sapienterque monet Cicero, ad omnem rem præparatio est adhibenda diligens, & accurata.

De apparatu conuiuij.

Est autem conuiualis παρασκευὴ, præparatio duplex, vt Plutarchus in conuiuio septem sapientum monet: vna τῦ ἑστιάοντος, hoc est, conuiuatoris, altera τῦ δειπνέοντος, hoc est, conuiuæ:

Apparatus duplex.

De vtroque dicam, exordio ducto à conuiuatoris apparatu, qui multum operæ, studij atq; diligentiæ requirit: vnde non sine causa clarus ille Macedonum victor (teste Liuio Decad. 5.) dicere solitus est, & conuiuium instruere, & ludos parare eiusdem esse, qui vincere bello sciret. Quod si vt natura, ita homines paucis essent contenti, non tam laborioso luxurioso q; apparatu esset opus. Nolo etiam hîc pluribus disputare subtiliter inuitatione, an conuiuij apparatus prior existimari debeat, cùm diuerso respectu atque tempore aliud alio prius, aut posterius dici, existimari, & esse possit. Quod si conuiuatoris mentem, consiliumq; spectes, ille quidem primò omnium conuiuas sibi in animo suo proponit, illorum & numerum & qualitatem consyderat, ac deinde ad illos alimenta, locum, tempus, totum denique conuiuij apparatum accommodat. Verùm si consilij exequutionem spectes, primò quidem alimentorum, loci, temporis, aliarumq; rerum, quæ ad conuiuium requiruntur cura,

1. Apparatus conuiuatoris.

Quæstio: Inuitatio ne an apparatus sit prior.

Digitized by Google

seu procuratio videtur locum habere, hanc deinde sequi inuitatio. Nam imprudenter contrà hi faciunt, qui inuitant homines ad conuiuium prius, quàm certo exploratoq; sciant, alimentorũ, aliarumque rerum (quæ ad conuiuas benè legitimeq; tractandum sint necessaria) copiam sibi ac facultatem futuram. Et tamen temerè quoq; ij faciunt nonnunquam, qui obsonant, & multum operæ sumptusq; in conuiuio adornando collocant ante inuitationem, cùm ignorent qui nam, & quot sint venturi conuiuæ: quò fit, vt vanus & irritus sæpè fit omnis illorum labor atq; sumptus. Euangelicus ac parabolicus ille conuiuator, quem Christus inducit Luc. 14. conuiuium magnum feciſſe, & multos ad illud inuitaſſe dicitur: vbi primò cõuiuij apparatio, deinde inuitatio ponitur: verùm multa in ſacris κατ' ὕστερον πρῶτον dici notiſſimum eſt. Sed de his ſatis.

Nunc prius, quàm de ipſo conuiuij apparatu dicamus, operæpretium erit de conuiuatore, ſeu totius conuiuialis apparatus procuratore, & adminiſtratore quædam dicere.

De conuiuatore, ſeu rectore totius conuiuij

Sunt autem eorum, qui epulis conuiuijsúe procurandis, regendis, & adminiſtrandis præſunt varia genera, differentiæ, atque nomina. Extat Eccleſiaſtici cap. 32. Inter alia præcepta conuiuialia, quæ in illo Capite & præcedente continentur, ſententia atque præceptum illuſtre de conuiuij domino: quod licet de illo propriè, qui ſecundum tritam antiquorum conſuetudinem (quæ etiamnum hodie nonnunquam obtinet) intelligi debeat, qui ab ipſis conuiuis ſorte, ſiue voce eligi conſueuerat, vt totum conuiuium, ipſosq; conuiuas pro ſuo arbitrio regeret, & gubernaret: tamen in genere ad quemuis conuiuatorem, qui alios conuiuio excipit, & tractat referri poteſt. Verba Eccleſiaſtici hæc ſunt, ad quorum explicationem Plutarchi, Athenæi, & aliorum ſcripta eccommodabimus: Ἡγούμενον σὲ κατέστησαν, μὴ ἐπαίρου, γίνου ἐν αὐτοῖς, ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν. Φρόνησον καὶ οὕτω κάθισον, καὶ δόξιμούμενος, ſiue (vt alia exemplaria habent) πᾶσαν τὴν χρείαν σου, ποιήσας ἀνάπαυε, ἵνα δὲ φανθῇς ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐν κοσμίας χάριν λάβοις στέφανον, hoc eſt, Si conuiuij dux, ſiue rector es conſtitutus, ne te ſupra alios efferas, ſed quaſi vnum ex illis, hoc eſt, illis æquabilem te præbeas. Habeto curam eorum, atq; ita conſide. Et cùm ritè munere tuo omnium approbatione perfunctus fueris, acquieſce: vt lætetis eorum cauſa, ornamentique gratia coronam accipias.

Hic primò de nominibus, deinde de electione, tum de munere & officio, deinde de accubatione, poſtremò de præmio, ſiue corona domini conuiuij Eccleſiaſticus verba facit, quæ prophanorum ſcriptis egregiè illuſtrari poterunt.

Nomina varia eorum qui conuiuijs præſunt.

Quoad nomen eum ἡγούμενον, ducem ſiue præſidem ſcilicet conuiuij, appellat. Geneſ. 4. אקר עגבת qui ſuper domum, is appellatur, quem Philo τῆς οἰκίας ἐπιμελούμενον, nec non ἐπιμελητὴν, & διοικητήν, hoc eſt, domus curatorem, atq; dominum interpretatur: quo nomine licet propriè perpetuus familiæ, atq; apparatus conuiuialis præfectus ſignificetur: tamen ad hunc quoq; conuiuij, qui ad tempus erat conſtitutus, accommodari poteſt. Eſth. cap. 1. in deſcriptione conuiuij Aſſueri היכבר rabbeth, id eſt magiſter domus (Gall. maiſtre d'hoſtel) vocatur, cui rex totius conuiuij curam procurationémue mandarat. Daniel. 1. מלצר mælzar diſpenſator, ſiue præpoſitus domus appellatur, ſeu archimagirus. R. Selomoh Iarhi vertit maiſtre des eſquelles: vide eadem de voce R. Kimbi in lib. Radicum. Quidam volunt nomen eſſe proprium. Ioannis 2. cap. in nuptiali illo conuiuio, quod CHRISTVS ſua præſentia atque potentia decorauit, ἀρχιτρίκλινος ſit mentio, cui Chriſtus aquas illas in vinum conuerſas afferri iuſſit, quiq; illas primus omnium deguſtauit. Hic à Nonno Poëta, εἰλαπίνης μεδέων, εἰλαπίνης νομήτος, & λαιτὸς ταμίης elegantèr appellatur. Syriacè ריש סמרא riſch ſemaka, hoc eſt, caput ſiue princeps accubitus dicitur. Erhardus Schieg ius præclaræ eruditionis adoleſcens, in Hebraica ſua Euangelij huiuſce verſione, vertit nomine בילצר, putat etiam verti poſſe בעל משתה Baal miſthe, id eſt, conuiuij dominus. Ἀρχιτρίκλινος de verbo ad verbum dicitur triclinij dominus, ſiue princeps: quem Theod. Beza putat cum eo à nonnullis confundi, qui à Latinis magiſter conuiuij, à Græcis συμποσιάρχης appellatus fuit, & eum potius eſſe, quem Græci ἐλέατον vocabant, ὑπερέτην τῆς ὅλης ἀγωνίας, qui & προγεύστης erat, id eſt, præguſtator, & προθέντης, id eſt, cuius officium erat dapes conuiuis apponere, vt Athenæus libro quarto teſtatur. Mihi quidem non incommodè, vt ex Syriaca & Græca Nonij interpretatione patet) pro conuiuij magiſtro, ſiue ſymposiarcha propriè dicto videtur poſſe accipi: cuius etiam munus erat vinum præguſtare, atque præbibere. Nomen ἀρχιτρικλίνου, quod ſciam, nuſquam alibi reperitur. Videtur autem idem planè fuiſſe, qui Triclinarcha à Ro-

Architriclinus

Triclinarcha.

Digitized by Google

manis (vt & ipſum vocabulum ſonat) fuit appellatus. Id nomen in antiqua quadam inſcriptione inuentum fuit, cuius Lazius in ſuis Commentarijs de Republica Romana meminit, quæ ſic ſe habet: Theopræpen. Aug. lib. Proc. Domini noſtri M. Aurelij Seueri Alexandri Pij fælicis Aug. Prouinciæ Achaiæ, & Epiri & Theſſaliæ rat. purpurarum proc. ab Ephemeride proc. à mandatis proc. & à prædia Gallicana proc. Saltus Domitiani Triclinarcha in præpoſitum à Fiblis, præpoſitus à Chryſtallinis hominem incomparabilem, &c.

Nomina Græca quibus conuiuij magiſter, ſeu moderator exprimitur.

Apud Græcos nomina admodum multa, & elegantia ſunt, quibus cùm in genere quiuis conuiuator, tùm peculiaris ille conuiuij magiſter, quem Eccleſiaſticus ἡγούμενον appellat, exprimitur. Pollux ὁ μὲν συνιὰς τὸ συμπόσιον, inquit (hoc eſt, qui conuiuium conſtituit, ſiue adornat) ἑσιάτωρ (Suida interprete, ὁ εἰς ἀφροσύνην, καὶ ἐυωχίαν καλῶν) ἑσιοδν, ἑσιοῦχος, ſecundum Ariſtophanem, ξενίζων, συμποσιάρχος, συμποσίου ἄρχων, ὁ τῆς συνουσίας ἡγεμὼν (quem Eccleſiaſticus ἡγούμενον) appellatur. Nam ὀικοδέγμων, domo excipiens, Tragicum eſt vocabulum. Περιλήτης, eodem Polluce interprete, dicitur ὁ τῆς ἑσιάσεως θεσμοθέτης, conuiuij præſes. Εσιάμων quoque, & ἑσιοπάμμων (nam πάμματα idem quod κτήματα: vnde πολυπάμμων) hoc eſt, paterfamiliâs Æolicè, ſiue Doricè appellatur. Sic ἑσιάρχης domus princeps, ſiue cuſtos Iuppiter appellatur. Δαιτυμόνες ſimiliter, (vt Euſtathius annotat Οδ. δ. & χ.) antiquitus dicta ſunt οἱ τῷ δαῖτα ἑτοιμάζοντες, ſiue θαλασιυάζοντες, hoc eſt, adornantes, ſecundum illud Οδ. δ.

Δαιτυμόνες δ' ἐς δόματ' ἰσαν θείου Βασιλῆος.

Et paulò poſt:

ὡς οἱ μὲν θεῖ δεῖπνον ἐν μεγάροισι πένοντο.

Ab Homero etiam οἱ ἁπλῶς δαινύμενοι, ſecundum illud Οδ. χ.

——Τίσι δ' οἷον δὴ μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσι.

A poſterioribus κλητοὶ φίλοι propriè ea voce fuerunt inſigniti, qui etiam δαιταλεῖς, θιασῶται, & δαιτυμόνες appellantur. Δεσπότης quoque in fœm. δεσπότις, δεσπότεια, δέσποινα: videtur dici quaſi δοὺς, ſiue θὴς πόσιν, quaſi θεοπότης, hoc eſt, qui familiæ ſuæ cibum potumq; præbet. Item ὑποδεχεὺς, qui excipit aliquem conuiuio, à ὑποδέχεσθαι. Apud Cretenſes mulier erat, teſte Athenæo lib. 4. θεῖσηχῦα τῆς συσσιτίας, ſiue vt idem loquitur, ὁπμέλειαν ἔχουσα τοῦ συσσιτίου, hoc eſt, ſodalitati præpoſita, quæ cibos optimos quoſq; è menſa auferre, atq; iis, qui vel bellica virtute, vel rerum peritia excellebant, apponere conſueuit. Sic apud nos quoque mulieres ſæpe viduæ in publicis tribuum ædibus habitare ſolent, quæ ad publica, & ſolennia conuiuia inuitant, obſonant, cibis coquendis, conuiuioq; adornando ſunt intentæ: quam Stubenfrauw vulgò appellamus. Sed tamen ſingulis annis, vel etiam biennijs tribulium aliquis creatur, cui ſimiliter tota illa conuiuiorum procuratio & adminiſtratio incumbit: quem Stubenmeiſter/id eſt, magiſtrum ſtufæ, ſiue hypocauſti vocant. Δεσπότης.

Nomina præterea, quibus ille propriè dictus conuiuiorum moderator antiquitus fuit à Græcis appellatus, hæc ſunt: Συμποσιάρχος, ſiue συμποσιάρχης, qui (vt Pollux luculenter definit) ἄλλως καλεῖται ὁ ἐν ἰσοτέλει τινὶ κοινωνίᾳ κατὰ κλῆρον, ἢ κατὰ δόγμα θεσμοθέτης τοῦ συμποσίου ὁπμελητὴς, hoc eſt, aliter ſiue peculiari modo is dicitur, qui in æquali aliqua conuiuarum ſocietate, ſorte vel ſuffragio electus, conuiuij curam gerit. Idem à Plutarcho ἄρχων, ὁπισάτης, τοσιάρχων, συμποσίου βασιλεὺς, ἑσιάρχης: ab Athenæo lib. 5. ὀνομαζοκλήτωρ, τῶν δείπνων ταξιάρχος: lib. 2. τῶν δείπνων ταμίας (qua voce Nonnus Poeta Euangelicum illum ἀχιτρίκλινον nominat) nec non γαστρολόγος, & γαστρονόμος appellatur. Eundem Dores apud Siculos, teſte Plutarcho lib. Sympoſ. 1. Probl. 1. μιάμονα vocarunt (quem Plutarchus ὁπισθοφύλακα interpretatur.) Itaq; prouerbium illud μισῶ μιάμονα συμπότην, odi bibendi magiſtrum, ad bibendi magiſtros, ſiue arbitros referendum putant, qui plerunque ea in re φορτικοὶ, καὶ ἀνάγωγοι, importuni ſunt & moleſti, & præter modum vrgent & inſtant in conuiuijs, ad bibendum impellentes, exigentesq; præſcriptum poculi modum. Solent enim nonnulli (vt Eraſmus in ſuis Adagijs ad huiuſce adagij explicationem addit) non admodum auidum bibendi ſic effugere, vt interiectis ſermonibus, conuiuas in obliuionem auocent. Deinde ſi quis fortè memor exigat, mentiuntur iam ebibiſſe ſeſe. Quoad autem vocabulum ὁπισάθμου, quo Plutarchus μιάμονα interpretatur, mihi quidem, vt & Eraſmo, hic conuiuiorum, ſeu menſurarum præfecti videntur intelligendi. Aliàs vocabulum ὁπισθόφυλακα

Συμποσιάρχος. ſympoſiarcha

μιάμων. ὁπισάθμος.

σάθμου, vt Stephanus in ſuo Lexico annotat, præfectus τῷ σαθμῶν, manſionem curator dicitur. Aliquando iuxta Budæum ὑπισαθμοι appellantur ij, qui ſuper hoſpitia ſunt in comitatu principis, aut legati, ducisue exercitus, hodie Mareſchalli hoſpitiorum à Germanis, & Gallis dicuntur: quos deſignatores manſionarios Latinè appellare poſſumus, & cretarios deſignatores à creta, qua vtuntur. Apud Iſocratem Satrapam intelligit, vnde & Suidas huic loco hanc expoſitionem ſubijcit: ὃς οὐδὲν ὕστερον ἦν ἢ κατὰ σατραπείαν, καθείας κύριος. Mibi cùm hæc ſcriberem in mentem venit, ſi forſan apud Plutarchum pro ὑπισάθμον, ὑπισάτην eſſet legendum, quo vocabulo Plutarchus vt paulò ante dictum, pro conuiuij magiſtro vtitur. Alij eodem teſte, adagium illud imperare cenſent ἀμνησίαν, obliuionem omnium, quæ inter ſcyphos dicuntur, atq; aguntur Θυσιάρχης Heſychio dicitur feſtiuitatum, epularumq; ſacrarum præſes. Οἰνόπας, id eſt, vini inſpectores, ab alijs ὀφθαλμοὺς, id eſt, oculos dictos (quorum Athenæus lib. 11. Pollux lib. 6. cap. 3. meminit) volunt hos ipſos fuiſſe conuiuiorum magiſtros. Τραπεζοποιὸν, vt eſt apud Athen. lib. 4. vocarunt τὸν τραπέζων ὑπομελητὴν, καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας, hoc eſt, qui menſam curat, datq; operam vt omnia decorè fiant. Ἐλέατορες, vt eſt ibidem, nunc ὑπισάτης γέγονε τῆς ὅλης ἀκολουθίας. ἦν δὲ ὑπηρέτης, καὶ σύμμορος ἡ χρεία. Sic enim Ptolomæum Sotera dicit Alexandri ἐλέατορ fuiſſe declaratum. Verùm hæc γαστρολόγου, & γαστρονόμου vocabula ad miniſterium potius, quàm ad magiſterium videntur referenda. A Latinis appellatur magiſter. Iuuenal Satyr. 3. Dictata magiſtri. Horatius lib. 2. Sermonum, Satyr. 2. ſcribit:

οἰνόπας. ὀφθαλμοὶ. τραπεζοποιὸς Ἐλέατορες. Magiſter.

Poſt hoc ludus erat cupa potare magiſtra.

Id eſt, nullo alio bibendi magiſtro adhibito, quàm ipſa cupa, potare. Sic Germani conuiuiorum aulæq; præfectum, Stubenmeiſter/ & Hofmeiſter: Galli maiſtre d' hoſtel vocant. Rex quoque menſæ, ſiue conuiuiorum Græco more dicitur à Macrob. 1. Saturnal. cap. 1. & alibi: vt cap. 5. eiuſdem libri: Nullus, inquit, ſodalitatem hanc, vel ipſum conuentus regem repudiabit. Sidon. lib. 9. Epiſt. Dum rex conuiuij circa ordinandum moras nectit oxigarum. Cui aliquo modo reſpondet rex Rex menſæ. *ille, quem Germani in feſto trium Regum creant. Item cœnæ pater ab Horatio dicitur Satyr. 8. lib. 2. his verbis:* Cœnæ pater.

In primis Lucanus aper, leni fuit auſtro
Captus, vt aiebat cœnæ pater.

In eadem herus, conuiuator, & parochus idem valent. Vt: Parochus.

Tum parochi faciem nil ſic metuentis, vt acreis Potores.

Hic parochum vocat conuiuatorem, qui cœnam præbet. Aliàs parochum appellant παρὰ τὸ παρέχειν, eum, qui ſalem, acetum, oleum, ligna, & ſimilia præbet legatis, aut magiſtratibus: ex quo parochia. M. Tull. Epiſt. ad Atticum lib. 13. Epiſt. 1. Omnino eum Sextius noſter parochijs publicis occupauit, quod quidem facilè patior. Veruntamen, quod mihi magno beneficio meo magna cum fratribus illius neceſſitudo eſt, inuito eum per literas, vt apud me diuerſetur. In eadem Satyr. Conuiuator.

Sed conuiuatoris, vti ducis, ingenium res
Aduerſæ nudare ſolent: celare ſecundæ.

Id eſt, quemadmodum Imperatoris ingenium in rebus aduerſis perſpicitur & elucet, in ſecundis obſcurum eſt: ſic & conuiuatoris prudentiam declarat caſus aliquis aduerſus, qui in conuiuio interuenerit. Pater quoq; domus ab Horat. 2. Satyr. 6. idem appellatur, qui cœnæ pater Satyr. 7. Gellius Conuiuij dominus. Modiperator. *conuiuij dominum lib. 13. cap. 11. Varro modiperatorem vocat (quaſi modum imperantem) Rerum humanarum lib. 20. In conuiuijs qui ſunt inſtituti putandi (forſan potandi) modiperatores magiſtri. Horat. Od. 7. arbitrum quoq; vocat. Plautus in Perſa, dictatricem vocat mulierem. Et in* Arbiter. Dictator. *Sticho Strategum vocat his verbis:* Strategus.

Strategum te facio huic conuiuio.

His adde quod Thaliarchum in Horatio aſpiratè & anhelatè Turnebus in ſuis Aduerſarijs ferè berdum cenſet, vt nomen proprium ſit, in quo inſit ſignificatio magiſtri & domini conuiuij, qui & Sympoſiarchus vocabatur. Nam Thalia conuiuium etiam Græcis ſignificat. Hæc de nominibus conuiuij præſidis, & quaſi antiſtitis: nunc de eiuſdem dicemus electione, ſeu creatione.

De electione, ſeu creatione magiſtri conuiuij.

Eccleſiaſticus inquit: ἡγούμενον σὲ κατέστησαν, id eſt, ducem te conſtituerunt, ſub. reliqui conuiuæ. Hunc partim ſuffragio, partim ſorte fuiſſe electũ, illa Poll. συμποσιάρχου deſcriptio paulò ante allata, oſtendit.

Ac ſorte

Digitized by Google

Ac sorte potissimùm hos conuiuij magistros à conuiuis ante, quàm accumberent, vel cœnare inciperent, eligi fuisse solitos, multis testimonijs comprobari potest. Plutarch. in Apophteg. Agesilaus magnus παρὰ πότον ποτὲ λαχὼν συμποσίαρχος, &c. In Symposio sorte electus Symposiarcha. Ad sortem adhibebantur tali. Horat. Od. 4. lib. 1. Sorte. Talorum iactu electus Symposiarcha.

Et domus exilis Plutonia, quò simul mearis:
Nec regna vini sortieris talis.

Regna vini hæc magisteria appellat. Huius moris multa extant testimonia apud Plautum: Vt in Mostellaria, cùm Philomatium meretrix decumbere vellet, statim quærit: Regna vini.

Vide tali vbi sunt? vbi vnguenta?

Et in Asinaria Argûs:

Iace pater talos, vt porrò nos iaciamus.
Dem. Maxime. Te Philænium mihi, atq; vxori mortem.
Hoc Venereum est, pueri plaudite.

Hoc ergo in omni prorsus conuiuio obseruabant.

Sed cùm varij talorum iactus essent, Venus, Canis, Senio, Chius, is qui primus è conuiuis Venerem iecerat, magister erat. Horat. Od. 7. lib. 2. Talorum iactus varij. Veneris actus.

——Quis vdo Deproperare apio coronas,
Curátue myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi?

De Venere autem, seu talo Venereo sic Marc. Tullius de Diuinat. lib. 1. Quatuor tali iacti casu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, si CCCC. talos iecerís, casu futuros putas? Huc pertinet illud Plutarchi de Catone maiore in eius vita. ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἐκάλουν αὐτὸν ἅμα τῆς μερίδων. εἰ δὲ ἀπολάχοι, πρῶτον αἴρειν τῆς φίλων κελευόντων, ἔλεγε μὴ καλῶς ἔχειν ἀκύσης τῆς Ἀφροδίτης. Suetonius in Augusto: Talis enim iactis, vt quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Verùm de hoc talorum lusu infrà pluribus, quando de ludis conuiuialibus agemus. Plautus in Curculione Act. 2.

Talos arripio, inuoco almam meam nutricem Herem:
Iacto Basilicum, propino magnum poculum, ille ebibit.

Hic Iustus Lipsius benè meo iudicio Basilicum Venereum esse censet intelligendum. Cùm enim Græci magistrum vulgò Βασιλέα dicerent. Quid causæ est, quin iactum illum proprium regi creando, Basilicum rectè vocarit? Idem auctor interdũ sola corollæ impositione magistros dictos fuisse, illo Plauti è Persa testimonio comprobat: Iactus Venereus cur Basilicus dictus. Magistri dicti sola corollæ impositione.

Do hanc tibi florentem florenti, tu sic eris
Dictatrix nobis.

Hoc idem mihi ex illo Horatij videtur posse colligi.

——Quis vdo Deproperare apio coronas,
Curátue myrto? Plautus in Cistellaria:
Iacit vulturios quatuor & mox, Herculem iacto basilicum.

Turnebus in suis Aduersarijs: Quædam erat talorum species, in quibus effigies quædam sculptæ, vel pictæ erant, vt Vulturis, Herculis, & aliarum rerum. Vulturis autem iactus infœlix erat, Herculis basilici, id est, regij faustus & fœlix. Ergo qui eum iecit, vicit. Herculem autem basilicum accipio, non qui laboribus erant blandis leonis exuuio esset vestitus, sed qui omnibus laboribus perfunctus, cultu regio esset ornatus. Plutarchus quoq; lib. 1. Symposiῶν Probl. 4. vbi de magistro conuiuij disputatur: Statim ab initio disputabant, inquit, me στεφανοφορούντα corollam gestantem, non debere veterem negligere consuetudinem magistrum creandi. Hinc Ecclesiasticus quoque noster hic coronæ mentionem facit.

De more in Symposijs sortiendi quempiam, qui conuiuio præsideret, vide etiam Erasmum in Chil. 1. Cent. 10. Adag. 47. Similis ferè mos hodie in Gallia obtinet in festo trium Regum: Placenta enim (gasteau vocant) in qua est inclusa faba, in partes aliquot diuiditur, quæ singulis distribuuntur, ac is cui portio illa obtingit, in qua faba inest, epuli futuri rex eligitur.

Digitized by Google

De munere magistri conuiuij.

Hæc de constitutione, siue electione magistri. Nunc de eiusdem munere, atque officio dicendum est.

Ecclesiasticus primò ei præcipit, ne sese efferat super alios conuiuas, sed ijs sese æquabilem gerat, deinde vt eorum curam habeat, suoq; munere diligenter fungatur.

Magisterium.

De hoc pluribus disputat Plutarchus loco paulò ante citato. Ac primò quidem ipsum munus hoc, seu officium conuiuiale eleganter ab illo ὄψις ἀσία (vt ipse magister ὄψις ἄτης) ὡδὶ τὰ συμπόσια, νενομισμένη, καὶ διακοσμήσις, hoc est, legitima conuiuij moderatio, & ὀρθὴ σύμποσις παιδαγωγία, quod idem significat, appellatur. Munere illo fungi Græcis est συμποσιαρχεῖν, & ποσιαρχεῖν. Illius leges, decreta, iussa, præcepta, quibus erat parendum, vulgò νόμοι συμποτικοὶ, leges conuiuiales, nec non προστάγματα, & ἀποφθέγματα à Plutarcho, à Iuuenale dictata, ab Horatio vini regna, à Cicerone magisteria eleganter appellantur: vnde magistram Plautus dictatricem vocat, sic magistrum rectè dictatorem dixeris.

Magistri iussa.

Ecclesiastici atque Plutarchi præcepta de magistro conuiuij inter se conferuntur.

Quoad primum Ecclesiastici præceptum, ne nimirum dignitate illa elatus insolentius se gerat, sed potius cæteris sese æquabilem præbeat, ei vicinum planè est illud Plutarchi, illum debere ἰσοτίμως ἔχειν, καὶ φιλικῶς πρὸς ἅπαντας, ὕπουλον δὲ μηδενὶ, μηδὲ ἀπεχθῆ εἶναι, hoc est, familiariter, amicè, beneuoleq; erga omnes conuiuas esse affectum, nemini infensum & inimicum: nam aliâs, inquit idem, neque imperando tolerabilis, neque distribuendo æqualitatis obseruans, neque colludendo inculpabilis erit. Huc quoque pertinet illud Epicteti præceptum: Μὴ συγκεράσας ἅμα ὀργὴν πολυτελείᾳ προσένεγκαι. πολυτέλεια μὲν πρὸ ἥσασα τῷ σώματι, μετ' ὀλίγον διίσταται, ἡ δὲ ὀργὴ ἐνδέσασα τῇ ψυχῇ ὅπι τὸ μίκιστον μένει. σκόπει τοίνυν ἂν, ὅπως μὴ ὑπ' ὀργῆς ἐξαχθεὶς, τὰς πολυτελεῖς δαιτυμόνας πολυτελῶς ὑβρίσῃς, ἀλλ' μᾶλλον μεθ' ἡμερότητος εὐτελῶς ὑφέξῃς. Fac ne pretiosas epulas cum ira miscens assumas. Eximiæ enim epulæ postquam breui mora corpus transilierint, paulò post abeunt. At ira cum animum subierit diutissimè immorabitur. Vide igitur sis ne vrgente ira in conuiuas eximiè iniurius, sed potius cum mansuetudine & simplicitate illos exhilares. Item quòd illum iubet συμποσίου πρυτανένειν εὐχημοσύνης καὶ ὁμονοίας, hoc est, conuiuio ornatum, decorum atq; concordiam conciliare.

Sed operæpretium erit, ad Ecclesiastici illustrationem alia quoque Plutarchi præcepta, de hoc conuiuiali munere addere.

Primùm ergo, vt Plato vigilum præfectum vult esse vigilantissimum: sic sympositarchum quoque vult esse συμποτικώτατον, compotationibus maximè aptum, ita vt neque τοῦ μεθύειν sit ἀλάωτος, hoc est, ebrietate facilè obruatur, neq; sit πρὸς τὸ πίνειν ἀπρόθυμος, hoc est, ad bibendum impiger sit & alacer. Nam & vinosus contumelioſius fuerit, & indecorus, & omnino sobrius iniucundus, παιδαγωγεῖν μᾶλλον ἢ ποσιαρχεῖν δεινὸς, id est, moribus, quàm conuiuio regendo aptior. Deinde vt Pericles (quoties prætor creatus chlamidem primùm indueret) secum solebat colloqui, tanquam semetipsum commonefaciens: Animum aduerte Pericles, liberis hominibus imperas, Græcis imperas, Athenienſibus imperas: ita conuiuij moderator secum reputabit, amicis se præesse, vt neq; permittat eos turpiter agere, neq; voluptatibus omnino prohibeat. Itaq; oportet eum cùm ſerijs bibentium ſtudijs esse accommodatum, tùm à iocis eorundem haud alienum, sed ad vtraq; probè temperatum: sic tamen vt boni instar vini nonnihil ad austeritatem ingenio sit propenſiore: ita enim vino emollietur, & ad mediocritatem redigetur. Atq; vt Xenophon ait, Clearchum hominem alioqui austerum & agreſtem, in prælijs ob audaciam iucundum, hilaremq; fuiſſe visum: ita qui natura non est πικρὸς, ἀλλὰ σκυθρὸς καὶ αὐστηρὸς, ἐν τῷ πίνειν αὐτομάτως, ἡδίων γίνεται καὶ προσφιλέστερος, hoc est, non morosus, sed grauis, austerus, ille inter potandum mitescens, iucundior sit & amicior. Hæc Plutarchus de magistri natura, atq; moribus, quales illi esse debeant. Subiungit idem duo præcepta, quomodo is se & in compotationibus, & in colloquijs conuiuarum (quæ duo fuerunt potiſſima illius muneris membra) gerere debeat.

Lib. 2. de Expeditione Cyri.

In propinationibus, siue compotationibus quomodo se gerere debeat.

Leges insanæ.

Nam primò quidem solebant magistri illi conuiuales, conuiuis bibendi modum præscribere, legesq; ferre, quas Horatius insanas vocat, propterea quòd plerunq; conuiuis omnibus æquales calices ebibendos dabant. Nam lib. 2. Satyr. 6. scribit:

Siccat inæquales calices conuiua, ſolutus
Legibus insanis.

Hoc est,

Hoc est, bibit quisque quantum libet, siue multum siue parum. Nemo cogitur à bibendi magistro calices æquales exhaurire, sed suo quisque arbitratu bibit: nemo necesse habet ex magistri præscripto bibere. De quo & prius dictum, cùm citatus esset hic eiusdem versus: Posthoc ludus erat cupa potare magistra.

Ad illam porrò modiperatoris, suam cuique vini portionem, quam hauriret, definiendi & præscribendi consuetudinem, videntur referendæ illæ calicis metaphoræ in sacris literis, quibus cùm bona, tùm mala, quæ Deus cuique certò dimensus est, atque constituit, significantur. De hac autem modiperatorum consuetudine antiqua (de qua alio in loco copiosius) hæc extant Plutarchi præcepta. NOTA.

Debet is quàm maximè peritus esse, quam vnicuiq; conuiuarum mutationem vinum afferat, & ad quod affectionis genus sit procliuior, ac quomodo merum ferat. Non enim vini quidem est alius alia ad aquam contemperatio, quàm pincernæ regij habentes cognitam, aliâs plus aliâs minus suffundunt aquæ: homo autem ad vinum non habet suum temperamentum. Sed & est, & magistro conuiuij cognitum esse debet, ab eoque obseruari, vt musici in morem aliorum animos potando contentiores, aliorum abstinendo remissiores reddens, diuersitate æquabilitatem, atque consonantiam efficiat. Non ergo κοτύλῃ καὶ κυάθοις, ἀλλὰ χωρεῖν τινι μέτρῳ, καὶ σώματος δυνάμει, τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ, καὶ πρόσφορον ἀπονέμητα, hoc est, non hemina & acetabulis æqualitas æstimetur (secundùm leges insanas, quas Horatius vocat) sed modo quodam opportunitatis, & vi corporis sua cuique portio tribuatur. Quod si hoc difficile est, ad minimum cognoscet, qui facilius, qui minus facile inebrientur (sic enim senes facilius quàm iuuenes, qui subinde mouentur, quàm quiescentes, insomnijs & curis vexati, quàm qui animo quieto sunt & hilari) quò facilius iustum cuique vinum dimensum tribuere possit. Sic Deus quoque (vt ad illam tritam in sacris literis metaphoram redeam) ceu optimus magister atque modiperator, cùm singulorum hominum naturas, affectionesque optimè cognitas exploratasque habeat, optimè singulis suum vel furoris, vel amoris iustum, conuenientemq; calicem temperare, atque assignare consueuit. Hæc Plutarchus de magistri officio circa potum. Suum cuiq; dimensum quomodo tribuendum.

Iam verò, quoad sermones, iocos, atque colloquia conuiualia, quomodo illa quoque moderari magister debeat, egregiè præcipit. Primò ergo dabit operam, vt ij duntaxat sermones, spectacula, atque ludicra in conuiuio adhibeantur, quorum vsus ad conuiuij finem, scopumq; ciuilem quàm proximè accedat. Is autem est, amicitiæ vel confirmationem, vel initium cum voluptate quadam inter conuiuas efficere. Ac quoniam ἄκρατον, hoc est simplex, ac nulla alia re permixtum, omnibus in rebus fastidio est finitimum, ac noxium, ipsa autem mixtio nisi debito tempore, modoque adhibeatur, omnia turbat: idcirco conuiuij dominus sedulò dabit operam, vt seria iocis temperet, & vt iocantes serium quid sectentur, & seria agentes veluti è nausea reficiantur, & recreentur. Et quod vulgò dici solet, iucundissimam esse nauigationem propè terram, & deambulationem iuxta mare, id huc transferet, & seria iocis temperabit. Iocos præterea lususq; futiles, & inanes, nihil serij habentes, vel etiam cum alterius contumelia coniunctos, prohibebit. Et vt rex Assyriorum præconis voce præmium ei pollicitus est, qui nouam aliquam voluptatem excogitasset: ita rex conuiuij meritò honorem, præmiumque ei defert, qui παιδιὰν αἰσχρὸν, hoc est, iocum contumelia carentem, & oblectatione vtilem, risumque non Momi, atque contumeliæ, sed gratiæ, & comitatis socium in conuiuium intulerit. Denique illius προστάγματα, dictata, siue mandata debent spectare ad voluptatem, & vtilitatem, eaque imperare, quæ iusso sunt familiaria, & ab eo præstari possunt. Sic enim exempli gratia, musicos iubebit canere, oratores dicere, philosophos quæstionem aliquam obscuram soluere, Poëtas carmina recitare, &c. Facilè enim quisque, libenterque ad eam rem se duci patitur, in qua nouit se excellere. Hæc Plutarchus de conuiualis domini munere, Ecclesiastici præceptis breuissimis admodum consentanea disseruit. Atque (vt Tacitus scribit) Rex conuiuij, regnum lusu sortitus, imperabat huic vt biberet, illi vt vinum misceret, alij vt abiret, alteri rursus, vt adesset, vt in Epicteto commemorat Arrianus, Saturnalium licentiæ eum morem tribuens, vt etiam Tacitus in Nerone: qui mos in Regalibus hodie obseruatur. Aristoteles 2. Polit. legem tirea ebrietatem esse dicit, τὸ τοὺς νήφοντας συμποσιάρχειν, hoc est, sobrios debere sympotiarchas agere. Vnde Theophilactus in 2. Ioannis: Christus, inquit, τῷ ἀρχιτρικλίνῳ διαφέρει τῷ De magistri munere circa colloquia.

Muneris conuialis descriptio ex Tacito

Symposiarcha maximè debet esse sobrius.

φύσιν νήφοντι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις οἱ τελῶν τὴν ἀρχιονίαν ἐμπειρίαν μάλιστα νήφουσι, ἵνα ἐν τάξει, καὶ εὐκοσμίῳ τὰ πάντα δρᾷ κελεύσματος αὐτῶν γίνωνται, hoc est, Architriclino permittit degustationem vini sobrio. Nam in huiusmodi festiuitatibus quibus eiusmodi munus est commissum, sobrietati maximè student, quo illorum iussu atque mandato omnia ordinate atque decenter agantur. Et tamen hodie Germani vulgò cantillant in suis symposijs:

Der Wirt ist der aller beste/
Dann er ist völler dann die geste.

Varronis sententia de magistro conuiuij.

Gellius lib. 13. cap. 11. ex Varrone conuiuij dominum, inquit, esse oportet non tam lautum, quàm sine sordibus. His addamus Pollucis epitheta, quibus elegantis splendidique conuiuatoris mores, ingeniumq; optimè depinxit. Ea sunt, λαμπρὸς, μεγαλοφυὴς, ἔυξενος, φιλόξενος, δημοτικὸς, εὐχάριτος, καθαριότητι χαίρων, δικαιοβιωμένος, εὐδίαιτος, μεγαλόφρων, φιλοφροσύνης γέμων, εὐάρμοστος, φιλοφροσύνης, παντευεικὸς τὸ ἦθος, ἀβρεβίαιος, ἀβροδίαιτος, hoc est, splendidus, magnificus, hospitalis, hospitum amans, popularis, lautè mensa excipiens, munditia gaudens, accuratus, bonæ diætæ, magnanimus, comitatus plenus, commodus, affabilis, popularis moribus, lauti delicatiq; cibi atq; vitæ. His adde, quod scitum conuiuatorem Liuius appellat elegantem, & nitidum in conuiuiali apparatu: apud quem sic loquitur Titus Flaminius: Est autem res simil lima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, & boni & sciti conuiuatoris. Huic contrarij sunt, δυγόβιοι, κακόβιοι, μικροξενεῖς, ἀνελεύθεροι, hoc est, duri sordidiq; victus, nimis parci, illiberales, &c.

Conuiuatoris scitus.

Quartum cuius Ecclesiasticus meminit, est quod illum, postquam munere suo perfunctus fuerit, sedere, & requiescere, siue recumbere iubet. Ex quo videtur posse colligi, illum non solitum fuisse ab initio vnà cum reliquis conuiuis accumbere, sed stantem, & huc atq; illuc cursitantem dedisse operam, vt omnia rite, ordineq; peragerentur. Hic quoq; notabis, illum conuiuas collocasse, ac vnumquemq; nomine suo appellando, singulis locum suum assignasse, vnde etiam ὀνοματοκλήτωρ dictus est: verum de hoc alio loco vberius. Sic hodie quoq; is, qui in nobilium atq; principum conuiuijs nuptialibus creari solet, conuiuij dominus, siue magister (quem Germani Hofmeister appellant) idem facere solet.

Conuiuij magister conuiuas collocare fuit solitus.

Corona conuiuij magistro imponi solita.

Postremò mentionem facit coronæ ceu præmij, in quo similiter respicit ad antiquam consuetudinem conuiuiorum, in quibus conuiuæ coronas ex floribus confectas, capiti impositas gestabant, in primisque is, qui symposio præfectus erat. Et huc facit, quod supra quoq; dictum est, coronæ impositione olim conuiuij dominum creari fuisse solitum, ita vt corolla esset illius insigne. Huiusce consuetudinis antiquæ vestigia quædam hodie cernere licet apud Germanos & alios populos, in quorum nonnullis conuiuijs, præsertim vicissitudinarijs, conuiuator coronæ impositione creari, atq; insigniri consuevit.

Hæc in genere de conuiuatore, cuius quæ sint partes, magis adhuc ex singulorum, quæ ad conuiuia pertinent, explicatione patebit.

DE ALIMENTORVM NOMINIBVS, ATQVE GENERIBVS VARIIS.

CAPVT VIII.

Conuiuij apparatus in quinq; consistit.

HIS præmissis nunc de ipso conuiuij apparatu dicemus, quem Varro apud Gellium dicit debere esse non neglectum, & in his quinque potissimùm videtur consistere: nimirum in alimentis, loco, tempore, suppellectili, & ministerio, de quibus ex ordine agemus.

Conuiuatori primo alimenta cõparanda.

Primò itaque omnium conuiuatori alimentorum cura est suscipienda, & ea quidem duplex: primò vt illa emat, aut quocunque alio modo sibi compararet, deinde vt illa præparentur, atque coquantur.

Alimenta sunt duplicia.

Alimenta autem, vt illa hoc in loco accipimus, sunt duplicia alia esculenta, alia poculenta. Esculenta, siue cibi ab Hebræis his ferè nominibus appellantur. Primò לחם Lacham propriè

prie quidem panem significat, sed creberrimè in sacris literis synecdochicῶs pro quouis cibo vsurpatur, propterea quòd panis cibus estᵭ præcipuus, maximè communis, parabilis ac necessarius, à לחם Lacham, quod comedere, & cõsumere significat: siue (vt alij volunt) propriè cædere, incidere, concidere, vnde etiam Milchanu, id estᵭ, bellum dictũ. Gen. 43. Non potuerunt Ægyptij cum Hebræis comedere panem, id est, cum ijs cibum capere: φαγεῖν ἄρτον Luc. 14. cibum capessere, vt plura exempla passim extant. Sic מים Maim, id estᵭ, aqua (quæ sæpe panis nomini additur) pro quolibet potu ponitur. Vt 2. Regum 6. Pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, id estᵭ, cibum & potum. Nam mox sequitur: Fecit eis conuiuium, aut prandium magnum: vnde colligitur, regem illos prophetæ iussu, cibo potuq; magnificè excepisse. Sunt hæc duo, panis nempe & aqua & maximè necessaria, & ἀυταρκέδατα hominum alimenta secundum illud Menandri.

Esculentorum, siue ciborum nomina Hebræa.

Panis & aqua pro quouis cibo atq; potu accipitur.

Ἐπεὶ τί ἄλλο βρῶτοῖσι, πλὴν ἄλυσιν μόνον
Δήμητρ' ἀκτῆς, πώματος θ' ὑδρηχόου
Ἄπορ πάρεστι, καὶ πέφυχ' ἡμᾶς ἔχειν. Id estᵭ: Nam quid estᵭ quod desiderent homines, præter duo solum, Nempe Cereris fruges, & aquæ potionem. Quæ in promptu sunt, & nutrire nos possunt. Aliquando etiam vox panis adhuc generalius, res quasuis ad vitam hanc sustentandam necessarias significat. Vt cum in precatione Dominica petimus à Deo panem quotidianum, hoc estᵭ, res omnes vitæ quotidianæ necessarias, vel ad victum, cultumq; corporis pertinentes. Germani quoque panis vocabulum à pascendo dictum, teste Nonio Marcello brot (quod forsan à Græco βρῶσις, siue βρῶμα deriuatur) pro quibusuis vitæ necessarijs vsurpant: vt cùm dicunt: Einem das brot vor dem maul abschneyden. Item: Er kan sein brot wol erwerben/oder gewünnen.

אבל Ochal, Gene. 41. 42. siue אוביל Ochil, Oseæ 11. siue אבילח Achilah, 1. Reg. 19. מיאבל Maachal, Gene. 2. מיאבלה Maacholet, Isaiæ 9. escam siue cibum significat, ab אבל quod absumere, siue consumere significat (hinc, fruges consumere nati) vnde etiam מיאבלה Maachælath, culter, erasis, ab edendo, & quo aliquid absumitur. Iud. 19. סעידה Sendah quoque Hebr. idem quod pastus, (Gallis repas, Græcus ἐυωχία) à סער Saad, quod proprie fulcire, per Metaphoram sæpe cibum sumere significat. Vt Iud. 19. Fulci cor tuum buccella panis. Psal. 104. Et panis cor hominis fulciet. Inde panis & aquæ baculus, ponitur pro quauis necessaria cibi potusq; copia, propterea quòd victus perinde hominem fulcit atque scipio, siue baculus. Hinc Virg. Tum victu reuocant vires: & Liuius sæpe, Cibo corpora refecta. Vnde frangere baculum panis, (Leuit. 26. Exech. 5. 14. Psal. 105. Esaiæ 14.) id estᵭ, efficere, vt panis siue cibus non habeat vim homines alendi, seu nutriendi. ארוחה Aruchah, quoq; (de qua voce supra quoq; dictum) cùm cibaria in genere, tùm speciatim diaria, viaticum, siue dimensum vnius diei cibum significat. Iere. vlt. Et cibaria eius cibaria perpetua tradantur ei, à rege Babylonis statuta per singulos dies, Prouerb. 15. Melior est cibus, siue victus oleris (cœna terrestris à Latinis dicitur) quàm vitulus saginatus cum odio. שבר Schæber similiter escam significat: Quasi diceret, fractionem, siue distributionem annonæ. Et fortasis frumentum ipsum, seu quauis alia annona sic vocatur, quòd famem frangat, atq; conterat, vt testatur R. Dauid Kimchi in lib. Rad. ex eo quod dicitur Psal. 104. רשברו Ischeru, conterent onagri sitim suam. Vnde illud Gene. 42. שבר רעבון כתיבן Schæber raabon Battechæn, fractionẽ, siue frangendam fæmis domum vestrarum, id estᵭ, frumentum, annonam, qua famem frangatis. De voce שבר Schæbar, frangere, comprarare, distribuere annonam postea. מטעמים Matammim, cibi propriè delicati, & delectabiles, palato grati (cupediæ Latinè) Genes. 27. Prouerb. 23. Non concupiscas cibos sapidos, à טעם Taam, gustauit, degustauit, sapuit, & estᵭ palati, ac linguæ, per metaphoram probare & experiri. Psal. 34. Prouerb. 31. Hebræorum doctores aiunt, gustantem non oportere benedicere: item ieiunium gustatione non frangi. Vnde colligitur gustare non esse propriè idem quod comedere, pro quo tamen aliquoties synecdochicῶs vsurpatur.

Culter Hebræis dictus ab edendo.

Cibus Hebræis dictus à fulciẽdo.

Baculus panis.

Frumentũ cur dictum à frangendo.

ברית & ברות & ברית Barah, Baruth, Biriah, Similiter cibum significat (quidam carpsellum, siue morsellam vertunt) à ברח Barah, quòd est vesci, cibum capere. 2. Sam. 12. & 13. צידי ציר & צירח Said, Sed, Sedah, propriè venatio catachresticῶs, sæpe generaliter pro quauis esca, & viatico vsurpatur. Kimchi vertit sufficientiam cibi in Hithpaël התצידנו Ios. 9. 12. in venationem seu viaticum accipere. Ios. 1. paratæ vobis cibum.

Digitized by Google

משאה *Maſcheh, pro cibo poſitum videas 2. Sam. 11. 8.* בג *vel* בג *Bag, Chaldæum videtur, & cibum ſignificat: nec niſi apud Danielem occurrit cap. 1. & 11. vbi Hebræum* פת *Path, cum Chaldæo iunctum cap. 11.* פת בג *Path Bag, dimenſum ſignificare videtur, quod Galli l'ordinarire vocant, quod etiam* ארוחה *Arucha dicitur, de qua voce ſupra.*

פת *Path quoque propriè fragmentum, ſeu bucellam panis ſignificat, à* פתה *Patath, id eſt, frangere, diuidere: & in genere pro pane, ſeu cibo accipitur. 2. Reg. 11. & Prouerb. 23.*

טרף *Tæraph (teſte Kimchi) propriè feræ prædam ſignificat: quæ ei pro victu eſt, & transfertur ad hominis victum ſignificandum, quem ille feræ more ſibi comparat, & accipit ab alio, tametſi vi non capiat ferarum inſtar. Alij ſimpliciter hoc nomine eſcam dici putant, quod carpatur. Malach. 3. Pſalm. 111. Prouerb. 31.*

רחנן *Rachanan, Danielis 6. cibum, ſiue cœnam ſignificat: tametſi Hebræi volunt ſignificare muſicum inſtrumentum.*

נזיד *Naſid, ebulitio, efferbitio, vt ita loquar, id eſt, quicquid ebulitione coquitur,* gſottes. *2. Reg. 4. Et coque ebulitionem pro filijs prophetarum. Et iterum: Et inuenit vitem agreſtem, & collegit ex ea colokyntidas agreſtes, plenitudinem veſtis ſuæ, & venit, & conſcidit in ollam ebulitionis. Et iterum: Cum ipſi comederẽt de ebulitione. Hagg. 2. Quando tetigerit cum ala ſua panem aut ebulitionem, aut vinum aut oleum, aut quemcunque cibum. Gen. 25. ebulitio lentium.*

Nomina Græca cibum ſignificantia.

GRAECE *cibus variis nominibus appellantur.* Ἔδεσμα, ἐδωδή, ἰδηντύς, ἐδητὸν ἀπὸ τῦ ἔδειν. Ἔδεσμα νόστιμον dicitur (interprete Euſtathio) τὸ ἡδύ, ὅθεν τὸ ἡδὺ τῦ τοιύτου νόστου, *id eſt, cibus redux, hoc eſt, ſuauis, ob dulcedinem diei reducis.*

Εἶδαρ *ſimiliter (qua voce crebrò Homerus vtitur) dicitur quaſi* ἔδαρ, *ab* ἔδω, *vt Euſtath. annotat in Od. 676. 24. & 884. Idem in illa Homeri Od. A.* Εἴδατα πολλὰ ὀπιθεῖσα: εἴδατα, *inquit, videtur appellare κατ' ἐξοχὴν, τὰ ὄψα, obſonia, ad differentiã frumentaceorũ, ſiue panum.*

Βρῶμα, *ſiue* βρώμη ἀπὸ τῦ βέβρωμαι, & βρῶσις ἀπὸ τῦ βέβρωσαι, & βρωτὸν *atque* βρωτὸς ἀπὸ τῦ βέβρωται, *cibum ſignificant. Euſtath. Od. 390. 40. Idem Od. 15. 21* βρῶσις *quaſi* ῥῶσις τῆς ζωῆς, *id eſt, robur viuentis,* ἀπὸ τῦ βρῶ, *quod forſan Pleonaſmo literæ β. deducitur* ἀπὸ τῦ ῥῶ. CHRISTVS *Ioan. 4.* ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. *Et paulò poſt:* Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτῦ τὸ ἔργον. *Quæ verba Nonnus ſic vertit:*

εἶδαρ ἐμὸν πολιμῦθον, ἐμὸν πότον ἔργα τοκῆος
εἶδαρ ἐμὸν πολιμῆνον, ὅπως ἄφθιτον εἶδαρ
παῦσὸς ἐμῦ τελέσιμι, καὶ εὔθετον ἔργον ἀύσω.

Εμβρωμα *quoque Euſtath. cibum ſæpe nominat. Hinc forſan* βροτὸς *homo dicitur ὠὶπὸ τῦ βρῶσθαι, quia homo cibo indiget, &* Brot *panis.*

Τροφὴ *quoque alimentum quoduis ſignificat,* ἀπὸ τῦ τρέφειν, *id eſt, alere, nutrire. Plutarchus dici putat* ἀπὸ τῦ τηρεῖν τὴν φύσιν, *quod naturam ſuſtineret.*

Ὀχὴν *ſimiliter teſte Euſtath. Iliad. β. 212. 37. Achiui vocant* τὴν τροφὴν, *cibum. Vnde* σιτοχία *dicta, de qua voce ſuprà. Idem Iliad. 64. 45.* Ὀχὴ *idem quod* τροφὴ, *vnde* ζῶς αἰγίοχος, *qui (ſecundùm fabulas) ſimulatque natus eſt, in Creta inſula,* ἀπὸ τῦ αἰγὸς ἑυρηκὲ τὴν ὀχὴν, *Hoc eſt,* τροφὴν.

Φαγήματα, & προσφάγια *Ioan. 21. appellantur* ἀπὸ τῦ φαγεῖν, *id eſt edendo: vnde ſagum volunt dictam, quod illius arboris fructus, primus fuerit mortalium victus, vel cibus.*

Ὄψα *quoque, &* ὀψώνια, & προσοψήματα *(de qua voce infra pluribus) generatim aliquando quiuis cibi appellantur.*

Ονείατα *ſæpe ab Homero cibi appellantur,* ἀπὸ τῦ ὀνεῖν τὸ ὀφελεῖν, *à iuuando teſte Euſtathio. Od. 36. 29.* ὅτι ὀνήσιμον ἡ τροφὴ. *Vnde Homerus. Ιλ. β.*

ἔπειτα καὶ αὐτὸς ὀνήσεαι πιών.
Αξιὸν ἔν τὸν ἄεισον ἵνα ξείνῳ ἱεροῦσο
Τηλεδαπῷ, πρὸς δ' αὐτοὶ ὄνησόμεθ'.

Eumæus ad ſeruos ſubulcos. Euſtath: λέγει δὲ καὶ ὀνήσεσθαι, τὸ ὀφεληθῆναι ἀπὸ τῦ φαγεῖν, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὄνειαρ τὸ βρῶμα.

προσφαγμα

προσάρμα quoque ἡ τοῦ σώματι προσφυὴς ξοφὴ, *alimentum corpori familiare, & adhærescens. Idem* Ιλ.500.44. τὰ προσάρματα ἤγουν αἱ ξοφαὶ ἀπὸ τοῦ ἀεὶ προσγίνεται, *inde etiam* ἄρτος *nonnullis videtur dici.*

Μάσαξ (*teste Eustath. Iliad.1.855.8.*) *Idem est quod μάσημα, siue μασησμὸν ξοφὴ, cibus mansus, siue masticatus. In* Οδ. *autem* δ. 168. 47. *sic appellatur, eò quòd sit causa τῆς μασήσεως.*

Ἤια *vox (vt testis est Eustath.* Οδ.α. 96.52.) *apud Homerum aliquando generatim significat quemuis cibum: aliquando τὰ ἐφόδια, ὅ ἐστι βρώματα εἰς ὁδὸν ὀπιτηδεια, παρὰ τὸ ἴεναι, id est viaticum, hoc est, cibos ad iter necessarios, ab eundo: (cui respondet Hebraicum* ארוחה *viaticum, siue dimensum, ab* ארח *Arach iter facere) aliquando paleas, nonnunquam etiam cibaria, quæ ad nauigationem pertinent. Idem testatur,* Ιλ.890. *vbi addit* ἤια *significare τὰς ξοφὰς, cibos, παρὰ τὸ ἴω, τὸ πορεύομαι, τὰ αἴτια τῆ ζῆν καὶ θοιέναι ὡς δηνύομεν ὅλε τὸ σώματος, ὅθεν καὶ δαῖς ἴτον, id est, ab eundo, sic dicta propterea quòd vitæ atque motus, siue progressus sunt causæ: totum enim corpus permeant, vnde etiam epulæ dictæ sunt* ἴτον: *vel etiam* ἤια τὰ βρώματα, παρὰ τὸ ἔω τὸ ὑπάρχω, ὡς αἴτια τῆ εἶναι.

Sic σῖτα, σιτία, σιτὰ, ὀψισιτία, ὀψισιτισμοὶ Luc.9. *appellantur quæuis cibaria, nonnunquam tamen* σῖτος *& sition pro solo pane accipitur, vt cibus apud Latinos. Hom.* Ιλ.τ.

Σῖτε καὶ οἴνοιο: τὸ γὰρ μένος ὄρσι καὶ ἀλκὴν.

Σιτὰ *Matth.22. altilia, à* σιτίζειν *cibare, alere: vnde apud Irenæum legitur Saginata, & Luc.* 15. τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε, *vitulum saginatum mactate.*

Δαῖς, δαίσιον, δαίσιμον, ὀπιδαῖον *esca, cibus, edulium esui aptum.*

Ἐπιζαπεζώματα *test. Athen. lib. 4. Olim dicebantur* τὰ ὀπιτιθέμενα τῆ ζαπέζη βρώματα, *tibi qui mensæ imponuntur. Eustath.* Οδ.α.35.6 *in illud Homeri:*

εἶδατα πολλ' ὀπιθῆσα.

Hinc à veteribus ὀπιζαπεζώματα *dicti sunt cibi mensis impositi. Sic impomenta, teste Festo, dicta sunt quasi imponimenta, quæ post cœnam mensis imponebant.*

Βορὰ *quoque Græcis est pabulum, cibus, edulium. Porphyr. teste Eustat.* Ιλιαδ. 408.13. *propriè cibus animalium brutorum, vt & ἐρέπτεσθαι verbum ἀλόγοις ζώοις οἰκεῖον, iisdem proprie tribuitur. Contrà* ἐδωδὴ, ἐδητὺς, βρῶμα *cibus hominum proprius.*

LATINE *victus (vt à generalissimo exordiar) Græcè* βίος *&* βιοτὸς, *significat omne id, quod ad cibum potumq; pertinet, à vivo. Donatus victum à cibo sic vult differre, quòd cibus etiam delicatis præbeatur, victus in paruis, aridisque alimonijs sit constitutus. Isidorus: Victus, inquit, propriè vocatur, quia vitam retinet. Victare, & victitare idem quod vesci, & quasi victu vti: Vt Sarmatæ victitant lacte. A Iurisconsultis verbum victus latius accipitur. Victus verbo continentur, inquit Vlpianus, quæ vsui, potui, cultuique, quæque ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem Labes ait, & cætera, inquit Caius, quibus tuendi, curandiue corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significantur 43. & 44. ff. De Verb. signif. Hinc Alciatus leg. 43. de verbo significat: si quis legauerit victum, censebitur omnia legasse quæ ei ad viuendum necessaria sunt. Ideo & vestiarium, & calcearium & habitatio & lectus debebitur. Idemque & si alimenta legata sint, &c. Idem leg. 44. ibidem intelliguntur hoc Dock. Vt qui victum debeat, etiam ægrotanti pharmaca suo sumptu præstare teneatur: sine his enim curatur nemo: qui verò cibaria debet, satis est, si ea præstat, quæ ad cibum pertinent; vt pullos, &c. Viuere verbum, inquit Caius, quidam putant ad cibum pertinere, sed Offilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta, & stramenta contineri: sine his enim viuere neminem posse l. 234. §. 2. ff. de verborum significatione.* Latina nomina cibum significantia. Victus.

Alimentum quoque generatim significat omne id, quod datur ad sustentationem vitæ. Hinc (vt Iurisconsulti scribunt) legatis alimentis cibaria, & vestitus, & habitatio debebitur, quia sine his ali corpus non potest. le. ff. de Alim, vel lib. leg. aqua quoq; emptitia alimentorum legato continetur. l. 1. ibid. Alimenta puero puellæue legata, in omnem ei vitam debentur, vsq; ad pubertatem: puero adusq; annum 18. puellæ ad 14. debentur. Nam cùm de alimentis agitur, pubertas his finibus terminatur. l. 14. ibid. Hinc alimentarij, quibus alimenta legata sunt eadem ratione, qua donata- Alimentum. Alimentarij.

Digitized by Google

Alimenta & cibaria quomodo differant.

rij, aut legatarij. *Alimenta & cibaria Iurisconsulti ita volunt differre, quod eorum nomine omnia continentur, sine quibus ali corpus non potest: horum verò tantum quæ ad cibum pertinent. Itaq; Iauolenus alimentorum legato & cibaria, & vestitum, & habitationem contineri tradit l.6. D. de Alim. & cib. Vlpianus autem cibariorum lgato ea contineri negat. l.21. D. eod. Alimonia Macrobio, & alimonium Varroni idem quod alimentum, seu nutrimentum, Isidorus: Alimonia dicitur eò, quòd eius sumptu corpus alatur. Hanc iuuenes accipiunt ad incrementum, senes ad perseuerantiam. Neque enim subsistere potest caro, nisi alimentis. Alimentum enim est quò alimur, alimonia*

Puellæ alimentariæ.

alendi cura. Hinc puellæ alimentariæ, quæ publicè aluntur. Penus similiter est omne quò vescuntur homines ait Cic. de Nat. Deorum, 2. Multaq; in hanc sententiam Gellius lib. 4. cap. 1. Vt Po-

Penus ea omnia continet, quæ esui potui que sunt l. ff. 3. de. pen. leg.

nus, authore Q. Mutio, est quod esculum aut poculentum est, quod enim ipsius patris fa. aut liberorum patris fa. eiusq; familiæ quæ circum eos, aut liberos eius est, & opus non facit, causa paratum est, vt Mutius ait, penus videri debet, nam quæ ad edendum bibendumq; in dies singulos prandij aut cœnæ causa parantur penus non sunt, sed ea potius, quæ huiusce generis longæ vsionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quod non in promptu sint, sed intus & penitus habeantur, penus

Cibus.

dicta sunt, Hæc Gell. Cibus omne id quo vescimur, Terentius in Eunucho:

Viden' otium, & cibus quid faciat alienus? Idem è flamma cibum petere (in Parasitum) pro quiduis cibi causa pati, & facere. Cibus Isidoro dictus quia capiatur ore, sicut esca quia

Cibatus.

eam os capit. Cibatus idem ferè quod cibus. Plaut. in Milite glorioso:

Interclude inimicis commeatum, tibi muni viam,
Qua cibatus, commeatusq; ad te, & ad legiones tuas
Tutò possit peruenire. Apul. lib. 1. Et aliquid cibatus refouendo spiritui

Cibaria.

desidero. Cibaria similiter alimenta non modò hominum, verùmetiam quorumuis animalium. Cicero ad Atticum lib. 6. Respondi, me nõ instituisse ijs dare cibaria, quorum opera non essem vsus.

Leges cibariæ

Idem pro Sexto Rosc. Amerino: Anseribus cibaria publicè locantur. Hinc leges cibariæ, quæ &

Oleum cibariũ

sumptuariæ, quæ coërcebant sumptum in emendis cibis. Cibarium oleum Columellæ, quo ad cibos vtimur. Plin. lib. 22. Nec ignoro, etiam cibarium oleum esse faciendum, hoc est, vile, paruiq; pretij. Sic cibarius panis dicitur, à quo furfur excretum non est, Græci αὐτόπυρον nominant, & vinum cibarium, pro ignobili sumitur: &c. Cibale Varrone quod ad cibum pertinet βρώσιμον (quæ vox Luc. vlt. ponitur) siue εὐόδιμον. Lac, inquit, est omnium rerum, quas cibalis causa capimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum.

Esca.

Porrò ab edendo deriuatur esca, cibus non solùm hominum, verumetiam omnium animalium: vnde escarius, a, um, quod ad escam pertinet. Vt escaria vasa Plin. lib. 36. cap. 36. Escaria mensa

Vincula escaria.

Festo quadrata, in qua homines epulantur. Vincula escaria Plauto cibi, quibus homines vinci, atq; vinciri nonnunquam solent.

Esculenta.

Esculenta quoq; dicuntur, quæ esui sunt apta, vt poculenta, quæ potui. Cicero lib. 2. de Natura Deorum: Escale argentum, & potorium vulgò supellectilis nomine continentur Paulus in l. Quum aquam, ff. supellect. leg.

Edulia dicuntur, quæ ad edendum parantur, præter panem.

Epulæ quoq;, quasi edipulæ, sunt cibi in vsum hominum quotidianum comparati. Cic. 3. Philip. Vino & epulis retentus, & alea est, si epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt. Epulæ etiam bestiarum quotidianus cibus dicuntur. Vergilius Æneid. Epulasq; draconi, Quas dabat. Horat. Serm. 2. Satyra 3.

——cui stragula vestis
Blattarum, ac tinearum epulæ, putrescat in arca.

A manducando quoque obsonium olim dictum est manducum. Focula etiam dicuntur nutrimenta. Plautus in Pers. At edes,

Nam iam intus ventris fumant focula.
Calefieri iussi reliquias. Hinc & foculari idem quod fouere, teste Nonio. Et hæc de varijs ciborum nominibus. Pappa quoque & bua pro cibo & potu vsurpata sunt à pueris. Vnde Cato de liberis educandis, cum cibum atq; potionem buas atq; pappas vocent, & matrem mammam, & patrem tatham. Pappare idem quod comedere. Plautus in Epidico.

Nouo liberto opus est quod pappet & comedat.

Diarium

Diarium à die fit, & significat victum quotidianum, id est, quod in vnius diei cibum datur, & σιτ& ἐφημέρι&, *Martial. lib. 11.*

Sed lupus vsuram, puerique diaria poscunt.

Horat. lib. 1. epistol.

Cum seruis vrbana diaria rodere.

Vlpian. lib. 21. ff. de supell. leg. Diarijs, inquit, vel cibarijs relictis, neque habitationem, neque vestiarium deberi palàm est.

Illorum porrò differentiæ sunt innumeræ, quas paucis percurram, vberiorem illorum tractationem medicis relinquens.

Ciborum diuisio quadripartita secundum materiam.

Primò distinguuntur secundum materiam: nam cibi sumuntur aut ex plantis, siue terræ nascentibus, aut ex animalibus, aut animalium partibus, aut tandem ex ijs, quæ ab animalibus prodeunt, nec illorum sunt partes: vt sunt oua, lac, mel, sanguis.

Cibi ex plantis

Ex plantis: vt arboribus, fruticibus, aut suffruticibus, aut herbis. Arbores appellant, quæ ab radice simplici caudice, vt trunco procedunt. Frutices multiplici procedentes ab radice, vt rubus. Suffrutices herbæ sunt, sed fructum ferunt, vt melonum plantæ, & fragaria. Ex his edendo est aut tota planta, aut radix, aut folia, aut fructus, aut semen, aut flos. Tota planta, vt raphanus. Radix, vt napus, aut pastinaca, aut bulbus. Folia lactucæ, brassicæ, borraginis. Fructus pyri, cotonei. Sem ẽ triticum, ordeum, legumina. Flores, borraginis, violæ, rosæ, citranguli. His adde, quæ terra sponte vt superuacua proijcit, tubera ac fungos. Tubera in cœnis apponi solita, cur illa à tonitru crescere videantur, quære à Plutarcho Symp. Problem. 2. His omnibus ali animantium corpora perquàm commodè possunt, vt Galen. lib. de Alim. facult. de boni & mali succi cibis: & Isaac Israelita libris diætarum amplissimè docent.

יבול *Iebul Hebraicè, Generale nomen ad omne quod terra profert in vsum animantium, aut hominum, quasi productionem dicas. Differt à* פרי *Peri, quòd* פרי *Peri, propriè de arborum fructu dicatur, & metaphoricè hominum vel animantium, & interdum rerum aliarum.* יבול *Iebul autem terræ nascentia significat, gramen aut germen, plantam, fruges pro loci ratione licebit reddere. Chaldæus vertit* עלעלתא *Alalatha prouentum. Fructus autem* ARBOREOS *primum & antiquissimum fuisse hominum victum, cùm sacræ, tum prophanæ literæ docent. Atque inter hos quidem è glandibus primum fuisse mortalium victum vetustas credidit: vnde φάγειν nonnulli ἀπὸ τῆ φυγῶν, à fagis volunt deriuari, quoniam (teste Seruio) victus iste in glandium genere fuit è fago. Hinc Arcades, quos, teste Pausania in Arcadicis, Pelasgus primus glandium vsum docuit, βαλανοφάγοι fuerunt dicti à Pythiæ oracvlo, vt Plutarchus testis est in Coriolano. Hinc tracta antiquorum Prouerbia: ἔλις δρυὸς, id est, satis quercus, cuius Cicero meminit ad Attitum, & ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. Item, δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. Ex quercubus & saxis nati: quercum aliam excute: quercus bachatur: quercus multis ictibus deijcitur: glandes mihi coquam, glande cassa, glande victitantes: de quibus Erasmus in suis Adagijs. Tibullus 2. Eleg. 3.*

Glandes primus hominum cibus.

Arcadum cibus glandes.

Glans alat, & prisco more bibantur aquæ.

Glans aluit veteres *Iuuenalis Satyra 6.*

Et sæpe horridior glandem ructante marito,

Id est, qui glande pascebatur rudi illa ætate. Vide Eustathium in Od. 494. Commentaria Quid. Fast. 4. fol. 253. vbi docetur antiquorum victum fuisse herbas, & glandes. Vnde Iuuenal. Satyr. 6. de Saturnijs seculis:

Caulibus & pomis, & aperto viueret horto.

Horatius glandem frugis nomine appellat lib. 1. Epist. ad Quinctium:

Multa fruge pecus, multa dominum iuuet vmbra.

Cùm tamen glans & fruges, vt Lambinus annotat, quodammodo videantur inter se opponi: vt apud Ciceronem in perfecto Oratore: quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur? Idem Verrina. 6. Nam & natas esse his in locis Deas, & fruges in earum primùm repertas arbitrantur. Verùm de hominum & etiam aliorum animalium victu ex glandibus, & aliarum arborum fructibus, cùm antiquo, tum recentiore, multa iucunda lectu legere licet apud Benedictum Curtium lib. 1. Hortorum cap. 4. 5. 6. 7. 8. vsque ad 19.

Digitized by Google

Fructus fugientes. Fructus fugientes, hoc est, non durabiles: quos Græci ὡραίους nuncupant, ferè omnes (vt testantur Medici) paucis exceptis, vitiosi succi sunt crudi comesti. Præstantissimi ab ijsdem censentur vuæ, & ficus, hæ quidem probè maturæ, illæ verò & pensiles & maturæ: sic enim quicquid in ipsis flatuosum est pulchrè abijcitur, & omni tum vitio carent. Συκάσι & ζεὺς apud veteres dicebatur ὁ καθάρσιος: nam ficu antiquitus vtebantur ἐν καθαρμοῖς. Eustath. Od. 275. Cur Homerus μηλέαν, id est, malum ἀγλαόκαρπον, & Empedocles μήλα, id est, mala scil. Punica ὑπέρφλοια appellârit, vide Plutarchum in Problemate octauo libro quinto Symposiorum. Cur item ficus arbor amarissimi saporis dulcissimum fructum producat, sequente 9. Problemate disquiritur.

Ficuum vsus in lustrationibus.

Frugum 2. genera. Frumenta. Frugum porrò, vti propriè appellantur, duo sunt genera prima, frumenta & legumina. Frumenta à fruendo (auctore M. Varrone, & Donato interprete) dici possunt omnia quæ spicas habent cum arista, aut spicam muticam. Legumina verò, quæ siliquis includuntur ceu thecis. Vnde Calpburnius:

——tandemque legumina plenis
Vix resonant siliquis ——

Isidorus: Prima ceres cæpit vti frugibus in Græcia, & habere segetes translatis aliunde seminibus. Vnde Ouidius:

Prima Ceres voto glebam dimouit aratro:
Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.

Frumenti nomina Hebraica. Frumenta sunt propriè quæ aristas habent: Fruges autem reliquæ, vtraq; autem à fruendo dicta, id est, à vescendo: nam frumen dicitur summa pars gulæ. Operæpretium forsan hic fuerit, primùm varia Hebræorum nomina frumentum significantia inserere. Vt חטה Hittah triticum, frumentum quod ex folliculis protrudatur & promineat. Quidam tradunt hoc nomen esse generale, vt Latinis frumentum ad omnia frumentorum genera, præter hordeum & legumina, quæ è folliculis grana non protruduntur: sed speciale esse, vt Latinis triticum. דגן dagan Frumentum postquam excussum & ventilatum est. בר bar pro frumento propriè à paleis purgato, vel nitidiore & mundiore, à ברר barar, etsi Kimbi generaliter pro הבואה Thebuah frugibus exponat, sed dilatato nomine. עבור abur, est frumentum præteriti anni ab עבר abar, quod est transire, præterire. Prouentus verò futuri anni vocatur תבואה Thebuah, Item, זמרת תאנים Simrab baarez optimi fructus terræ. Genes. 43. 11. à זמר canere, sic dicitur eo quòd digni sunt qui omnium ore prædicentur, & decantentur. גריש Gadisch, fruges quæ postquam demessæ sunt congeruntur in area. בן גרני ben garni, Isaiæ 21. filius areæ meæ, id est, frumentum, vel palea sic appellata, quòd triturentur, & spargantur per aream.

Hordeum. Hordeum (Hebraicè שעורה seorah, fortasse quòd sit birsutum, Græcè κριθὴ) in cibis antiquissimum, sic dictum Isidoro, quòd præ cæteris generibus frumenti aridum fiat (nam inter fruges primas demetitur) vel quòd spica eius ordines habeat. Quid si hordeum dicatur, quasi cibi mansuetioris exordium? Hinc ὄλβιος beatus, quasi ὁ ἐκ τῆς ὀλῆς, id est, ex hordeo, vt ex specie genus, pro opum quarumlibet affluentia. Triplex est Isidoro, Hexaticon, distichon, trimense dictum: optimum candidissimumque, quod alij distichum, nonnulli Galatinum vocant, de quo Columella lib. 2. Vnde crebrò apud Homerum κρῖ λευκὸν, Eustath. Od. ε. Ex hordeo & panis conficitur, qui veteribus fuit vsitatus, imbecillior, ac minoris nutrimenti (vnde magus adhuc Christi diuina potentia, qui quinque panibus hordeaceis, & paucis piscibus ingentem hominum multitudinem pauit, elucet) & polenta olim à Græcis, & potus à nonnullis gentibus vini penuria laborantibus, Cereuisia (forsan à Cerere) à ζύθος dictus, quem à Dionysio primo monstratum dicunt, & ex eius humore ptisana, de qua vide Langium Epistola 57. & Mercurialem Variarum lectionum lib. 4. cap. 18. Suidas Πτισάνη ἡ πτισάνη ἀπὸ τῆς σίτου ἐψηθείσα. Dicta autem est, παρὰ τὸ πτίσσεσθαι, id est, ab epulando, quòd primum cibum antè panis inuentionem sic conficiebant: & denique ex crassiore eius farina puls, & pulticula conficitur. Martialis:

Ex hordeo panis.

Polenta.

Cereuisia, Ptisana.

Puls ex hordeo.

Mario

Mutio quod non det tacituræ accipe mulis,
Hæc ego cauponi, non tibi dono dedi.

De hac plura vide apud Dioscoridem, & Barbarum, Leuin. Lemnium, de herb. sacr. script.

Far veteribus dictum (teste Varrone) ab edendo, vt vult Isidorus: quoniam primo eo vsi sunt Far.
Romani (vnde & farina à farre dicta) siue quia in sacrificio panis ex farre ad aras offerebatur: Adorea.
vnde adorea sacrificia dicta, sicuti etiam adorea dicta laus, quòd gloriosum putabatur farre abundare. Vide Plinium lib. 18. cap. 8. Isidorus sic ait esse dictum, quod initio frangeretur. Apud antiquos enim molarum vsus nondum erat, sed frumentum in pila missum frangebant, quod erat molendi genus. Dionysius Halicarnasseus lib. 2. Antiquitatum: Quemadmodum nos Græci, inquit, antiquissimam hordeaceam frugem rati, hordeo, (quòd ὐλὰς, id est, molam salsam vocant) hostias initiamus: sic Romani quoniam far, quòd nos ζεαν appellamus, fructum antiquissimum honoratissimumq; esse existimant, illo quoduis sacrificium igne adolendum respergunt. Ibidem nuptias sacras Farrea.
Farrea à Romanis dicit fuisse appellatas, ob farris ceu sacratissimi & primi cibi communionem, Farreatio.
quæ inter coniuges erat. Festus & Boëtius scribunt, farreo libo adhibito, genus id matrimonij contrahi solitum, vnde sit dicta farreatio: sicuti cùm dissoluerentur nuptiæ, diffarreatio. Vide plura apud Cæl. lib. 28. cap. 17. Dionysius ζεαν vult idem esse Græcis, quod Latinis far. Quidam tamen distinguunt: vnde Plinius: Qui zea vtuntur, non habent far. Zea Latinis dicitur Spelta, ex qua Zea.
apud veteres fiebat Attica potio, sic dicta, quòd aleret corpus.

Triticum, quod principem inter fruges seu frumentacea locum obtinet, Varroni dictum, quòd Triticum.
spicis tritum sit. Isidoro triticum vel à tritura dictum, quod purissimum horreo condatur: vel quia granum eius commolitur & teritur. Siligo tritici flos, weitzen, *Plinio tritici delitiæ lib. 18. cap. 8.* Siligo.
Homero ὄλυρα dicta, iumentis à Græcis dari solita, Eustath. Ιλ. ι. Ex siligine laudatissimus panis confici solitus. Isidoro genus tritici à selecto dictum, quòd in pane eius species est præcipua, dinkel-korn. *Auena Græcis βρῶμος, apud plerosque est iumentorum cibus. Quædam nationes ex ea* Auena.
polentam conficiunt, quæ auenacea dicitur, qua Germani potissimùm delectantur. His adde mi- Milium.
lium, κέγχρος Græcè sic dictum, vt volunt Grammatici, à granorum multitudine. Oryzam vul- Oryza.
gò, & deprauatè ryzum, Germanicè reyß, *quod Theoph. ὄρυζον, nonnulli ordeum Galeaticum nominant. Item Panicum* fenck *à paniculis dictum, quibus semen inest, siue, vt vult Isidorus, quòd* Panicum.
in multis regionibus eo panis vice homines vtantur, quasi panis vicium. Græcis, vt Dioscoridi, Theophilacto, Galeno est ἔλυμος, & μελίνη. Item Gith, quæ Græcè μελανθιον, vulgò à nigrore Gith.
nigella, aliàs papauer nigrum, cuius semine olim panem condiebant. Denique Sesamum, quòd ita Sesemus.
passim seri desijt, vt multis in locis nomen frugis ignoretur. De his vide etiam Leuinum Lemnium in Explorat. Herb. bib.

Legumina, siue (vt à nonnullis appellantur) Legumenta, siue etiam Legaria voce Gallica Leguminá.
(teste Varrone) à legendo dicta sunt, quod non secentur, sed vellendo legantur. Ab Hebræis זרעים *seroim à* זרע *sara, id est, seuit, seminauit (serere ab Hebræo Sara videtur deriuari) à Græcis χέρνητα & ὀσπρεια, à σπείρειν, vnde ὀσπριῶναι qui coëmundis leguminibus præfecti sunt, & ὀσπριωνία munus ipsum. Ex medicorum sententia cacochymiam, & flatus pariunt, excepto piso, quod secundum Galenum, inflatione caret. De more Idola consecrandi leguminibus sic scribit Aristophanis Scholiastes in illa in Pluto:*

Καρ. Τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν (Plutum) ἱδρυσόμεθα, — Mos consecrãdi leguminibus
λαβοῦς ὅπῃ τῆς κεφαλῆς φέρε σιμωῶς.
ἔχουσα δ' ἦλθες αὐτὴ ποικίλα.

Scholiastes: ἔθος ἦν τοῖς ἱδρύσεσι τῶν ἀγαλμάτων ὀσπρίων ἑψημένων χύτρας περιπομπεύεσθαι ὑπὸ γυναικῶν ποικίλως ἠμφιεσμένων, καὶ τούτων ἀπήρχοντο χαρισθεία τοῖς θεοῖς ἀποτέμνοντες τῆς πρώτης διαίτης. Memini tamen Gilbertum Genebrardum virum doctissimum, & historiarum antiquitatum peritissimum (quo olim Lutetiæ præceptore fidelissimo humanissimoq; vsus sum) in Prophetiæ Danielis explicatione affirmare, Danielem cum suis socijs cùm sobrietatis, tum religionis quoque causa leguminum potissimùm esu vti voluisse, eò quòd legumina non offerrentur idolis, vt nec olera, quò videtur alluisse Paulus ad Rom. 14. infirmus olera comedit. Moris

Mos spargendi legumina super caput seruorum.

etiam fuit, vt seruo primùm domini ædes ingresso, legumina super eius caput spargerentur boni dominis causa. Genera leguminum coctorum ad conuiuium propter luxuriæ continuationem rarò vocabat Commodus Antoninus, teste Lampridio. Seuerum Imperatorem Romanum cibi parcissimum, patrijque leguminis auidum fuisse, Ælius Spartianus testatur. Sergium Galbam ordinario dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse, testis est Suetonius in eius vita.

Fabæ,

Faba (vt ait Isidorus) quasi phaga, ἀπὸ τῦ φαγεῖν, à comedendo dicta, quod primum homines hoc legumine vsi sunt. Κυαμοι,, olim πύαμοι dictæ: vnde πυανέψια festum à coquendis fabis dictum, quasi κυαμέψια,, vide Eustath. ιλ. χ. De Pythagorea abstinentia à Fabis passim multa extant. Erasmus in Adagijs: κυάμων ἀπέχεδαι, à fabis abstineto. Fabarum esus, secundum Pythagoreos, sterilitatem, secundùm Galenum, fœcunditatem affert. De quo vide Mercurialem in libro Variarum Lectionum: ibidem de Fabæ Ægyptiæ pondere, de fabis Philipporum, de pane fabaceo vide plura.

ἔτι Θ.

ἔτι Θ (teste Aristophanis Sholiaste in Pluto) ὁ νῦν φάβα οἱ ἰδιῶται καὶ ἄγριος τὸ διαλελυμμένον ὑπὸ τῆς ἐψήσεως, καὶ τῆς τορήνης. Gaza ἔτι Θ fresum vertit. Galenus, τὸ ἀπὸ τῶν ἐρεχθέντων ὀσπρίων τε καὶ χεδρόπων παρασκευαζόμενον, edulium à leguminibus fractis, fresisq; concinnatum. Clemens Alexandrinus & Athenæus, & Mercurialis lib. 4. Variarum Lectionum Cap. 5. docent fabam viridem post carnes loco bellariorum olim esitatam fuisse.

Prouerbia de faba.

Prouerbiat Faba alba: faba nummus, fabam & salem: fabarum arrosor, fabas ne comedas: vide apud Erasmum. Κυρύβια ἐδίειν, id est, fabilibus victitare, de homine nimis sordido: qui quibusuis cibis vilissimus, etiam fabarum, furfuribus & repurgamentis (quæ κηρύβια & ἀποβράσματα τῶν κυάμων Græcè dicuntur) præ nimia parsimonia vescitur. Fabarum vna est alba, altera nigra. Illa quidem Athenienses fœlicitatem, hac verò infortunium significabant, vt Thraces albedine & nigredine calculorum.

Fabilibus victitare.

Fabacia.

Fabacia, à veteribus dicebatur genus libi ex fabis, κυαμίτης: Plinius lib. 18. Cap. 12. Quin & prisco ritu Fabacia suæ religionis dijs in sacro est. Κυαμοζώξ, & κυάμους ζώγων dicebatur ὁ δικάζων, siue δικαστὴς δωροφάγ Θ, iudex qui victum habet à suffragijs, in quibus ferendis olim vtebantur fabis, teste Suida. Sic Pericles fabis vsus est ad sortem, cùm Athenienses milites in obsidione Samiorum tædio afficerentur. Nam quibus alba faba obuenerat, ijs epulari, atque in otio esse permisit, cæteris pugnantibus. Inde posteri diem quo voluptatibus indulgebant, ab alba faba nuncuparunt, teste Plutarcho in eius vita.

Lomentum.

Lomentum appellatur farina fabacea, quo ad eruganda corpora vsa est antiquitas. Vnde Epigrammatista:

Lomento rugas veteri quòd condere tentas.

Cicer.

Cicer, Græcè ἐρέβινθος dicitur. Ciceris emptor fricti, & nucis ab Horatio de arte Poëtica appellatur aliquis de plebe pauper, & egens, qui vescitur cicere & nucibus. Emebat enim frictum cicer plebecula, vt eo interea dum agebantur fabulæ, & quouis alio tempore solaretur, ac leuaret famem, vt annotat Lambinus, & Erasmus in Adagijs. Persius Satyra 5.

—— & cicer ingere largè
Rixanti populo, nostra vt Floralia possint.

Nam in ludis Floralibus missio quædam fiebat leguminum in ipsum populum, ab his qui honores peterent ad populi fauorem promerendum. Hæc autem fieri videbantur in memoriam Floræ Deæ, cuius numine legumina & cæteræ fruges floresceret. Vnde Horatius:

In cicere atque faba bonam tu perdes & lupinis.

Plautus in Bachide:

Tam frictum ego illum reddam,
Quàm frictum est cicer, &c.

Id est, ego senem ita versabo, vt cicera coquus in sartagine versare solet, dum frigitur. A ciceris satione (si Plinio credimus) Cicerones dicti sunt, sicut à lente Lentuli, à faba Fabij, à piso Pisones cognomina traxerunt.

Lens.

Lens, lenticula (Græcè φακὴ, φακὸς) olim philosophis in cibo maximè placuit, & apud Græcos magno in pretio fuit, vt passim ex antiquis literarum monumentis colligi potest. Apud Athenæum Zenonem solitum fuisse lentes coquere inuenimus. Inde Stoicorum dogma erat (teste Athenæo lib. 4.) Sapientem omnia rectè agere, & lentem diligenter condire.

Pherecrates:

Pherecrates: μὴ μοὶ φακοὺς, μὰ τὸν Δί᾽ οὐδ᾽ ἥδομαι. ἢν γὰρ ξυάγῃ τις, τῷ στόματ᾽ ὄζει κακόν, Id est, Ne mihi lentes, quæso per Iouem, non enim mihi placent. Si enim quis comederit, ore malè olet. Martialis in Xenijs:

Accipe Niliacam, Peluſia munera, lentem,
Vilior eſt alica, carior illa faba.

Nam quidem optima naſcitur circa Peluſium oppidum: à quo Nili oſtium Peluſiacum dictum. Virgilius: Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Ex hoc legumine multa prouerbia nata ſunt: vt, Lente gaudere deſijt: Lenticulam angulo tenes: Lenti vnguentum infundere: antè lentem augere ollam, Zenonium eſt, & lentem coquere: de quibus Eraſmus. Eſau cum pane & ebulitione lentium commutauit ſuam primogenituræ dignitatem. Geneſis 25. Sic pariter multi cibo potuq; vendunt libertatem ſuam. His adde piſum, πίσον, à Piſo dictum: Viciam, faſeolum, ſiue faſelum, lupinum, θέρμον, eruum ὄροβον, eruiliam ὤχρον non diſſimilem eruo, &c.

Ex herbis, ſiue oleribus (quæ λάχανα ſeu λαχανάρια Græcè) Braſſica (quamuis Catoni laudata) flatu non vacat, & melancholicum ſuccum gignit. Dicta eſt à Latinis veteribus priuatum olus, à Græcis κράμβη, quaſi κοιλόμβλη, quòd oculis inimica exiſtimetur. Pupulas enim oculorum (quæ Græcis κόραι dicuntur) hebetare fertur. Vnde Prouerbium: Crambe bis repetita mors eſt. Κόρχορος ἐν λαχάνοις, etiam corchorus (oleris genus eſt viliſſimi, teſte Plinio) inter olera: Prouerbium in homines nullius pretij, qui tamen in numero aliquo haberi volunt, teſte Eraſmo. Braſſicam iurare, de quo idem. De Lactuca (quæ à lacte, auctoribus Plinio, & Varrone nominata eſt, & à Græcis θριδακίνη, apud Dioſcoridem θρίδαξ vocatur) eius natura, viribus, quibus illa profit, vel officiat, vide Leuinum Lem. lib. 2. de miraculis naturæ, cap. 42. Similes habent labra lactucas, Prouerbium, de quo Eraſmus. Lactucas Ariſtoxenus comedere fuit ſolitus ſub auroram, eas placentas virides appellans, teſtibus Euſtathio & Athenæo. Auguſtus priſtinam olim valetudinem lactuca recuperauit, Muſæ medici prudentia: cui idcirco Populus Romanus ſtatuam iuxta ædem Æſculapij erexit, teſte Suetonio. Columella lib. 11. rei ruſticæ:

Iamq; ſalutari properet lactuca ſapore
Triſtiaq; reuelet longi faſtidia morbi.

Tacitus ſimiliter Imperator (teſte Flauio Vopiſco) in conuiuio præ omnibus oleribus affatim miniſtratis, lactucis impatienter indulſit. Somnum enim ſe mercari illa ſumptus effuſione dicebat: amariores cibos appetiuit. Pertinax Imperator Romanus, cùm verbis eſſet affabilis, re erat illiberalis, ac propè ſordidus, vt dimidiatas lactucas, & carduos in priuata vita conuiuis apponeret, teſtis Iulius Capitolinus. De hac Vergilius in Moreto:

Grataq; nobilium requies lactuca ciborum.

Lactuca ὑπνώδης, id eſt, ſoporifera, Æginetæ, refertur inter ἀφροδίσια, & compeſcit Venerem, συνουσίαν ἀποτρέπει, Dioſcoride teſte. Atque hæc eſt μυθολογία, quòd apud Callimachum Adonis in lactuca occultatur à Venere. Cur medium lactucæ à mulieribus non comedatur Plutarchi fuit Problema 10. lib. 4. Sympoſ. cuius præter titulum nihil extat.

Cepe Ægyptiacæ בצלים bezolim laudantur, Num. 11. 5. De ceparum vſu vide quædam obſeruatu digna apud Mercurialem in libro Variarium lectionum. Κρόμμυα ἐσθίειν cepas edere, aut olfacere dicebantur ioco prouerbiali, qui lachrymari videbantur: de quo plura Eraſmus in Chiliad. Cepa oculos mordet, vnde à Græcis κρόμμυον dicta, quaſi pupillam oculi comprimi cogat, vt ſcribit Ariſtoteles in Problematibus: inde etiam lachrymoſa à Columella dicitur. θύμος cepa eſt agreſtis, ſiue porrum: inde ἅλες θυμῖται apud Ariſtophanem, ſales cum cepa contuſi, teſte Scholiaſte. Malua ἁλιμος, & ἄδιψος, id eſt, famem, ſitimq; ſedans ab Athenæo dicitur lib. 2. cap. 19. θύμος Ariſtophani eſt ſpecies herbæ vilis (vt videre eſt in Pluto) qualis μαλάχη, & ἀσφόδελος Heſiodo, vt teſtatur Scholiaſtes.

Beta quoque notiſſima herba olim pauperum cibus fuit. Perſius Satyr. 3.

Putre, quòd haud deceat plebeia radere beta.

Et Martialis:

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ.
O quàm ſæpe potas vina, piperq; coquus.

Braſſica.

Corchorus.

Lactuca.

Cepa.

θύμος.

Malua.

Beta.

Hinc factum Bononienſes videntur Betarum appellare. Sunt qui betam blitum quoque nominant, vnde eſt Latinus pro ſtupido bliteus, in qua ſententia hodie ſunt quidam medici & pharmacopolæ, ſed optimi quiq; auctores hæc diſcernunt. Græcè τεῦτλον, τεύτλιον, & σεῦτλον dicitur, Germanicè mangolt. *Τευτλοφάκη edulium ex beta & lentibus Heraclidi. Apud Ariſtophanem commemoratur, anguillas cum beta coqui ſolitas in Acharn.*

Cœnæ ex leguminibus & oleribus.

Huiuſmodi porrò cœnæ tenues, frugales, atque parabiles hominum pauperum & plebeiorum, quæ leguminibus oleribusq; terra enatis conſtant, à Plauto eleganter cœnæ terreſtres, à Petronio cœnæ cynicæ, ab Horatio cœnæ ſine ſanguine, & dapes inemptæ appellantur. Plautus in Captiuis ita facete iocatur:

Æ. Terreſtris cœna. E. Sus terreſtris beſtia eſt.
Æ. Multis oleribus. E. Curato agrotos domi.

Huiuſmodi autem cœnæ vt antiquiſſimæ, ita omnium videntur ſaluberrimæ. Vnde Horatius lib. 1. Carminum, Od. 31.

Impunè me paſcunt oliuæ:
Me cichorea, leueſq; maluæ.
Frui paratis, & valido mihi
Latoë dones, & precor, integra
Cum mente: nec turpem ſenectam
Degere, nec citharâ carentem.

Idem in Epod. Od. 2.

Dapes inemptas apparet.
Non me Lucrina iuuerint conchylia
Magisue rhombus, aut ſcari:
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare:
Non Afra auis deſcendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus
Iucundior, quam lecta de pinguiſſimis
Oliua ramis arborum:
Aut herba lapathi prata amantis & grati
Malua ſalubres corpori.

Hortus pauperis eſt macellū.

Aut quoq; pertinet dictum celebratiſſimum: Hortus pauperis eſt macellum. Hinc factum eſt, quòd & macellum foro olitorio competat, & horti oſtia macellotæ iuxta Varronem appellentur: quod eſt frugalitatis veterum argumentum. Inferorum quoq; cibum tenuiſſimum finxerunt veteres maluam, & porrum, teſte Eraſmo in Chiliadibus. Holerum appoſitiones: de re nullius momenti prouerbium, ſumptum videtur vel ab holeribus appoſitis in menſa, vili nimirum cibo, vel auctarijs holerum, quæ nonnunquam emptores ſordidi ac tenues requirunt. Hinc in ſacris quoq; literis olera ceu cibus tenuis atque vilis aliquando opp. carnibus, vt Prouerb. 15. Ad olera vocari cum charitate melius eſt, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. Et ad Rom. 14. Alius quidem credit veſcendum eſſe quibuſuis, alius autem infirmus (fide) edit olera. Didimus Iulianus Imperator Romanus (teſte Ælio Spartiano) tantæ parſimoniæ fuiſſe perhibetur, vt per triduum porcellum, per triduum leporem diuideret: ſæpe autem nulla exiſtente religione, oleribus leguminibusq; contentus, ſine carne cœnauit. Perſarum magi (vt teſtatur Eubulus) & Apollonius (teſte Philoſtrato) non niſi oleribus ferè veſcebantur. Prophetas quoq; oleribus victitaſſe, ex illo loco colligi poteſt. 2. Reg. 4. Eliſæus in Gilgal, cùm magna tunc temporis eſſet fames, à Prophetarũ filijs (diſcipulis) per famulum ſuum pulmentum ex oleribus in olla parari voluit. In Hebræo eſt אורות Oroth quam vocem interpretantur olera. Et cùm virida ſint, videntur confirmare atq; illuſtrare aciem oculorum. Hebræis enim אור or eſt lux. Rabbinorum quidam Erucam peculiariter voluerunt ſignificari, ſic dictam quòd vim habeat acuendi viſum, alij cucurbitam ſyluaticam, vulgò colloquintidam dictam interpretantur. Notandum etiam ibidem, quòd Eliſæus pulmentarij illius eſculenti amaritudinem in dulcedinem tranſtulit. Cùm enim conuiuæ deguſtaſſent pulmentum, clamauerunt: Mors in olla, hoc eſt, venenum nobis eſt exhibitum. Eliſæus igitur non imperitus rerum naturæ, iniecta olla farina ſaporem illum amarum correxit & emandauit. Nam farina polentaria, præſertim ordeacea, ex qua polenta conficitur, vim habet, amarulentum ſaporem diluendi & abolendi, teſte Leuino Lemnio in expoſitione herbar. Bib. Olus aliàs Hebræis etiam ירק ierak dictum à viriditate. In huiuſmodi porrò cœnam terreſtrem extat elegans huiuſmodi Ammiani epigramma apud Stobæum:

Qui oleribus veſci ſoliti.

Catonis cibus è rapis.

Perſarũ magi.

Ὡς κῆπον τεθυκὼς δεῖπνον παρέθηκεν Ἀπελλῆς,
διόμφῳ βόσιν αὐτὶ φίλων προβατεῖα, &c.

Olera ferè coquuntur in olla (vnde fortaſſe nomen habent) quòd & olim in vſu fuiſſe indicat illud

dictum

dictum ex paronomasia olla olera legit. Olitorij conuiuij (eines krautmals) solennis exemplum est apud Tigurinos in pago quodam, quod solis oleribus constat, & à rusticis celebratur. Forum olitorium Græcè λαχανοπωλεῖον, Germanicè krautmarckt appellatur, vbi olera venduntur.

ALIMENTA porrò secundi ordinis ab animantibus petita, in tria omnino genera diducuntur: quadrupedum, volatilium, & natantium. Nam piscibus, alitibus, & gressibilibus animantibus alimur, eorumq; partibus tùm externis, tù etiam internis. Ac primò quidem pisces, vt ab illis exordiar, cùm apud Græcos, tum apud Romanos semper magno in pretio, atq; honore fuisse, eorundem multi libri satis superq; testantur. Hinc pisces ὄψα & ὀψάρια dicti κατ' ἐξοχὴν, eò quod inter obsonia principatum obtinent, teste Plutarcho 4. Sympos. Probl. 4. Hinc ὀψοφάγοι, & tritones piscinarum progulæ proceribus apud Ciceronem lib. 2. Epistolarum ad Atticum. Vide Iunium in Prouerb. Δύο ὀψάρια Nonnus (Ioan. 6.) ἰχθύας ὀπταλέους vertit. Ἀνθερικίδες, teste Suida, minuti pisces assi dicuntur, & quæcunq; in pruna assantur. Piscium esum Christo familiarissimum fuisse legimus. Post resurrectionem quoq; (teste Luca cap. vltimo) piscem ὀπτόν, id est, assatum degustauit. Homeri temporibus piscium & auium esum fuisse vsitatum Athenæus docet lib. 4. cap. 5. eorum tamen in conuiuijs heroum nullam mentionem facit, propterea quod ijs in dignitate constitutis non conuenire huiusmodi alimentum existimabat. Eustath. Gadarei Melegni testimonio comprobat, veteres non fuisse appetentes piscium, sed eorum esum post Homeri tempora inualuisse. Homerum præterea ceu Syrum natione secundum gentis illius instituta Heroas fecisse abstinentes à piscibus. Quanto in pretio fuerint apud paulò vetustiores Romanos pisces, & præsertim murænæ, Macrob. docet lib. 3. Saturnal. cap. 15. Alimenta ex animalibus triplicia. Pisces.

De acipense re, mulo, ecaro, lupo, vide eundem cap. 16. Hinc Horat. lib. 2. Satyra 2.

At mihi cum longum post tempus venerat hospes:
Siue aperum vacuo gratus conuiua per imbrem
Vicinus: bene erat, non piscibus vrbe petitis,
Sed pullo atq; hœdo, &c.

Cicero in Pisonem: Extructæ mensæ non conchylijs, aut piscibus, sed multa carne fubrancida: quo loco Pisonis sordes ostendere conatur. Horat. lib. 2. Sermonum Satyra 2. de acipense re, qui olim nobilissimus habitus est piscium (teste Plinio) sic scribit: Acipenser.

——haud ita pridem
Galloni præconis erat acipense re mensa Infamis.

Erat autem hic Gallonius præco, de quo sic M. T. Cic. in Oratione pro Quintio scribit, Qui relicta bonorum virorum disciplina & quæstum & sumptum Gallonij sequi maluerunt: atq; etiam quod in illo non fuit, cum audacia perfidiaq; vixerunt. Et Lucillius apud M. Tull. lib. 2. de Finibus, O Publi (inquit) o gurges Galloni: es homo miser, cœnasti in vita nunquam benè, cum omnia in ista cõsumis squilla, atq; acipense re cum decumano. Et ipse Tullius de eodem multa ibidem. Apparet autem ex ijs versibus Lucillij, hunc Gallonium obsoniorum gargitem acipense re, vt carissimo & suauissimo pisce ornasse instruxisseq; conuiuium. Archestratus apud Athenæum li. 8. existimat, γαλεὸν eundem piscem esse, atq; eum qui apud Romanos cum tibijs & coronis ad cœnas cum pompa quadam circumfertur, coronatis etiam ijs quæ eum ferunt: qui appellatur acipenser. Verba Athenæi sunt hæc: Ἀρχέστρατος δὲ ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλῳ ζήσας βίον, ὡς τὸ ἐν Ῥόδῳ γαλεᾶ λέγων, τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται τοῖς παρὰ Ῥωμαίοις μετ' αὐλῶν καὶ στεφάνων εἰς τὰ δεῖπνα περιφερομένῳ ἰστεφανωμένων καὶ τῶν φερόντων αὐτὸν, καλούμενον δ' ἀκιπήνσερα. Sed Appio Grammaticus (vt idem Athenæus refert) in libro de Apicij delitijs & luxuria, eum piscem quem ἴλοπα vocant Græci, acipenserem Romanorum dicit esse. Rob. Constantinus in suo Supplemento linguæ Latinæ de eodem sic scribit: Acipenser, vel aquipenser Festo, nec ἴλοπ licet ita Plinius lib. 9. cap. 17. nec ὄξυρυγχα, nec silurus, sed ὄνισον Dorionis apud Athenæum, γαλαξίας, siue γαλεξίας Galeni lib. 5. Alimiment. (licet apud Athenæum γαλερίδας, & γαλλερίας) vulgò Græcorum ξύφιχι (sumpta voce ab ὀξύρυγχος) Gallicè estourgeon, & creac Burdigalæ: Italicè sturio, & qui minor porcelleto, qui porculus marinus Plinij. Is de acipense re lib. 9. cap. 71. Ex eius ouis nigris, conditis, est illud edulium, quod Venetijs laudatissimum caniaco appellatur. Mihi inassueto nauseam mouebat, vbi assuefactus sum, gratissimũ fuit. Ex eius carne salita (vt etiam ex thunno) Acipenser cũ tibijs & coronis illatus conuiuijs. Acipenserem alij γαλεὸν alij ἴλοπα dictum volunt. Galloni luxus.

fit quæ ibi Morona vocatur, &c. De eodem illa quoque Ciceronis verba ex libro de Fato legun-
tur apud Macrob. lib. 13. Nam cùm esset apud se ad Lauernium Scipio, vnáq; Pontius, allatus
est fortè Scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur: sed est piscis, vt ferunt, in primis nobilis.
Cùm autem Scipio vnum & alterum ex ijs, qui eum salutatum venerant, inuitasset, pluresq; etiam
inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas: acipenser iste paucorum
hominum est. Traiani temporibus non videtur magno fuisse in pretio, vt Plinius testatur de illo
loquens, cùm inquit: Nullo nunc in honore est, quod equidem miror, cum rarus sit inuentu. Commen
datur tamen à Martiale, qui Traiani & Plinij σύγχρονος fuisse creditur, hoc disticho:

Ad Palatinas acipenseria mittite mensas
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Pisces cur ægris antiqui medici facile concesserint, & pisces antiquitus carnes vocatos Mercuria
lis in suo libro Variarum lectionum testatur: & ibidem tradit quædam obseruatu digna, de pisce qui
καπρός dicitur, & de pisce ruminante, qui μήρυξ appellatur, nec nõ de stella, qui à Græcis ἔμπυος
fuit vocatus. Diodorus Ichtyophagos tradit, vitam totam ferè sine morbis viuere, quod vno pisciũ
cibo (vnde nomen adepti) vtantur. Quantis hodie in delitijs apud Orientales sint pisces, multi lite
ris prodiderunt. Prouerbia à piscibus ducta sunt: Pisce sanior: piscem, aut florem olet: piscis magnus
nullus, nisi malus: piscem natare doces: piscibus abstineto: piscis eget sale, piscis mutus, piscis nequam
nisi recens, piscis primum à capite fœtet, piscis repositus: de quibus vide Erasmum. De Romanorum
opsophagia, hoc est, immoderato luxuriosóq; piscium appetitu, vide Iuuenalem Satyr. 5. vbi inter
alia inquit:

Et iam defecit nostrum mare dum gula sæuit,
Retibus assiduis penitus scrutante macello, &c.

Prouerbia à piscibus ducta.

Pisces quinam saluberrimi.

Ex piscibus Galenus saxatiles (de quibus vide Langium in Epistolis) pelagicos, & litorales val
de probat, & squamigeros, minimeq; viscidos. Contrà verò lentorem tenacem habentes, sunt pessi-
mi: inter pisces anguillæ deterrimæ. Huc pertinet elegans illud Plutarchi Prob. 4. Sympos. lib. 4.
Vtrum mare, an terra præstantiora opsonia præbeat?

Caro suilla.

E QVADRVPEDVM genere animantium caro suilla (quæ præter cæteras animalium
carnes cum humana maximam similitudinem habet) ad bonos gignendos humores aptissima à Ga
leno censetur: quam (si modò probè in ventriculo concoquatur) & probatissimum esse cibum, & pro
batissimos item gignere succos, idem affirmauit. Assa tamen salubrior est quàm elixa, & sale inu-
eterata melior quàm recens. Plutarchus 4. Sympos. Prob. 5. rationem reddit, cur Iudæi carnibus
suillis abstineant. De illo loco, & simul de carnis suillæ natura vide Mercurial. lib. 3. Lect. Antiq.
cap. 8. Et Langium Epist. 61. Var. lib. 2. de Re rustica: Suillum pecus donatum à natura dicunt ad
epulandũ. Et Cicero lib. 2. de Nat. Deor. Sus, inquit, quid habet præter escam: cuius quidem caro ne
Apri. viuenti quidem putresceret, animam ipsi pro sale datam dicit esse Chrysippus: qua pecude, quòd ea
ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. Iuuenalis.

Quanta est gula? quæ sibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum. Et sub finem:
Semesum leporem, atque aliquid de clunibus apri.

Alludit Poëta ad P. Seruilium Rullum (patrem eius Rulli, qui Consulatu Ciceronis legem Agra-
riam promulgauit) qui primus Romanorum aprum solidum epulis apposuit. Idem lib. 3. Sat. 5.

—— Et flaui dignus ferro Meleagri Fumat aper.

Grammatici quidam porcellos à seruis olim edi solitos tradunt, quòd macri & strigosi fetè sint, por-
cio besiores: id colligunt ex illo Homeri Οδ. ξ.

Ἰδὲ νῦν ὃ ξεῖνε τάτε δμώεσι πάρεσι. Χοίεια.

Brod. lib. 6. Miscell. cap. 1. Apud Homerum in epulis celebrantur χρία ὕεια, καὶ ἄρνεια, carnes suil-
Carnes quæ ab Homero celebrantur. læ & agninæ: quæ teste Eustathio ferebãtur ἀδηπόνητοι, & ob pinguedinem corruptu faciles. Nec
non carnes αἰγδν, caprarum (quæ ἀπὸ τῦ αἴσσειν ab exultando dictæ sunt) quas veteres dixerunt
esse τροφιμωτάτας, id est, maximam habere vim nutriendi. Vide Eustath. Οδ. ζ.

Caro bubula.

In carnium genere salubris quoq; habetur boum iuniorum, vitulorum atq; hædorum caro. Ac
bubulæ carnis esum Homeri temporibus fuisse vsitatum Athenæus probat libro primo capite quar-
to. Et

to. Et passim apud Homerum animantia, quorum carnibus vesci fuerunt soliti, occurrunt. Μῆλα, ἴφια, βοῦς ἕλικας, ἐλίποδας, σῦς θαλέθοντας ἀλοιφῇ, siue σύαλον, αἶγας πίονας, μυκάλας, ἀνὰ μέρμιν. De carne caprina cur iniucunda, sacerdotibus vetita, comitialem morbum adducat: nec non de leporina atq; vulpina, vide Mercurial. libro secundo capite septimo. Idem de hædorum carne, quis fuerit hœdus ex Ambraria apud Gellium, scribit libro primo capite vicesimo quinto. Cur hœdorum è lupi faucibus creptorum caro sit iniucundissima, ibidem. Caro caprina.

Hierosolymitanis & Samaritanis Amos capite sexto exprobrat, quod comederent Carim, id est, agnos de grege, hoc est, egregias, pingues, lectissimas ouium ex toto grege. Quanquam בר car, ex nonnullorum sententia significat, arietem iam scilicet adultiorem, à בר car, quod locum pascuum significat: quasi pascualem dicas. Nec non vitulos de medio saginarij, id est, altiles & saginatos. Nam מרבק Marbec, locum significat, vbi includuntur vituli vt saginentur: quod nomen atq; adeò radix tota quater omnino in scriptura reperitur, vt Massoreth etiam notauit, nimirum præter hunc locum Malachiæ quarto, primo Samuel. vicesimo octauo, Ierem. quadragesimo sexto. Caro agnina.

Vituli olim opportunis in locis sagina tenebantur, atq; ad conuiuia paranda suauiores fiebant: eiusmodi epulas incantatrix illa fœmina Sauli parauit, primo Samuelis vicesimo octauo. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo. Idem nomen Marbeg ibi est, quod saginarium locum significat. Sic in Euangelio pater perdito filio vitulum saginatum macbari & apponi curauit. Vituli saginati

Caro leporina quoq; olim in delitijs habita: vnde (teste Aristophanis interprete) leporinus carnibus viuere dicebantur, quièν πᾶσιν ἀγαθοῖς τρυφῇ, lautè atq; in delitijs vitam agebant. Hinc etiam prouerbia, tute lepus es, & pulmentum quæris. Leporem non edit: de quibus vide Erasmum. Pulmentaria ex lumbis leporinis confecta, dicta sunt à pulte. Horatius in Epistola ad Lollium: Caro leporina. Viuere carnibus leporinis Prouerb.

Cœnes vt pariter pulmenta laboribus empta.

Mercurialis quoq; libro primo capite septimo Lectionum Variarum, multa de carne leporina tradit, animaduersione dignissima: cur lepus inter quadrupedes primas obtineat (vnde Martialis:

Inter quadrupedes gloria prima lepus)

cur habeat coagulum, cur leporinus sanguis omnium suauissimus, &c. Μίμαρκις farcimen quoddam ex intestinis & sanguine leporino confectum. Pollux libro sexto. Alexander Seuerus imperator Romanus (teste Ælio Lampridio) quotidie in epulis leporem habuit, vnde Poëta quidam ita in illum iocatur: Alexan. Seuer. Imp. leporina carne delectatus

Pulchrum quod vides nostrum esse regem
Quem Syrum sua detulit propago.
Venatus facit, & lepus comestus,
Ex quo continuum capit leporem.

Hos versus cum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse ille dicitur Græcis versibus in hãc sententiam:

Pulchrum quod putas vestrum esse regem
Vulgari miserande de fabella:
Si verum putas esse, non irascor.
Tantum tu comedas velim lepusculos
Vt fias animi malis repulsis
Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Hi versiculi compositi sunt ex opinione vulgari, qua existimabatur quis esu leporis per septem dies pulcher euadere: vnde notus Martialis iocus in Gelliam. Lepus Grammaticis videtur dictus quasi leuipes, à pedum celeritate, inde lepidus videtur denominari venustus, ingenij acumine celeritateque præditus. Ceruinam carnem olim esitasse horis matutinis principes fœminas ceu febris antiphar macum testis est Plinius.

Ex auium genere Phasiani (de quorum coctione ex Diuo Hieronymo vide Mercurialem libro Variarum Lectionum & Cælium lib. 28. cap. 8.) perdices, attagenes, columbi tenelli, merulæ, turdi, turtures, pulli cohortales, & inuenculæ gallinæ, non valetudini tantum, verum etiam cerebro, ingenioq; cõducere, passerculos item in libero aëre, dumetis & montibus victũ quæritantes, optimi esse tibi Auerroi, atq; Galeni testimonijs Valeriola probat in Locis suis cõmunibus. Aues in stagnis, Auium caro. Phasiani.

Digitized by Google

aut paludibus, aut lacustribus locis degentes malam, & excrementosam habere carnem similiter medici tradunt. Lege Fannia apud Romanos cautum erat, ne quid volucrum in mensa poneretur, præter vnam gallinam, quæ non esset altilis. Alexander Seuerus (teste Ælio Lampridio) ludis Ianuarijs & Hilarijs matris Deûm, & ludis Apollinaribus, & Iouis epulo, & Saturnalibus, & huiusmodi festis diebus phasianum adhibuit. Anserem quoque ab eodem diebus festis adhibitum fuisse idem testatur, vt hodie apud Christianos in Martinalibus. Tacitus Imperator (teste Flauio Vopisco) phasianam auem nisi suo & suorum natali, & diebus festiuissimis, non posuit.

Anser.

Pauo.

Pauonem quoque siue pauum inter delicatissima edulia à veteribus habitum fuisse illa Senecæ ad Lucilium indicant. Num, inquit, esuriens fastidit omnia præter pauonem rhombumq; Ambitiosa non est fames, contenta desinere est: quo desinat, non nimis durat. Apud Rom. (teste Macrob. lib. 3. Satur. cap. 13. ex M. Varronis lib. 3. de Agricultura) primus pauones Quintus Hortensius augurali cœna dicitur posuisse. Quod potius factum tum luxuriosè, quàm seuerè boni viri laudabant. Hunc citò secuti multi, extulerunt eorum pretia: vt oua eorum denarijs væneant quinis, ipsi facilè quinquagenis. Memorabile est, quod S. August. grauissimus auctor scribit lib. 22. de Ciuit. Dei cap. quarto. Pauonis carnem non putrescere, id quod se expertum esse dicit. Verba eius hæc sunt: Quis enim nisi Deus creator omnium dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Quod cum auditu incredibile videretur, euenit vt apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hæc auis. De cuius pectore pulparum quantum visum est decerptum seruare iussimus. Quod post dierum tantum spatium quanto alia caro quæcunq; cocta putresceret prolatum atq; oblatum, nil nostrum offendit olfactum: Itemq; repositum est post dies amplius quàm triginta: idem quod erat, inuentum est. Idemq; post annum, nisi quod aliquantum corpulentiæ ficcioris & contractioris fuit. Hæc ille. Martialis turdum cæteris auibus anteponit, cum inquit:

Augustin.

Pauonis carnes non putrescere.

Turdus.

Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Græcè κίχλα siue κίχλη dicitur, cuius sæpe in Aristoph. fit mentio, & in Acharn. turdus ceu cibus delicatissimus, ἀκρίσιν, id est, locustis ceu omnium vilissimo obs. Inde κιχλίζειν turdos edere, immodeste & lasciuiter ridere, & in genere gulæ atq; delitijs indulgere.

Ex animalium partibus mammillæ, testes, & alæ alimenti probitate primas tenent: iecuscula item, si ab laudatis auiculis aut animantibus sumuntur improbanda non sunt, Teste Valeriola in locis communibus.

Animaliũ partes quæ maximè delicatæ.

Leporis armos reliquis partibus palato esse gratiores & suauiores illud Horatij ostendit libro secundo Satyra quarta:

Armi leporis.

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

Cur hic fœcundum leporem appellet, ex Aristotelis & Varronis, & Plinij libro nono cap. 55. lectione intelligere licet. Sic omasum bubulum in mensarum delitijs olim numeratum esse, ex illo Horatij versu constat lib. 2. Satyra 5.

Omasum bubulum.

——seu pingui tentus omaso
Furius hybernas cana niue conspuet Alpes.

Plin. lib. 8. cap. 46. damnatus est à populo Rom. die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderit bouem, actusq; in exilium, tanquã colono suo interrempto. Horat. lib. 1 Epistolarum ad C. Nummonium Valam, omasum agninum contrà pro vili & plebeio cibo ponit, de Mænio scurra loquens:

——patinas cœnabat omasi
Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset.

Omasi tabulæ, pro quadris & segmentis omasi frustulatim sectis. Anseris similiter iecur Athenæus scribit lib. 9. tanto in pretio fuisse veteribus, vt essent apud eos χηνοβοσκαὶ anserum pastores: qui anseres ita alerent, vt eorum iecur mirificè augeretur. Quod item tradit Plinius lib. 10. cap. 22. Iecur, inquit, fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemplumq; lacte mulso augetur. Hoc inuentum alij Scipioni, alij Marcello viro consulari, nonnulli Marco Sessio eadem ætate equiti Romano ascribunt. Huc alludit Horatius Sermonum lib. 2. Satyra 8.

Anseris iecur.

Non

— Non sine farre Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi:

Id est, Iecur saginatum, & auctum pinguibus ficis. Lambinus in Horatium, Idem (inquit) in Italia vidi factitari: sed quomodo, aut qua arte id fieret, non quæsiui. Et Martial. lib. 13.

Aspice quàm tumeat magno iecur ansere maius,
Miratus dices: hoc rogo creuit vbi?

Vulua quoque suilla apud veteres, quanto in pretio fuerit, Mercurialis ex veterum monumentis docet lib. 2. cap. 5. Var. Lect. In eodem capite de Varijs antiquorum edulijs multa iucunda lectu scripsit: vt de catulorum lactentium carnibus, de carne camelina, de ranis, de gruibus, de fumine, &c. Vulua.

Apri (quod animal propter conuiuia natum Iuuenalis appellat) lumbus omnibus alijs partibus eius præponebatur: quem Plautus, & Cato aprugnum vocauere: cuius tenera duritiei commendata, ipsi etiam Calli nomen dedit, propter quod etiam Horatius longa oua extollens callosa nuncupauit, tanquam compacta illa teneritudo in omnibus ciborum generibus, & dentibus, & palato, & omni corporis parti valde grata sit. Hæc Mercurialis lib. 2. cap. 23. Vbi etiam addit: Hodie in nonnullis Italiæ regionibus, ac Venetorum præsertim, suum domesticorum lumbos inter suauia æstimari. Capita equorum, vt apud nos aprorum, in delitijs apud Tartaros Hippophagos haberi, & præstantioribus tantùm apponi, testis est Sigismundus Baro in Comment. rerum Moscouitarum. Verùm de his singulorum animalium partibus delicatioribus, vide Bruyerinum, Christophorum à Vega, &c. Lumbi apri.

Sequuntur nunc postremo loco, quæ ab animalibus proueniunt: inter quæ lac & oua principatum tenent, de quibus similiter pauca quædam dicenda. Lac igitur (quod nihil est aliud quàm sanguis concretus, siue concoctus) inter cibaria omnia optimi, probatissimiq; succi esse omnium iudicio medicorum, Galenus affirmat, modo à probo sit animante desumptum: inter quæ caprinum ille præfert recens multum, & melle aut aqua, saleue modico (ne in ventre cogatur) respersum. Hac ætate nonnulli mellis loco sacharum immiscent. De lacte equino, & alijs eius generibus vide Mercurialem lib. 5. cap. 26. & 27. Var. Lect. & lib. 2. cap. 28. Item de gentibus lac potantibus equinum vide Brodæum Miscell. lib. 4. cap. 3. Ac Nicolaus de Moribus gentium Galactophagos Scythicam gentem, solo lacte equino pro cibo potuq; vti, & confectos inde caseos edere docet: vnde illos dicit esse δυσμαχωτάτους, difficiles impugnatu, cùm victum semper secum habeant. Eorundem Homerus quoque sæpe meminit. Vt autem olim ita hodie quoque Tartari plurimùm delectantur lacte equino, eoq; homines & fortes & pingues fieri credunt, vt testis est Sigismundus Baro, &c. Lacte mero, & herbis veteres vsi (vnde herbosum moretum) in epulis matris Magnæ deorum, vt docetur in Commentarijs in Ouidij Fast. lib. 4. Aphricanos illos, qui olim Numidæ fuerunt dicti, neque pane, neque cibo aliquo vel quorumque modo cocto vesci, sed solo camelorum lacte contentos esse solitos fuisse, testis est Leo Africanus. Proientaculo (vt idem testatur) ingentem lactis tepentis cyathum epotant: in cœnam nonnullæ carnes siccæ lacteo butyro condiri solent, ex his suam quisque potionem accipit, ac sic è manu vorat. In cœna rursus lactis paterам exhauriunt, & sic est cœnæ colophon. Pro aqua plærunq; lactis potu vtuntur. De butyri (quod Hebraicè חמאה chemah dicitur, quia semper calet, & nunquam frigescit, aut congelatur) varijs apud veteres generibus, eius vsu cùm in cibo, tùm in vngendis corporibus pro balneo olei loco: de butyro Scytharum confecto ex lacte equino, vide digna lectu apud Mercurialem lib. 1. cap. 16. Var. Lectionum. Huiusmodi apud Belgas butyri esus hodie est vsitatissimus, vnde Butyrophagi vulgò appellantur. Galactophagi Scythæ. Lac camelinum. Butyrum. Butyrophagi Belgæ nocantur.

Caseus à Iudæis גבינה Gebinah dictus est, ab eminentia גב excelsum, siue eminens significat: & חריץ charitz compressione (vnde Vergilius: — Et pressi copia lactis.) quod caseorum confectio trituratioui, quæ fit tribulis non dissimilis videatur, teste Kimchi 1. Samuel. 17. שפה schepho quoque pro caseo inuenitur 2. Sam. 17. 29. sic dictus à שפה schapha, quod est contundere: quòd contundantur & comprimantur. Et quoniam שפה schapha etiam eleuare significat, caseum volunt nonnulli dictum שפי schapha à figura excelsiore. Græcè τυρὸς dicitur, & τυρίον diminutiuum caseolus: à τυρεῖν cogere, coagulare, quòd lacte agitato; coagulatoq; conficitur. Eodem modo caseus à coëundo, vel (vt Varro inquit) à lacte coacto dicitur, quasi coaxens. Casei vt hodie ita olim frequentissimus fuit vsus: maximeq; eo delectantur remiges & nautæ, vt Aristophanes tradit. Vergil in Bucolicis: Caseus.

Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi.

Turneb. Aduers. lib. 5. cap. 15. apud Vergilium, Pressi copia lactis, Poëtica circumlocutione vult caseum significari, qui & coagulo cogitur & premitur, & ipsa interdum manu premitur, formatur, atque figuratur. Tranquillus: Et caseum bubulum manu pressum. Columella, Illa verò, inquit, notissima est ratio casei faciendi, quem dicimus manu pressum. Premitur etiam (authore Columella) ne fistulosus sit, quod ei accidit, qui laxius remissiusq; in formis suis habetur, nec satis cogitur. Suetonius de Octauio Augusto: Secundarium panem, & pisciculos minutos, & caseum bubulum manu pressum. De quo sic Columella, quòd in mulctra dum est tepefacta, vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur: Caseus fit fistulosus si parum pressus fuerit. Cicero in libro de Senectute: Villa quæ tota locuples est, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Caseorum varia genera, vide apud Plinium lib. 11. cap. 24. Caseus quis purior, aut valetudine melior aptiorue: nec non de more condensandi apud veteres, vide Mercurial. lib. 2. cap. 26. Variar. Lectionum. Ibidem lib. 4. cap. 11. de More veterum caseos fumo exiccandi, iuxta illud Martialis:

Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem
Sed velabrensem (in velabro conditum) qui bibit, ipse sapit.

Caseus recens singulis accumbentibus in copide Laconica dari fuit solitus, vt testatur Athenæus libro 4. Hodie apud Germanos à nonnullis schreckden gast *id est, hospitum seu conuiuarum terror dicitur. Apud Heluetios quibusdam in locis caseus cœnæ proœmium, & terminus esse consueuit. Xenocratis caseolus prouerbialiter dicitur de cibo, qui perquàm diu durat, priusquam absumatur: transferri etiam ad alia potest, de quo Erasmus in Adag. Zoroastrem legimus in deserto caseo vixisse annis 20. ita temperato, vt carioſam vetustatem non sentiret.* Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἠλιάσθην ὄψα, *si caseum haberem, non desiderarem opsonium, apud Plutarchum in Laconicis, Prouerbium, vbi quis minimis, vilissimisq; est contentus, Erasmo interprete. Salem & caseum edere, Prouerbium ex veterum consuetudine (teste Varrone) pulmentarij vice salem cum pane, & caseos edere consueuerunt, qui hodie quoque ferè Germanorum mos est quibusdam in locis.*

Mel. *Porrò quoniam mel quoque ab animantibus, licet non solis, prouenit, idcirco hîc quoque de illo quædam breuiter dicendi videtur esse locus.* Μέλι ἄγριον *mel syluestre, quo Ioannes Baptista in deserto vsus est pro cibo, Theophilactus 3. Mar. interpretatur,* τὸ ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον ἐν δένδροις λειτοκόμων καὶ πέτραις. *Mel biliosis, vtpote siccis obesse: corpora mortua melle, in quo olim sepeliebantur, optimè conseruari, & alia quædam digna cognitu Mercurial. tradit lib. 2. cap. 23. Var. Lect. Ibidem etiam tradit ex Eudoxo Cnidio apud Apollonium, Gysanteras quæ gens fuit Africæ, ex floribus collectis in illis locis mel confeciſſe ea copia, vt qualitate etiam apum æquaret mellificium. Eustathius similiter* Ιλ. χ. *docet mellis vsum apud veteres plurimum fuisse, & mel esse* τρόφιμον, *Pythagoræ testimonio comprobat: qui cùm frugalissimè viueret, sæpe solo melle erat contentus. Lycus arbitratus est, Cyrnios qui Sardiniam incolebant ideò diutius viuere, quòd perpetuum mel illis escarium erat. Valleriola in suis locis Communibus lib. 3. melle (quod detergendi calefaciendiq; maximam potestatem habet) senibus plurimo vtendum consulit, si modò suæ valetudinis rationem habere velint, illæsumq; senectam in multum æui producere. Id probat cùm Antiochi medici & Telephi Grammatici exemplis, qui senes annosi, Attico melle & pane, alicáue excepto, plurimum vtebantur, Galeno teste lib. 5. de Sanitate tuenda: tum Pollionis Romuli exemplo, quem excedentem annum centesimum, cùm Augustus Imperator interrogasset, Quánam ratione maximè vigorem illum animi corporisq; custodisset, ille respondit: Intus mulso, foris oleo. Plin. lib. 22. cap. 24. Melle etiam plurimum delectatus est Democritus Abderites senex, quo vitam propagasse fertur. Idem interrogatus, Quónam pacto quispiã sanè degeret? Respondit, Si interiora melle, exteriora oleo madefierent. Christus quoque post resurrectionem spectantibus discipulis suis de pisce assato, & fauo mellis comedit, vt Luc. 24. scriptum est:* οὐ φυσικῶς *(inquit Theophilactus) quoniam cibo amplius non indigebat, sed* οἰκονομικῶς, *nempe & resurrectionis & veri sui corporis confirmandi gratia. Fauus autem ille ex apibus, interprete Theophilacte,* γλυκέων τῶν θείων λογίων, *id est, dulcissimorum oraculorum diuinorum fuit symbolum. Nam vt* κηρίον κηρὸς *fauus ex fucis, sapientiæ Græcanicæ, ita* κηρίον μελίσσιον *sapientiæ diuinæ est symbolum.*

De mellis vsu in sacris. *Plutarchus 4. Sympos. Probl. 5. docet mel olim à Iudæis sacrificijs idcirco non fuisse adhibitum,*

quod

Digitized by Google

quod eius admixtione vinum corrumpi videatur. Eius quoq; olim ad libationes, ebrietatemq; vsum fuisse antequam vitis extitisset. Hodie quoq; addit ibidem, barbari qui vino carent μελίτειον mul sum bibunt, dulcedinem radicibus austeris & vini saporem æmulantibus medicantes. Ac Græci Nephalia id est, sobria, & μελίσπονδα, id est, libationes melleas dijs offerunt, quòd vino maximè aduersam naturam mel habeat. Mulsum olim contrà quàm Plutarchus tradit, in sacrificijs à Iudæis fuit adhibitum, ad significandum τὴν τοῦ θεοῦ ἄφθαρτον φύσιν, id est, nulli corruptioni obnoxiam naturam Dei. Hoc ipsum volunt interpretes Nehemiæ 8. nomine מַמְתַּקִּים Mamtakim exprimi, à verbo מָתַק matak, quod significat aliquod dulce efficere, deducto.

Mulsum.

Libationes melliteæ.

NOTA.

De mellificatione apum in cadauere leonis planè admirabili ac mystica, quod mel Samson vnà cum patre & matre sua comedit, vide Iudic. 14. cap. Plinius & Virgilius 4. Georgicorum ex iuuencis & bubus mortuis apes, & ex equo vespas, & ex asino crabrones nasci testantur. Plutarchus similiter in vita Cleomenis idem testatur, & ita ex hominis cadauere, & præsertim ex medulla & humore defluente in terram, scribit nasci serpentes, &c. Melle litus gladius, In pernicioſam adulationem dici solitum adagium. Melle temetipsum perungis, Prouerb. Id est, suauiter molliterque vitam agis, &c. Mellis medulla, Prouerb. de re maiorem in modum grata dicitur: de quibus Erasmus. Atque hæc quidem de prima ciborum diuisione sint dicta, secundum illorum materiam variam, multiplicem, atque copiosam: quam præpotens ille cœli terræque conditor & Dominus nobis è summæ beneficentiæ suæ thesauro ad fluxam atque caducam nostram naturam, vitamque tuendam ac sustentandam est largitus. Ipse nanque est (vt Dauid canit Psalm. 135. & 144.) qui dat escam omni carni, & pullis coruorum inuocantibus eum. Ipse est, qui implet omne animal benedictione, & quo manum aperiente bonis omnia satiantur. Ipse est, qui dat esurientibus escam. Psalmo 146.

Mellificatio apum in cadauere leonis.

Prouerbia à melle sumpta.

NOTA.

Aliter quoque cibi diuidi possunt, vt alia propriè dicantur alimenta, alia condimenta, id est, gulæ irritamenta, quæ ad condienda opsonia fiunt, Græcè ἀρτύματα, ὀψήσματα, ζωμεύματα dicta. Optimum cibi condimentum est fames, potionis sitis, vt Cicero scitè scribit lib. 1. de Finib. Condimenta varia & multiplicia, maxima solent esse valetudinis nocumenta. Principem verò inter illa locum tenent, sal, saccharum, mel & acetum. Numidæ (teste Salustio in Bello Iugurthino) plærunque lacte & ferina carne vescebantur, & neque salem, neque alia gulæ irritamenta quærebant. Sal enim condimentum est iucundissimum, atque adeò πρὸ ὄψων ὄψον καὶ ἥδυσμα, id est, opsoniorum atque condimentorum reliquorum opsonium ac condimentum, quibus suauitatem conciliat. Vnde etiam Gratiarum nomen salibus à nonnullis impositum videtur esse, eò quòd sales cibi necessitatem in suauitatem conuertant. Plutarchus 5. Sympos. Problemat. 10. Ibidem adagium οἱ δὲ ἄλα καὶ κύμινον, id est, qui circa salem & cuminum, exponitur de amicis qui inter se sunt familiares, vt etiam sale & cumino solis propositis vnà cœnent. Præterea, cur Homerus salem θεῖον, id est, diuinum dixerit, & Aegyptiorum sacerdotes castissimi à sale omnino abstineant, ita vt pane quoq; insulso vescantur, deniq; de salis vtilitate, de eiusdem vi ad generandum, & a duersus putredinem admirabili, in eodem Problemate multa cognitu vtilia atq; iucunda continentur. De eius dem natura, viribus & vsu vide eundem auctorem 4. Sympos. Probl. 4. & Leuin. Lem. lib. 2. cap. 36. de miraculis naturæ. Sal raphano liquescere, & stomachi fastidium tollere, id quod columbæ quo que nouerunt, Langius probat Epist. 97. De adagio, Salem & Fabam scilicet proposuerunt, de ijs qui simulant se scire quod nesciunt, ducto à diuinis salem & fabam proponere solitis, vide Erasmũ in Chiliadibus. Sal & nitrum à quibus soluantur, vide Mercurialem lib. 4. Var. Lect. cap. 9. De more Ægyptiorum mortuos sale condiendi atq; ita à putredine conseruandi (vnde ταριχεύειν, id est, salire corpora, pro condire vsurpatur) vide eundem libro tertio capite secundo. Sales extenuandi potius, quàm calefaciendi vim obtinere, idem probat libro quinto capite quarto, vbi Plutarchi simul de salitis sententiam explicat & emendat. Quod sal carni, Prouerbium, quæ significatur aliquid proprium & peculiari alicui rei, vt Iunius in Adagijs ostendit. Sal fatuus, de homine insipido dicitur. Vnde Hecobolius Sophista legitur se humi prostrasse ante templi vestibulum, exclamasseque, πατήσατε με τὸ ἄλας τὸ ἀναίσθητον, id est, proculcate me salem insensilem, teste Nicephoro Callisto. De salis vsu sacro & prophano; eius allegoria vide plura apud Pierium in Hierog. ταριχ& omnis generis salsamentum, muria, ius piscis, caro sale condita. Prouerbium:

Sal.

Sal diuinus.

Aegyptij sacerdotes à sale abstinent.

Tarichus assus est simul ac viderit ignem: Et Tharichus boni consulitur vbi desunt carnes, & Tarichus non feret se digna: de quibus Erasmus id Adag. Cibus militaris erat τάριχος, apud Aristoph. ταριχοπώλης salsamentarius: τάριχα opsonia pretiosa, & probè condita. ὕρχαι vasa fictilia, quibus reconduntur salsamenta, duas ansas habentia.

Saccharum.

De saccharo, quod & sal Indicus, & mel arundinaceum dicitur, quia in India & quidem in arundinibus nascitur colore sal, sapore mel referens, vide plura apud Brod. Miscel. lib. 4. cap. 44. & in meis Comment. in periplum maris Erithræi.

Acetaria.

De melle & aceto suprà est dictum. Hic tantùm addendum, quòd acetaria à quibusdam dicuntur herbæ, seu cibaria, quæ ex aceto sumuntur ad excitandum appetitum, quales sunt herbæ virentes, quas aceto oleoq; guttatim instillato concinnamus. Salät oder saussen von essig. *Fiunt & ex radicibus herbarum. Plin. lib. 20. c. 20. Stomachũ in acetarijs sumpta corroborat. De portulaca loquitur, Græcè ὀξύβαφον appellata, quasi aceto tinctum, παρὰ τὸ ὀξος & βάπτω. Acetaria quoq; dici possunt carnes minutim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.*

Panis & placẽtarum genera.

Tertiò alimenta non incommodè videntur posse diuidi in naturalia, & artificialia, quæ hominum ope & artificio constant, inter quæ quoniam panes, & quæ ad eos referuntur placentæ, primas tenent, de ijs quoque breuiter hîc quædam percurremus. Nam plura de panibus atq; placentis, qui cognoscere cupit, is legat Athenæum lib. 3. cap. 17. & 18. et lib. 14. ca. 19. Pollucem lib. 6. cap. 11. & lib. 2. cap. 12. Plin. lib. 18. cap. 7. 9. 10. 11. vbi de panis faciendi ratione, generibus, de pistorijs, pistura, molitura, quando primum pistores Romæ fuerint, pluribus disputat. De medicinis ex pane lib. 22. cap. 25. Ex recentioribus de panibus atq; placentis copiosissimè scripserunt Bruyerinus de re cibaria, Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 16. & 17. quæ partim ex Athenæo, partim ex Plinio sunt deprompta. Isidorus libr. 20. cap. 2. Perottus in Cornucopiæ. Nonius Marcellus panem à pascendo dici vult. Isidorus à πᾶν omne quod cum omni cibo apponatur, vel quod omne animal eum appetat. Plutarch 8. Sym. probl. 6 panem ὡς πεῖναν ἀνίεντα, id est, quod famem sedet, Romanis vult esse dictum. Idem lib. 6. prob. 8. panem testatur ex omnibus alimentis maximè reficere non homines modò, sed iumenta quoque, vt vel minimo panis frustulo accepto confirmentur atq; progrediantur. Sub pane & placentas intellige, quæ si ex amygdalis fuerint, vulgò Marcepan: si ex ijsdem & vuis passis κῶιν Græcis est: panis ex milio, miliaceus: ex panico paniaceus. Panis lingua Phrygia βέκ dicitur, Germanis weck */ sed is tantùm, qui forma cunei est: &* beck *pistor. In furno coctus πλιβανίτης, qui dicitur & testuaceus: ex melle, vuis passis, & odoraments confectus, ναστός, Marcepan. Subcinericius σπλὸς, ex farina depurgata, σπόδιος, ex hordeo καχρυδίας. Illius frustum φωμὸς est, & φομίον, & ἴνθεσις, id est, buccea, & buccella, pro qua & plerique fellam capiunt, nempe pro frustn panis, quod iuri intinctũ est. Hesiodus autem ἄρτον τετράτροφον, καὶ ὀκταβλωμον seruo aranti tribuendum esse admonet. Hic dicitur à materia siligineus. Græcè σιλιγνίτης, quem veteres cæteris præferebant. Vnde Seneca ad Lucilium, Malum panem, inquit, expecta, etiam illum tene tibi, & siligineum fames reddet; triticeus, πύρινος, auenaceus, furfuraceus, vt cui furfur simul cum tritico commiscetur, qui aliâs dicitur αὐτόπυρος, seu συγκομιστὸς, cui nonnihil pollinis tenuissimo incerniculo adimitur, qui à Celso quoq; atq; Hypocrate laudatur: hic quoq; ciuilis dicitur à frequenti ciuium vsu, in autopyro nihil cribro excussum est, in quo triticum totum est, ideò & συγκομιστὸς dicitur, in quo omnia simul collata sunt. Apud Ciceronem cibarius panis, quem Budæus à ciuili segregat: apud Galenum πιτυρίας: aut à commixtione fermenti zymites, ζυμίτης, id est, fermentatus: vt azymus non fermentatus, qui tamen plus illo nutrit. Acrizymus leuiter fermentatus, quasi acro-azymus Isidoro. Aut ex ratione panificij nomẽ sortitur. Nam si sub cinere coctus fuerit, encryphias (qualis à simylo pistus in Moreto Vergilij) seu subcinericeus (Encryphiæ, azyma subcineritia, inquit Ambrosius) à furno furneus, seu artopticius. Nam Græcis ἀρτόπτης furnus est, vel potius testus, aut testum, id est, vas in quo panis excoquitur.* Αρτοπώλης *autem caupo panarius dicitur. Sit aquaticus qui per aquam trahitur. Sfungia siue spongia (vt alij legunt) Isidoro est panis aqua diutissimè laxatus, qui similã modicam, & fermentum modicum accipit, humectationis plurimũ habet, vnde & spongiæ nomen accepit. Aut ab obsonijs, ostrearius: aut à delitijs, ἀρτολάγανος: aut ex nouo frumento, quadrimestri, aut vix trimestri, sitanius: aut ab vsu, vt nauticus. Semidalites autẽ panis est ex similagine confectus, vnde nostrum videtur Germanicũ esse deductum. Est autẽ similago,*

seu simi-

seu similа, Græcè σεμίδαλις, tenuissima farina tritici: σφυρὸς ἄρτος, asper panis: si nauticus bis coctus. Ἄζυμος panis, id est, infermentatus. Παξυμὰς Græcis, aut παξυμάδιον, (zwey backen) Suidæ Romana vox est, ἀπὸ τοῦ δὶς πυρὸς ἄρτος, id est bucellatum Am. Marcell. Huiusmodi cùm Ptolomæo regi per Ægypti deserta fugienti, atque esurienti, in casula fuisset oblatus, nihil illo pane iucundius vnquam se comedisse affirmauit. Hîc autem paululum libet expatiari in panificij disciplinam, vt verba tantùm rectius percipiantur. Quoties triticum mola seu fractum, siue tritum cernitur tenuissimo cribro, tunc totum in tres partes secernemus. Tenuissimus enim puluis qui in molis, aut parietibus panificum ferè adhæret, pollen dicitur, Græcè γῦρις. Eodem modo in siligine flos erit: hæc prima. Altera, quæ in cribro excussario subsidet, crassissimum & grumosum furfur nominatur. Tertia mediocri modo se habet, & in quodam labrum secernitur, similago, seu similа dicta, de qua sic Martialis:

Panis conficiendi ratio.

Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus
Pistorî toties cùm sit & apta coquo.

Hoc genus panis vsitatissimum & Græcis erat, sicut chondrites, à chondro, id est, alica. Hîc tamen obseruare oportet illud quod dicitur, Lex, & regio. Nam & Æthiopes ex orindio semine panem pinsebant, qui dicitur orindes, ex re qua confectus est. Et Oritæ Ichthyophagi ex piscibus (quos vnguibus dissectos Sole torrebant) panes conficiebant, teste Plinio libro 7. cap. 2. Et Ægyptij pastores ex semine loti simili milio, maximè aqua vel lacte subacto, quo pane negatur quicquam & salubrius, aut leuius dum calet, vt idem auctor testatur lib. 22. cap. 21. Sicut à lente (φακῆ) phacinus. Sic & militaris panis in vsu militiæ. Panis amylus, ex amylo (id est, molita) farina factus. Sordidus, id est, frumentaceus. Ita apud Budæum primarius, secundarius, ciuilis. Sunt & obeliæ (Spießkůchen) vel à figura, vel à precio oboli. Nastus panis ex melle vuis passis, ac aromatibus conficiebatur, vnde erant nastocopi. Mystile panis excauatus est, quo ius sorbetur, vt in aulicis videtur, quoties cochlearia præsentia non adsunt, quem quoque & ipsis canibus obijciunt, ideò Pompeius canicam vocat. Boues, à præfixis cornibus dicti panes. Selene, à forma lunæ cornicularis, Hörner. Bomilij Latinè quadrati, Pomeln quibusdam Germanis, & sunt Romboides. Huc referuntur & formæ placentarum, veluti quæ ex tritico est pyramus: ex sesamo sesamus. Crepis (κρηπὶς) ex melle & farina, & aliæ id genus, quas frequens authorum lectio suppeditabit. Nam has nostri panifices seu artopæi, quos Plato ἀρτοπόπτας vocat, non facilè pinsunt. Pistores tamen dulciarij, qui etiam crustularij dicuntur, in quibusdam locis ex saccaro, pineis nucibus, aut amygdalis contusis panes conficiunt, qui ab alijs massa panes, quasi maζæ, ab alijs Martij panes dicuntur. Caligula imperat. Rom. panes & obsonia ex auro conuuiis apposuit, teste Suetonio. Nostra quoque tempestate in cœnis saliaribus nonnunquam panes, bellaria, offulæ insulatæ, carnes, & id genus cætera inaurata apponuntur.

Quartò cibi diuiduntur multifariam, secundum varias & multiplices eorum succos, vires & facultates.

Alia ciborum diuisio secundum varias eorum vires & facultates.

Ex alimentis quædam sunt, quæ alendi tantùm corporis, non etiam alterandi potestatem habent: quæ eadem corpus eius, qui sumpsit in qualitate non immutant: & hæc alimenta propriè dicuntur. Alia corpus non solùm alere, sed & alendo alterare ad vnam quampiam qualitatem possunt, corpus aut talefacientia, aut refrigerantia, humectantia, aut exiccantia: quæ alimenta nutrimentosa à medicis appellantur.

Item cibaria alia sunt εὐχυλα boni succi, vt carnes auium montanarum, & piscium saxatilium: alia κακόχυλα, quæ malum succum generant, vt caseus vetus, & salsamenta. Nam χυλὸς Græcis succus est, siue liquor.

Sic alia dicuntur εὐπόλοτα, quæ facilem digestionem habent: alia δυσπόλοτα, quæ difficilem.

Porrò cibi ijdem varias quoque, atque diuersas, sæpe etiam contrarias sortiuntur facultates, pro locorum, temporum, repositionis atque præparationis diuersitate: de quibus, quoniam id nimis foret longum atq; operosum, dicere supersedeo. Et hæ quidem adhuc commemoratæ ciborum differentiæ ex ipsismet cibis petuntur.

Alia ciborum diuisio.

Iam verò secundum illos quoq; qui cibis vtuntur, variæ ciborum differentiæ, diuisionesq; afferri possunt.

Digitized by Google

Tria ciborū genera. Deorum. Hominum. Brutorum Animalium. Cibi deorum. De ambrosia et nectare.

Prima & generalissima est, cibos alios esse deorum, alios hominum, alios animantium. Dijs quoque suis fictitijs Ethnici cibos peculiares tribuerunt: vt Ambrosiam & nectar Dijs cœlestibus, inferis maluam, & porrum ceu victum tenuissimum. Hinc prouerb. θεῶν τροφή, id est, cibus deorum & cœnæ deûm. Horatio, & μαγείρου ἰυωχία, Aristoph. de quibus suprà.

De ambrosia, & nectare sic scribit Eustath. ιλ. Α. 121. Nectar & ambrosia sunt nomina τροφῆς θείας alimenti diuini. Nectar quidem alimentum est humidum, vino respondens: sic dictum à νε priuatiua particula & κτάω τὸ κτῶμαι possideo, tanquam ἄκτητον, quod nullius hominis mortalis potest esse κτέαρ, siue κτῆμα, id est, possessio. Ἀμβρόσια autem, quæ est alimentum siccum, vel dicitur ab α. priuatiua & βροτὸς, quòd nullus homo illud habet, vel potius ἐκ τῦ ἐπαναβαίνειν ῥοὴν, ἤγουν ἐπάνω εἶναι φθορᾶς, quòd motum corruptionemque vincat, ac superet. Alij contrà ambrosiam alimentum liquidum, nectar siccum vocāt. Eundem de his vocibus vide ιλ. Ε. fol. 462. Plutarchus tamen in libello de Homeri vita annotat Homerum finxisse, Deos non indigere cibo, quo animalium corpora indigent. Οὐ γὰρ σῖτον ἐδουσ', οὐδ' πίνουσ' αἴθοπα οἶνον, idcirco suos ἀναίμονας sanguinis expertes, & ἀθανάτους immortales appellantur. De Poëtarum figmento de conuiuijs piorum in campis Elysijs, vide Crinit. lib. 5 cap. 11. Sic Iudæi somniant Dominum paraturum omnibus Israelitis in paradiso conuiuium ex immani boue, & ingenti pisce, quem Leuiathan vocant, ac optimo vino, de quo Rab. Salom. fabulatur in 1. cap. Genes. statim ab initio. Simile huic est Turcarum figmentum atque somnium. Nos certè scimus neque DEVM *nostrum verum, quem colimus, cibo indigere, neque etiam angelos atque mentes beatas, quæ ex hac vita migrarunt. Quibus si quando cibus tribuitur in sacris literis, cibus non corporeus, sed spiritualis & immortalis est intelligendus: qui nihil est aliud, quàm contemplatio atque fruitio beata* DEI *rerumque diuinarum atque cœlestium. De quo tamen Theologos consulere poteris. Quòd autem Manna à Dauide appellatur panis Gibborim, hoc est (vt Septuaginta interpretantur) angelorum (vox eadem potest reddi principum, aut heroum) non ita accipi debet, quasi angeli pane, aut alio cibo vescantur, sed vel quòd (vt Chaldæus Paraphrastes videtur exponere) Man fuerit demissum ex loco habitationis angelorum: vel (vt alij volunt) quòd eorum opera in nubibus productum fuerit: vel intelligitur panis nobilissimus, quo angeli vti potuissent, si pane vescerentur: vt vulgò dicimus de præstantissimis epulis, dominorum, & principum victum esse. Luc. 14. exclamat quispiam de turba, Beatus qui comedet panem in regno cœlorum, hoc est, qui fruetur æternis illis gaudijs, & voluptatibus, qua significatione etiam mensa accipitur, Luc. 22. de qua Christus dicit, discipulos suos comesturos ac bibituros esse.*

Deum, angelos & beatos in altero seculo non vti cibo.

Quod ad animalium victum attines, non satis admirari possumus singularem Dei clementiam atque benignitatem, qua cuncta animalia pascit, idque propter nos, vt nobis alendis atq; pascendis sufficere possint. Fit tamen sæpenumero iusto Dei iudicio, vt homines cùm viui, tùm mortui ipsorum animalium brutorum fiant esca atq; pabulum. Admiranda quoq; est meritò atq; prædicanda Dei sapientia atq; clementia, qua singulis animantium generibus certos quosdam atq; peculiares cibos assignauit, qua de re piè sapienterq; Origenes Homil. 27. super Numeros disserit, illam alimentorum varietatem ad sacram scripturam ceu verum & salutare animi pabulum egregiè accommodans.

Cibi hominum varie diuidi possunt secundùm varias hominum qualitates.

Quoad hominū alimenta, illa diuidi possunt secundùm vel illorum naturam, vel complexionem, vel ætatem, vel sexum, vel vitæ genus atq; conditionem, vel consuetudinem, religionem, superstitionem, palatum, festiuitates, epulas.

Quo ad primum, bilioſis & siccis refrigerantia, & humectantia conueniunt. Pituitosis calefacientia, & exiccantia. Melancholicis quæ calefaciunt & humectant. Sanguineis refrigerantia & humectantia. Contrarij enim corporis habitus ad contrarium victum benè, similes ad similem malè se habent, vt Gal. Aphoris. Comment. testatur.

Quod ad secundum attinet, manifestum est, alia cibaria sanis, alia ægrotantibus conuenire.

Quoad tertium dubium non est, quin alij cibi infantibus, alij adolescentibus, alij senibus congruant. Delicatiores pueris, valentiores adultis, senibus vtiliores, & labentis naturæ ceu fomenta quædam infirmitatem iuuantia, magis sunt ex vsu.

De quarto similiter medici diligenter præcipiunt, quæ edulia maribus, quæ fœminis magis congruant.

Iam ve-

Iam verò si vitæ genus atq; conditionē spectes, pro illa diuersum quoq; victum, ac proinde diuersa quoq; nomina victus esse cōstat. Sic enim (exēpli gratia) alius est victus militaris, de quo multa præclarè Schnebergerus in peculiari libello: alius athleticus olim ἀναγκοφαγία, teste Aristot. in Politicis; dictus: alius seruorum, nautarum, vt bis cōctum, caseus, teste Aristoph. alius rusticorum, operariorum, alius iter facientium; qui ἐφόδιον viaticum: alius denique literatorum, otio deditorum: & sic de cæteris. Hæc de esculentis.

Quod ad poculenta attinet, eorū quatuor sunt potissimùm apud omnes nationes genera, aqua, vuarum succus vinum appellatus, pomorum succus sidra dictus, & ordei succus appellatus cerusia, ac zythum, de quibus infrà quædam. De singulis porrò hisce alimentis tùm esculentis, tùm poculentis copiosè, vtiliterq; disseruit Ioan. Bruyerinus Campeg. libris 22. quos inscripsit de Re cibaria: nec non Christophorus à Vega Hispanus, Villichius de Arte magirica, Francisc. Marius de Partibus ædium, & ante hos Galenus in libris de Alimentorum facultatibus, & libello de Cibis boni & mali succi: Theophrastus, Plinius, multiq; alij medici atq; Philosophi. Itaq; ego, cui mores in primis, ritus atq; cerimonias conuiuiales persequi est propositum, de ijs breuiter quædam dicere volui, de quibus qui plura cupit cognoscere, ea ex modò commemoratis auctoribus haurire poterit.

Poculentorum 4. genera.

DE ABSVRDO AC FERE MONSTROSO POPVLORVM QVORVNDAM VICTV. DE IOAN. Baptistæ acridophagia quæstio. De locustarum secundum sacras literas, Rabbinos atq; etiam Græcos generibus atq; nominibus.

CAPVT IX.

VERVM *antequam hunc de alimentorum varietate atq; generibus locum concludam, libet hîc postremò addere populorum quorundam, eorum præsertim qui Arabiam, Troglodyticam, Æthiopiam, Indiam, Scythiam incolunt peculiarem, & quidem ferè absurdum atq; monstrosum victum, à communi & vsitato hominum victu abhorrentem: vnde etiam cognominari consueuerunt, qui constat vel plantis, vel animalibus. Ac prioris quidem generis sunt hi qui sequuntur.* Βαλανοφάγοι. *glandiuori, vt Arcades olim; teste Pausaunia, Lusitani Boemo, & in genere prisci sæculi homines ante repertas fruges Cereales, Cæl. lib. 16. 3.*

Φοινικοφάγοι, *palmiuori, vt Nasamones Pœni, teste Herod. lib. 4.*

Λωτοφάγοι. *Eustath. qui loto arbore victitant. Apud quos Vlyssis socij, degustata loto, redire ad nauem noluerunt, nisi verberibus adacti, Home. Οδ. θ. Οδ. 337. vt Ægyptij Palustres, Herod. lib. 2. Plin. lib. 22. 20. Item Africæ populi. Herod lib. 4. Prou. Lotum gustauit, de quo Eras. in Chil.*

Σπερμοφάγοι. *Æthiopes qui & seminibus quibusdam victitabant, & ijs deficientibus pomis nutriebantur atq; herbis. Diod. lib. 3. c. 3. Strabo 16. His vicini* Υλοφάγοι *teneris ramorum sumitatibus victitantes. Diod. lib. 3. cap. 3.*

Ριζοφάγοι, *qui etiã Elij dicti Arriano & Strab. quod ex paludibus euulsis radicibus massulas conficiebant, illisq; ad solem coctis vescebantur, quos Strabo* Σπερμοφάγοις *vicinos facit. Sic Osorius lib. 5. suæ historiæ incolas insulæ Laurentij, quæ est in Æthiopia, radicibus varijs, quas terra illa effert, panis loco vesci testatur.*

Posterioris generis sunt hi qui sequuntur, κρεοφάγοι *carniuori, Straboni lib. 16. supra Antiphili portum hodie Vella dictum, cuiusmodi erant, teste Eustath. plærisq; veterum* μὴ φιλιχθυες, Οδ. ν.

Μοσχοφάγοι, *carne vitulina victitantes, Arrianus in periplo maris Erych.*

Ἀγριοφάγοι, *Elephantiuori, Indi Philost.* στρουθοφάγοι *Indi eidem struthionũ carne victitãtes.*

Πιθηκοφάγοι, *seu* Κερκοφάγοι, *simijs vescentes, vt gygantes Afri, Herod. lib. 4.*

Ἱπποφάγοι, *carnis equinæ esu vtentes, qui etiam* ἱππομολγοὶ, *& γαλακτοφάγοι dicti equino lacte vescentes. Eustath. Ιλ. Ν.*

Φθειροφάγοι *pediculos esitates, Scythiæ populi Budini, olim etiam Salæ dicti, quorum Arrianus in periplo Ponti Euxini, Ptolomæus in Sarmatica Asia, nec non Mela & Strabo mentionem fa-*

Digitized by Google

ciunt. Sabell. lib. 6. sic dictos esse vult à sordibus & fame, quemadmodum nos vernacula nostra lingua hominem rem q̃ sordidam, lusig appellamus.

Κυνοφάγοι, caniuori, vt Corsycæ insulæ accolæ, teste Card. de Subtil. lib. de Plantis.

Ἀγχιοι, qui & Κυναμολγοὶ. Strab. lib. 16. Plin. lib. 6. cap. 30. & lib. 8. cap. 29. Æthiopes caninis capitibus vescentes.

Καμηλοφάγοι, Camelorum carnibus atq; lacte victitantes, vt Arabes, Cæl. lib. 28. cap. 2.

Ἰχθυοφάγοι, Pisciuori, de quibus Arrianus in periplo maris Eryth. S. Hieron. contra Iouinianum, Strab. lib. 8. 15. 16. Plin. lib. 6. c. 39. lib. 23. c. 29. lib. 1. c. 7. Arrian. lib. 8. Philost. lib. 5. de Vita Apollonij. Diod. Sic. lib. 4. Agathar. de Rubro mari. De Ægyptiorũ Ichtyophagia vide Herod. li. 4.

Χελωνοφάγοι, Testudiniuori, de ijsdem vide eosdem auctores. Diod. Sic. lib. 3. c. 3. Plin. lib. 9. c. 10. lib. 6. c. 24. Strab. 16. Agatarchidem.

Ὀφιοφάγοι, Serpentiuori, Troglodyticæ populi Candei dicti, Pli. 6. c. 29. Boëm. lib. de Asia. De viperinarum carnium esu, vide Dioscor. lib. 2. c. 16. Prouinciæ quoq; Mangi incolas serpentibus vesci cum maximis delitijs, testis est Nicol. Comes de Indijs. Plin. lib. 7. c. 2. Æthiopas, nec non Seras, & qui montem Athon incolunt, ab Isogono Μακροβίους, hoc est, longæ vitæ existimari eã ob causam, quod viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec vestibus eorum noxia corpori inesse animalia.

Βατραχοφάγοι, raniuori Itali olim ob ranarum esum fuerunt appellati, vide Mercurial. lib. Variarum lect.

Τεττιγοφάγοι, Cicadis vescentes. Ath. lib. 4. c. 3. dicit veteres cicadis & tercopis eis ἀναγόμωσιν, id est, venarum aperiendarum causa vesci solitos.

Populi locustis victitantes.

Ἀκριδοφάγοι, Locustiuori. Plin. lib. 6. c. 30. Pars quædam locustis tantùm viuit, fumo & sale duratis in annua alimenta, ij 40. vitæ annum non excedunt. Idem lib. 7. c. 2. de ijsdem tradit, & Agatarchidis testimonio cõprobat eos populos à Clitarcho & Megasthene Mandros appellari. Item lib. 11. c. 29. Parthis quoq; in cibo locustas gratas esse dicit, & eodem in cap. docet, quantũ illa insecta messibus damnũ importent. De Æthiopibus Acridophagis hæc scribit Diod. Sic. lib. 3. c. 3. Æthiopes Acridophagi, deserto cõtermini, homines cæteris paulò breuiores, macilenti, ac supra modum nigri. Veris tempore Zephyrus, ac Lybicus venti infinitum penè locustarum ex deserto ad eos deferunt numerum. Hæ permagnæ sunt, sed colore alarum turpi, ac squalido. Æthiopes adid assueti, in quandam latam, longamq; multis stadijs cõualiem plurimum materiei ex propinquis ingerunt. Cum suo tempore locustarum tanquam nubes à ventis supra vallem defertur, materiem congestam, omnemq; loci herbam antea succisam incendunt. Locustæ desuper volantes ingenti fumo enectæ paulum vltra vallem ad terram tanta decidunt copia, vt victum omni gente abundè præbeant. Has enim sale, quod regio plurimum fert, superinfuso, diutius seruant, cibum gustu eis suauem. Hic est solus eorum per omne tempus locustarum victus.

Leo quoq; Africanus lib. 9. descriptionis Africæ c. 3. locustarum in Africa plærunq; tantã frequentiam conspici tradit, vt volantes instar nebulæ, Solis radios operiãt, & arboribus atq; segetibus magnam perniciem afferant, vnde magnam annonæ caritatem relinquãt. Verùm Arabiæ deserta, & Lybiæ populi locustarum aduentu fælici omine gaudere: nam vel elixas, vel ad Solem desiccatas in farinam tundunt atq; comedunt.

Solinus similiter refert, confines Mauritaniæ Æthiopas locustas legere, inq; vitæ præsidiũ seruare duratas salsugine. Cui subscribens D. Hieron. lib. contra Iouinianum 2. ca. 6. Orientales tradit & Lybiæ populos quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes operiant, locustis vesci solere. Hoc verum esse, inquit, Ioan. Baptista probat.

Scaliger Exercitat. 192. contra Cardanum de Subtilitate: Apud Africanos, inquit, Syros, Persas in cibum recipiuntur illæ, quæ carent alis. Asraci & Oniscij à Dioscoride nominantur, à Plinio Attelabi. Mihi videntur quidvis potius quàm Asellorum vel speciem, vel lentitudinem referre, ad appellationem consequendam. Elixis vescuntur Arabes: tostas etiam redigunt in pollinem. Nostrates aliæ virides, aliæ fuluæ, aliæ colore squillarum marinarum. Æthiopicæ aut rubræ, aut luteæ sunt. Troglodytæ vocant Ambat, Arabes Gierard, ἀκρίδας Græci, & eo, quo Plinius vsus est, nomine. De ijsdem vide ibidem plura. Eustath. Od. θ. 303. in illa Homeri εἶτον ἔδοντες. Hoc

inquit,

inquit, dictum est ad differentiam aliorum hominum, qui non tales sunt, cuiusmodi Æthiopas Marobios esse historia testatur, qui cùm panem vidissent illum stercori comparārūt. Sunt etiam, qui locustis ac piscibus victitant, qui idcirco ἀκριδοφάγοι, & ἰχθυοφάγοι dicebantur. Scythica autem gens atq; Massagetica carnibus victitans, ne ipsa quidem vult σιτοφαγεῖν.

Dioscorides quoq; Aphros ad Leptim habitantes ἀκρίσιν abundè vti dicit scilicet in cibo, vt Cornarius in commentarijs in eundem interpretatur & Mathiolus. Quin & Aristophanes in Acharnis facit huius cibi mentionem, cùm inquit:

Δ. Οὔκ ἀλλ' ἐγὼ χῶ παῖς ἐρίζομεν πάλαι βούλει παλαίσωμέν ποτε,
καὶ πρέψαι λαμάγῳ πότερον ἀκρίδες ἥδιον ὄζειν ἢ λίχνοις;
Λα. ὀτοτοῖ οἰκτρὰ βροτοῖς. Δι. τὰς ἀκρίδας κρίνει πολύ.

Id est, Non. Sed ego & puer iam dudum contendimus. Vis paciſci, & Lemacho committere vtrum locustæ suauiores sint, aut turdi. La. Eheu quàm me contumelia afficit, Di. Iudica, locustas longè iucundiores esse. Hinc & apud Plutarchum in Sympoſio Thales ita loquitur: γεωργοῦ γὰρ ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας ἀντὶ πυρῶν, καὶ κριθῶν συγκομίζειν ἐθέλοντος οὐδὲν διαφέρει τύραννος, ἀνδρα πόλεων μᾶλλον ἄρχειν, ἢ ἀνδρῶν βελόμενος. Id est; Nihil enim esse discriminis inter colonum qui loco tritici & hordei locustas comportare velit atq; aues, atq; tyrannum, qui mancipijs quàm viris malit imperare.

Sed quorsum hæc, inquies, de locustarum esu tam multa? Vt quoniam cùm sacræ, tum prophanæ literæ testantur locustarum esum olim populis nonnullis fuisse vsitatum, non miremur insignem quoq; Christi πρόδρομον Ioannem Baptistam, qui duro omnino ac aspero corporis cultu victuq; vsus est, ijsdem in deserto vesci fuisse solitum, quemadmodum S. Euangelistæ Luc. 3. Math. 3. Marcus 1. capite locupletissimè testantur. Quid ergo opus est nodum, vt ita loquar, in scirpo quærere, & quemadmodum nonnulli cùm veterum, tum recentiorum fecerunt, vocem ἀκρίδος; quæ in Euangelio ponitur contra omnem grammaticorum consensum in alienum sensum detorquere, vel etiam (quod videtur esse nephas) corruptam suspicari? Nonnulli enim (teste Theophilacto) ἀκρίδας vocauerunt esse herbas, quas μέλαγρα appellant, alij etiam ἀκρόδρυα, siue ὀπώρας ἀγρίας, id est, arborum gemmas, aut fœtus, aut syluestrium fructuū cibos, quibus Ioānes vsus sit. Sed vox ἀκρίδος nusquam in illa significatione apud vllos authores reperitur. Hieronymus Montius in libro de tutela salubritatis putat ἀκρέμονας esse legendum, quæ vox turiones, asparagos, cymas, summitates arborum significat, Theophrastus similiter Paracelsus, vbi de melle scribit, & qui eum sectantur; Michael Toxites in Onomastro suo super Theophrastum, & Leonhardus Thurneyserus, per ἀκρίδας, siue locustas plantarum extremitates, non insecta illa venenosa intelligenda esse volunt. Nam, vt Toxites inquit, etiam nos solemus lupulos, asparagos, & similium locustas cum oleo et aceto edere, veterum autem cibus olim herbis potius quàm carnibus constabat. Hæc ille: Sed nusquā constat in vllo authore vel vocem Græcam ἀκρίδος, vel Latinam locustæ in illa significatione vsurpari, quam illi fingunt linguarū forsan illarum ignoratione decepti. Sunt etiam qui ἀκρεάδας scriptum fuisse existimant exigua mutatione deflexo nomine, quas pyrastros, siue pyros agrestes interpretantur apud Theophrastum & Dioscoridem.

De Ioannis Baptistæ acridophagia.

Epiphanius contra Ebionæos annotat nonnullos Iudæos depravatè pro ἀκρίδες legisse ἐγκρίδες, quod nomen interpretatur bellaria ex melle siue oleo, veritatis sermonē, ita immutatum conuertentes; vt Epiphanius ait. Eustath. Il. 6. inquit, ἐγκρὶς πεμμάτιον ἐν ἐλαίῳ, εἶτα μελιτόεμβροτον, id est, bellarium in oleo, siue melle coctum. Idem Il. 2. ἐγκρίδα, etiam panis speciem esse ex Epicharmo probat. Acceperunt etiam quidam hoc loco genus esse Cancrorum marinorum, qui ab Athenæo καρίδες, & ἀχαρίδες (nam vtroque modo scriptum reperi) appellantur, quorum Apicium ita appetentem fuisse scribit, vt & Minturnis (quæ vrbs est Campaniæ) plurimum sit commoratus pretiosos cancros, quorum ibi magna erat copia, comedendi gratia, & in Lybiam vsque, cùm ibi mira magnitudine nasci cognouisset, peregrinationem susceperit.

Ἐγκρίδες.

Quidam ἀκρίδες exposuerunt cancros.

Καρίδες, id est squillæ.

Gaza in Aristotelem squillam, siue squillum vertit, de qua sic scribit Robertus Constantinus in supplemento linguæ Latinæ: inquiens Squilla, καρὶς (quia capite quod κάρη, magno est: vel quia ἀκρὶς marina) & καρὶς, & καρὶς apud Athenæū lib. 3. Gallis cheurette, & Northmanis creuete est. Differentiæ plures. Est enim καρὶς πλατεῖα, squilla lata; Liguribus Orchetta, & Massacara

Siculis, ac Neapolitan. Magnitudinis hæc locustarũ multò latior. Altera est cælatá, tota rubra, quæ τέττιξ ἐνάλιος Æliani lib. 13. cap. 25. id est, cicada marina, Cammarus, siue Gammarus Columel. ac Plinij. Tertia κεράγων, siue κεράγνη. Arist. l. 4. c. 2. Histor. Animal. Cui crusta tenuis, candida, interdũ rubescens, longitudo palmi maioris. Quarta, squilla gibba, καρὶς κυφὴ: Est & squilla parua, καρὶς μικρὰ (aliáq, quæ καρίδιον in pinnis) Monspelij Cruade, Italis Gambarello. Vltima squilla μάντις (à μάντις, magnæ locustæ specie) dicitur: Cui duo brachia locustæ magnæ terrestris.

Verùm hæc quoq, opinio à vero videtur esse aliena cùm & cancri illi marini non ἀκρίδες, sed καρίδες, siue ἀκαρίδες appellentur, & desertum à mari procul absit, & cancri illi marini in delitijs habeantur, à quibus Ioannem Baptistam constat omnino abstinuisse, duro, rigidoq, victu contentũ. Nos ergò repudiatis omnibus illis opinionibus simpliciter credamus Ioan. Baptistam vesci locustis fuisse solitum, cùm & vox ἀκρίς & nusquam nisi pro locusta apud auctores græcos accipiatur, & constet cùm olim, tùm hodie quoq, illas quorundam populorum cibum esse, & deniq, doctissimi quiq, cùm patrum veterum, tum recentiorũ interpretum in eadem sint sententia, quorum nonnulla exempla subiungã. Chaldaica versio pro voce ἀκρίς &, habet חַגָבָא Kamza, quod locustam significat Nahum. 3. & Esaiæ 40. sic dicta à colligendo. Suidas eandẽ vocem in Euang. interpretatur εἶδος ζωύφιος, id est, genus animalculi. S. Chrysostomus scribit parua fuisse animalcula, quorum in deserts Iudeæ maxima fuerit copia, oleo coqui solita, qui pauperum fuit cibus. S. Augustq. quoq, in Epist. ad Roman. Ioan. Baptist. locustis vesci solitum dicit. Idem testatur Theophilactus, qui tamen simul esum illum locustarum allegoricõs interpretatur, id, quod etiam facit Adamantius (id est Origenes) Homilia in Lucam 11. cap. De S. Hieronymo supra dictum est, qui & ipse simpliciter vocem ἀκρίδες Locustas interpretatur, de quo etiam Cælius lib. 28. cap. 2. Hieronymus Cardanus hac ipsa de re, & de locustarum in genere cùm pernitie, tùm vtilitate, atq, esu lib. 9. de Animalibus, quæ ex putredine generantur, sic disserit. Aduersus humanum genus contraria ratione Locustæ paratæ videtur, non passim abundant, sed Africa fermè sola hac peste, & quod magis mirum est, alternis fermè annis laborat. Cælum, pro ostento in Italia vt vidimus, paucis ab hinc annis, non procus ac densa nubes obtegebant. Prouinciæ in quas calamitas hæc deciderit, satis, ac germine omni vna nocte spoliantur: diceres enim niuẽ decidisse nocte tota, si candidæ tam essent, quàm sunt nigræ. Forma earum est vt locustarum Italicarum, sed rubro obscuro colore, maiores paulò, & volandi facultate præditi. Sunt qui ventis illas ad nos ferri supra mare, non sponte, ob multitudinem, & regionis distantiam existiment. Gignuntur iuxta paludes, & cùm in cultam Africæ terram volant, non generant, vel parum. Quæ in paludibus relinquuntur, non possunt adeò multiplicari, vt euolare ad pabulum necesse sit, sed contentæ sunt sarmentis, algaq, palustri, ob id cùm frequentissimè, non nisi alternis annis, plerunq, etiam rarius in prouinciam grassantur. Quæ verò exeunt absumptis satis, cùm euolare cogantur quærendi cibi gratia, tandem à ventis præcipitantur in mare. Quandoq, verò ventorum perseuerantia, roboreq, earum vsq, ad aduersas Africa regiones deferuntur: cuius mali Sicilia primùm, post Italia haud expers est. Experimento compertum est curam ad oua delenda ignibus profuisse, nam sobole priuantur. Si tamen cura non adhibeatur, hoc malum visum est sequenti anno repullulare, non leui incommodo: præter enim certam sterilitatem periculum etiam pestilentiæ afferunt, ac omen ad futurum bellum.

Locustarum esus.

Quibusdam tamen vtiles: adeò nihil ex quaq, parte aut beatum, aut ingratum. Arabes enim, & Lybiæ populi siccatas sole redigunt in panes: recentes quoq, edunt. Nec mirum, cùm Moses in seligendis cibis diligentissimus, locustas Hebræis vt Salutares comedere permiserit. Et Ioannes Baptista illis cum agresti melle in deserto vescebatur. Naturæ autem rerum imperiti, ignariq, de hoc admirantur, & multa perperam fabulantur, ne vir solitarius locustas ederet in deserto: cùm Germani quidam milites bombyces nostros in serici speciem nutritos, in tanta etiam rerum copia deliciarum causa frixos ederint, idq, iure. Nam quæ innoxia sunt, & sapore, & odore tetro carent, sola opinione constant. Itali enim mustelas solo colore à vermibus distinctas, cùm hæ nigræ sint, vermes rubri, comedunt, atq, inter cupedias ponunt, cùm tamen ex putredine, non ex ouis, quemadmodum locustæ, & bombyces, generentur: Simili ratione ostrea, conchyliaq, ita mauidè, vt etiam cruda deuoremus, quæ ex putredine procreari scimus. Nec tamen scio præter hæc tria, vllum animal quod ex sola putri materia ortum habeat in vsu esse culinarum, &c. Mercurial lib. 2. var. lect. cap. 20.

Bombycum esus.

Mustelarum esus.

de hoc

de hoc ipso locustarum esu hunc in modum disputat. Agatharchides & Diodorus scripta reliquerunt quosdam populos ob frequentem locustarum esum non modò breuiori cæteris vita esse, verùm etiam sæuissimo quodam pediculorũ alatorum genere, nec admodum dracunculis prædictis dissimili morbo consumptos interire. Vnde vehementer mirari soleo, quomodo Parthi, ac Iudæi potuerint (vt Leuit. 11. narratur) locustis victitare: nisi Dei immortalis beneficio id perinde factũ est in ipsis, ac in Ioanne Baptista obseruatum legitur apud Matth. Alioquin, vt Galenus 5. de Loc. aff. nec non Suidas tradunt, Seleucidas aues in Asia locustis vescentes, statim ipsas excernere, & proinde nil ferè nutriri, sic par erat homines vò vnico cibo haud quaquam diu superesse posse. Historiam ab Agatarchide relatam, quoniam medicos adiuturam, ac delectaturã spero, tam Latino sermone expositam hìc subiungam. A prædictis non multum differunt locustarum esores, gens quidem statura alijs breuioris, aspectu macilens, ac supra modum nigra. Sub æquinoctiũ vernum, quando apud ipsos Aphrici, & Zephyri spirant, ex loco quodam incognito ineffabilis magnarum locustarum multitudo vnà cum illis ventis ad ipsos peruehitur, quæ ab auibus volandi facultate parum, at corpore longè differunt. Ab hoc animalium genere toto tempore nutriuntur, ijs salitis, atq; alio modo paratis vescentes: venantur autem ipsas fumo ex aëre in terram deijcientes. Atq; hi agilitate quidem, & pedum velocitate pollere dicuntur, sed cum valdè siccum nutrimentum capiant, vltrà quadragesimum annum vitam non producunt: imò vita miseriorem sanè mortem obeunt. Siquidem appropinquante senectute eorum corporibus alata pediculorum quædam genera innascuntur, figura quidem caninis muscis similium, sed alioquin minorum. Incipiunt à pectore, ac ventre, breuiq; vniuersam faciei cutem depascuntur. Atq; horum alij primùm scabiosorum instar afficiuntur, deinde seipsos grauiter dilacerant, tandemq; morbo consistente nec non cum bestiolarum exortu tenuibus effluis humoribus intollerabiles cruciatus subire miseri coguntur, sicq; vel ob succos, vel ob alimentum vel ob aëris prauitatẽ intereunt, &c. Stapulensis & Erasmus in suis cõmentarijs in nou. Testam. pluribus contendunt aduersus Lirauum, Rabanum, Perottum & alios per ἀκρίδας locustas esse intelligendas, & his Ioan. Baptist. vesci fuisse solitum, de quo etiam extat illud Ecclesiæ carmen

Incommoda locustarum esũ.

Seleucides aues locustis vescuntur.

Acridophagi phthiriasi laborant.

Præbuit hic cum tegimen camelus,
Artubus sacris strophium bidentei,
Cui latex haustum sociata pastum,
Mella locustis.

Equidem an illis ipsis locustis, quæ apud nos sunt, populi olim nonnulli, & sanctissimus ille Christi præcursor vesci fuerint soliti, dubitandum esse puto, mihi potius aliud quoddam videtur fuisse locustarum genus nostro dissimile. Deinde cum plurimi regiones illas peragrarint, & adhuc peragrare soleant, mirum forsan alicui videatur neminem eorum vel talem aliquam locustam esui aptam secum attulisse, cùm multa alia nobis inusitata ex regionibus illis afferant, vel minimam aliquam in suarum peregrinationũ libellis, quorum non pauci extant, huiusmodi locustarũ, quas Ioan. Baptist. comedit, mentionem fecisse. Nam verisimile est regionem illam in qua versatus est, adhuc animalculis illis, quibus in cibo vsus est, abundare. Nunc quoniam de locustarum esu multa satis dicta sunt, non inutile forsan, nec etiam iniucundũ fueris, de earundem secundum sacras literas & rabbinorum scripta generibus atq; nominibus; nominumq; interpretationibus varijs quædam adijcere, quæ ad multa sacræ scripturæ loca illustranda non parum conducent. Secundum ergò sacras literas & rabbinorum monumenta 7. ferè locustarum sunt genera: quatuor tamen inter aues mundas numerantur, quibus licebat Iudæis vesci, vt Leuit. 11. scriptum est.

Locustarum genera secundum sacras literas & rabbinos septem.

Hæc 4. genera erant quadrupedia, quarum hæ sunt differentiæ atq; nomina. Prima species ארבה Arbe dicitur à multitudine, à רבה rabach, id est, augescere, seu multiplicari. R. D. Kimchi super Ioelem sic putat nominari quòd hæc locustarum species omnium sit maxima & copiosissima, vnde nomẽ speciei pro genere vsurpatur: vel quòd agminatim atq; turmatim aggregentur. Id genus locustarum in Ægyptios agros Moysis tempestate diuino iuditio orientali vento immissum, horribilem illis vastitatem intulit, sicuti Exod. 10. scriptum est. Atq; mirum non est numerosissimarum pernitiosissimarumq; huiusmodi bestiolarum similitudinibus crebrò in sacris literis hostium multitudinem, vim, impetum atq; pernitiem quam adferunt adumbrari, vt Iud. 6. Ierem. 45. Nahum 3. Prou. 20. Iob 31. Psalm. 72. & alibi videre licet. Psal. 109. ver. 23. Sicut vmbra, inquit Dauid de-

Arbe.

Similia ducta à locustis.

Siculis, & Neapolitan. Magnitudinis hæc locustarũ multò latior. Altera est cælata, tota rubra, quæ τέττιξ ἐνάλιος Æliani lib. 13. cap. 25. id est, cicada marina, Cammarus, siue Gammarus Columel. & Plinij. Tertia κεράγων, siue κεράγνη. Arist. l. 4. c. 2. Histor. Animal. Cui crusta tenuis, candida, interdũ rubescens, longitudo palmi maioris. Quarta, squilla gibba, καρὶς κυφὴ: Est & squilla parua, καρὶς μικρὰ (aliàs, quæ καρίδιον in pinnis) Monspelij Ciuade, Italis Gambarello. Vltima squilla μάντις (à μάντις, magnæ locustæ specie) dicitur: Cui duo brachia locustæ magnæ terrestris.

Verùm hæc quoq; opinio à vero videtur esse aliena cùm & cancri illi marini non ἀκρίδες, sed καρίδες, siue ἀκαρίδες appellentur, & desertum à mari procul absit, & cancri illi marini in delitijs habeantur, à quibus Ioannem Baptistam constat omnino abstinuisse, duro, rigidoq; victu contentũ. Nos ergò repudiatis omnibus illis opinionibus simpliciter credamus Ioan. Baptistam vesci locustis fuisse solitum, cùm & vox ἀκρίς & nusquam nisi pro locusta apud auctores græcos accipiatur, & constet cùm olim, tùm hodie quoq; illas quorundam populorum cibum esse, & denique doctissimi quique cùm patrum veterum, tum recentiorũ interpretum in eadem sint sententia, quorum nonnulla exempla subiungã. Chaldaica versio pro voce ἀκρίς, habet חַגָבָא Kamxa, quod locustam significat Nahum. 3. & Esaiæ 40. sic dicta à colligendo. Suidas eandẽ vocem in Euang. interpretatur εἶδος ζωυφίου, id est, genus animalculi. S. Chrysostomus scribit parua fuisse animalcula, quorum in desertis Iudeæ maxima fuerit copia, oleo coqui solita, qui pauperum fuit cibus. S. August. quoq; in Epist. ad Roman. Ioan. Baptist. locustis vesci solitum dicit. Idem testatur Theophilactus, qui tamen simul esum illum locustarum allegoricõs interpretatur, id, quod etiam facit Adamantius (id est Origenes) Homilia in Lucam 11. cap. De S. Hieronymo supra dictum est, qui & ipse simpliciter vocem ἀκρίδες Locustas interpretatur, de quo etiam Cælius lib. 28. cap. 2. Hieronymus Cardanus hac ipsa de re, & de locustarum in genere cùm pernitie, tùm vtilitate, atq; esu lib. 9. de Animalibus, quæ ex putredine generantur, sic disserit. Aduersus humanum genus contraria ratione Locustæ paratæ videtur, non passim abundant, sed Africa fermè sola hac peste, & quod magis mirum est, alternis fermè annis laborat. Cælum, pro ostento in Italia vt vidimus, paucis ab hinc annis, non secus ac densa nubes obtegebant. Prouinciæ in quas calamitas hæc deciderit, satis, ac germine omni vna nocte spoliantur: diceres enim niuẽ decidisse nocte tota, si candidæ tam essent, quàm sunt nigræ. Forma earum est vt locustarum Italicarum, sed rubro obscuro colore, maiores paulò, & volandi facultate præditi. Sunt qui ventis illas ad nos ferri supra mare, non sponte, ob multitudinem, & regionis distantiam existiment. Gignuntur iuxta paludes, & cùm in cultam Africæ terram volant, non generant, vel parum. Quæ in paludibus relinquuntur, non possunt adeò multiplicari, vt euolare ad pabulum necesse sit, sed contentæ sunt sarmentis, algaq; palustri, ob id cùm frequentissimè, non nisi alternis annis, plerunq; etiam rarius in prouinciam grassantur. Quæ verò exeunt absumptis satis, cùm euolare cogantur quærendi cibi gratia, tandem à ventis præcipitantur in mare. Quandoq; verò ventorum perseuerantia, roboreq; earum vsq; ad aduersas Africæ regiones deferuntur: cuius mali Sicilia primùm, post Italia haud expers est. Experimento compertum est curam ad oua delenda ignibus profuisse, nam sobole priuantur. Si tamen cura non adhibeatur, hoc malum visum est sequenti anno repullulare, non leui incommodo: præter enim certam sterilitatem periculum etiam pestilentiæ afferunt, ac omen ad futurum bellum.

Locustarum esus.

Quibusdam tamen vtiles: adeò nihil ex quaq; parte aut beatum, aut ingratum. Arabes enim, & Lybiæ populi siccatas sole redigunt in panes: recentes quoq; edunt. Nec mirum, cùm Moses in seligendis cibis diligentissimus, locustas Hebræis vt Salutares comedere permiserit. Et Ioannes Baptista illis cum agresti melle in deserto vescebatur. Naturæ autem rerum imperiti, ignariq; de hoc admirantur, & multa perperam fabulantur, ne vir solitarius locustas ederet in deserto: cùm Germani quidam milites bombyces nostros in serici speciem nutritos, in tanta etiam rerum copia deliciarum causa frixos ederint, idq; iure. Nam quæ innoxia sunt, & sapore, & odore tetro carent, sola opinione constant. Itali enim mustelas solo colore à vermibus distinctas, cùm hæ nigræ sint, vermes rubri, comedunt, atq; inter cupedias ponunt, cùm tamen ex putredine, non ex ouis, quemadmodum locustæ, & bombyces, generentur: Simili ratione ostrea, conchyliaq; ita mauidè, vt etiam cruda deuoremus, quæ ex putredine procreari scimus. Nec tamen scio præter hæc tria, vllum animal quod ex sola putri materia ortum habeat in vsu esse culinarum, &c. Mercurial lib. 2. var. lect. cap. 20.

Bombycum esus.

Mustelarum esus.

de boũ

de hoc ipso locustarum esu hunc in modum disputat. Agatharchides & Diodorus scripta reliquerunt quosdam populos ob frequentem locustarum esum non modò breuiori cæteris vita esse, verùm etiam sæuissimo quodam pediculorũ alatorum genere, nec admodum dracunculis prædictis dissimili morbo consumptos interire. Vnde vehementer mirari soleo, quomodo Parthi, ac Iudæi potuerint (vt Leuit. 11. narratur) locustis victitare: nisi Dei immortalis beneficio id perinde factũ est in ipsis, ac in Ioanne Baptista obseruatum legitur apud Matth. Alioquin, vt Galenus 5. de Loc. aff. nec non Suidas tradunt, Seleucidas aues in Asia locustis vescentes, statim ipsas excernere, & proinde nil ferè nutriri, sic par erat homines ex vnico cibo haud quaquam diu superesse posse. Historiam ab Agatarchide relatam, quoniam medicos adiuturam, ac delectaturã spero, tam Latino sermone expositam hic subiungam. A prædictis non multum differunt locustarum esores, gens quidem statura alijs breuioris, aspectu macilens, ac supra modum nigra. Sub æquinoctiũ vernum, quando apud ipsos Aphrici, & Zephyri spirant, ex loco quodam incognito ineffabilis magnarum locustarum multitudo vnà cum illis ventis ad ipsos peruehitur, quæ ab auibus volandi facultate parum, at corpore longè differunt. Ab hoc animalium genere toto tempore nutriuntur, ijs salitis, atq; alio modo paratis vescentes: venantur autem ipsas fumo ex aëre in terram deijcientes. Atq; hi agilitate quidem, & pedum velocitate pollere dicuntur, sed cum valdè siccum nutrimentum capiant, vltrà quadragesimum annum vitam non producunt: imò vita miseriorem sanè mortem obeunt. Siquidem appropinquante senectute eorum corporibus alata pediculorum quædam genera innascuntur, figura quidem caninis muscis similium, sed alioquin minorum. Incipiunt à pectore, ac ventre, breuiq; vniuersam faciei cutem depascuntur. Atq; horum alij primùm scabiosorum instar afficiuntur, deinde seipsos grauiter dilacerant, tandemq; morbo consistente nec non cum bestiolarum exortu tenuibus effluis humoribus intollerabiles cruciatus subire miseri coguntur, sicq; vel ob succos, vel ob alimentum vel ob aëris prauitatẽ intereunt, &c. Stapulensis & Erasmus in suis cõmentarijs in nou. Testam. pluribus contendunt aduersus Lirauum, Rabanum, Perottum & alios per ἀκρίδας locustas esse intelligendas, & hìs Ioan. Baptist. vesci fuisse solitum, de quo etiam extat illud Ecclesiæ carmen:

Præbuit hic cum tegimen camelus,
Artubus sacris strophium bidentei,
Cui latex haustum sociata pastum,
Mella locustis.

Incommoda locustarum esus.

Seleucides aues locustis vescuntur.

Acridophagi phthiriasi laborant.

Equidem an illis ipsis locustis, quæ apud nos sunt, populi olim nonnulli, & sanctissimus ille Christi præcursor vesci fuerint soliti, dubitandum esse puto, mihi potius aliud quoddam videtur fuisse locustarum genus nostro dissimile. Deinde cum plurimi regiones illas peragrarint, & adhuc peragrare soleant, mirum forsan alicui videatur neminem eorum vel talem aliquam locustam esui aptam secum attulisse, cùm multa alia nobis inusitata ex regionibus illis afferant, vel minimam aliquam in suarum peregrinationũ libellis, quorum non pauci extant, huiusmodi locustarũ, quas Ioan. Baptist. comedit, mentionem fecisse. Nam verisimile est regionem illam in qua versatus est, adhuc animalculis illis, quibus in cibo vsus est, abundare. Nunc quoniam de locustarum esu multa satis dicta sunt, non inutile forsan, nec etiam iniucundũ fueris, de earundem secundum sacras literas & rabbinorum scripta generibus atq; nominibus, nominumq; interpretationibus varijs quædam adijcere, quæ ad multa sacræ scripturæ loca illustranda non parum conducent. Secundum ergò sacras literas & rabbinorum monumenta 7. ferè locustarum sunt genera: quatuor tamen inter aues mundas numerantur, quibus licebat Iudæis vesci, vt Leuit. 11. scriptum est.

Locustarum genera secundum sacras literas & rabbinos septem.

Hæc 4. genera erant quadrupedia, quarum hæ sunt differentiæ atq; nomina. Prima species ארבה Arbe dicitur à multitudine, à רבה rabach, id est, augescere, seu multiplicari. R. D. Kimchi super Ioelem sic putat nominari quòd hæc locustarum species omnium sit maxima & copiosissima, vnde nomẽ speciei pro genere vsurpatur: vel quòd agminatim atq; turmatim aggregentur. Id genus locustarum in Ægyptios agros Moysis tempestate diuino iuditio orientali vento immissum, horribilem illis vastitatem intulit, sicuti Exod. 10. scriptum est. Itaq; mirum non est numerosissimarum pernitiosissimarumq; huiusmodi bestiolarum similitudinibus crebrò in sacris literis hostium multitudinem, vim, impetum atq; pernitiem quam adferunt adumbrari, vt Iud. 6. Ierem. 45. Nahum 3. Pro. 20. Iob 31. Psalm. 72. & alibi videre licet. Psal. 109. ver. 23. Sicut vmbra, inquit Dauid de-

Arbe.

Similia ducta à locustis.

plorans miserrimum rerum suarum statum, dum inclinat, transeo, excussus sum quasi locusta. Hanc similitudinem alij ad corporis maciem nimio mœrore contractam referunt, quòd locustæ tenues sint atq; leues: alij ad iniurias, quibus animalculum hoc est expositum, cùm sæpe ventorum vi magna agmina locusturum abripiantur & præcipitentur vel in mare, vel in loca deserta. Sunt qui hoc simili instabilem eius conditionem exprimi volunt, quod locustarum instar huc atque illuc migrare quasiq; saltare cogatur, nec habeat certam aliquam & quietam sedem.

Vocem porrò arbeh nonnulli vertunt voce ἀκρίδος, quæ & ipsa videtur esse generalior ad quoduis locustarum genus significandum: dicitur autem ἀκρὶς secundum grammaticos παρὰ τὸ τὰ ἄκρα τῆς ἀσταχύων καὶ σπερμάτων τίλλειν, vnde ἀκρίδιον locustula diminut. & ἀκριδοθήκη capsula ad venandas locustas. Sunt qui βρῦχον vertunt, de qua voce infrà. Nonnunquàm 70. & Hier. vertunt ἀττέλαβον (scribitur etiam ἀττελάβης) quod Aquila in comessorem vertit. Ἀττέλαβος Græcis genus est locustæ minutum, de quo sic Hieron. Attelabus parua locusta est inter locustam, & bruchum, & modicis pennis reptans potius, quàm volans, semperq; subsiliens. Et ob hanc causam vbicunq; orta fuerit, vsque ad pluuiem cuncta consumit, quia donec crescant pennæ, abire non potest. Ioel. 1. & Nahum. 3. Chaldaicè arbeh vertitur גובא Goba, ab altitudine, sine, vt alij volunt, Goba dicitur collectio à גבב gabbeb, id est, congregauit, quòd videlicet in magno numero veniat, atq; vt Prou. 3. legitur, veluti turmatim procedat. Eadem vox etiam Nahum. 3. ponitur. Paruuli tui Cegob gobai, id est, quasi locusta locustarum. 70. simpliciter transtulerunt ἀκρίδα, Kimchi, Abraham & Ionathan intellexerunt etiam eximiæ magnitudinis locustas, nam plærunq; geminatio verbi ἐπίτασιν habet R. Sel. exercitum locustarum exposuit. Amos quoq; 7. v. 1. גובי Gobai ponitur, vbi per examen locustarum fœnum cordum seu autumnale depascentium, terræ sanctæ futura depopulatio ac dauastatio à numerosissimo Assyriorum, Babylon. & Roman. exercitu designatur. 70. interp. ἐπιγόμων ἀκρίδων, id est, fœtum locustarum reddiderunt.

Attelabus.

Gobai.

Porrò vt apud Hebr. Arbeh, apud Græcos ἀκρὶς, sic apud Latinos locustæ nomen videtur esse generalissimum. Locustam autem volunt grammatici dictam esse ab vredine locorum, quasi loca vrens, siue exustulans. Isidoro & Lirano sic videtur dicta quod longis sit pedibus, quasi longa hasta: vnde & eam tam maritimam quàm terrestrem (addit Isidorus) Hastago appellant.

Locusta vnde dicta.

Secunda species est Leuit. 11. סלעם Salaam, nusquam alibi in sacris literis reperitur R. Abraham ben Ezra, & Hizkuni putant sic Hebraicè dici eo quod ascendat & saliat super rupes & silices. Nam סלע Sela Latinè silicem saxum siue rupem significat. Alij sic volunt dici à סלם sullam inserta litera ו, quod scalam significat, à סלל Salal, id est, viam complanauit, seu contriuit, exaltauit, conculcauit. R. Dauid Kimchi definit genus esse locustarum altum, gibbosum, & sine cauda cum capite oblongo, quod à Chaldæis & rabbinis רשון Raschon appellatur. 70. interp. & post illos Hieron. ἀττάκην Attacum verterunt.

Salaam.

Raschon.

Tertia spes est חרגל Chargol. Hebraicum Chaldæus paraph. retinet, qui vocat חרגלא Chargola. Vetus interpres pertit ὀφιόμαχον. Est autem ophiomachus, vt quidam scribunt, genus volucris, aut lacertæ pugnantis cum serpentibus, vnde nomen est sortita. Sed Chargol probabilius est esse genus locustæ, vt Kimchi videtur.

Chargol.

Quarta species Hebraicè חגב Chagab, Chaldæis Chargeba dicitur, Chagab. Hieron. Ecclesiast. vlt. dicit esse ambiguum, quod & locusta & ἀττελάβης potest transferri, & metaphoricè illo nomine significari senum crura tumentia & podagræ tumoribus prægrauata. Hæ 4. commemoratæ locustarum species Iudæis concedebantur in cibum, quibus verisimile est Ioan. Baptist. vesci fuisse solitum. R. Selom. in Leuit. scribit Iudæos non posse has 4. locustarum species à se inuicē discernere.

Chagab.

Sunt præterea aliæ 3. locustarum species, de quibus Ioel scribit cap. 1 & Amos 4. Prima dicitur גזם Gazam à גזז Gazas quod tondere, radere, excindere significat. Ioel. 1. & Amos 4. quòd omnia è terra nascentia detondeat, depascat & absumat. Chaldaice Ioel. primo וחלא Zachala vertitur, quod nomen est generale reptiliū, à וחל quod repere sine serpere significat inde וחלי ארץ Sechale æraets, id est, reptilia terræ Mich. 7. Apud rabbinos passim ad significandam Gazam vsurpatur. Kimchi quoq; Ioel. 1. Gazam scribit esse vermem olera & præsertim brassicas abrodentem, sic dicitur quod per humum rependo omnia absumat & perdat. Mercerus Ioel. 1. putat βρῦχον posse verti, de qua voce infrà. Quinquarboreus in Amos 4. cap. dentibus, inquit, durioribus valet, ita vt

Gazam.

ita vt arbores etiam comedere possit, vnde apud Amos scriptum est: Et oliuas vestras comedet. 70. verterunt κάμπω. Est autem κάμπη (qua voce etiam Latini vtuntur) vermiculus hortenses maximè herbas, & arborum frondes erodens, dicta à κάμπτειν, id est, flectere, quia in arcum irrependo incuruatur. Columel. Nec solùm teneras audent erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirsutaq; campe. Porrò & vocem Græcam κάμπην, vt Gaza, & Heb. Gazam, vt Hier. & alij plærunq; vertunt Erucam. Est autem Eruca, vt Liranus inquit, propriè vermis in oleribus nascens. Idem, eruca ab erodendo dicitur vermis, quod erodit frondes, & maximè olerum, vnde eruca quasi eroda. Plin. lib. 17. cap. 24. sunt eadem causa nascentes & erucæ dirum animal, eroduntq; frondem, aliæ florem: oliuarum quoq; vt in Mileto, ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tempore humido & lento. Fit aliud ex eodem, si sol acrior insecutus insserit ipsum vitium, ideoq; mutauerit. Idem lib. 11. cap. 32. Multa autem insecta & aliter nascuntur, atq; in primis ex rore. Insidet hic raphani folio primo vere, & spissatur sole in magnitudinem milij cogitur. Inde oritur vermiculus parus, & triduò mox eruca, qua adiectis diebus crescit, immobilis duro cortice ad tactum mouetur aranei. Hæc eruca quam chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio. Quomodo sata contra erucas & alia venenata animalia conseruanda vide eundem lib. 18. cap. 28. Gazam porrò quidam locustam, nonnulli cicadam (perperam meo iudicio, cùm iucunda hæc magis sit æstatis nuntia, quàm nocens) Galli chenille, Ital. erucho, Hisp. erugo. Eruca.

Secunda species apud Ioelem est ילק ielak quasi dicas liguritio, à לקק lakak (vnde lecken Germ.) quod lambere & lingere significat, quia herbas lambant & deuorent. R. D. Kimchi in i. Ioel. definit animalculum alatum instar crabronis, sed minoris quantitatis, quod arborum folia depopulatur, & in maxima multitudine vastat. Ioel. 1. Ielek Chaldaice verticur בורח Coret, id est, incidens. Nahum 3. Gladius deuorabit te Caielak congregare, siue vt R. Abraham, & Kimchi interpretantur, aggrauare Caielak: & v. sequente ielak expansus est, & auolauit. Hic Chaldaica versio nomen Ielek interpretatur partim nomine וחלא Sochala, id est, reptilis, siue vermis, partim nomine קמצא Kamexa, quod & ipsum locustam sic dictam signif. de quo suprà, à collectione seu congregatione (vnde & Camex punctũ à collectione oris dictum volant) quoniã gregatim siue agminatim volant. Syriaca quoq; noui Test. versio eadẽ voce pro nomine ἀκρίδ & vtitur. Ioel. 1. eandem vocẽ Ielek Chald. paraph. interpretatur nomine פרחא Pirha, quasi dicas motatio seu cursitatio, à פרח Perah, id est, motũ est, volitauit, cursitauit, eò quòd huc atq; illuc vastando fruges cursitet & subsiliat. Secundum cõmemoratas ergô illas Chaldæas interpretationes colligitur Ielek locustæ genus esse quod præter copiam & numerum volatu etiam præstat celeriore, & latius quàm cætera extenditur, pluresq; agros celerius conficit atq; consumit: vnde & Ier. 57. legitur, Adducite equos quasi Ielek aculeatum: & 51. Nisi impleuero te hominibus quasi locustis, & Psal. 105. v. 34. de plagis Ægyptiacis, Dixit & venit arbe veielak absq; numero. Exod. 10. vox arbe tantum ponitur, quæ est generalis. Et locusta absq; numero. Hinc rectè grammatici Ielek definiunt genus esse locustarum numerosum, turmatim volans, quod aculeo tanquam lingua vtitur herbis & frugibus allambendis atq; corrumpendis accommodato. Ielek.

Porrò 70. interp. vocem Ielek plærunq; vertunt βρῦχον. Hieron. & plerique græcum vocabulũ retinentes Bruchum vertunt (vnde forsan Germ. brüchen & brächen, quod consumere & conficere significat) Βρῦχος autẽ, vel, vt Hesych. scribit, βρῦκος, alij, eodem teste, βρῦκα, est propriè χλωρὰ ἀκρὶς virens adhuc locusta. Phauorinus inquit, ἡ νεοττὸς καὶ ἄπτερος ἀκρὶς, id est locusta recens nata, & pennis carens, sic dicta παρὰ τὸ βρύκειν quod vt & βρύτειν, & βρυχᾶν (vnde forsan nostrum frässen) comedere significat, Liranus similiter Nah. 3. Bruchum dicit appellari fœtũ locustæ antequàm habeat alas, vnde etiam βρῦχος quasi βραχὺς, id est, breuis, vel à βρύκειν consumere, quod consumat totũ in circuitu suo: iacet enim vno in loco, & radicitus consumit fructus, cùm autem volat appellatur locusta, quasi longa hasta, Græci verò hasticon appellant. Idem paulò post: Differunt autem locusta & bruchus vt perfectum & imperfectum in eadem specie. Fœtus enim locustæ antequam habeat alas vocatur bruchus, sed quando est alatus, dicitur locusta. Secundũ hanc græcorum & qui eos sequitur, Lirani descriptionem non rectè ielak vertitur βρῦχος, cùm ielak, vt suprà dictum est, secundum grammaticos propriè sit genus locustæ aculeatum pennatum, atq; volans, βρῦχος autem locusta recens nata, pennarum adhuc expers. Mercerus Ioel. 1. ielak vertit erucam, quod mihi magis placet, de qua voce suprà. Βρῦχος.

Digitized by Google

Chasil. Tertia porrò locustarum species apud Ioel est חסיל Chasil, quasi dicas perditio, siue absumptio, siue depastor, à חסל Chasal, quod absumere, perdere & deuorare, nec non consummare (vnde Chasal Hasepher, id est, finitur liber) significat, quod omnia vastet & perdat, ita vt nihil reliquum faciat, Deut.28. Sementem multam sparges in terra, & modicum congregabis, quia à locusta Iechhazilu, id est deuorabunt omnia. Chal paraph. Ioel 1. vertit שמיטא Schemota, vel, vt tradit Mercerus, quòd longa sit & subtilis (id enim hoc nomen Thalmudicis significat, teste Aruch) vel quòd terram incultam reddat, qualis anno 7. qui annus est, שמיטתא Shemitha, id est, remissionis terræ Exod.25. à שמט reliquit remisit. Sed quoniam eadem vox שמט Shemat etiam rapere, euellere, extrahere, in Tharg. Esther, nec non exilire Deut.20. sig. Schomota inde videtur esse dicta locusta quod huc & illuc saltando (vnde etiam ab Italis Caualletta, à Gallis sauterelle vocatur) fructus & grana euellit, atque perdit. 1. Reg. 8. arbe & chasil coniunguntur.

Shemota.

Ερυσίβη. Interpretes 70. Ioel. 1. verterunt ἐρυσίβλω per υ in antepenultima (nam ἐρισύβη per iota aliud est, etsi vtrumque frugum est vitium) id est, rubiginem vel robiginem, forsan quòd nomen Hebræo respondens, non inuenirent. Res tamen ipsa communis videtur: vt sicut vermis siue locusta Chasil totum exhaurit & absumit, sic rubigo in segetibus nihil relinquat, quod sit vsui. Chasil autem locustæ aut vermis noxij genus esse alia quoque scripturæ loca testantur. Rubiginem quidam recentiorum putant vermem esse, qui maximè rorem sequatur. Hier. Rubigo rorem noxium sequitur: qui quum in folia depluit, sole superueniente animatur & viuit, variéq; plantis nocet. Μίλη & quoque dicitur rubigo segetem infestans, teste Pausania & Eustath. in Boeot: inde fortè Germ. miltau. Quarta species à Ioele additur Arbe, de qua suprà. Hæc de nominibus atque generibus locustarum apud Hebræos & Chaldæos.

Locustarum species secundum Græcos. Græci plures species agnoscunt, quarum nonnullas paucis perstringam. ἀπτερὶς Dioscorid. & Æginetæ dicta: ὅτι & alijs, fortasse à motus segnitie, & ῥιζοχάσκης. Deinde μάντις quasi vatem dicas, quod vbicunque appareat, famem portendat, quæ in stipulis enascitur, corpore viret, interioribus pedibus oblongis, sed exilibus, (vnde Theocr. Idyl. 11. præmacram ac prætenuem puellam μάντιν vocat) & segetes depascitur Dioscor. Noxij est molestiâ aspectus, vnde adagium. Mantis te vidit, in eos quibus fascinator oculis mali quippiam obiecit. Vide Eras. in Chil. μάσαξ quoque genus est locustæ, quod nonnulli bruchum vocant. Item κορυδὸς & κορυδῶπις: πάρυσος, & πάρυσος per o micron. Aristoph. in Acharn. ὅσον τὸ χρῆμα παρύσπων προσέρχεται Scholiast. exponit speciem ἀκρίδων, aut κανώπων vnde Apollo æneus Athenis παρύσπιον locustarium dictus, eò quòd locustas olim regionem infestantes expulsurum se dixerit. μολυβὶς quoque animal quoddam locustæ simile Nicandro frumentum depopulans, fortè gurgulio ἀτέλεβος locustarum minima pennis carens, κάραβος quoque insecti genus, quod Gaza aliâs fullonem, aliâs scarabeum taurum interpretatur. Est etiam κάραβος & καραβὶς Tralliano (quam & ἄσακον vocauit Archestratus, vt ex Epicharmo confirmat Athenæus) piscis, qui Latinis locusta dicitur, de quo vide Plin. lib. 9. cap. 51. & 32. Est etiam astacus siue Elephantus Plinio locustarum species.

Locustarum damna. Animalcula hæc minima sint licet atque tenuissima, tamen maxima sæpe Dei iudicio herbis, segetibus atque arboribus damna important, vnde dira sæpe horrendaq; fames consequitur, id quod sacræ prophanæque literæ, omniumq; temporum experientia testatur. Vnde Plin. lib. 11. c. cap. 29. Longinqua etiam ab illis maria transeuntur, continuata plurium dierum profectione. Quod maximè miremur, famem quoque, quam propter externa pabula petiere, sciunt imminere. Ac deorum ira pestis ea intelligitur. Nam & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, vt aliæ alites credantur, solemq; obumbrent: sollicitè suspectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires, & tanquam parum sit maria transire, immensos permeant tractus, diræq; messibus contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia verò morsu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maximè coortæ infestant, sæpe populo ad Sybillina coacto remedia confugere inopiæ metu. Plura ibidem tradit de illarum generatione, & ortu interitu, magnitudine præsertim Indicarum locustarum, illas oppugnandi enecandiq; consuetudine in regione Cyrenaica, in Lemno insula, in Syria.

NOTA.

Quàm grauiter anno 1542. ex paludibus Mæotidibus profectæ Pannoniam, Germaniam, Italiam infestarint. Mathiolus in Dioscorid. & anno 1545. Germaniam, Gualt. in Ioel. & anno 1547.

Digitized by Google

1547. & 1548. Bæticam Arias Montanus in caput secundum Ioelis: & anno 1556. agrum Mediolanensem, & Heluetiam anno 1364. mense Augusto afflixerint, Lauaterus in Ezechielem testantur. Sic anno 594. tempore Gregorij Magni Pontificis cum omne viride ex terra nascens absumpsissent, horrenda fames & pestis secuta est, quæ totam Italiam toto biennio durissimè vexauit. Et postea Ludouici II. Imp. tempore magnam Galliæ partem locustæ vastarunt. Vnde mirum non est illas exercitum Dei magnum Ioel. 2. appellari, & potentissimorum immanissimorumq; hostium irruptiones tristes atq; pernitiosas illarum similitudine sæpe adumbrari, de quo præter suprà commemorata testimonia vide Apoc. cap. 9. vbi locustarum imagine falsi doctores, seu potius seductores, ac impostores, vt Mahometani & alij, videntur depingi. Hæc de locustis sint dicta, quibus ceu natis consumere fruges Deus pro iustitia sua atq; clementia partim ad homines fame puniendum, partim etiam alendum atque pascendum vtitur; ita vt vnum idemq; animalculum admirabili Dei potentia atq; prouidentia hominibus nonnunquam alimentum, aliquando famis inediæq; causa existat. Huc quoque pertinent illa Ambrosij obseruatione dignissima lib. 5. Hexamer. cap. 23. Vsque ad locustam quoque gratia diuina penetrauit. Quæ cùm agmine confertò regionis cuiusce occupauerit latitudinem, innoxio primum fertur habitaculo, nec fructus inhospitali incursione depascitur, nisi diuinæ signũ præceptionis acceperit. Etenim sicut in Exodo legimus ea quæ cœlestis vltionem offensionis exequitur, piæ ministra vindictæ. Hanc quoque auis deuorat Seleucis, data ad remedium malorum, quod locusta consueuit inferre. Cui creator inexplebilem dedit deuorandi naturam, vt insatiabili pastu plagam, quam supra diximus, poscit extinguere. De locustis extat Iodoci Villichij dialogus (in quo tractat quæstionem illam de cibo Ioan. Baptistæ) & Hadriani Iunij collectanea, quorum neutrum vidi. Gesnerus quoq; noster piæ memoriæ de omni insectorum genere fœtum post se reliquit inchoatum ac imperfectum, quem & speramus & optamus D.D. Vuolffij affinis mei obseruandi opera atq; studio tandem aliquando perfici & absolui.

Superioribus porrò addi possunt παμφάγοι omnia mandentes, de quibus Plin. lib. 6. c. 29. πολυφάγοι pultiuori, quo nomine olim Latini à Græcis fuerunt appellati, ob frequentem pultis esum. Σκατοφάγοι stercoriuori, medicorũ epitheton apud Aristoph. Galenus 10. de Simp. med. cap. 1. Xenocratem damnat, quòd stercora agris voranda daret, ac probrum ait grauius esse κοπροφάγον, id est stercoriuorum audire, quàm fellatorem, aut cinædum. ἀνθρωποφάγοι & ἀνδροφάγοι humana carne vescentes, cuiusmodi & olim, & hodie multi populi reperiuntur de quibus vide multa in meis comment. in periplum Ponti Euxini, & maris Erythræi. De Carmanorum immani consuetudine occisorum capita suspendendi, & eorum linguis esitandis vide Crinit. lib. 6. cap. 13. Αλληλοφαγίαν Philo. lib. περὶ ἀρῶν, ponit inter vindictæ diuinæ species, qua nimirum homines nonnunquam fame dira atq; funesta compulsi seinuicem deuorant, ita vt parentes quoq; contra στοργὴν naturalem liberos suos aliquando deuorasse legamus: Huic addere potes ἑαυτοφαγίαν si ita loqui licet, cùm nimirum homines malesuada similiter rabiosaq; fame concitati in semetipsos sæuiunt, & brachia cæteraq; membra sua carpunt ac deuorant, cuius sanè horrendæ vindictæ diuinæ non pauca in historijs exempla reperiuntur.

DE ALIMENTORVM QVORVMVIS RECEPTACVLIS SEV PROMPTVARIIS, EA RE condendi asseruandiq; more ac consuetudine.

CAPVT X.

HAEC de alimentorum nominibus atq; generibus varijs sint dicta, nunc consequens videtur esse vt de ijsdẽ, quatenus ille vel reponi atq; custodiri, vel coemi, vel deniq; coqui solent, verba faciam, qua quidem tripertita alimentorum consyderatio multa ad cognoscendum vtilia atq; iucunda continebit. Quod ad primum attinet, pulcherrimum Horatius existimauit onerare mensas dapibus inemptis, cuiusmodi sunt hortensia, siue olera, arborum poma, atq; baccæ: probro contrà vertit è macello viuere, & ἰάλις fuit antiqua rusticorum vita. Quo-

circa nequam patrẽ familiâs antiqui putabant illum, qui illa emeret, quæ fundus parare posset. Huc pertinet Iudæorum prouerbium זרע רלאח ובין Sera velo Tisbin, id est, tantum semines, quantum sufficit pro familia, neq; cogaris emere. Quamuis enim possis emere, & fortasse cum lucro nihil ominus præstat id trititum quod apud te nascitur, eo quod comparabis. Quis, inquit Varro, non audiuit patres nostros dicere. Ignauum, & sumptuosum esse eum, qui succidiam in carnario suspenderit â lenio potius emptam, quàm à domestico fundo? Verùm hodie non vrbani modò, verum etiam rustici homines è macello victitant, cum summo rei familiaris dispendio.

Primum itaq; patres familiâs dabunt operam, vt habeant penuarium omni esculentorũ genere instructissimum, vndè illis cùm suæ familiæ quotidiè alendæ, ac nutriendæ, tùm honestis, ac necessarijs conuiuijs instruendis facultas suppetat. Itaq; cùm esculenta, ac poculenta omnis generis, quæ habent domestica, vel ex pecoribus, vel ex agris, pomarijs, atq; hortis suis diligenter colligent, recondent, atq; custodient: tùm illa quæ nõ habent domi suæ, nec ex prouentibus suis colligere possunt, illis tamen sunt necessaria, commodis & opportunis temporibus, in quibus moderato pretio vendantur, emere, atq; in locis, vt cellis armarijs (vnde German. armãrgiẽ) horreis promptuarijs, atq; Apothecis cõmodis reponere, atq; recondere studebunt, vnde illa si opus fuerit, vel ad domesticos vel ad familiares suos quotidie alendum, vel ad alios quoq; conuiuijs excipiendum, atq; tractandum proponere possint. Hæc præcipua patrum, matrumá; familiâs cura, atq; prouidentia esse debet.

Sic CHRISTVS quoq; in Euangelio Lucæ 12. boni & prudentis Oeconomi dicit esse officiũ, thesauros cibarios repositos habere, atq; reconditos, quos suo tempore ad familiæ suæ sustentationem proferre, atq; depromere possit. Huic simillimum est illud M. T. Ciceronis: Semper enim boni (inquit) assiduiq; domini referta cella vinaria, olearia, & penuaria est. Sed tamen hic cauendũ, ne vel nimis de victu, cultuq; corporis simus solliciti, quod CHRISTVS expressè prohibet, vel cellis nostris, atq; promptuarijs plenis nimium cõfidamus, ac gloriemur, inde helluandi, & pergræcandi occasionem captemus, vt voluptuarius ille, cuius in Euangelio fit mentio: qui, vbi cellas suas omni cibariorum, atq; poculentorum genere repleuerat, nulla inopum habita ratione, genio, & voluptatibus indulgere statuit: quem illius nefarium conatum, atq; propositum Deus inopinata morte fregit, & ad nihilum redegit. Hic operæ pretiũ fuerit in genere quædam dicere de nominibus, atq; generibus varijs locorum, seu receptaculorũ, quibus ea quæ ad victum sunt necessaria, à frugalibus patribus atq; matribus familiâs reponi, recondi, atq; custodiri, & inde rursus, si opus fuerit, depromi solent. Sunt hæc omnino duplicia, secundum duplex nimirum alimentorum genus quæ continent, quorum alia sunt animata, vt animalia viua, alia inanimata, vt sunt vinum, oleum, sal, carnes, lac, oua, omnis deniq; generis fruges, atque fructus.

Lucæ 12.

Alimenta vt duplicia ita duplicia illorum sint receptacula.

Animalium receptacula quo modo in genere appellentur

Præsepe.

Priorís generis loca, ædificia, seu receptacula, in quibus nimirũ animalia viua inclusa seruari, pasci, atq; saginari solent, stabula generatim appellantur, à Græcis σταθμοὶ, αὐλαὶ, κλεῖσια. De voce κλίσιον, quæ etiam domum seruilem significat, in qua cibum capiebant, nec non vestibulum (vt κλίσιον dicatur quasi κλίδιον) vide Eustath. Od. Ω. Dicitur etiam præsepe Columellæ, præsepiũ Virgilio, non tantùm locus in quo iumenta, cæteraq; huiusmodi pascuntur, sed omnia loca clausa, in quibus animalia continentur. Vergilius: Ignauum fucum pecus à præsepibus arcent.

Idem: Aut intus clausos satura ad præsæpia seruant.

Idem: Stabunt trecentum vituli è præsepibus alti. Quidam tamen præsepium propriè locum esse volunt, in quo pabulũ animalibus porrigitur, siue apponitur. Vnde metaphoricῶς eleganter etiam de loco dicitur, in quo homines pascuntur. Palinurus apud Plautum in Curculione de parasito:

Tormento non retineri poterit ferreo,
Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam.

Huc referri potest prouerbium, quod est apud Suidam, de Epicureis, ἐκ τῆς αὐτῆς διοφᾶτυος ἐδηδοκότες, qui ex eodem quasi præsepi ederunt, de ijs qui eandem doctrinam hauserunt, in eodem ludo fuerunt instituti. Columella, In stabulo sunt, inquit, ampla præsepia, super quæ transuersi asseres in modum iugeri, à terra septem pedibus elati, configantur, ad quas religari possint iuuenci. Præsepe tamen propriè ipsum stabulum dicitur: lignum verò ad quod equos, cæteraq; iumenta capistros (ita enim ipsa lora dicuntur) religare solemus, non aliter quàm ad ansulam, vel vncinum, vacerras nominantur. Columella, clatrorũ genus vacerras appellat, quibus robore factis cunæ muniuntur.

Vacerra.

Digitized by Google

Φάτνη Græcè idem significat quod præsepe Latinis ἀπὸ τοῦ φαγεῖν mutata litera γ in τ, siue πάσαδαμ teste Eustathio Od. ο. & Ιλ. ι. & cùm pro stabulo generatim, tum pro loco in quo pabulum iumentis apponitur, vsurpatur. Inde & superiorem & inferiorem partem dentium molarium coniunctim simul φάτνας vocant. Suidas φάτνιον interpretatur βάπτισμα, est enim hæc iumentorum quasi mensa. Christus recens natus à sancta sua matre fascijs inuolutus, & ἐν τῇ φάτνῃ dicitur fuisse repositus, eò quòd non erat illi alius locus in diuersorio: ibi φάτνη cùm pro stabulo, tùm pro præsepi speciatim dicto potest accipi, κάπη etiam præsepium dicitur, & βυκάπη Pindari Scholiastæ, id est boum præsepe. Φάτνη.

אבוס, id est, ebus, Isaiæ 1. locus est, in quo & iuxta quem calcant, & aluntur animalia, vnde videtur deriuatum אבוס abus, id est, altus, saginatus, seu pinguefactus. Vulgò vertunt præsepe. Cognouit asinus præsepe suum. Isa. 1. Præterea saginariũ, hoc est, locus siue stabulũ in quo vituli alligati saginantur Hebraicè propriè מרבק marbek dicitur, 1. Sam. 28. Iere. 46. Amos. 6. Malac. 4.

Porrò Marcus Varro libro de re rustica 3. villaticæ pastionis genera tria dicit esse, nempe ornithones, leporaria, piscinas. Animalium ergo vt tria sunt genera, nimirum quadrupeda, aues, pisces, sic tria sunt receptaculorum genera. Animalium receptacula sunt triplicia.

Quadrupedum primò ædificia in genere stabula, & præsepia appellantur, in quibus greges, & armenta tenentur, siue clauduntur: de quibus nominibus suprà. Hæc deinde secundùm varias quadrupedum species, quas continent, speciales quoq; appellationes sortiuntur. Exempli gratia equile Varroni, vbi equi stabulantur, Græcè ἱππών, ἱππόστασις, ἱππόστασιον, ἱπποστασία. Ouile Ouidio, caula Vergilio, Græcè σηκὸς, ἔπαυλις, σαθμὸς Hom. μέσαυλον. Hom. αὐλησίον, μηλιαυθμός Lycephroni, αὔλιον Theoc. μάνδρα Schaafstal, vbi oues pascuntur, & tenentur. Hara Cic. suile Colum. Græcè ὑφεὸς, συφιὸς, συβόσιον, μαίδρδμα, χοιροξοφεῖον, ἀυλὴ Homero, Sauwoder Schweynstal. Item χοιροκομεῖα vasa texta, in quibus porcellos vinctos saginabant, siue pertica cui alligati porcelli pascuntur. Bubile Columellæ, & Varroni (bouile dictio minus Latina est) Græcè βόσαθμον, βυστασία, βόστασις, βυαύλιον, βυκάπη, βυστάνη, Rinderstal/Küstal: à bobus. Varro de re rustica lib. 1. cap. 14. In villa, inquit, faciunda stabula, ita vt bubilia sint ibi, hyeme quæ possint esse calidiora. Caprile à capris, hædile ab hædis, agnile ab agnis nomina traxerunt. Quadrupedũ receptacula. Equile. Ouile. Suile. Bubile. Caprile. Hædile.

Leporaria Gellius lib. 2. cap. 20. vult accipi non ea tantùm, quæ maiores dicebant, vbi soli lepores sunt (quæ Græcis λαγωοξοφεῖα appellantur) sed omnia septa ædificia quæ sunt & habent inclusa animalia, quæ pascuntur. Vnde Varro, Cùm, inquit, emisti fundum Thusculanum à M. Pisone, in leporario apri fuere multi. Roboraria eadẽ à tabulis roboreis dicta sunt, quibus septa fuerunt, antequam macerias, & mœnia nosscrent, vt idem testatur ex Varrone. Dicuntur etiam viuaria. Græcè θηριοξοφεῖα, δρύδακτα, Thiergarten. Huiusmodi nostri temporis principes ad venationum voluptatem, rarò ad pugnam in harena antiquioribus vsitatam parare consueuerunt. Leporaria. Roboraria. Viuaria.

Loca omnium alitum quæ intra paritetes villæ solent pasci ornithones appellantur, vt ex M. Varrone scribit A. Gellius lib. 2. cap. 20. Auiaria quoq; dici possunt, quòd aues ibi pascuntur inclusæ, quæ primus instituit, clausis omnium generum auibus, M. Lælius Strabo Brundusij equestris ordinis. Ex eo cepimus (inquit Plinius) animalia coercere carcere, quibus natura cœlum assignauerat. Loca in quibus aluntur apes μελισσῶνες & μελισσοξοφεῖα Græce, latinè, mellaria dicuntur, teste Columella. Vbi verò opimabantur altilia, Latinè saginarium à sagina dixere (Græcè σιταγώγιον, Germ. mest stal.) Vnde Marcus Varro scribit in re rustica, pullos anserinos includi saginario. Est & cors, quam cohortem quoq; dicimus, locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in villa solemus. Vnde cohortales apud rei rusticæ scriptores gallinæ vocantur. Ouidius: Alitum receptacula. Ornithones. Auiaria. Saginarium. Cors siue cohors. Gallinæ cohortales.

Abstulerat multas illa cohortis aues.

Et Varro, Cors, inquit, in qua pascebantur gallinæ, Græci ὀρνιθοξοφεῖον nominant, à gallinis pascendis, quas ὄρνιθας nuncupant, præ cæteris in eo includi solitas. Hinc ὀρνιθογονία ornithogonia fuerunt dicti commentarij de auitij natura. In vrbana quoq; domo cortem facere poterimus, in qua pascere ciconias, grues, pauones, gallinas, anseres, & similes aues dabitur ad vsus quotidianos. ὀρνιθοξοφεῖον.

Excreta autem purgamenta tritici minuta ad cibos cõmodè dabuntur gallinis, & cæteris auibus cohortalibus, & maximè cùm annonæ caritas fuerit. Secluſorium Varroni dicitur auiarium

Secluſorium. Cauea. mus, quod alteri cum oſtio coniungitur ad ſecludendas aues. Cauea quoq; domuncula, ſeu carcer auicularum vocatur, ein kefe.

Gallinarium. Præterea à ſingulis auium generibus loca, ſiue ſepta quæ illas continent, denominantur. Vt gallinarium Columellæ, chors ſiue cohors Varroni locus parietibus incluſus ad paſcendas gallinas officina, Colum. ὀρνιθοβοσκεῖον hünerhauß. Columbariũ columellæ πελειεριὼν, πελειεοξοφεῖον, taubenhauß. Columbarium etiam Varroni dicitur loculamentum ſingulis columbarum paribus deputatum, taubennäſt.

Columbariũ.

Χηνοβοσκεῖον Apiaria. Sic locus propriè vbi anſeres aluntur χηνοβοσκεῖον Græcis dicitur. His adde appiaria, vt à vulgo appellata ſunt loca in quibus ſiti ſunt aluei apum, vt teſtatur Gellius lib. 2. cap. 20. Sed, vt idem addit, neminem eorum fermè qui incorruptè locuti ſunt, aut ſcripſiſſe memini, aut dixiſſe. M. autem Varro de re ruſtica 3. μελισσῶνες, & ἀμπελῶνες, id eſt, ἀφρῶνες, inquit, ita facere oportet, quæ quidem mellaria appellabant, &c.

Piſcium receptacula. Piſcinæ quid. Venio ad piſcium receptacula. Lacus verò (inquit Gellius ex Varrone lib. 2. cap. 20.) & ſtagna, quæ piſcibus viuis coërcentur clauſa, ſuo atq; proprio nomine piſcinas nominauerunt. Hinc Martialis: Piſcina Rhombum paſcit, & lupos vernas.

Viuaria. Viuaria quoq; dicuntur (Germanicè weyer/fiſchgrüben) quibus piſces incluſi paſcuntur. Plin. oſtrearum, inquit, viuaria primus omnium Sergius Orata in Baiano inuenit, Lucij Craſſi Oratoris ætate. Et mox: Eadem (inquit) tempeſtate prior Libinius Muræna reliquorum piſcium viuaria inuenit.

Romani piſcinarum ſtudioſiſſimi. Apud Romanos etenim piſcinarum ſtudia celebrata ſunt, pretioſiſſimiſq; piſcibus referta ἰχθυοτροφεῖα habuerunt: adeò vt Cato tutor Luculli grandi ære ſeſtertiũm milliũm quadringentorum, auctore Columella pupilli ſui piſcinas venditaueriti & velut antè à deuictis gentibus Numantinus, & Iſauricus, ita Sergius Orata, & Licinius Muræna à piſcibus cognominarentur. M. quoq; T. Cic. Luc. Philip. & Hortenſ. (qui piſcinam apud Baiulos habebat) piſcinarios appellauit à piſcinis. Idem Paradoxo quinto, Reuiuiſcat, inquit, M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa ac domo nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit præter ipſos: & videat aliquem ſummis beneficijs populi vſum barbatulos mululos exceptantem de piſcina, & murænarum copia gloriantem, &c. Hinc tritones piſcinarum à Cic. dicti lib. epiſt. ad Atticum 2. cupidinori ganeones, gulos proceres, qui piſcinis ſummopere delectabantur, cum luxus antiquitus eſſet in piſcium eſu. Vide Iunium in adagijs.

Piſcinarũ duo genera. Piſcinarum autem genera duo ſunt, dulcium & ſalſarum: & (vt verbis M. Varronis vtar) alterum apud plebem, & ſine fructu, vbi Lymphæ aquam piſcinis noſtris villaticis miniſtrant: illæ autem maritimæ piſcium nobilium, quibus Neptunus aut aquam, ſic & piſces miniſtrat, magis ad oculos pertinent, quàm ad veſicam, & potius marſupiũ domini exinaniunt, quàm replent. Primùm enim ædificantur magno, ſecundò implentur magno, tertiò aluntur magno. Hirtius circum piſcinas ſuas ex ædificijs duodena millia ſeſtert. capiebat: eam enim mercedẽ eſcis, quas dabat piſcibus, conſumebat. Cæſari memini ſex millia murænarum mutua dediſſe in pondus, & propter piſcium multitudinem quadrigies ſeſtertia villam veniſſe. Vide M. Varronem de re ruſtica lib. 3. cap. 3. & Columellam de re ruſt. lib. 8. cap. 16. de piſcinis & piſcibus alendis.

Piſcinæ vocabulum æquiuocum. Piſcina Hieroſolymitana. Quoad piſcinæ vocabulum, notandum eo ſignificari apud Latinos etiam aquas in quibus piſces non eſſent, ad natationes collectas. Piſcinæ publicæ (inquit Feſtus) hodieq; nomen manet, ipſæ non extat: ad quam & natatum, & exercitationis alioqui cauſa veniebat populus. Huiuſmodi fuit Hieroſolymis illa κολυμβήθρα, id eſt, piſcina à natando dicta, cuius mentio fit Ioan. 5. quæ Chaldaicè fuit cognominata בת חסדה beth cheſda, id eſt, domus benignitatis: quòd nimirum Deus in ea benignè potentiam ſuam exereret in curandis quibuſdam morbis populi ſui. Quidam ſcribunt בהיאשר Bethæſchaed, id eſt, domus effuſionis, quod ibi aquæ effundantur tanquam in ſentinam. Nonnius κολυμβήθραν Homerico ἀσαμίνθου nomine interpretatus eſt. Syriaca verſio interpretatur locum מעמודיתה, id eſt maamudita ablutionis. Duplex etiam hic eſt lectio. Vna ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ, id eſt, piſcina erat in regione, ſiue foro (tale enim quippiam eſt intelligendum) probatico, id eſt, pecuario, ſiue ouili. Altera quã & Nonnus in ſua paraphraſi, & Latinus interpres expreſſit, & Theophilactus ſecutus eſt. Eſt autẽ in Hieroſolymis προβατικὴ κολυμβήθρα id eſt, piſcina probatica, quam Theophilactus ſic vult appellatã, quòd pecudes ſacrificijs deſtinatæ ibi congregarentur, & inteſtina ipſarum ibidem eluerentur. Hæc de animalium quibus ad veſcendũ vtimur, receptaculis varijs ſint dicta.

Nunc

Alimentorū inanimatorum reposítoria.

Nunc dicendum de alimentorum inanimatorum, siue illa sint liquida, siue sicca, siue poculenta, siue esculenta repositorijs, atq; promptuarijs, eorumq; nominibus primò generalioribus, deinde specialibus. מצרים, *id est, Mezauim Psal.144. accipitur pro reconditorijs, & locis ædium penitioribus (vnde penuaria Latinè) accipitur, in quibus reponi solent frumenta, & alia ad victum necessaria. Hieronymus promptuaria vertit: alij angulos interiores, siue recessus, sicut* צריות *Zauioth angulos exteriores significat. Anguli nostri (inquit Dauid) pleni producentes à specie in speciem, id est, varia genera annonæ. Varietas enim in victu grata est plerisq;, nam vna res fastidium parit.*

Ebus bar אבום בר, *apotheca frugum, horreum, alio modo Asam* אסם *(quod inuenitur tantùm in plural. numero) Deut.28. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua. Prou.3. & implebuntur horrea tua saturitate. Kimchi Asamim exponit* חרצרות התבואה *Ozeroth Hatebuah, id est, thesauros, siue repositoria frugũ, Caldaicè similiter ozaroth. Generale videtur pro penuario, seu apotheca quorumcunq; fructuum atq; frugum.*

Ozar.

Generalissimum est vocabulum אצר *Ozar, id est, theca, apotheca, thesaurus, penu, cella: omnis locus abstrusus, atq; reconditus, in quo aliquid reponitur, atq; reconditur, ab* חצר *azar, id est, reposuit, recondidit, recluſit in arctum, seu arcam. 2. Par.33. pro thesauris auri, argenti, lapidum pretiosorum. Nehem.23. 2. Paralip.11. pro thesauris, seu cellis frumentarijs, vinarijs, olearijs accipitur.*

ταμεῖον.

Græcè ἀποθήκη, *&* ταμεῖον *(quæ duo vocabula Luc.12. ponuntur) generatim quamuis cellã promptuariã significant.* ταμίευεσθαι *promere apud Aristoph. &* ταμίη *Homero ancilla promens, & condens necessaria ad victum.*

Apotheca.

Apotheca tamen Latinè plerunq; apud Plinium & alios auctores Latinos speciatim pro cella vinaria vsurpatur. Colum.lib.1.cap.6. Apothecæ rectè superponentur his locis, vnde plerunq; fumus earum exoritur: quoniam vina celerius vetustescunt, quæ fumi quodam tenore præcocem maturitatem trahunt. Obiter hic nota fumo vina maturari, & densa spissaq; effici, de quo vide Brodæũ miscell.lib.1.cap.13. & Lambinum in Horat.lib.3. Carm.Od.8.

Entheca.

Entheca similiter Latinè pro quouis repositorio accipitur. August. in libro de vita clericorum, enthecam, inquit, nobis habere non licet, non est episcopi seruare aurum. Et paulò post: Nõ habeamus enthecam, &c. Hæc August. verba in Decret.Canon.12. Quæst.1. percensentur. Ab entheca enthecatũ deriuatur, pro eo quod in repositorio conditum & cellario inclusum. Sidonius, Quicquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possederat. Hoc Turneb. in suis Aduers. affectatissimè & ineptissimè dictum esse scribit. Enthecam memoriæ pro thesauro, & cella ponit Fulgentius: Isidorus, ἐνθήκην, *inquit, Græco sermone repositam rei copiosam substantiam appellamus. Papinianno Dotes prædiorum, inquit, quæ Græco vocabulo enthecæ appellantur, Turnebus in illa verba: Enthecæ supellex quæ in prædio posita est, tanquam eius dos.*

Reconditoria, repositoria.

Cella.

Latinè huiusmodi loca, atq; vasa vulgò reconditoria, & repositoria vocantur: Latinius cellæ, penuaria, & promptuaria. Varro lib.4. de lingua Latina, circum, inquit, cauũ ædium erant vnius cuiusq; rei vtilitatis causa parietibus dissepta: vbi quid conditum esse volebant, à celando cellã appellarunt. Celare autẽ idem quod abscondere, vnde etiam cœlum dictum, quod omnia tegit. Ouidius:

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cœlum.

Cella carnaria &c.

Inde à carne carnaria, à farina farinaria, à lignis lignaria, à libris libraria, à caseo caseria, ab oleo olearia, à vino vinaria, à penu penuaria dicta est. Cicero quinta Verrina, Marc. Cato, inquit, sapiens cellam penuariam Reipub. nostræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit.

Cellarium.

*Cellariũ quoq; à S. Hieronymo pro loco in quo ad victum necessaria reconduntur, vsurpatur. Vt Lucæ duodecimo: consyderate coruos, quibus non est cellarium, neq; horreum (*ὃ ταμεῖον *οὐδὲ* ἀποθήκη*) & Deus pascit illos. Hinc cellarius dictus, qui cellæ curam gerit apud Plautum, qui aliàs promus condus dicitur.*

Cellarius.

Promptuariũ siue cella promptuaria.

Vocatur etiam huiusmodi locus edulijs reseruandis, ac reponendis destinatus promptuariũ Varroni, & cella promptuaria Plauto, quod pleraq; sint in promptu, siue quod inde depromantur alimenta atq; cibaria. Isidorus, promptuarium, inquit, dictum, quod inde necessaria victui promuntur, id est, proferuntur.

Promptuarij & cellarij differentia.

Cellarium, quod in eo colliguntur ministeria mensarum, vel quæ necessaria victui supersunt. Inter promptuarium autem & cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium verò temporis longi.

Penarium.

A penu similiter siue penore is locus penarium dicitur (vt Pompeius & Varro testantur) & cella penuaria, siue penaria Ciceroni.

Penus proprie quid.

Penus autẽ non est locus, siue repositoriũ, vt vulgò nonnulli putant, sed quicquid victus gratia siue esculentum sit, siue poculentum conditur,

Digitized by Google

ac ſeruatur, vt Gel. lib.4.cap.1. Scæuolæ Iuriſconſ. & aliorum teſtimonijs probat. De hac voce penu, ſiue penoris, & quæ illa intelligantur vide plura ibidem lectu iucunda. Cellariũ Perottus vult differre à penu, quòd cellarium ſit paucorũ dierum, penu verò temporis longi: quæ eadem differentia Iſidoro ſtatuitur. Germ. huiuſmodi repoſitoria ſpeyßgaden/keller/kamer/kåller appellantur.

Cellarium quo modo differat à penu.

Promptuaria diuerſa.

Nunc vt olim, ita hodie quoq; in magnatum ædibus hæc promptuaria, ſiue cellæ ſunt diſtinctæ, & diuerſa quoq; pro diuerſis alimentorũ generibus nomina ſortiuntur. Exempli gratia oporotheca Varroni ὀπωροθήκη dicitur vbi conduntur autumnales fructus, obsgaden/obskåller. De pomariorum ſitu, deq; pomis ſeruandis Vitruuius lib.1.cap.4. Plinius lib.15.cap.16. Horreũ Hebraicè ebusbar (de qua voce prius) σιτοβολὼν Heſych. σιτοβολιον Atticè, Germanicè ein kornhauß oder ſcheur. Horreum penſile, granarium kornkaſt/oder ſpeycher. Varro lib.4. de lingua Latina, Granarium, inquit, dictum vbi granũ frumenti cõdebant: vnde dictum niſi ab eo quod Græci κόκκον, à quo Græcis quoq; granum dictum: & in quo eadem conduntur horreum, ab horrendo. Perſius in Satyr. Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes. Horreum aliquando dicitur locus ad cuſtodiam non ſolùm frugum, ſed rerum aliarũ ſepoſitarum à quotidiano vſu: veluti apud Luc. Apuleium in Metamorphoſi, demonſtrat horreum vbi veſpera ſagaciter argentũ copioſum recondiderat. Apud eundem hoc vocabulũ ita generatim pro quarumuis rerum repoſitorio vſurpatur. Item à iuriſconſultis. Sic ab Vlpiano videtur vſurpari, cùm ait: Vina quæ in apothecis ſunt, fundo inſtructo legato non cedere, ſi ſint illic non vſus, ſed cuſtodiæ gratia: & ſic quæcunq; ibi quaſi in horreo habentur. Et in titulo de emptione, & venditione, clauibus traditis, inquit, ita mercium in horreis conditarũ poſſeſſio tradita videtur, ſi claues ad horrea traditæ ſunt. Item Paulus, dolia inquit, in horreis defoſſa, ſi non ſunt nominatim in vẽditione excepta, horreorum venditioni ceſſiſſe videri. Item in titulo de officio præfecti vigilum, In horreis, ait, homines pretioſiſſimam partem ſuarum fortunarum reponunt. Item titulo Locati. Dominus horreorum effractis & compilatis horreis non tenetur: naq; vt ſcriptum eſt 4. Cod. Dominus horreorum periculum vis maioris, vel effractum latronum, conductori præſtare non cogitur. Exiſtimant grammatici, & id memorat Fortunatianus in lib. de Dialect. horreum ab hordeo mutata litera nominatũ. Antiqui (teſte Feſto) farreum à farre dixerunt. Ouidius Horrea formicæ veniunt ad inania nunquàm

Oporotheca.

Pomaria.

Horreum.

Granarium.

Horreum vnde dictum, & quot modis accipiatur.

Farreum.

Nullas ad amiſſas ibit amicus opes. Diuus Auguſt. quid ſit horreum planiſſimè oſtendit, ſic ſcribens lib. de Opere monachorum: Apothecæ vel horrea verbum ex verbo repoſitoria dici poſſunt. Apotheca (inquit Iſidor.) vt & horrea repoſitoria vel recõditoria dici poſſunt, eò quòd in ijs homines elaboratas fruges reponunt. Ab horreo horrearius eleganti vocabulo dictus eſt, qui pro horreorum conductore poni videtur apud iuris conſultos, titulo de his qui deiecerunt, his verbis: Si horrearius aliquid deiecerit, vel effuderit. Romæ fuerunt Sempronia horrea ad cuſtodiam frumenti publici. De horreorum granariorum, farrariorum, piſtrinorũ, fœnilium ſitu optimo, quomodo frumentũ aduerſum mures, curgulliones, & reliquos beſtiolas, quæ frugibus ſolent nocere, deniq; mucorem atq; calorem conſeruandum, vide Vitruuiũ lib.6.cap.9. & lib.1.cap.4. Varron. de re ruſtica lib.1.cap.6. Plinium lib.18.cap.38. Palladium lib.1.cap.29. Columel. lib.1.cap.6 Franciſcum Marium lib.2.cap.10. in Lexic. de partibus ædium.

Horrearium.

Carnarium. Panarium.

Carnarium Plauto in quo carnes aſſeruantur fleiſchgaden. Panarium Varro inquit, in quo panes condebant, quod & panarielum dicitur, & paſceolus, Græcè θύλακος, brotkaſten.

Vini repoſitoria.

Cella Vinaria.

Apotheca.

Porrò vini (quod inter liquores principem facile locum obtinet) repoſitoria à Græcis πιθῶνες, οἰνῶνες, οἰνοθήκαι, & ταμιοθήκαι appellantur. Latinè cellæ vinariæ, & abſolutè cellæ, & apothecæ. Vitruuius, habeatq; inquit coniunctam cellam vinariam, habentem à ſeptentrione lumina feneſtrarum. Cùm enim alia parte habuerit quàm ſol calefacere poſſit, vinũ quod erit in ea cella calore confuſum, efficietur imbecillum. Plin. lib.14. Latus cellæ vinariæ, aut certè feneſtras vult obuerti in Aquilonem oportere, vel vſq; in exortũ æquinoctialem, ſterquilinia & arborũ radices procul abeſſe, omniaq; odoris euitandi facillimò in vino tranſitu. Atq; apothecæ vocabulũ quamuis generatim pro aliarum etiam frugum reconditorio vſurpatur: tamen ſpeciatim à Plinio, & alijs auctoribus Latinis crebrò pro cella vinaria accipitur. Seruius in illud Vergilij:

Nec cellis ideo contende Falernis cellis expoſuit apothecis.

Plinius apothecas, inquit, fuiſſe, & diffundi ſolita vina anno 633. Vrbis apparet, indubitato vini opinianũ

opimiani argumento. Item, vina in apothecis canis ortu mutantur quædam, posteaq; restituuntur. Cellam autem vinariam conclusam, & subterraneam, si loci conditio patitur (nam in pluribus regionibus, Hypogea, id est, subterranea loca fieri in ædibus vliginis mador non sinit) ac subdiali pauimento cum lacunula in medio sternere habereq; conducet, vt & vina incorruptiora seruentur, & si quid cadorum, vel seruorum vitio fuerit effusum, colligi possit. Lacuna ipsa, & lacunula dicitur liquidarum in terra concauum receptaculum. M. T. Cic. Lacunam impropriè ex furto dixit in auro factam. In hac veteres dolijs fictilibus vina seruarunt, quæ si duas aures, vel ansas habuissent, Diotæ nominantur. Horat.

Lacuna.

Dolia fictilia.

——deprome quadrimum Sabina à Thaliarche merum Diota.

Diota, inquit Turnebus in suis Aduers. est amphora ex eo nominata, quod vtrinq; ferri posset, cum vtrinq; sit ansata: vnde ἀμφορεὺς vt ἀφοφορεὺς à Græcis appellatur, & explicatur ἀγγεῖον κεραμεοῦν ἀμφοτέρωθεν φερόμενον, ὅ ἐστι διωτὸν. Item:

Diffugiunt cadis cum fece siccatis amici. Item lib. 1. Od. 20.
Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipse testa
Conditum leui (id est, gypsum) datus in theatro Cum tibi plausus.

In testis antiqui vina condebant.

Testa Græca.

Lambinus condebant, inquit, vinum in testis antiqui, obturabantq; gypso: quarum optimæ erant, quæ fingebantur in Græcia. Propterea Græcam testam dixit, vel Samiam intellige. Huc etiam pertinet illud Od. 14. lib. 3.

Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa. Iuuenal. Sat. 5.
—— Cuius patriam, titulumque senectus
Deleuit, multa veteris fuligine testæ.

Alludit hîc ad morem veterum, quo tabella pendebat è vasis vinarijs, in qua, ipso Galeno teste, vini ætas scripta erat: id est, quo tempore, quibusue coss. conditum esset, id cum ex multis alijs Poëtarum locis, tum ex illo quoq; Martial. constat lib. 7.

Potaui modò consulare vinum Quæris quam vetus, atque liberale?
Ipso consule conditum. Et Iuuenal. Satyr. 5.
Ipse capillato diffusum consule potat. Id est,
——Vinum vetus tempore L. Opimij Coss. conditum Horatius:
Vina bibes iterum Tauro diffusa, Id est,

Tauro coss. condita, non admodum vetusta. Hunc morem notis & titulis amphoras & cados, in quibus vinum erat conditum, signandi consuetudinem, Cicero quoq; in Bruto indicat his verbis: Vt si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis Coss. natum velit, nec rursus ita vetteri, vt Opimium aut Anicium Cons. quærat. Atqui hæ notæ sunt optimæ, credo: sed nimia vetustas nec habet eam, quam quærimus, suauitatem, nec est iam sanè tolerabilis. Hinc commendare aliquem de meliore nota Catullo & Curio in epist. ad Cic. Turnebo & Lambino videtur translatio à vino ducta. Vinum autem diffusum, vt Turnebus in suis Aduers. monet, est quod in amphoras, & cados apothecarum ad asseruandum fusum est, Plin. Apothecas fuisse, & diffundi solita vina anno 1133. vrbis apparet indubitato vini Opimiani argumento. Defundere autẽ vinum est de dolio in crateram, aut de cratere in pateram fundere. Vnde rectè in Horat. conijcit Lambinus scribendũ:

Et nisi mutatum parcit defundere vinum.

Id enim est, in pateram vel trullam fundere & bibere. Et lib. 2. de Finibus: Quibus vinum defusum sit è pleno œnophoro, id est, deorsum in pateram aut poculum fusum. Et apud Maronem.

Hæc ait & liquidum Ambrosiæ defudit odorem.

Vino porrò diffuso (de quo paulò ante) Turnebus opponi putat vinum doliare, cuius rei Proculum Iurisconsultum testem citat, eius hæc sunt verba. Ego (inquit) etsi dolia in vasis vinarijs non sunt, tamen non concederem Trebatio, quod in dolijs esset, id est, quod in vasis non esset, legatum. Illud verum esse puto, cui vinum legatum cum vasis erit, ei amphoras & cados, in quibus vina diffusa seruamus, legatos esse. Hæc ille. Vinum autem doliare, inquit Turnebus, vinum est nouum, quod quia vetustatem non habet, quæ diffuso quæritur, & vino maturitatem & suauitatem affert, ideò minoris erat pretij. Vinum de dolio appellat Cicero, vt in Bruto. Num igitur qui hoc sentiat, si is posuere

velit, de dolio sibi hauriendum putet? Appellat & vinum de cupa, vt in Pisonem. Panis & vinum à propala (sic enim in bonis libris legitur, vulgò propola) & de cupa. Plutarchus quoq; vinum de dolio nouum esse ostendit, his verbis: τὸν δ' ἐ αὐθοτμίαν ἀπωσάμβροι τετονὶ, κ) ἡμερίδην, σηριώτερον πίνομεν ἐκ πίθε κωνώπων χορῶ φερεσ δόμβον. Id est, Isto veteri & miti vino reiecto, durum & immite, de dolio bibimus, culicum turba perstrepens. Apud Catonem tamen doliare vinum pendenti opponitur, apparetq; eius ætate nondum frequenter solitum esse vinum diffundi in Italia. Similiter apud Vlpianum vinum doliare omnes ferè exponunt, quod in dolio conditum est, ad vini pendentis discrimen, præsertim cum vinum pendens, ipsas vuas significet, & vindemiam nondum collectam. Nam vinum pro vuis dici locus ille Plauti clarissimè indicat. Tum vinum priusquam coactum est, pendet putidum. Turnebus tamen apud Vlpianum doliare putat dici ad discrimẽ diffusi, de quo suprà pluribus. Postea primi in alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt. Cadi ipsi seriæ, dolia, vasa dicuntur, quibus vinum conditur. Epigrammat. Pœta.

Cadi, dolia, seriæ vini repositoria.

In Vaticanis condita musta cadis.

Plinius. Dolijs etiam, inquit, interualla dari, ne inter se vitia serpant contagione vini semper ocyssima. Terent.

Releui omnia dolia, omnes seriας.

Releui inquit, hoc est, aperui, & quasi regypsans. Nam moris fuit olim vasa vino repleta pice aut gypso obturare, ne vina exhalarent, vt ostendit Columell. lib. 13. A. Pers. Satyr. 4.

Seriolæ veteris metuens deradere limum,

Id est, gypsum, vel picem, quæ in Italia ad vasa vino condendo maximè probatur brutia, vt auctor est Plin. lib. 14. Hic quoque notandum Orientales olim, vt etiamnum hodie solitos fuisse vina in vtribus recondere: vnde in sacris literis vtrium vini crebra fit mentio. Vt cùm Christus prouerbialiter ait, Vinum vetus in vtres veteres, & nouum in nouos infundendum. Quo indicauit certam proportionem, ac conuenientiam inter auditores, & disciplinam institutionemue, obseruandam esse, & mollius nouitios curandos esse, quàm veteranos. Et Iob. cap. 32. Venter meus tanquam vter vini, qui non est apertus, & sicut vter vini noui rumpitur. Hoc est (Augustino Eugubino interprete) magnam verborum vim concepit vterus meus: nempe mens, animus tanquam vento cogitationibus tumescit, & premitur. Vt vina noua feruent in vtribus, exundantq; spuma, nec iam capit se liquor, ita oratio gestit erumpere. Ad hanc cùm vinum, tum oleũ, & alios liquores in vtribus seruandi consuetudinem Dauid quoq; alludit Psal. 56. Pone lachrymas meas in vtre tuo, id est, memor esto lachrymarum, & calamitatum mearum, sicut qui in vtre aut lagena aliquem bonum liquorem vini aut olei reponunt, vel etiam secum circumferunt. Mox sequitur, certè in libro annotas. Oseæ 7. Dies regis nostri ægrotare fecerunt principes vtre vini, hoc est, natalitia regis onerarunt principes crapula, & helluatione, vnde morbus est consequutus. Sic Gabaonitæ vtres vini secum tulerant in signum simulatæ longinquitatis, Ios. 9. Vtrem aquæ Abraham ponit in scapulas Hagar, & filium dat, Gen. 22. Aristot. lib. 4. Meteor. scribit in Arcadia vinum in vtribus à fumo ita exiccari, vt bibatur abrasum ac defectum. Atq; hæc quidem satis sint dicta de alimentorũ omnis generis receptaculis, siue repositorijs, quibus addere libet Francisci Patritij hac de re sapientissima monita, atq; præcepta omnibus patribus matribusq; familiâs diligenter obseruanda, vt extat lib. 4. de Repub. cap. 5. Nam esculenta, inquit, quibus in diem vescuntur, prõptuarijs disponat (scilicet materfamiliâs de cuius officio ibi loquitur) non longè ab instrumentis, quibus cibos præparamus, quæ quidem non modò ordine sua disposita, verùm nitida & splendida esse debent, cum elegantia & gratia. Alia verò cibaria conseruanda ad vsum plurium mensium, quæ vno penoris nomine propriè nuncupantur, de qua voce suprà ex Gellio. Addit, Ex igitur reconditiora habere debent magis abscondita, quæ sæpius tamen reuisenda sunt, & à puluere situq; extergenda, ne à blatta, tinea, mure, noctuáue exedantur. Et ne multus in his verbis penè vulgaribus sim, ita singula domi disponat matrona, vt omnia suo tempore conseruentur, hospitum aspectum non réformident, & cùm adsint, non desiderentur. Præterea quæ esui potuiq; in dies singulos sunt, & prandij cœnæue gratia parantur, ita ad manum sint, vt nec ad ingluuiem atq; ebrietatem familia ingurgitetur, nec ad nimiam parsimoniam esuriat, ac sitiat. Mediocritatem igitur seruet, & sic vno eodemq; tempore valetudini reiquæ familiari optimè consultum velit. Hæc ille.

Mos Orientalium in vtribus vina recondendi.

Testimonia ex sacris literis.

DE

DE OPSONATIONE, OPSONATORIBVS, OPSONANDI VARIIS CONSVETVDINIbus. De locis in quibus omnis generis edulia venalia proſtant, &c.

CAPVT XI.

ATQVE *hæc quidem de alimentorum omnis generis repoſitione, ac ipſis repoſitorijs ſeu receptaculis ſint dicta. Verùm quoniam plærunq; alimenta ad conuiuium vtilia, atq; neceſſaria emi ſolent, de illorum coëmptione (quæ opſonatio vulgò dicitur) & ſimul de eorum delectu (qui conuiuatori adhibendus) de foro ſiue locis, vbi ea vendi atq; etiam non nunquam præparari ſolent, de ciborum ſiue coctorum, ſiue crudorum venditoribus, deniq; de cibariorum præfectis atq; epiſcopis, qui in omnibus bene moratis & conſtitutis ciuitatibus ſemper eſſe conſueuerunt, quædam forſan lectu non iniucunda, nec inutilia trademus, exordio à nominibus ducto.* De ciborum coemptione.

Græcis itaq; ὀψωνεῖν eſt, opſonia coëmere, ἀπὸ τῦ ὄψυ & ὠνεῖν, quod etiam ὀψοποιεῖσθαι dicitur. Suidas ποιμέσι ποσὶ ὀψοποιεμένοις, (ὀψὰ ὠνεμένοις) ἰχθῦσι ἀπεδόμην. Inde παροψωνεῖν, id eſt, λάθρα ὀψωνεῖν Ariſtot. de Mulieribus improbis. ὀψωνεῖν quid ſit.

Eſt autem ὄψον (vt vult Euſtath. in Ιλ. λ. p. 814.) ſecundum veteres πᾶν τὸ συνάμυλα σιτίοις ἐδιόμφον, id eſt, omne id quod vnà cum frumento, ſiue panibus editur: ἀπὸ τῦ ὄψε ſerò, idq; vel quod vel ſerò ſiue veſperi, non manè huiuſmodi cibi proferebantur, vel potius quòd delicatis, & opiparis huiuſmodi cibis ſerò voluptatis cauſa homines vti cœperunt, cùm ab initio ſimplicioribus fuiſſent vſi. Nonnulli (eodem teſte) illud ἀπὸ τῦ ἕψειν dictum volunt, quod illi non placet. Idem Ιλιαδ. λ. dicit, piſces & carnem opſonium eſſe carnis, τὸ propter illa plus panis, & quidem maiori cum voluptate comeditur. Sal eſſe opſonium pani; & alijs edulijs: cepas denique & alia bellaria probabili admodum ratione dici poſſe opſonia poculenti. ὄψον ποτὲ, id eſt, ποτὸν ὄψον, προσφάγιον δίψυς ἀθρασκευαζόμφον εἰς ἐδωδήν: ſed διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδήν, quòd cibus iſte exiſtimius ſit, ſolos piſces iſtam appellationem apud poſteros obtinuiſſe. Vnde (vt Euſtath. loco paulò antè citato addit) ὀψάριον & τέμαχος ὅτι μόνων τμημάτων ἰχθυικῶν propriè à veteribus dicitur. Inde Ioan. 6. ὀψάρια, piſciculi. Manifeſtum præterea eſt, (inquit idem) ὀψάριον accipi pro omni προσφάγματι, & vulgò προσφάγιον idem eſſe, quod ὀψάριον, hoc eſt, cibum, ſiue omne id, quod in macello venditur, ἀπὸ τῦ ὀπτᾶν, id eſt, aſſando, vt nonnulli volunt. ὀψαρίῳ πολλαὶ χρῆσις ὅτι ἰχθύος παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Euſtath. Plutarchus lib. 4. Sympoſ. Problem. 4. vbi quæritur, Terráne an mare opſonia ſuppeditet commodiora? ſtatim ſubijcit, Cùm multa ſint opſonia, piſcis tamen obtinuit, vt vel ſolus, vel præcipuè opſonium, ὄψον appellaretur: quia virtute reliquis omnibus multò antecellat, per Antonomaſiam. Nam ὀψοφάγους, & φιλόψους opſoniuoros, & opſoniorum cupidos vocamus, non qui bubulis carnibus delectantur, vt Hercules, qui poſt carnem virides ficus edit: non qui ficubus, vt Plato: non φιλοβότρυς, qui vuis, vt Arceſilaus: ſed qui ſubinde in foro piſcatorio verſantur, & tintinnabulum celeriter exaudiunt. Inde πάροψις quoq; & vas, & opſonium quoddam dicitur. Hinc in cœna Domini, quæ Matth. 26. paropſis: Marc. 15. catinus vocatur. Paropſis leguminis Sueton. in Galb. ὀψᾶδος ὡς βᾶδος, & εὐοψία ἡ τῦ ὄψου εὐπορία, opſoniorum copia: contrà ἀνοψία opſoniorum penuria: Suidæ ὀψοδοσία, ἡ τῦ ὄψων ἔνδεια: & ὀψοφαγεῖν ſupra modum opſonijs vti, vnde ὀψονόμοι Athenis creati à ſenatu duo, aut tres. Et ὀψοφάγος, ὀψοφάγις, & ὀψοφαγίστατος idem quiβλάκις & dicitur, opſoniorum helluo, ſiue voraciſſimus. Et quia ὄψον ſpeciatim pro piſcibus accipitur, hinc ὀψοφάγοι, qui piſcibus ſummopere delectantur. Ὀψώνια quoq; veteres vocarunt cibaria militum: quas antiquiores dixêre τροφὰς: Latini ſtipendia, cùm pecunia numeraretur ad neceſſarium victum. Vnde ὀψωνιάζειν ſtipendium præbere. Diod. lib. 16. Hinc Luc. 14. ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. Suidas: ὀψώνια χέρδη, χαρίσματα. Apoſt. τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς σαρκὸς, θάνατος. De voce ὄψυ & eius deriuatis vide plura apud Euſtath. Ιλ. λ. p. 814. Ὀψώνια.

A Græco promanauit Latinum opſonandi vocabulum, quod eiuſdem eſt ſignificationis. Num & opſonare, & opſonari idem, quòd opſonium (vnde forſan noſtrum opſonium) emere. Opſonare apud Latinos quid ſit.

Digitized by Google

Opſonium autem à Latinis, vt Græcis ὄψον, propriè eſt omne id, quo præter panem veſcimur, ſiue quod vnà cum pane comedimus.

Antiquitus opſonare, ſeu opſonari idem quod conuiuari: vnde frequentatiuum opſonitare. Cato in ſuaſione, vt legi Orchiæ derogaretur: qui antea opſonitauere, poſtea centenis obſonitauere: ſignificat autem conuiuari. Neuius: Multi mecum eo die obſonitauere.

Eſt autem varia huius vocis conſtructio apud auctores. Nam vel dicimus opſonare abſolutè, vt Plautus in Captiuei:

Ipſi opſonant, quæ paraſitorum erat prouincia.

Vel opſonare aliquid, Idem in Sticho: Opſonabo opſonium.

Vel opſonare duobus, aut tribus talentis, aut quouis alio pretio. Terentius:

Vix drachmis opſonatus eſt decem.

Opſonare quoque & parare, ſiue comparare opſonium, & pecuniam præbere ſignificat, quo opſonium ematur. Plautus in Menæchmis:

Bachil. Tu facito opſonatum (paratum emptùmue)
Nobis ſit opulentum opſonium. Et rurſus idem:
Benè opſonaui (bona & opipara opſonia paraui)
Atque ex mea ſententia bonum anteponàm prandium pranſoribus.
Prius iam conuiuæ ambulant ante oſtium,
Quàm ego opſonatu redeo, Id eſt, quàm ego ab emendo opſonio redeo. Item:
Ego opſonabo, Id eſt, pecuniam ſuppeditabo, qua illud ematur. Germanis opſonare eſt, Einkauffen. Hæc de nominibus: nunc de reipſa, ac primò de perſonis opſonãtibus.

Perſonæ opſonantes.

Apud Romanos antiquitus moris fuit, vt vel ipſi patresfamiliâs opſonarent, vel illorum ſerui, nonnunquam etiam paraſiti: id quod ex Plauti, & Terentij Comœdijs ſatis conſtat.

Plautus: Poſtquam obſonauit herus, & conduxit equos.
Terentius: Vix drachmis opſonatus eſt decem. Plautus in Captiueis:
Ipſi, ſcilicet heri, obſonant, quæ paraſitorum antea erat prouincia.

Opſonatores qui.

Seruorum præſertim olim vſi ſunt opera ad opſonia emendum: qui à Græcis ὀψωνάι, & ἀγορασταὶ: à Latinis opſonatores appellabantur, teſte Athenæo. Hi dicto citius edulia iuxta conuiuarum oumerum coëmebant. Vnde opſonator apud Martialem:

Dic quotus es? quanti cupias cænare? nec vnum
Addideris verbum: cœna parata tibi eſt.

Apud Plautum in Menæchmi Erotium meretrix ad coquum:

Sportulam cape atque argentum. Eccos tres nummos habes?
Cylindrus: Habeo. Erot. Abi atque opſonium affer tribus,
vide quod ſit ſatis.

Sportæ.

Sportæ, inquit Nonius, dictæ ſunt vel à ſparto, vnde fiebant, vel ab aſportando. Sunt autem ſportæ opſoniorum vaſa, & receptacula. Græci ταργάνας vocarunt. Varro de Vita populi Romani: Neque enim opſonium in tota cœna coëmptum, ex varijs rebus cum coniectum in vnam ſportulam perſpicitur, &c. ex Nonio. Plautus in Caſina, Senex ad villicum ſeruum.

Tene marſupium abi, atque opſona properè.

Obſonitor.

Ambroſius in libro de Helia & ieiunio capite octauo: Ieiunium & quietem diligie, luxuria inquietudinem. Obſonitor eſt, qui ante quàm luceat, fores pulſat alienas, & tanquam bellum aliquod immineat, excitat dormientes. Turbatum vides, anhelitum aduertis. Interrogas, quæ cauſa perturbationis ſit. Poſcit, inquit, dominus meus, vbi vinum melius veneat: quærit, vbi durior vulua curetur, vbi iecur mollius, vbi phaſianus pinguior, vbi piſcis recentior. Curſitat per diuerſa, & cum inuenerit, ſummo curſu properat. Inquietat dominum ſomnolentum, auctionatur pretia. Si pretium mouerit piſcis, nunquam meliorem aſſerit inueniri, immò deeſſe. Heri, inquit, tempeſtas, hodie procella, vix iſtum potui latenter deprehendere: multi concurſant in macello, ſi tu reddideris, alter plus dabit. Seneca: Adijce obſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt, qui ſciunt cuius illum rei ſapor excitet. CHRISTI *obſonatores fuerunt Apoſtoli: quorum obſonationis mentio fit Ioan. 4. Nam diſcipuli inquit, eius in vrbem Samariæ, Sichar dictam, iuerant,*

Iva τεφ-

τα τροφὰς ἀγορά σωσι, cibos emendi causa. Cùm itaq; redijssent, rogarunt illum, vt cibum caperet, quibus ille: Est mihi cibus quem comedam, quem vos quidè ignoratis. Discipulis autem inter se colloquentibus, & dubitantibus, nunquis illi cibum attulisset? dixit IESVS: meus cibus est, vt exequar voluntatem eius, qui me misit, & perficiam eius opus. O vtinam nos quoque Christiani exemplo eius cibum hunc appeteremus, hæ nostræ essent cupediæ, atque delitiæ. Hodie quoque apud multos populos vel ipsi patres matresque familiàs opsonantur, vel liberorum, vel etiam ancillarum atque famulorum opera eam ad rem vtuntur. Apud Hebræos viri potius, quàm mulieres opsonare solent. Nam mulieres sæpius domo exire inhonestum ducitur. Vnde huiusmodi vxores sæpius in publicum prodeuntes, per contumeliam vocant יוצאות iozeoth vagas, exeuntes (außfrauwen/non haußfrauwen) quæ sæpius ob hoc in periculum pudicitiæ incurrunt. Cuius rei exemplum est Dina. quod etiam prohibendum vtuntur versu 14. Psal. 54. כל כבודה בת מלך פנימה Cal cebudah bath melek penimah, id est, Tota gloriosa est filia regis intrinsecus. Hæc de personis opsonatricibus. Hebræorum mos.

Nunc de locis, in quibus omnis generis edulia, atque opsonia emi, vendiq; solent, nec non de personis vendentibus aliquid dicemus. Loca in quibus edulia venduntur atq; emuntur.

Ἀγορὰ Græcè generatim quemuis locum quibuslibet rebus vendendis, emendisue destinatum significat. Idem vocabulum etiam annonam, commeatum, omnia quæ ad victum necessaria in foro venire solent, (vnde ἀγορὰ διατράπεζος eleganter à Plutarcho dicta lib. 4. Problemat. 4.) nec non pretium significat. Vnde ἀγοράζειν τὸ ὠνεῖσθαι; καὶ τὸ ἐν ἀγορᾷ διαρίβειν, & ἀγοραστὴς, ἀγορανόμος, &c. Ἀγορά.

Ἀγορᾶς vocabulo respondet Latinum Fori nomen, à ferendo appellatum, vt Grammatici volunt, quòd sit locus. quò venalia omnis generis feruntur. Varro lib. 4. Quò conferrent suos controuersias, & quæ vendere vellent, & quò quæque ferrent forum appellarunt. Vbi generatim additum est ab eo cognomen: vt forum boarium, forum olitorium, quod erat antiquum macellum, vbi olerum copia. Ea loca etiamnum Lacedæmonij vocant μαχελλώτας. Sed Iones ostia hortorum, & castelli μαχέλλας. Secundum Tyberim ad Iunium forum piscarium vocant. Ideo ait Plautus: Apud piscarium vbi variæ res. Ad corneta forum cupedinis, à cupedio, quod multi forum cupedinis, à cupiditate vocant. Symmachus forum cupedinarium appellat: Coëmpta, inquit, ex foro cupedinario. Hæc omnia postquam contracta in vnum locum, quæ ad victum pertinebant, & ædificatus locus, appellatum macellum (vt quidam scribunt) quòd ibi fuerit hortus: alij, quòd ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quæ ibi publicè diruta: è qua ædificatum hoc quod ab eo vocatur macellum. Hæc ille. Macellum (inquit Paulus) dictum à Macello quodam, qui exercebat in vrbe latrocinia, quo damnato Censores Æmilius, & Fulvius statuerunt, vt in domo eius opsonia venderentur. Forum. Forum cupedinarium. Macellum.

Macellum quidam à macerando deductum arbitrantur, quòd pecora dum eo ducuntur, ibique tenentur, macerantur. Isidorus macellum vult dictum, quod ibi mactentur pecora, quæ mercantibus venundantur. Hebraicè dictum, בית המטבחה domus mactatorum, siue lanionum. Hinc Germanicum metzg/locus in quo pecora cæduntur, excoriantur, atq; venduntur: & inde metzgen/Italicè ammazare, cædere siue mactare. Quid si macellum à mactandis pecoribus sit dictum? A macello macellarij dicti Varro, Sueton. ὀψοπῶλαι, qui macellum exercent non solùm carnium, sed omnium opsoniorum: quin etiam panis & frumenti venditores: quippe hæc omnia in macello venaebantur. Cic. Si Epicuri de Voluptate liber corrosus esset, putauit annonam in macello cariorem esse. Idem de Diuinat. Annona in macello cara est. Plautus in Aulularia: Macellarij.

Venio ad macellum, rogito pisces, indicant
Caros, agninam carnem, carnem bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia:
Atque eò fuerunt cariora, æs non erat.

Festus. Piscatorij ludi vocantur, qui quotannis mense Iunio trans Tyberim fieri solent à Prætore Vrbano pro piscatoribus Tyberinis, quorum quæstus non in macellum peruenit, sed ferè in aream Vulcani, quod id genus piscium viuorum datur ei Deo pro animis humanis. Idem Græcis est ὀψοπαλιον, siue ὀψοπωλία. Athenæus lib. 1. Ex his apparet macellum dici locum, in quo quæ ad

victum pertinent, vendi solent: vnde annona macelli tàm de piscibus, quàm de carnibus, reliquisq; ad victum pertinentibus Latinè, & eleganter dicitur. Nam locus vbi carnes tantummodò venduntur, carnarium appellatur. (κάπηλα apud Tarentinos) Plautus:

ὀψοπώλιον. Annona macelli.

Cœnam è carnario emit, iam factus satur.

Varro tabernam carnariam vocat. Carnarium tamen propriè dicitur, vbi salitæ carnes domi reponuntur. Plinius: Quippe è macello aut carnario viuendum est. Qui verò carnes in carnario venduntur, etiam lanios constat appellatos fuisse. Plautus: In velabro vel pistorem, vel lanium, vel haruspicem. Vnde lanienæ dicuntur officinæ, in quibus venduntur carnes, Idem:

Carnarium.

Per myropolia, & lanienas, ciuiumque argentarias.

Lanienæ.

Carnarium quoque Plautus accipit pro ipsa carne:

Qui mihi carnarium parauit ridiculus ad ientaculum.

Carnarium pro ipsa carne.

Item carnarius dicitur masculino genere, & qui carnem vendit, & qui in edenda carne delectatur. Martialis:

Carnarius.

Carnarius sum, pinguiarius non sum.

Ergo vt apud Græcos ἀγορά, & πωλητήριον, ita apud Romanos forum generatim pro loco quarumuis rerum venalium accipitur: vt apud Germanos vocabulum Marckt, quod à mercatu videtur deriuatum. Iam verò singulorum eduliorum (nam de alijs rebus venalibus hîc non est dicendi locus) crudorum, atque coctorum, nec non poculentorum loca, in quibus venalia prostant, singulorum appositione denominantur. Sic enim exempli gratia locus in quo boues venduntur, à Latinis forum boarium, Græcè βοπώλιον, Germ. Rindermarckt: in quo pisces, forum piscarium, piscaria Vlpiano: macellum cetariorum Varro: Græcè ἰχθυοπωλεῖον, Germanicè Fischmarckt: in quo olera, forum olitorium, Græcè λαχανοπωλεῖον, Germanicè Krautmarckt: in quo poma, forum pomarium, ὀπωροπωλεῖον, Germanicè Opomarckt: in quo sues, forũ suarium, χοιροπωλεῖον, Germanicè Sauwmarckt: in quo cupediæ lautiores cibi, forum cupedinis Varro & Apuleio, cupedinarium Symmacho, Græcè ματτυοπωλεῖον appellatur, & sic de reliquis.

Nonnunquam cibi calidi, atque cocti venduntur. Sic Thermopolium Plauto, θερμοπώλιον, locus in quo cibi calidi venduntur.

Thermopolium. Εφθοπωλεῖον, siue ἑφθοπώλιον, Athenæo locus vbi assata veneunt, forum cupedinarium, siue cupedinis: vnde ἑφθοπῶλαι, qui se eo quæstu fouent.

Popina quoque Ciceroni (vt Thermopolium Plauto) locus, vbi cibi calidi venduntur, aut vbi publicè opsonia, & delicatiores cibi assari, aut apparari, atque etiam comedi consueuerunt. Nam in illis belluabantur, vnde ab Horatio vncta vocantur, quia cibaria vnctiora cocta in illis vendebantur. Dicta videntur à popa, quæ pinguitudo est, de qua Persius:

Popina.

——Aselli tremta omento popa venter.

Isidorus propinam Græco sermone vult dici, quæ apud Latinos corruptè popina dicitur: & esse locum iuxta balnea publica, vbi post lauacrum à fame & siti reficiuntur, & dictam vult à πεῖνα, fame, quod hic locus famem tollat. De popina Horatius:

Fornix tibi, & vncta popina
Incutiunt vrbis desiderium. Idem:
—— Quin omnia malit
Quæcunque immundis feruent allata popinis. Manilius:
Infamem, fœdam, turpemque odisse popinam.

Hinc popinones apud priscos dicti, & ipsi coci, ac propinariam exercentes, & δαπανοι luxuriosi: qui se popinis dediderunt, quos alio nomine vocant tabernarios, & ganeones. Et popinatio dicitur à Gellio, quæ alio nomine helluatio: quam Græci ἀσωτίαν vocant. Extat luculentum Adriani Imperatoris rescriptum ad Florum Poëtam:

Ego nolo Florus esse
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas, &c.

Popina sellariola Martiali dicitur. Iuuenalis Satyra 8.

Sed cum pernigiles placet instaurare popinas.

Idem

Id est, noctu diuq; patentes propter multitudinem cõfluentium: siue in quibus tota nocte popinones vino, libidiniq; inuigilabant. Scribit Iulius Firmicus, quòd Luna à Venere defluens, si feratur ad Mercurium, faciat popinarios. Venus quoq; si domina actus fuerit, in deiectis locis faciet popinarios, & tabernarios. Popinari significat helluari, & indulgere popinis. Iulius Capitolinus: Dum Gallienus, inquit, popinatur, & balneis, ac lenonibus reputat vitam.

Sic ganeæ quoq; erant loca vinolenta (vt ea Marcellus vocat) gulæ & libidini apta: à quibus ita ganeones dicti, vt à popina popinones. Existimat Donatus ganeum dictum à terra, quam Græci γέαν, siue γαῖαν vocant, quasi terrarium, meretricis domicilium, non superius, vt cœnaculum. Apud Plinium frequens est, & penè peculiaris hæc dictio, accipiturq; pro loco, in quo cibaria guloſorum esculentiora concinnantur: & pro ipsa quoq; ingluuie, & cibarijs. Ait enim in decimooctauo, loquens de sue: Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ, quinquaginta propè ſapores, cum cæteris ſinguli. Idem in 19. Quoniam portenta quoq; terrarum in ganeam vertimus. Sidonius: D. ſruptum ganea ſtomachum nulla res ſarcire melius, quàm parſimonia ſolet. Columella: Vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis (ſunt loca in balneis, in quibus ſudor elicitur ſicco calore, teſte Celſo in lib. 2. & Vitruuio in 5.) excoquimus. Ganeum in neutro genere (inquit Feſtus) antiqui locum abditum, ac velut ſub terra dixerunt. Terentius: Vbi illum quæram? credo abductum in ganeum. Varro: Et hoc interest inter Epicurum & ganeones noſtros, quibus modulus est vitæ culina. Ganeæ,

Tabernæ quoque Latinis dictæ, in quibus olim omnis generis edulia vendi, ac in quibus commeſſari epulariq; ſolebant. Tabernæ diuerſoriæ à Suetonio in Neronæ dicuntur, cauponulæ, & loca ad diuerſandum comparata, ad differentiam earum, quæ venales habent merces. Sic taberna carnaria, in qua: carnes vinaria, in qua vina: vnguentaria, in qua vnguenta veneunt. A taberna procul dubio Gallicum tauerne promanauit. Sed taberna pro quouis loco, ſiue ædificio accipitur, in quo non edulia tantùm, ſed quæuis res aliæ venales proſtant: & differt (vt volunt Grammatici) ab officina, quòd officina est vbi opera efficiuntur, taberna vbi venduntur. Tabernæ.

Caupona ſimiliter Latinis est taberna vinaria, ſic dicta propter copiã rerum atq; eduliorum, quæ ibi venduntur. Inde dicti caupones, quos tamen Iſidorus à cupis, vaſis vinarijs, ſiue aquarijs vult dictos. Caupona.

Græcè huiuſmodi loca ſiue ædificia, in quibus edulia cocta vendũtur, atque etiam manducantur ὀπταναῖα, θερμοπώλεια, & καπηλεῖα appellantur. Germanicè **bräteryen/paſtetenheiiſer/zäcbeiiſer**. *Gallicè tabarets, rotiſſeries, & patiſſeries appellantur. Οἰνοπώλια ſunt tabernæ vinariæ* **weynheiiſer** *&c.*

Apud Hebræos in portis videtur fuiſſe rerum venalium mercatus, in quibus etiam ius dicebatur, resq; forenſes exercebantur. Hinc porta ouium Nehemiæ 2. quæ (vt Lyranus annotat) etiã porta mercatorum dicitur, ex eo quòd mercatores ibi ſtationes ſuas haberent. Porta piſcium, cuius fit mentio Nehem. 3. & 12. & Sophon. 1. forſan, quiv ibi erat forum piſcarium. Porta equorum Ieremiæ 31. Nehemiæ 3. Hæc de locis. Portæ Hebræorum.

DE EDVLIORVM VENDITORIBVS,

PRAEPOSITIS, ATQVE PRAEFECTIS, EORVNDEM MVNERE,

de coercenda dardaniorum, atque propolarum auaritia, de modo in obſonatione adhibenda.

CAPVT XII.

IAM verò varia quoq; ſunt edulia quæuis vendentium nomina, vt: ἀρτοπώλης, ὀψοπώλης, κρεωπώλης, ἰχθυοπώλης, τροβατοπώλης, ὀψοπώλης, θερμοπώλης, ἀλφιτοπώλης, ἀλλαντοπώλης, οἰνοπώλης, Id est, qui panes, carnes, piſces, oues, opſonia, cibos calidos, farinam, farcimina, vinum vendit. In ἰχθυοπώλας extat ſalſum Diphili carmen, quo illorum mores perſtringuntur. Nomina venãdentiũ edulia.

Digitized by Google

Ὡμαν ἐγὼ τὰς ἰχθυοπώλας τὸ πρότερον
εἶναι πονηρὰς τὰς Ἀθήνησι μόνας δοκῶ
τοῦτ' ὦ ἔοικε, τὸ γένος, ὥσπερ θηρίον
ὕπουλον ὂν τῇ φύσει, καὶ παντα χοῦ. Hoc est,
Arbitrabar ego piscarios prius
Esse prauos Athenienses solos
Hoc verò, vt videtur, genus, veluti fera
Naturæ insidiatur, & vbique.

Vnde forsan Germani vulgò, Ein loser fischer. *Eorundem superbiam Amphis quoq; poëta comicus carminibus perstringit. Item Alexis comicus in eorundem fastum atq; auaritiam inuehitur. Idem facit Antiphanes qui illos Gorgonibus comparat. Latinè caupo, popino, tabernarius, cupedinarius, qui esculenta, aut poculenta delicatiora, cocta vendunt. Tertullianus de Fuga in persequtione: Nescio dolendum an erubescendum sit, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Christiani quoq; vectigales continentur. Propala quoq; dicitur, qui panem, vinum, & alias merces propalam velut ante palum, aut de palo pendentes habet, & vendit. Vt Cic.* Propola. *in Pisonem: Panis & vinum à propala & de cupa. Vocem propalam, vt annotat Turnebus in suis Aduersar. deprauarunt in propolam, cùm apud Græcos (quorum vocabulum videri volunt) hæc vox proxenetam significet, venditionisq; conciliatorem, vt scribit Pollux. Ea integra hodieq; apud Varronem remanet, sic scribentem: Deniq; ipsæ exruminantes ad propalam vitam diu producunt, id est, apud propalam. Apud Nonium quoq; Lucilius ipso syllabæ modulo satis indicat vocabulum Latinum esse, cuius verba sunt:*

Vt cum primitijs ficus propala recentes Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

Olitores. *Olitor, qui olera vendit, Apul. in Apolog. Olitori & cauponi meritò est concessum holus & vinum ex nobilitate commendare. Holitores olim in abiectissimis & contemptissimis habebantur, vt prouerbium indicat:*

Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus.

Mulieres vilissima olera vendebant, & per vrbem promercalia clamitabant. Sic Petronius mulierem agreste olus vendentem dixit, & ab Aristoph. Euripidi mater exprobratur oleraria, id est, λαχανοπωλήτειρα *quin & ipsum* σκαρδιοπώλην *ea de causa appellat; quod ne hortense quidem olus, sed (quod* σκάνδιξ *Latinè herba scanaria dicitur) agreste mater eius venderet.*

Heb. Sonah. *Hebraicè* זונה *sonah caupona, siue hospita sic dicta themate* זין *son, quòd escas præparet, & vendat. Eadem vox meretricem significat, à themate tamen* צנה, *quòd scortari est: quia vt plurimum hospitæ eædem & meretrices, vt de Rahab dicitur Iosuæ 2. Iacob. capite 2. & Auctor epistolæ ad Hebræos* πόρνην *reddiderunt, id est, meretricem, quam Suidas sic vult dictam* ἀπὸ τῆ πέρνασθαι, *id est, venditur, eò quod corpore se venalem prostituit. At Chaldæus Paraphrastes vertit* פונדקיתא *Pundekita, id est, cauponam seu hospitam. Sic. 1. Reg. 3. duas mulieres Sonoth, id est, meretrices, vt vulgò vertitur, reddidit* פונדקין *Pundekin, id est, cauponas.*

De publica annonæ cura. *Verùm in primis operæpretium queq; mea sentẽtia fuerit, & huic loco de opsonatione perquàm accommodatum, vt in genere de annonæ, hoc est, rei cibariæ, siue alimentaria cura, quæ quibus sui sapientibus Rerumpub. rectoribus est suscipienda, eiusq; præfectis quædam dicantur.*

Annona quid. *Ac annona quidem apud Romanos nomen latissimè patuit, quo omnia esculenta, non solùm quæ ex agris colliguntur, verùm reliqua omnia comprehenduntur. Vnde Liuius libro 9. Decad. 3. de secundo Punico bello ait: Vectigal nouum ex annona salaria statuerunt: sextante sal & Romæ, & per totam Italiam erat. Nec sine ratione vniuersum cibum annonæ verbum significat. Tractum est enim (vt suprà ex Varrone fuit dictum) à tempore, hoc est, hora nona, qua veteres Romani cænare consueuerunt. Hinc annonã macelli, cum macellum (teste Varrone) locũ significet vbi omnia quæ ad victum pertinent, & præcipuè frumentum (cuius vsus in primis est necessarius) venduntur. Annonæ igitur bonus, prudensq; magistratus, ceu bonus paterfamiliâs, sedulò dabit opram, vt populo suæ fidei curæq; cõmisso copia sit atq; facultas: Parua nanq; vrbis præsidia essent, parum admodũ leges, sanctiones, institutaq; ciuitatis prodessent, si populus esuriret. Quid enim periculosius populo famelico? quẽ non arma, non magistratus, non iura diuina, aut humana, non leges, non pudor aliquis coêrcere valet? Oportunè enim Lucan. ait:* Nescio

—— *Nescit plebs ieiunia timere.*

Et verè sciteq; fames à Vergilio malesuada dicta est. Quam fidem principibus suis subditi seruare possunt, quorum filij fame pereunt? Idcirco magna cura adhibenda, vt populus non modò frumento, sed omni genere victus abundet. Fames male suada.

Profuerit ergo in qualibet Republica annonæ præfectos creari, qui frumento in publicum coemundo, condendo, asseruando, ac (prout opus fuerit) dispensando præsint. Quod autem de frumento dico, idem de reliquis quoque ad victum necessarijs intelligendum. Deinde vt ij res ad victum necessarias aduehi, & importari curabunt: ita contrà esculenta, poculentaq; exotica, & peregrina ceu gulæ irritamenta ad luxum potius atq; luxuriam, ad ciuium animos emolliendum, effœminandũq; illorumq; opes exhauriendas, quàm ad vtilitatem, necessitatemq; pertinentia importari atq; distribui summopere prohibebunt: cuius instituti multa ex historijs exempla proferri possent. Præfecti annonæ sunt publicè creandi.

Præterea curæ illis erit, ne cibaria atq; alimenta necessaria exportata annonæ caritatem egestatemq; in Repub. pariant, néue hostibus mercatorum auaritia subministrentur, quæ patriæ defendendæ ac conseruandæ seruire debebant. Hoc nanq; modo sæpe mercatores se in regum, ac principum gratiam insinuant, eorum opes nouis illecebris importandis exugunt, ac potentes fiunt, ciues interea ad penuriam, egestatemque redigunt. Proinde rectè Naum Propheta bruchos Niniuitarum mercatores cap. 3. appellat: quòd perinde atque bruchi segetes absumunt, ijsq; absumptis auolant: sic mercatores vbi opes principum ac ciuium imposturis, ac fœnerando emunxerint, tandem bene saginati auolant. Cauendæ exportationes rerum necessariarũ in Rep.

In primis verò illis est coërcenda propolarum, monopolarum, atq; dardaniorum, ceu bruchorum, curculionum, atq; harpyarum auaritia. Dicuntur dardanarij, siue dardani, qui annonam flagellãt, id est, annonam mercésue coëmptas tantisper supprimunt, dum carius eos vendendi occasio se offerat, à Dardano (vt quidam aiunt) mago nominati profligatissimo: qui maleficis artibus annonam in granaria sua auertere, mensuras in ad metiendo minuere, fraudemq; facere credebãtur. Huius commentarijs diligenter perlectis longè doctissimus euasisse, Democritus memoratur. Consule Plin. 30. cap. 1. Apuleius: Vel ipse Dardanus, vel quicunq; alius post Zoroastrem. Euseb. lib. 2. Euang. Præpar. 2. εἴτε ὁ Δάρδανος ὁ μύθος θεὸν καταδιδάξας, τὰ μυστήρια. *Tertullianus, vt ipsis iam vocabulis vtar, quibus auctrix opinionum istarum magica sonat: ostentantes & Typhon, & Dardanus, & Damigeron, & Nectabis, & Berenice. Sidonius Epistol lib. 5. ad Aquilinum: Cùm in Constantino inconstantiam, in Iouino facilitatem, in Geroncio perfidiam, singula in singulis, omnia in Dardano crimina simul execrarentur. Magi huius in Apologetico meminit Lucius. Et in hortulo Dardanias artes Columel. lib. 10. vocauit magicas incensiones, & præstigiosa susurramina, cuius hæc verba sunt: At si nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniunt artes. Germanicè* fürkõuffler/ hodler *vocantur, quæ vox o in u mutata hominem nequam, siue nebulonem significat. Vlpian. ff. de Extraordinarijs crim. l. Annonam: Annonam, inquit, attentare, & venare, vel maximè Dardanarij solent. Iidem Latinis aliâs Annonarij, à Plin. annonæ flagellatores appellantur, vt diligenter Alciatus annotauit in Mercis appellatione homines ff. de verb. signif. & idem Dardanarij vocem inter eas dictiones numerat, quæ alijs in auctoribus nusquam eo sensu reperiuntur. De hac voce Dardanarij vide etiam Turneb. lib. 9. Aduers. cap. 17. & li. 2. c. 4. Dardanarius in veteri lexico exponitur* παντοπώλης, παντομεταβολος, σιτοκαπηλος. *Hi à Latinis quoq; propolæ vocantur. Cic. De qua voce suprà. Lampridius in Commodo: Imitatus propolas circumforaneos, equos sibi comparant.* Propolæ et fœneratores coercendi Dardanarij qui Dardanus magus.

Græcè (teste Suida) περιτέτθαι, οἱ πρὸ καιροῦ τῆς πρασπαγίων ἀποχυνόμενοι. οἱ πρασπατίζοντες, ἢ μεταπιπράσκοντες πλείονος, οἱ τῶν μεταβολοι καλούμενοι, οἱ προλαμβανόντες τὰ ὄψα πρὶν εἰς τὸ ἀγορᾶν κομισθῆναι. *Iulius Pollux,* ἀναπιπράσκοντας, & ἀναπωλοῦντας, *hoc genus hominum appellari scribit. Nam propolas eos nominat: quos Iurisconsulti Proxenetas, hoc est, interpretes, siue conciliatores rerum contrahendarum. Dardanarius non malè Thales ille sapiens appellari potuisset: qui olearum incpiam prouidens omnes coëmit, & anno insequenti vendidit, vt scribit Aristot. siquidem quæstum turpissimum facilitare voluisset. Sordidi (inquit Cicero in Officijs) putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur: nec verò quicquam turpius est vanitate.* περιτέτθαι. Thales sapiens Græciæ.

Digitized by Google

Pestes Reipub. auari, & dardanarij.

Coërcendi itaq; sunt severis legibus atq; pœnis in Repub. auari isti homines (veræ Reipub. pestes) qui pro more & consuetudine sua vinum, annonam, omnis deniq; generis fruges coëmundo, atq; recondendo, præpropera hac sua emptione, (vt Plauti verbis vtar) flagellant, accendunt & excalefaciunt, hoc est, grauem, difficilem, caramq; reddunt, & quæstum sic cum totius Reip. pernicie, atq; detrimento maximum facere gaudent. Hi enim veri sunt Reipub. tyranni atq; hostes teterrimi existimandi, qui ipsos suos ciues, atq; populares in ipsa pace inopia atq; fame excruciant atq; conficiunt. Hi, inquam, sunt veri & quidem immanissimi ἀνθρωποφάγοι, qui, vt Psal. 14. scriptum est, populum comedunt vt panem, qui, vt Micheas loquitur de huiusmodi hominum genere cap. 6. Carnem populi deuorant, pellem illis detrahunt (zeühend jnen die haut üher die oren ab/schindend vnd schabend sy) atq; ossa eorum nudant, quin & frustulatim dissecant ceu in ahenum posituri, & vt carnem in ollam. Imò huiusmodi homines vel ipsis Anthropophagis veris sunt immaniores, illi enim mortuos tantum deuorant, hi etiam viuos. Eosdem quoq; verè δημοβόρους, id est, populiuoros dixeris, quod est tyrannorum apud Hom. epitheton. ιλ. A. de quo Eustath. ιλ. 68. 26. & 1195. 5. δημοβόρος ὁ δυνάστης ὁ τὸ τὰ δήμου βιβρώσκων, qui populi bona comedunt, cuiusmodi fuerunt illi, de quibus Dauid & Micheas loquitur. Mirum itaq; profectò non est Deum ferè quotidie horrenda sua vindictæ exempla in eiusmodi homines ædere, dum sæpenumero fruges, quæ ab illis reponuntur, auolant, aut aliàs corrumpuntur, atq; pereunt, ac ipsi suspendio, aut alio modo, (cùm spem communis mali se fefelliſſe sentiunt) mortem sibimetipsis consciscunt, nec hac solùm temporali, verumetiam æterna illa beatissimaq; luce, atq; vita semetipsos priuant: quo nihil tristius atq; funestius dici, aut cogitari potest. Nam prohibenti (inquit sapiens Prouerb. 11.) frumentum, maledicit populus: benedictio autem super caput vendentis frumentum. Cui simile illud S. Ambrosij lib. 3. cap. 6. de Iosepho, & diuite auaro in Euangelio. Famis tempore subueniendum, nec auarè partis incubandum, nec pretia captanda. Item: Frumenti largitorem esse decet, non pretij captatorem. Quamobrem magistratus atque principes, si Reipub. atq; ciuium suorum saluti consultum volunt, huiusmodi pestes seuerissimis legibus atque pœnis coërcebunt, nec illos pro libidine sua in Repub. grassari patientur. Quod si hac in re conniuebunt, ac negligentes fuerint, ipse Deus (qui ἔκδικος, hoc est, vindicem habet oculum) populi sui esurientis precibus, querelis atq; clamoribus incitatus, in ipsos grauissimè animaduertet. Sed quid dicam, quòd, prob dolor, perditis hisce nostris temporibus ipsos nobiles, reges, principes atq; etiam Ecclesiarum antistites non pudet execranda hac negotiatione turpissimum quæstum facere? cùm καπηλικὴ olim etiam principum constitutionibus, tanquam res sordida, & illiberalis nobilibus familijs fuerit interdicta? l. nobiliores C. de comm. & merc. Thebanorum lex (teste Aristotele) olim erat, vt nemini ad Reipub. munera accedere permitteretur, nisi per decem annos à mercatura destitisset.

NOTA.

Annona incorrupta, & iusto pretio constans procuranda.

Præterea annonæ præfecti diligenter curabunt, vt alimenta incorrupta, & iusto pretio legitimaq; mensura vendantur, de quo in sacris literis multæ seuerissimæ leges extant Leuit. 19. Deuter. 25. Amos 6. &c.

Artes voluptuariæ tollendæ.

Optandum quoq; esset, vt Christiani magistratus cupedinariorum, atq; popinorum, hoc est, artificum delitiarum atq; voluptatum numerum, qui passim ferè in immensum excreuit, in suis rebus pub. imminuerent. Minimè (inquit Cicero Off. 1.) artes probandæ, quæ ministræ sunt voluptatis: cetarij, lanij, coqui, fartores, piscatores, vt ait Terentius: adde his si placet vnguentarios, saltatores, totumq; ludum talarium. Chrysostomus carnium, vinique venditores, mercatores, & caupones omnes veluti impurissimos homines, etsi homines Christianos, tamen à cœtu Ecclesiastico summouet, quasi omnes illi homines sint venales.

Nunc ea, (de quibus adhuc dictum est) exemplis nonnullis illustrentur.

Ioseph⁹ exemplum prudentissimi magistratus.

Ac primò quidem memorabile, imitationeque dignissimum est illud Iosephi consilium, quod Pharaoni regi Ægyptiorum dedit: vt nimirum frumentum atque annonam plurimam per certos homines colligi atq; recondi curaret, quò deinde populo grauissima illa 7. annorum fame (quam illi Deus reuelarat) afflicto oppressoq;, tantò facilius subuenire, opitulariq; posset. Eodem modo sapientes magistratus frumenti curatores designabunt, qui dum vilis est annona, frumentum è promptuentibus recondant, & aliud insuper in futuram necessitatem coëmant, non quæstus causa, sed vt annonæ difficultate premente tolerabili prætio subditis succurrant, memores sententiæ Solomonis Prouerb. 11.

uerb.11. *Qui iuuat egentes, & communicat frumentum, huic dominum benedicere: contra frumentum ad lucrum occultantes, ab omnibus diris deuoueri. Hebræis illi qui frumentis coëmundis, reseruandis, atq; vendendis & distribuendis populo præfuerunt* משבירים *Maschbirim appellatur, quasi dicas fractores, seu fragmẽtarios, à* שבר *schabar, quod propriè frangere, sed sæpe in sacris literis escam, frumentum, siue annonã comparare, coëmere, distribuere, vel dispertiri, & in Hiphil vendere significat, vt Gen.41.47. Prouerb.11. Sic Ioseph dicitur Gen. 42. fuisse dominator, &* משביר *maschbir distributor, & quasi fragmentator super omni populo terræ, &c.*

Iam verò quoad Græcos, quantam illi hac in re in suis Rebuspub. adhibuerint diligentiam, nomina multorum magistratuum, qui ab illis hanc ob causam fuerunt instituti, satis declarant. Dicti ergo sunt ἀγορανόμοι, ὑπισκοποῦντες τὰ τῆ πόλεως ὤνια, ὅστα κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες, *hoc est, principes siue magistratus, qui res venales vrbium inspiciebant, siue qui ea, quæ erant in foro venalia, administrabant. Aristoteles. Pol.8. & Plat. de Legibus lib.6. eorundem meminerunt. Plato tria facit* ἀρχόντων *genera, nimirum* ἀγυνόμους, τὸ δὲ τῆδε ἀγορᾶς κόσμον, ἀγορανόμους, ἱερῶν δὲ ἱερέας. *Dionysius lib.5. Dion & alij Græci, qui Romanam tractarunt historiam, ædiles Romanos* ἀγορανόμους *vocarunt. Plautus quoq; aliquoties eadem voce Græca seu Latina vtitur, vt in Captiuis:*

Annonæ præfecti apud Græcos.

Agoranomi.

Euge ædilitias hic habet quidem,
Mirumque adeò est, ni hunc fecêre sibi Ætoli
Agoranomum, &c.

Hi verò non annonæ tantùm, sed omnium rerum venalium curatores, atque præfecti fuerunt. Illorum munus ἀγορανομία, *id est, ædilitium munus, siue dignitas.* ὀψονόμοι *similiter magistratus Athenis (dicti ab administratione eorum, quæ ad opsonia pertinebant) qui immodicum luxum opsonatorum coërcebant. Eustathius in* Ιλ.Β.15. Καὶ τὸ ὀψοφαγεῖν, ὅπερ ἔστι παρὰ τὸ δέον ὄψοις χρῆσθαι, ἔνιοι ἤρτησεν ὀψονόμους Ἀθήνησιν αἱρεῖσθαι. ἀπὸ τῆς βυλῆς δὲ οὗ ἢ τρεῖς. Ὀψονομεῖν, *tamen pro* ὀψωνεῖν, *id est, obsonari vsurpauit Critias, teste Polluce lib.6. cap.7.* Σιτώνης *interprete Suida,* ὁ προεστὼς τῶ δημοσίω σίτω, *præfectus publici frumenti, mercator frumentarius, siue frumentator publicus, qui nimirum frumento publico emendo, asseruando, diuendendo, distribuendoq; præerat. Gregor.* οἱ σιτῶναι, καὶ σιτοκάπηλοι, *frumentarij negotiatores,* Kornkäuffler. *Ipsum munus* σιτωνία *dictum est.* Σιτοφύλακες, *quasi dicas frumenti custodes, Suida interprete,* ἀρχὴ ἦν Ἀθήνησιν, ἥ τις ἐπεμελεῖτο ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται, καὶ τὰ ἄλφιτα, καὶ οἱ ἄρτοι ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ιε μὴ ἐν ἄστει, ιε δὲ ἐν πειραιεῖ, *magistratus erant, qui frumento asseruando præerant, curabantq;, vt iusto pretio venderetur, quod ipsum etiam fiebat in pane & farina: erant enim numero in vrbe 15. & 5. in Pyræo.* Σιτοφυλακεῖον, *Suida teste, locus, siue vas in quo asseruatur frumentum,* Kornkammer/der Kornkasten. Σίταρχος *similiter, siue σιτάρχης dicebatur annonæ præfectus coëmundæ, asseruandæ, ac dispensandæ, quum opus erat. Alij commeatui, siue ciborum sumptui præfuisse volunt. Harmodius apud Athenæum lib. 4.* ὁ καταστάθεις παρὰ φυγαλεῦσι σίταρχος. *Budæus* σίταρχον *exponit conuiuij curatorem. Vt cùm ciuitates publicè epulantur, id quod ex Athenæi verbis videtur posse colligi. Nam ibi certa quædam ciborum genera enumerantur, qui à Sitarcha in epulis sacris fuerunt suppeditati. Hinc* σιταρχία, & σιτάρχημα *(Athenæus libro 6.* αὖ ἡ τὸ σιτάρχημα, δεῖπνον ὑπρεπὲς) *munus præfecti annonæ, idem propè cum* σιτωνία: & σιταρχεῖν *annonæ esse præfectum.* Σιτοδότης *frumenti largitor, seu distributor dicitur: vnde* σιτοδοτεῖν *frumentum dare, & distribuere, dimetiri, idem quod* σιτομετρεῖν: & σιτοδοσία *frumenti largitio, siue distributio: quam Suetonius frumentationem appellat.* Σιτομέτρης, *idem qui* σιτοδότης, *(vt in pandectis legitur) frumenti mensor, qui annonæ publicè certa mensura dispensandæ, erogandæq; munere fungitur. Aristot. Polit.4. cap.15.*

Ὀψονόμοι.

Σιτώνης.

Σιτοφύλακες

Σιτοφυλακεῖον.

Σίταρχος.

Σίταρχος etiam publici curator dicitur.

Σιτοδότης.

Σιτομέτρης.

* *Hæc fuerunt ferè nomina eorum, qui apud Græcos cùm frumento, & annonæ publicæ coëmundæ, ex prouentibus colligendæ, asseruandæ, ac distribuendæ præfuerunt, tùm rerum venalium omnium, ac in primis alimentorum curam gesserunt, vt illa incorrupta, & iusto legitimoque pretio, atque mensura venderentur.*

Ex his autem satis constat quanta Græcorum ea in re cura, & diligentia extiterit, quos Romani studiosissimè fuerunt imitati. Tanto nanque illi studio rem frumentariam coluere, vt alueos

Annonæ apud Romanos quãta cura

à singulis regionibus Ægypti ære publico in Nilum ducendos curârint, quibus frumenti vis ingens Alexandriam, atq; inde Romã deferri posset. Et si quis alueos illos perfodisset, Honorius & Theodosius eum vivum cremandum sanxiuerunt, L. Vna. C. de Nili agge non rump. Summum munus, siue magistratus qui in vrbe tàm frumentationi, quàm annonæ præpositus erat, fuit ædilitatis, seu vt alij legunt edulitatis ab edendo, siue edulijs, quibus præerant, nomine deducto. Hinc est illud Lamp. in Alexandro Cæs. Cùm edilitatẽ P. R. ab eo peteret, interrogauit per Curionem, quam speciem annonæ caram putarent? Illi continuò exclamauerunt, Carnem bubulam atque porcinam. Tunc ille non quidem edilitatem proposuit, sed iussit, ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem: tantumq; inter biennium, vel propè annum porcinæ carnis fuit, & bubulæ, vt cum fuisset octominutalis libra, ad duos vnumq; vtriusq; carnis libra redigeretur. Dionys. Halicar. li. 6. Antiq. scribit ædiles tribunorum ministros ac socios fuisse, eosq; annonæ forensis, copiaq; cibariorum curam habuisse, similesq; quodammodo fuisse agoranomis apud Græcos. Hinc Plautus in Captiuis:

Aedilitas Romanorum.

Euge edictiones ædilitias hic habet quidem,
Mirumque adeò est, ni hunc fecêre sibi Æroli
Agoranomum, &c. Idem in Curculione:
Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus, &c.

Apuleius lib. 1. Annonam curamus, ait, & ædilem gerimus, hoc est, ædilitatem, siue (vt veteres dicebant) ædilatum gerimus: & si quid opsonare cupis, vtique commodabimus, hoc est, dabimus operam, vt opsonia moderato iustoque pretio tibi comparare possis. Hinc quoque constat ædiles præfuisse rebus venalibus, & dedisse operam, vt edulia iusto legitimoque pretio distraberentur. Hinc edictiones ædilitiæ Plauto, ad moderanda nimirum cibariorum pretia. Sic Plato 8. de Legibus præcipit Censoribus venalia curæ esse, ne quid venditur, ematurq; pluris minorisue, quàm lex inserit, quàm rerum venalium mensuræ, & pretia constituta sunt. Pomponius Iurisconsultus prodidit Iulium Cæsarem ædiles duos constituisse, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales appellatos. Præerant etiam ædiles cibarijs, quæ in popinis cocta venduntur. Sueto nius de Tyberio: Annonamque macelli Senatus arbitratu quotannis temperandam, dato Ædilibus negotio popinas, ganeasq; vsq; eò inhibendi, vt ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Huc quoque facit illud Senecæ in libro ad Gallionem de Vita beata: Voluptatem inuenies latitantem sæpius, ac tenebras captantem circa balnea, & sudatoria ac loca (scilicet popinas, ganeas, cauponas) ædilem metuentia. Hinc etiam colligi videtur posse, ædilitiæ fuisse potestatis, popinis & ganeæ ciuibus interdicere. Sueto. de Claudio: In ædilitate inquilinos prædiorum suorum contra vetitum cocta vendentes multauit. Ædilium ergo officium erat punire eos, qui venderent cibaria cocta contra legem. Hinc apud Apuleium loco paulò ante citato: Pythias ædilis cùm piscator quidam seniculus hospiti pisces frivolos iniquo pretio vendidisset, illum confestim pro ædilitatis imperio voce asperrima increpans, Non impunè, inquit inter alia, subintellige feres. Iam enim faxo scias, quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coërceri. Et profusa in medium sportula, iubet officialem suum (ministrum) insuper pisces inscendere, ac pedibus suis eos obterere. Ex his apparet, quanta olim ædilium illorum in edu liorum emptione, atq; venditione cura fuerit, quantaq; seueritas in ijs castigandis atq; puniendis, qui iniquis pretijs edulia venderent.

Aedilium officium.

Aediles Cereales.

Aediles popinarum quoq; curam gessêrunt.

Hi verò ædiles Cereales etiam inclinante imperio, non in vrbe tantùm, verumetiam in coloniis, prouincijs atq; limitibus imperij Romani fuerunt, qui frumentum & annonam procurabant, vt ex multis monumentis constat.

Fuit præterea præfectus annonæ magistratus extraordinarius, vtilitatis causa constitutus, vt scribit Pomponius l. 2. §. 17. de Orig. Iuris. Liuius lib. 4. Lucium Minutium nominat: quem præfectum Vrbi à plebe creatum fuisse scribit. Constat eius munus fuisse, vt videret, ne plebs annonæ inopia, & caritate laboraret. Itaque si quid ad annonam pertinens commissum erat, ipse cognoscebat. Marcianus l. 13. D. de Accusat. Mulierem, inquit, propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem, Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt. Eiusdem munus, ac dignitatem Cassiodorus lib. 5. Variar. luculenter describit his verbis: Tui siquidem studij est, vt sacratissima vrbi præparetur annona, vbique redundet panis copia, & satis

Annonæ præfectus.

Digitized by Google

& tam magnus populus tanquam vna mensa satietur, per officinas pistorum, &c. Huc quoq; referenda illa Senecæ eiusdem muneris luculenta admodum descriptio, quæ extat in lib. de vitæ breuitate, Tu quidem (alloquitur Paulinum annonæ præfectum) sub Claudio orbis terrarum rationes administras tam abstinenter, quam alienas, tam diligenter, quàm tuas, sed tamen mihi crede, satius est vitæ suæ rationem, quàm frumenti publici nosse. Et statim. Simile tu putas esse, verum cures, vt incorruptum à fraude aduehentium & negligentia frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore vitietur, & coneaiescat, vt ad mensuram, pondusq; respondeat: an ad hæc sacra, & sub lomia accedas. Hunc nonnulli volunt eum esse, qui οἰκόνομος & πόλεως à Paulo appellatur in epistola ad Romanos cap. vlt. tametsi alij quæstorem interpretantur. Forsan non incommodè ædilem intellexerit, cui tum ædium, tum eduliorum cura fuit.

Verùm de his vnnonæ atq; frumenti præfectis cùm vrbanis, tùm prouincialibus, atq; militaribus, nec non varijs annonæ generibus, vide (si vis plura) apud Lazium lib. 2. commentariorum Reipub. Romanæ cap. 15.

De Sitonia, id est cura, siue munere emendi frumenti (quo verbo Græco Latini quoq; vsi sunt) supra dictum est.

Sed obseruandum præterea, episcopos, id est, speculatores quoq; dictos olim fuisse, qui præerant pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatũ populis ad quotidianum victum vsui sunt, & personas libus muneribus fungunturEpiscopi qui. vt accipitur à Iurisconsulto in explicatione l. Arcadij ff. de muner. & honor. Et talis episcopus ore Campaniæ fuit Cicero in bello ciuili, vt ipse de se testatur lib. 7. Epist. 10. ad Atticum. Vult enim, inquit, me Pompeius esse, quem totæ hæc Campaniæ, & maritima ora habeat episcopum, ad quem delectus & negotij summa referatur.

Dicti sunt etiam episcopi, teste Suida, qui ab Athenienſibus ad res sociorum inspiciendas mittebantur: qui etiam φύλακες, id est, custodes fuerunt appellati: quos Lacedæmonij ἁρμοστὰς nominarunt. Et in hac forsan significatione potius episcopi nomen vsurpatur loco paulò antè citato.

Episcopi eccle sie. Ἐπίσκοπος eodem teste, dicti sunt ἐπόπται inspectores, siue speculatores. Quacunq; significatione accipiatur episcopi nomen apud veteres, illud Ecclesiæ præsidibus optimè conuenit, & ad illorum officij, muneris q; rationem exprimendam valde est accommodatum. Illi enim cœlestem illum panem siue cibum, hoc est, CHRISTVM, verbumq; diuinum populo Dei (cui præsunt) fideliter studioseq; dispensare, ac distribuere debent, & oculos suos in Ecclesia semper habere defixos, eiusq; custodes, ac moderatores sese fidelissimos præbere. Sed hæc obiter. NOTA.

Imperat. Rom. annonæ & ediliorum summa curã habuerũt. Imperatores Romanos annonæ, eduliorumq;, quæ vendebantur, summam curam habuisse, historia testantur. Caius Iulius Cæsar, (teste Suetonio) legem præcipuè sumptuariam (lex sumptuaria dicitur sumptum in cibis emendis coercens: quam cibariam Cicero vocat) exercuit, dispositis circà macellum custodibus (hi etiam episcopi possunt appellari) qui opsonia, contra vetitum (legis sumptuariæ præscriptum) retinerent, deportarentq; ad se, submissis nonnunquam licto ribus atq; militibus, qui si qua custodes fefellissent, iam apposita è triclinio auferrent. Tyberius similiter (eodem teste in eius vita) annonam macelli senatus arbitratu quotannis temperandum censuit, dato ædilibus negotio, popinas, ganeasq; vsq; eò inhibendi, vt ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Idem auctor Neronem quoq; prodidit sumptibus adhibuisse modum, publicasq; cœnas ad sportulas redegisse. Præterea interdixisse, ne quid in popinis coqui præter legumina, aut olera veniret, quum antea nullum non opsonij genus proponeretur. Caij Cæsaris diligentia. Tyberij cura.

Venetorum præfectura annonæ. Turca. Hæc Græcorum & Romanorum institua prudenter imitati Venetiani, Duumuiratum constituerunt in Repub. sua, qui annonæ præfectus & frumentum, & opsonia conuehenda procurent: Prouisadorios vocant. Quinetiam Turcus eandem rem non negligens ædiles habet, qui sedulò, vt populo frumenti sit atq; oryzæ copia, dant operam. Apud Gallos magistrorum hospitij (quos maistres d'hostel vocant) olim erat ius annonæ, quæ in comitatum regium importabatur, per præconem statuendi pretium, eosq; pœnis grauioribus mulctandi, qui societatem coiissent, vt annona granior esset.

Apud nos quoq; sunt, qui edulijs alimentisq; præsunt: vt qui frumento, Kornmeister / qui butyro anckenmeister / qui foro piscario fischschetzer / qui carnario fleischschetzer / qui panibus brotschetzer / siue brotschouwer / quasi dicas piscium, carnium, panum episcopi, seu inspectores appellantur. Hæc de alimentariæ rei præfectis, & eorum muneré:

Sed notandum quoq; est quibusdam in locis certa esse carnibus, piscibus, panibus alijsq; edulijs constituta, ac definita pretia, in alijs non. Lex Cornelia (quam Cornelius Sylla dictator tulit) minora rebus pretia præscripsit. Lutetiæ carnes non certo pretio, vt apud nos, venduntur, sed prout inter emptorem atq; lanium conuenire potest. Hoc nos Germanicè appellamus bym ouß vertouffen.

Delectus in cibis emendis adhibendus.

Nunc postremò de conuiuatoris officio atq; munere quoad ipsam opsonationem, est dicendum. Vt igitur in inuitatione conuiuarum, sic in opsonatione, seu coemptione alimentorum delectus conuiuatori est adhibendus; isq; ad ipsorum conuiuarum cùm qualitatem, tum quantitatem siue numerum est accommodandus. Hinc obsonator ille apud Martialem quærit ex domino, quot & quales sint futuri conuiuæ, & quanti velit cœnare, quo melius deinde atq; commodius opsonari possit.

Incorrupti & salubres cibi comparandi.

Primò itaq; omnium dabit operam, vt alimenta incorrupta atq; salubria coëmat, sanitatis cõuiuarum habita ratione. Summopere contra culpandi sunt homines quidam auari atq; sordidi, qui vt pecunijs parcant carnes, pisces, aliaq; edulia putrida atq; corrupta emunt: quò fit, vt cõuictorum atq; conuiuarum suorum valetudini plurimum officiant, ac quibus se bene benigneq; facere simulãt, ijsdem amicitiæ atq; liberalitatis specie plurimum obsint.

Modus in obsonãdo adhibendus. Luxuria et sordities in obsonando vitanda

Deinde opsonabit tantum, quantum conuiuis sat erit: in quo conuiuarum non modò numerum, verumetiam qualitatem considerabit. Nam & quò plures erunt conuiuæ numero, & quò maiorem cibi, tanto plus erit obsonandum. Cauendum itaq; est, ne vel modum in opsonando excedas, & ita frustra magnos sumptus facias, luxuriosusq; habearis, vel etiam nimis parum opsoneris, vnde pudor tibi postea, si conuiuis victus necessarius desit, incutiatur, & ignominiæ nota inuratur. Certè si in alterutro sit peccandum, satius est atq; tutius nimis multum, quàm nimis parum opsonari. Hinc CHRISTI *discipuli Lucæ 9. cùm Christum magnam illam hominum turbam (quam verbo suo pauerat) externo quoque cibo pascere velle intellexissent, cumq; Christo quantum ciborum haberent interroganti respondissent: quinq; tantùm panes, atque duos pisces: aiunt præterea* εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα, *nisi id nos faciamus, vt abeuntes ipsi tantæ populi vniuersi multitudini cibos emamus, quasi dicerent, id nequaquam esse in promptu, vel omnino fieri non posse. Boni illi Christi opsonatores existimabant minimè fieri posse,*

NOTA.

vt cibos, qui tantæ multitudini sufficerent, sibi comparare possent. At Christus immensa illa sua potestate tantum opsonauit, vt non modò quinque illi panes, atque duo pisces tantæ multitudini saturandæ satis essent, verùmetiam ijsdem auctis & multiplicatis, multum reliquiarum superfuerit. Vnde colligimus, Christum esse, qui vt alijs rebus omnibus, ita cibis quoque benedicit, ita vt vel pauci sæpe cibi plurimos expleant, atq; satient, secundum illud, te aperiente manum tuam, cuncta satiantur. Sic contra eiusdem maledictione (quam homines suis peccatis merentur) fit, vt in magna ciborum copia fame, atque inedia conflictentur, nullisq; ferè cibis expleri satiariq; possint. Iuuenalis profectò opsonatores nimis prodigos atque emaces egregiè his verbis perstringit Satyr. 11.

Multos porrò vides, quos sæpe clusus ad ipsum.
Creditor introitum solet exspectare macelli,
Et quibus in solo viuendi causa palato est.
Interea gustus elementa per omnia quærunt
Nunquam animo pretijs obstantibus, &c.

Item:

Interim si ——
Attendas magis illa iuuant quæ pluris emuntur.

Ibidem paulò post.

Noscenda est mensura tua, spectandaq; rebus.
In summis, minimis etiam, quum piscis emetur
Nec mullum cupias, quum sit tibi gobio tantum,
In loculis, quis enim te deficiente crumena,
Et crescente gula manet exitus, ære paterno, &c.

Laudabilis Corinthiorum cõsuetudo.

Et laudbilissima Corinthiorum consuetudo erat, vt immoderatam opsonandi libidinem coërcerent: de qua sis Diphilus apud Athen. lib. 6. Erasmo interprete:

Hoc

Digitized by Google

Hoc lege cautum eſt hic apud Corinthios:
Si quempiam opſonare ſemper ſplendidè
Videmus, hunc rogamus, vnde viuat? &
Quid faciat operis? Si facultates habet.
Vt reditus ſoluere harum expenſas queat,
Perpetimur illum frui bonis ſuis.
Sin fortè ſumptus ſuperat ea, quæ poſſidet,
Prohibemus huic ne faciat hoc in poſterum.
Ni pareat, iam plectitur multa graui.
Sin ſumptuoſè viuit is, qui nihil habet,
Tradunt eum tortoribus, Prob Hercules.
Nec enim licet vitam abſq; malo vllo degere
Talem, ſcias. Sed eſt neceſſe aut noctibus
Abigere prædam, aut fodere muros ædium,
Aut hæc patrantum iungier commercio,
Aut in foro agere ſycophantam, aut perfidum
Præbere teſtem. Nos genus hoc mortalium
Eijcimus hac ex vrbe, velut purgamina.

Quàm eſſet optandum, vt inter Chriſtianos huiuſmodi inſtitutum, conſuetudoq; vigeret, multò profectò meliore, fœlicioreq; in loco Res publicæ, atq; priuatæ eſſent, nec tot calamitatibus, atq; naufragijs obnoxiæ. De emacitate in genere fugienda, vide Senecam lib. 14. Epiſt. 93. Emas nõ quod opus eſt ſed quod neceſſe. Hæc de quantitate.

Quoad eorundem qualitatem, ibi quoq; maximè eſt habenda conuiuarum ratio, vt nimirum eiuſmodi coëmantur comparenturúe edulia, atq; poculenta, quibus conuiuarum ſuorum vel plærosq;, vel certè illos, qui cæteris ætate, dignitateq; præſtant, ac quorum potiſſimùm in gratiam conuiuium eſt inſtructum, maximè delectari conuiuator nouerit. Hic ergo conſyderanda eſt conuiuarum ætas, ſexus, natio, conditio, valetudo, temperamentũ, palatum, religio, & alia huiuſmodi, atq; ad illa accommodanda eſt obſonatio, vt etiam præparatio, de qua poſtea. Sic enim exempli gratia, alia alimenta iuuenibus, alia ſenibus, alia viris, alia mulieribus, alia Gallis, alia Germanis, alia ruſticis, alia vrbanis, alia operarijs, alia otioſam vitã agentibus, alia ſanis, alia ægrotis, alia denique hoc vel illo temperamento atq; natura, & hac vel illa religione præditis conueniunt, ſuntq; accõmodata. Cibi conuiuarum natura ac commodati cõparandi.

Quanta ſit in palatis humanis diuerſitas, illa Horatij docent:

Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur
Poſcentes vario multùm diuerſa palato.

Ita vix duos reperias, quos eadem iuuent. Per multi ſunt, qui butyri ac caſei ne olfactum quidem ferrent: ſunt quibus carnes nauſeæ ſint, alius elixis, alius aſſis abſtinet. Multi aquam vino præferunt. Quorundam palato gratior eſt piſcium, quàm carnium eſus. Et ſic de reliquis.

Porrò in opſonatione temporis quoq; habenda eſt ratio, ipſumq; conuiuij genus eſt ſæpe conſyderandum. Nam quoad illud, dubium non eſt, quin alia atq; alia opſonia, atq; cibaria hoc vel illo tempore meliora ſint, & ſalubriora. Deinde ſunt certa quædam epularum, præſertim ſolennium atq; ſacrarum genera, quæ certis quoque atque peculiaribus quibuſdam alimentis conſtant, ac ſecundum quæ ipſæ aliquando epulæ nomina ſua ſortiuntur, cuiuſmodi multa apud veteres exempla extant. Sic nos Germani à cibis præcipuis, qui in epulis quibuſdam apponuntur, ipſas epulas denominare conſueuimus, vt: fleiſchmaal/fiſchmaal/krautmaal/*hoc eſt, conuiuium carnarium, piſcarium, olitorium, &c.* Tempus in obſonando obſeruandum.

Hæc de opſonatione: vbi poſtremò illud quoq; notatu dignum, ſingulos nonnunquam conuiuas edulia atq; poculenta conferre, quibus deinde vnà fruuntur: qui amicorum atq; familiariũ frequens admodum mos eſt, & conſuetudo, id quod nos Germani vulgò appellamus, die häfen zůſamen tragen/*hoc eſt, ollas comportare, ſeu in vnum conferre: cuiuſmodi conuiuia ſymbolica appellantur, de quibus in primo lib. eſt explicatum.*

Digitized by Google

DE CIBORVM PRAEPARATIONE,

SIVE DE RE COQVINARIA. DE COQVORVM NOMINIBVS, differentijs, muneribus. De loco coquinario, quæ conuiuatori in ciborum confectione, præparatione ue obseruanda.

CAPVT XIII.

NVNC consequens est, vt de alimentorum, eduliorumue præparatione, siue coctione dicatur. Nam (vt Sidonius ait) cibi arte, nõ pretio: fercula nidore, non pondere æstimantur. Aliquando (vti supra dictum est) edulia iam cocta atq; condita opsonantur: aliquando verò & quidem plerunq; cruda emuntur, quæ deinde præparanda sunt, atq; coquenda. Apud Plutarchum obseruatur, caupones consueuisse carnes, atq; pisces non ab ipsis emptos, sed ab alijs sibi traditos instar coquorum apparare. Scribit enim quendam, cum pisces caponi, vt coqueret, tradidisset, isq; piper & alia quæda pro condiendis illis poposcisset, respondisse: Si hæc mihi essent, profectò pisces non emissem. Idem mos est in Hispania, & alijs in locis, vbi hospites ipsi opsonari, & carnes piscesue caponi, siue stabulario (apud quem diuersantur) coquendos tradere solent.

Edulia aliquando cocta emuntur aliquando cruda.

In præparandis & cõquendis cibis tria sunt notanda. 1. Personæ coquentes cibos.

Iam verò quoad hanc rem coquinariam, seu culinariam in genere attinet, tria sunt consyderanda: nimirum personæ, à quibus cibaria parantur: loca, in quibus: & ipsa cibos coquendi, parandiq; ratio atque modus.

Quoad personas in cibis coquendis occupatas, illæ variæ fuerunt, atque multiplices apud multas gentes, ac varia illorum nomina. Et vt à Iudæis exordiar, primò mihi occurrit illa omnium antiquissima, optima, fidelissimaq; materfamilâs Sara Abrahami coniunx: quæ cum illius maritus tres viros hospitio excepisset, illius iussu statim summa adhibita festinatione, ex tribus satis farinæ similæ panes subcinericios seu placentas ipsis parauit. Deinde vitulum quoq; puero, hoc est, seruo suo dedit, vt illum pararet, hoc est, iugularet atq; coqueret. En duos hic habes coquos, Saram nimirum & famulum. Hinc colligimus, ipsas quoq; matres familiâs antiquitus rem culinariã fecisse atque curasse, id quod hodie quoq; apud nos in bene moratis & constitutis familijs fieri consueuit. Et certè si ipsæ matres familiâs Saræ illius exemplo, & imitatione rem culinariam diligenter tractarent atq; curarent, multorum res familiares longè meliore essent in loco. Nunc verò plæræq; vel superbia, vel mollitia & ignauia, vel etiam imperitia artis coquinariæ illam non attingunt, totamq; ancillis cum maximo rei familiaris detrimento atq; dispendio committunt. In libro Iudicum legimus Gedeonem in apparandis epulis angelo (qui illi apparuerat) & coqui, & pistoris, & dapiferi quoq; postea in ijsdem apponendis munere functum fuisse. Hædum enim caprarum apparauit, panes azymos confecit, panes in canistro, & ius in olla posuit, & illa eduxit ad angelum, id est, illi apposuit, sicuti cap. 6. legitu.

Mulieres olim panes & placentas coxerunt. Matrumfamilias officium est rem culinariam curare. NOTA.

Verba autem quæ Hebræis coquere significant, sunt אפה apha, quod propriè pro panis coctione in fumo accipitur, vt Gen. 19. & coxit azyma, & comederunt. Exo. 12. Coxeruntq; farinã, quam dudum de Ægypto consperſam tulerant. Exo. 16. Isa. 44. Leuit. 24. Hinc אפח ophe, panificus, siue pistor Gen. 40. Os. 7. Et princeps pistorũ Gen. 40. & in fœmin. genere אפית ophot 1. Sam. 8. Filias quoq; vestras faciet tibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Et inde מאפח Maaphe, coctura siue coctum. Leuit. 2. בשל Baschal videtur esse generalius. Exod. 23. Non coques hædum in lacte matris suæ. 2. Reg. 4. Pone illam magnam, & coque pulmentum. Quidam tamen illud verbum volunt propriè significare idem quod elixare, vel coquere in aqua, excepto vno loco 2. Par. 35. ver. 13. vbi est assare: reperitur & aliâs Deut. 16. v. 7. de assatione agni Paschalis, quod propriè צלה zalah dicitur assare ad prunas scil. vel ad ignẽ torrere carnem. Hinc מבשלים mebaschelim, Ezech. 46. istæ sunt domus coquorum. בשל baschel coctio, coctura. Exod. 12. & מבשלות mebascheloth focus super quo coquitur, siue coquinæ. Ezech. 46. טבח tabach, mactator Hebræis accipitur pro coque, propterea quòd hi etiam mactabant pecudes, quæ coquendæ erant. 1. Sam. 9. & suspendit mactator armum, & dicit Samuel mactatori, id est, coquo. Gene. 37. 2. Reg. 25. Ierem. 25. Et in genere fœm. טבחות tabbahoth, mactatrices, id est, coquæ. Gen. 27. per principem חטבחים Hatabachim quidam

Vocabula Hebræa coquere significantia.

Baschal.

Digitized by Google

dam præfectum laniorum, alij præfectum coquorum, alij præfectum militum siue sicariorum significant: ita vt Chaldaica quoq; ambigua sint. Nam per principem siue magistratum interfectorum intelligi potest, vel qui regijs pectoribus mactandis, coquendis, ac in cibum parandis præerat: Germanicè Kuchymeister, vt R. Selomoh, & Iudæi vulgò etiam exponunt. Quam lectionem & 70. secuti sunt, qui ἀρχιμάγειρον reddiderunt, hoc est, coquorum principem. Vel qui carceri & carnificinæ præerat, id est, damnatorum plectendorũ curam habebat, quem vulgò profos appellant. Vel qui militum & sicariorum dux erat, quam lectionem sequitur Latina vulgata editio, quæ habet magistrũ militum. 1. Sam. 8. טבח Nazad coquere scil. pulmentum Gen. 25. Coxit autem Iacob pulmentum, & inde נזיד Nazid, pulmentum siue coctio. Gene. 25. 4. Reg. 4. Aggai 2. עשה Aasa quoq; quod generatim facere significat, aliquando pro coquere vsurpatur. Gen. 18. Seruus Abrahami dicitur vitulum fecisse, id est, præparasse, mactasse, atq; coxisse. זבח mactare, iugulare, & mactatũ pecudem sæpius immolare seu offerre in sacrificio. נזר Sud, vnde forsan Germ. Süden. coquere, quidam à נזר Nasad quod est efferri & intumescere deducunt, quasi exponas effervescere, ebullire, vnde נזיר ebullitionem propriè exponunt decoctum, quod ebullitione coquitur ius, pulmentum, Gen. 25. 29. Cùm ex commemoratis, tùm ex alijs quoq; sacræ scripturæ locis constat, apud Hebræos cùm seruos, tùm liberos, & cùm viros, tùm mulieres rem coquinariã facere, & exercere fuisse solitas. Quoad sacrificia & epulas sacras, ipsi quoq; sacerdotes coquendi munus obierunt. Hæc de Iudæis.

Venio ad Græcos, qui varia habent nomina, quibus eos, qui circa ciborum præparationem sunt occupati, significant. Maximè commune ac generale est nomen μάγειρος, quod secundum Grammaticos dicitur ἀπὸ τῦ μάττειν, hoc est, placentas ex farina parare, siue etiam comedere. Athen. Eustath. Ιλ. δ. pro fermentare, & panes subigere exponit, vel ἀπὸ τῦ τὰς μάζας μερίζειν, à diuidendis placentis. Μαγειρίσαι coquulus, μαγειρεύειν mactare, quòd coqui occidant coquendas pecudes, respondet Hebraico טבח de quo suprà. Μαγειρικὴ τέχνη ars coquinaria, ἀποδιδοῦσα τοῖς ὄψοις ὀφειλόμενα, καὶ προσήκοντα πρόσυμματα, id est, ars coquinaria, quæ cibis adhibet condimenta debita, atq; conuenientia, vt eam Plato definit Polit. 1. Inde ἀρχιμάγειρος princeps coquorum. ὀψοποιὸς similiter coquus dicitur, conuiuij conditor & instructor: qui etiam ὀψοπόνος poëticè. Ὀψοποιεῖν, & ὀψοποιεῖσθαι opsonia parare: ὀψοποιία & ὀψοποιικὴ ars coquinaria. Plato in Gorgia, in Symposio. Aristot. lib. 1. polit. cap. 4. & lib. 7. Ethic. cap. 11. Athenæus tamen lib. 7. ὀψοποιὸν & μάγειρον ita à se inuicem vult differre, vt miles & dux, siue imperator, ὀψοποιῦ enim, inquit, est σκεδάσαι ἢ τεμεῖν πρόσυμματα, ἑψῆσαί τε, καὶ φυσᾶν τὸ πῦρ: at verò μαγείρου munus esse τὸ συνιδεῖν τόπον, ὥραν, τὸν καλῶντα, τὸν πάλιν διπνεῖν τὰ πότε δεῖ, καὶ τὴν ἰχθὺν ἀγορᾶσαι. Ibidem commemorantur, μαγειρικά quædam παραγγέλματα. Ὀψαρτύτης quoq; & ὀψαρεών Pollucis est coquus, opsoniorũ conditor, siue concinnator: inde ὀψαρτυσία Athen. ars condiendi cibaria, quæ etiã ὀψαρτυτικὴ dicitur. Ὀψοδαίδαλοι similiter, qui opsonia variè condiunt Cel. lib. 28. cap. 7. χύτρινον quoq; Athenæ, coquũ vocat, apud quem malè χύτρις & legitur. Δημιοργοὺς olim vocatos eos qui bellaria atq; placentas præparabant Athenæus probat nonnullis testimonijs lib. 4. Ibidem hanc δημιουργῦ & μαγείρου differentiã tradit, quòd δημιουργοὶ πέμματα, id est, bellaria curabãt (quos πεμματουργοὺς Lucianus in Chronosol. vocat) μάγειροι autẽ τὰ ὀψαρτυτικὰ, id est condimenta opsoniorum. Qui panibus atq; placentis confitiendis sunt intenti σιτοποιοὶ, σιτοπόνοι Hesych. & ἀρτοποιοὶ appellantur, pistores panifici, & σιτοποιεῖσθαι panes cõficere. Antiqui (vt testis est Athenæus lib. 14.) coquum vrbanum appellarũt μαίσονα, μαίσονα, ἐπιτόπιον, id est, peregrinum τέττιγα, hoc est, cicadã. Μαίσων (teste Chrysip. Philosopho) dicitur ἀπὸ τῦ μαισᾶσθαι, id est, mandendo, veluti rudis quidã & ventri deditus. Athen. 14. Eustath. Od. Ξ. p. 532. Et quoniam coqui cibos diuidere frustulatim solebant, hinc δαῖτες quoq; & δαιτοπόνοι dicti, & δαιταλουργία ars coquendi.

Fuerunt autem coqui apud Græcos in magno pretio atq; authoritate: id quod multis testimonijs atque exemplis Athenæus confirmat lib. 14. Coquos antiquos dicit τῆς θυτικῆς, hoc est, artis sacrificandi peritos, nuptijs atq; sacrificijs præfuisse, & Atticos præcones coquorum victimasq; cadentium ordinem, locumq; obtinuisse: vnde constet, μαγειρικὴν artem coquinariam σεμνόν iudicatam esse. Κήρυκας apud Homerum boues mactare, præparare, coquere, atque diuidere fuisse solitos, nec non vinum quoque ministrare: vnde κήρυκες quasi κρείττονες, id est, meliores, ab illorũ præstantia ac dignitate fuerint dicti. Hinc ῥίζειν καὶ ἐρᾶν Homero & antiquis idem quod θύειν, id est,

Nomina græca Μάγειρος.

ὀψοποιὸς. ὀψοπόνος.

Differentia ὀψοποιοῦ & μαγείρου.

ὀψαρτύτης.

ὀψοδαίδαλοι.

Coqui apud Græcos non infimi homines habiti.

Coqui sacrificia curabant olim.

Digitized by Google

sacrificare, θύειν *pro mactare (vnde forsan Gallicum tuer,id est,occidere) Matth.22.* σιτιστὰ πεθυμένα,*animalia saginata sunt mactata.In epistola ad Corinth.* ἐτύθη ὁ χριστὸς, *id est mactatus, occisus.. Sic &* ἱερεύειν *sæpe apud Homerum idem quod* σφάζειν, *teste Eustath.in Odyss.p. 79.49. Agamemnon quoque rex apud Homerum* θύει,*id est,sacrificat, & Thrasymedes Nestoris filius securi bouem cecidit,* ὅτως εὔδοξον ἦν, καὶ μέγιστον τὸ τῆς μαγειρικῆς τέχνης ἀξίωμα,*id est,adeò honorabilis, & magna fuit artis coquinariæ dignitas. Apud Romanos quoque similiter censores (qui maximus fuerunt magistratus) purpuram induti,& coronati victimas securi percutiebant. Pluribus deinceps de coquorum artis,q; coquinariæ dignitate atque præstantia disserit, eamq; multorum poëtarum testimonijs confirmat.Inter alia Alexim poëtam dicit in quodam suo opere significare,* ὅτι ἡ μαγειρικὴ τέχνη ὅλως τινὸς ἄλλου ἕνεκα καὶ ἀλλαθέως, *id est artem coquinariam institutum esse vitæ liberis hominibus conueniens. Cadmum Dionysij auum coquum fuisse testatur: neminem quoque veterum Poëtarum,excepto solo Posidippo,in antiquis comœdijs* μάγειρον, *id est,coquum seruum introduxisse: vnde constat non seruile, sed liberale & ingenuum hoc illis visum fuisse vitæ genus.Accesserunt (addit ibidem)* ὀψοποιοὶ,*id est obsonatores & opsoniorũ instructores primùm à Macedonibus,qui eiusmodi artem exercuerunt ob infælicitatem vrbium subiugatarum. Sed mirum non est,Græculos homines cupedijs & voluptatibus summopere deditos,huiusmodi voluptatum artifices & architectos plurimi fecisse. Idem auctor eodem in libro* μαγείρους σκωπτικοὺς, *id est,cauillatores à Poëtis scribit induci,vnde* σκώμματα μαισωνικὰ, *cauillationes Mæsonicæ dictæ sunt,cuiusmodi sunt coquorum. Et lib.9.coquorum* πολυμάθειαν *simul, &* ἀλαζωνείαν *multis testimonijs comprobat. Philo.lib.de ebrietate sub finem, tres dicit esse humani generis* ἐσιάτορας, *hoc est,conuiuatores,nimirum* ἀρχισιτοποιὸν, οἰνοχοὸν, ὀψαρτυτὴν, *propterea quòd trium horum, nimirum* σιτίων, ὄψου, καὶ ποτῶν,*id est,frumenti,panis,obsonij,atq; potus vsum appetimus. Nonnulli* ὀλιγοδεεῖς, *id est, paucis contenti,non nisi necessarijs, & ijs,quæ ad salubriter liberaliterq; viuendum pertinent,vtuntur,& idcirco non indigent* ὑπηρετῶν ποικίλων, καὶ πολυέργων τῶν τέχνων. *At verò qui in voluptatibus ponunt omnia, cupiunt vti* ἀρχιμαγείροις, ἀρχιοινοχόοις, *&* ἀρχισιτοπώλαις ὑπηρεσίαις *summis opsoniorum,vini atque panis coquis,atque conditoribus. Ibidem plura de hac luxuriosa* σιτοποιΐα, *hoc est,cibos parandi condiendiq; ratione scribit.Coqui similiter atque medici hanc differentiã esse dicit,quòd medici omni cum studio illa præparant, quæ sunt salubria,etiamsi nõ sint iucunda, at coqui nulla ferè habita sanitatis ratione, voluptatem tantùm sectantur.Idem de vita Theoretica:* πεμμάτων, ὄψων, καὶ ἡδυσμάτων ποικιλία, ὡς ἂ σιτοπόνοι, καὶ ὀψαρτυταὶ ποιοῦνται, φερομένους ἅ γεῦσιν, ὅπερ αἰαγκαῖον ὧν ἡδῦναι μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ ὄψιν τῇ καθαριότητι, *hoc est, Huc accedunt variæ bellariorum,obsoniorum,condimentorumq; species,elaboratæ à pistoribus & cupediarijs,quorum est cura non tantùm gustui satisfacere, verum etiam oculos exhilarare munditijs. Alexander magnus coquos & pistores contempsit. Nam cùm (teste Plutarcho in eius vita) Adam mater Cariæ regina multa quotidie fercula ei & bellaria mitteret,coquos denique & pistores,quos putabat intelligentissimos: Nihil,ait, his sibi opus esse, meliores habere se coquos à pædagogo donatos Leonida: ad prandium* νυκτιπορείαν *iter anteluca-num,ad cœnam verò* ὀλιγαρκίαν *angustum prandium.*

A Latinis illi,qui cibos coquunt atq; vendunt,siue coquinariam artem exercent,coqui appellantur,à coquendo:coquere autem à cogendo deducitur, quoniam coctum cogendo coërcetur, & ad vtilitatem vescendi perducitur. Isidorus:coctum quasi coactum,id est,ab igne & aqua violento modo actuq; comestioni aptatum.Coquito frequentatiuum. Coquinarius homo,qui artem coquinariam exercet,& coquinaria cum est substantiuum,ars ipsa μαγειρικὴ *dicta, & coquinor,id est, coquinam facio.Vox quoq; græca magirus pro coquo à Latinis vsurpatur.Sic Lampridius in Heliogabalo magirum vocat.Hinc archimagirus,id est,coquorum princeps à Sidonio,& poëta Satyrico appellatur.Sat.9.vbi archimagiros vocat carptores,id est,qui semper aliquid ad comedendum rapiunt,& auferunt,ex epulis Domini.Plautus:*

Neque ego vnquam nisi hodie ad Bachas veni,
In Bachanal coquinatum.

Veteres Romani (vt Plinius scribit lib.18.cap.11) coquos non habuerunt in seruitijs, eosq; ex macello conducebant,id quod ex Plautina quoque lectione passim constat,in Aulularia:

Cadmus Dionysij auus coquus.

Græci natura & voluptuarij.

Coquorum & medicorũ diuersi fines.

Quomodo apud Latinos coquere dicatur.

Coqui olim è foro conducti adhibebantur.

Postquam

Postquam opsonauit herus, & conduxit coquos: adeò vile antiquis erat mancipium. Sed (vt testis est Liuius) post Asiaticam victoriam crescente luxuria, coquus vilissimum antiquis mancipium & æstimatione, & vsu in pretio esse, & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta. Plinius lib. 9. cap. 17. quosdam ait in conquestione luxus quiritasse, coquos emi singulos pluris quàm equos. At nunc coqui (addit ibidem) triumphorum pretijs parantur, & coquorum pisces, nullusq; propè iam mortalis æstimatur pluris, quàm qui peritissimè censum domini mergit. De more autem antiquo coquos conducendi, & simul illorum moribus improbis Plautus in Pseudolo pluribus disserit. Soliti erant in foro stare, aut sedere expectantes donec ab ijs, qui cœnam aliquibus dare cogitabant, conducerentur. In aulularia.

Plinius de coquis.

Plautus.

Postquam opsonauit herus, & conduxit coquos,
Tibicinasq; hasce apud forum.

Idem in Pseudolo:

Forum coquinum qui vocant, stultè vocant.
Nam non coquinum est, verum furinum est forum.

Forum furinum.

Et paulò post:

Sed cur sedebas in foro si eras coquus,
Tu solus; præter alios. Et mox:
Qui enim cùm extemplo veniunt conductum
Coquum, nemo illum quærit, qui optimus & carissimus'st
Illum conducunt potius, qui vilissimus'st.
Hæc ego fui hodie solus obsessor fori, &c.

Hodie quoque moris est, in conuiuijs magnificis, vt aliunde accersantur, atque conducantur coqui artis coquinariæ periti. Quoad mores antiquorum illorum coquorum, illi à Plauto egregiè exprimuntur. Nam militi atrociter minitanti coquus respondet:

Mos antiquorum coquorũ.

Sis tu in legione bellator si vis, at ego in culina Ares.

Auxit coquus bellatoris verbum. Mars enim Deus belli est. Quòd autem dixit Ares pro Mauors, non est Plauto nonum Græcas voces admiscere Latinis. Quanquam in nonnullis exemplaribus habetur aues, in nonnullis Aries, sed mendosè. Sic Ballio coquum suum, quem conduxerat, mulsiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem vocat. Coquus ipse:

An inuenire postulas quenquam coquum,
Nisi miluinis, aut aquilinis vngulis? Cui Ballio:
An tu coquinatum te ire quoquam postulas,
Quin ibi constrictis vngulis cœnam coquas.

Iubet deinde seruo suo, vt illum diligenter obseruet, atque custodiat, ne quid furtifica illius manus auferant. Idem mores in Aululari a quoque egregiè depinguntur, vbi rapacida, hoc est, fures atque rapaces appellantur. Euclio:

Quid sis me rogitas? qui mihi omneis angulos
Furum impleuisti in ædibus misero mihi
Qui mihi intromisisti in ædes quingentos coquos
Cum senis manibus, genere Geryonaceo.
Quos si Argus seruet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit,
Is nunquam seruet, &c.

Inde etiam colligimus, illos ob furtum, vel etiam furti suspicionem sæpe comprehendi, vinciri, verberari, in puteum condi solitos fuisse. Sic enim Strobilus seruus loquitur:

Coquorum improborũ pœna

Hic apud nos magna turba, ac familia'st.
Suppellex, aurum, vestes, vasa argentea,
Vbi si perit quippiam (quod te scio
Facilè abstinere posse, si nihil obuiu'st)
Dicant, coqui abstulerunt: comprehendite,
Vincite, verberate, in puteum condite.

Digitized by Google

Puteus. Puteus hic (vt Lambino & Turnebo placet) intelligendus, non in quo sit aqua perennis, sed locus subterraneus, & suffossus, & quasi barathrum quoddam. Eiusmodi (vt illud addam) fuit puteus ille, in quem Iosephus, & in quem Ieremias fuerunt coniecti. Conijciebant in puteum etiam eos coquos, à quibus sibi cauendum esse, ne quid furarentur, existimabant, quibus & nihil committendum arbitrabantur: vt Plautus:

Curate, ego interuisam quid faciant coqui,
Quos pol vt ego hodie seruem, cura maxima'st,
Nisi vtum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant,
Inde coctam sursum subducemus corbulis, &c.

Nundinalis coquus quis. Notandum etiam, quòd nundinalis coquus ibidem appellatur, qui in nonum diem solet ire coctum, hoc est, malus, imperitus, ignobilis, qui non quotidie, sed nono tantùm quoquo die conduci solebat. Alludituir autem ad nomen Nundinarum, quæ à nono die, siue à nouem diebus dicta sunt, propterea quòd cum rustici dies octo rure in opere faciendo versati essent, nono in vrbem veniebant ad leges cognoscendas, quæ promulgatæ erant, & ad mercatum. Coqui præterea ad hunc modum possunt diuidi, vt alij dicantur priuati, alij publici.

Alij ex coquis priuati. Priuati, qui alicui seruientes coquinariam exercent: de quibus illud Martialis intelligi potest:

Non satis est ars sola coquo seruire palato,
Nanque coquus domini debet habere gulam.

Alij publici. Publici coqui sunt, qui vt dapes vendant publice popinam tenent, hoc est, tabernam in qua dapes coctas, & vina vendunt: à qua popinones dicti, & ipsi coqui & popinam exercentes, & luxuriosè atque in popinis viuentes. Artes præterea ministræ voluptatis sunt, (vt inquit Cicero) Cetarij, lanij, fartores, piscatores, vnguentarij: his adde pistores. De pistoribus Rom. elegans est ille Plauti iocus sub Ergasili persona in Captiuis.

Pistores. Tum pistores Scrophipasci (scrophas pascentes, vt molitores) qui alunt furfure sues
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.

Antiquitus fornacem in pistrinis habebant farinarijs, & Pistores dicebantur, qui frumenta pinsebant & panem faciebant, nunc pistrinarij. Vnde Martial. de Cipero pistore: Et panem facit, & facit farinam. Plinius testis est lib. 18. cap. 11. pistores Romæ non fuisse ad Persicum vsq; bellum, annis ab Vrbe condita super 580. Ipsi panes faciebant Quirites, mulierumq; (quas pistrinas idem vocat, dicta etiam sunt panificæ, vt ipsa factura Panificium) id opus erat, sicut etiam nunc in pluribus gentibus. Et paulò post: Certumq; fit Attei Capitonis sententia tostum panem lautioribus coquere solitos, pictoresq; tantùm eos, qui far pinsebant, nominatos. Plutarchus tamen in Problem. Romanis testatur, antiquitus mulieribus neq; molere, neque coquere licuisse, idq; forsan memoria pudorum cum Romanis initorum. Post raptum enim Sabinarum, & pace bellum mutatum, id quoq; in pactis scriptum fuit: Mulierem viro Romano neq; molere debere, neq; coquere. Apud Iudæos mulieres panem pinsere, atq; coquere fuisse solitas constat ex sacris literis. Leuit. 26. Decem mulieres coquent panem in clibano, siue furno vno, id est, Cum alioqui ibi plerunq; singuli suos clibanos, aut furnos habuerint, tamen tanta erit penuria frumenti & annonæ, & tam parum panis coquere poterunt, vt possint in vno clibano simul coquere panem. Hinc quoq; colliges mulieres apud Iudæos panem facere solitas. Clemens Alexandrinus lib. 3. cap. 10. Pædag. de exercitijs honestis atq; vtilibus verba faciens, mulieribus congruere dicit, τὰ λαοσιεργίαν, καὶ ἱερουργίαν, id est, lanæ, atq; telæ confectionem, & vt adsit τῇ πεπλώσῃ, id est, pistrici. Præterea decet illas ἀνδρικῶς προκομίζειν ἀπὸ τοῦ ταμείου, id est, ipsas per se ex penuario depromere ea, quibus opus est, καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν, id est, ad pistrinum, aut molendinum accedere illis non est turpe: quia etiam οὐδὲν τὸ ὄψον ἀχολεῖδαι, id est, in opsonio coquendo versari vxori οἰκουρῷ καὶ βοηθῷ, id est, domus custodi & auxiliatrici non est ignominiosum, siquidem id gratum sit marito. Libet hîc paulo plura addere de pistoribus, & coquis. Apuleius lib. 10. At illorum alter pistor dulciarius, qui panes & mellita concinnabat edulia. (Lucianus ἄρτους πέπτειν καὶ μελίπηκτα χειρὶ διατάμνω, hoc est, qui panes conficere, & cibaria ex melle concinnare sciebat) Alter coquus, qui sapidissimis nutrimentis succum, id est, succorum pulmenta condita vapore mollibat. En hic differentiam pistorum & coqui.

NOTA.

& coqui. Pistores in genere dicuntur, qui panem faciunt, quos Graeci ἀρτοποιοὺς vocant, item σιτουργοὺς, σιτοποιοὺς, ἀρτοκόπους, ἀρτοπώλας, ἀλφίτας. Sed antiquitus (teste Plinio) vocabulo ἀρτοποιῶν nominabantur, qui far pinsebant. Hinc pistor dulciarius is dicitur, qui dulcia conficit & mollita cibaria, quae Graecè μελίπηκτα dicuntur, qualia sunt, quae à Latinis bellaria dicuntur. Sic lactarius dicitur, qui ex lacte facit lacticinia, quae etiam lactaria vocantur. Lampridius Heliogabalum scribit, habuisse dulciarios & lactarios, qui omnia coquorum edulia exhiberent ex dulcibus, & lactarijs: vbi lactaria significant lacticinia, quae Cornel. Cels. lactantia vocat, sic scribens: Aluũ mouent mel crudum, lactantia omnia. Apuleius loco paulò ante citato, pistorem dulciarium dicit reportasse reliquias largissimas, nimirum panes, crustula, placentas, edulia mellita operis pistorij, (quorum etiam Horatius & Iuuenalis meminerunt) iucunculos, hamos, lacertulos (nomina sunt operis pistorij à similitudine nuncupata) plura scitamenta mellita, id est, edulia ex eo dicta, quòd sciti, hoc est, egregij & praecellentis sint saporis. Vt autem pistor ἄρτον & πλακοῦντα, ita coquus carnium & piscium reliquias domum reportabat. Huc pertinet illud Tranquilli in Vitellio: Continuò igitur abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus pistore & coquo, Auenticum, vt paternam domunculã, petijt. Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios. Et lib. 9. Epistolarum Famil. ad Patum: In ea cœna coquus meus praeter ius seruens nihil potuit imitari. Scitum est illud Ciceronis, quod à Quintil. lib. 6. citatur: Cùm is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium haberet, Ego quoq; inquit, tibi iure fauebo. Alludens scil. ad coquinarium ius. C. Iulius Caesar, teste Suetonio, domesticam disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeoq; seuerè rexit, vt pistorem alium, quàm sibi, panem conuiuis subijcientem, compedibus vinxerit. Apponebat enim Caesari siligneum & delicatiorem, conuiuis verò secundarium & cibarium.

Pistores à Graecis quomodo vocentur.

Pistor dulciarius.

Pistor lactarius.

His adde alios eduliorum confectores, conditores, atq; venditores, cuiusmodi est ζωμοτροποιὸς iuris faciendi artifex (ein suppenschmid) & crustularius Senecæ, qui crustula vendit, offlatenbacher. Libarius Senecæ, qui liba & placentas parat venalia, fladenmacher/ kuchlybacher: qui sub pistore dulciario (de quo supra) continentur. Item Lactarius Lampridio. Caesarius τυροποιὸς, τυροπώλης. Qui è lacticinijs edulia concinnat Tragematopola, ταγηνιστοπώλης, κεγχρανοπώλης Hesych. ein zuckerbacher. Salgamarius Columellæ, qui salgama & fructus muria conditos vendit, ταριχοπώλης, ἁλμαιοπώλης, ἁλμυρτὴς, der eyn gesaltzne kretter verkaufft. Salsamentarius Cornificio, Salarius Martiali, qui salsamenta, hoc est, pisculenta, aut carnulenta edulia vendit, ταριχόποιος, Laërtio ταριχοπώλης, eynsaltzer. Salarius quoq; est, qui salem in micas, siue ramenta (vtroq; enim vocabulo Plinius vtitur) cogit, & concrescere facit, ἁλοπηγὸς Nicandro: & qui salem vendit saltzmacher/ oder verkauffer. Piscarius Varroni, siue Piscator ἰχθυοπώλης, fischverkauffer. Cetarius Ciceroni, κητοπώλης, der die grossen meerfisch verkaufft. Lanius & Lanio Ciceroni, Liuio carnarius, κρεουργὸς, κρεοπώλης, κρεοδαίτης, metzger/kuttler/schlachter. Fartor Terentio & Ciceroni, qui farcimina & farta implet ad esum, teste Donato, ἀλλαντοπώλης, ein würstmacher. Fartor Columellæ, qui aues altiles farcit & saginat, σιτευτὴς. Pomarius Horatio, ὀπωροπώλης, ὀπωρώνης Demost. qui poma venalia prostituit. Omnino hi qualescunq; cibi præparandi, conficiendi, condiendiq; ministri ad duo summa genera videntur posse reuocari.

Nomina eorũ, qui varia edulia conficere, condire, vendere solent.

Vnum est eorum, qui panes atq; placentas omnis generis conficiunt: qui in genere pistores, à Graecis σιτοποιοὶ, Hebraicè אפים ophim appellantur.

Alterum est eorum, qui in opsonijs, hoc est, piscibus, carnibus, atq; etiam pomis coquendis, condiendisue sunt occupati, qui ab Hebrais generatim Tabbahim, id est, mactatores, à Graecis μαγειροι, & ὀψοποιοὶ, à Latinis coqui appellantur.

Notabis etiam apud Graecos, & Romanos ὡς ὀλίγου τὸ πλεῖστον viros rem coquinariam exercuisse, vt hodie mulieres: nisi quòd in principum aulis viri potissimùm coquinarium illud munus obeunt. Dixi suprà apud Romanos cùm viles & conductitios antiquitus quosdam homines, tùm posteris temporibus seruos artificium hoc coquinarium exercuisse. Pudeat ergo nos Christianos, qui hodie tantum coquinariæ illi arti tribuimus, cui nobiles inprimis puellas atq; matronas passim mirum in modum addictas esse videre licet, quæ quidem nullum nouas subinde delitias, atq; lauritias

NOTA.

excogitandi conficiendiq; finem faciunt, quibus hominum non modò res atq; fortunæ, verùmetiam corpora atq; valetudo corrumpuntur. Memorabile quoq; est illud, quod Fabritius Tigurinus & alij in suis peregrinationibus commemorant. Alcairi (quæ olim Memphis dicta est) quotidie circiter 12. ferè millia coquorum passim per vrbem obambulare foculos in capitibus gestantes: qui quibusuis id postulantibus pro mercede cibos statim in platea coquere, atq; parare solent. Nam tanta est ibi lignorum penuria, vt priuatas in ædibus culinas non habeant.

Hæc sint dicta de personis cibos, siue edulia qualiacunq; quocunq; modo præparantibus, coquentibus, mollientibus, conficientibus, condientibus.

Locus coquendis cibis accommodatus.

Nunc locus in quo illa parantur atq; coquuntur, significandus videtur.

Locus parandi coquendiq; cibos in genere à Græcis μαγειρεῖον, & ὀπταῖον, à Latinis nunc ab ipso coquo coquina, nunc à colendo igne (secundùm Varronem) culina, quasi colina dicitur. M. Varro de re rustica lib. 1. In primis culina videnda vt sit admota, quòd ibi hyeme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, cibus paratur ac capitur. Et Columel. de re rustica. lib. 1. cap. 6. Ac in rustica parte, alta, & magna culina ponetur, vt & contignatio careat incendij periculo, & in ea commodè familiares omni anni tempore morari queant Hebraicè מבשלות Mebaschelocth, & foci & culinæ appellantur. Hæc si publica fuerit, toti Reipub. non priuatim singulis inseruiens, rectius popina dicitur, in qua opsonia iam cocta venditantur, & addicuntur cuilibet licitanti, vnde vncta ab Horatio dicta, in qua etiam olim helluabantur, vt hodie quoq; fieri consueuit.

Culinæ publicæ sunt popinæ

Culinæ priuatæ.

Quoad priuatas culinas, Seruius vult illas olim fuisse in illa ædium parte, quæ atrium dicitur, vnde à fumi nigrore nominis ratio. Focus locus magis specialis, in quo ignis seruatur, à fouendo, quod proprie est calidum tenere, siue calefacere: Græcè πυριατήριον, & ἑστία, & ἐχαρίς, siue ἐχάρα dicitur. Ouidius:

Focus, & eius derivata.

At focus à flammis, & quòd fouet omnia dictus.

Hinc apud Plautum in Captiuis:

Ignem ingentem fieri volo. Item pōst:
Laridum, atque epulas foueri foculis, &c.

Eius diminutiuum foculus, & inde aliud focillus, à quo focillo calefacio, vnde aliud compositum refocillo, id est, recreo, & inde focillatio, & refocillatio, id est recreatio. Veteres foculare quoque aliquando pro focillare vsurparunt, & focula pro nutrimentis, teste Nonio. Plautus in Persa:

Focillare.

Iam intus ventris fumant focula, id est, nutrimenta.

A foco quoque deriuatur focaria. Hieronymo, culinaria ministra, quæ focum colit, Græcè μαγείρισσα, vt ab ἐχάρα id Græcè focum significante, deducitur ἐχαρεύς Polluci, qui foco præest. Laribus autem sacer erat focus, thure, & floribus ibi sacrificante rudi illa maiorum antiquitate. Vnde vernaculus sermo focum nunc foculare nominat, quasi laris focum. Fertumenta, quibus ligna sustentantur, dum ardent in foco, non inelegantter meo iudicio quidam alaria dixerunt, quasi ad larem parata. Isidorus focum à tolendo ignem, & ligna vult ab antiquis fuisse appellatum, φῶς enim Græcè, Latinè ignis est. Varro autem focos ait dictos, quod foueant ignes: nam ignis ipsa flamma est: quicquid autem ignem fouet focus vocatur, seu ara sit, siue quod aliud in quo ignis fouetur. Foco superstructus est Caminus vel cum pariete, vel extra parietem productus, quo fumus excipitur, & deinde per infumibulum, seu fumarium transpirat. Vbi accuratè cauendum est, ne quid nigri ex fumo subsideat, quod fuligo dicitur, ne aut frigentibus, aut elixantibus aut assantibus obsit. De voce κλίβανος, κλίβανος, ἰπνὸς, vide Brodæum Miscell. lib. 5. cap. 21. Hebr. אור Vr (vnde forsan vox Latina vro) focum, & תנור Thannur clibanum siue caminum significat. Leuit. 2. coctum furni. Et cap. 11. coniunguntur, Vr & thannur, id est, focus, & caminus, destruuntur. Furnum (qui sic à furno, id est, atro dictus est, teste Pompeio) extra domum, quæ magno ædificatur, vt fœnilia quoq; atque lignilia, propter ignis periculū Franciscus Marius censet esse debere in suo lib. de part. ædium. Idem veteres fornacem dicit habuisse in pistrinis farinarijs. Hæc de loco coquinario.

3. Cibos coquendi parandiq; ratio.

Nunc de ipso officio atq; operibus coquinarijs, coquendi denique modò, atque ratione generatim quædam dicenda.

Officia & virtutes coqui.

In iusto & fideli coquo has conditiones Villichius in sua magirica requirit, vt sit artificiosus, vt experiens, vt laboriosus, vt laudis cupidus, vt mundus, vt gustatu excellat, vt denique non sit

gulosus

guloſus & edax: quæ ſingulæ ab illo pluribus explicantur capitite primo. Deinde vult illum habere in promptu σκευη μαγειρικὰ, inſtrumenta atque vaſa coquinaria, ita vt non ſit illa opus à vicinis vſque ad tædium poſcere: quorum ab illo quædam genera commemorantur. Eorundem catalogum vide apud Pollucem lib. 6. cap. 13. & Bayf. in lib. de vaſculis. Franciſcum Marium de partibus ædium lib. 2. cap. 4. Idem auctor eodem in loco τὰ τῆς μαγείρου, id eſt, coquorum opera, actiones ſúe proprias vno quaſi faſciculo complectitur. Ea ſunt primò καπνίζειν (quod tamen poſtremo loco ab illo ponitur) hoc eſt, interprete Euſtath. ιλ. β. τὸ πῦρ ἀνάπτειν ὅτι θυσία τε, καὶ ὅτι ἀναγκαίῳ δείπνῳ τῷ μετὰ τῆς μάχης ἐπακολουθεῖ γὰρ τῇ τοῦ ξύλων καύσει καπνὸς, id eſt, ignem accendere ſacrificij conuiuiiq́ gratia: ſecundùm illud Homer:

καπνίζειν quid.

Κάπνισαν τε κατὰ κλισίας, καὶ δεῖπνον ἕλοντο.

Vbi tamen illud κάπνισαν *pro* ἔθυσαν *quoque vult poſſe intelligi, hoc ſenſu, primò ſacrificarunt, & fumo atque nidore Deos placarunt, deinde cibum ſumpſerunt. De eodem verbo vide Euſtath.* ιλ. λ. *& Cælium lib. 14. cap. 21. Hinc ligna arida & exiccata ad exardeſcendum facilia* ἀκαπνα *à Martiali appellantur, quæ amurca conſperſa, nullius fumi tædio ardere docent M. Cato, & Plin. Cælius lib. 13. cap. 48.* χίζαι, *teſte Ariſtophanis Scholiaſte (vnde forſan noſtrum* ſchyten, *id eſt, ſcindere ligna) propriè dicebantur à veteribus ligna ſacrificijs adhibita, ſecundùm illud Homeri:*

——καὶ δ' ὅτι χίζη ὀιέσσιν.

Ignis autem (qui auctore Varrone à naſcendo dictus eſt, quod inde omne naſcitur) faciendi, ſeu accendendi rationem eleganter his verbis Vergilius deſcribit:

Ac primùm ſilicis (πυρίτης *Græcè lapis, quo ignis excutitur) ſcintillam*
excudit Achates:
Suſcepitq́ ignem foliis, atque arida circùm
Nutrimenta dedit, rapuitq́ in fomite flammam.

Ratio conſeruandi ignem ex Moreto Vergilij liquet:

Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus,
Et cinis obductæ celabat lumine prunæ.

De his omnibus vide multa lectu digna apud Franciſ. Marium in Lexico de partibus ædium lib. 3. cap. 4.

Alia porrò coquorum opera ſunt καθῆραι, *id eſt, purgare, ſiue mundare, quòd cùm ad culinam atque vaſa, tùm ad edulia ipſa referri poteſt, quæ omnia pura ac munda debent eſſe. Item* κόψαι, τεμεῖν, διατεμεῖν, ῥαχίσαι, *id eſt, piſces, carnes, alia ue edulia ritè & & aptè diuidere ac diſſecare: vnde coqui* διαιτοὶ *quoque dicti ſunt: Quò etiam Paulum nonnulli verbo illo* ὀρθοτομεῖν *verbum Dei, alludere volunt in Epiſtola 2. ad Timotheum capite 2. Sed maximè propriæ illorum actiones ſunt* ἕψησαι, ἑψῆσαι, ὀπτῆσαι, ἁδύνειν, ἀρτύνειν ὀψυλοδεῖν, *torrere, elixare, aſſare, dulcorare, exquiſitè apparare, condire: vnde* ὀψυλεόσεις & μορθολόσεις *Pollùci* αἱ περιττοὶ ὀψοδασίαι, *exquiſitiores ciborum apparatus, & lenocinia coquorum, &c.*

Eſt autem triplex omnino cibos præparandi, coquendiq́ ratio: nimirum aſſare, elixare, frigere ſiue torrere, braten/ſieden/röſten. *In vſu mortalium primò aſſa, ſecundò elixa, tertiò iurulenta fuerunt, vt docet M. Varro.* Triplex cibos coquendi ratio

Aſſum dictum, quod ab igni aſſudeſcit, ſudando enim aſſum diſtillat calore. Aſſum Iſidoro quod ardeat, quaſi arſum. Quidam aſſum ex eo dici arbitrantur, quod ſine pigmento ſaporis alicni in opſonijs inferebatur. Aſſum enim ſolum veteres dixerunt: vnde & aſſa vox nominantur ore prolata, non admixtis alijs muſicis vocibus. 1. Aſſare.

Elixum verò nuncupatum quod ex aqua decoctum eſt (nam lixam aquam veteres dixerunt) vnde & lixæ dicti miniſtri militares, qui aquam ad tentorium ſolent ferre. 2. Elixare.

Iurulentum à iure dicitur, quod & iuſſulentum poſſe appellari teſtis eſt Apuleius in Apologia. Frixum Iſidoro à ſono dictum, quod in oleo ardet. 3. Frigere.

Cornelius Celſus ait, carnem magis alere iurulentam, quam aſſam, aſſam magis quàm frixam. Bonæ igitur valetudini potius, quàm paruæ voluptati conſulendum. Elixam frequentius apponere præſtabit, cùm propter ſalubritatem, tum quia familia commodior erit. Eumæus apud Homerum ὀδ. Ξ. *coqui functus officio, Vlyſſi domino ſuo ſibi ignoto ſumma celeritate epulas apparauit: quem apparatum hoc modo Poëta deſcribit. Dicit illum ad porcorum ſtabulum accurriſſe, indeque* Homerica deſcriptio apparatus coquinarij.

dexos porcellos sumpsisse (conferi hunc locum cum illo conuiuij apparatu, quo Abrahamus vsus est Gene.18.) addit deinceps:

—— καὶ ἀμφοτέρους ἱερεύσιν.

ἱερεύειν. Nota hic verbum ἱερεύειν, vt & verbum θύειν, pro occidere, siue mactare vsurpari. Deinde:

ἴυτέτην, μισυλλέετην, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρεν,
Ὀπτήσας δ' ἄρα πάντα φέρον παρέθηκ' Ὀδυσῆϊ
Θέρμ' αὐτοῖς ὀβελοῖσιν, &c.

Eustath. in hunc locum, Obserua inquit, Eumæum carnes assatas domino suo apponere, ob festinationem adhibitam. Aliàs enim elixatio magis laudatur, quàm assatio, non solùm enim (vt aiunt) cruditatem tollit, verùm etiam dura emollire, ac reliqua concoquere potest. Adhæc λιπαρώτερον καὶ ἀχυλωτότερον συμπέπτειν τῷ στόματι. Carnes assas elixis humidiores esse, an sit existimandum. Aristotelis & Galeni sententia, quæ pugnare videbantur, nullo negotio conciliata ab Hieronymo Magio. Miscell. libro primo capite decimonono. Athenæus tamen libro primo. Carnes, inquit (de Homericis epulis verba faciens) solùm assabant, nusquam enim quenquam eas elixantem fecit. Hinc Eustath. quoque in Od. M. p. 494. ὅτι δὲ τὸ ὀπτᾶν ἐπιχωριάζει τοῖς τότε μᾶλλον ὑπὲρ τὸ ἕψειν, δηλοῖ καὶ τὸ ὀπταλέον: ὑγιὲς ἀλλοθεν ἠξιώθη τὸ μαγειρεῖον καλεῖσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὀπτᾶν. Hinc sæpe κρέα ὀπτὰ λέα, id est, carnes assa. Eustath. in illa verba Od. A.

Carnium assatarum vsus apud veteres.

Cur Græcis dicta ὀπταλέον.

Μισυλλόντ' ἄρα τ' ἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρεν,
Ὠπτήσαί τε πεῖρόν τε δαῖτος: Dicit Heroes plerunque carnibus assatis vsos fuisse ex quibus suis animalibus. πεῖρόν τε δαῖτος autem ὀπτᾶν Homero idem quod ὀπτησμόνως: quoniam (vt aiunt) ἐμπειρίας χρεία τοῖς ὀπτῶσι, καὶ ἐποπτείας συχνοτέρας ἢπερ τοῖς ἕψουσι, hoc est, quoniam assatio experientiam, atque inspectionem crebriorem requirit, à qua ipsa ὄπτησις videtur dicta, vt & ὀπταίνω, quod non est in vsu, à quo ὀπταλέον, locus in quo edulia assantur. Attici autem ἀπαυθεχίζειν appellant ὀπτᾶν, Hinc ὄψον quoque, & ὀψάριον siue generatim pro quouis opsonio, siue speciatim pro piscibus accipiatur (de quo suprà) non tam ab ὀπτᾶν (vt Plutarcho, Eustathio, & alijs placet) quàm (vt Beza vult in suis commentarijs in Nouum Testamentum) ἀπὸ τοῦ ὀπτᾶν, id est assando dicitur, propterea quòd vt carnes, ita pisces quoque assari potissimùm à veteribus consueuerant. Et huc facit locus ille Ioannis vigesimo secundo. Cùm (inquit Ioannes) descendisset in terram, viderunt ἀνθρακίαν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον, id est, vident prunas positas, & piscem impositum, & panem. Sed nolo hic pluribus de ratione atque modo quosuis cibos coquendi, conficiendi atq; condiendi verba facere: de quo & Apitius olim summus eius rei artifex, & Villichius vir doctus atque pius in suo Magirico libello, & Bruyerinus Gallus de re cibaria cõpiosè admodum scripserunt. Extant præterea in omnibus ferè linguis multi libri, atque opera ὀψαρτυτικὰ, siue μαγειρικὰ, quæ consulere poterunt illi, qui eius rei sunt studiosi. Item de coquinaria arte, seu potius illius abusu vide Agrippam in libris de Vanitate scientiarum. Sed optandum profectò esset, omnes eiusmodi delitiarum, atque lautitiarum inuentores, inuenta, atque libros è medio esse sublatos.

ὄπτησις, id est assatio vnde dicta.

Conuiuatoris munus quoad ciborum præparationem.

Illud tamen in genere monendum, conuiuatori primò dandam esse operam, vt cibi in tempore atque maturè sint parati, atque cocti, ne conuiuis, vbi aduenerint, din sit exspectandum. Deinde vt debito iustoq; modo parentur. Vnde Plato (vt Lucianus in libro de Parasito citat) dixit: τὸ μέλλοντα ἐσιάσεσθαι, μὴ μαγειρικὸν ὄντα, σοφιζομένης δοίνης ἀχυροτέρα πεῖσις, id est. Qui conuiuas epulis accepturus est, neque rei coquinariæ fuerit peritus, eius in adornando conuiuio pertenue iuditium est. Hic in primis non tam voluptatis, quàm sanitatis habenda ratio, & ad illam potissimùm ciborum confectio, atque præparatio est accommodanda.

Deinde speciatim cùm ipsa edulia, tùm conuiua, tùm denique conuiuij genus est considerandum. Nam quoad ipsa edulia, alia hoc, alia alio modo omnino sunt coquenda. Sic enim, exempli gratia, pisces quidam sunt, quos assari conueniat potius, quàm elixari, vt testis est Athenæus libro tertio. Vnde etiam apud Horatium de piscibus quibusdam assandis præcipitur libro secundo Satyra quarta. Idem de carnibus, & alijs cibis existimandum.

Quoad

Quoad ipsos verò conuiuas, illorum quoq; vel omnium, vel maximè partis, vel certè præstantissimorum quorumq; palatum, vt ita loquar, conuiuatori debet esse cognitum, vt ad illud ciborum coctio, seu præparatio possit accommodari. Huc facit illud Martialis:

Non satis est ars sola coquo seruire palato,
Namque coquus domini debet habere gulam.

Sæpe quoque ipsum conuiuij genus certam quandam, & peculiarem ciborum præparationem requirit. Sic (vt ex multis vnum proferam exemplum) epulum illud Paschale carnibus non elixatis, sed assatis, ac pane non fermentato, sed azymo seu infermentato (quem Tacitus paxem Iudaicum appellat) ex ipsius Dei præscripto, atque mandato antiquitus erat celebrandum: quæ omnia mysticas suas, seu typicas habuerunt significationes. Panis Iudaicus.

DE TEMPORIS LOCIQVE CONVIVIALIS OBSERVATIONE, DELECTV, APparatu, varijsq; differentijs. De triclinijs.

CAPVT XIIII.

HAEC de alimentis partim emendis, seu quocunque alio modo comparandis, partim parandis, atque coquendis.

Sed vt omnibus alijs in rebus & actionibus, ita in hac quoq; potissimùm actione, apparatuq; conuiuali temporis, cuius magna est vis atq; momentum, diligens habenda est ratio. Vnde Varro apud Gellium, inter quatuor boni conuiuij conditiones, tempus quoq; lectum numerat. Et Plinius epist. 12. lib. 5. Nostræ tamen cœnæ, inquit, vt apparatus & impendij, sic temporum modus constet. Conuiuator itaq; hoc est, omnis qui cuiuscunq; conuiuij adornandi instituendiq; curam negotiumq; suscepit, sedulò dabit operam, vt illud tempore commodo, opportuno, nec tam sibi quàm ipsis conuiuis accommodato celebretur. Hinc in antiquis scriptoribus conuiuium sæpe legimus aliud tempestiuum dici, aliud, quod illi est contrarium, intempestiuum. Cicero in Verrem: Stratur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum conuiuio: & de Senectute, Ego propter sermonis delectationem conuiuijs tempestiuis delector. Apuleius: Nuptiæne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempestiuũ? Cic. pro Muræna: Neq; in conuiuio moderato atq; honesto: intempestiui conuiuij, &c. Tempestiuum conuiuium Turnebus in suis Aduers. putat esse, quod non fit de die (Nam id turpe, & nequam & intempestiuum habebatur, de die conuiuia agitare) neq; in multã noctem producitur, sed quod tempori fit. Ad tempestiuum quoq; conuiuium fortasse pertinent diebus potius certis, quam alijs conuiuas vocare, vt diebus potius festis, quàm profestis, & quibusdam profestis potius, quàm alijs, vt nefastis. Cùm autem Cato in libro de Senectute ait, se delectari conuiuijs tempestiuis, non in eo plus latere significationis, quàm explicatum est, è Plutarcho ostendi potest, qui de eodem homine & de eadem re ita scribit: ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν τῷ ἀγρῷ διαλιπαρόν. ἐκάλει γὰρ τοὺς ἀγροικοτάτους καὶ ἀφιλοσόφους τὰς συνήθεις, καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς, ἃ τοῖς καθ' ἡλικίαν μόνοις ἡδὺς ὢν συγγινέσθαι καὶ πολιτικὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις. *Vt igitur alia, ita conuiuia quoq; si sunt εὔκαιρα, & ὡραῖα, id est, tempestiua & opportuna, grata sunt, iucunda atque vtilia: sin verò ἄκαιρα, καὶ ἀώρα, id est, intempestiua, & importuna, odiosa, ingrata, atque etiam nonnunquam pernitiosa esse solent. Hinc in Euangelio quoque conuiuator ille Optimus Maximus:* Τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου, *id est, certo ac definito cœnæ tempore per seruum suum homines vocasse dicitur; ac fidelis ac prudens ille seruus à domino famulitio reliquo præfectus fuisse dicitur,* διδόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ, *id est, vt tempore opportuno cibum cæteris suis conseruis subministret. Vnde colligimus, in dandis exhibendisue epulis habendam esse temporis rationem: quò spectat etiam illud Homeri:* Temporis ratio habenda. Conuiuia alia tempestiua, alia intempestiua.

Οὐ μὰν οὐδέ τι χέρειον ἐν ὥρῃ λεῖπτον ἐλέσθαι

Id est, Non est malum in bono, id est, certo & opportuno tempore cœnam sumere. Secundum

Varia conuiuiorum genera secundum temporũ differentias varias.

ipsas autem temporum differentias, conuiuiorum quoq; varia sunt genera. Nam quemadmodum, exempli gratia, tempus aliud est diurnum, aliud nocturnum, & diurnum vel matutinum, vel meridianum, vel vespertinum: ita conuiuia quoq; alia sunt diurna, eaq; partim matutina, partim meridiana, partim vespertina: alia verò nocturna, de quibus in priore libro pluribus est dictum, & simul explicata illa quæstio, Diurnúmne, an nocturnum tempus epulis cibisq; sumendis sit accommodatius. Dictum quoque est de veterum noctu potißimum cibum sumendi consuetudine. Omnino tempus vespertinum, atque nocturnum licet epulis videatur accommodatius, tamen cauendum ne (quæ & olim Ethnicorum, & hodie Christianorum consuetudo est nefaria, atque pernicioſa) illa in multam noctem protrahantur, vel etiam tota nocte durent. Nox enim non epulationi, sed moderatæ quieti, atque somno potius à Deo est consecrata, hominibusq; ad virium recreationem concessa.

Conuiuia non protrahenda in multam noctem.

Tempus matutinum serijs, et grauibus actionibus tribuendum.

Tempus autem matutinum, (qui veterum etiam Ethnicorum fuit mos) serijs grauibusque actionibus, quibus est aptißimum, impendendum. Deinde vt tempus aliud est festum, aliud profestum, aliud sacrum, aliud profanum: ita quoque conuiuia alia festa, alia profesta, alia sacra, alia profana dici possunt: de qua diuisione suprà quoque est dictum. Conuiuia inquit Gellius lib. 2. cap. 24.) vel diebus profestis, vel Calendis, Idibus, Nonis & alijs diebus festiuis celebrantur. Vt autem Ethnici olim, sicuti suprà dictum est, dies festos fictitiorum suorum Deorum, sic hodie quoque Christiani dies sacros atque festos cultui diuino consecratos, luxurioſißimis plærunque conuiuijs consumunt, cum summa Dei religionisq; Christianæ contumelia ac detrimento.

Conuiuia vel festis, vel profestis diebus celebrantur.

Festorum abusus.

Præterea conuiuia alia (vt quidem plæraque) fiunt lætis temporibus, cuiusmodi sunt natalitia, nuptialia, victorialia: alia temporibus tristibus, vt sunt funebria, siue exequialia: quorum similiter explicationem habes primo in libro. Hic quoque obseruandum, si tempora sunt nubila atque tristia, vel ob publicas, vel ob priuatas calamitates, easq; vel impendentes, vel præsentes, atque vrgentes, tum ieiunandum potius, quàm conuiuandum esse. Tunc, inquam, non tam ad cibum simul capiendum, epulandúmue, quàm ad sacras conciones, verbumq; Dei audiendum, ad elcemosynas largiendum, ad preces castas, atque sobrias ὁμοθυμαδὸν, id est, communi quasi animorum conspiratione ad Deum fundendum, conuentus fieri, & agitari debent. Hoc enim modo ignis ille iræ, atque furoris diuini extinguitur: illo autem accenditur magis, & inflammatur.

Quando ieiunijs potius, quã conuiuijs vacandum.

NOTA.

Item conuiuia alia sunt, quæ non nisi statis, certis, atque solennibus temporibus fiunt, alia verò quæ quouis tempore fieri, ac celebrari possunt. Huc quoque referri potest, quæstio illa primo libro explicata, Satiúsne sit in priuato præsertim, domesticoque conuictu certam habere cibum sumendi horam, nec ne? Hic quoque notandum, tempus cœnæ in inuitatione à veteribus diligenter indicari fuisse solitum: quemadmodum hodie quoque fieri consueuit, atque etiam debet: de quo suprà quoque, cum de inuitatione ageremus, facta est mentio. Omnino (vt hanc quoque apparatus conuiualis partem absoluam) danda est opera, vt cùm temporis, quo nihil est pretioſius, maximam partem pijs honestisque meditationibus, actionibusque tribuamus, tùm conuiuia nostra, & priuata, & publica etiam ἔκκαιρα sint, & ὀλιγοχρόνια, id est, tempestiua, breuique tempore durent.

De loco conuiuiali.

Vt autem tempus, sic quoque locus conuiuij lectus (Varrone teste) hoc est, commodus & opportunus esse debet, cuius similiter conuiuatori magna habenda est ratio. Hinc Christus quoque epulum Paschale vnà cum discipulis suis celebraturus (Marc. 14. Luc. 12.) duos suorum discipulorum misit in vrbem, ad locum aptum atque idoneum inuestigandum, atque parandum: qui ἀνώγεων μέγα ἐστρωμένον, ἕτοιμον appellatur. Locus autem conuiualis, ab Hebræis dicitur שבתה Schecatah. 1. Samuel. 9. & 22. Samuel apprehendens Saulem & puerum eius, introduxit eos in cœnaculum. Syriacè בית משריא Beth maschraia id est, domus conuiuij: In Græco est, κατάλυμα, id est, diuersorium. Ecclesiastici 7. Satius est in domum luctus, quam domum conuiuij intrare. בית חמטורה Beth Hammithoth, id est, domus lectorum ab Hebræis locus conuiualis appellatur, à lectis nimirum, in quibus discumbebatur. Item טרסלין Thedaklin, vt in illa sententia Rabbi Iaacob, Mundus iste similis est vestibulo ante sæculum futurum: Præpara teipsum in vestibulo, vt intrare possis in triclinium.

Hebræa nomina locorũ conuialium.

Græcè Pollux lib. 6. cap. 5. locum conuiualem in genere συμποτικὸν χώριον vocat: deinde συμπόσιον, quæ vox propriè ipsum conuiuium significat, nonnunquam pro loco, in quo illud agitatur, vsurpari

Nomina Græca locorum conuialium. συμπόσιον.

Digitized by Google

vsurpari solet. Item Ανδρῶνα Suidas vocat, οἶκον εἶναι οἱ ἄνδρες εἰώθασιν ἀθροίζεσθαι, domum, in qua viri congregari solent. Pollux: Dicitur autem ἀνδρὼν ἵνα συνίασιν οἱ ἄνδρες, vbi conueniunt viri. Deinde ἑξέδρα, ἵνα συγκαθῆνται, vbi considunt. Sextus Pomp. Andron locus domicilij appellatur angustior longitudine, in quo viri plurimum morabantur, vt gynaceum à mulieribus. Ac omnino Græci ædificium in duas partes distribuerũt. Nam in qua parte viri sine fœminarũ interpellationibus versabantur, eam (teste Vitruuio lib. 6. Andronitida sine ἀνδρῶνα appellarunt: vbi autem conuenêre mulieres, gynæconitida, seu gynaceum. Gynaceum quoq; ea pars domus fuit appellata, in qua quidem mulieres præcipuè lanificio, & textrinæ operam dabant. Isidorus: Gynæciũ Græcè dictum, eò quòd ibi conuentus fœminarum ad opus lanificij exercendum conueniat. Plautus in Mostellaria:

Dare vult vxorem filio quantum potest,
Ad eam rem vult facere gynæceum nouum.

Ανδρῶν. Ædificij duæ partes.

Gynæconitis.

Æmilius Probus in Proœmio operis. Materfamiliâs apud Romanos primum locum tenet ædium atq; in celebritate versatur, quod multò aliter fit in Græcia: nam neq; in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum, nec sedet nisi in interiore parte ædium, quæ γυναικωνῖτις appellatur. Alexander Molossus dicere, vt ferunt, solitus est, se in Ανδρωνῖτιδα, Alexandrum Macedonem, in γυναικωνῖτιν profectum, cùm ille aduersus Italos gentem bellicosissimam, hic in Persas, & Barbaros imbelles exercitum duxisset. Legimus apud Paulum Diaconum lib. 8. vbi de Narsete loquitur, ei Augustum quòd eunuchus esset, mandasse, vt cum puellis in gynæcio lanarum pensa faceret, atq; diuideret. Vnde Valentinianus & Valens Imperatores lib. 2. Cod. de Muricilegulis & gynæc. eos intelligunt gynæciarios, qui fœminis mixti ea opera exercent. Oeci quoq; (quæ vox Græcis in genere domos significat) propriè dictæ sunt illæ domus partes, in quibus viri epulabantur, quemadmodũ ex his Vitruuij verbis lib. 6. cap. 10. colligi potest. Græcorum domus habent triclinia Cyzicena, quæ ad Septentrionem spectant: ad Meridiem verò spectantes æcos quadratos tam amplæ magnitudine, vti faciliter in eis, triclinijs quatuor (id est, lectis discubitorijs, siue accubitorijs) stratis, ministrationum ludorumq; operis, locus possit esse spatiosus. In his æcis fiunt virilia conuiuia. Non enim fuerat institutum matres familiarum eorum moribus accumbere. Hæc ille. De æcis Corinthijs, tetrastylis Ægyptijs, Cyzicenis vide eundem cap. 5. Hinc asaroton æcon vocat Plin. lib. 6. cap. 25. quasi dicas non scopis mundatum, non versum, quod quæ solent conuerri, è tessulis tinctis in pauimento erant ἐλαβωτὰ, & veluti pergamenta cœnæ in eo relicta ac representata. Stat. Papin. Syl. lib. 1.

—— subeuntq; nouis asarota figuris.

Gynæciarij. Oeci.

Συναγώγιον. Δειπνοτήριον.

Ἐνβατήρια (teste Suida) apud Herodotum dicuntur τὰ ἐνευωχητήρια, id est, cœnaculum. Συσσιτικὸν quoq; locum conuiuialem Pollux appellat: Athenæus τόπον σισιτικὸν lib. 4. Idem eodem in libro auctor, Sybsitiorum Cretensium duas olim domos fuisse dicit, quarum vnam ἀνδρεῖον appellarunt, alterum quæ hospitibus inseruiebat, κοιμητήριον. Παστὰς quoq; ἀπὸ τῦ πάσασθαι, id est, edendo, vnde pastophoria quoq; pastophorum sacerdotum ædes, de quibus Apuleius li. 11. sicut Flamonia, siue Flaminia apud Sidonium ædes flaminis. Παστὰς aliâs thalamus nuptialis propriè dicitur, qui & νυμφίδιον: vnde Venus Pastophoros appellata, quòd thalamũ nuptialem curet. Ἐς συναγώγιον ἀπὸ τῦ συνάγεσθαι, id est, congregando, locum conuiuijs destinatum appellatum fuisse Pollux testatur. Δειπνοτήριον similiter, & ἰατρεῖον (Ionicè ἰητρεῖον Herodoto, θοινητήριον Plutarcho) pro eodem accipiuntur. Θιασῶν quoq; dictus locus in quo monophagi sua conuiuia exercebant, teste Hesych: & στιβανόμιον cùm locum in quo homines conuiuantur, tùm Atticis μεθόριον τῦ πανδοχείου signif. teste Eustath. Od. Ξ. f. 546. ματρυλλεῖον locum esse aiunt, in quo versantes vetulæ comessaturas, aut se mutuò inebriaturas suscipiunt. Eustath. Ιλ. Γ. πορνεῖον, id est, lupanar interpretatur. ἠβητήριον Hesych. ἰατρεῖον & καταλυσιν, id est locum amœnum, comparatum ad conuiuia agitanda exponit. Κατάλυμα (Luc. 12.) & κατάλυσις, cùm in genere pro quouis habitationis vsu, ac loco vsurpatur, ἀπὸ τῦ καταλύσαι, id est, diuertere, tùm speciatim pro loco conuiali accipitur, vt Marc. 14. vbi κατάλυμα Syriacè vertitur domus conuiuij. Sic ἄρπυς λύσιν Pindarus dixit Od. 7. τὸ δ' ἐ κύκλῳ πίδοι, ἴθηκε δ' ὄρπυς λύσιν, id est, Aream autem quæ in circuitu, fecit cœnæ diuersorium. Sic Marc. 14. locus in quo Christus cum discipulis suis paschale epulum egit anus, cùm κατάλυμα, tùm ἀνάγαιον dicitur, quod vulgò triclinium exponitur, & idcirco ἑρμαῖον dicitur, id est,

Ἀνδρεῖον. Παστὰς. Ἐναγώγιον. ἠβητήριον. Ἐστιατόριον. κατάλυμα.

instructum ad epularũ apparatum, lectulis nimirum stratis, in quibus olim discumbebatur. Dicitur autem ἀνώγαιον proprie locus in ædibus superior ἀπὸ τοῦ ἄνω, & γαῖα, in quo olim cœnitare consuerũt, & idcirco Syriaca versio pro eo habet עלית Aalita, id est, superior pars domus, ad quam erat ascendendũ. ὑπερῷον quoq; siue ὑπερῶιον, Suidæ idem quod ἀνώγαιον. De qua voce sic Eustath. Od. A ὑπερῷον dicitur τὸ ὑπερκείμενον δώματος: ὥσα enim dicuntur τὰ οἰκήματα τα. Idem Ιλιὰδ. Β. ὑπερῷον erat ὕψηλον. Veteres autẽ thalamos ὑπερώας virginibus faciebant, propterea quod illæ sunt δυσέντευκτοι, id est, difficilis aditus. Idem Ιλ. Π. in illa, εἰς ὑπερῷα ἀναβὰς, &c. Scribunt veteres mulieribus fuisse thalamos ἀναγαίους ædificatos, ne nè facilis ad illas viris aditus pateat. Idcirco Penelope in Odyss. ἐν ὑπερῴῳ opera sua fecit. Aiunt etiam τὰ μετέωρα τῆς οἰκήματος, ὥσα fuisse à Lacedæmonijs appellata, vnde ὑπερῷον dicitur quasi ὑπερύψηλον, Athen. lib. 1. Appellarunt veteres ea, quæ à nobis appellantur ὑπερῷα, ὤια, vt testis est Elearchus in Amatorijs. Sic contrà κατάγαιον dicitur, pars domus inferior, & οἰκίαι κατάγειοι, habitationis loca sub terra, cuiusmodi fuerunt ganea Romanis: quæ similiter Donatus vult dicta, quòd erant sub terrà, in quibus olim libidinibus atq; compotationibus intempestiuis indulgebant. Sic hodie Septentrionales quædã gentes in cryptis subterraneis comessari consueuerunt: de quibus sic Celtes cecinit,

Est mos Arctoo, quo se Germania claudit
Æquore, quo rigidum temperat aura gelu:
Sub terra effossis facimus conuiuia cellis.

Ἀνώγαιον.

Mos epulandi in cryptis subterraneis.

Διαιτα quoq; (teste Cel. lib. 14. c. 9.) locum domus significat, vbi tantùm versamur nullo negotio, aut vsu: alij cœnationem volunt significare, vnde & diætarij ministri diæta deseruientes: quorum meminit Vlpian. tit. de Fundo instructo, in l. quæsitum. Apud eosdem Iurisconsultos tit. de Extraordinarijs criminibus legimus, diætarios appellari eos, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo (quod cœnaculum diæta etiam non malè vocari possit, cùm sit in diæta) quos plus quam fures puniendos esse docet Vlpian. Ibi (vt Beroald. obseruauit) detrectarij legitur, pro diætarij, id est, qui in diætis furantur. De quibus Papin. lib. 2. Syl. Vna tamen cunctis procul eminet, vna diætis. Turnebus in suis Aduers. in quibus libris dicit, se legisse directarios, quæ lectio manasse è Iurisconsulti oratione videtur, quòd eos se ad aliena dicat cœnacula dirigere, in quam etiam lectionem se propensiorem esse dicit, vt quemadmodũ transuersaria tigna & arrectaria dicuntur, transuersarijq; & arrectarij asseres: item directarij dicantur, qui directè in cœnaculum eunt arte malefica: illud tamen alterum obelo confodere nullo se modo audere. Sidonius in Epist. Ex triclinio in diætam, siue cœnatiunculam sit transitus. Ibi diætam interpretari videtur cœnatiunculam. Dicta diæta ἀπὸ τῆς διαίτης, id est, conuiuijs, quæ in ea peragebantur: siue (vt alij volunt) à διαιτάομαι, id est, viuo, siue versor, quòd in his cœnaculis viuimus, & versamur: vnde etiam diæta nominatur victus, & medicinæ pars diætetica nuncupatur, quæ victu medetur. Est enim medicina in tres partes diducta, in diætetican, quæ victu, in pharmaceuticam, quæ medicamentis, & chirurgicam, quæ manu morbos curat. Quanquam Varro Latinam vocem esse existimat, ita dictam, quòd in ea per diem ederetur. Sueto. in Claudio: In diætam, cui nomen est Hemiæum, recesserat. Diæta (inquit Beroaldus commentator) significat cœnationem, siue locum in domo in quo habitamus. Scæuola Iurisconsultus de diætâ sic scribit lib. 3. de Legatis: Liberto meo ex domo mea, quam libertis meis lego, diætam, in qua habitant. Idem cellarium iunctum ei diætæ ab hærede meo ei concedi volo.

Διαιτα.

Diætarij.

Diæta vnde dicta.

Medicinæ tres partes.

Ζετὰ quoq; Lampridius in Heliogabalo appellat, ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quòd in eo hilarius viuerent. Plin. iun. etiam ζετεκλαν (de qua voce suprà pluribus) dixit. Brod. lib. 3. Miscel. ca. 14. pro loco in quo suscipiuntur hospites, vti & diætam, vsurpari dicit, nõ ab huius literæ imagine ac similitudine, sed ἀπὸ τοῦ ζεσαν, ab aquæ feruentis in hoc fornice euripo, aut παρὰ τὸ ζεῖν, Nec desunt, qui Dores ζεταν pro diætam, vt ζαβάλλω, pro διαβάλλω efferre testatur:

Ζετὰ.

Latinè cœnaculum antiqui vocabant, vbi cœnabant: sed postquam in superiore parte cœnitare cœperunt, superioris domus vniuersa (Græcè ἀνώγαιον) cœnacula dicta sunt, auctor M. Varro. Cui astipulatur Festus, scribens cœnacula dici, ad quæ scalis siue cochlide ascendebatur (vnde עלית Syriacè) Varrò, Postquam ibi, inquit, cœnabant, pluris facere cœperunt: vt in castris ab hyeme hyberna, hybernum domus vocarint, contrà æstiuum, &c. Vitruuius etiam libro 6. capite 8. testatur ædes Romæ primùm vnius contignationis fuisse; sed postea propter incolarum multitudinem multarum;

Latina nomina locorum conuiuialium. Cœnaculum.

multarum. Ad auxilium (inquit) altitudinis ædificiorum res ipsa coëgit deuenire. Itaque pilis lapideis altitudines extructæ, cœnaculorum summas vtilitates perficiunt. Isidorus, cœnaculum dictum à communione: vnde & cœnobium congregatio. Antiqui enim publicè & in commune vescebantur, nec vllius conuiuium singulare erat, ne in occulto deliciæ luxuriam gignerent. Ea autem cœnacula inquilinis, & his qui domos conducerent, locare solebant. Hinc illud:

Cœnaculum Isidoro vnde dictum.

Cœnacula Romæ inquilinis locabant.

——Varus venit in cœnacula miles.

Quo versu Satyricus Poëta significat, ad inquilinos & pauperes, qui in cœnaculis conductis (quæ meritoria dicta sunt) habitare consueuerunt, rarò mitti à principibus iugulatores. Idem:

Cœnacula meritoria dicta.

Nam quæ meritoria somnum Admittunt?

Fuisse Romæ ædificia frequentia (vt etiam paulò ante ex Vitruuio dictum) pluribus cœnaculis constructa, edita in altum (quæ postea ab Augusto certa subtaxata mensura cohibita sunt) multis testimonijs probatur. Hinc Cic. in Orat. in Rull. Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam, ac suspensam vocat. Apud Iurisconsultos scriptum est, de his qui cœnaculariam faciunt, siue exercens (vbi cœnaculariam exercere nihil aliud est, quàm cœnacula locare inquilinis, & eam exercere negotiationem) titul. de his qui deiecerunt, vel effuderunt. Si quis cœnaculariam exercens, modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locauerit pluribus.

Cœnaculum facere.

Vitellius (teste Suetonio) egestate pressus, cœnaculum meritorium conduxit discessurus ab vrbe, vt in eo vxor cum liberis ipso absente mansitaret: domum verò suam pretio locauit, vt ita confecta summula, paratoq; viatico in prouinciam proficisceretur.

Vitellius cœnaculum cõduxit.

Turnebus in suis Aduersarijs in illa Plauti: In superiore qui habito cœnaculo. Sic perlepide, inquit, iocatur pauper histrio, qui personam Iouis susceperat pro Amphitruone subditi. Se enim pauperculum dicit cœnacularium, qui habitet in superiore domus cœnaculo ad tegulas, non in inferiore in prima contignatione, sed in suprema. Idem lib. 13. cap. 11. Homines Romæ mediocris fortunæ suarum ædium partẽ superiorem inquilinis locare solebant: imam sibi retinebant: sed & erant qui cœnaculariam faciebant. Itaq; pauperes cœnacula conducebant, cùm in suo non habitarent. Horat.

Quid pauper? ride, cœnacula mutat. Prudentius.
Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus.

Qui autem omnium tenuissimi erant, cœnacula tegulis proxima conducebant. Iuuenal.

Vltimus ardebit quem tegula sola tuetur,
A pluuia, molles vbi ponunt oua columbæ.

Suetn. in Orbilio, Namq; iam persenex pauperem se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur. Etiã epigrammate de Valerio Catone grammatico.

Quem tres colliculi, & solibra farris,
Racemi duo tegula sub vna,
Ad summam propè nutriant senectam. Et Martial.
Et scalis habito tribus, sed altis.

Significat enim se in vltimo cœnaculo habitare sub tegulis. Græci verò contrà superiora domus, & alta penetralia sibi recipiebant, ad inferiora autem vestibula, & sub porticu (Homero teste) hospites diuertebant: vt Alexander ab Alexandro tradit lib. 3. ca. 14. Cœnatiuncula quoq; diminutiuum Plinio est locus cœnaticus. Item cœnatio Columellæ locus ad cœnandum aptus dicitur, qui in imo domus, & hortis potentiorum erat. Vnde Iuuenalis:

Cœnatiuncula.

Cœnatio.

——Et algentem rapiet cœnatio solem.

Suetn. in Nerone: Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. Hanc volunt esse inferiore in loco, vt cœnaculum in superiore.

Ædem ipsam (teste Isidoro) quidam ab edendo volunt nomen sumpsisse, secundum illud Plauti:

Aedes vnde dicta.

Si vocassem vos in ædem ad prandium.

Hinc & ædificium (addit idem) eò quòd prius fueris ad edendum factum.

Aedificium.

Præterea tùm à Græcis, tum à Latinis, atque etiam Hebræis loca cœnatoria, siue cœnatica à lectis in quibus olim discumbebatur, appellata fuerunt. Hinc ab Hebræis Beth hamithoth, id est, domus lectorum, à Græcis τριπλίνιον, & τρίκλινον (scilicet δίκλινον) à Latinis triclinium, locus conuiualis dictus est, à tribus nimirum lectis, qui antiquitus sterni, siue à tribus mensis, quæ apponi

Loca cœnatoria à lectis denominata.

Triclinium.

Tres mensæ.

à veteribus solebant. Legi alicubi (inquit Philander in Vitruuium) nec occurrit locus, apud antiquos tres mensas fuisse, vnde & triclinium vocatum esset: primam domini & vxoris, liberorumq́, secundam hospitum, tertiam seruorum, & domesticorum. Ergo triclinium vel à tribus lectis discubitorijs, vel à tribus mensis, vel ab vtroque dictum, ita vt stratori, & à poculis puero quartum mensæ latus esset liberum, ac reliquum. Hoc Cicero etiam conclaue appellat. Nam Quintilianus (vt & Valerius Maximus) de loco vbi Simonides artem memoriæ traditur inuenisse, Vix eo limen egresso (inquit) triclinium illud super conuiuas corruit. Cicero eundem locum interpretans lib. 2. de Orat. non triclinium, sed conclaue dixit. Propriè tamen conclaue Terentio, Ciceroni (conclauium Plauto) appellatur omnis locus secretior, in penetralibus intimis domus (Græcè forsan ταμεῖον) in quo vel viri colloqui, vel mulieres confabulari solent, habetq́, clauem vnam communem domesticis, nec est omnibus ad eum eundi potestas. Vitruuius: In triclinijs autem, cæterisq́, conclauibus (vnde colligitur conclauis nomen esse generalius) maximus est vsus luminum: ab hoc conclauatæ res dicuntur, quæ sub eadem sunt clau. Triclinia veterum Paulus Iouius Nouicomensis existimauit, non admodum fuisse diuersa à monachorum staticorum triclinijs (quæ refectoria vocant, à reficiendo cibis corpore) vbi sternuntur mensæ tres, ad caput vna, & ad latera duæ: tantùm hoc interesse, quòd illi in lecto sederent, hi autem nostri sedilibus vtantur, testis Guil. Philander in Vitruuium.

Triclinium cõclaue dictum.

Conclaue.

Triclinioru veterũ forma.

Vitruuius de triclinior magnitudine

De triclinio rum magnitudine, vide plura apud Vitruuium lib. 6. cap. 5. Triclinij quanta latitudo fuerit, inquit ille, bis tanta longitudo esse debet symmetrica ratione. Isidorus: Triclinium est cœnaculum, à tribus lectulis discumbentium dictum. Apud veteres enim in loco vbi conuiuij apparatus exponebatur, tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur. Κλίνη enim Græcè lectus, vel accubitus dicitur, ex quo confectum est, vt triclinium diceretur. Triclinia primò ærata, deinde argentea quoque Romanos habuisse, testis est Plinius lib. 6. cap. 5. Sic Philo de sui temporis luxu disserens, ait: Τρίκλινα, ἢ παρίκλινα χαλώνης (sic Martial. Hexaclinum testudineum vocat) ἢ ἐλέφαντος κατασκευασμένα, καὶ πμαλφιεσέρας ὕλης, ὧν τὰ πλεῖστα λιθοκόλλητα.

κλίνη

Triclinia aria & argentea

Triclinioru materia pretiosa.

His tamen in locis triclinia videntur esse tori discubitorij. Sed versatilia quoque luxus priscorum excogitauit triclinia, vt scilicet ita circumagerentur discumbentibus conuiuis, sicut horologia conspicimus versatilia, quorum meminit Vitruuius lib. 11. Hinc legimus Heliogabalum oppressisse in triclinijs versatilibus parasitos suos violis, & floribus. Tales erant (teste Suetonio in eius vita) Neronis cœnationes laqueatæ, tabulis eburneis versatilibus compactæ, vt in versatione flores dispergerentur, & per fistulas vnguenta fistulatim expressa effunderentur in subiectos conuictores. Præcipua (addit idem) cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumagerentur, hoc est (interprete Beroaldo) vt mundus æterna vertigine circumagitur: ita cœnatio versatilis continenter versabatur. Minimè prætereundum quod idem interpres ex Seneca de versatilibus laquearibus profert, ex lib. 14. Epistol. quæ ad hanc rem maximè conducunt. Hodie, inquit, vtrum tandem sapientiorem putas, qui inuenit quemadmodum in immensam altitudinem hortum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet, aut siccat, aut versatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, vt subinde alia facies, atque alia succedat, & toties tecta, quoties & fercula mutentur: an eum, qui & alijs & sibi hoc monstrat, quàm nihil nobis natura durum ac difficile imperauerit. Ex superioribus constat, triclinium bifariam vsurpari, aliquando pro cœnatione, siue loco conuiuiali (sicuti iam dictum est, & Beroaldus in Annotationibus in Seruium contrà Seruium probat) aliquando pro lecto discubitorio. Vt Varro libro de Re rustica 3. cap. 13. Erat locus celsus, vbi triclinio posito cœnabamus. Et lib. 1. cap. 58. In quo quidam etiam triclinium sternere solent cœnandi causa. Vitru. li. 6. c. 10. Vti faciliter in eis triclinijs quatuor stratis &c. Triclinium (inquit Perot. in Cornucopiæ) propriè instrumentum est, à quo locus ipse denominatur, & tres toros, siue tres mensas ita habet coniunctas, vt transferri huc atque illuc possint. Plinius, Antiquissima æris gloria Deliaca fuit, mercatus in Delo celebrante toto orbe, & ideo cura officinis tricliniorum pedibus, fulcrisq́, ibi prima nobilitas æris. Idem: Nam triclinia ærata, abacosq́, & monopodia Cneum Manlium Asia deuicta, primũ inuenisse triumpho suo, quem duxit, anno quingentesimo sexagesimo septimo, Lucius Piso author est. Idem: Antias quidem refert Luc. Crassum hæredem Lucij Crassi oratoris, multa etiam triclinia ærata vendidisse. Triclinium idem quod triclinium, vel quod ad triclinium pertinet. Varro 1. de Re rustic. Quò elaborant vt [illegible] sint

Tres mensæ.

Triclinium modò pro loco conuiuiali, modò pro lecto discubitorio vsurpatur.

Triclinũ proprie quid sit.

lent ſua æſtiua triclinaria ad frigus Orientis. Plin. 19. Qua purpura quis iam non triclinaria facit. Tricliniaris etiam adiectiuum in vſu eſt, pro quo alij triclinaris, ſiue etiam triclinarius dicere malunt. Vt tricliniarius, miniſter qui in triclinio miniſtrat. Lectos tricliniares tres. Plin. l. 37. quos Varro triclinij lectos vocat, cùm inquit: Nemo facit triclinij lectos, niſi pares & materia & altitudine & figura. Sic triclinaria, & veſtes triclinares vocantur, veſtes domeſticæ, quæ etiam cœnatoria, & veſtes cœnatoriæ atque cibariæ appellantur. Plinius ſimiliter triclinaria Babylonica periſtromata vocauit. Sic mappas triclinarias, & puluinos Varro dixit. In triclinio choa apud Quintilianum, ænigmaticè dictum in bibacem arbitratur. Cæl. Rhod. 29.

Porrò notandum domos antiquitus ex lectorum conuiuialium, ſiue diſcubitoriorũ numero fuiſſe appellatas. Hinc Pollux lib. 6. cap. 5. & lib. 1. cap. 8. οἶκον τρίκλινον, πεντάκλινον, & ἐνεάκλινον, & δεκάκλινον appellat. Et apud eundem lib. 5. Callixenus ſcribit, ad proram nauis Philopatoris fuiſſe οἶκον τεσσαρακαιδεκάκλινον: & lib. 12. ὄικος ἑκατοντάκλινος & commemoratur, in qua Alexander nuptiale conuiuium celebrauit, vbi ſuus cuiq; lectulus magnificè erat ſtratus. Antiphanes & Anaxandrides τρίκλινον dixerunt, Phrynichus, vt eſt apud Athenæum lib. 2. ἑπτάκλινον ἐνεάκλινον vſurpauit. Huc quoque facit illud Plutarchi Sympoſ. 5. qui diuites illos dixit τεσσαρακοντακλινοῦσθαι, hoc eſt, luxuriare, ſeu ineptire, qui domos τεσσαρακοντακλίνους, id eſt, triginta lectorum, & ampliores ædificant. Plautus à duobus lectis biclinium formauit, ait enim:

Domus à quot nomẽ ſort.

Alexander triclinium magnificentiſſimum habuit.

Biclinium Plaut.

Animaduerte Mneſiloche, & tu Piſtoclere, iam facile,
In biclinio cum amica ſua vterq; accubitum eatis.
Ita negotium eſt, atque ibi in lectis ſtratis potetis citò.

Hîc biclinij nomine quidam locum ipſum intelligunt, alij, quod Philandro, & Geſnero quoque veriſimilius videtur, lectum in quo bini diſcumberent, accipere malunt. Martialis Hexaclinon appellat torum diſcubitorium, qui ſex capiebat:

Et teſtudineum menſus quater Hexaclinum.

Omninò τρίκλινος vocabuli conſtat quintuplicem eſſe ſignificationem. Nam & generatim pro quauis cœnatione, & pro certæ formæ & magnitudinis cœnatione, & pro lecto qui tres accumbentes capiat: & pro certa cuiuslibet rei menſura, vt fontis, vt pellis, denique pro toto conuiuij in triclinio apparatu vſurpatur, quemadmodum Geſnerus noſter libro primo de Quadrupedibus, dum de heptaclino bona, ſi pelle, apud Ariſt. (Gaza locum ſeptem accubantium vertit) diligenter inquirit, copioſè docet, quæ Geſneri παρεργα ad hoc noſtrum ἔργον maximè pertinent. Hæc de triclinijs.

Seruius in illud Vergilij,

Fit ſtrepitus tectis, vocemq; per ampla volutant
Atria—— *Tangit, inquit, Romanorum hiſtoriam: nam (vt ait Cato) & in atrio, & duobus ferculis epulabantur antiqui. Eſt autem atrium ab atro colore nominatum, pars domus tanta, quanta fumo nigreſcere poteſt. Vitruuius, In vrbe, inquit, atria ianuis proxima eſſe debent, ruri à pſeudourbanis ſtatim periſtylia. Hinc (vt vult Lazius) Germanis nobis adhuc domus cum cohorte Aiter, & decimæ inferiores, ein aytter zehend nominantur. Luc. 12. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet. Hinc atriarij ſerui, ſiue atrienſes Iuriſconſulti dicti, qui in atrio ſeruiebant: de quibus poſtea. Baſilica quoq; cum palatium aut integram domum (vt οἰκίαν ſubaudias) regiam aut regiæ ſimilem, propriè ſignificet: aliqui ad partem domus, ſplendidiorem ſcilicet, tranſtulerunt. Qualem plærique hodie in diuerſis linguis recepto vocabulo, ſallam appellant, ſiue corrupto à baſilica nomine: ſiue à ſalutatione. Eſt enim Baſilica, vt Sipontinus ſcribit, locus amplus, vbi à diuitibus expectantur ſalutatores, & conuiuia fiunt maxima, & ſaltationes & ludi. Poſteriores ædem ſacram priuatim Baſilicam nominarunt. Vnde Iſidorus, Baſilicæ prius vocabantur regum habitacula, vnde & nomen habent. Nunc autem ideò diuina templa baſilicæ nominantur, quia ibi Regi omnium Deo ſacrificia & cultus offeruntur. Secundum Sipontini quoque interpretationem templa ſic vocantur, quia ibi Deus ſalutatur, ibi conuiuia, ludi atque tripudia ſpiritualia celebrantur. Baptiſta quoque Albertus Salas à ſaltando putat dictas. Hæc de nominibus locorum conuiuialium generalioribus, ſint dicta. Nunc de eorundem differentijs varijs dicatur.*

Atrium. Mos antiquorum epulandi in atrijs.

Baſilica.

Diuiſio locorũ conuiuialium, & differentiæ eorundem.

Eſt ergo primò locus, in quo homines epulantur, alius quidem publicus, alius verò priuatus:

Digitized by Google

vnde ipsa quoque conuiuia, alia quidem sunt publica, quæ publicis in locis, alia priuata, quæ priuatis ferè in locis celebrantur. Deinde conuiuia fiunt, vel sub dio, vel sub tecto, sub tabernaculis, tentorijs, papilionibus: vel in vrbe, vel in agro, in pomarijs, pratis, hortis, nemoribus. &c. In festo Annæ Perennæ, teste Ouid. lib. 3. Fastorum:

Pars virides passim disiecta per herbas
Potat——
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt.
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.

His similia sunt illa Tibul. lib. 2. Elegia 5. Pubes discumbet in herba
Arboris antiquæ, qua leuis vnda cadet.

In hortis. In hortis etiam conuiuia, præcipuè verò festiuiora, atque celebriora peragebantur. Sic in Philippicis Cicero: Dat natalitia in hortis, vbi de Marco Antonio loquitur. De hortorum amœnitate, & vtilitate vide plura apud Benedictum Curtium libro sexto Hortorum. In lucis veteres diebus sacris in deorum honorem epulari fuisse solitos, idem Benedictus Curtius testatur lib. 4. Hortorum, cap. 1. ex Seruio in illa Vergilij Æneid. 11.

In lucis olim et sacrificatum. & epulatum.

——Ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

Hinc ἄλσος πολύδυτον ab Euripide dictum, in quo multa fiunt sacrificia. De more veterum in nemoribus vmbrosis iuxta flumina amplissima, & in montibus excelsis sacrificãdi, epulandiq; passim multa in sacris & profanis literis videre licet. Vnde Exec. c. 18. Super montes non comedit, quibus verbis indicat, iustum virum non accumbere in epulis sacrificialibus idolorum, quæ in collibus & montibus potissimum agitabantur, vt etiam Lauaterus annotat. In patria mea in media vrbe lucus est peramœnus, in quo sæpenumero diebus festis ludi atque epulæ celebrantur, quem Ioannes Fabricius Montanus, Tigurinæ quondam Scholæ lumen clarissimum, in suo libello de Cess. Tigurinis eleganter admodum hisce carminibus expressit.

Lucus in vrbe Tigurinæ.

Lucus in vrbe viret media, qui mœnibus altis
Altior, ad cœlum ramis frondentibus exit.
Vitiferos circa colles, infraque iacentes,
Pontemque, & vitreas aspectat desuper vndas.
Area lata supra, positæque ex ordine mensæ
Marmoreæ, viuoque excisa sedilia saxo.
Hîc lætis epulis soliti considere patres,
Et celebrare diem, morem si quando frequentat
Vrbs patrium, priscosque suos instaurat honores.
Cætera pars iuxta ludis vacat, atque theatris.
Illic se cursu exercet Tigurina iuuentus.
Ingentesque iacit lapides, & pondera trudit.
Elidunt arcus alij, contentaque rursus
Spicula componunt neruis, ictusque lacessunt.

Calepsus. Plutarchus 4. Sympos. Problemat. 4. statim ab initio meminit loci Eubœæ amœnissimi, qui Calepsus fuit dictus, thermis, aliisque voluptatibus referti, ac proinde multis cœnaculis atque conclauibus exædificati, ita vt præ communi totius Græciæ οἰκητηρίῳ id est, habitaculo vsurpetur. Ibi multa & terrestria capi animalia, & volucria, & non minus mare ἀγορὰν ἐυτέλεστον, id est, annonam mensæ commodam suppeditare. Quamobrem multos illuc confluere, & colloquia atque conuiuia mutua illic summa cum voluptate celebrare. Addit quoq; ibidem & Cimonem olim multos omnis generis conuiuas amicè crebroque ad cœnam vocare fuisse solitum, & Celeum primum nobilium ac bonorum virorum instituisse κοινὴν συνοδον, id est, quotidianum conuentum, idq; Prytaneum appellasse. Sed cæteris locis amœnissimis orbis terrarum plurimis sanè antiquorum monumentis celebrantur Thessalæ tempe, quæ olim Græcorum cœtibus atq; conuiuijs summa cum hilaritate frequentari consueuerunt. Hæc à T. Liuio lib. 43. Ouidio lib. 1. Metamorph. Plinio lib. 4. Æliano lib. 3. de Varia historia elegantissimè describuntur. Ælianus descriptionem suam vel loco ipso quem depingit elegantiorem atque amœniorem, his verbis concludit: Πᾶς ὁ περίεργος καὶ λιτὸς

Thessala tempe.

σωτηρ

σωίασιν ἄλλοι σωὺ ἄλλοις, καὶ θύουσι, καὶ σωυσσίας ποιοῦνται, καὶ σωπίνουσιν. ἅτε ἐν πολλῷ ἔντων τῷ θυόντων, καὶ τῷ καταιζόντων σωιχῶς, εἰκότως, καὶ τοῖς βαδίζουσι, καὶ τοῖς πλέουσι ὀσμὴ συμπαρεμπίπτουσιν ἥδιστα. οὕτως ἄρα ἡ τιμὴ ἡ δι' ἀρετῆς, ἅτε τὸ κρεῖττον εὐθὺς τὸν τόπον: *Hoc est, Homines qui apud Peneum fluuium commorantur, frequenter inter se cœtus alijs atq; alijs locis celebrant. Re diuina sacrisq; ritè peractis, lepidissimè conuiuantur. Itaq; cùm eorum qui sacris dant operam, magna sit multitudo, minimè mirum est, si ambulantium illic, eorumque qui in Peneo nauigant, naribus suauissimus odor illabitur. Hunc in modum hic locus summis honoribus, diuinisque muneribus est consecratus. Super lacus quoque aliquando (vt apud nos in lacu nostro Tigurino) conuiuia agitantur. Suetonius de Claudio Cæsare conuiuia agitauit & ampla & assidua, ac ferè patentissimis locis, vt plærunque sexcenti simul discumberent. Conuiuatus & super emissarium Fucini lacus, ac penè submersus, cùm omissa impetu aqua redundasset. Idem tradit Cornelius Tacitus, Quin (inquit) & conuiuium effluuio Fucini lacus appositum magna formidine cunctos affecit, quando vis aquarum prorumpens, conuulsis vlterioribus, fragore, & sonitu exterruit. Plutarchus Sympos. lib. 4. Problem. 4. dicit, Olim ad oblectationem mutuam se inuitantes, dicere fuisse solitos, Hodie in acta cœnabimus, eò quòd in littore cœnam, vt est, suauissimam esse sentiebant. Non quidem propter fluctus, aut lapillos, sed quod copiosi ac recentes pisces cœnam sint instructuri. His adde, quod aliquando & in ipso Rheno, & Tiguri in Limago, mensis sellisque positis, epulæ fuerunt agitatæ, aquis vtriusque fluuij vi æstus diuturni attenuatis, ac planè exiccatis quibusdam in locis.*

Claudius Cæs. in Fucino lacu conuiuatus penè submersus est.

Locus item alius est sacer, seu consecratus, alius profanus, in illo sacræ, in hoc profanæ epulæ plærunque celebrantur. Tametsi nonnunquam sacræ epulæ in priuatis, atque profanis ædibus celebrabantur: vt olim sacrum illud Paschatis epulum singuli in suis ædibus celebrabant, & epulum, siue cœnam Dominicam olim etiam in priuatis, & profanis ædibus Christiani agitarunt, cùm illis templa deessent. Sic contrà etiam profanæ epulæ in sacris ædibus olim fuerunt agitatæ, vt suprà de Agapis dictum est primitiuæ Ecclesiæ. In propatulo nonnunquam, & in plateis homines cibum sumere solent. Equidem Ægyptij olim palàm, & extra sua tecta, vescebantur, teste Mela, cùm dicerent, ea quæ sunt turpia, in occulto fieri debere, quæ honesta, in propatulo. Et apud Romanos olim (vt Macrobius libro 3. capite 16. Valerius Maximus libro 2. Gellius libro 12. capite 15. testantur) ad coërcendum conuiuiorum luxum imperari cæpit, vt in propatulo & patentibus ianuis prandita retur, & cœnitaretur, vt sic oculis ciuium testibus factis, luxuriæ modus fieret. Sic Lycurgus quoque, teste Plutarcho, quò facilius conuiuiorum apparatus, & mensas lautiores ad mediocritatem frugalitatemque reuocaret, instituit, vt ne quis in loco abdito, & clauso cibum sumeret, sed publicis omnes epulis in Phiditijs vterentur. Idem Iustinus libro 3. his verbis testatur: Conuiuari omnes publicè iussit, ne cuius diuitiæ vel luxuria in occulto essent. Idem plura tradit de Lacedæmoniorum moribus, legibus ac institutis. Diogenes cum nonnulli illum carperent, quòd in foro comederet, In foro, inquit, esurio. Idem in foro prandens à circumstantibus canis appellatus, Vos, inquit, canes estis, qui me prandentem circumstatis. Sed nolo hic omnes locorum conuiuialium differentias persequi, illud enim esset infinitum. Vnum hoc tantùm addam, quòd vt olim, ita hodie quoque voluptatis animiq; ergo, non modò in locis, quæ arboribus sunt consita, vt in hortis, pomarijs, lucis atque nemoribus, verumetiam supra ipsas arbores, & sub illis, quæ patulis sunt diffusæ ramis, conuiuia agitantur. Plinius libro 12. cap. 1. duo prodit exempla de Platano (quam arborem, inquit idem, quis non miretur vmbræ tantùm gratia ex alieno petitam orbe?) ad conuiuialem vsum accommodata. Vna fuit clara in Lycia socia gelidi fontis amœnitate, itineri apposita, domicilij modo caua 80. atque vnius pedum, specu, nemoroso vertice, & se vastis protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinens vmbris. Ac ne quid desit speluncæ imagini, saxea intus crepidinis corona muscosos complexa pumices, tam digna miraculo, vt Licinius Mutianus ter Coss. & super prouinciæ eius legatus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intra eam se cum duodeuicesimo comite, largè ipsa toros præbente fronde, ab omni afflatu securum, optantem imbrium per folia crepitus, lætiorem quàm marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. Aliud exemplum (inquit idem auctor) Caij principis, in Veliterno rure mirati vnius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, cum ipse pars esset vmbræ,

Ægyptij in publico conuiuati sunt.

Romani palàm epulari soliti.

Lycurgi lex de cõuiuijs in propatulo celebrandis.

Apophtegma Diogenis lepidissimum.

Cõuiuia suprà arbores, & sub illis fiunt.

Platanus apta conuiuijs.

Laus Lyciæ Platani apud Plinium.

Veliterna platanus.

quindecim conuiuarum ac ministerij capace triclinio, quam cœnam appellauit idem nidum. Hæc Plinius de platano, cuius arboris (vt idem testatur) commendatio non alia maior est, quàm Solem æstate arcere, hyeme admittere: vnde constat, illam epulantibus tam hyeme, quàm æstate commodissimum locum præbuisse. Vnde Petronius Arbiter in Satyr.

Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras.

Hinc platano tantum honoris tributum, vt vino infuso nutriretur, compertum id maximè prodesse radicibus, quod primus excogitauit Hortensius, teste Plinio & Macrobio lib. 3. Saturnal. Paulinus: Nam platanus, inquit, ramos expandit in vmbras. Genialis ab Ouidio dicta est, quasi voluptuosa & ad delitias nata, quod sub eis veteribus conuiuari mos esset. Huius vmbra in terra Lydia delectatus Xerxes, diem integrum sub ea consumpsit, nulla postulante necessitate, castraque sua circa platanum in solitudine posuit. Eamque monili aureo tanquam pellicem donauit, & Macedonium quendam, vt munus illius ab ea auferetur, delegauit, vt testis est Ælianus. Apuleius in Cosmographia. Platani (vt ait Poëta) vmbras potantibus ministrantes. Conuiuij in prato viridi sub platano (quæ ἀμφιλαφὴς τε καὶ σύσκιος appellatur, hoc est, ad opacandum locum patulis diffusa ramis) agitati elegantem descriptionem habes in epistolis Amatorijs Aristæneti, epist. 2. Hinc etiam Virg. 4. Georg.

Xerxes vmbra platani in Lydia delectatus est.

Iamque ministrantem platanum potantibus vmbram. Ex Homero.

Cicero 1. de Orat. Nam me hæc platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, &c. Idem de Diuin. 2.

Sub platano vmbrifera, fons vnde emanat aquæ.

Horatius lib. 2. Carm. Od. 2.

Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes sic temere, & rosa,
Canos odorati capillos, dum licet,
Assyriaque nardo, potamus vncti.

Gerbelius in sua Græcia ex Strabone tradit, iuxta Pierum fluuium platanorum fuisse nemus adeò vetustate excauatarũ, tantaq; magnitudine, vt in ipsarum secessibus & conuiuia celebrare, & dormire etiam consueuerint. Fertur etiam hæc arbor ea vi imbuta, vt venenata quæque arceat, ac serpentes longè abigat, adeò vt vespertilionibus aduersetur, nec facilè sub ea nidulentur, eiusq; vmbram ferre sustineant. Vnde mirum non est Ecclesiastici 24. ipsam sapientiam, secundum nonnullorum opinionem, platano comparari: de quo vide Leu. Lem. in Explic. herb. Bibl. Io. Michael Brutus, cuius equidem hospitalitatem humanissimam, humanitatemque hospitalissimam Lugduni, cùm illac in Italiam transirem, expertus sum in elegantissimis suis Annotat. in Horat. elegantem platani, quæ nostris temporibus viget, descriptione ponit, quam nolui hîc silentio præterire. Alit, inquit, hoc tempore longè pulcherrimam (platanum) Lopiliana villa Vincentius Malpitius Lucensis, nobilitate ille quidem, populari gratia, splendore familiæ, sed multò magis virtute, liberalitate, magnitudine animi clarus: latè enim diffusis ramis, fontem medium totum complectitur, qui miro artificio per tenuissimas fistulas, ingentem aquæ vim iaculando, à summo, ab imo, à media parte subitò erumpentis, eius rei imprudentes opprimit, magna cum astantium voluptate, quibus eorum, qui ita eluduntur, gratissimus error contingit. Verùm non minus clara, & illustria arborum quorundam triclinariorum, seu conuiuialium exempla extant in Helvetia nostra. Huiusmodi est Basileæ Sampetrea illa quercus, à Petro Ramo piæ memoriæ præceptore meo obseruando, orbis Christiani lumine clarissimo celebrata, & illustrata. Hæc Martia, inquit ille, & annosa quercus, tiliam illam (cuius similiter paulò ante mentionem fecerat) vincit amplitudine. Brachia è trunco septem pedes alto circumquaque decem primaria deflectuntur, singulaque in alia deinceps bina, terna, quaterna, etiam quædam dissecta ramis per totam caueam infinitis expanduntur: columnæ ligneæ triplici ordine faciunt figuram primò sexangulam, deinde nonangulam, postremò sedecangulam. Postea Lyciæ illius platani (cuius paulò antea facta est mentio) descriptionem ex Plinio subijcit, tandemque concludit. Atqui Martia quercus fontis amœnitate, vel vmbræ opacitate consimili etiam Imperatorem hospitem, & conuiuam meruit. Literis enim proditum est Im-

Helvetia habet illustres conuiuiales arbores.

Sampetrea quercus Basiliensis.

perator eam

peratorem Fridericum cum filio Maximiliano, anno 1474. vmbra noſtræ quercus tam patulis diffuſæ ramis delectatum, ſub ea cum toto imperiali comitatu cœnauiſſe: vt quanto maior eſt imperator conſule, tanto Sampetrea quercus Lycia platano glorioſior habeatur. Eiuſdem quercus deſcriptionem pulchram habes apud Chriſtianum Vrſtiſium in Epitome hiſtoræ Baſilienſis capite duodecimo. Vt ergo & Mariana illa Arpinatium quercus (cuius Cicero in principio libri primi de Legibus meminit) Marij Poëtæ verſibus, & Lycia illa platanus Plinij monumentis celebrata: ita quoque Baſilienſis iſta quercus Rami illius aurei, ſemperque florentis illuſtrata eloquentiæ luminibus manet, ſemperque manebit, & (vt Poëtæ illius verbis vtar) caneſcet ſeclis innumeralibus. Nam, vt verè eloquenterque Cicero inquit, nullius agricolæ cultu ſtirps tam diuturna, quàm Poëtæ verſu ſeminari poteſt. Sic illæ quoque quercus Mamre Abrahami domicilio, hoſpitioque, quo ſub illis ipſum Deum, qui illi trium peregrinorum virorum ſpecie apparuerat, humaniſſimè liberaliſſimeque excepit, celebres, ac diuinis literarum monumentis celebratæ, perpetua omnium ſæculorum memoria vigebunt, licet illas iampridem tempeſtas, vetuſtaſq; conſumpſerit. Gedeonem ſimiliter legimus angelo illi, qui ei apparuerat, epulas ſub quercu appoſuiſſe, Iud. 6. Cui ſimile eſt illud apud Homerum Ιλ. Σ.

Gen 14. 17. Quercus Mamre.

Angelus ſub quercu epulatur.

Κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ὑπὸ δρυὶ δαῖτα πένοντο.

Euſtathius Ιλ. ε. in illud: Εἶσαν ὑπ' αἰγίλοιο διὸς φηγῷ, id eſt, Collocarunt (Sarpedonem) ſub pulcherrima fago Iouis, &c. Veteres, inquit, quoniam Iouem ſiue aërem exiſtimarunt vitæ eſſe auctorem, & etiam veterum cibus ex quercu fuit (vnde quercus φηγὸς, id eſt, fagus dicta παρὰ τὸ φαγεῖν, id eſt, ab edendo) idcirco φυτὸν ζωοτρόφον, plantam illam vitæ alumnam Ioui ceu ζωογόνῳ, id eſt, vitæ datori conſecrant. Erat autem etiam ante Troiam quercus Ioui ſacra, vnde Lycij Sarpedonem collocant ſub quercu, non vmbræ tantùm cauſa, verumetiam ceu ſacro quodam in loco, vt etiam Apollinem in Apollinis adyto. Hinc quercus etiam φηγηλὴς, ἀμφιλαφὴς, & ἀμφιθαλὴς à Poëtis dicta, quod religio erat illam attingere, vel ex illa aliquid decerpere. De Helia prandente ſub Rhamno, vide 3. Regum cap. 19. Vt autem Baſilea ſua illa quercu plurimum gaudet, & delectatur: ita Tigurum, atque Schaphuſium tilias habent amplas, & amœnas, quæ patulis diffuſæ ramis, ac quaqua verſum exporrectis, ſcenas, vmbracula, atque triclinia amœniſſima præbent. Ac Schafuſiana quidem tilia tricliniaris octodecim circiter menſarum eſt capax, fontemque habet in medio ad pocula abluendum refrigerandumque, magnam admodum aquarum frigidiſſimarum vim profundentem. Tigurinæ verò duæ tiliæ admodum annoſæ, anno 1571. 15. Kalendarum Mart. ex priſtino loco, propter noui ædificij molitionem, in alium, triginta trium ferè pedum interuallo, tribus pueris eis inſidentibus, funibus atq; cochleis translatæ ſunt, & quidem, id quod multis magnæ eſt admirationi, adhuc virent, vigentque ambæ. Cotys rex Thraciæ, qui omnes Thraciæ reges voluptatum ſtudio ſuperauit, circumibat regionem, & vbi videbat loca arboribus conſita & opaca, & agris irrigua, illic conſtruebat ἑστιατόρια, id eſt, cœnacula. Athenæus lib. 12. Ad hanc ſub arboribus & ad fontes (vnde forſan fontaneum dictum vulgò pro epulari feſtiuitate, Germanicè Laubertag) epulandi conſuetudinem iucunditatis plenam Horatius quoque alludit lib. 1. Od. 1:

Euſtathius Ιλ. ε. in illud: Εἶσαν ὑπ' αἰγίλοιο διὸς φηγῷ, id eſt, Collocarunt (Sarpedonem) ſub pulcherrima fago Iouis, &c. Veteres, inquit, quoniam Iouem ſiue aërem exiſtimarunt vitæ eſſe auctorem, & etiam veterum cibus ex quercu fuit (vnde quercus φηγὸς, id eſt, fagus dicta παρὰ τὸ φαγεῖν, id eſt, ab edendo) idcirco φυτὸν ζωοτρόφον, plantam illam vitæ alumnam Ioui ceu ζωογόνῳ, id eſt, vitæ datori conſecrant. Erat autem etiam ante Troiam quercus Ioui ſacra, vnde Lycij Sarpedonem collocant ſub quercu, non vmbræ tantùm cauſa, verumetiam ceu ſacro quodam in loco, vt etiam Apollinem in Apollinis adyto. Hinc quercus etiam φηγηλὴς, ἀμφιλαφὴς, & ἀμφιθαλὴς à Poëtis dicta, quod religio erat illam attingere, vel ex illa aliquid decerpere. De Helia prandente ſub Rhamno, vide 3. Regum cap. 19. Vt autem Baſilea ſua illa quercu plurimum gaudet, & delectatur: ita Tigurum, atque Schaphuſium tilias habent amplas, & amœnas, quæ patulis diffuſæ ramis, ac quaqua verſum exporrectis, ſcenas, vmbracula, atque triclinia amœniſſima præbent. Ac Schafuſiana quidem tilia tricliniaris octodecim circiter menſarum eſt capax, fontemque habet in medio ad pocula abluendum refrigerandumque, magnam admodum aquarum frigidiſſimarum vim profundentem. Tigurinæ verò duæ tiliæ admodum annoſæ, anno 1571. 15. Kalendarum Mart. ex priſtino loco, propter noui ædificij molitionem, in alium, triginta trium ferè pedum interuallo, tribus pueris eis inſidentibus, funibus atq; cochleis translatæ ſunt, & quidem, id quod multis magnæ eſt admirationi, adhuc virent, vigentque ambæ. Cotys rex Thraciæ, qui omnes Thraciæ reges voluptatum ſtudio ſuperauit, circumibat regionem, & vbi videbat loca arboribus conſita & opaca, & agris irrigua, illic conſtruebat ἑστιατόρια, id eſt, cœnacula. Athenæus lib. 12. Ad hanc ſub arboribus & ad fontes (vnde forſan fontaneum dictum vulgò pro epulari feſtiuitate, Germanicè Laubertag) epulandi conſuetudinem iucunditatis plenam Horatius quoque alludit lib. 1. Od. 1:

Tiguri & Schaphuſij perpulchræ tiliæ conuiuiales.

Eſt qui nec veteris pocula Maſſici,
Nec partem ſolido demere de die,
Spernit, nunc viridi membra ſub arbuto,
Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ. Et illa Virg. Æneid. 7.
Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ.
Inſtituuntque dapes, & adorea liba per herbas,
Subijciunt epulis (ſic Iuppiter ipſe monebat)
Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

Eodem videntur pertinere illa Mich. cap. 4. Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuam, & ſubtus ficum ſuam, quibus genialis ſecuritas atq; tranquillitas exprimitur. Quinetiam, vt hoc quoq; addam, habitaſſe quaſdam gentes in arboribus legimus, vt Heptacometas Ponti populos, & alios, de quibus vide Quinggeri Theatrum p. 2569. Hæc de locorum conuiuialium differentijs.

De delectu loci conuiuialis habendo.

Eſt autem conuiuatori loci habendus delectus, vt nimirum is ſit amœnus, ſalubris, clarus,

& illustris, bene temperatus, neque nimis frigidus, neque nimis calidus, cùm vterque comedentibus sit noxius. Loci delectum Cordubensis princeps in suis Canticis edocet, quando tranquillum esse debere scribit, benè euentatum, & æstiuo tempore frigidum, ne calor extraneus (inquit Auerroes) naturalem debilitet. Situs anni temporibus accommodatus, ita vt hyberno tempore sit calidus, æstiuo frigidus: vnde apud Romanos triclinia alia fuerunt æstiua, alia hyberna, vt testatur Varro libro septimo, de Lingua Latina, & libro primo capite decimoquarto, de Re rustica. Nunc contra vt villam vrbanam quàm maximam, ac politissimam habeant, dant operam, ac cum Metelli & Luculli villis pessimo publico ædificatis certant, quò elaborant, vt spectent sua æstiua triclinaria ad frigus orientis, hyberna ad solem occidentem potius, quàm vt antiqui in quam partem cella vinaria, aut olearia fenestras haberet, cum fructus in eo vinarius quærat, vt dolia ære frigidiorem, item vt olearia calidiorem. Sic Amos 3. vbi scriptum: Percutiam domum hyemalem cum æstiua, interpretantur nonnulli, triclinia æstiua, & hyemalia. Lycurgus Lacedæmonijs edicto statuit, vt hyeme ad forum, æstate in aprico discumberet. Nimirum ne splendidius alter altero cœnitaret, etiã sine mensa. Athenis quoq; vere interdum, & æstate sub sole, & dio cœnitare solebant. Vnde Teren. in Adelph. Lectulos in sole ligneis pedibus faciundos dedit, vbi potetis vos. Huc referri potest, quòd Persarum reges æstate in Ecbatanis, hyeme in Susis degebant, teste Athenæo, & Leonic. lib. 3. cap. 93. Germanorum triclinia hyemalia sunt hypocausta, quas Stubas vocant, in quibus bibendo solent desudare. Huc facit, quod Aristot. in genere præcipit de domo. Πρὸς ἐπιμέρειαν, inquit, καὶ φωὴς ὑγείας δ' ἐστὶν εἶναι εὔπνουν μὲν τὸ θέρος, εὐήλιον δὲ τὸ χειμῶνος. Talia debent esse in primis cœnacula, nimirum frigidiuscula, atq; perspirabilia in æstate, in hyeme verò aprica atq; calidiora. Tota itaq; domus versus meridiem spectare debet, vt hyeme solem recipiat, æstate vmbrã habeat.

Reges Persici æstate in Ecbatanis, hyeme Susis agebant. Germanorũ hypocausta.

Situs optimæ domus.

Sortitò quoq; nonnunquam veteres conuiuij locum eligere fuisse solitos, ex illis Aristophanis versibus in Ἐκκλησ. videtur posse colligi, quæ etiam à Suida citantur, in κληρωτήρια:

Τὰ δ' ἐκκλησιαστήρια ποῖ τρέψεις, Πρ. εἰς τὸν ἀγορᾶν καταθήσω
κἄπειτ' ἐπάσασα παρ' ἁρμοδίῳ κληρώσω πάντας ἕως ἄν
Εἰδῶς ὁ λαχὼν ἀπίῃ χαίρων ἐν ὁποίῳ χράμματι λειπτέος ἐστί,
κἀγὼ κηρύξει τὰς ἐκ τοῦ Βῆτ' ὀθνεῖον τὸν σοιᾶν ἀκολουθεῖν.
Τὸν Βασίλειον λειπνήσοντας, τὸ δ' ἐπὶ θῆτ', εἰς τὸν παρὰ ταύτην
Τὰς δ' ἐν τῷ κάππ', εἰς τὸν σοιᾶν χωρεῖν τὸν ἀλφιτόπωλιν
ἵνα κἀμπίωσι. Βλ. καὶ δι' ἄλλ' ἵνα σαφῶς δειπνήσειν. ὅτῳ δὲ τὸ χράμμα
μὴ ἐξελυθῇ καθὸ λειπνήσει, τούτους ἀπελάσειν ἅπαντας.
Πρ. Ἀλλ' οὐκ ἔσται τοῦτο παρ' ἡμῖν.
πᾶσι γὰρ ἄφθονα πάντα παρέξομεν,
ὡς τε μεθυσθεὶς αὐτὸς σεφάνῳ
πᾶς τις ἄπεισι τὸν δ' αἶδα λαβών,

Sortes olim conuiuij locus delectus est.

Id est, Sortiones quò conferes? In foro deponam, sortrice iuxta Harmodium constituta: sortes omnium iaciam, donec is cui sors obuenerit, latus abeat, sciens in qua litera sit cœnandum. Proclamabit præco: Quibus B. euenerit sequantur in porticu regia cœnaturi. Quibus Θ. in ea quæ est illi proxima capitecensorum. Quibus K. in porticu farinaria, vt se inflectant: imò (erratis) vt ibi cœnent. Quorum verò litera prolata non fuerit, in qua cœnent, hos cæteri expellunt omnes. Sed apud nos nõ ita fit. Omnibus enim abundè omnia suppeditabimus, vt vnusquisq; ebrius, cum ipsa corona face accepta abeat. Obseruatu quoq; dignum est, veteres solitos fuisse indere nomina cœnationibus, & cubiculis à nominibus deorum, sicut Lucullius triclinium habebat nomine Apollinem, in quo lautiores cœnas parare solebat: vnde illud celeberrimũ est: Cœnabitur in Apolline. Sic Hermæũ, quod diætam Sueton. in Claudio vocat, ab Herme, id est, Mercurio videtur dictum. Alexander Imperator Romanus fecit in Palatio diætas, nomine Mammeat, in honorem matris Mammeæ: quas vulgus imperitum postea ad Mammam vocitauit. Hac etiam tempestate in ædibus principum sunt cubicula varij nominis, vt aliud Psittaci, aliud Pauonum, aliud columbarum vocitetur. A nominibus quoq; diuorum nominamus cubicula & cœnationes, vt Apostoli Pauli, Petri, &c. Hæc Beroaldus annotat in Suetonium. Non videtur etiam hic silentio prætereundus iocus Martialis, quo perstringit quendam habentem ædes amœnas, cùm interim neminem in illas ad cœnam vocaret:

Loca conuiuialia à nominibus deorum vocata.

Apollo.

Hermæum.

Mammeæ diætæ.

Locus Martialis inciuiliter inhospitalem.

Daphnonas

Daphnonas, platanos, ac aërias cyparissos,
Et non vnius baluea solus habes.
Et tua centenis stat porticus alta columnis,
Calcatusq; tuo sub pede lucet onyx.
Pulnereumq; fugax hippodromon vngula plaudit,
Et pereuntis aquæ fluctus vbiq; sonat.
Atria longa patent, sed nec cœnantibus vsquam,
Nec somno locus est: quàm bene non habitas.

Vt autem qualitas, sic quantitas quoque loci consyderanda: vt nimirum non sit nimis arctus & angustus, sed amplus & conuiuarum capax. Præterea locus conuiualis non debet esse immundus, & impurus, sed purgandus, mundandus, atque euerrendus est scopis, & alijs instrumentis secundùm illud Iuuenalis Satyra 14. De quantitate loci conuiualis.

Hospite venturo cessabit nemo tuorum
Verre pauimentum, nitidas ostende columnas,
Arida cum tota descendat aranea tela.
Hic lauet argentum, vasa aspera tergeat alter,
Vox domini fremit instantis, virgamq; tenentis.
Ergo miser trepidas ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Nec perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus.
Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioq; carentem, &c.

Locus conuiuij purus esse debet.

His verbis arguit illos Poeta, qui hospite venturo domum totam expurgant, non autem dant operam, vt eam filius sine labe & vitio carentem aspiciat. Huiusmodi munditiem cùm loci conuiualis, tum vasorum, & instrumentorum triclinariorum Horatius quoq; requirit Sat. lib. 2. his verbis:

Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus
Constitit sumptus? neglectis flagitium ingens
Ten' lapides varios luculenta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota toralia vestes.

Hoc est (interprete Lambino) danda est opera vt pauimentũ sit mundum, vt conuiuatori mapparum mundarum copia suppetat, quæ distribuantur conuiuis ad manus vnctas tergendas, vt patina & cætera vasa defricata sint, ac splendeant. Quantulus enim sumptus inest in scopis, mappis, scobe? certè minimus. Est autem scobes propriè pulueisculus, qui è lignis decidit, aut alia huiusmodi materia, cum scobina, id est, lima tenuatur, vel serra secatur. Per lapides autem varios arbitrabatur significari pauimenta marmorea versicolora (nam pauimenta olim marmorea fieri solita quibusdam Ciceronis atque Catonis testimonijs probat) palmæ autem nomine scopam ex palma intelligit, secundum illud Martialis 14. *In pretio scopas testatur palma fuisse.* Scobes. Pauimenta marmorea. Scopæ ex palmâ.

Sic Leonidas ille apud Plautum in Asinaria:

Iussin' sceleste, ab ianua hoc stercus aufferri?
Iussin' columnis deijcier operas aranearum?
Iussine in splendorem dari bullas has foribus nostris?

Sic apud eundem Ballio leno in Pseudolo ad lorarios seruos:

Tibi hoc præcipio, vt niteant ædes, habes quod facias, propera abi intrò. Et paulò post:
Hæc cùm ego à foro reuertor, facite vt offendam parata,
Vorsa, præsterga, strata, lautaq;, coctaq; omnia vti sint.
Nam mihi hodie natalis dies est, decet eum omnes vos concelebrare.

Huc quoq; alludit Apuleius lib. 7. Gnauiter, inquit, cuncta præministrat, verrit, sternit, coquit, &c. Et Cato præcipit, vt villica villam versam, mundamq; habeat. Item in Andromacha Euripidis:

σαίρειν γε δ' ὦμα— Τῷ μὲν, ἐν χρυσηλάτοις τεύχεσιν
Πτερωτὰ θοῦσαν ἁρπάλῳ δρόσον,

Hermione ait, oportuisse Andromacham inter alia seruilia opera, domum quoque verrere conspersam aqua. Et Eurýalus apud Homerum ad ancillas, Οδ. γ.

——αἱ μὲν δ' ὦμα κορήσατε, ποιπνύσασθαι, (ποιπνύειν est πονεῖσθαι, κατὰ συνίσεως, Eustath. Ιλ. α. 121.)

Ῥάσσατέ τε, id est,

Ædes verrite, purgate, atque irrigate.

Scopæ.

Instrumenta porrò præcipua scopandis pauimentis, amouendis araneorum telis è parietibus, laquearibusq; idonea sunt scopæ, siue scopa in singulari numero, licet rarius (Græcè σάεσθες, siue σάεσμα, κόρημα, siue κόρηθες, ὄφελος, ὄφελμα, Hebr. מטאטא Matata, Isa. 14.) quæ antiquitus ferè ex palma, hodie ex vlice, rusco, tamarice, & id genus cæteris fruticibus confici solent. Non solùm autem scopæ, ad munditiem faciunt, sed etiam ne putrescentibus sordibus humidis, vel siccis pulices, & muscæ impendiò molestæ nascantur, ex quibus solent prouenire, vt testatur Aristoteles lib. 1. de Animal. generat. Vnde pulices fortasse à puluere appellati. Scopæ ipsæ quasi scobæ, quòd his purgamenta veluti scobem educimus. Hinc serui conuerritores scoparij dicti, & (quod sanè ridiculum fuit) Deuerram Deam antiquitus venerabantur, vt benè scopis domum verrere possent, auctor Varro, & S. Augustinus. Σάρ & Græcè ædituus, qui ædem conuerrit.

Scoparij. Deuerra dea.

De ornatu loci conuiuialis.

Nec verò mundanda tantùm, & à sordibus repurganda, verùm etiam ornanda sunt triclinia vestibus stragulis (quæ aulæa, vela, cortinæ, peripetasmata, peristrommata, nec non tapetes, siue tapeta, seu tapetia nominantur) spargendi flores, accèdendi odores, exponenda vasa aurea, argentea, & alia quæ ad loci ornatum faciunt. Triclinij ornatissimi & splendidissimi mentio fit Esther. 1. vbi magnificentissimum illud Assueri regis epulum, quod principibus suis dedit, describitur.

Triclinium Assueri ornatissimum.

Celebratum fuit in atrio horti palatij regis, quod quidem exornatum fuit aulæis candidis, carbasinis, & hyacinthinis, quæ suspensa erant funibus byssinis & purpureis, super arcus argenteos, qui

Pauimenta floribus cõstrata.

innitebantur columnis marmoreis. Lecti erant aurei, & argentei super pauimento constrato lapide marmoreo vario, & varicolore. Nazianzenus περὶ φιλοπωχίας, Oportet, inquit, nostrum pauimentum ἀνθεῖν αἰθυσιν, id est, odoriferis tegi floribus, idq; sæpius & extra anni tempus: mensam autem vnguentis, iisq; fragrantissimis, ac diuersissimis, quò magis effœminemur, inspergi. Plutarchus lib. 1. Symp. prob. 1. scribit veteres aqua verbenarum, adiantorumq; succis imbuta solum rigare fuisse solitos, quòd hoc conuiuis ἀθυμίαν, καὶ τὸ ἐφθόν λω, id est, hilaritatem, comitatemq; conciliare putaretur. Heliogabalus teste Lampridio, strauit, & triclinia de rosa, & lectos ac porticus omni florum genere, liliis, violis, hyacinthis, & narcissis, & sic per ea deambulauit. Ælius quoque Spartianus de Ælio verò imp. Iam illa, inquit, frequentatur à nonnullis, quod & accubationes ac mensas de rosis & liliis fecerit, & quidē purgatis, &c. Idem testatur Crinitus lib. 18. cap. 4. & lib. 22. cap. 2. vbi Horatij, Lucretij, Plinij, Suetonij, & aliorum testimonijs probat, veteres consueuisse cùm scenas theatrales, tum mensas etiam, & triclinia croco varijsq; floribus spargere. Hinc etiam illud peruulgatum:

Mos solum irrigandi verbenarum & adiãtorum succis.

Pulpita solennes non oluere crocos.

Martialis libro primo.

Et Cilices nimbis qui maduere suis.

Id est, croco Cilicio, cui prima nobilitas. Spartianus in Hadriano: In honorem Traiani balsama & crocum per gradus theatri fluere iussit. Seneca epist. 51. Hodie verum tandem sapientiorem putas, qui inuenit, quemadmodum ad immensam altitudinem crocum latentis fistulis exprimat. Crocum hic pro Orcum legendum monet Brodæus in suis Miscell. quo cum vino mixto theatra, vt Plinius tradit, replebant. Cùm quæstor Caius Verrinus Metellum pium ad cœnam inuitasset, vltra Roman. ac mortalium etiam morem curauit ædes aulæis, & insignibus exornari, scenis quoque ad ostentationem histrionum fabricatis. Simul croco sparsa humus, & alia in modum templi celeberrimi, testis Macrob. 3. Saturnal. cap. 13 Verres similiter cùm regem Siciliæ ad cœnam vocasset, primò dicitur triclinium amplè, magnificèq; exornasse, exposuisse ea quibus abundabat plurima, ac pulcherrima vasa argentea. Cic. Orat. 6. In Verrem. Sic postea rex quoq; cùm Verrem vicissim ad cœnam vocasset, dicitur exposuisse suas copias, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro. Hæc autem collocabantur, vt etiamnum hodie fieri consueuit, in abacis, atq; mensis certis. Vnde

Cic.

Digitized by Google

cic. in descriptione magnifici conuiuij quod Dionysius Syracusanorum tyrannus Damocli iussit apparari, inter alia, abacosq; complures, inquit, ornauit argento, auroq; cælato. Idem pro Murena: Quum Quintus Max. Africani patrui sui nomine epulum populo Romano daret, rogatus est Quint. Tubero à Maximo, vt triclinium sterneret: cùm esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. Atqui ille strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia. Fuerunt olim vasa Samia in magno pretio, vt ex hoc Tibulli disticho constat, lib. 2. Elegia 3.

At tibi læta trahant Samiæ conuiuia testæ,
Fictaq; cumana lubrica terra rota.

Ad hunc ædes in hospitum præsertim, atq; conuiuarum gratiam purgandi, ornandiq; morem Christus quoq; videtur alludere cap. 12. Matth. vbi spiritum immundum eiectum ex homine quando non reperit locum in quo acquiescat, dicit ad priorem domum respicere, & si illam σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον, id est, vacantem, versam, atq; ornatam repererit, assumptis 7. alijs spiritibus se deterioribus in illam quasi postliminio intrare ibi habitandi gratia. Hæc Theophilactus de non baptisatis interpretatur, in quibus non quærit spiritus, inquit, impurus requietem, prius enim illos in sua habet potestate, quasi scilicet istud iam domicilium fastidiat, requirit igitur baptizatos. Liberati autem à dæmonijs, si deinde securi, & ocioſi, atque desides sint, & ita habitationem præparatam, & excultam hospiti illi præbeant, multò deinceps deteriore sunt conditione, & est difficilior, & operosior liberatio. Videntur etiam his ipsis Christi verbis illi perstringi, qui vt in corporibus ita etiam in ædibus suis purgandis, exornandisq; multum operæ sumptusq; collocant, interim verò non dant operam vt sui potius, & illorum, quorum curam gerere debent, animi à vitiorum sordibus repurgentur, & contrà virtutibus exornentur. Vnde rectè sapienterq; Epictetus, ne tabulis & picturis, inquit, domum tuam exorna, sed temperantia ipsam depinge. Illud enim alienum est, & oculorũ modò ἐπίκαρον γοητεία, id est iucunda præstigiæ. Hoc verò σύμφυτον καὶ ἀνεξάλειπτον, καὶ ἀϊδιον οἰκίας κόσμον, genuinus, indelebilis, & æternus domus ornatus. Eodem pertinet aliud eiusdem dictum operam quidem dare vt domus incrustata gypso albedine sua resplendens in admirationẽ spectantes trahat, hominis est imperiti: Ingenium verò commoda familiaritate exornare, honestatis humanitatisq; studium testatur. Colophonis loco operæpretium fuerit addere, quæ Valeriola lib. 2. cap. 6. hac eadem de re eleganter sanè disserit his verbis: Finem præparationi ciborum faciam, si id tantùm addidero, quod à Galeno proditum est, munda esse debere omnia, quæ ad rem escariam pertinent, nitida, culta, probè apparata, & suo ordine posita. Hæc enim ad appetentiam excitandã tum sanis tum ægris plurimum faciunt. Itaq; pro tempore anni paranda mensa, hyeme locis clausis, & calidis, æstate frigidis & apertis. Vere in triclinium, & mensam sternantur flores, hyeme suffitus odoriferi. Æstate pauimentum frondibus odoriferis sternatur. Autumno odorati fructus à laqueariis pendeant. Albæ sint mappæ, candida mantilia, vasa tum potoria tum escaria pellucida, nitida atq; à situ detersa. Cultros habeat mensa minimè hebetes, tersos, & acie prolixa, & cute exacuta. Salino niteat bene instructa mensa. Lautities enim hæc, & nitor residentem etiam appetentiam excusitat, & concoctioni prodest: quod auidius & maiore cũ voluptate sic apparata sumantur. Et hæc sint dicta de loci conuiualis differentijs, delectu, purgatione atq; exornatione.

NOTA.

DE SVPELLECTILI, ET VASIS INSTRVMENTISQVE CONVIVIALIBVS, EORVNDEM CVra, custodia, dispositione, vsu & abusu.

CAPVT XV.

NVNC de supellectile, & vasis instrumentisq; conuiualibus dicendum, quorum similiter cura est conuiuatori suscipienda. Nam quemadmodum ad omnes actiones apta & idonea requiruntur instrumenta: ita ad hanc quoque honestam vtilemque actionem, hoc est, ad conuiuia, quis dubitet, quin vasa instrumentaque maximè commoda, & idonea requirantur? Sunt autem illa varia & multiplicia, quorum alia quidem sessioni, seu accubationi, alia manuum pedumque ablutioni, alia luminibus, alia cibis vel coquendis, vel dissecandis vel distribuendis, vel apponendis, vel sumendis, vel recondendis, alia poculentis inseruiunt, alia deniq; alium,

De supellectili, & vasis conuiualibus.

Digitized by Google

atque alium vsum habent. Verùm infinitum esset singula huiusmodi vasorum, & instrumentorum genera persequi, de quibus Pollux, Bayfius & alij scripserunt. Mibi quidem propositum est, cùm de maximè necessarijs & vtilibus suis in locis dicere, tum hoc in loco generatim quædam de supellectilis domesticæ, ac præcipuè conuiuialis vsu & abusu in medium proponere, exordio ducto à nominibus.

Nomina vasorum.

כלים Celim Hebraicè dicuntur omnis generis vasa, instrumenta, suppellex, vtensilia, ad quemcunque hominum vsum comparata. Græcè σκεύη, ἄρμενα, ἐργαλεῖα vocantur. Homero familiaria sunt duo nomina συνώνυμα, quæ cùm militaria, tum in genere quæuis vasa, & instrumenta significant. Ea sunt ὅπλα, inquit Eustath. Ιλ. Λ. 766. ὡς τὰ πολεμικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ παντὸς ἔργου, καὶ ἁπάσης τέχνης ὄργανα. Et Ιλ. Δ. p. 364. ὅπλα πάσης τέχνης ἐργαλεῖα, unde ὁπλίζεσθαι τὸ εἰς ἔργον ἑτοιμάζεσθαι, item σκευάζειν: & ὁπλότεροι ὡ μόνον οἱ νεώτεροι, ἀλλὰ μᾶλιστα οἱ μάχιμοι, καὶ ὅπλα ἄρειν δυνάμενοι: ἔτι δὲ καὶ οἱ καπλῶς ἐργατικοὶ, καὶ ἐυεργεῖς. Sic ἔντεα, teste eodem. Ιλ. Ε. τὰ ἁπλῶς ὅπλα τῆς ἐν ἀνθρώποις ἔργων, ἤτοι ὄργανα. Vnde ἐντύνειν idem quod ἐυπρεπίζειν, ὁπλίζειν. Et Athen. lib. 5. in illum locum Homeri:

ὅπλα

ἔντεα

Αμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον ἔντεα δαιτὸς,

Δῆλον, inquit, ὡς τὰ ἀγγεῖα, καὶ ὅλῳ τῷ ὅπλων τὰ σκευαστικὰ θεράκια, καὶ κνημίδας, καὶ τὰ τούτοις ἐμφερῆ λέγεσιν ἔντη, καθάπερ αἴτια τῆς τῶ σώματος μερῶν ὄντα. Grammatici ἔντεα ἀπὸ τοῦ ἐντὸς περιέχειν, καὶ σώπειν τὸ σῶμα volunt esse dicta.

Arma.

Vtensilia. Supellex.

Vt autem & Hebraicè Chelim, & Græcè ὅπλα, & ἔντεα cùm militaria, tum alia quæuis vasa & instrumenta significat: sic à Latinis vox arma similiter vsurpatur, & pro bellicis, & pro quarumuis artium instrumentis. Vnde arma cerealia, rustica & nautica Vergilio, coquinaria Plauto, tonsoria Martiali dicta. Eadem vtensilia quoque ab vsu, & supellex, siue (vt veteres, teste Festo, vocarunt) supellectilis appellatur: quam Iurisconsulti domesticum patrisfamiliàs instrumentum definiunt. Hinc supellecticarij serui ab ijsdem eleganter dicuntur, qui sunt in supellectile, item qui supellectilem curant, & etiam qui eam faciunt. Supellectilis nomen μεταφορικῶς à Sidonio videtur pro penu, seu cibarijs vsurpari, cùm inquit, medullica supellectilis epulones, &c. Verùm ea quæ propriè conuiuiuijs inseruiunt, σκεύη συμποτικὰ, & μαγειρικὰ, ὅπλα siue ἔντεα δαιτὸς, Homero, ὄργανα θοινητικὰ Xenophonti, Latinè supellex, arma, vtensilia, vasa, seu instrumenta conuiuialia, siue epularia, instrumenta ad epulationem à Cic. apud Columellam nominantur.

Supellecticarij serui.

Ἐπιτραπέζια

Ἐπιτραπέζια quoque omnis mensis apta (vt sunt vascula potoria, & escaria) vocantur. Vnde Papinius in Syluis Vindicis poculum Epitrapezion celebrat, cuius Martialis quoque meminit. Eustat. Οδ. Α. Manifestum, inquit, est etiam hodie quasdam gentes, & quidem principes earum gaudere vasis ligneis, quæ & κάνεα, & ξαπεζώματα appellantur. Hæc de nominibus.

Modus tenendus in uasis, & supellectili. Clem. Alexandrini sententia de vitando luxu supellectilis.

Quoad ipsam rem, vt omnibus in rebus, sic hac quoque in parte adhibendus est modus, & ad mediocritatem reuocandus, eademq; mediocritas ad necessarium, honestumq; vitæ vsum cultumq; referenda. Huc facit Clementis Alexandrini sententia lib. 2. Pædag. cap. 3. qui & alimenta, & vestes, & vasa atque supellectilem, & quæcunq; in domo sunt, ipsam denique vitam dicit rectæ Christiani hominis institutioni debere esse consentaneam, prout conducibile fuerit accommodatam personæ, ætati, studio, tempori. Eodem in loco pluribus docet, cur πολυτελεία σκευῶν, id est, vasorum magnificentiæ non nimis sit studendum, quæ quidem partim in eorum numero atq; copia immoderata, & superuacanea, partim in materia nimis pretiosa, partim denique in formis exquisitis nimium, & elaboratis, ac proinde sumptuosis consistit.

Ac primùm quidem poculorum (idem de alijs quoque vasis intelligendum) aureorum, argenteorum, atque gemmatorum vsum dicit esse inutilem, & ὄψεως solùm esse ἀπάτλω, id est, ad oculos inani spectaculo pascendum, atque fallendum pertinere. Deinde huiusmodi vasa εἰς διακονίαν ἐδωδῆς, id est, ad cibi ministerium pertinentia, si nimis sint pretiosa, scitè admodum vereq; appellat ἀπειροκάλου ἔυφης τεκμήρια, φθόνου καὶ βλακείας ὀλίβυλα πλουτιστήματα, hoc est diuitiarum insolentium argumẽta, inuidiæ mollisq; ignauiæ incommoda. Ac in genere omnium huiusmodi opum atque bonorum possessionem non magnifaciendam, sed fugiendam potius esse Pauli ac Christi Matth. 19. atque Baruch. cap. 3. testimonijs probat. Sequere, inquit, Deum nudus ab arrogantia, nudus à pompa momentanea, id quod tuum est, quod bonum, quod auferri non potest, nempe fidem

NOTA.

pe fidem in Deum, beneficentiam in homines, atq; confessionẽ verum possidens, quæ quidam κτῆμα sunt τιμαλφέστατον, hoc est, possessio pretiosissima. Ac quoniam opes diuitiasq; ostentandi gratia plærunque homines huiusmodi supellectilis, atq; vasorum luxuriæ student, eleganter sanè τὸν πλοῦτον οὐκ ὀρθῶς κυβερνώμενον τῆς κακίας ἀκρόπολιν, id est, opulentiam non benè administratam vitiorum arcem appellat, φιλαργυρίαν item, vt Paulus radicem, sic ille ἀκρόπολιν τῆς κακίας vocat. Contrà πλοῦτος ἄρις (vt idem verissimè inquit) ἐστὶ ἡ τῶν δὴ θυμῶν πενία, id est, verè diuitiæ sunt cupiditatum paupertas, & inopia, καὶ ἡ μεγαλοφροσύνη ἡ ἀληθὴς οὐ τὸ δὴ πλούτῳ μεγαλοφρονεῖν, τοῦτο δὲ καταφρονεῖν, id est. Vera animi magnitudo est, non diuitijs efferri, & magnos sibi sumere spiritus, sed illos contemnere. Itaque stultum esse ait, de supellectilis & vasorum magnificentia gloriari, quæ quiuis sibi pecunia è foro comparare possit. In primis vsum esse in vasis spectandum: nam eorum μέτρον, id est modum esse χρείαν, ὁ πολυτέλειαν, id est, vsum, non sumptum atque magnificentiam. Nam quemadmodum in agricultura ligonem, aratrum atq; falcem non auream & argenteam, sed aptam ad opus efficiendum quærimus: ita quoq; vasa domestica nobis esse comparanda non sumptuosa atq; magnifica, sed vtilia & idonea ad opus: id quod probat argumento ducto ab enumeratione quorundam instrumentorũ, quibus, etiamsi vili constent materia, tam benè & commodè quæuis effici possint, quàm si ex pretiosissima materia essent conflata. Tertullianus quoq; in lib. de habitu muliebri, grauiter inuehitur in hunc Vtensilitatis (vt ipse vocat) id est, vtensilium luxum. Inter alia inquit, & annuli ferro fiunt, quædam esui & potui vascula ex ære adhuc seruat memoria antiquitatis. Viderit si etiam ad spurca instrumenta auri, & argenti demens copia deseruit. Platonis adhæc testimonium adducit, qui minimè laborandum esse dicit, vt opes aureas, & argenteas habeamus, atque vasa inutilia, quæ non cum vsu necessario sint coniuncta, ac quorum vnumquodq; non ad multos vsus accommodari possit, contrà πολυκτημοσύνην, id est multorum vasorum possessionem esse reijciendam. Quod autem ille de Platone dicit, idem de ulijs quoque cùm gentibus, tum personis quibusdam illustribus affirmari potest, quæ in vasis, atq; supellectili frugalitati potius, quàm magnificentiæ atq; luxuriæ studendum esse existimarunt.

NOTA.

Vtensilitas.

Vasa escaria, & potoria ex ære.

Athenæus lib. 6. multa de antiquorum cùm frugalitate in vasis sacris, atq; profanis, tum luxu differens, inter alia testatur, vasa, anathemata, atque donaria ferè ærea in antiquis templis fuisse reperta: & addit sententiam memorabilem. Natura, inquit, auri & argenti venas fecit subterraneas, earumq; ἐργασίαν fecit πολύπονον, καὶ χαλεπὴν, vt illorum studiosi magnis cùm laboribus sibi illa comparare cogerentur. Deinde addit, Αλλ' ἔχ οἱ μεταλλεύοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ μεταλλευθέντα συναγείροντες, μυρίοις μόχθοις ἁπάντων τῶν πεφυκότων πολυκτημοσύνας, hoc est, non modò qui illa effodiunt, sed etiam qui illa iam effossa colligunt, atque coaceruant, illorum possessionem infinitis laboribus venantur. Equidem Romani antiquitus vasis & paucis, & ex vili materia confectis fuerunt contenti. M. Curius Dentatus cùm interuersæ pecuniæ argueretur, cadum ligneum, quo vti ad sacrificia consueuerat, in medium protulit, iurauitq; se nihil amplius de præda hostili in domum suam conuertisse, testis est Plinius lib. de viris illustribus. Quàm paucis hodie dacibus, seu capitaneis Christianis huiusmodi facere iusiurandũ liceret? Catus Ælius, cùm legati Ætolorum in consulatu prandentem in fictilibus adissent; missa ab his vasa argenta non accepit, neque aliud habuit argenti ad supremum vitæ diem; quàm duo pocula, quæ L. Paulus socer ei ob virtutem deuicto Perseo rege donauit, Plin. lib. 33. cap. 11. Confer cum hac Cati Ælij continentia Christianorum ducum δωροδοκίαν & luxuriam, ac magnam sanè dissimilitudinem reperies. Et vt tantus imperator non nisi duo pocula aurea possedisse dicitur: ita hodie nullus ferè est operarius tam vilis & abiectus, qui non plura possideat. Inuenimus (inquit idem auctor) legatos Carthaginensium dixisse, nullos homines benignius inter se viuere, quàm Romanos: eodem enim argento apud omnes cœnitauisse seipsos.

NOTA.

Veterum frugalitas in vtensilibus.

Romanorum veterum frugalitas in vasis.

Cadus ligneus ad sacrificia.

C. Fabricius censor ne Imperatores quidem bellicosos plus quàm pateram, & salinum ex argento habere voluit, & vt milites vasis ligneis tantùm vterentur edixit, testis est Plinius lib. 33. cap. 12. & Alex. ab Alexandro lib. 2. cap. 29. ex Plutarcho. M. quoque Catonis superioris, qui Celtiberos Hispaniæ populos, robur prouinciæ, secundis prelijs fregit, cùm totam illam prouinciam administraret, pellibus hædinis pro tapetis vsus est, teste Val. Max. lib. 4. cap. 3. Publium Cornelium Rufinum, à quo L. Sylla dictator originem duxit, strenuum ducem, bis consulem, & dictatura fun-

C. Fabricij & in gente Rom. priscorum in supellectili frugalitas.

Digitized by Google

ctum Plutarchus, Gellius, & Valerius motum Senatu narrant à censoribus C. Fabritio Lucino, Q. Æmilio Papo, quòd eum comperissent argenti facti, id est, vasorum argenteorum (sic enim Q. Max. vt ait Vlpianus, definit) decem pondo habere. Eiusdem frugalitatis Romanorum veterum in supellectili, vasisq; domesticis Marius quoque auctor est in Oratione sua apud Sallustium: Ex parente, inquit, meo, & alijs sanctis viris ita accepi. Munditias mulieribus, viris laborem conuenire, omnibusq; bonis oportere plus gloriæ, quàm diuitiarum esse: arma, non supellectilem decori esse. Item Cic. pro Luc. Flacco, Hæc ratio inquit, ac magnitudo animorum maioribus nostris fuit, vt cum priuatis in rebus, suisq; sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu viuerent, in imperio, atque in publica dignitate omnia ad gloriam, splendoremq; reuocarent. Quæritur enim in re domestica continentiæ laus, in publica dignitas. Celsus quoq; iurisconsultus ait, veteres aut fictili, aut lignea, aut vitrea, aut ærea denique supellectile fuisse vsos, nunc ex ebore, aut testudine, atque argento, iam ex auro etiam atque gemmis supellectili vtuntur. De veterum Romanorum frugalitate in supellectile vide Iuuenal. Satyr. 11. docet illos arma potius, quàm supellectilem ornata habuisse.

Tales ergò cibi, qualis domus atque supellex.

Id est, vt domus & supellex fuit tenuis & frugalis, ita etiam cibi. Hæc fuit priscorum Romanorum cùm in in vniuersa vita, tum in supellectili, atq; vasis domesticis frugalitas, quæ post deuictam Asiam in extremam desperatamq; luxuriam fuit conuersa, vt multis exemplis Plinius probat lib. 33. cap. 11. Id testantur vasa coquinaria ex argento, lecti aurei, & argentei, triclinia argentea, aliaq; vasa, lances pretiosissimæ, quorum ibidem mentionē facit. Asia, inquit Plinius, primùm deuicta misit luxuriam in Italiam. Siquidem Lucius Scipio transtulit in Triumph. argenti cælati pondo millia quadringenta L. & vasorum aureorum pondo C. millia, anno conditæ vrbis 565. Eadem Asia domita multò etiam grauius afflixit mores &c. Iam verò Romanorum Imperatorum, præsertim Tiberij, Neronis, Vitellij, Heliogabali, quàm monstrosa fuerit hac in parte luxuria Suetonius, Plinius, Lampridius, & alij historici abundè testantur. De Heliogabali vasis centenarijs argenteis, nec non mensis, capsis, cacabis argenteis vide Ælium Lampridium, & Crinitum lib. 14. cap. 6. Idem ventris onus auro excepit, in myrrhinis & onychijs minxit. Drusillanus quoque Rotundus Claudij Imperatoris seruus, dispensator Hispaniæ citerioris, lancem quinquagenariam habuit argenteam, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat, & comites eius octingentas quinquaginta octo librarum. Quare quæso? nisi vt quàm multi eas conserui inferrent. Aut quibus cœnantibus? inquit Plin. lib. 33. cap. 11. Augustus tamen, teste Suetonio in eius vita, supellectili tenui fuit contentus, cuius hæc sunt verba. Instrumenti eius, & supellectilis parsimonia appareret etiam nunc residuis lectis, atque mensis, quorum pleraq; vix priuatæ elegantiæ sunt. Ne toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili, & modico instrato, non valdè pretiosis stragulis ornato. Idem tamen, vt Suetonius similiter testatur (sed falsò) in adolescentia notatus est, & vt pretiosæ supellectilis, Corinthiorumq; præcupidus, & aleæ indulgens. (Corinthia vasa dicta sunt à materia, quæ Corintho Achaiæ vrbe à Romanis incensa ex varijs metallis fuit conflata.) Hinc proscriptionis tempus ad statuam eius ascriptum est: Pater argentarius, ego Corinthiarius; quum existimaretur quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos. Tiberius quoq; Cæsar, teste Suetonio, Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse grauiter conquestus adhibendum supellectili modum censuit. Tacitus lib. 2. sic scribit: Proximo Senatus die multa in luxum ciuitatis dicta à Quinto Haterio Consulari, Octauio Frontone prætura functo: decretum: ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent, ne vestis serica viros fœdaret. Excessit Fronto, ac postulauit modum argento supellectili familiæ, &c. Alexander quoque Seuerus, teste Lampridio, in conuiuio aurum nescijt, pocula mediocria, sed nitida semper habuit. Sardolybies olim aliud vas, aut instrumentum non possidebant, præter calicem, cultrum, & gladium, vt testis est Nicol. de moribus gentium, & Stob. serm. 42. & Athen. lib. 11. Nostris temporibus Turcæ parua, exigua, atque vili supellectili sunt contenti. Contrà Sybaritarum olim maximus fuit luxus, qui primi amidas excogitarunt, id est, matulas quas conuiuijs intulisse Græci gaudebant, teste Athen. lib. 1. Persas scribit Xenophon lib. 8. de disciplina, maximè gloriari fuisse solitos, si plura haberent pocula, nec eos pudebat ea sibi iniustè comparasse, cùm apud eos iniuriarum turpisq; lucri studium maximè vigeret.

Asia deuicta luxuria Romam occupauit.

Heliogabali luxuria.

Lanx argentea quinquagenaria Drusillani.

Augustus imp. tenui supellectili contentus fuit.

Tiberij Cæs. frugalitas.

Alexandri Seueri parsimonia.

Sardolybies.

Turcarum parsimonia.

Sybaritarum & Persarum luxuria.

Hodie apud Christianos reperiuntur quàm plurimi Persarum illorum similes, qui per fas & nefas

nefas ſupellectilem ſuam augere, atque ornare ſtudent, nec id ſibi vitio, ſed laudi potius vertendum exiſtimant. Nec opus ſanè eſt plura ex antiquis hiſtorijs huiuſmodi luxuriæ exempla depromere, cùm perdita hæc noſtra tempora exemplorum eiuſmodi ſint pleniſſima. Nam vt nihil de barbaris nationibus loquar, Chriſtiani hodie inſano quodam ſupellectilis augendæ, & exornandæ ſtudio flagrant, cum ſummo rei familiaris incommodo, ac detrimento. Nam quas pecunias in vſus neceſſarios conferre oportebat, eas profundunt in ſupellectilem, atque vaſa, quæ innumeris modis vitiari, corrumpi, aufferi, ſurripi, amitti denique poſſunt. Sunt nanq; illa furtis, incendijs, improborum negligentumq; famulorum, atque famularum infinitis iniurijs, atque periculis expoſita. Magna itaq; illorum ſtultitia (quod mulierum maximè commune eſt vitium) qui tantos in fragilibus, atque caducis illis fortunæ ludibrijs ſumptus faciunt. Vt nihil dicam de illis, qui bellis iniuſtis, atque rapinis, fœnoribus, iuditiorum corruptelis, atque alijs iniuſtis rationibus ſibi huiuſmodi vaſa comparant, ac proinde iram, atque furorem diuinum aduerſus ſe irritant. Itaque illa vaſa licet, auro, argento, ebore, gemmis conſtent, atque fulgeant, tamen ſanguinea verè appellare poſſumus, & iræ diuinæ inſtrumenta, quibus vix tertius, vt ille ait, hæres gaudet. Tandem, vt ſæpenumero fit, lautæ & copioſæ huiuſmodi ſupellectiles ſiue iniuſtis, ſiue etiam iuſtis rationibus comparatæ, cum ſummo etiam demortuorum, totiuſq; familiæ dedecore & ignominia in publicis auctionibus diuenduntur, atque diſtrahuntur, & in alienorum, ſæpe etiam inimicorum manus peruenit.

Chriſtianorũ luxuria in ſupellectili.

NOTA.

In ſacrificijs porrò, ſacriſq; epulis ethnicos veteres vilibus admodum vaſis vſos fuiſſe legimus. Varro lib. 4. antiquorum vaſa in ſacris lignea, atque fictilia fuiſſe ſcribit. Harum capidum (ſiue capularum à capiendo dictarum) inquit, figuras, in vaſis ſacris ligneas, & fictiles antiquas etiam nunc videmus. Hinc Cicero in Paradoxis, Quid autem, inquit, Numa Pompilius? Miniſne gratas dijs immortalibus capedines, & fictiles vrnulas, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur? Capedo vaſis erat genus in ſacrificijs vſitatum, à capiendo dictum, quia multi liquoris capax erat, ſiue, vt vult Varro, quòd anſatæ, vt prehendi poſſent, id eſt, capi. Filicatas autem (pro quo aliqui delicatas legunt) pateras appellat, quæ extrinſecus filicis imagine celatæ erant. Idem in libris de Repub. Quæ ſunt, inquit, imperia Pontificum Dijs immortalibus grata ſine Samijs? Vaſa Samia hic intelligit, quæ etiam capedines, & capeduncula appellantur, de quibus vide plura apud Crinitum lib. 22. cap. 10. Idem lib. 2. de Leg. Ad diuos adeunto caſtè, pietatem adhibento, opes amouento. Item: aurum & argentum in vrbibus, & priuatum in prophanis inuidioſa res eſt. Plinius lib. 35. cap. 12. In ſacris quidem etiam inter has opes, inquit, non murrhynis, cryſtallinis, ſed fictilibus probabatur ſympulis innocentius, templorum quoque faſtigia fictilibus ornabantur. Idem ſentit Apuleius. Suprà dictum eſt M. Curium Dentatum cado ligneo ad ſacrificia vſum fuiſſe, teſte Plin. de viris illuſtribus. Porphyrius διὰ τοῦτο καὶ τοῖς παραμυθίοις ἀγγείοις, καὶ τοῖς ξυλίνοις, καὶ πλεκτοῖς ἐχρῶντο, καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς δημοτελεῖς ἱεροποιίας τοιούτοις χαίρειν πεπεισμένοι τὸ θεῖον, Hoc eſt. Idcirco & fictilibus vaſis vtebantur, atq; ligneis, plectilibus præſertim ad publica ſacrificia, hiſce enim perſuaſum habebant numen delectari. Sic Dionyſius quoque Halicarnaſ. Antiquitatum Romanarum lib. 2. Romanos antiquos in ſacris ædibus dijs ſuis epulas apponere ſolitos ſcribit in menſis ligneis, in caniſtris, atque patinis fictilibus. Idem libationes olim dicit miſceri ſolitas non in aureis, & argenteis vaſis, ſed in teſtaceis. κυλίσκοις καὶ πρόχοοις id eſt, cu lignis & ampullis; qua hominum in ritu patrio conſtantia plurimùm ſe delectatum eſſe ſcribit, nihil ex antiquis ſacris εἰς ἀλλαζόνα πολυτέλειαν, hoc eſt; in luxuriam ſuperbam demutantium. Huc facit illud Perſianum:

Veteres in re diuina tenui vſi fuerunt ſupellectili.

Vaſa lignea atque fictilia.

Samia vaſa.

Sympula fictilia.

Menſæ ligneæ caniſtræ, et patinæ fictiles in Romanorum ſacris.

Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum?
Nempe quod Veneri donatæ à virgine puppæ:

Quem verſum S. Bernhardus aliquantulum immutauit, cùm ſua iam ætate aurum in ephippijs equorum epiſcopi haberent.

Dicite Pontifices in freno quid facit aurum?

Idem:

Aurum vaſa Numæ, Saturniaq; impulit æra,
Veſtalesq; vrnas, & Thuſcum fictile mutat.

Alexander Seuerus, teſte Ælio Lampridio, in templis nunquam præter quatuor, aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam poſuit, ſuſurrans prædictum Perſei verſum. Hæc de ethnicis.

Sacra Iudæorum supellex pretiosissima.

Iudæorum veteris Testamenti supellectilem, atque vasa sacra splendida, sumptuosáq; fuisse legimus, ex Dei præscripto, de quibus vide 1. Reg. 7. cap. & alibi.

Sacra supellex noui testamenti qualis esse debeat.

Quoad nouum Testamentum Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag. cap. 3. disputans non minimum esse studij atque impensarum in sumptuosam vasorum suppellectilem conferendum, inter alia ipsius Christi exemplum producit, qui (vt ipse inquit) ξυβλίῳ ἐπώλατο ἰυτελεῖ, id est, vili catino cibum sumpsit, (vnde Brodæus Miscell. lib. 4. cap. 19. vas illud pulcherrimum quod Genuæ spectatur, siue è smaragdo, siue ex alia insigni gemma constet, negat lancem illam fuisse, in quam Christus manum cum Iuda immisit, vt vulgus opinatur) fecitque discipulos suos super herbam accumbere, & pedes eorum lauit linteo accinctus, Deus ἄτυφος, id est, à fastu alienus, & dominus omnium nunquid argenteum lauacrum è cœlo deferens? Et à Samaritana potum petijt, quæ aquam vase fictili hauriebat è puteo, aurum regale non requirens, sitim autem docens facilè extinguere. Finem enim vasorum constituebat vsum, non τὸ ἀπεριφανίαν, id est, nimiam & inutilem magnificentiam. In conuiuijs autem comedebat, & bibebat non terræ metalla effodiens, neque auri & argenti, hoc est, rubiginem redolentibus vasculis vtens. Quodammodo enim spirat incensa rubigo materiæ. Clementi suffragatur Chrysostomus, qui clamabat in cœna Domini peragenda non aureis vasis, sed aureis animis opus esse: neque id spectandum, vt aureus esset calix è quo sanguinem Christi bibimus, sed vt anima propter quam fusus est Christi, sanguis aurea fide ornata fieret. Nihil enim prodest externum patinæ splendere, si quod internum est squalet, & est frivola omnium ceremoniarum elegantia in templis, nisi verum Domini templum, id est, pectus nostrum fidei puritate coruscet. Non enim in templis, nec templorum vasis, sed in cordibus credentium habitat dominus. Idem pater Homil. in Matth. 51. Non erat, inquit, ex argento mensa illa, nec ex auro ille calix, quo Christus discipulis suis præbuit sanguinem suum, pretiosa tamen erant omnia, & venerationis plena, quia spiritu abundabant, &c. Calices sacros principio ligneos fuisse (inquit Polyd. Verg. lib. 6. cap. 12.) satis constat: atque id pauperum Apostolorum institutum dixerim, qui sic voluerunt modis omnibus materiam aufferre sacerdotibus inbiandi opibus, quas ipsi in primis neglexissent. Idem etiam apparet ex illo Bonifacij martyris & episcopi responso, quod extat in Decretis Pontificijs de consecrat. Canon Triburiensis Concilij Vasa in quibus sancta conficiuntur mysteria calices sunt, & patena, de quibus Bonifacius interrogatus, An liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere? respondit, Quondam sacerdotes non aureis, sed ligneis calicibus vtebantur. Nonnulli aliter hoc illius responsum referunt, hoc nempe modo: Cùm aurei sacerdotes essent, habuerunt ligneos calices, nunc lignei sacerdotes calices volunt habere aureos. Atque ad hunc modum propositam quæstionem irrisit. Laudatus est ab Hieronymo Exuperius Episcopus Tolosanus, qui destructis in pauperum vsum mensæ sacræ vasis, corpus Christi in canistro vimineo, & sanguinem in vitro portauit.

Chrysostomi sententia.

NOTA.

Calices sacri lignei.

Bonifacij scitum dictum.

Vasa vitrea.

Gratianus tradit Zepherinum, qui 16. fuit Romanus Episcopus, primum omnium lignea vasa mensæ Dominicæ mutasse, & vitrea substituisse. In Remensi concilio vsus etiam vitreorum calicum, propter eorum fragilitatem abrogatus, & stannei fuerunt probati. Antiquatum est (inquit Polyd. Vergilius) id decretum Zepherini (nimirum de vitreis calicibus) paulatim, cautumq; ne in ligneo vase sacerdos rem diuinam faceret, propter materiæ raritatem, qua liquor imbibitur, neque vitreo, quia fragile, neque ex metallo, ob tetrum saporem, quem inde concipit, sed in auro, aut argento, aut si vtrumque desit, in stanno, auctor Gratianus. Sunt tamen qui hoc primum Vrbano (qui Pontificatum iniuit anno Christi 227. Alexandri Seueri anno 3.) assignent, quòd is omnia ministeria sacra fecerit argentea.

Constantinus Magnus vasis aureis & argenteis mirum in modum templa locupletauit: sed Iulianus Apostata non multò post eadem diripuit, vt Historia Ecclesiastica testatur.

Ambrosij testimonia de supellectili sacra.

Vt autem Clemens Alexandrinus, Chrysostomus, Hieronymus, Bonifacius aurum in sacris non magnifecerunt: sic Ambrosius quoque. Is enim lib. officiorum 2. inquit: Qui sine auro Apostolos misit, & Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. An ignoramus, quantum auri & argenti de templo Domini abstulerint Assyrij? Nonné melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostis? Nonné dicturus est Dominus: Cur passus es tot

inopes

inopes fame emori? Et certè habebas aurum, vt ministrares alimoniam. Cur captiui deducti in commertium sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat vt vasa viuentium seruares, quàm metallorum. Huc facit Lex 17. in Cod. lib. 1. Tit. 5. l. Sancimus. Si necessitas fuerit in redemptione captiuorum, tunc & venditione præfatarum rerum, & hypothecam, & pignorationem fieri concedimus, cùm non absurdum sit, animas hominum quibuscunque vasis, vel vestimentis præferri. Quin Ambrosius loco prædicto de sacramentis verba faciens, quæ in die communionis aureis argenteisq; vasis videbantur: Aurum (inquit) sacramenta non quærunt, neque in auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum redemptio captiuorum est, & valdè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte. Ibidem Laurentium Diaconum laudat, quòd appellatus de thesauro Ecclesiæ suæ, dixit crastino se demonstraturum, postridieq; pauperibus productis, eos esse thesaurum Ecclesiæ confirmauit. Veri enim (inquit Ambrosius) thesauri sunt, in quibus Christus est, & in quibus Christi fides est. Sanctus quoque Bernhardus damnans ostentationem auri, & argenti in templis monachorum, & iniquè ferens sanctorum reliquias tam sumptuosè, & splendidè ornari à religiosis, omnem causam eius luxus auaritiæ tribuit, quæ his modis ad largiendum offerendumq; alliciat. Tandē hæc verba subiungit: Ipso quippe vsu sumptuosarum, sed & mirandarum vanitatum accenduntur homines magis ad offerendum, quàm ad orandum. Sic opes opibus quæruntur, sic pecunia pecuniam trahit, quia nescio quo pacto vbi amplius diuitiarum cernitur, ibi offertur libentius, &c. S. Bernhardi testimonium.

Idem sensit Lactantius, cuius hæc sunt verba lib. 2. Institutionum Cap. 4. Non placebat, inquit, Persio, quòd aurea vasa templis inferantur, superuacuum putanti esse inter religiones, quòd non sanctitatis, sed auaritiæ sit instrumentum. Illa enim satius est Deo, quem rectè colas inferre pro munere: Lactantius.

Compositam ius, fasq; animi, sanctosq; recessus,
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

Tertullianus in lib. de Idololatria: Frequentior est, inquit, omni superstitione luxuria, & ambitio. Lances & Scyphos facilius ambitio, quàm superstitio desyderabit. Coronas quoque magis luxuria, quàm solennitas erogat. Hæc de vasis sacris, quæ cùm in Apostolica, & primitiua Ecclesia fuissent lignea, atque vitrea, postea aurea & argentea facta sunt: de quibus, si vis, vide plura apud Beatum Rhenanum in annotationibus in lib. Tertulliani de corona militis, de thesauris veteris Ecclesiæ Moguntiacensis. Huiusmodi fuerunt quæ ab illo commemorantur aurei calices ingentis ponderis, cruces aureæ, grues argenteæ odorem impositorum in cauo ventre thymiamatum per rostra ac colla mira arte exhalantes iuxta aram maximam, vestes sacræ auro intexto rigentes, gemmæ incomparabiles: fistulæ argenteæ sex ad hauriendi sacrosancti sanguinis vsum destinatæ. Sic eodem teste, Pontifex Romanus quando publicè sacrificat, aureo calamo sugit sanguinem Dominicum è calice cum Diacono & Subdiacono, &c. Quod ad catinum illum attinet, quo nonnulli existimant Christum in vltima sua cœna vsum esse, de illo sic scribit Erasmus Stella. Miramur, inquit, catinum è smaragdo apud Genuam ciuitatem Liguriæ, quo nullus pretiosior visus vnquàm, nulla gemma nobilior, nulla species vasis mirabilior, quo dicunt Christum in vltima cœna sua vsum fuisse ex apparatu Herodis regis, qui à Galilæa Hierosolymam ad agnum Paschalem commanducandum venire decreuerit, sed diuina prouidentia, consilio mutato alio diuerterit. In Gallia Narbonensi in cœnobio quodam Lugdunensis agri, alia paropsis cernitur, qua similiter Christum vsum ferunt in ea cœna, sed minor multò superiore, nobilitateq; inferior. Tertullianus.

Iustinianus Imperator, teste Cedreno, sacram mensam fecit opus sanè admirabile, & nulla imitatione æquandum. Constabat auro, argento, omnis generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusq; rebus, quas terra fert & mare, & totus mundus. Ex omni materia pretiosiora plura, viliora, pauciora collegerat, liquatisq; ijs, quæ fluunt, sicca illis immiserat, atque in formam mensæ absoluerat. Itaque varium illud opus intuentibus stuporem inijciebat. Mensa sacra Iustiniani.

Verùm quemadmodum in supellectili, atque vasis, vti dictum est, vitanda est luxuria: ita danda opera vt vasa maximè vtilia, atque necessaria pro facultatum ratione comparentur, ne opus sit à vicinis ad tædium vsque poscere cultrum, securim, pistillum, mortarium, quemadmodum fit apud Plautum in Aululari a. Atque vt Hesiodus fratrem suum admonet, vt arma rusticana Vasa necessaria & vtilia comparanda.

domi prius habeat reposita, ita idem in omnibus vasis domesticis fieri debet. Nam etiamsi vicinis egenti subueniant aliquoties, postremò tamen grauatè exhibent, aut penitus recusant. Quod Hesiodus quoque cecinit, quando prudentiam in nobis requirit:

Δὶς μὴ γὰ ἥρις πάχα τιθύχιας· ἐκ δ' ἐπὶ λυπῆς
Χρῆμα μὴ ὀφείλῃς, σύ δ' ἑτώσια πολλ' ἀροιδύσεις.

Improbanda ergo est illorum auaritia, qui cùm facultatem habeant vtensilia sibi maximè necessaria comparandi, tamen illa à vicinis suis commodatò assiduè accipere malunt, atque ita vicinis suis multum molestiæ exhibent, damniq; inferunt sibiq;, id quod est consequens, illorum maleuolentiam, ac sinistram auaritiæ suspicionem conciliant. Sunamitis tamen illa vidua (vt 2. Reg. cap. 4. scriptum est) multa vasa vacua & inania à vicinis, Elisæi iussu, commodatò petijt, cùm illa non nisi vnum olearium in ædibus habuisset. Verùm illud ad diuinam potentiam singulari miracule declarandam spectauit. Eadem vidua (vt illud quoque obiter addam) suæ erga Prophetam gratitudinis testificandæ gratia, marito suo persuasit, vt illum hospitio exciperent, eiq; cùm cœnaculum parietis paruum nimirum à familiæ strepitu remotum extruerent, tum lectum, mensam, sellam, candelabrum, hoc est, omnis generis supellectilem necessariam subministrarent. Hoc olim parochi ferè fuisse munus, suprà dictum est. Iudæorum pauperiem, atque supellectilem sordidam Iuuenalis his verbis perstringit. Satyr. 3.

Sordes in supellectili.

Cophinus.

Iudæis quorum cophinus, fœnumq; supellex.

Idem Satyra sexta.

Cophino fœnoq; relicto.

Cophinus verbum græcum corbem significat teste Prisc. Sidon. Ordinis res est, vt Ægyptius Pharao cum diademate incedat, Israelita cum cophino. Horatius quoque libro secundo Satyra quarta, his versibus:

Immane est vitium, dare millia terna macello,
Angustoq; vago pisces vrgere catino, &c.

Reprehendit (interprete Lambino) eos, qui in opsonijs quidem coëmendis magnum faciunt sumptum: in supellectili autem comparanda, in patinis, lancibus, catinis, cantharis, & similibus conquirendis neq; vllam curam adhibent, neque insumere quicquam volunt. Magnum, inquit, vitium est, tria millia sestertium insumere in piscibus emendis, pisces autem illos grandes, & caros angustis patinis coërcere: par est enim, si grandes sint pisces, grandes quoque patinas esse. Ptolemæum quoque regem Lagi filium legimus non veritum esse vasa nonnunquam commodatò ab amicis suis sumere, stragula item, & id genus alia, quod ipse in domestica supellectile nil admodum præter necessaria haberet, testis est Cæl. lib. 20. cap. 24. ex Plutarcho. Licet quidem interdum, & quidem sæpe etiam, si id est necesse, à vicinis & amicis cùm vasa, tum etiam cibaria commodato poscere, secundùm parabolam illam Euangelicam Luc. 11. tamen cauendum est primò ne id fiat crebrius, deinde vt & quam primùm, & integra, incorrupta, atque pura reddantur.

Vasa quatenus à vicinis commodatò poscere liceat.

Iam verò vt in conquirenda comparandaue supellectili, atque vasis domesticis modus est, vti diximus, adhibendus, sic in ijsdem disponendis, custodiendis, atque tractandis ratione, diligentiaque summa vtendum. Nam primò vt omnibus in rebus, sic in supellectili quoque adhibenda est τάξις, vt nimirum commodis singula, & opportunis in locis disponantur, non confusa iaceant, quò illa vti volentibus sint in promptu. ἔστι γὰρ καὶ ἐν ὕπνοις ἀτάκτως, ὅτι καλὸν ἀνθρώποις ὡς ἡ τάξις, id est, nihil est melius, nec pulchrius ordine. Itaque magnificè apud Xenophontem ordo prædicatur, & commendatur tam in partibus domus, quàm in supellectili. Huc facit illud Aristoteles, περὶ εὐχερείας δ' ἐκδῶν τὸ λαμπρικόν. Χρὴ γὰρ εἶ ἕκαστον ἐν τῇ αὑτοῦ χώρᾳ κεῖσθαι. ὕστερον γὰρ αὖ ἕτοιμον ἔσται, ὃ ζητοῦντο. Hoc autem in primis conuiuiorum temporibus fieri debet. Videntur olim Iudæi vtensilia sua in inferiore domus parte habuisse collocata, id quod ex illis Christi verbis aliquo modo videtur posse colligi Luc. 17. Si quis est, inquit, ἐπὶ τοῦ δώματος (scilicet in cœnaculo, siue superiore parte domus, Theophylactus ὑψηλῆς ἀρετῆς, id est virtutis altitudinem allegoricῶς interpretatur) καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά.

Supellex diligenter disponenda, custodienda.

Deinde supellectilis custodiendæ, ac sartæ tectæ tuendæ summam curam patres, matresq; familiâs suscipere debent, ne illa famulorum atque ancillarum incuria, negligentia, aut etiam improbitate

probitate imminuatur, corrumpatur, atque pereat. Atque hoc est quod Aristot. his verbis præcipit eodem in loco: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ σκευῶν χρήσεως τῆς καθ' ἡμέραν. καὶ τῆς ὀλιγάκις, ταῦτα παραδοτέον τοῖς ἐφεξῆσιν. ὅπῃ τούτοις καὶ τῷ ὅπῃσοῦν αὐτῶν δεῖ τινὸς χρόνου ποιητέον, ἵνα μὴ λανθάνῃ τὸ σωζόμενον, καὶ τὸ ἐλλεῖπον. Ergo secundum Aristotelem vasa, seu instrumenta domestica in sua genera & tempora (alia enim singulis diebus, alia singulis mensibus, alia rarius, & semel in anno vsui sunt) & locos, seu sedes digesta sint. Est ergo cùm patrisfamiliâs, tum verò atque inprimis matrisfamiliâs, secundum Xenophontem, atque Ciceronem, officium, vt vasa & instrumenta domestica diligenter custodiat, rectéq; dispenset. Ea enim, quorum vsus quotidianus est (vt quæ ad panificium, lanificium, rem coquinariã pertinent) famulitio ostendere oportet, quo loco reponenda, & quomodo salua, & integra conseruanda sint, vt cùm in forum eundum est, sciant famuli famulæq; vbi sumenda, & in quem locum rursus restituenda sint. Quæ verò non nisi diebus festis, aut eo tempore cùm hospites conuiuio excipimus (ταῖς ξενοδοχίαις) vsui sunt, illa promo condæ (τῇ ταμίᾳ der beschliesserin) commendabit, ita tamen vt numeret prius singula, & in inuentarium eorum conscribat.

Vasa & vtensilia diligenter purganda.

Præterea vasa, atque vtensilia diligenter purgari, mundari, atque extergi debent, ne conuiuis nauseam, & fastidium pariant, de quo egregiè Horatius lib. 2. Satyra 4.

Magna mouent stomacho fastidia, seu puer vnctus
Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit:
Siue grauis veteri crateræ limus adhæsit.
Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus
Consistit sumptus? neglectus, flagitium ingens.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma:
Et Tyrias dare circum illota toralia vestes,
Oblitum, quanto curam, sumptumq; minorem
Hæc habeant, &c.

Ergo munditiem, nitorem, & elegantiam in vasis conuiualibus vult adhiberi. Idem lib. 1. Epist. 1.

Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
Inuitus, turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares (offendat, solent enim qui odore aliquo offenduntur, nares contrahere) ne non & cantharus & lanx.
Ostendat tibi te, Id est, splendeat instar speculi, tibiq; intuenti tui reddat imaginem.

Vasa ergo coquinaria, escaria, atque potoria purganda diligenter, & eluenda sunt, ne cibi quantumuis delicati tetrum aliquem fœdumq; ex illis saporem contrahant, & conuiuis sint fastidio, atque nauseæ. Apud Pharisæos, & Iudæos omnes ποτηρίων, ξεστῶν, καὶ χαλκίων, καὶ κλινῶν βαπτισμὸς, id est, poculorum, sextariorum, vasculorum aheneorum, atque spondarum ablutiones fuisse vsitatas Marcus cap. 7. testatur, idq; non tam munditiæ, & elegantiæ, quàm superstitionis ergò. De quo sic Luc. 11. cap. Vos quidem Pharisæi (inquit Christus) τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου, καὶ πίνακος (Matth. 23. παροψίδος) καθαρίζετε, τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς, καὶ πονηρίας, id est, exteriorem poculi patinæq; partem purgatis, sed quod intra vos est, plenum est rapina & scelere. Matt. 23. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς, καὶ ἀκρασίας, id est, Intra autem pleni sunt rapina, & intemperantia. Addit, Pharisæe cæce, purga primum quod est intra poculum, & patinã, vt id quoq; quod extra est, purum fiat. His adhuc commemoratis simillima hæc sunt verba Franc. Patrit. l. 4. de repub. obseruatione dignissima. Supellectilẽ in primis vxor, & lauta quæ magis sunt, & ad vsum melioris vitæ reseruãda intra penetralia tutiora suo ordine disponat, vt si quando vsus poposcerit, in promptu sint, nec quærentẽ fallant. Est enim certissima paupertas, cùm rem quam habeas, desyderes, & eius indigeas, ignoresq; quo loco proiecta sit. Diligẽter apud Xenophon. Socrates Ischomachum illum audit recensentem suis locis singula instrumenta, & domesticam supellectilem, vbi ille secernit quæ ad rem diuinam pertinent, quæq; ad mundum muliebrem, dieſq; festos comparata erant, deinde quæ ad virilem vsum & ornamenta dierum solennium, arma & tela, artiumq; instrumenta disposita vsque ad muliebrem lanificium. Taliter igitur matrona omnia quæ domi

habet disponere debet, vt ad vsum facile depromantur, rectè conseruentur, oculum domina non fallant: vt si quando res aliqua ex suo loco translata sit, eam requirat vacuitate admonita, rursusq; collocet: quæ res quidem eam magno labore liberabunt, & penetralia ac reconditoria aspectu longè honestiora reddent. Hæc ille.

Obseruandum quoque est, in vasis conuiuialibus adhibendum esse modum & delectum pro ratione vel personarum, vel elementorum. Nam primò alijs vasis & quidem elegantioribus, atque pretiosioribus est vtendum, si conuiuio excipias splendidioris fortunæ, atq; conditionis homines, alijs verò si conuiuæ tibi sint vilioris sortis, tunc enim vilioribus quoque vtendum est vasis, seu instrumentis. Deinde cùm non quæuis materia quibusuis cibis, atque poculentis sit accommodata, ac sæpe vel ex vasculorum materia cibi potusq; licet iucundi atque salubres, tetros & insalubres quosdam odores, sapores, atque etiam colores contrahant, vel contrà vasa ipsa cibis, atque liquoribus, quibus non conueniunt, vitientur, atque corrumpantur, idcirco diligens danda est opera, vt ijs vtamur vasis, quorum materia singulis alimentis apta sit, atque idonea, quemadmodum faciendum esse optimè norunt ij, qui rei coquinariæ atque escariæ sunt periti. Hic etiam obseruandum multos conuiuis suis cænam aureis atque argenteis lancibus potius, quam cibis necessarijs instructam exhibere, quæ ad oculos potius oblectandum, quam ventrem pascendum facit: cuiusmodi cænæ pulchram & iocularem descriptionem habes apud Martialem 4. epigrammate.

Ad cœnam nuper Varus me forte vocauit
Ornatus diues, paruula cœna fuit.
Auro non dapibus oneratur mensa, ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ
Tunc ego non oculos, sed ventrem pascere veni:
Aut appone dapes Vare, vel auffer opes.

Huc pertinet prouerbium λαμπρῷ δείπνῳ τὸ πεινῶν ἔ πάυεται, id est splendida cœna famem non sedat & argentea fame conuiuari, de quibus vide Iunium in Adagijs.

Postremò obseruatu videtur esse dignum, conuiuas nonnunquam vasa, seu instrumenta quædam conuiuialia secum adferre debere, quibus inter edendum vtantur. In Festo χόων mos erat, vt conuiua χίθλῳ secum deferret, atque χόα, id est, poculum. Sic hodie sæpe conuiuæ cultros, cochlearia secum afferunt. Atque hæc quidem de vasis seu instrumentis conuiuialibus in genere sunt dicta.

DE MENSARVM NOMINIBVS, SIGNIFICATIONE, VSV SACRO atque prophano.

CAPVT XVI.

De mensis.

TORRO quoniam mensæ principem ferè inter instrumenta conuiuialia locũ obtinẽt, quæ antiquitus conuiuis, postquàm accubuerant, fuerunt appositæ (secundum illud Pherecratis, φέρε δὴ κατακλινῷ, σὺ δ' ἐξάπιζε φέρε Agedum accumbant: tu verò mensam adferto) commodius hîc ac ferè proprius de ijs videtur ei dicendi locus. Exordium autem ducam à nominibus, quæ quidem in omnibus linguis sunt πολύσημα.

Nomina mensarum.

Hebræis Mensa שלחן Schulchan dicitur, à שלח, quòd & mittere, & extendere, & nudare significat: à missione, seu extensione sic dicta, quòd erat tabula longior, quàm lata, vt nonnulli volunt. Chaldaicè dicitur פתורה Patorah Iud. 1. Mensa autem in sacris literis Veteris & Noui Testamenti cùm propriè pro tabula, cui cibaria, vel etiam alia imponuntur, tùm tropicè pro cibis, conuictu, conuiuio, quibusuis denique bonis, atque commodis tàm corporis, quàm spiritualibus vsurpatur. Vt Psalm. 23. vers. 5. Paras, siue instruis, adornas (verbum enim ערך propriè aptè, & ordinè

Mensæ significationes in sacris literis cùm propriæ, tum tropicæ.

ordine disponere significat) in conspectu meo mensam meam coràm hostibus meis: hoc est, me, vel inuitis, ac frustrà furentibus inimicis meis, omni bonorum genere cumulas. Hunc Psalmum Iudæi scelerati, quoties inuitantur à Christianis (id quòd Mollerus, vir doctissimus, in suis commentarijs in Psalmos, se aliquoties expertum esse dicit) ad mensam recitare solent, & in primis hunc versum, tanquã triumphantes, & insultantes nobis, alta voce pronunciant. Iob. 16. v. 16. Faciet mensam tuã plenam pinguedine: hoc est, te benignè, lautéq; tractabit. Psal. 69. v. 23. Sit mensa eorum coràm ipsis in laqueum: hoc est, omnium bonorum corporalium affluentia in illorum perniciem, interitumque conuertatur. Paulus Rom. 11. interpretatur, Messiam, & sacram scripturam, quæ illis fuit tanquam mensa saluberrimis epulis instructa, in extremum, ob obstinatam illorum contumaciam, exitium fuisse conuersam. Sic Psal. 78. v. 19. Parare mensam in deserto, hoc est, in tristi, squallidoq; deserto alere, atq; fouere. Prouerb. 9. Sapientia dicitur ædificasse domum, & præparasse mensam, aut conuiuium, ad eamq; omnes inuitare: mensa ibi pro præclaris vitæ præceptis, atq; documentis vsurpatur. Sic mensa, quam Christus promittit suis Apostolis in suo regno, Luc. 22. nihil est aliud, quàm æternorum illorum bonorũ plena, cumulataq; fruitio. Act. 6. διακονεῖν τραπέζαις, ministrare mẽsis, est victum atq; eleemosynas pauperibus distribuendi munere fungi. Malach. 1. Mensam Kimhi, altare interpretatur, vt & Ezechielis 41. altare mensæ nomine insignitur. Vnde etiam 1. Cor. 10. mensam nonnulli volunt pro altari accipi. NOTA.

Græci mensam τράπεζαν vocant, quasi τετράπεζαν, hoc est, τετράπουν, tribus pedibus insistentem, teste Athenæo & Eustathio Ιλ. λ. & Οδ. Α. Alio quoq; nomine à tribus pedibus τρίποδα vocarunt. Pollux, ἡ δὲ ὑποκειμένη τῆς ὄψεως τράπεζα, καὶ τρίπους αὐ καλοῖτο, hoc est, Ea quæ τρίπους. supponitur cibis mensa, etiam tripus appelletur. Aristoph. in τελμησεῦσι, τρίπουν τρίποδα appellat: eadem voce τρίποδ & vtitur etiam in ἐκκλης. Cratinus, inquit Eustath. Οδ. Α. τρισκελῆ λέγει τὸν τρίπουν, cùm dicit, τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμιναι. Porrò vox τράπεζα apud Græcos varia significata habet. Nam primò discum, siue tabulam illam epularem significat, cui vasa escaria, & cibi imponuntur, in qua significatione hîc à nobis accipitur. Deinde metonymicôs cùm in singulari, tùm in plurali numero creberrimè pro conuiuio, cibis, atq; ferculis vsurpatur. Pollux τραπέζας δὲ καλοῦσι καὶ τὰ σιτία τὰ ἐπ' ἀμπώτου τιθέμενα. Eustath. ἐπιτιθέμενα τραπέζαις βρώματα (quæ idcirco etiam ἐπιτραπεζώματα vno vocabulo appellantur, quasi dicas mensalia) Athen. lib. 2. πάντων τραπέζας καλούντων τὰς ὠνομασμένας ταύτας, hoc est, cum omnes mensas vocarent ista ferculà, siue cibaria, quæ apponebantur. Hinc τράπεζαι πρῶται, δευτέραι, τρίται, hoc est, mensæ primæ, secundæ, tertiæ, auctore Polluce, pro ferculis. Τράπεζαι quoq;, eodẽ teste, dicebantur αἱ ἐπιτιθέμεναι, καὶ ἀρόμεναι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν, hoc est, orbes, lances, siue disci, qui mensis imponebantur. τῆς τραπέζης significationes.

Ἀ τράπεζα, τραπεζοφόρα, trapezophora appellantur columellæ, siue pedes, quibus impositæ sustinentur mensæ apud Paul. in l. 3. de Spp. leg. Germanicè tiſchſtollen/oder fũß Cic. Epist. Familiar. 7. ad Fabium Gallum: Quòd tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis: sin autem sententiam mutasti, ego habeo. De hac voce sic Pollux lib. 10. Licet porrò mensam, in qua pocula reponuntur, dicere τετράπουν τράπεζαν, aut etiam μονόπουν: vel si quis ambitiosè ne nouis quidem abstineat, trapezophorum, velut qui mensam gestet. Cæl. lib. 7. cap. 12. Trapezophorum apud Ciceronem intelligi vult statuam, quæ poculorum mensam sustineret. Nam ex Vitruuij doctrina manifestò liquet, imagines hominum exsculpi solitas, quæ columnas subiectæ fulcirent, aut tignà, vel id genus alia, quas Græci atlantas vocant, Latini telamonas: quo in genere habentur, quæ caryatides vocantur, nec non epistylia sustinentes statuæ Persicæ. Hæc Cælius. Bayffius eadem putat esse, quæ à Latinis Repositoria vocantur, à reponendo, quòd in ijs mensæ reponebantur. Plin. lib. 33. cap. 11. Iam verò & mensas repositorijs imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus latera, mensarum intellige, inquit Bayffius. Idem in eodem, cap. 11. Cornelius Nepos tradit, ante Syllæ victoriam duo tantùm triclinia Romæ fuisse argentea: Repositorijs argentum addi sua memoria cœptum. Funestella dicit, qui obijt nouissimo Tyberij Cæsaris principatu, sed & testudinea tum in vsum venisse: Ante se autem paulò lignea, rotunda, solida, nec multò maiora, quàm mensas fuisse. Se quidem puero, quadrata & compacta, aut acere operta, aut cedro cœpisse. Mox additum argentum in angulos, lineasq; per commissuras. Cùm verò Plinius, addit Bayffius, solida dicat repositoria, damnantur inscitiæ ij, qui pro loculis, & reconditorijs interpretati sunt. τραπεζοφόρα. Repositoria.

*Hac eadem de voce obseruatu digna sunt quæ scribit Gesnerus lib. 1. de Quadrup. Repositorium, inquit, Grammatici interpretantur, id quod super antiquorum mensa reponebatur ad fercula collocanda, quæ subinde vnà cum ipso repositorio adferebantur, & aufferebantur. Plin. lib. 28. Bibente conuiua mensam & repositorium tolli, inauspicatissimum indicatur. Videtur autem per exepegesin addidisse & repositorium, innuens non integram mensam, sed repositorium tantùm cum ferculis auferri solitum. Proinde cùm veteres afferri, & auferri mensas meminerunt, per Synecdochen de repositorijs tantùm intelligo. Solent etiã nostri mensis repositoria (*tischblat*) id est, opercula lignea imponere (quæ commodè eis demi reponiq; possint, vnde & appellata mihi videntur) vel munimenti gratia, vt pretiosis: vel vsus, vt calculatio per cretam super eis fiat: vel ornatum, vt cùm diuersis coloribus florum alijsue inducuntur: vel deniq; vt latiusculæ mensæ fiant: sunt enim repositoria ipsis quas tegunt mensis latiora, vt constat ex Plinij verbis 33. 11. Repositorijs, inquit, argentũ addi, &c. & paulò post: Ante se autem paulò lignea rotunda solida, nec multò maiora, quàm mensas fuisse. Quod si quis, addit Gesnerus, nec vsu nec figura repositoria veterum (quibus tamen nec ipsis certa figura fuit) nostris conuenire dicat, hoc certè conuenit (respondebo) quod vtraq; mensis imponãtur, & possent nostra, si mores esset, eundem vsum præstare. Errant igitur Grammatici qui repositorium simpliciter exponũt loculos vel reconditoria, vbi aliquid reponatur vel recondatur, quod & Bayffius ante nos animaduertit. In illis autem Plinij verbis paulò ante citatis: Iam verò & mensas repositorijs imponimus, Gesnerus suspicatur legendũ, mensis repositoria, cùm hæc illis maiora fuerint.*

θύβη. *Repositorium ex Athe. θυβη appellatũ, ibidem docet Bayffius, & id genus repositori Gallicè chappeletz vocari, quorum vsus sit ad sustinendas lances & discos: in quo quidem, inquit Ges. parum sibi constare videtur. Inuenio κίβωτον per iota solum apud Grammaticos pro calatho ex foliis cõtexto in arcæ vel cistæ formam. Hæc habet Ges. in suo illo Cornucop. Sic enim mihi verè videor posse appellare libros illos animaliũ, multiplici rerum vtilissimarũ atq; iucundissimarũ varietate, plurimorumq; locorũ correctionibus refertos, ita vt dolendũ sit indicẽ rerũ atq; verborũ in illis desyderari.*

Mensa Latinis vnde dicta. *Mensam Latinè nonnulli volunt dictã à mandendo, siue edendo. Isidorus: Ab esu, & comesu mensæ factum dicitur vocabulum, nullum enim alium vsum habet. Varro, quòd à nobis media, inquit, à Græcis μέσα, mensa dici potest, nisi etiam quòd ponebant plæraq; in cibo mensa. Lamprias apud Plutarchum lib. 8. Symp. Prob. 6. multa vocabula Latina à Græcis deducens, vt prandium ab ἔαρ, quod meridianum tempus significat: Cænam, ὅτι κοινὴ: comessationem: ἀπὸ τοῦ κώμου: miscere, à κεφαστύ: panem, ὡς πεῖναν ἀνίεντα, quòd famem minuat: cædere, à δέρειν: dentes, ceu ὀδόντας: labra, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν τῷ βοερᾷ, à capiendo cibo: mensam similiter vult dictam quòd ἐν τῷ μέσῳ hoc est, medio ponatur. Vt autem apud Hebræos & Græcos, ita apud Latinos quoq; mensa*

Mensæ apud Latinos significationes. *modò discum significat, in quo manditur, Virgil.*

Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ.

Modò ipsa cibaria: vnde primæ & secundæ mensæ dicuntur, hoc est primi & secundi cibi, Virg.

Non ego te Dijs, & mensis accepta secundis. *Idem lib. 3. Æneid.*
Quàm nos dira fames, nostræque iniuria cædis
Ambèsas subigat malis absumere mensas.

Aliquando pro conuiuio toto, siue epulis accipitur: Vt mensa Ciceroniana, &c. Mensam escariam, cibillam antiquitus, à cibo dictam fuisse, Varro testatur.

Vox Germanica à disco dicta. *Germani mensam* tisch *nimirum à disco: Itali, tauola: Galli, table, hoc est, tabulam nuncupant: qua voce etiam Germani vtũtur,* tafel *dicentes. Hæc de nominibus. Padalum primùm mensam, & sellam fecisse, Isidorus testatur.*

Mensæ & sellæ fabricator. Mensarũ vsus. *Est autem mensarum varius & multiplex vsus, ad scribendũ, ad rationes excepti & expensi publicas, priuatasq; computandas, ad monetam permutandam, mercaturam, negotiationèmue exercendã, & ad innumera alia opera efficiendum: cuiusmodi sunt mensæ scribarum, œconomorum, negotiatorum, artificum atq; opificum, deniq; numulariorum, atq; fœneratorum, qui pecuniæ vel cõmutandæ, vel transcribendæ, vel etiam ad fœnus erogandæ sunt intenti, quæ postremi generis mensæ plærunq; Rebusp. valdè sunt damnosæ. Vnde Antisthenes apud. Athen. lib. 6. ἰχθυοπωλεῖν, καὶ τραπεζιτεύειν nullum dixit esse ἔθος & ἐξαλέσεσθαι. Hi igitur ab Hebræis propriè* מוכסים *mocesim vocantur à supputando, à* כסס *casas, vnde* מכס *maceś propriè mensam numulariorum significat,*

Numulariorũ, & fœneratorũ mensæ Reipub damnosæ.

à Græ-

à Græcis appellantur τραπεζῖται, ab Isocrate οἱ ὄντες ἐπὶ τῇ τραπέζῃ: ab Hesychio ἐπικαθήμενοι τῇ τραπ-ζῃ: à Latinis mensarij, nimirum à mensis, quibus vtuntur. Sueton. in Galba: Numulario non ex fide versanti pecunias, manus amputauit, mensæq; eius affixit. Appellãtur etiam à Græcis ἀργυρογνώμονες, ἀργυρεμποροι, καταλλάκται, κερματισταὶ, κολλυβισταὶ: à Latinis argentarij, numularij, collybistæ, vulgò etiã campsores, Matth. 21. & Ioan. 2. Christus huiusmodi numularios, nec nõ boum, ouium, atq; columbarum venditores, è templo flagello eiecisse, illorum æs (κέρμα Ioan. vocat) effudisse, mensas, atq; sedes subuertisse dicitur. Hi à Ioan. κερματισταὶ, nimirum ἀπὸ κέρματος, id est, moneta minore: à Matthæo κολλυβισταὶ appellantur: κολλυβισταὶ, inquit Theophilactus Matth. 21. sunt, qui à nobis appellantur τραπεζῖται. Κόλλυβος autem est genus νομίσματος ἐλαχίστου, numismatis tenuis, vt sunt apud nos oboli, siue argentei. Idem Ioan. 2. Collybistæ sunt, qui numisma tenue (λεπτὸν) vendunt. Nam collybus dicitur Græcis τὸ λεπτὸν νόμισμα, quod Romani nummum vocant. Pollux, κόλλυβον ἀργυρίου ἀλλαγὴν vocat, hoc est, pecuniæ permutationem. Cic. Verrina 5. Collybus, inquit, qui potest esse, cùm vtantur omnes vno genere nummorum? Idem Verrem dicit pro spectatione, & collybo, deinde pro cerario deductiones pecuniarum in solutione fecisse, quæ omnia, vt ait idem, improbissimorum furtorum sunt vocabula. Obseruatione etiam dignum, quòd idem auctor Christum negotiatores illos, atq; numularios è templo suo exturbasse dicit, partim τῆς εὐκοσμίας τῶ ἱερῶ φροντίζοντα: partim τὴν μετάθεσιν τῆς θυσίας σημαίνοντα: denique addit, Idcircò speluncam latronum templum suum appellare, quoniam τὸ φιλοκερδὲς, λῃστρικὸν πάθος ἐστι. Vnde Cato quoq;, vt hîc Christus, fœnerationem latrocinijs comparauit. Ad huiusmodi numulariorum mensas, artesq; Christus quoq; Luc. 19. alludit, in parabola illa: Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris exegissem illam? Hæc à Christo dicta sunt, non danistarum, seu fœneratorum improbas artes approbandi: sed potius spiritualem illum munerum diuinorum, hoc est, pium, iustumq; vsum commendandi, præcipiendiq; causa. Vt autem hi numularij, in quos Christus animaduertit, rei nummariæ negotiationem in ipso templo exercebãt, ibiq; mensas suas habebant: ita Romæ idem genus hominum, apud quos deponebantur ab ijs pecuniæ, qui eas occupare, & exercere volebant (inde enim fœnori sumebantur) ponè ædem Castoris, in qua pecuniæ depositæ recondebantur, circum forũ tabernas, mensasq; suas argentarias (vnde æs circumforaneum Cic. appellat Epist. 1. lib. ad Attic. 2.) habuerunt, ibiq; argentariam fecerunt, teste Liu. lib. 26. & Dionys. Halic. lib. 3. Ad tabernas illas, etiam auctiones fieri solitas, patet ex l. 88. D. de Solutionibus. De æde Castoris testimonia sunt illa Plauti in Curcul.

κόλλυβος quid.

Christus cur negotiatores è templo suo exturbarit.

Christus cur templum suum speluncam latronum appellarit.

Numulariorũ Romæ habitatio, tabernæ, ingenium mores q; improbi.

Ædes Castoris.

Sub veteribus ibi sunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore,
Ponè ædem Castoris, ibi sunt, quibus credas malè.

Idem in eadem Comœdia sub Curculionis parasiti persona argentariorum mores improbos graphicè describit,

Habent hunc morem plærique argentarij,
Vt alius alium poscant, reddant nemini:
Pugnis rem soluant, si quis poscat durius. Et alio in locò:
Argentarijs malè credi qui aiunt, nugas prædicant.
Nam & benè, & malè credi dico: id adeò hodie ego expertus sum.
Nam malè creditur, qui nunquam reddunt, sed prorsus perit.
Vel decem minas dum hic soluit, omnis mensas transijt. Item:
Eodem herclè vos (lenones, & trapezitas) pono & paro, parissimi estis bibi, id est, bis, scilicet lenonibus.
Hi (lenones) saltem in occultis locis prostant: vos (trapezitæ) in foro ipso.
Vos fœnore, bi malè suadendo, & lustris lacerant homines.
Rogitationes plurimas propter vos populus scisit,
Quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam.
Quasi aquam feruentem, frigidam esse, ita vos putatis legem.

Hæc de mensariorum mensis, tabernis, habitatione, ingenio atq; moribus improbis sint dicta: quæ ad illa Euangelistarum commemorata loca illustranda, forsan non parum conducent.

Verùm nos omissis alijs, nunc potissimùm de conuiuiali mensarum vsu dicemus, qui vt ansi-

quissimus, ita commodissimus, maximeq; necessarius videtur esse. Nam sine mensa bestiarum instar in terram abiecti indecorè admodum cibum, potumq; caperemus, sicut à barbaris quibusdã gentibus fieri consueuit. Socrates tamen apud Platonem Polit. lib. 3. fictæ illius suæ Reipub. ciues accumbentes in thoris stratis hederæ, atq; myrti foliis cibũ capere iubet. Cui cùm Glaucon diceret, hoc esse porcorum instar pasci, respondit ille, Homines non sanè, sed φλεγμαινόσης, hoc est, luxuria diffluentis naturæ κλίνας, καὶ τράπεζας, hoc est, lectos, mensas, & alia huiusmodi adhibere.

Conuiuialis mensarum vsus duplex.

Conuiuialis porrò mensarum vsus rursus duplex videtur posse statui, sacer nimirum, & prophanus: vnde mensæ aliæ sacræ dicuntur, siue sacratæ: aliæ prophanæ, siue, vt Macrobij verbo vtar, humanæ.

Mensæ sacræ, siue sacratæ.

Mensæ sacræ, siue sacratæ sunt, quæ rei diuinæ, epulis, atq; vasis sacris sunt destinatæ, & plerunq; in locis sacris atq; religiosis collocantur. Hæc rursus bifariam diuidi possunt, ita vt aliæ dicantur verè sacræ & religiosæ: aliæ superstitiosæ, quarum illæ veræ religioni, atq; cultui diuino: hæ superstitionibus, atq; idololatriæ inseruiunt.

Mensæ verè sacræ, & religiosæ vet. Test.

Mensa Mosaica.

Mensa Salomonia.

Mensa Propositionis.

Prioris generis fuit mensa illa Mosaica in tabernaculo collocata, cõfecta ex lignis Sittin, auro purissimo obducta, longa, cubitis duobus, lata vno, alta vno & dimidio: cui panes illi Propositionis, siue Facierum (ab Hebræis Phanim, hoc est facierum, & Sancta sanctorũ: à Græcis ἄρτοι προθέσεως, & προθέσεως appellati) imponebantur. Huius mensæ descriptionem vide Exod. 25. & 37. Celebris quoq; atq; magnifica fuit mensa illa Solomonia, cuius fit mentio 1. Reg. 7. quæ similiter 12. illos panes Propositionis (de quibus Cæl. lib. 9. cap. 16.) sustinebat, ac propterea Mensa propositionis fuit appellata. Collocata erat in intima, & sacratissima templi parte, quæ Sancta sanctorũ fuit nuncupata. Præter hanc Solomon alias quoq; decem partim aureas, partim argenteas fieri curauit in templo, quarum quinq; à dextris, quinq; à sinistris stabãt, vt 1. Par. 28. & 2. Par. scripũ est. In his Ioseph. l. 8. Antiq. ait, Pelues aureas, & argenteas fuisse positas: sed præcæteris omnibus excellentẽ fuisse illã, cui panes Propositionis erant impositi. At Lyranus probabile esse dicit, singulis his mensis etiam panes illos sacros fuisse impositos, ita vt in omnibus mensis fuerint 132. panes. Mensæ porrò illius panariæ, siue Propositionis, huiusmodi quandam allegoricam explicationẽ affert Clemens Alexand. Strom. lib. 6. Mensa, inquit, in templo erat sex cubitorum, & cuius pedes 4. erant circiter vnius cubiti & dimidij. Colligunt ergo omnes cubitos duodecim, conuenienter 12. mensiũ conuersioni, quæ fit per circulum anni, quibus terra omnia producit, & conficit, cum 4. temporibus anni inita consuetudine. Terræ autẽ, vt arbitror, imaginẽ mensa significat, quæ 4. fulcitur pedibus, æstate, autumno, vere, hyeme, per quos annus ingreditur. Quocirca dicit etiam mensam habere vndulas inflexas & tortiles, aut quòd temporum conuersionibus omnia circumagantur, aut fortasse significauit terram, quam Oceanus circumfluit. Hæc ille. Iosephus similiter & Theodoretus atq; alij mensam illã volunt fuisse sphæricæ figuræ, in qua fuerint 12. signa Zodiaci, ac proinde significasse annum 4. temporibus diuisum, quibus singuli fructus ex terra nascuntur, alij mensam terræ volunt fuisse typum, panibus autem frugum prouentum fuisse adumbratũ. Sed hæ significationes videntur esse extraordinariæ, nõ enim physica, sed metaphysica, seu spiritualia Deus voluit his figuris adumbrare. Simplicius igitur forsan dicemus, mensa illa vel Christum, & eius verbum siue doctrinam (quarũ vtrumq; est mensa, siue panis vitæ) fuisse adumbratam. Vel etiam mensa illa Propositionis, Ecclesiæ: panes autem Propositionis, siue Facierum, Christi (qui est panis vitæ, quem pij, & in primis Verbi ministri semper in conspectu, atq; ante oculos sibi propositum habere debent) fuerunt symbolum. Duodenarius autem numerus signum est perfectionis, Christus enim vnicus est & quidem perfectissimus & αὐτόπαν ἄρτος, panis vitæ vniuersæ ecclesiæ, quæ & ipsa 12. tribuũ numero in sacris literis designatur. Hæc de mensis sacris veteris Testamenti.

In nouo Testamento mensæ fit mentio 1. Cor. 10. in qua nimirum cœna Dominica celebratè fuit. Non potestis, inquit Paulus, mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum: quo tamen in loco Mensa etiã Metonomicôs pro epulo vsurpatur. Christũ in mensa sacrosanctum illud suũ conuiuium primo instituisse, ac cum charissimis suis discipulis celebrasse, Euangelica historia testatur. Hanc mensam auro purissimo coopertã, atq; infinitis propemodum gemmis ornatam, ex Toleto oppugnata Musem Arabum ducem secum reportasse testatur Leo Afric. lib. 5. c. 79. In primitiua quoq; Ecclesia mensarum in celebratione cœnæ Dominicæ vsum cùm alia literarum monumenta, tùm

illa Nicenæ Synodi verba testantur: In diuina mensa ne humiliter intenti simus ad propositum panem, & poculum: sed exaltata mente, fide cõsideremus, situm esse in sancta illa mensa Agnum Dei, tollentẽ peccata mundi, qui non victimarũ more à sacerdotibus sacrificatur: & pretiosum illius corpus & sanguinẽ verè sumentes nos credere hæc esse nostræ resurrectionis symbola. Prisci mẽsas suas appellauêre altaria, proculdubio ad imitationem patrum veteris Testamenti. Ergo Christi, Apostolorũ, & primitiuæ Ecclesiæ exemplo, magis videntur quadrare mensæ, quàm altaria. Verissimè ille, impletis, ait, legalibus, & peracto in cruce sacrificio per Christum, etiam hic rationem Ecclesiæ, quàm olim Synagogæ instituit. Mensam dedit in qua epuletur, nõ autem in qua offerretur victima. Nec sacerdotes consecrauit, qui offerrent sacrificarentq́; sed ministros dedit, qui epulum sacrum distribuerent. Aræ fixæ, & statæ, pecudibus mactandis, & ignibus fouendis magis sunt idoneæ, quæ tamen damnari non debent, si Dominicæ cœnæ inseruiant. Hæc de mensis sacris, siue religiosis.

Mensæ porrò superstitiosæ, quas verè mensas dæmoniorum, secundùm Paulum, appellare possumus, fuerũt illæ gentium idololatricarum mensæ, in quibus & mactare, seu immolare, & epulari, & omnis generis vasa reponere consueuerunt, quarum creberrima apud auctores fit mentio. A Græcis θυωρὸς, & τράπεζα θυωρὸς, mensa sacris vsibus dicata, teste Hesychio, fuit appellata, hoc est, in qua reponebantur ea, quæ dijs offerebantur, ἡ τὰ θύη φυλάσσουσα, καὶ τὰς ἱερεῖς, καὶ μυρεψὸς, ab ὠρέω, id est, φυλάττω, custodio, seruo. Dioge. Laert. in Pherec. ἐλέγετο, ὅτι θυοὶ τὼ τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσι. Pollux lib. 4. de partibus Theatri: καὶ τράπεζα πεμμάτα ἔχουσ, ἢ θυωρὶς, ἢ θυωρὶς ὀνομάζεται. Hinc θυωρήτης, qui sacræ mensæ ministrat, vel simpliciter mensarius, & θυωρεῖδαι, in sacra mensa epulari, ἐυωχεῖδαι Hesychio. Arnobius lib. 2. Sacras, inquit, facitis mensas, salinorum appositu, & simulachris deorum. Cic. de Natura Deorum, Mensarum argentearum in delubris mentionem facit. Idem, Verrem dicit, mensas Delphicas è marmore, vimq́; maximam vasorum Corinthiacorum ex omnibus ædibus sacris Syracusis abstulisse. Anclabris (inquit Festus) est mensa ministerijs diuinis apta. Vasa quoque, quibus sacerdotes vtuntur, appellarunt Anclabria, nimirum ab anclare antiquo verbo, quòd haurire significat, à Græco ἀντλεῖν deductum. Assidelæ similiter, teste Festo, fuerunt mensæ, ad quas sedentes Flamines, sacra faciebant. Mensas sacras Romanorum in templis ligneas fuisse, Dionys. Halicar. testatur. Festus, Monsas olim apud Ethnicos in ædibus sacris, ararum vicè obtinuisse, testatur. Idem luculenter testatur. Macrob. lib. 3. cap. 11. in illum locum Virg. 8. Æneid.

In mensam læti libant, diuosque precantur.

Cùm non in mensam, sed in aram, secundem morem, libare debuerint, ad illius quæstionis explicationem, sic ait: In Papyriano iure euidenter relatum est, Aræ vicem posse præstare mensam dedicatam, vt in templo, inquit, Iunonis populoneæ augustata mensa est. Namq; in fanis alia vasorum sunt, & sacræ supellectilis: alia ornamentorum. Quæ vasorum sunt, instrumenti instar habent, quibus semper sacrificia conficiuntur. Quarum rerum principem locum obtinet mensa, in qua epulæ, libationesq́; & stipes reponuntur. Ornamenta verò sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria. Neque enim donaria dedicantur eo tempore, quo delubra sacrantur. At vero mensa, arulæq́; eodem die, quo ædes ipsa dedicari solent. Vnde mensa hoc ritu dedicata, in templo aræ vsum, & religionem obtinet puluinaris. Ergo apud Euandrum quidem fit iusta libatio: quippe apud eã mensam, quæ cum ara maxima, more vtiq; religionis, fuerat dedicata, & in loco sacro, & inter ipsa sacra, in quibus epulabantur. In conuiuio verò Didonis, quòd tantùm regium constat, non etiam sacrum fuisse, apud humanam mensam, in triclinio, non in templo, quia non erat religiosa, sed vsurpata libatio, solam fecit libasse reginam, (Et in mensa laticum libauit honorem) in cuius persona nulla obseruationis necessitas, & multa ad vsurpandum in potestate permissio. At verò hic omnes in mensa læti libant, diuosq́; precantur: quia quòd rectè fieri nouerat, ab omnibus simul in templo epulantibus, & vni sacratæ assidentibus mensæ factum esse memorauit. Seruius in illud Virg. Æneid. 1.

Dixit, & in mensa laticum libauit honorem.

More, inquit, sacrorum, tangitq́; ritum Romanorum, qui paniceas, sacratasq́; mensas habebant, in quibus libabant. Heus etiam mensas consumimus? inquit Iulus.

Mensarum vsus prophanus, est in epulis prophanis, & is quidem triplex. Nam vel in ijs pocula sanctiùs, uliaq́; vasa epularia collocantur, vel pecora in ijs mactantur, cibiq́; omnis generis dis-

Mensæ superstitiosæ.

θυωρὸς.

θυωρήτης.

θυωρεῖδαι.

Anclabris.

Anclabria.

Assidelæ.

Mensæ apud Ethnicos in sacris ædibus, ararum vicem obtinuerunt.

Mensa in templo aræ vicem præstat.

Mensarum vsus in templis.

Mensarum dedicatio.

Mensarũ vsus prophanus triplex.

Mensarum prophanarum nomina.

secantur, vel deniq; cibi in ijs collocantur, & ex ijsdem à conuiuis ad illas accumbentibus, assidentibus, aut etiam astantibus capi solent. Horum nunc nomina, & exempla quædam subiungam.

Αβαξ.

Αβαξ Græcè, ἐφ' ᾧ τὰ πράγματα τίθενται, inquit Ammonius, id est, in quo res deponunt: & Suida teste, propriè ἄβαξ dicitur ὁ μὴ ἔχων βάσιν, inde diminutiuum ἀβάκιον. Vtrumq; vocabulũ vsurpatur cũ pro tabula quadra, quæ supponitur crassiusculæ summitati columnæ: tùm pro tabula calculatoria, in qua logistæ, seu calculatores numeros deletiles: mathematici, lineas et figuras ducũt: (Persius, Nec qui abacos numeros, veteres Pythagoricam mensam appellarunt) tùm pro tabula lusoria: (Suetonius de Nerone, quotidie in abaco luderet. Macrob. lib. 1. Quem diem, inquit, omnes plærique abaco, & latrunculis conterunt) tùm denique pro mensa, in qua omnis generis vasa exponuntur. Ammonius tamen hac ita vult differre, quòd ἄβαξ proprie sit mensæ genus in triclinijs, vbi vasa omnis generis exponi solent: ἀβάκιον autem tabula illa calculatoria, in qua vel numeri, vel lineæ ducuntur. Αβαξ quoque, teste Eustathio, οὐδ. Δ. significat ἀλαλον, ἀσωίτον, ἄπειρον, ab α priuat. & βάζειν, id est, loqui: vnd ἀβαχεῖν, idem quòd ἀγνοεῖν, &c. sed hoc obiter. Latinè similiter Abacus, & Abaculus, quæ à Græcis deriuantur, aliàs ornamentum columnarum, siue columnarum cubile, Vitruuio, hoc est, planities structa, ad sessum habilis: aliàs tabulam Geometricam: aliàs tabulam supputatoriam, seu calculatoriam: aliàs deniq; mensam poculorum, siue vasorum significat, in qua postrema significatione hîc à nobis vsurpatur. Huiusmodi autem mensarum vsus & antiquissimus est, & communis vehementer ac peruagatus. Iuuenal. Satyr. 3.

Αβαξ Græcè, ἐφ' ᾧ τὰ πράγματα τίθενται, inquit Ammonius, id est, in quo res deponunt: & Suida teste, propriè ἄβαξ dicitur ὁ μὴ ἔχων βάσιν, inde diminutiuum ἀβάκιον. Vtrumq; vocabulũ vsurpatur cũ pro tabula quadra, quæ supponitur crassiusculæ summitati columnæ: tùm pro tabula calculatoria, in qua logistæ, seu calculatores numeros deletiles: mathematici, lineas et figuras ducũt: (Persius, Nec qui abacos numeros, veteres Pythagoricam mensam appellarunt) tùm pro tabula lusoria: (Suetonius de Nerone, quotidie in abaco luderet. Macrob. lib. 1. Quem diem, inquit, omnes plærique abaco, & latrunculis conterunt) tùm denique pro mensa, in qua omnis generis vasa exponuntur. Ammonius tamen hac ita vult differre, quòd ἄβαξ proprie sit mensæ genus in triclinijs, vbi vasa omnis generis exponi solent: ἀβάκιον autem tabula illa calculatoria, in qua vel numeri, vel lineæ ducuntur. Αβαξ quoque, teste Eustathio, οὐδ. Δ. significat ἀλαλον, ἀσωίτον, ἄπειρον, ab α priuat. & βάζειν, id est, loqui: vnd ἀβαχεῖν, idem quòd ἀγνοεῖν, &c. sed hoc obiter. Latinè similiter Abacus, & Abaculus, quæ à Græcis deriuantur, aliàs ornamentum columnarum, siue columnarum cubile, Vitruuio, hoc est, planities structa, ad sessum habilis: aliàs tabulam Geometricam: aliàs tabulam supputatoriam, seu calculatoriam: aliàs deniq; mensam poculorum, siue vasorum significat, in qua postrema significatione hîc à nobis vsurpatur. Huiusmodi autem mensarum vsus & antiquissimus est, & communis vehementer ac peruagatus. Iuuenal. Satyr. 3.

Discrimẽ inter ἄβαξ & ἀβάκιον.

Vide Cœl. lib. 7. cap. 6. & 31. & lib. 24. cap. 12.

Abacus, & abaculus.

Mensæ poculorum seu vasorum.

Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex
Ornamentum abaci. *Ausonius,*
Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atque abacum Samio sæpè oneraſſe luto.

Varro, Sic, vt abacum argento ornari videmus, vt alia paria sint, alia disparia, sic in Oratione: Cic. 4. Tuscul. Abacos complures ornauit auro, & argento cælato. Idem in Verrem, Ab hoc abaci vasa omnia, vt exposita fuerunt, abstulit. Liuius, Cn. Manlio Volsone de Asiaticis triumphante, inter alia quæ magnificæ supellectilis habebantur, monopodia quoque & abacos dicit fuisse adiectos. Plin. lib. 37. cap. 2. de Pompei triumpho: Vasa ex auro, & gemmis abacorum nouem. Idem eodem in lib. & capite, Abacis etiã, escarijsq; vasis inde expetitis. Et paulò infrà eodẽ in cap. Murrhina humorem putant sub terra calore densari: amplitudine nusquam paruos excedunt abacos. Apuleius lib. 2. Abacum pascuè vinulentam vocat, interprete Beroaldo, opiparè, lautè, copioseq; omni vinorum genere instructam, vt sit epitheton mensæ vinariæ accommodatum: in alijs tamen exemplaribus legitur Hirulentam, quidam corrigunt iurulentam. Sidonius lib. 2. epistol. ad Domitium, abacum nitentem vocat, interprete Baptista Pio, locum sessui non ingratum, in qua significatione vult etiam à Plinio accipi, cùm aliàs, vt idem addit, abacus sit custodiarum repositorium, & peculiariter promptuarium potoriorum. Vitruuius lib. 8. Extructas cum habeant argenteorum vasorum mensas, hîc mensæ, pro abacis ponuntur. Apud Lucianum in Lexiphane, mensa poculorum δελφινὶς appellatur, ποτήρια δ' ἔκειτο παντοῖα ἐπὶ τῆς δελφινίδος τραπέζης, id est, omnis generis pocula iacebant in Delphinide mensa. Hãc Porphyr. Latinè Delphicam vocauit, ad quam alludit Horatius in Sermonibus,

δελφινὶς.

Mensa Delphica.

Et lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet, &c. *Iuuenalis item,*
——Et recubans sub eodem marmore Chiron.

Cœl. lib. 8. cap. 6. Hoc vocabulum obscurum, & obsoletum: nam in illo Dialogo irridet affectatores obscuri, & inusitati sermonis, qui verbis plærunque obsoletis, vetustis, vel etiam nouis, & à se primùm conflictis vtuntur. Videtur alludere ad tripodem Delphicum. θύβη quoque ab Athenæo dicitur lib. 4. vt vult Bayffius, repositorium, in quo lanx cum obsonio reponitur. Verba Athenæi hæc sunt: πίναξ, δι' ἧς χὺς πυτιὼ δλάμετρον εἰ θύβη καταχεόμενον ἀργυρᾷ, πλήρης ἰχθύων ὀπτῶν, hoc est, Lanx dimetientis, magnitudine bicubitalis, in repositorio collocata argenteo, piscium assatorum referta. Hodie mensæ huiusmodi poculorum, atque vasorum, siue structuræ valdè sunt visitatæ, & vulgò mensæ credentiæ appellantur. Germani Credentztisch/buffet/antichtisch/oder tafel/ Galli buffet, dressoir, chapelet. Itali Busseto, Credenza vocant.

θύβη.

Mensæ credentiæ.

Mensa

Mensa porrò coquinaria, vt eam Plinius vocat, Græcè τραπεζητική, in quibus coqui pecudes Mensa coquinaria.
mactant, dissecant, atque diuidunt, cibos coctos imponunt: à Græcis antiquitus, teste Polluce lib. 6.
ἑλεὸς: à recentioribus comœdis δικόπανον fuit appellata, quæ vox posterior etiã apud Menandrum reperitur. Eadem etiam, teste Polluce lib. 10. ξάνιον, & δίξηνον appellatur, ein hauwklotz/hauwbanck. *Vide Erasmum Chiliad. 2. Centur. 10. Adag. 83. δίξηνον & truncus, in quo coqui secant carnes. ἑλεὸς vox Homero est vsitata,*

Αὐτὰρ ἐπεὶρ ὤπλισσε, καὶ εἰν ἑλεοῖσιν ἔθηκε.

Athen. lib. 4. Mensa, inquit, est μαγειρικὴ, id est, coquinaria: vnde τραπεζοποιοὶ, ἑλεοδύται, & ἑλεατρὶ dicti fuerunt, de quibus alio in loco. Germanicè fleischbanck/ tuchibanck/ anrichttisch.

Mensam vinariam rotundam, Varro dicit cylibarhum olim fuisse nominatam, vt etiam Mensa vinaria Cylibatum.
nunc in castris, declinatum, vt videtur, à Græco ἀπὸ τοῦ κύλικος. Altera vinaria mensa, inquit idem, erat lapidea, quadrata, oblonga, vna columella, Cartibulum vocata. Hanc, dicit, se puero ad compluuium apud multos poni fuisse solitam, & in ea, & cum ea anea vasa, itaque à gerendo gertibulum, inde Cartibulum postea fuisse dictam. Erat præterea, vt idem inquit, tertium genus Cartibulum.
mensæ, & quadratæ vasorum, quod vrnarium fuit dictum, quòd vrnas cum aqua potitas ibi potissimùm habebant in culina. Ab eo etiam nunc ante balneum locus, vbi poni solebant vrnæ, Vrnarium vocatur. Vrnarium.

DE MENSARVM VARIA FIGVRA, ATQVE FORMA.

CAPVT XVII.

MENSAS *escarias, antiquitus Cibilas dictas, Varro testatur apud Romanos primùm* Mensæ apud Romanos primùm quadratæ, postea rotundæ factæ fuerunt.
quadratas fuisse, cuiusmodi etiam suo tempore in castris fuerint: postea factas esse rotundas. Cartibulum, mensa vinaria, & Vrnarium, mensa vrnarum, quadrata fuit: at cylibatrum mensæ vinariæ genus ipsum quoq; rotundum fuit. Athen. lib. 14. dicit veteres cùm sibi persuasissent mundum esse rotundum, mensam quoq; fabricasse κυκλοειδῆ, hoc est, rotundam, nec non tripodas Dijs consecratos, adhæc placentas, (φθόης) pocula, panes fecisse rotundos. Inde ἄρτον ἄρτος vnde dictus.
dictum, quoniam forma rotunda ἀπηρτισμένος, καὶ ἐς τέλος, perfecta, & absoluta. Apud Plutarchum similiter lib. 7. Sympos. Probl. 4. Lucius mensa sibi dicit videri terræ esse μίμημα, hoc est, Mensa terræ simulachrum cur.
simulachrum: propterea quòd & nos alit, & rotunda etiam est, & stabilis (στρογγύλη, καὶ μόνιμος) vnde rectè ἑστία, hoc est, Vesta à quibusdam appellatur. Scaliger lib. 1. Poët. & tibias conuiuiales, Terra Vesta dicta.
παρθενίους dictas, pares, & æquales, easq; pusillas fuisse, ad significandam æqualitatem conuiuiorum: & rotundam olim mensam, ne quem sibi prælatam quispiam conqueretur. Mensas Celtarum Celtarum mensæ.
ligneas, humiles & circulares fuisse Athenæus testatur lib. 4. Ab hac forma rotunda, mensæ orbes quoq; fuerunt appellatæ. Cic: Quingentis millibus orbem sibi emit. Martialis: Mensæ à forma rotunda, orbes dictæ.

Vt Mauri Lybicis centum stent dentibus orbes. *Iuuenal. Satyr. 1.*
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tàm
Antiquis, vna comedunt patrimonia mensa;

Hoc est, Mensis citreis orbiculatis. Eustath. Od. A. in illud

παρὰ δὲ ξεστῶν ἐτάνυσσε τράπεζαν,

Quod hemistichium crebrò apud Homerum occurrit, sic commentatur, τράπεζαν δὲ τανυσθῆναι Mensæ cur rotundæ factæ fuerint.
εἰπὼν, ἐμφαίνει μήπω κυκλοτερὰς εἶναι τότε τὰς τραπέζας, ἀλλὰ τετανυσμένας εἰς μῆκος, hoc est, Cùm mensam dixerit extendi, significat mensas tum temporis non adhuc fuisse orbiculatas, sed extensas in longitudinẽ. Addit deinceps: Forsan postea excogitatæ fuerunt rotundæ, propter τὴν ἀνυπέρβλητον ἰσότητα, καὶ πρὸς ὁμοιότητα τῆς τροφοφορᾶς δλῶ, hoc est, propter Mensæ veterũ aliæ quatuor pedibus, aliæ tribus, aliæ vno solùm fulcie bantur.
summam æqualitatem, vel ad similitudinem areæ victum ferentis. Mensæ quoque veterum aliæ quatuor pedibus siue fulcris fulciebantur, quæ τράπεζαι propriè, quasi τετράπεζαι fuerunt ap-

pellatæ, de quo supra. Aliæ tribus, quæ tripodes dictæ sunt, & antiquitus erant militares, de quibus Athen. lib. 2. cap. 7. Horatius Carm. lib. 3. Ode 8.

Donarum tripodas, præmia fortium
Græiorum Idem 1. Sermone,
——modò mihi sit mensa tripes, & Concha salis puri.

Homerus in Odyssea memorat Alcinoum inter cætera Xenia Vlyssi tripodem magnum dedisse. Mensa quoq; Delphica Cic. mensa tripodanea, nonnullis videtur dicta à Delphici tripodis similitudine, Δελφινὶς Luciano, de qua voce suprà. Monopodia denique Liuio mensæ, quæ vno solùm pede fuerunt suffultæ, quæ olim pulcherrimæ lautissimæq; censebantur, qualia ex Asia deuicta C. Manlius Romam in suo triumpho aduexerat. Guil. Philander in suis commentarijs in Vitruuium testatur, se Romæ vidisse in æde D. Eustachij, & alijs locis, nec non Mutinæ, sculptum in marmoribus singulis iacentem in lecto hominem subiecto puluillo cubito, apposita ad lectum tripode mensa, aliquando monopodio. Venetijs quoq; duo eiusmodi marmora dicit ostendisse Ioannem Franciscum Valerium Venetum, Romanum vnum, pusillum illud quidem, alterum è Peloponneso vsq; ad uectum. Bayffius vult, veteres non vsos fuisse mensa bipede, etiamsi apud Martialem dicatur lib. 12. in Vacerram,

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa,
Et cum lucerna, corneoq; cratere.

Mensa, vel sublimes, vel humiles.

Mensæ quoq; vel sunt sublimes, vel humiles. Celtarum mensæ fuerunt humiles, non multum à terra exaltatæ, teste Athenæo. Apud Indos, vt Philostratus scribit, mensa in regio conuiuio fuit altaris instar, vsq; ad hominis genu sublimis, quæ in medio struebatur, quamq; in semicirculum compositam, triginta homines, quasi chorus, ad manducandum circumsistebant. Fuit porrò apud veteres mensæ genus, Sigma Græcæ literæ capitalis, priscis vsitatæ, effigiem referens, figura C. siue lunæ specie. Vnde Martialis Epigram. lib. 14.

Mensa sigma, Græcæ literæ effigiem referens.

Accipe lunata scriptum testudine signa
Octo capit, veniat quisquis amicus erit. Et alibi,
Septem signa capit, sex sumus, adde Lupum.

Heliogabali consuetudo.

Lampridius dicit, Heliogabalum hanc habuisse consuetudinem, vt octo caluos rogaret ad cœnam, item octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo longos, octo pingues, cùm capi non possent vno eodemq; sigmate, vt ea ratione maior subinde risus spectatoribus moueret. Idem, eodem teste, primus adinuenit sigma humi consternere, siue lectulis, vt à pedibus ueres ad reflandum spiritum soluerent. P. Crinitus lib. 19. cap. 10. in hæc duo loca, mensa dicis fuisse genus, quæ lunæ similitudinem haberet, formaq; præferret σ. literæ Græcæ. Bapt. Ignat. in Lampriaiii, Sigma, inquit, veteres sellam in formam ς. literæ constantem dixêre, spiris inuolutam, ab elemento ς. Sidonius quoque lib. 2. epistol. ad Domitium: Ita vt ministeriorum sese non impediente famulatu, tot possit recipere sellas, quot soli sigma personas. Ioan. Baptista Pius in illum locum, Sigma mensula ea potissimùm figura affabrè lauigata, & exculta, vti sex caperet maiori ex parte conuiuas, in similitudinem elementi Græcanici, implicatioribus spiris incurua, non absimili fortasse figura ab ea, quam Lucianus in Lexiphane Delphinidem appellat. Et paulò post: Sigma vocitatum à literæ Græcæ similitudine, quemadmodum zeta, siue zetecula à ζ. literæ figura: etiamsi sint, qui ἀπὸ τῦ ζῆν, hoc est, viuere deflectant. Lampridius in Heliogabalo, recenset sigma iuuenibus esse stratum: vbi perperam Syma, non sigma scriptum. Legimus & antisigma. Cælius lib. 12. cap. 18. Sigma apud Lampridium, dicit, non semel inueniri pro diæta positum, siue stibadio, siue cœnatione. Idem sigma, vel à Græci elementi figura dici tradit, vel ab eius elementi titulo, qui foribus superponebatur: qua nota discubitoris silentium indici videbatur, vt à conuiuio surgentes, si quid forte licentius foret dictum, eius volentes obliuiscerentur. S. enim silentij habet notam, & ipsa litera sigma creditur appellata παρὰ τὸ σίζειν. Hoc ridiculè à Cælio dici vult Brodæus lib. 3. Miscel. cap. 14. Hæ sunt doctorum quorundam virorum de hac voce sigmatos opiniones: quarum illa mihi verisimillima videtur, asserentium sigma esse mensæ genus literæ C. (vnde etiam dicti) siue lunæ dimidiatæ similitudinem referens, vt ex Martiali patet. Falluntur ergo, vt Iunius quoq; in suo Nomenclatore vult, qui vulgatæ literæ ς. similitudine expressam mensam figurari existimant. Sic & processus vnus omoplatæ, quem alibi

De voce sigmatos doctorum virorum opiniones.

Pub. Crinitus.

Baptist. Ignatius.

Sidonius.

Ioan. Baptista Pius.

Lampridius.

Antisigma. Cælius.

Opinio de voce sigmatos vera.

qui aliâs etiam ἀγκυλοειδὴς, & κορακοειδὴς appellatur, σιγμοειδὴς πρόφυσις, & sinus seu cauitas semicircularis in cubito, inter duas cubiti apophyses comprehensa, in quam brachij extremum, trochleæ simile, inseritur, σιγμοειδὴς, & σιγματοειδὴς, & cartilagines, quibus aspera arteria contexitur, semicirculares χόνδροι σιγμοειδεῖς, & denique tres membranulæ, ad orificiũ venæ arterialis positæ, quæ intus ortæ extrorsum ferũtur, σιγμοειδεῖς appellãtur: propterea quòd hæ partes omnes semicirculares sunt, & antiquæ Græcorum literæ C. imaginem referunt, vt Gorrhæus tradit in suo libro Definitionum medicinalium. Mensa perpetua Virgilio est longa, & à capite atrij cœnaculiue in extremum rectissum excurrens: cuiusmodi hodie ferè Gallorum, Italorum, Polonum, aliarumq; gentium mensæ sunt. Ac omnino nostris temporibus omnis generis, atq; formæ mensas, vt rotundas, quadratas, monopodas, dipodas, tripodas, tetrapodas, fixas, portatiles & fabrè, artificioseq; elaboratas videre licet.

Mensa perpetua.

DE MATERIA MENSARVM.

CAPVT XVIII.

VERVM vt forma, ita materia quoq; mensarum & olim, & hodie varia est; atq; multiplex. Conficiuntur enim ex auro, argento, marmore, ebore, lapidibus, gemmis, ex lignis pretiosis & odoratis: quarum nunc exempla quædam antiqua subiungam. Mensæ illæ sacræ veteris Testamenti, vti suprà dictum est, confectæ fuerunt ex ligno Sittim, auro, argentoq; obductæ. Exod. 25. De ligno illo Sittim variæ sunt, & discrepantes Hebræorum sententiæ. Alij enim Cedrum fuisse, & quidem Kimbi optimam Cedri speciem fuisse dicit. Fuerunt autem olim mensæ cedrinæ magno in pretio, de quo inferius. Alij piceam, alij buxum esse dicunt. Non desunt qui volunt hoc genus ligni à filijs Israël ex Ægypto in desertum fuisse adportatum, quod est incertum. Paulo Fagio, linguæ Hebrææ peritissimo, in Commentarijs in Exodum probabilis maximè videtur esse Aben Ezræ sententia, qui conijcit hoc genus ligni circa montem Sinai creuisse, cui adstipulatur & auctor Hizkuni, qui scribit in deserto syluas fuisse, in quibus hoc lignum creuerit: fuisseq; lignum leue, & pulchrum, ex quo & filij Israël sua tabernacula fecerint; iuxta illud, Habitauit verò Israël in Sittim, Num. 25. Septuaginta transtulerunt ξύλα ἀσηπτα, hoc est, ligna putredinis expertia. Quidam etiam spinam albam interpretantur. Mensarum argenteorum in delubris Cic. meminit lib. 3. de Natura Deorum his verbis: Iam mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri (Dionysius Siciliæ tyrannus) in quibus quod more veteris Græciæ inscriptum esset Bonorum Deorum, vti se eorum bonitate velle dicebat. Antonius Heliogabalus primus mensas, capsas, & caccabos argenteos habuit, si Æ. Lampridio credimus: quæ tamen Budæus intelligit priuato vsui habuisse. Nam publico in vsu Romæ antea fuisse, quodam Plutarchi loco probat, vbi lecti, mensæ, & sellæ aureæ Romam à quodam Iberorum rege missæ fit mentio. Mensas Delphicas è marmore Verrem Syracusis abstulisse, testis est Cic. in Verrinis. Pedes mensarum olim ex ebore confici fuisse solitas, ex antiquis literarum monumentis patet. Sic Nero, teste Dione, mensas habuit cedrinas, ἐλεφαντόποδας. Hinc Plin. lib. 21. cap. 1. Ex arbore & simulachra numinum fuêre, non pretio excogitato beluarum cadaueri, antequàm, vt à Dijs nato iure luxuriæ, eodem ebore numinum ora spectarentur, & mensarum pedes. Ita Clemens quoq; Alexand. lib. 2. Pædag. cap. 3. reprehendens luxum sui temporis, Ergóne, inquit, indignabitur mensa, quæ est pedibus eburneis instructa, si panem vnius oboli portauerit? Idem eodem in loco, κέδρουτε ἐυκεάτου, καὶ θύου, καὶ ἐβένου, καὶ ἐλέφαντος ξυποδας ἠσκημένους, hoc est, tripodas ex cedro sectili, & thuris virgulto (forsan thyam arborem significat) ebenoq;, & ebore confectos fuisse testatur à luxuriosis hominibus. Apud Romanos, vt ex veterum monumentis constat, in cœnaculo mensa, collocabatur rotunda, humilis, inferiorum quidem hominum tripes, & ex simplici ligno: lautiorum citrea, aut acerna, aut lamina argentea intecta, quam pes eburneus affabrè factus, putà in modum pardi, aut leonis, sustinebat. De priore mensa Tigellius ille apud Horat. adfectata paupertate,

——Modò sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri.

De ligno Sittim variæ Hebræorum sententiæ.

Mensæ argenteæ.

Mensæ ex marmore.

Digitized by Google

De altera Iuuenalis Satyra vndecima. Putere videntur

Vnguenta, atque rosæ latos nisi sustinet orbes
Grande ebur, & magno sublimus pardus hiatu
Dentibus ex illis quos mittit porta Syenes, &c. Lucan.
Dentibus hic niueis sectos Atlantide sylua
Imposuêre orbes, quales ad Cæsaris ora
Non capto vertere Iuba, &c.

De sacris Romanorum priscorum mensis ex ligno simplici suprà ex Dionysio Halicar. dictum est. Communes quoq; illorum mensas antiquitus ex arboribus vernaculis, non ex longinquo petitas confici fuisse solitas. Iuuenal. Satyr. 11. testatur.

Illa domi natas, nostraque ex arbore mensas
Tempora viderunt, bos lignum stabat in vsus
Annosam si fortè nucem deiecerat Eurus.

Mensæ acernæ. Ac omnino materiei apud antiquos accuratissimùm sanè ad mensas habitum fuisse delectum constat. Mensæ olim ex acere eximiæ habitæ sunt, qui ob id acernæ dictæ sunt, Horat. lib. Serm. 2.

His vbi sublatis, puer altè cinctus, acernam
Gausape purpureo mensam prætersit.

Has in precio fuisse olim, quamuis citreis inferiores, declarat distichon illud Martialis,

Non sum crispa quidem, nec sylvæ filia Mauræ:
Sed norunt lautas, & mea ligna dapes.

Acer arbor. Est autem Acer arbor amplissima, operum elegãtia, ac subtilitate cedro secunda, vt scribit Plin. lib. 16. cap. 15. Vnde nonnulli sic dictã volunt, quòd acria in ea artificum ingenia exerceantur. Aceres autem cùm plura sint genera, pulcherrimum esse bruscum, multoq; etiamnum excellentia molluscum, Plinius testatur eodem in loco, sed bruscum intortius crispum, molluscũ simplicius sparsum. Si magnitudinem mensarũ caperet, haud dubiè præferreretur cedro. Nũc intra pugillares, lectorumq; filicios, aut laminas raro vsu spectatur. E brusco fiunt & mensæ nigrescentes. Hæ fuerunt non tàm raritate, quàm materiei vel soliditate, vel diuturnitate insignes. Cedrinæ mensæ olim apud Romanos pretiosissimæ fuerunt habitæ, de quarum pretio, atq; luxu sic scribit Plin. lib. 13. cap. 15. Confines ei (Atlanti monti) Mauri, quibus plurima arbor cedri & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt, &c. Mensarum cedrinarum pretium magnum fuit, ob materiei raritatem, ac senium, & regionis distantiam, cùm apud Atlantem Mauritaniæ montem perquirentur. Quòd testatur Martialis his verbis lib. 14.

Mensæ cedrinæ.

Accipe felices Atlantica munera sylvas:
Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Ibidem de dentibus eboreis loquens,

Grandia taurorum portant qui corpora, quæris
An Lybicas possint sustinuisse trabes?

Illa fuerunt rotunda, ita vt ab eodem Poëta periphrasticôs orbes appellentur. Lucanus:

Vt Mauri Lybicis centum stent dentibus orbes
——Sectosque Atlantide sylua
Imposuêre orbes, quales ad Cæsaris ora
Nec capto venière Iuba. Idem lib. 9.
Sed penitus terra est, tantùm Maurusia genti
Robora diuitiæ, quarum non nouerat vsum:
Sed citri contenta comis viuebat, & vmbra.
In nemus ignotum nostræ venêre secures,
Extremoq; epulas, mensasq; petiuimus orbe. Et idem lib. 1.
——Mensasque priores
Aspernata fames. Martial. Epigram. lib. 9. in Mamurram.
Et testudineum mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo,

Hoc est,

Hoc est, mensæ citreæ, metony. Seneca etiam dum sui temporis luxuriam detestatus est, quòd citri radices insanis licitarentur pretijs ad mensarum, & lectorũ ornamenta. Multi eas è citro fuisse arbitrantur. Quidam tamen contrà, quòd citri materies mensarum amplitudinis minimè capax sit. Verior opinio, vt non è citro, quæ citrea fert, verùm ex alia eiusdem generis, quæ in Anchorario monte, citerioris Mauritaniæ, & Atlante nascitur. Citrearum mensarum etiam meminit Paulus Iurisconsul. lib. 20. Digest. Cic. sexta in Verrem: Tu maximam & pulcherrimam mensam citreã à Q. Lutadio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Rom. est, omnibus scientibus abstulisti. Harum Tertull. quoq; meminit lib. de Pallio sub finem, his verbis: Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus non vnum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Galba pro mensa eiusdem Mauritaniæ numerat. Hem quantis faculcatibus æstimauêre ligneas maculas? De mensis citreis vide etiam Hermol. Barbarum Corollariorum in Dioscor. lib. 1. cap. 17. Beroald. in Annot. in Lucanum. Mederæ insulæ incolæ ex cedro mensas conficiunt miri odoris, non absimiles cupresso, nec non ex nasso pulcherrimo, teste Aloysio Cadamusto. Hæ mensæ ornabantur coronis aureis, vel argenteis, gemmis distinctis: quarum coronarum meminit Pomponius in l. Etsi non vt claui. §. Perueniamus, isto titulo. Cedrus arbor est odorata, speciosa, diu durans, teredines & tineas nec gignens, neq; alens. Quin è cedro liquor exprimitur, quem Græci κεδρέλαιον appellãt: quo si libri, aut tabulæ inungantur, neq; carie, neq; vermibus consumuntur. Vnde Persius inquit,

Mensæ citreæ.

—— Et cedro digna loquutus.

Vide Plin. lib. 16. cap. 39. & 40. Quare non mirum est, mensas ex cedro olim maximi fuisse pretij, ex qua & templum illud Solomonium 1. Reg. 5. & 2. Sam. 7. & templum Ephesinæ Dianæ (vt Vitruuius refert, & Plin. lib. 16. & 40. cedrina materia tectum fuit, & simulachrum ipsum Deæ cedrinum fuisse aiunt: quamuis alij vitigineum illud faciant, alij ex ebeno. Pli. lib. 13. cap. 5. Materiæ verò ipsi (cedro) æternitas. Itaq; & simulachra Deorum ex ea facti tauerunt. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, è Seleucia aductus. Quoniam autem (vt hoc obiter dicam) è cedro, & similibus arboribus, quãdoq; sponte humor, vt pix, resina secernitur, hinc statuæ, atq; simulachra ex ea materie confecta, nonnunquam sudare, atq; lachrymari visa sunt, id quòd ignari putarunt Deorum esse miraculum, cùm opus fuerit naturæ. Ægyptij olim mensas, & alia huiusmodi selecta opera ex Persea sibijpsis fecerunt. Apud illos enim arbor hæc satis honorata, & materie robusta, atro colore, & visu decora. Ex trogete etiam (quæ ab alijs thya vocatur, Homero quoq; nota) fiebant, ob materiei raritatem, & firmitatem, laudatissimæ. Plin. lib. 13. cap. 16. Theophrastus, inquit, magnum huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamq; immortalitatem materiæ in tectis contra vitia omnia incorruptæ. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. De mensis tamen tacuit, vt aliâs nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, ex quo nouitiæ apparent. Laconibus è robore fuerunt, quòd tardissimè cariem, & vetustatem sentit, Plin. lib. 16. cap. 40. Iulius Pollux, Principibus è myrto olim apponi solitas scribit. Hodie passim apud omnes gentes fiunt ex omni materie. Apud Gallos, & alias gentes fiunt ex cupresso, tùm ob odoris, tùm diuturnitatis præstantiam. E iuglande etiam, teste Benedicto Curtio Symphoriano, in Gallia ornatissimæ fiunt: quò verò nigriore materie, & crebrioribus venis intercursantibus cernuntur, eò pretiosiores habentur, quas etiam oleo, vt nitidiores sint, atq; lucidiores inungunt. De eius porrò materiei præstantia idem sic disserit: Nulla alia (cedrum, cupressum, citrum, hebenum, & alias raras excipio) siue operum elegãtia, & facilitate, magis laudata, nec quæ ad tot opera vtiliter requisita sit: vt, quæ nullum siue torno, siue tonsura artificium recuset. Nec quæ item magis subtiliora opera exprimat. Siquidem in picturas, & omnes rerum imagines, molli, & absq; rimis materie, ductili opere, & breui filo patefacit. Glutinis verò patientissima. Idem auctor testatur aduehi ex Germania ad illos mensas è fraxineis radicibus: quæ ob varias, & incursantes venas, quas vulgus madratas passim appellat, spectabiles, cum alterius circum materiei prætextura. Porrò apud Plinium lib. 13, cap. 15. describuntur mensæ Tigrinæ, Pantherinæ, Vndulatæ, Apiatæ. Tigrina Plinio est mensa oblongo venarum discursu maculosa, aut in venam crispa, à Tigride, quæ fuluo nitet, nigrantibus segmentis interundata, vt Solinus ait. Sic nuncupare non abs re fortasse liceat, quam cupressinam, vel acernã cum Ouidio dicimus, inquit Iunius in suo Nomenclatore. Mensa Pantherina Plinio in paruos vertices crispa (sic Iunius se legisse dicit ex antiquissimi

Mensa Tigrina.

Mensa Pantherina.

exemplaris indubitata fide apud Plin.) vel crispo, ac intorto macularum discursu variegata: cuiusmodi est de ligno nostris hominibus Prouinciali nuncupato compaginata, à Panthera sic dicta, quæ minutis orbiculis, siue oculatis è fuluo circulis distinctam habent tergi. supellectilem, vt Solinus loquitur. Mensa vndulata Plinio, vndatim crispa, quæ pauonum caudæ oculos imitatur, quales è buxi radicum ligno constructa fuerit. Mensa apiata Plinio densa quadam quasi granorum congerie crispata, aut conspersa: sic dicta fortè, quòd apum excrementa passim aspersa imitetur. Antiquitus fissis arboribus, mensarum genera circinabantur, cùm alioqui vena in orbem cæsa fragilis foret. Mensa Turcarum, Thophra dicta, ex corio fit, & explicatur, & contrahitur, vt marsupium, Barthol. Georgeu. supra quam vescuntur, vt plurimùm è corio bubulo parata est, aut ceruino non continuato, & adhuc hirsuto, rotunditatem habens, quatuor, vel quinq; palmarum latitudinis circulos multos, per circuitum insutos, ferreos, quibus quũ corrigia inducta sunt, instar bursæ claditur, expanditur, & portatur, Barthol. Georgeu. & Boêmus. Apud nostros hodie cerasinæ, fraxineæ, acerinæ, & abiegnæ: apud magnates marmoreæ, & eboreæ, eburataq; ebore intectæ, & cupressinæ in vsu habentur. Sunt & segmentatæ, id est, tessellis, ac præsegminibus diuersi coloris distinctæ, quas segmentatas quidam nominant. Mensæ fiunt non solùm è ligno, sed etiam lapidibus & marmore. Item siue solidæ siue marmore, aut lapide fissili incrustatæ duntaxat, Gesnerus lib. de Figuris Lapidum. Hæc de mensarum materia.

Mensa vndulata.

Mensa apiata.

DE VARIA, ET MVLTIPLICI MENSAS ADORNANDI, INSTERNENDI, EXTRVendi, mundandi, abstergendi, apponendi, remouendiq; consuetudine.

CAPVT XIX.

MENSAS olim summo studio extergere, & emundare, siue emaculare consueuerunt, ad quod spongia vtebantur, Martial.

Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis,
Vtilis expresso quum leuis vmbra tumet.

Item penicillo, è penis extremitate, vnde nomen traxit.

Mappis quoq; mensas antiquorum Romanorum non fuisse opertas, Bayffius ex antiquis literarum monumentis ait constare. Siquidem pro se quisq; conuiua mappam secum ad conuiuium adferebat, quòd ipsum ita esse conuincitur ex eodem Martiale in 12.

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantile è mensa sustulit Hermogenes.

Quòd verò mensas opertas non ponerent, ait Martial. lib. 11. qui id ridiculum putat,

Mensas Ole bonas ponis, sed ponis opertas
Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

Mappæ dicuntur, quæ super mensam sternuntur. Isidorus mappas conuiuij & epularum appositarum esse dicit, sic dictas quasi manupas: cuius Diminutiuum est mappella. Petrottus mappam vult dictam, quòd manibus pendeat, dum sumus in mensa. Plin. lib. 19. de lino scribens, quod vinum appellat. Ardentes in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Villosæ apud veteres habitæ sunt in pretio: hinc Martial. in Apophor. de mappis nimirum loquens,

Nobilius villosa tegunt tibi linteа citrum.

Mappæ rum (quæ à Germ. tischlachen/oder tischtůch: Gall. nappe: Ital. touaglia: Hisp. touaija, appellantur) hodie quoq; creberrimus est vsus, quæ mensis insterni solent. Mappa quæ mensis insternitur ad manus abstergẽdas cuiusnam rei fuerit symbolum, vide Pierium in Hieroglyph. Iisdem imponuntur orbes, siue quadræ, salina, cochlearia, cultri, pocula, cibi. Apud Gallos, Italos, & alios nationes, pocula non in mensis, ad quas accumbitur, sed in abacis reponuntur.

Mappa.

Perrò

Mensas apponendi, remouendiq; mos veterum.

Porrò toties mensas, quoties fercula, & obsonia olim mutari: & quidem obsonijs onustas à duobus seruis ferri, conuiuisq; accumbentibus apponi fuisse solitas, ex Alexi poëta apud Athen. lib. 9. & Plutarcho in vita Pelopidæ Guilielmus Philander conijcit in suis commentarijs in Vitruuium: vnde toties in vno conuiuio mensarum appositarum, atq; remotarum apud auctores fit mentio. Idem testatur Bayffius lib. de Vascul. his verbis: Dicebantur deniq; mensæ, quibus reponebantur vasa escaria, & fercula, quas sic obsonijs onustas, conuiuis apponebant duo serui. Neque enim singuli serui singula fercula ferebant, vt hodie facitare solemus, sed mensam ferculis onustam adferebant, atque adeò accumbentibus conuiuis apponebant, mediam inter duos, vt conijcere est ex Luciano in Dialogo, qui ὀνειρος, ἢ ἀλεκτρυὼν inscribitur, in hæc verba: εἶτα μηδενὸς αἰσχομένου πλησίον καταχεῖσθαι αὐτῷ ἐμὲ καταλύσασι φέροντες ὡς ὁμοτράπεζοι εἰσιόν. Quare non absre conqueritur Martialis de Annio, qui vt lautior videretur, ministrantes seruos habebat, qui singula gestarent fercula. Verba Martialis sunt lib. 6.

Cum mensas habeat ferè ducentas,
Pro mensis habet Annius ministros,
Transcurrunt gabatæ, volantq; lances.
Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

Hunc morem etiam antiquum fuisse, idem conijcit ex versiculis citatis ab Athen. lib. 9.

Ὡς εἶδε τὼ τράπεζαν ἀνθρώπους δύο
Φέροντας ἔσω, ποικίλων παρηψίδων
Κόσμον βρύουσαν.

Mensam ponere, & apponere antiqui dicebantur: Græcè τιθέναι. Cic. ad Atticum: Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa apud Nest. Cibis autẽ mensæ onerari, instrui, & extrui dicebantur. Cic. ad Pisonem: Extructa mensa non conchilijs, aut piscibus: sed multa carne subrancida. Idem in Tusc. Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur. Idem, caret epulis, extructisq; mensis. Athen. li. 1. testatur, mensas antiquitus toto conuentus tempore adfuisse cibis oneratas: (quæ consuetudo etiam suo tempore apud multos barbaros obtinuerit, vt varijs cibis cooperiantur) ac demum postquã conuiuæ discesserant, famulas cibum, pocula, & mensas abstulisse. Idem etiam testatur li. 5. Vbi inquit, ἀπαλλαγέντων δὲ τῶν δειπνούντων, αἱ τράπεζαι ἐβαστάζοντο, hoc est, postquàm conuiuæ discessissent, mensæ deportabantur, siue aufferebantur Lambinus in illa Plauti in Trucul.

—— Cedò, soleas mihi
Properate, aufferte mensam. —— Hinc intelligimus apud veteres vbi è lectis surrexerant, in quibus accubuerant, mensas remouere solitos. Virgil.

Postquàm exempta fames epulis, mensæq; remotæ.

Sic apud Plautum in Amphit: Am. quid postquam cœnauimus? Al. Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abijcimus. Lambinus: Mensæ veteribus cœnaturis statuebantur, seu apponebantur, vt in Asin: Pueri mensam apponite: cœnatis remouebantur.

Huc facit mos, & consuetudo Romanorum antiqua, qua nefas erat mensam tollendo inanem facere: semper enim aliquid in ea volebant relinqui. Eius consuetudinis Plutarchus cùm in Quæst. Rom. quæst. 64. tùm lib. 7. Sympos. Probl. 4. hasce rationes affert: 1. Significabant semper ex partis aliquid in futurum reseruandum, & in præsenti die subsequaturæ aliquam habendam rationem. 2. Quòd scitum putabant appetitum cohibere, eumq; reprimere, dum adhuc aliquid ad fruendum in promptu est: minus enim appetunt absentia, qui præsentibus abstinere didicerunt. 3. Quòd mos iste humanitatis aliquid erga famulos videtur habere, qui sic videntur quodammodo à Dominis ad societatẽ mensæ admitti: non enim tantùm delectãtur accipiendo, quantùm participando. 4. Quòd mensa sit res sacra, nulla autem rerum sacrarũ vnquam debeat inanis relinqui. 5. Quòd mensa terræ videatur esse simulachrum. Nam præterquàm quòd nos alit, rotunda etiam est, & stabilis, & recte vesta à quibusdam appellatur. Sicut ergo terrã semper volumus aliquid nobis vtile producere, & efferre: ita censemus mensam quoq; nunquã debere vacuam, & omni destitutã apparatu relinqui.

Mulsis mensis antiquos vsos fuisse Bayffius in lib de Vasculis quibusdam Plutarchi testimonijs confirmat. Sunt qui existimant apud Homerũ mensas singulis viritim fuisse appositas, de qua

tamen à nonnullis dubitatur. Vide Athen. l. 1. c. 4. & Eustath. Od. A quo in loco ait, mensas πολυτελεῖς à quodam veterum dictas fuisse καταπρεφείας παντοίων ἀγαθῶν. Apud Germanos antiquos, teste Cor. Tacito, separatæ singulis conuiuis erant inter epulandum sedes, & sua cuiq; mensa.

Mensa deniq;, quoniã veteribus res sacra atq; religiosa visa est, hinc multæ opiniones, atq; auguria superstitiosa promanarunt, quorũ huiusmodi quædã à Plinio exempla cõmemorantur l. 28. c. 2.

Incendia inter epulas nominata aquis sub mensa profusis abominamur.

Bibente conuiua, mensam, vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur.

Seruij Sulpitij principis viri commentatio est, quamobrem mensa linquenda non sit.

Sternutamento reuocari ferculũ, mensamúe, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur.

Cibus etiam è manu prolapsus, reddebatur, vtique per mensas, vetabantq; munditiarum causa deflare.

Si Pontifici accidat ditis causa epulanti, in mensa vtiq; id reponi, adolerique ad larem piaculi.

Medicamenta, priusquàm adhibeantur, in mensa forte deposita, negantur prodesse. Hæc ille.

His adde, quòd de mensa, quæ cadebant tollere nefas erat, quæ mortuis amicis, & heroibus consecrabantur.

Item, quòd mensam, quando tollebatur, omnino inanem esse, nefas ducebatur: semper in ea aliquid relinquendum esse censebatur.

Mensa res honorifica, & augusta. Hinc mensæ adhiberi, à principibus præsertim viris, magni semper honoris loco habitum fuit.

DE MINISTERIO CONVIVIALI, AC PRIMO QVIDEM DE NOMINIBVS GENERAlioribus ministrorum atq; seruorum.

CAPVT XX.

NVNC de Ministerio conuiuiali, cuius similiter cura, & administratio ad conuiuatorem, siue conuiuij dominum pertinet, est dicendum. Nam quemadmodum vasa & instrumẽta, vt paulò antea explicatum est: sic ministri quoq; (qui sunt ὄργανα ἔμψυχα, imò ὄργανα μᾶλλον ὀργάνων, teste Aristotele) apti & idonei ad cuiusuis, præsertim celebrioris, conuiuij celebrationem requiruntur. Nam quoniam ipse conuiuator, siue conuiuij dominus, non facilè omnia, quæ ad conuiuium iustum legitimumq; pertinent, efficere, atq; præstare potest, idcirco ministris illi est opus peritis, fidelibus atq; industrijs, quorum opera ad illud partim adornandum, partim regendum, moderandumq; vtatur. Ministerij porrò conuiuialis egregium nobis exemplum Christus in Euangelio proponit his verbis: Quis vestrûm, inquit, seruum habet arantem, aut pascentem, qui regresso ab agro, dicat statim, accede, & discumbe? Annón potiùs dicet ei, Para quòd cœnem, & præcinctus ministra mihi vsquedum edero, & bibero: & postea edito tu, & bibito? Num gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ipsi præcepta fuerant? non puto. Ita & vos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: nam quòd debuimus facere, fecimus. His verbis Christus, ceu perfectus omnium officiorum magister, cùm seruorum ergà dominos, tùm dominorum erga seruos suos officia egregiè sanè expressit, atq; descripsit: in quibus continentur simul omnia, quæ in ministerio hoc nobis conuiuiali sunt consyderanda, quæ quidem ad 4. hæc capita videntur posse reuocari. Primum est de nominibus generalioribus ministrorum. Secundum, de varijs eorum generibus atq; differentijs. Tertium, de eorundem habitu, atq; officio in genere. Quartum, de Dominorum, atque etiam conuiuarum ipsorum ergà ministros officio.

Polit. 1. cap. 3.

Luc. 17.

Mescharetim.

Quò ad nomina, Ministri ab Hebræis משרתים Mescharetim. Esther. 1. Ministrantes regi. 1. Reg. 1. Et Abisag Sunamithis ministrabat regi: vbi ministerij conuiuialis fit mentio. Differunt autem secundùm Grammaticos nonnullos à עבדים Abadim, hoc est, seruis, quòd Mescharetim sint ministri liberi, & ingenui: Abadim autem propriè, qui vel pecunia sunt empti, vel capti bello, & à Latinis propriè serui, atq; mancipia appellantur. Græcè δοῦλος (qua voce Lucas loco ante citato vtitur) cùm speciatim, & quidem plerunq;, pro seruo accipitur, qui libero, seu ingenuo opponitur.

Abadim.

Δοῦλος.

tuitur, secundùm illud Aristoph. in Auibus, δοῦλος ὢν, κώμῳδεῖν ἔχεις, hoc est, cùm seruus sis, comam alis (quòd, teste interprete, liberorum erat proprium) tùm etiam nonnunquam pro liberto, & in vniuersum, pro quouis ministro vsurpatur. παρὰ τὸ δόλος, ἢ παρὰ τὸ δύειν, τὸ λεπτύνειν. Hinc Theocriti interpres, δοῦλος, inquit, & οἰκέτης differunt, vti in secundo de Concordia prodit Chrysippus, quòd οἰκέτης eum, qui etiamnum seruit: δοῦλος autem ἀπολίυθρον indicat, id est, libertum: & in genere, quemuis ministrum, ac etiã subditum, vt prodit Ammonius. Eodem modo Hebr. עבד vsurpatur. Δοῦλοι, inquit eleganter Suidas, omnes sunt τῇ φύσει, id est, natura Dei: δεσπόται autem οἱ τούτων τῶν διαφορείαν ἀφανισίως αἰρύμενοι. Est etiam alia δουλεία ἐν ὑποτάξει: & tertia ἐν κτήσει, καὶ ὑποτάξει.

Δοῦλος, & οἰκέτης differunt. Οἰκέτης.

Οἰκέται, inquit Suidas οὐ μόνον οἱ θεράποντες, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν. Aristophanis interpres in illud in Nubibus, οἱ δ' οἰκέται ῥίγωσι, id est, βαθέως καθεύδουσι. οἰκέτας δὲ νῦν οὐ τοὺς θεράποντας μόνον, ἀλλὰ πάντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκίαν. Eustath. in illud Ιλ. Ε.

φίλους οἰκῆας ἐγείρομεν, Hic inquit, οἰκῆας, vt videtur antiquis, non seruos pòtus vocat: sed simpliciter eos, qui in domo sunt, siue familiares. Ac secundùm Aristophanis commentaria οἰκέται dicebantur non modò οἱ κατ' ἀγρὸν ὑπουργοὶ, hoc est, coloni, siue serui rustici: verùm etiam liberi, qui sunt in ædibus. Idem in Ιλ. ο. οἰκεὺς, & οἰκέτης, inquit, cùm seruos, tùm eos qui in domo versantur, quantumuis liberos, significat.

Διάκονος, minister ac seruus talis, qui μαχεῖ τῷ κονιῶν κονεῖ, id est, vsq; ad sudores puluerulentos desudat: sic dictus à voce κόνις, teste Eustath. Ιλ. Ρ. siue κονία, quae pulueré significat propriè athleticum: vndè κονίστρα idem, quòd παλαίστρα. Hinc κονεῖν idem quod seruire, & in pulueribus desudare: inde ἀγκονεῖν, & διακονεῖν, (vnde forsan nostrum vernaculum dienen) qua voce Lucas hoc in loco vtitur, & cap. 10. de ministerio conuiuiali verba faciens. Item διάκονος Matth. 22. & Ioa. 2. pro iis, qui mensæ ministrant: διακονάμενοι, σὺν διάκονοι, & ὑποδιάκονοι Athen. διακονεῖ καὶ αὐδρὰποδα Philoni. Idé ἐλίυθεροι ὑπηρετοῦσι τὰς διακονικὰς χρείας διαπελοῦντες. Aristop. in Achar. μαγειρικῶς, κομψῶς τε, καὶ λειπνητικῶς, αὐτῷγε διακονεῖται. διακονάμενοι, ἐς, ώμενοι Luciane. Διακονία (cui synonyma ὑπουργία, ὑπηρεσία, λειτουργία) pro ipso ministerio epulari Athenæo lib. 4. & Luc. 10. ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν, & cap. 22. Quis maior est, inquit Christus, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν, hoc est, qui accumbit, an qui ministrat? vbi accumbens, & ministrans, inter se opponuntur. Et mox: Ego autem sum in medio vestri ὡς διακονῶν, id est, ministrans. Αὐτοδιάκονος Eustathio ὁ αὐτοχειρὶ δουλεύων, qui sua sponte seruit: & αὐτοδιακονία priscorum Athenæo lib. 9. cùm sibimetipsis in conuiuijs ministrarent. Διακόνιον, vt illud quoq; addam, placentæ est species Eustath. atq; Suidæ. Nonnulli tamen διακόνιον appellant locũ quendã ædis sacræ penitiorẽ, & secretiorem, in quo sacra Ecclesiæ vasa reponuntur (Repositorium Plinius huiusmodi locum vocat) & conduntur: quod Secretarium alio nomine nuncupant: & indè διάκονος secretarios, quòd huius loci claues gestent, curamq; habeant, quæ significatio ex Concilij Laodiceni C. Non oportet, distinct. 23. videtur esse sumpta. Vox porrò διακόνια in sacris quoq; Vet. Testamenti literis trita admodùm est, & vsitata, qua partim Politicum ministerium (vndè Magistratus Rom. 13. dicitur διάκονος Dei: & paulò pòst, λειτουργὸς) partim Ecclesiasticũ, partim denique vulgare quoduis etiam conuiuiale, vt Luc. 4. 10. 17. Ioan. 12. & alibi significatur. Quando verò pro Ecclesiastico munere accipitur, aliàs generatim significat quemuis Ecclesiæ ministrum (vnde etiam Apostoli aliquoties se διάκονους vocant. Col. 1. 1. Cor. 23. 2. Cor. 3. & Christus Rom. 15. circumcisionis διάκονος appellatur) tùm speciatim eum, qui in Ecclesia Dei Ærarij pauperum curam, administrationemq; habet, & circa pauperum ministerium, & subleuationẽ occupatur: quales erant ij, de quibus Acto. 6. & Philipp. 1. Rom. 12. 1. Tim. 3. scriptum est: quo ferè significato accipitur, cùm ab Episcopis in Ecclesia Diaconi distinguuntur. Hinc Diaconissæ 1. Tim. 5. quæ ministrabãt mulieribus pauperculis, & puerperis, alijsq; ægris puellis, ac fœminis. Talis Phoebe fuit apud Cenchreenses Rom. 16. Hinc etiã collecta ipsa διακονία dicitur 2. Cor. 9. Rom. 15. 1. Cor. 16. Acto. 11. Quilibet etiam cultor Dei διάκονος vocatur Ioan. 12.

Κονίστρα. Κονεῖν. Διάκονος. Διακονία. Αὐτοδιάκονος. Αὐτοδιακονία. Διακόνιον. Διακόνια vocis in vet. Test. significatio. Diaconissæ.

Λειτουργία, inquit Suidas, propriè dicitur ἡ δημοσία ὑπηρεσία, hoc est, publicum ministerium, παρὰ τὸ λήϊον (λήϊτον videtur legendum, quòd significat publicum, & prytaneum, id est, locum publicum, in quo Magistratus versabantur. Sic λεία quoque dicta præda, quòd publicè diui-

λειτουργία propriè quid. λειτουργία vnde.

λήϊτον quid. deretur. Herodotus certè in Polymnia ait, ab Achiuis λήϊτον (quod est λειτὸν Ionica solutione) appellari ædes publicas, seu Curiam, id est, πρυτανήϊον) & ἔργον, id est, opus. Vnde commutatis aliquot literis videntur dicti, qui in his locis Magistratibus inseruirent. Idem, λειτουργικὴ, inquit, propriè ἡ ἱερατικὴ: catachristicôs autẽ, ἡ ἁγιλικὴ. In sacris literis vt διακονία, ita λειτουργία Ecclesiasticum docendi munus significat: & λειτουργεῖν τῷ κυρίῳ Acto. 13. hoc est, κηρύττειν prædicare, interprete Chrysostomo, & Theophilacto. Luc. 1. Postquàm completi sunt dies λειτουργίας, hoc est, muneris, seu curationis eius, hoc est, Zachariæ. Latini officia interpretati sunt. Sic Angeli Heb. 14. appellantur πνεύματα λειτουργικα, hoc est, Spiritus ministratorij: & ex Psal. 104. λειτουργοὶ, id est, ministri: & martyrium ad Philip. 2. λειτουργία vocatur, & ad Hebr. cap. 10. Sacerdotes Vet. Testamen. dicuntur λειτουργεῖν, hoc est, sacrum officium obire: & cap. 9. eiusdem Epist. dicuntur vasa λειτουργίας, hoc est, ministerij, quæ ad cultum diuinum pertinebant. Ex quibus locis omnibus constat, verbum λειτουργεῖν significare in genere seruire, & ministrare certo aliquo officij genere, quòd debetur superioribus, vel inferioribus, vel etiam paribus. λειτουργοὶ dicuntur ipsi ministri Rom. 15. 1. Pet. 2. de Prophetis. Ipse Christus ad Hebr. 8. Sanctorum dicitur λειτουργὸς. Magistratus quoq; Rom. 13. Dei διάκονοι, & mox λειτουργὸς appellatur (vide Aristot. lib. 4. cap. 4. de Magistratuum liturgia in Repub.) λειτουργία quoq;, vt διακονία 2. Cor. 9. pro collatione, quam conferebant pij pauperibus, vsurpatur: & ad Rom. 15. & ad Philipp. 2. Epaphroditus, qui Eleemosynas colligebat λειτουργὸς, & ipsum munus λειτουργία dicitur. Λειτουργοὶ Athenæo lib. 12. dicũtur, qui in Alexandri epulis nuptialibus ministrarũt: & λειτουργία ab eodem ministeriũ conuiuiale appellatur. Mirum itaq; non est, cœnam Dominicam λειτουργίαν à Græcis fuisse appellatam.

λειτουργεῖν. λειτουργοὶ.

ὑπηρέτης. ὑπηρεσία. ὑπηρέσιον.

Ὑπηρέτης Suidæ δοῦλος, ὑπηρέται Philoni, & Athen. ministri mensæ dicuntur: & inde ὑπηρεσία, ipsum ministerium. Pollux, ἡ δὲ ὑπηρεσία, παῖδες, οἰνοχόοι, ζαπλοχόμοι, τομεῖς, &c. li. 6. cap. 1. Eustath. Odyss. θ. ὑπήρεσιον secundùm veteres est locus, in quo remiges sedent: inde ὑπηρεσία, pro δουλεία ponitur, & ὑπηρετεῖν.

θεράπων.

Θεράποντες Suidæ δοῦλοι, ὑπηρέται. θέραψ similiter δοῦλος, ὑπηρέτης. Θεράπαινα, δούλη. Θεραπευτῆρες, οἱ τῶν ἱερῶν περιεσάμενοι. Eustath. Ilia. o. vult θεράποντα vocem, vt & οἰκέτην, partim pro seruo, partim pro quouis ministro, etiam in genuo vsurpari. Idem Ilia. τ. Θεράπων, inquit, lingua Cretensi δοῦλον ὁπλοφόρον significat: verùm apud poëtam (Homerum) nusquam θεράποντες δοῦλοι, ἀλλὰ τῶν φίλων οἱ δραστικώτεροι. διὸ θεράποντα δαίμονι δαίζοσυνάων, procis adesse dicuntur Vlyssi à Telemacho, Odyss. π.

ὑπουργεῖν, et ὑπουργία.

Ὑπουργεῖν similiter, & ὑπουργία cùm pro quouis, tũ speciatim pro cõuiuiali ministerio accipitur.

Δρηστῆρες quoq;, & ὑποδρηστῆρες, & in fœm. δρήστειραι, Homero dicuntur ministri, qui conuiuium parant, mensæq; ministrant: ipsumq; ministerium δρηστοσύνη, & illud obire δρᾶν eidem significat. Odyss. κ. 4. Circes ancillarum (quas ἀμφιπόλους, & δρήστειρας appellat) officia describit. Harum enim alia thronos sternebat stragulis pulchris atq; purpureis: alia, mensas argenteas antè thronos explicabat, iisq; imponebat canistra aurea: tertia, vinum miscebat dulce in argenteo cratere, & aurea porrigebat pocula: quarta, aquam adferebat, ignemq; accendebat sub magno tripode. δρήστειραι ibi interpretatur Eustath. αἱ δουλίδες, παρὰ τὸ δρᾶν (vnde forsan nostrum vernaculum thun) τὸ ὑπουργεῖν: inde δρηστὴρ, & ὑποδρηστὴρ, ὁ ὑπουργός. quoniam δρᾶν non modò ποιεῖν, hoc est, facere, verum etiam ὑπουργεῖν, hoc est, seruire, & etiam θύειν, hoc est, sacrificare significat, secundùm Athenæum. Odyss. præterea o. Vlysses ad Eumæum dicit, se procis optimè ministraturum esse, cibi sibi comparandi gratia.

Δρηστῆρες quoq; Suidæ. ὑποδρηστῆρες. Quatuor Circes ancillarum officia.

δρᾶν.

Αἶψα κεν εὖ δρώοιμι μετὰ φρίσιν ὅττι θέλοιεν. τὸ εὖ δρώοιμι Eustath. exponit, εὖ διακονοίμην, ὑπηρετοίμην: δρᾶν γὰρ τὸ ὑπηρετεῖν, & cum adiectione ὡς δρᾶν, καὶ ὑποδρᾶν: καὶ δρᾶν οἱ θεράποντες. καὶ δρήστεια fœm. καὶ δρηστοσύνη, ἡ ταπεινὴ διακονία, hoc est, ministerium humile, quòd paulò post his verbis exponitur, Δρηστοσύνη δ' ἐκ αὖ μοι ἐείσατο θεσπεσίη ἄλλη,

Πῦρ τ' εὖ νήησαι, (hoc est, τὸ σωρεῦσαι Eustathio: quidam tamen scribunt ἐυνήσαι, quod significat, vel φυλάξαι, κατάναξαι, ζωπυρῆσαι εἰ ἀσθμῆ) δρῆξαί τε ξύλα δεινὰ (id est, ξῆρα, καὶ ἀπιτήδεια εἰς τὸ λαίδδαι) κεάσαι.

Δαίξειὐσαίτε, καὶ ὀπτῆσαι, καὶ οἰνοχοῆσαι.
Οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι θεράποντα δρώσι χέρηες,

Hæc

Hoc est, πειροὶ, πλωχοὶ, ac veluti χρυσοὶ Eustath. interprete. Subiungit postea descriptionem ἀνδρήιων, hoc est, ministrorum splendidorum, quorum opera proci vtebantur.

Κήρυκες quoque apud Homerum crebrò legimus, omnia huiusmodi munia coquinaria, atque conuiuialia obijsse, de quo suprà, vbi de coquis agitur. Ιλ. Σ.

Κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ἀνὸ δρυὶ δαῖτα πένοντο. Vbi famulos regis eiusdam prandium messoribus eius parasse scribit.

Ελειοδύται quoque, & δμῶες Athenæo dicuntur mensæ ministri, quos τραπεζοποιοὺς, & alios huiusmodi διακόνους interpretatur, lib. 4. εἰσομίζοντες τὰ εἰς τροφὴν. Hæc sunt fere nomina generalia, quibus Græci mensæ, epularumq; ministros insignunt.

Latinis ministri à manibus, sic dicti, quasi manistri, & administratores Cic. vocantur, nec non ad pedes, de qua loquutione infra pluribus: et ministrare Cic. est mensæ ministerium obire, Tusc. disp. 5. Ministerium quoque pro ministris sæpe vsurpatur, Plin. lib. 12. Quindecim conuiuarum, ac ministerij capax fuisse triclinium. Facere ministerium Apuleio lib. 4. pro ministrare, & ministrorũ fungi officio. Cic. Sed vt omnes comites atq; ministratrices esse diceres. Gallicè seruir à table: Gervsſwarten/zũ tiſchdienen. Et ipsi ministri, tiſchdiener (& per iocum, qui ociosiores munere suo funguntur, tiſchginer) item tiſchwarter/& vſſwarter appellantur. Hæc de nominibus. Nunc de varijs eorum generibus, siue differentijs.

DE VARIIS MINISTRORVM CONVIVIALIVM GENERIBVS ATQVE differentijs.

CAPVT XXII.

PRIMO *distinguuntur secundùm ætatem, alij enim sunt iuuenes, alij senes. Eumæus apud Homerum Οδ. Ο. ad Vlyssem.*

ἄτοι τοιοίδ' εἰσὶν ἀνδρήιοι ἀμφιπένοντες,
ἀλλὰ νέοι, &c. *Hîc sæpè κοῦροι apud eundem dicuntur ministrasse. Puerorum olim, atque iuuenum maximè opera veteres vsos fuisse, id quòd etiamnum hodie fieri solet, passim ex historijs constat. Cic. Tusc. 5. Damoclis epulum describens, quod illi Dionysius apparari curauit: Tùm ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere. Vndè idem Pisoni exprobrat, quòd serui sorditati, nonnulli etiam senes ei ministrarent. Hinc παῖδες Polluci, & alijs non modò pueri ætate: verùm etiam serui atque ministri dicuntur, propterea quòd ætas puerilis administrandum est aptissima. Idem testatur Eustath. Ιλ. α. 103. vbi similiter iuniores vtriusque sexus huiusmodi ministeria obijsse scribit, ac proinde παῖδας & παιδίσκας appellari consueuisse. Apud Hebr. quoque & Latinos puer crebrò pro seruo, seu famulo vsurpatur. Gene. 14. arma manus pueros domus suæ, hoc est, famulos, & seruos: & 18. tulit vitulum tenerum, & bonum, dedit puero, id est ministro, qui illum parauit. Germani similiter suos seruulos vulgò* Jung/*id est, iuuenes appellant.*

Secundò distingui possunt secundũ sexum: nam alij sunt virilis, alij fœminei sexus, qui cõuiuijs inseruiunt. Apud Homer. vtriusq; sexus hominum fit mentio, qui conuiuialia illa munia obierunt. Fœminæ appellantur δμῶαι, ἀμφίπολοι, δρήστειραι. Ἀμφίπολοι. Eustath. δ' Ιλιάδ. Herodotus: καὶ τὰς ἐλευθέρας καὶ τὰς ἀμφιπόλους. Sic autem vocantur, ὅτι τὸ ἀμφὶ τὰς διακονίδας πολεῖν: ende etiam ἀμφίστολοι, & ἀμφίπορτοι. Veteres ἀμφίπολον virorum: ἀμφίπολον mulierum famulam faciunt, Eustath. Ιλ. Γ. ἀμφίπολος, inquit idem Ιλ. ζ. οὐ μόνον ὄνομα δ' ἀλικὸν, hoc est, nomen seruile, sed etiam epitheton τύμβῳ ἀμφιπολεμώῳ, ὅ ἐστι κύκλῳ περιπολουμένῳ. De 4. Circes famulis epulum apparantibus, paulò antea dictum est. Ιλ. λ. fit mentio famulæ Nestoris, quæ ipsi, & Machaoni prandium parant: Sic. Οδ. δ. Menalus:

——ἡ ἀλόχῳ ἠδὲ δμῳῇσι κέλευσε
δεῖπνον ἐνὶ μεγάροισι πονήσειν ἄλλις ἔπειτα. *Et Οδ. Υ. eiusdem rei habes exemplum, vbi Eurycleia iubet ancillis suis epulas adornare: opera porrò, actiones ue ad conuiuia pertinentes, quæ ab Homero ancillis tribuuntur, hæc sunt: Domos verrere, atq; aspergere, siue tingere, secundùm illud Οδ. Υ.*

——αἰ μὲν δῶμα κορήσατε πουτύσασαι,

Id est, πονησάμεναι, *hoc est*, *summo studio atque labore ædes verrite*: τὸ κορήσατε δῶμα, *pro* σαρώσατε, καλλύνατε: *unde* κόρημα, τὸ σάεσμα, *sive* σάεσμα, *& scopæ quibus verrimus (quæ etiam* κόρυθες*) & sordes, quæ domum verrendo abijciuntur: Addit* ῥάσατέ, *&c. insperg ite, irrigate, scil. unguentis odoriferis. Item thronos, sive sedilia stragulis vestibus sternere: ut,*

——ἐν δὲ θρόνοισ' εὐποιήτοισι τάπητας
Βάλλετε πορφυρέους. *ibid. Sic Od. κ. de Circes ancillis.*
——ἡ μὲν ἔβαλλε θρόνοις ἐνὶ ῥήγεα καλὰ.
Πορφύρεα καθύπερθ', *&c. Item mensas spongijs abstergebant, & pocula emundabant, secundum illud Od. Υ.*
——αἱ δὲ κατὰ μὲν τραπέζας
Πάσας ἀμφιμάσαντο, καθῆραν δὲ κρητῆρας,
Καὶ δ' ἔπαν ἀμφικύπελλα τετυγμένα. *Mensas item extendebant, ijsq; tum pocula, tum canistra imponebant, secundum illud Od. κ. de Circes famulis.*
ἡ δ' ἑτέρη παρὰ θρόνον ἐτίταινε τραπέζας
ἀργυρέας, ἐπὶ δὲ σφι τίθει χρύσεα κάνεια.

Item vinum in Cratere miscebant, & pocula porrigebant, Ibidem,

ἡ δὲ τρίτη κρητῆι μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα
ἡδὺ μὲν ἐν ἀργυρέῳ, νέμε δὲ χρύσεια κύπελλα.

Solebant item aquam adferre, & ignem accendere: Ibidem,

ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιε
Πολλὸν ὑπὸ τρίποδι μεγάλῳ, *&c.*

Item Od. Υ. ταὶ δὲ μετ' ὕδωρ
ἤρχεθε κρήνηνδε, καὶ ὄισετε θαῦμα ἰδέσθαι.

Manibus item aquas infundebant, secundum illud Od. Α.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος.
Νίψασθαι. ——

Cibos quoque mensis imponebant. Hinc tritum illud apud Hom.

Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
ἴδματα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.

Et eodem in libro,

Σῖτον δὲ δμῳαὶ παρενήνεον ἐν κανέοισιν.

Ministri autem masculi θεράποντες, ὑπηρέται, ἀγήτορες, ὑποδρηστῆρες, δμῶες, κήρυκες *appellantur* δμῆες καὶ δμωῖδες παρὰ τὸ δέδμηθαι, *metaphora ducta à jumentis subjugalibus, quæ domita facilius jugum subeunt, & commodius atq; tranquillius incedunt.* δμὼς δμωὸς, ὁ δοῦλος: *unde & δμωαὶ, δμῳδίδες, eodem teste. Hodie quoq; passim partim pueri, partim puellæ atq; ancillæ solent mensæ ministrare.*

Tertia differentia est secundùm vitæ conditionem atq; sortem vel servilem, vel liberam: nam vel servi vel liberi & ingenui solent ministrare. Veteris olim, ὡς ὅτι τὸ πλεῖστον, servorũ opera cũ alijs in rebus, tum in convivioru apparatu & administratione utebantur, ut passim ex veterum monumentis constat. Erant autem servorum atq; servarum apud alias atq; alias gentes varia nomina, conditiones atque differentiæ, de quibus plura videre licet apud Athen. lib. 6. ubi Ægimiarum. Atheniensium, Chiorum, Cretensium, Corinthiorum, Heracleotarum, Nicia, Romanorum servorum meminit, variasq; singulorum conditiones explicat. Ab Hebræis generali nomine עבדים *à Græcis, δοῦλοι, à Latinis, Servi & Mancipia. Appellantur* οἱ δοῦλοι, *ut Cliturchus inquit in libro de linguis,* ἄζοι, θεράποντες, ἀκόλουθοι, διάκονοι, ὑπηρέται: *præterea* πάλμονες, λάτρεις: *Amœbias* ἐρκίτας, *vult appellari* τὺς κατὰ τὺς ἀγρὺς οἰκέτας: *Hermon, de linguis Cretensibus,* μιῶτας *vult dicitũς* ἐυγενεῖς οἰκέτας. *Selencus autẽ* ἄζυς, τὰς θεραπαίνας, *&* θεράποντας: ἀνοφράσιον δὲ τὸν δοῦλον, καὶ βολίζιον σίφραγα *autem* δοῦλα δοῦλον, ἀμφίπολον δὲ ἑτέραν καὶ τὸν δὲ ἑστιατορίαν θεράπαιναν. περίπολον δὲ, τὴν περιπορευομένην. *omnes vocabulum ibidem pravum*

δοῦλον, hoc est, seruum: partim τὸν κατὰ τὴν οἰκίαν διαῤῥίβοντα, etiamsi liber sit, significare demonstrat. Ibidem etiam οἰκετῶν, & δούλων ex Chrysippo hanc affert differentiam, quòd δοῦλος sit etiam ἀπελεύθερος, libertus: οἰκέτης autem, δοῦλος τῆς κτήσεως μὴ ἀφειμένος, ἀλλα κτήσει καταταγμένος. Athenienses suos clientes θήτας, à seruitute: Lacedæmonij εἵλότας, Helotas, qui bello victi, victoribus seruiebant, Mariandyni δωροφόρους hastiferos. Thessali seruos suos πενέστας appellabant, ob paupertatem, τοὺς μὴ γόνῳ δούλους, ἀλλὰ πόλεμον δὲ ἁλωκότας, ab initio μενέστας dictos ἀπὸ τοῦ καταμένειν, hoc est, permanendo: quòd Boeoti qui Arneam incolebant, pacta cum Thessalis seruarint, quibus se in seruitutem addixerant, ne educerentur ex regione, aut perimerentur: dicti sunt etiam θετταλοπέται. Cretenses famulos in ciuitate χρυσονίτας: in agris ἀμφαμιώτας: (forsan quòd circà hamas versarentur) eos qui erant indigenæ, in bello autem victos, ex sorte κλαρώτας vocabant. Κλαρώτας inquit Cretenses seruos appellabant ἀπὸ τῆς γενομένης ἐπ' αὐτῶν κλήρου, ab ea sorte, quæ eorum gratia fiebat. His statuta, atq; solennia erant festa, quibus liberi ciuitatem non ingrediebantur, sed serui rerum omnium erant domini: atq; liberos flagris cædere poterant, si voluissent. Verùm de varijs hisce seruorum nominibus, si vis, vide plura apud Athen. lib. 6. & Pollucem, Suidam, & Cæl. lib. 25. cap. 18. vide etiam de ijsdem Eustath. in Ιλ. Ο. Est autem hîc obseruandum, in sacris quibusdam apud veteres nefas fuisse seruorum opera vti. Sic enim apud Coos, quando Iunoni sacrificia fiebant, nefas erat seruum templum ingredi, multò minus degustare aliquid eorum, quæ erant apposita, vt testis est Athen. lib. 6. & lib. 14. idem confirmat Macarei, & Phylarchi testimonijs, cuius hæc sunt carmina:

Σέβεσθαι οἱ μὲν μὴ ἐλευθέρους εἰς ἱερουργοὺς;
Ἀνδράσι προσκεινοσιν ἐλευθέρων ἅμαρ ἔχοντες;
Δούλων δ' ὅπως παμπαν εἰσέρχηται ὐδὲ ἓν βαιὸν.

Idem testatur lib. 6. Phorbantis quoq; sacrificia per liberos tantum ministros fieri fuisse solita, nec seruum quenquam accedere fas fuisse: cuius ibidem consuetudinis causa commemoratur. Exempla contra lib. 14. festorum atq; conuiuiorum quorundam ab Athenæo afferuntur, in quibus Domini seruis ministrant, de quibus lib. 1. dictum est. Luc. 12. dicitur Dominũ succinctum seruo vigilanti, quem accumbere faciet, ministraturum esse. Philo de vita victuq; Theoretarum, hoc est, contemplationi deditorum differens, dicit illos in solennibus suis conuiuijs liberorum tantum, non mancipiorum ministerijs vti, propterea quod seruitutem cum natura pugnare existimant, quæ omnes liberales, & æquales genuit: cuius legum auaritia contemptrix inæqualitatem, ceu malorum fontem, ei præferens, inferioribus necessitatem imposuit, vt iussa potentiorum facerent. Itaq; in sacris illorum conuiuijs nemo adest seruus, ingenui tantum ministrant. Hodie inter Christianos, quoniam seruitus locum non habet, huiusmodi ministeria epularia per seruos atque ancillas conductas peraguntur.

Quarta, & quidem latissimè patens ministrorum quorumcunq;, siue illi sint serui, siue liberi, est secundum illorum opera, actiones seu ministeria. In loco Euangelij, quem proposuimus, mentio fit λέλυκας τῶν προβάτων, & ποιμαίνοντος, hoc est, arantis atq; pascentis, scil. oues. Nam ποιμένες, vt Grammatici volunt, propriè sunt ouium pastores seu custodes (vnde perperam in Latinis libris additur, boues, cum oues fortasse auctor scripserit) vt bouum, βουκόλοι: caprarum, αἰπόλοι: suum, συβόται: equorum, ἱπποφορβοί. Sunt itaq; alij serui rustici, quos ἀμφαμιώτας, & ἐρκίτας: alij vrbani, quos χρυσονήτας Cretenses nominarunt, vt paulò antea dictum est. Verùm nos omissis alijs operibus, de conuiualibus tantùm dicemus, id quòd nostri est propositi.

Primò ergò illi, qui ad conuiuia vocabant, seu inuitabant, à Græcis κλήτορες, & λειτουκλήτορες communiter, & speciatim, teste Athenæo, qui Regibus ea in re ministrabant ἐλειάζοι, siue ἐλιάζοι: à Latinis Vocatores sunt appellati, de quibus vide suprà tit. de Inuitatione. Κλήτορες, Vocatores.

Deinde qui obsonia coemebant, eaq; coquis tradebant, à Græcis ὀψῶναι, & ἀγορασταὶ: à Latinis obsonatores fuerunt dicti, de quibus vide similiter suprà tit. de Obsonatione. καλεῖν δὲ καὶ ἀγορασταὶ τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, νεῦ δὲ ὀψωνάτορα. Xenoph. lib. 2. Apomnemoneu. δέκονον δ' αὖ κ' ἀγορασταὶ τὸν τοιοῦτον θέλοιμι προσῖκα λαβεῖν. & apud Menandrum: φειδωλὸς ἦν, καὶ μίξ' ὀψωνάτης. ὀψωνίων Aristoph. vocauit. Athen. lib. 4. Obsonatores.

De ijs porrò, qui in cibis parandis, coquendis, condiendisq; sunt occupati, suprà satis est dictum.

Scoparius. Scoparius eleganter vocatur conuerritor, hoc est, minister ille, qui scopis verrit domum, pauimentum, & cuncta venustat, quòd Homerus ancillis tribuit, vti supra dictum est.

Peniculi. Peniculos similiter Lazius vult dictos esse seruos, qui peniculo, seu penicillo mensam abstergebant, ac insternebant. Erat namq; penicul⁹ instrumentum ad mundandi vsum accommodatum, à pene, id est, cauda animalis denominatū: qua similiter, vt nunc, mensæ abstergebantur, Ein partwisch. Meminit Plautus in Menæchmis, sub persona parasiti,

Iuuentus nomen fecit Peniculo mihi,
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.

Moris fuit apud veteres, vt primis mensis sublatis, puerorum alius mensam pertergeret, alter quæ in humum ecciderant, sublegeret, id indicat Horat. 2. Satyr. 8. his carminibus:

His vbi sublatis, puer altè cinctus acernam
Gausape purpureo mensam prætersit: & alter
Sublegit quodcunq; iaceret inutile, quodq;
Posset cœnantes offendere. Et Lucil.
Purpureo tersit tunc lætas Gausape mensas.

Spongis quoq; vsos ad mensas tergendas, ex illo Martial. carmine apparet,

Hæc tibi fortè datur tergendis spongia mensis,
Vtilis expresso quum leuis imbre tumet.

Hinc sæpè apud Homerum ἀπόγοισι ξαπέζας ἀπομάττειν. Odys. A. de ministris verba faciens,

Οἱ δ' αὖτε ἀπόγοισι πολυζήτοισι ξαπέζας Νίζον.

Lectisterniator Lectisterniatorem Plautus eleganti vocabulo appellat eum, qui lectis, mensisq; sternendis præest: Sic enim ait in Pseudolo,

Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito, atq; id extruito,

Hoc est, ex theca expromptum disponito, seu componito. Sedilia, lectos, mensasq; sternendi ministerium, vt & pocula eluendi, Homerus Odys. Υ. ancillis assignat, vt paulò antea dictum.

Atriarij. Serui atriarij, siue atrienses dicebantur, qui supellectilem, signa, tabulas, cælatum argentum, custodire, tergere, vngere, verrere, spargere, exponere solebant, vt ex Cic. paradoxo vltimo, Colum. lib. 12. & alijs ex locis constat, qui etiam supellecticarij videntur in Iure dici. Hodie qui in cõuiuijs solennioribus vasorum aureorum, atque argenteorum custodiæ præest, vulgò Silbermeister/ hoc est, argenti magister Germanicè appellatur.

Dapiferi. Sunt præterea alij, qui cibos iam coctos inferunt, mensæq; apponunt, qui dapiferi à Latinis, à dapibus ferendis, dicuntur, teste Perrotto, quæ dictio apud nullum antiquum auctorem, quòd sciam, reperitur: Germ. Truckſäß/ quasi trug das äſſen, à ferendis epulis appellantur. Apud Athen. lib. 5. ἄγοντοι τὰς παραθέσεις (fercula apposita) φέροντες appellantur in descriptione conuiuij Ptolemæi. Possint forsan etiam λειτροφόροι dici, secundum illud Nonij, λειτροφόρ⁹ θεῶν. & κἀδλω λειτροφόρον Pollux dixit ex Lysia. Διτροφόρον, disciferum Hier. appellat: Talem, inquit, διτροφόρον inedia meruerat hebdomadis, de Abacuc verba faciens, qui Danieli ferebat prandium. Plutarch. 1. Symp. prob. 2. dicit τοῖς ὀψοποιοῖς, καὶ ξαπεζοπόμοις, hoc est, coquis, & mensæ ministris curæ fuisse, quid primò, quid secundò, medio, vltimoue loco apportarent. Id porrò μαγείρου fuisse officiũ, cùm ex hoc, tùm ex illo Athenæi loco videtur posse colligi lib. 2. cap. 7. vbi dicit, moris fuisse in conuiuijs, vt conuiuatori, postquàm is accubuisset, libellus daretur prius, in quo descripta erant fercula, vt sciret quòd nam obsonium coquus adferret. Officium cibos apponendi apud Homerum crebro τῇ ταμίῃ, hoc est, promæ, & ancillis tribuitur. Abrahamus cum tres illos viros hospitio excepisset, ipsemet butyrum, lac, & vitulum paratum illis apposuit, & stans iuxta eos sub arbore illis scil. ministrauit. Sic sæpenumero ipsi vel patres, vel etiam matres fam. cibos inferre, atq; apponere solent. Cotym quoq; regem Thraciæ in nuptiali conuiuio filiæ suæ legimus apud Athen. lib. 4. accinctum, ζωμὸν, hoc est, ius in choa argentea intulisse, & conuiuis apposuisse: qui etiam ibidem primus dicitur ebrius fuisse. Apud Homerum plærunq; legimus ταμίλω, & ἀμίας, hoc est, promam, & ancillas panem mensæ imposuisse: λαῖγες autem patinas carnium,

Gen. 18.

Δαῖγος δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἐείσας
Παντοίων. Odys. A.

Sic

Sic 1. Sam. 9. Tabach, id est, coquus Samuelis Sauli armum apposuit. In Euangelio aliquoties legimus ipsos Christi discipulos dapiferos egisse. Sic enim Marc. 8. cibum à Christo acceptum, & benedictum παρέθηκαν (vnde fercula ab Athen. παραθέσεις dicta) apposuerunt. Marci similiter 6. & Matth. 14. Christus pisces duos, & panes quinq; primò dedit discipulis, vt illi deinceps populo ea distribuerent. Id quòd fecit, auctore Theophilacto, vt discipuli suis manibus cibos illos attrectantes, tantò altius miraculum illud memoriæ suæ imprimerent, atq; infigerent. Apud Gallos Panetarij dicti cibos offerunt, & apponunt, & aperientes patinas, frusto panis cibum degustant, qui per Valets trenchans dictos dissecatur.

Sunt qui cibos aptè, artificioseq; diuidunt, dissecans, atq; distribuunt, qui à Græcis τομεῖς, & λαιξοὶ appellantur. Homerus Οδ. Π. Diuisores cibo rum.

Καὶ δοιὼ θεράποντε δαήμονε λαιξοσυνάων,

Hinc Eustath. colligit Heroum illorum frugalitatem, qui, cùm sat essent numero, duos tantùm habuerunt ciborum diuisores. A Latinis structores fuerunt vocati obsoniâ incidendi periti. Iuuenal. Structores.

Satyr. 5. Structorem interea, (ne qua indignatio desit)
Saltantem spectas, &c. & Satyr. 9.
Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis Pergula, &c.

Martialis, Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ.

De his infrà plura. Athenæus lobæ regis testimonio comprobat ζαπεζοκόμον Græcorum, & structorem Romanorũ eundem esse. Porrò μαγείρον, hoc est, coquorũ olim munus fuisse cibos diuidere vel ex illo Platonis loco apparet, vbi Dialecticos rudes, & imperitos res benè diuidendi ineptis coquis comparat, qui cibos malè diuidunt, ac potius discerpunt: ad quod etiam Paulus verbis illis ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον videtur alludere. In Euangelio ipsum aliquando Christum in miraculosis illis suis epulis legimus panes frangentem, καὶ τοὺς ἰχθύας μερίζοντα, hoc est, diuidentem, Mar. 6. Sic sæpenumero ipsi conuiuatores, atq; patresfamiliâs munere illo funguntur. Galli regis structores Valets trenschans appellant: Germanicè fürschneyder *vocantur. Eustath. vult ἰλιαξὸν quoq; esse, qui à posteris sit dictus λαιξός.*

Sunt qui cibos, potusq; præguſtant, qui à Græcis, teste Athenæo lib. 4. προγεύσαι, *& ἰλειάξοι fuerunt vocati ὅτι πρόηθιον τῷ βασιλέων πρὸς ἀσφάλειαν. Ibidem etiã dicit, eum qui à Romanis* προγεύστης, *hoc est, præguſtator dictus est, à Græcis* προτένθλω *fuisse appellatũ.* πρότινθης, *teste Suida, etiam* μεταβολὸν, *hoc est, propolam, & λιχνὸν, siue ὀψοφάγον, & πρὸ χαιρῶ τῷ πρόσφαγίων ἀπογλύμμιον, hoc est, voracem significat. Eustath. id ἰαξὸν quoq; vult* προγεύω *dici. Fuit ergò hæc præguſtandi consuetudo antiqua, cùm Græcis, tum Romanis vsitata. Herodianus, auctor grauissimus, scribit Principes olim solitos vti medicamento, quo venenum arceretur, non ignaros, opinor, suam vitam dolis, insidijsq; peti solere. Nam, vt ait Xenophon, nusquam homines faciliores capti sunt, quàm in potu, cibo, balneis, lecto, & somno. Quamobrem Mithridatem ferunt veneni metu, antidoto, quæ Mithridatica dicitur, præmuniri solitum: & apud Abyssinos cornu Monocerotis regijs mensis imponitur, quo explorant ministri, si quod toxicum epulis inditum sit. Qua ratione factum est, vt Principes fidissimos ministros ab epulis habuerint, qui cibum mensæ appositum, & in frusta dissectum præguſtarent, & explorarent, ne venenum misceretur. Hinc Suetonius in Claudio: Et veneno quidem occisum conuenit: vbi autem, & per quem dato, discrepat. Quidam tradunt epulanti in arce cum sacerdotibus, per Halotum spadonem præguſtatorem. Alij domestico conuiuio per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum auidissimo ciborum talium obtulerat. Tacitus idem tradit, scribens: Halotum solitum inferre epulas, & gustu explorare. Idem lib. 13. Illic epulante Britannico, quia cibus, potusq; eius delectus ex ministri gustu explorabatur, ne omitteretur institutum, aut vtrusq; morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. In monte Viminali in quadã vinea talis reperta est inscriptio, teste Lazio: Votum Syluano soluit libens merito. T. F. Diadumenus Luruesianus præguſtator Augusti. Alexandro Magno ab Iola Antipatri filio præguſtatore venenũ fuit porrectum. Xenophon in lib. qui inscribitur Hieron, vel Tyrannus, inquit, neq; cibis, neq; potui confisus bibit, sed prius quàm primitias horum Dijs persoluat, ministri securitatis gratia gustare iubentur, ne quid mali in his bibant, aut comedant, Athen. lib. 4. Ad eandem consuetudinem alludit Iuuenal. lib. 1. Satyr. 6. his verbis:* Pregustatores.

Vos ego pupilli moneo, quibus amplior est res,
Custodite animas, & nulli credite mensæ.
Liuida materno seruent adipata veneno.
Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa
Quæ peperit, timidus præguſtet pocula pappas.

Item Horat. in illo apologo muris vrbani, qui rusticum hospicio conuiuioq; excepit 2. Satyr. 6.

——nec non vernaliter ipsis Fungitur officijs, prælambens omne, quod affert.

Præguſtator quis.

Hoc est, Lambino interprete, præguſtans: an, vt hospitem ad liberaliter epulandum inuiter, ac prouocet? an, vt omnem veneni suspicionem remoueat? Hinc ergò præguſtatorem ministrum appellamus, qui primitias ciborum, antequam dominus, guſtat, quò sine suspicione veneni dominus securius epulis fruatur. Germanis Credentzer / *quia nimirum illi domini sui salus concreditur: à Gallis* eſcuyer trenchant, & eſchauſon *appellatur.*

His proximi sunt illi, qui poculis, atque poculentis miſcendis, temperandis, infundendis, præguſtandis, porrigendisq; præsunt, qui à Polluce similiter τῇ ὑπηρεσίᾳ συμποτικῇ, hoc est, ministerio conuiuiali annumerantur.

Maſkè.

משקה *Maske apud Hebræos cùm potum, atq; poculum: tùm eum, qui potum dat, siue pincernam significat, Gen. 40. vbi pincernæ regis Pharaonis fit mentio: & Nehemiæ cap. 1. sub finem, Nehemias appellatur Masce regis Artaxerxis: vndè initio cap. sequentis, vinum, quod erat ante regem, leuasse, eiq; dedisse dicitur. Nomen autem* משקה *Maske factum est ex participio, & deriuatum à verbo* שקה, *quòd emittere liquorem aliquem propriè, vereq; significat. Cumq; & potandis animantibus aquæ per canales emittantur, & ad præbendum hominibus potum, vina, reliquaq; genera potionum in pocula è cantaris effundantur, ad officium præbendi potus, huius verbi vsus non ineptè translatus est. Dictus quoq; est Nehemias* חתרשתא, *Hathersata quòd illi Iudæorum primates liberum vini vsum fecerint, quò sine culpa officio pincernæ regij vti posset, cùm Iudæi cæteri Danielem imitati, cibo, vinoq; regio, ceu re immunda, abstinerent. Vndè volunt compositum esse à* חתר *Hethir, hoc est, licentiam dedit, seu facultatẽ concesſit, &* שתא *Schata, id est, bibere Chaldæorum lingua. Quò fortaſsis pertinet etiam quòd R. Abenezra perhibet, hoc apud Chaldæos esse dignitatis nomen. Idem autem* חתר שתא, *Hetir schata, id est, dispensans, aut præbens potum Hebræis esse potest, qui modò* משקה *Maske hoc est, pincerna dici solet.* מסך *Masac quoq; Hebræis est vinum infundere, vel etiam miscere, Isa. 19. Psal. 102. Fuit autem hoc munus apud veteres plenum dignitatis.*

משקה nomẽ vndè.

Οἰνοχόοι.

Græcè, qui illo funguntur, οἰνοχόοι *siue etiã* οἰνοχοέμβροι *Philoni appellantur,* ἀπὸ τῦ οἰνοχεῦν *seu* οἰνοχοίνειν, *hoc est, vinum infundere, pocula ministrare. Cic. quod licet propriè, vt Eustath. annotat in Il. A. de vino dicatur, vndè etiam* οἶνον οἰνοχοεῖν (vt βυλλὼ βυλίνειν) *sæpe legitur: tamen etiam de nectare dicitur, secundùm illud Homeri Il. A.*

Ωνοχόει, γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων.

Βυκολεῖν.

Vt βυκολεῖν *apud eundem poëtam catachriſticῶς de equis dicitur, secundùm illud,*

Τῷ ξιφίλιαι ἵπποι κὴ τὸ ἕλος (*est enim equus animal φιλόλυξον, καὶ χαῖρον ἕλεσι, καὶ τοῖς θολεροῖς τῦ ὑδάτων*) βυκολέοντο: *cum equorũ pastores propriè ἱπποφορβοὶ appellentur. Sic* χειρονομεῖν σπίλεσι, οἰκοδομεῖν πόλιν ἢ θυσιαστήριον. Τὸν πότον ἀγαγόντες *apud Celtas. Ath. l. 4.*

οἰνοχόη.

Pincernæ munus obeuntes. οἰνοχόη *vas, in quo vinum in pocula infunditur: trullam nonnulli interpret. at Budæus vrceolum Latinè dici annotat,*

Μηδ' ἔποτ' οἰνοχόῳ πθέμθυ κρατῆρος ὕπερθεν
Πινόντων, ὅλοὴ γὰρ ἐπ' ἀυτῷ μοῖρα τέτυκται. *Hesiod.*

Οἰνοχόημα.
Οἰνοχοεία.
Ἀρχοινοχόος
Ἀρχοινοχοεία.
Gen. 40.

Οἰνοχόημα, *id quod à pincerna infunditur. Plutar. in Phocione accipit pro vino, quod in epulis scyphis infunditur* cõuiuio. οἰνοχοεία, *vini infusio, munus pincernæ apud Suidam.* ἀρχοινοχόος, *qui Principem inter Pincernas, seu Pocillatores locum habet. Vnde* ἀρχοινοχοεία, *dignitas, & officium eius, qui principem inter pocillatores locum obtinet: cuiusmodi fuit ille Pharaonis regis ministri, qui etiam* שר *Schar, id est, princeps pincernarum appellatur. Ab Herod. lib. 3.* οἱ περὶ τὰς κύλικας, *hoc est, à calicibus, seu poculis pincernæ appellantur. Fuisse autem munus hoc cùm antiquum, tùm honorificum, cùm ex sacris, vt paulò antea dictum est, tùm ex prophanis quoque literis*

Digitized by Google

constat. Athen. lib. 5. Veteres sua conuiuia ad Deum referentes, coronis deorum proprijs vtebantur, & hymnis, atque odis: nec erat vllus seruus qui ministraret, sed liberorum virorum pueri pocula ministrabant: affert exemplum filij Menelai, & Mercurij, qui apud Sapho vino infundendo præest. Idem lib. 10. οἰνοχόων, inquit, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ εὐγενέστατοι παῖδες, hoc est, Pincernæ munere fungebantur apud veteres pueri nobilissimi, vt filius Menelai; secundùm illud Od. o.

οἰνοχόει δ' υἱὸς Μενελάου κυδαλίμοιο.
Filius eximij Menelai vina ministrat.

Hinc Eustath. in Od. A. non oportet existimare Homericos pincernas seruos fuisse: nullius enim seruus, sed iuuenes liberi, & ingenui munus illud obibant, vt Menelai filius, licet sponsus, in ipsis nuptijs. Euripidem quoque poëtam, cùm esset puer, vinum ministrasse Athenis ijs, qui ὀρχησταί, hoc est, saltatores dicti sunt, (propterea quòd circa Apollinis Delij aram, in Thargeliorum festo, saltabant) Theophrasti, & Hieronymi Rhodij testimonijs probat. Sapho quoque, inquit, sapiens Larichum fratrem vbique laudat eo nomine, quòd Mitylenæis in Prytaneo vinum ministrarit. Apud Athenienses non solum οἰνοχόοι, sed οἰνόπται quoque erant, qui fuerunt magistratus οἱ ἐφεώρων τὰ ἐν τοῖς δείπνοις, εἰ κατ' ἴσον πίνουσι οἱ συνόντες, *hoc est, qui obseruabant an æquè biberent ij, qui conuenerant, qui magistratus erat frugalis, teste Philino Rhetore, qui etiam docet tres fuisse οἰνόπτας, qui cænantibus λύχνους, καὶ θρυαλλίδας, hoc est, lychnos, & funalia ministrabant, quos etiam nonnulli ὀφθαλμοὺς, hoc est, oculos vocarunt. Aristoph. interpres* οἰνόπτας τοὺς οἰνοφύλακας *interpretatur: vt* λινόπτας τοὺς τὰ θηρευτικὰ λίνα φυλάττοντας, *in comœd. Pace. Polluci* οἰνόπτης, ὁ τὸν οἶνον ἐπιβλέπων. *Verùm hi, vt suprà dictum, potiùs conuiuiorum dominis, quàm ministris videntur annumerandi. Apud Ephesios addit Athenæus* οἱ οἰνοχοῦντες παῖδες, *hoc est, vinum ministrantes iuuenes in festo Neptuni* ταῦροι, *hoc est, Tauri nominantur, teste Amerin. Hellespontici Pincernam* ἐπεγχύτην, *hoc est, infusorem appellarunt: vt* κρεονομίαν, κρεωδαισίαν, *hoc est, carnium dispensationem, carnium diuisionem, teste Demetrio Scepsio. Deorum quoque pocillatricem nonnulli* Ἁρμονίαν, *id est, Harmoniam, sine Concordiam finxerunt: Alcæus, atque Sapho, Mercurium: nonnulli etiam* ἥβην, *hoc est, Hebem (postea Ganymedem) forsan quia συμπόσια ἡβητήρια appellantur. Sic Vulcanum quoq; Homerus Deorum pincernam facit Il. A. Veteres quoq; κήρυκας appellarunt huiusmodi munere vtentes, Homerus Il. γ.*

Οἰνόπται.

Ταῦροι.

ἐπεγχύτης.

Deorum pocillatrices.

Κήρυκες.

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄσυ, φέρον θεῶν ὅρκια πιστὰ,
Ἀρνε δύω, καὶ οἶνον ἐυφρονα, καρπὸν ἀρούρης
Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ, φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν.
Κήρυξ ἰδ' αἴθοπα, ἦ δὲ χρύσεια κύπελλα. *Hoc est,*
Fœdera fida Deûm præcones ferre per vrbem
Cernere erat, binos agnos, iucundaq; vina
Agrorum fructus, portarunt vtre caprino
Idæus præco simul his cratera nitentem
Attulit ex auro splendentia pocula fuluo. *Et rursus,*

ἀτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
ὅρκια πιστὰ θεῶν σώαγον, κρητῆρι δὲ οἶνον
Μίσγον, ἀτὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ὀπὶ χεῖρας ἔχευαν.
Sed præcones splendidi
Fœdera fida Deûm tulerant, craterèq; vinum
Miscebant, manibus fuderunt regibus vndam.

Cledemus autem τοὺς μαγείρους *vult κήρυκας appellari. Denique Cline, quæ Ptolemæo Philadelpho pocula ministrauit, exemplum adducit, cui, teste Ptolemæo Agesarchi filio, multæ statuæ in Alexandria vrbe fuerunt erectæ* μονοχίτονες, *hoc est, tunicatæ, ῥυτὸν (quòd fuit poculi genus) manibus tenentes. His exemplis Athenæus probat pincernarum munus in magno apud veteres pretio, atque æstimatione fuisse.*

Οἰνοχόου munus in quibus consistat.

Οἰνοχόου porrò munus (quod Homerus non viris solum, verùm etiam fœminis tribuit) in his ferè consistebat.

Primò, vt vult Pollux lib.6. cap.15. τὰ ἐκπώματα ἐκπλύνειν, ἀγανίπτειν, πλύζειν, καὶ καθαίρειν, *hoc est, pocula eluere, abluere, & purgare.*

Κρατὴρ unde.

Deindè vinum aqua miscere atque temperare in cratere, qui inde denominatus fuit. Κρατὴρ *enim* ἀπὸ τῦ κεράω, κεράσω, *Ionicè* κρητὴρ ἀπὸ τῦ κρῶ, κρήσω; *vnde etiam* διακρῆσαι, *&* διακεάσαι, ἀπὸ τῦ κέρατος, *ex cratere,* κρατηρίζειν τὸ συμπίνειν. *inde etiam forsan* κρήτη, *&* κρὴς, *id est, Creta, & Cretensis, Eustath. in* Odyss. A. *Hom.* Odyss. A. *de Procorum ministris, quos* κήρυκας, *&* ὄψηρὰς θεράποντας *vocat,*

Οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐν κρητῆρσι καὶ ὕδωρ.

Eustath. Alludit ad notationem Crateris; qui sic dictus, ἀπὸ τὸ τοιῦτα συγκεράζεσθαι, ἤτοι μίσγεσθαι: vnde & μισγάγκεια in Iliad. Et Odyss. θ.

ἐν δ' ἄρα κισσυβίῳ κιρνᾷ μαλακώτερα οἶνον.

De Eumaeo Vlyssem hospitio excipiente. Et Odyss. E.

Τὰ (Calypso) παρέθηκε (Mercurio) ξέπιζεν

ἀμβροσίης πλήσασα, κέρασε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν. *Et* Il. Iota,

Μείζονα δὲ κρητῆρα μυωπίδι νὺ καθίζα

Ζωρότερον δὲ κέρασσε. *Et* Odyss. K. *de Circes famulis,*

ἡ δὲ ξύτη κρητῆρι μελίφρονα οἶνον ἔμειρεν

ἡδὺ μὲ ἐν ἀργυρέοις.

Crateras autem vino aqua mixta implebant ad summum. Hom. Odyss. A.

Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο

Νώμησεν δ' ἀρὰ πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν.

Eustath. dicit pincernas illos heroum, sedulò dedisse operam, vt in crateras bene, atq; decenter vinum infunderent. διστέφιδας *autem* κρατῆρας, *hoc est, coronari, est* μέχρι τῦ χείλους ἐμπιμπλᾶν, ἢ μᾶλλον ὑπερχειλεῖς ποιεῖν τὰς κρατῆρας ποιεῖν: *cui oppon.* ἐκστέψαι *apud Pausaniam, id est,* ἐκκενῶσαι, *vt* διστέψαι *est potu implere. Implebant autem ad summum boni ominis ergò, erat fœlicitatis symbolum. Athen. lib.5.* οἱ δὲ κρατῆρες αὐτοῖς, *(heroibus)* ὥσπερ ἔχει καὶ τὸ νόμισμα, κεκραμένοι παρεῖχοντο, ἐξ ὧν κοῦροι διακονούμενοι τοῖς μὲν ἐντιμοτάτοις ἀεὶ πλῆρες παρῆγον τὸ ποτήριον: τοῖς δ' ἄλλοις ἐξ ἴσου διένεμον, *hoc est, At crateres, sicut nomen ipsum sonat, mixti ipsis assistebant, ex quibus pueri ministrantes semper plenum poculum viris dignissimis, præstantibusq; adferebant: reliquis verò ex æquo distribuebant. Vnde Agamemnon ad Idomeneum inquit,*

σοὶ δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ

ἕστηχ', ὥσπερ ἐμοὶ, πίνειν ὁπόθι σε θυμὸς ἀνώγει. *Hoc est,*

Vt mihi, plena tibi semper stant pocula, possis

Quò bibere vt mens ipsa iubet.

Plutarchus lib.1. Sympos. prob.4. scribit, pincernas regios, cùm vini alius alia sit ad aquam contemperatio, illam habentes cognitam, aliâs plus, aliâs minus aquæ suffundere.

Tum ex cratere vinum aqua mixtum in minora pocula infundebant, secundùm illud Homeri de Vulcano Iunoni matri, cæterisq; dijs ministrante, Il. A.

αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν

Οἰνοχόει, γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων.

Eustath. in illud Homeri Odyss. A.

Κήρυξ δ' ἀμφίπολος θαμὰ ἐπωχέτο οἰνοχοεύων, τὸ δὲ οἰνοχοεύειν, καὶ οἰνοχοεῖν οὐ μόνον χειρᾶν λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐγκαράσσειν, ὅ ἐστιν ἐγχέειν οἶνον.

Præterea illorum partium erat, teste Polluce, τὰς φιάλας ὅτι τῆ δ' ἀκτύλων ἄκρον ἔχειν, καὶ ἐπιφέρειν (ὀρέγειν) τοῖς συμπόταις εὐλαβῶς, *hoc est, phialas extremis tenere manibus, easq; conuiuis tradere, siue porrigere, secundùm illud Homeri* Il. A.

——ἀνὰ ἔρκος (Vulcanus) δέπας ἀμφικύπελλον

Μητρὶ φίλῃ ἐν χερσὶ τίθει. (*Sic Gene.40. pincernarum princeps dicitur calicem dedisse in manum Pharaonis, & Nehemias pincerna vinum leuasse, & Assuero dedisse dicitur*) *Et* Il. Iota, *Achilles ad Patroclum,* δέπασσ' ἐντυνον ἐπείγου.

Et Odyss. K. *de Circes famula,* τῆμος δ' ἐκ χρύσεια κύπελλα.

Athen.

Digitized by Google

Athen. lib. 4. τὸ ποτὸν οἱ διακονοῦντες ἐν ἀγγείοις φερέφερουσι· & φερέφερει δὲ ὁ παῖς (οἰνοχόος) *poculum ad dextra, & ad sinistra, de Celtis loquens, Hæ illorum partes eleganter admodùm describuntur à Xenophonte in lib. 1. Cyri Paediae:* οἱ δὲ τῶν βασιλέων τέκτονες οἰνοχόοι κομψός τε οἰνοχόος ἐστὶ, καὶ καθαρτέως ἐγχέουσι, καὶ διδόασι τοῖς ἕξω δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην προσφέρουσι ὡς ἂν εὐθὺς τὸ ἥκιστα ἐυλαπόστατον τῷ μέλλοντι πίνειν, *hoc est: Nam horum regũ pincernæ & scitè vinum miscent, & eleganter infundunt, ac tribus digitis phialam (*ἀπὸ τοῦ πίειν, *hoc est, & aliis dicta: vnde* φιλέω *genialiter viuere) tenentes ita porrigunt, atq; offerunt, vt commodissimè ei, qui bibaturus est, haustum concedere queant,*

Soliti quoq; fuerunt illud præguſtare, de quo ibidem sic sequitur: οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι ἐπειδὰν ἐκδιδῶσι τὴν φιάλην ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχέωσιν, καταῤῥοφοῦσι, τοῦτο δ' ἐστὶν, ἵνα φάρμακα ἐγχέωσιν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς, *hoc est: Nam regum pincernæ, cùm phialam præbent, ex illa cyatho (parum) hauriunt, & in sinistram manum effundunt, ac exorbent, ob eam causam, vt si venena infudissent, illis non conducant. Nazian.* περὶ φιλαπλοχίας: τοὺς δὲ τῶν (διακόνων συμποτικῶν) τὰς κύλικας ἐπ' ἄκρων δακτύλων ἔχοντας, ὡς ὀλίγον τε ἐυαρεστότερόν τε, καὶ ἀσφαλέστατα, *hoc est, alios autem ministrorum calices summis tenere digitis, quòad eius fieri potest decentissimè pariter, atq; tutissimè.*

Latinè οἰνοχόος *pocillator dicitur Apul. à pocillo, qua dictione deriuata à poculo. Liu. & Pli.* Pocillator. *vtuntur: & pincerna Ausonio, hoc est, poculorum ministrator. Pincerna dicitur* ἀπὸ τῆς χειρὸς τὸ πίνειν, *hoc est, à vino miscendo, hoc est, infundendo. Nam miscere vinum Heb. Grac. & Latinis* Pincerna. *sæpè significat infundere, de quo suo in loco: vnde etiam Suidas* οἰνοχόος ὁ διακένρνης. *Ad cyathos* Ad cyathos. *quoq; dicitur, qui pincernæ munere fungitur, ministrátq; conuiuis potũ cyathis metiens. Properius, Lygdamus ad cyathos, hoc est, pocillator erat. Sic seruus ad manum, id est, amanuensis: ad lites, id est, aptus ad causas. & aduocationes: ad baculum, hoc est, pastor: ad pedes, hoc est, à pedibus, vt Turneb. in suis Aduers. annotat. Item stare alicui ad cyathum, & vinum, Sueton. in Iulio Cæsare. Sic C. Memmius etiam ad cyathum, & vinum Nicomedi stetisse obiecit cum reliquis exoletis pleno conuiuio accubantibus, &c. Ausonius:*

Stat Iouis ad cyathum generat quem Dardanius Tros, hoc est, Ganymedes. Horatius Carminum lib. 1. ad Iuliũm;

Puer quis ex aula capillis Ad cyathum statuetur vnctis

Id Plauto est cyathissare, hoc est, in cyatho vino ministrare. Cyl. in Menæch.

Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissimè
Cyathisso apud nos, quando potassis.

Hoc est, Cyathum vini plenum mini- στρο, κυάθῳ οἰνοχοεῖ, κυαθίζω. *Latinè etiam vina miscere. Ouid.*

Nec mora percusso mendacibus aëre pennis,
Arripit Iliadem, qui nunc quoq; pocula miscet,
Inuitáq; Ioui nectar Iunone ministrat. *Maphæus in Suppli.*
—— Tum lata fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas
Pars dapibus reficit mensas, pars pocula miscet,
Crateras quæ replet; &c.

Catullus ad puerum suum Epigram. 24.

Minister vetuli puer Falerni
Inger mi calices amariores,
Vt lex Posthumia iubet magistræ.

His obiter nota per calices amariores, vinum vetus à Catullo intelligi, quod multo temporis spacio amarum eandem solet euadere, vnde Seneca Epistola 64. Quomodo in vino vinis veteri ipsa nos amaritudo delectat. Vide Brodæum lib. 1. Miscell. cap. 3. Iuuenal Sat. 13.

Nulla super nubes conuiuia cælicolarum,
Nec puer Iliacus (Ganymedes) formosa nec Herculis vxor. *Item:*
Ad cyathos, & iam siccato nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.

Item poculum vini alicui administrare. Apul. lib. 6. Tunc poculum nectaris, quòd vinum Deorum est, Ioui quidem suus pocillator ille rusticus puer, cæteris verò Liber ministrabat. Item ministrare bibere. Cic. in Tusculana: Ne cũ ego audio Ganymedem à Dijs raptum ait propter formam, vt Ioui bibere ministraret. A crystallinis quoq; (scilicet poculis) dictos fuisse seruos quosdam pocillatores Lazius inscriptione quadam vetusta probat. Apud Romanos, vt testis est Athenæus lib. 14. ὅτι Δ' γενναῖοι τῷ παίδων τλῶ λειτουργίαν ταύτην ἐπετέλουν ἐν ταῖς δημοτελέσι τῷ θυσιῶν, hoc est, etiam nobilissimi puerorum huiusmodi ministerio fungebantur in publicis populi sacrificijs, Æoles omnino imitantes. Hæc de Pincernis, seu Pocillatoribus veterum, quibus addatur id, quòd Ambrosius inquit in libro de Helia, & Ieiunio cap. 8. Instar statuæ pincernæ dextera summo gelu riget. Ille infrigidas exercet manus, marmora lauaturi, &c. Videtur ad consuetudinem antiquam vina niuibus atq; glacie refrigerandi alludere, de qua suo in loco. Hodie pincernarum, ac pocillatorum (quo ministerio vtriusq; sexus homines funguntur) maximus est vsus: quorum similiter manus improbis vina depromendi, & infundendi laboribus defatigantur, quasiq; rigent. Et vt antiqui Reges, atq; Principes, sic multò magis nostris quoq; temporibus crescente nimirum hominum perfidia, imò iam ferè ad summum perducta, ijdem tibi, potusq; præguſtatoribus vti coguntur, (quos nonnulli per iocum Beſchleuner *appellant) qui potum Regibus, atq; Principibus administrantes, scypho aureo, vel argenteo haustum vinum in alium infundere, & præguſtare solent, ad antiquorum imitationem. De Imperatoris recens creati dapiferis, atq; pocillatoribus (qui sunt Electores, Principes) suprà in descriptione epuli Imperatorij dictum est. Plaraq; eorum quæ adhuc commemorata sunt ministeria vno quasi fasciculo Maphæus eleganter his carminibus est complexus in suo Supplemento.*

Beſchleuner

Dat manibus crystalus aquas, mensisque reponunt
Flauentem Cererem: tum læta fronte ministri
Innumeri magno distinguere ordine curas:
Pars dapibus reficit mensas, pars pocula miscet.
Crateras replet, nunc hac nunc volvitur illac
Turba frequens varios miscentq; per atria motus.

Nunc de alijs quoq; ministerijs conuiualibus dicamus. Perſæ, vt testis est Athenæus lib. 11. in conuiuijs adhibebant μυοσόβας, hoc est muscarum abactores, quorum Erasmus quoq; in suis Adag. meminit. His adde qui canes, atq; mendicos importunos abigebant: quiq; ventulum flabello faciebant, quorum omnium hodie quoq; communis est vsus. Nazianzenus in Orat. εἰ φιλοπλουτίας de conuiuiorum luxu verba faciens, alios ministrorum, dicit, flabelli motu ventum capiti artificiosè facere, ac auris manufactis carnis molem refrigerare. Hinc Muscaria instrumenta suis abigendis è mensa muscis aptissima: pretiosiora texuntur è cauda pauonis. De huiusmodi muscario pauonio extat Poëtæ Epigram. distichon:

Lambere quæ turpes prohibes tua prandia muscas
Alitis eximiæ cauda superba fuit. Propertius,
Et mihi pauonis cauda flabella superbæ.

Flabellum enim dicitur, quo & muscæ fugantur, & ventulus excitatur in nimio calore per æstatem his, qui in conuiuio, aut alio quouis loco, & tempore sudant. Terent. in Eunuch. Venit vna? Heus tu Dore, cape hoc flabellum, & ventulum huic facito, dum lauamur. Ouid. in Arte,

Profuit & tenui ventos mouisse flabello.

Hoc autem est ministerium delicatorum seruorum, vt scribit Donatus.

Erant præterea apud veteres ministri conuiuiales à voluptatibus, hoc est, qui dictis, factis atq; gestibus ridiculis conuiuas exhilarare studebant, vt erant illi apud Græcos, quorum Philo quoq; in lib. de Vita Theoretica meminit, αὐλητρίδες, ὀρχησταὶ, θαυματοποιοὶ, καὶ πάντα γελοιαστὰ (qui γελοτοποιοὶ vno nomine appellantur) ὅσα πρὸς εὐφροσύνην, καὶ χαρὰν ἐπιτήδεια μέγα φρονοῦντες, quorum hodie quoq; maxima turba passim Christianorũ conuiuia circumuolitat, de quibus infrà. Huc quoq; referuntur κόλακες, hoc est, adulatores, seu parasiti, de quibus suprà in cap. de Conuiuis copiosè est dictum, qui partim mendicis, partim seruis possunt annumerari.

Ministri à voluptatibus.

Parasiti, adulatores.

Promi, procuratores penu, cellarij.

Erunt præterea qui alimentis vel depromendis, vel recondendis, asseruandisue præerunt, qui à Columella promi: à Plauto procuratores peni, cellarij, promicendi: Græcè ταμίαι, siue ταμίειαι, & ταμιοῦχοι, & in fœm. ταμίαις siue ταμιαὶ appellantur. Plautus in Captiuis,

Sume, posce, prome, quid vis, te facio cellarium. Idem in Pseudalo. Harpax. Tú nes Balliol?

P. Imò verò ego eius sum Subballio, id est, vicarius.

H. Quid isthuc verbi est? P. Condus, promus, procurator peni.

H. Quasi te dicas atriensem. P. Ego? imò atriensi ego impero.

Promus & condus vnde dicti.

Promus dictus est à promendo, qui præest promendis cibarijs ex promptuario, hoc est, cella penuaria. & condus, qui condit, auctor Fulgentius Placiades. Horat. 2. Sat. 2.

Ni biberis diluta, foris est promus.

Apuleius in Apologia graphicè promum librorum dixit, qui præest promendis libris, & quasi Bibliothecarius est. A Boëtio promptuaria memoriæ eleganti translatione dicta sunt, quasi repositoria, quibus doctrinas memoria cõcredidit, quæ præstò sunt, ac depromũtur eodem exigente. Promus quàm condus magis Ausonio. Ein güter gsell/aber ein böser haußwarter. Horatius, Fóris est promus, quo loco piscis genus perperam Nouellus interpres exponit. Vide præter Lamb. Beroald. Annotat. in Horat. in hunc locum. Germ. Speyßmeister/kåller/beschliesser/ *siue in fœm. (quoniam id mulierum ferè apud Germanos est munus)* beschliesserin *vocantur. Apud Homerum mulierum id fuit officium, hinc crebrò illud apud Homer. occurris Od. A.*

Speyßmeister/kåller/beschliesser.

Σῖτον δ' αἰσυλόιν ταμίη παρέθηκε φέρουσα
Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.

Vbi Eustath. annotat, ancillam promentem & condentem ad victum necessaria, rectè αἰσύλην ab Homero nominari, propterea quòd famulas in his ministrantes σώφρονας, hoc est, modestas, atq; temperantes esse oportet, hoc namq; pacto dominorum domos non exhauriri. Illæ autem vt cibos de promere, & apponere: ita illorum reliquias recondere rursus, atq; asseruare fuerunt solitæ quemadmodum passim apud Homerũ cernere licet. Hinc ταμεῖον, & ταμιεῖον, *promptuarium, penu, item cubiculum, thalamus, & domus pars intima. Eustath. Od. Υ. Thalamus multis in locis* ταμιεῖον *appellatur. Vnde* ταμίευειν, *idem quod* θαλαμηπολεῖν, *quòd Eurynomes fuit munus. Æolus eleganter apud Hom. Od. κ.* ταμίας ἀνέμων *dicitur, quòd ventos modò excitat, modò reprimit, quemadmodum promi condi facere solent, alia promentes, atq; proferentes, alia recõdentes, vt Eustath. exponit. Apud Athenienses, vt illud quoq; addam,* ταμίαι *magistratus fuerunt, teste Suida, qui in templo, atq; arce Minervæ sacras, publicasq; pecunias custodiebant. Aristoph. similiter interpres* ταμίας *publicarum, sacrarum pecuniarum, & mercedis iudiciariæ dispensatores, & denique* φύλακας τῆς δημοσίας, σιτήσεως, *hoc est, publici victus seu alimoniæ præpositos vocat. Idem in illa Aristoph. verba in* Ἐκκλησιάζ.

ταμίαι apud Athenien. qui.

Ταῖς γὰρ γυναιξὶ φημὶ χρῆναι τὴν πόλιν
ὑμᾶς ἁπάσας εἶναι: καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις
ταύταις ὀψοπῶσις, καὶ ταμίαις (ἰφόρους φύλαξι, διοικητρίαις) χρώμεθα.

Hinc colligitur Athenienses quoq; vsos esse mulierum ministerio ad domestici victus dispensationẽ, atq; custodiam, quarum mores improbos in sequentibus depingit.

Sunt qui conuiuas, vel etiam dominos suos domũ deducunt, comitantur, ijs præluceant, qui λυχνοῦχοι, λυχνοφόροι, & δαδοῦχοι appellãtur, de quibus infrà pluribus: huiusmodi fuerũt 10. illæ Sponsi virgines in Euangelio famulæ. Ger. heimzünder. *Hæc atq; alia huiusmodi sunt ministeria conuiualia, quæ quidem commodè ad 2. præcipua genera videntur posse reuocari, quorum in Euangelio isto ministro, quem Christus hîc inducit, fit mentio.*

Vnum est, quòd in epularum præparatione, apparatuue (quem Hom. πόνον *vocat, Eustath.* ἑτοιμασίαν δ' αὐτὸς *interpretatur) consistit, quòd his verbis exprimitur:* ἑτοίμασον τὶ δ' εἰπήσω, *hoc est, para quòd cœnem: sub quo genere vocatorum, obsonatorum, coquorum, scopariorum, penicellorum, lectisterniatorum, promorum, atq; aliorum huiusmodi ministeria continentur, quæ vel in cibos alimentisue emendis, promendis, coquendis, vel in cœnaculis, atq; nasis conuiualibus verrendis, sternendis, purgandis, extergendis, abluendis, ac disponendis versantur.*

Alterum genus ministerij, quod in ipso actu conuiuij consistit, quod quidem his verbis expri-

mitur: καὶ ἀκολούθησόν μοι ἕως φάγω, καὶ πίω, hoc est, & præcinctus ministra mihi donec edero, & bibero. Sub hoc comprehenduntur, dapiferorum, structorum, præguſtatorum, pocillatorum, atq; alia huiusmodi ministeria, de quibus dictum est.

Notandum porrò in hac quarta ministrorum conuiualium, secundum ipsa ministeria diuisione, aliquando plures, aliquando pauciores esse ministros, dum nimirum sæpe vnus & idem multa munera, ad conuiuium pertinentia, obit. Cic. Pisonem exprobrat auaritiæ nomine, quòd idem illi esset coquus, idem atriensis. Sed tamen, vt vasorum, sic seruorum quoque atque ministrorum conuialium, nisi vsus atque necessitas aliud postulet, multitudo, quæ plærunque confusionis atque perturbationis solet esse causa, vitari debet. Nam, vt Homerus vere, sapienterque dixit, οὐκ ἀγαθὸν εἶναι πολυκοιρανίην: ita quoque (si magnis licet componere parua) verè dicemus, οὐκ ἀγαθὸν εἶναι πολυδρησιανίην, hoc est, multorum ministerium. Nam, vti quotidiana docet experientia, vbi multi sunt vnius & eiusdem rei administri, ibi male negligenterque omnia geruntur, dum nimirum vnus alterius fretus ope, & auxilio, ministerium suum tanto negligentius & oscitantius administrat. Epictetus quoque sapienter idem monet, his verbis: Μελέτα σοι ἐν τοῖς οἰκείοις, ὅπως οἱ ὑπηρέτας μὴ πλείους τῶν ὑπαρχόντων ὑπάρχωσιν, ἄτοπον γάρ, ὀλίγας ψυχὰς σιτεῖσθαι πολλὰς καὶ ἀλλοτρίας ψυχάς, hoc est, Cura ne conuiuiorum ministri plures sint, quàm quibus ministratur. Dedecet enim paucis toris, quibus accumbitur, multas animas inseruire. Huius rei in Euangelio quoque hoc patrefamilias exemplum habemus, qui vnius & eiusdem famuli opera non ad rustica modò, verum etiam ad vrbana, vt coquinaria, atque conuiualia ministeria vtitur. Eosdem Græcè non ineptè ταμίας quoque, seu ταμιέχους (de quibus suprà) Latinè dispensatores dixerus. Dispensator, inquit Alciatus de Verb. sig. seruus est, qui impendia domus curat, & victui præest. Huic obsonatores, piscarij, coqui, idque genus serui parent. Sumpsit nomen ab expendendo pecuniam, vel quod mensines dispendat, id est, procuret, & consyderet, calculumque ducat. Talis fuit secundùm hanc Alciati descriptionem οἰκόνομος ille Euangelicus atque parabolicus (quem etiam ἄλλοι vocant) ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον, hoc est, quem dominus præfecit familiæ, seu famulitio suo, vt daret in tempore conseruis suis dimensum, id est, singulis mensibus destinatam mensuram frumenti. Triclinarchæ quoque (quod nomen in vetustâ quadam inscriptione est, cuius Lazius meminit lib. 12. cap. 5.) videntur dicti, qui triclinio, siue toti ministerio conuiuiali præerant, eiusdem significationis cum architriclino illo Euangelico, de quo suprà. Athenæus lib. 4. de Regum Persarum conuiuijs verba faciens, τῆς τραπέζης ἐπιμελούμενον vocat, qui præest regiæ mensæ. Huiusmodi Architriclini, siue Triclinarchæ, Oeconomi, seu Promicondi Regis Galliarum, magistri hospitij dicti, maximæ sunt inter aulicos auctoritatis: quoniam soli Acarnanij, & Apitij, rei tamen Oeconomicæ periti, ad tantum munus euehuntur, quibus, vt eminere præter cæteros, & suspici possint, pro insigni scirpus inditus est argenteus, illisq; impensa omnis regia constare debet, & ab his non nisi venia impetrata, nemine licet per Fruncorum leges in ius vocare in Palatio. Olim verò illis ius erat annonæ, quæ in comitatum regium importabatur, per præconem statuendi pretium, eosq; pœnis grauioribus mulctandi, qui societatem coijssent, vt annona carior esset, meretricesq; aulicas pro delicto corrigendi, fustibus cædendi, extremo supplicio afficiendi, absq; appellatione. Nec non Philippi Pulchri cõstitutione, ad eos actionum personalium iurisdictio pertinebat, quæ à ministris regijs intendebantur, omniumq; criminum cognitionem sibi vendicabant, quæ in comitatu regio committebantur.

Dispensator.

Luc. 12.

Triclinarchæ.

Obseruabis quoque hîc simul ministrorum gradus, alij enim superiores sunt, alij inferiores, alij qui vniuerso ministerio præsunt, quos Athen. lib. 4. ἐπιστάτας à nonnullis, hoc est, ἐπισκόπους τῆς ὅλης διακονίας, vt ipse interpretatur; (à Macrob. lib. 2. ca. vlt. seruilis moderator obsequij, & famulitij præsul appellatur.) Pollux lib. 6. cap. 5. τραπεζοποιούς, hoc est, τῆς ὑπηρεσίας ἁπάσης φροντίζοντας, vt ipse similiter exponit, volunt appellari. Sic τραπεζοποιὸν olim dictum fuisse τὸν τραπέζων ἐπιμελητὴν, καὶ τῆς ἄλλης διακοσμίας, Athenæus testatur lib. 4. Hinc Alexander Seuerus, teste Ælio Lampridio, Aulicum ministerium in id contraxit, vt essent tot homines in singulis officijs, quot necessitas postularet. Vtinam hoc Alexandri factum Principes Christiani imitarentur, nec tanta, tamque superuacanea ministrorum aulicorum copia subditos suos miserrimè grauarent. Sic מלצר Melzar Daniel. 1. alij dispensatorem, alij præpositum ciborum, quidam architriclinum,

clinum, nõnulli archimagirum interpretantur. Gen. 15. v. 1. filius משק meschek procuratoris domus meæ, vel potius procurationis: iuxta illum derelictionis, cui omnia mea relinquo, & committo, hoc est, procurator: alij vertunt, filius discursationis, hoc est, obnoxius discursationi, quæ ad procurationem rerum mearum domesticarum necessaria est: Procurator meus, rerum mearum dispensator & administrator. Hos Gallicè maistres d' hostel. Germanicè Hofmeister / dixĩ nominari.

Quinta postremò ministeriorum conuiuialium diuisio superioribus addenda, videtur posse fieri secundùm ipsas epulas vel sacras, vel prophanas. Nam vt olim apud Iudæos ex ipsius Dei instituto, & apud Ethnicos κακοζηλίᾳ quadam: ita apud Christianos quoq; certi quidã & peculiares sunt sacrorum, epularumque sacrarum ministri. Apud Iudæos Leuitica tribus sacrificiorum, quæ fuerunt sacræ quædam epulæ, ministerio fuit consecrata, quæ aliis obire minimè licebat. Ethnici similiter in suorum sacrificiorum, atque epularum sacrarum administratione non nisi certis, atque peculiaribus vtriusque sexus hominibus vsi sunt, qui quidem illis ministerijs erant deputati. Huiusmodi fuerũt, exempli gratia, ἀσκοφόροι, ministri sacrorum Bacchanalium, vtres ferentes: κανηφόροι virgines canistrum, teste Suida, aliaque ad sacra pertinentia in Panathenæis, alijsque solennitatibus gestantes, siue, vt eas Cicero in Verrinis describit, quæ manibus sublatis sacra quædam reposita in capitibus sustinebant, de quibus plura Pausanias in Attic. παράσιτοι quoque, vt Athenæus lib. 6. multis testimonijs probat, olim dicti sunt sacerdotum in sacris peragendis administri: ὠνόμασίτω, inquit, ὄνομα, πάλαι μὲν ἦν σεμνὸν, καὶ ἱερὸν. Item, ὁρίσκομαι τὸν παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα, καὶ τοῦ συνδοίνου παρόμοιον. Item, τὸ ἱερὸν σίτου παράσιτοι, quod ὠνόμασίτον appellarunt. Sic ἑλεοδῦται quoque (quæ tamen vox aliquando quemuis mensæ ministrum significat) dicti sunt sacrorum ministri, διὰ τὸ τοῖς ἑλεοῖς ὑποδύεσθαι διακονοῦντες ἐν ταῖς θυσίαις, hoc est, quoniam mensas subeunt in sacrificijs ministrantes. Nam ἑλεὸς mensa est coquinaria. Hinc Delij, teste eodem Athen. lib. 4. ἑλεοδῦται, nec non παράσιτοι, & καθοκοποιοὶ ob sacrificiorum, epularumq; sacrarum studium dicti sunt. ἱεροδοῦλοι quoque sacris inseruientes, item ædituι appellati, & peculiariter ancillæ templi Delphici, hoc nomine fuerunt insignitæ. Sic Popæ Latinè dicebantur ministri sacrorum, qui victimas immolabant, alio nomine victimarij dicti, & cultrarij, qui cultro victimam victimabant, hoc est, mactabant. Apud Christianos primitiuæ Ecclesiæ, vt testis est Iustinus in sua Apologia pro Christianis, διάκονοι, peractis à sacerdote, atque populo vniuerso precibus, quibus panis atque vini fiebat consecratio, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος: καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι, hoc est, Diaconi quos vocamus, dant singulis præsentibus partem panis, & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio: atq; etiam absentibus adferunt. Et paulò post eorundem fit mentio: καὶ ἡ διάδοσις, καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίγνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων ἀποπέμπεται, hoc est, Consecrata distribuuntur singulis, & absentibus mittuntur per diaconos. Diaconi ergo fuerunt olim Dominici, & sacrosancti illius epuli quasi dapiferi, atque pocillatores. Dionysius quoq; Areopagita (de ijsdem Christianorũ ministerijs sacris verba faciens) in descriptione moris atque consuetudinis, qua cœna Dominica olim fuit celebrari solita, ἱεραρχὴν (quam Iustinus loco ante citato ἀρχιστάτα, hoc est, antistitem nominat) ministros adiungit, quos λειτουργοὺς (vt Iustinus διακόνους) vocat. Per hos, ceu anagnostas, antequam οἱ κατηχούμενοι, ἐνεργούμενοι, & ἐν μετανοίᾳ ὄντες, egredi iuberentur, τῶν ἁγιογράφων δ' εἴλετον ἀνάγνωσις, hoc est, sacrarum literarum lectio fiebat. Deinde iam missa concione, (vnde missa nonnullis videtur dicta) horum alij quidem ceu πυλωροὶ, hoc est, ianitores, stabant ad templi clausas ianuas, illasque custodiebant, quos ὑποδιακόνους Pachymerius interpretatur: alij ἄλλοτι τῶν τῆς οἰκείας τάξεως ἐνήργουν, hoc est, aliud quid eorum, quæ ad sacra pertinebant, obibant: alij denique τῆς λειτουργικῆς διακοσμήσεως ἔχοντοι (quos πρώτους διακόνους Maximus interpretatur) ὑπὰ cum sacerdotibus in altari sacro panem sacrum, & poculum benedictionis proponebant.

παράσιτοι.

Ελεοδῦται.

ἱεροδοῦλοι.

Popæ.

Diaconi.

ANTIQVITATVM CONVIVIALIVM

DE MINISTRORVM HABITV ATQVE OFFICIO.

CAPVT XXII.

SEQVITVR tertium caput conuiuij ministerialis, nimirum de ministrorum quorumcunq; situ, habitu, cultuq; corporis, officio atq; munere, quæ in Euangelico hoc ministro nobis consyderanda proponuntur.

Quo ad situm, habitumq; corporis, is exprimitur partim his verbis: ἀνάκειμαι & δεῦρο ἔκτεο μοι: partim illis, non dicit illi statim, Accede, atq; accumbe, vbi accubationi opponitur statio. Egregiè ergo ministri situm habitumq; describit, qui est, vt præcinctus stet ad ministrandum. Nam primò ministri non sedere, aut accumbere, sed stare debent quò promptius, & expeditius ministeria sua obire possint. Hinc crebrò in sacris literis stare coràm aliquo, pro seruire atq; ministrare alicui ponitur. Sic Ioseph tricenarius dicitur stetisse coràm Pharaone, Gen. 41. Et pueri coràm rege Babylonio, Dan. 1. Et puella coràm Dauide decrepito, 1. Reg. 1. Et Dauid stetit coràm rege Saule. Hinc apud Romanos quoque serui ad pedes stantes eleganter dicuntur, qui ministrabant dominis accumbentibus. Horum meminit Seneca lib. 3. de Beneficijs: Seruus qui cœnanti ad pedes steterat, narrat, quid inter cœnam ebrius dixisset. Suetonius in Galba circa finem: Inter cœnam verò, inquit, vsque eò abundantem, vt congestas super manus reliquias circumferri iuberet, spargiq; ad pedes stantibus, hoc est, ministris sic dictis, quòd cœnãtibus dominis ad pedes stabant. Ad hos Martialis videtur alludere hoc carmine,

Serui ad pedes

Misto lagenam replet ad pedes vino.

A pedibus, & circum pedes Latinis videntur dici ministri, aliâs anteambulones, atque pedisequi dicti: Lagkey Germ. & Gall. Agretius, Circumpedes, inquit, sunt obsequia seruorum: Antepedes, amicorum. Cic. Circumpedes autem homines formosos, & literatos suos esse dicebat. Idem tamen dixit in Epistolis ad Atticum, Pollucem seruum à pedibus Romam missum. Et Martial. ait,

Lagkey. Circumpedes. Antepedes.

Cur non mensa tibi ponitur à pedibus.

Idem Cicero ad pedes eos appellat, inquiens: Illic retroflexus ad pedum turbam. Nonnulli ergo à pedibus, & circumpedes distinguunt ab ijs, qui ad pedes dicuntur, quos propriè volunt esse mensæ ministros. Lazius lib. 3. de Repub. magis distinctè seruorum, & puellarum ministrantium loca describit, sed sine auctore, his verbis: Serui adstare solebant ad pluteum distincti, quorum alij erant pocillatores, alij discerptores, alij qui sputa ex pauimentis verrebant, alij denique qui murmur compescebant. Puellæ verò, quæ vinum solitæ erant, & potus genera adferre, ad fulcra thori adstabant. Hebræis quoque ad pedes alicuius esse, subiectionem significat, sicut contrà, In caput esse. Deut. 33. Adiunxerunt se pedibus tuis, hoc est, te, tuaq; vestigia secuti, quocunq; eis præiuisti. 1. Sam. 25. Abigail ad Dauidem: Benedictio hæc, quam attuli, detur ministris domini mei, qui ambulant ad pedes eius, id est, qui ei seruiunt. Sic paulò post: Quinque puellæ, quæ ambulabant ad pedes ipsius Abigail, hoc est, ei ministrabant. Iud. 4. Congregauit Baras Zabulon, & Neptalim, & fecit eum ascendere ad pedes suos, hoc est, duxit secum vt suos milites. Iud. 8. Date tortas panis populo qui est in pedibus meis, hoc est, qui me sequitur, mihiq; seruit militando. Eadem locutio est 1. Reg. 20. Sic venire in pede alicuius. 2. Sam. 15. Viri qui venerant in pede eius de Gath. 2. Sam. 11. Egressus est rex Dauid, & vniuersa familia in pedibus eius, hoc est, secuta est eum, ministrans ei. Hinc vocare ad pedem suum, hoc est, vocare vt se sequatur. Item sedere ad pedes alicui, hoc est, alicuius disciplinæ sese subijcere, alicui discendo operam dare. Nam cum præceptor docet, sedet in loco editiore, quàm auditores, ita vt ei discipuli sint ad pedes, cùm ipse sit ad caput. Act. 22. Paulus dicit se ad Gamalielis pedes sedisse, hoc est, eius fuisse auditorem, atq; discipulum.

Venire in pede.

Vocare ad pedem

Sedere ad pedes alicuius.

Quò ad habitum, seu vestitum, Euangelicus hic seruus ἀνάζωσαί μου, hoc est, præcinctus seu succinctus iubetur administrare. Proprius hic ministrantium habitus. Nam quoniam vestes largæ, laxæ, fluctuantes, atque prolixæ (cuiusmodi Orientales ferè vsi sunt) impedimento sunt ad iter, & ad quoduis aliud opus efficiendum, idcircò succingũtur. Ad hunc morem alludit Horat. lib. 2. Sat. 6.

Ministrorum cinctura.

Veluti

——Veluti succinctus cursitat hospes.
Continuatque dapes (nouas subinde dapes apponit, dapes dapibus accumulat) nec non vernaliter ipsis
Fungitur officijs, *Hoc est, vernarum in morem ipse ministeria & munera necessaria obit. Item lib. 1. Satyr. 8.*
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla,
Canidiam. *Et Satyr. vlt. lib. 2.*
His vbi sublatis, puer altè cinctus (ἰύζων &) acernam
Gausape purpureo mensam pertersit, &c. *Simile est illud Virg. lib. 4.*
Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta.

Suetonius in Caligula: Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato altè malleo, cultrarium mactauit. Ouid.

Nominis esse potest succinctus causa minister,
Hostia cœlitibus quo feriente cadit. *Propertius,*
Succinctique cadent ad noua sacra popæ,

Id est, victimarij, ministri sacrificialis. In sacris quoque literis crebra fit huiusmodi habitus mentio, vt in hoc ipso Luc. cap. 12. ἐστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιζωσμέναι, *hoc est, lumbi vestri sint circumcincti, id est, estote parati, expediti ad excipiendum Dominum, (vt & Petrus,* διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, *hoc est, succingite lumbos mentis vestræ.) Et paulò post: Beati serui illi quos Dominus inuenerit vigilantes, Amen dico vobis,* ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς, *hoc est, præcinctus faciet vt discumbant, id est, ad conuiuium, & prodiens ministrabit ijs. Sic ipse Christus Rex regum, & Dominus dominorum, lauaturus à cœna discipulorum suorum pedes deposito pallio, accepto linteo (Clemens Alexandrinus lib. 2. cap. 3.* σάβανον *vocat) præcinxit se. Nam vt ipsemet de seipso testatur Matth. 20. Filius hominis non venit vt illi ministretur, sed vt ipse alijs ministret. Apud Parthos, testis est Athen. lib. 4.* ὑπὸ μαχαιροφόρους, *ensibus accinctos Regibus ministrare fuisse solitos, id quod etiam apud nos in Heluetia moris est, vt nimirum viri gladijs accincti ministrent in splendidioribus atq; solennioribus conuiuijs. Philo contra Theoretas testatur in sacris suis conuiuijs liberorum, non seruorum ministerio vti, ac proinde ministros* ἀζώστους, καὶ καθειμένους τοὺς χιτωνίσκους εἰσιέναι, *id est, discinctos, & promissis tunicis accedere ad ministrandum, vt absit omnis seruilis species ab his conuiuijs. Notandum autem præterea, ministros mensæ antiquitus eleganti corporis habitu, atque vestitu vsos fuisse, id quod Ambrosius libro de Helia, & Ieiunio cap. 13. perspicuè indicat his verbis: Igitur binc, inquit, ad adolescentes lubricos, ad conuiuia præliatorum veniamus, inter arma prædendum est, stipatores hi sunt bellici, qui ministrant succincti auro, & Babylonicis lumbos suffulti balteis, aureis torquibus nitent colla, infantium aureis bullis zonam tegunt, aureis thecis cultros includunt suos, quibus dimicent. Cum epulis diuidendis assistunt pueri, coma nitentes, ex gente barbarica ad hos vsus electi, per singularum distincti ætatum vices. Similem descriptionem habes apud Philo. in libro de Vita Theoretica: Ministrant, inquit,* διακονικὰ ἀνδράποδα εὐμορφότατα, καὶ περικαλλέστατα, *hoc est, mancipia pulcherrima, & formosissima, ita vt non tam ad ministrandum, quàm ad conuiuarum oculos eximia sua venustate oblectandum adueniisse videantur. Horum* οἱ μὲν παῖδες ἔτι ὄντες οἰνοχοῦσι, *pueri adhuc pocula ministrant,* ὑδροφοροῦσι δὲ οἱ βέλτιον διακείμενοι, καὶ λελειασμένοι, *hoc est, at qui adultioris sunt ætatis, aquam, scilicet frigidam, atq; calidam (cuius vtriusq; vsus fuit in conuiuijs) adferunt, loti benè atq; politi, nitidi, fucati, & concinnatuli: alunt enim capillitium, vel omnino intonsi, vel à fronte tantùm præfectis in orbem crinibus, tenuissimas, candidissimásq; præcincti tunicas, anteriore parte ad genua demissas, posteriore ad poplites, vtrinque mollibus taniijs adstricti commissuras tunicæ, propendentibus ad latera finibus. Sic ornati adstant nutus obseruando, quid quisque postulet. Adsunt & alij adolescentes prima lanugine malas vestiti, qui paulò ante amatorum suorum delitiæ fuerant, curiosè docti grauioris momenti ministeria. Mera ostentatio conuiuatoris opulentiæ seu potius* ἀπειροκαλίας. *Deinceps pluribus corporis eorum cultum, habitumq; nimis comptum, & elegantem, imò lasciuum, petulantemq; describit. Similis hodie ferè solet esse puellarum mensis Christianorum ministrantium*

Ministri mensæ antiquitus eleganti corporis vestitu vsi fuerunt.

veſtitus, ad conuiuarum libidinem irritandam perquàm accommodatius, ſplendidior, & compeior, quàm caſtas puellas atq; virgines, quales ipſæ haberi volunt, deceat. Sic Iuuenal. Satyr. 5. elegantèr deſcribit diſcrimen elegantium, & deformium miniſtrorum, quoniam hi quidem diuitibus, illi pauperibus, qui diuitum quadruuiumt, miniſtrare ſolent:

Tibi (pauperi) pocula curſor,
Getulus dabit, aut nigri manus oſſea Mauri
Et cui per mediam nolis occurrere noctem
Cliuoſæ veteris dum per monumenta Latinæ
Flos Aſiæ ante ipſum (diuitem) hoc eſt, formoſiſſimus pocillator ex Aſia, pretio maiore paratus,
Quam fuit & Tulli pugnacis cenſus, & Anci
Et ne te teneam, Romanorum omnia regum
Friuola: quod cum ita ſit, tu Getulum Ganymedem, id eſt, miniſtrum à poculis deformem, & nigratum, vtpote Sole vſtulatum
Reſpice, cum ſities: neſcit tot millibus emptus
Pauperibus miſcere puer, ſed forma, ſed ætas Digna ſupercilio.

Homerus quoq; Od. o. procorum illorum petulantium miniſtros menſales his verbis deſcribit ſub Eumæi perſona,

οὐ τοι τοιοὶ δ' εἰσὶν ὑποδρηςῆρες ἀνάκτων, Hoc eſt, ſcilicet non tam ſenes, atque ſordidi, ſqualidi, ſicuti tu es Vlyſſes.
Αλλὰ νέοι χλαίνας οὖ εἱμάροι ἠδὲ χιτῶνας,
Αεὶ λιπαροὶ κεφαλὰς, καὶ καλὰ πρόσωπα ἴσι σφιν ὑποδρώεσιν. Id eſt, Sed iuuenes, lanas benè veſtiti, ſeu tunicas,
Semper nitidi caput, & pulchra ſunt facie Qui illis miniſtrant.

Cic. Tuſcul. lib. 5. Tum ad menſam eximia forma pueros delectos iußit conſiſtere. Et paulò poſt: Nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat. Athen. lib. 4. ex Heraclide Cymæo, qui Perſica deſcripſit, οἱ θεραπεύοντες τὰς Περσῶν βασιλεῖς δειπνοῦντας, ἅπαντες λελουμένοι ἐσθῆτας καλὰς ἔχοντες, hoc eſt, regis Perſarum famuli, miniſtrant ijs loti, elegantibus induti veſtibus, & dimidia ferè diei parte circa epulas commorantur. Sic Apuleius lib. 2. apparatum magnifici conuiuij deſcribens inter alia, diriuitores, ſiue, vt alij legunt, diribitores (id eſt, miniſtri, diſtributoresq;, qua voce etiam Ammianus Marcellinus vſus eſt) pluſculi, ſplendidè amicti: fercula copioſa ſcitè ſubminiſtrata: pueri calamiſtrati, pulchrè inclusiati: (hoc eſt, eleganter veſtiti, Beroaldus induſiati mauult legendum, ab induſio) gemmas formatas in pocula vini vetuſti frequenter offerre, hoc eſt, offerebant. Nazianzenus in Orat. περὶ φιλοπτωχίας, puerosq; aſtare quoſdam ornatu decoro, comaq; prolixa & effœminata, ac circa faciem plus curioſè attonſa, quàm deceat, ſplendidis oculis decoratos, &c. Imperatorum Romanorum temporibus vel auratas nonnunquam fuiſſe miniſtrorum veſtes, ex illis Ælij Lampridij verbis colligi poteſt de Alexandro Seuero. Auratam veſtem miniſtrorum vel in publico conuiuio nullus habuit. Sueton. in Domitiano, Generum fratris indignè ferens, albatos & ipſum miniſtros habere proclamauit, hoc eſt, albis veſtibus indutos, & ob hoc elegantiores, cultioresue. His adde morem pedes ſeruorum creta notandi. Plin. lib. 35. cap. 16. Eſt quoddam genus cretæ, quæ argentaria appellatur, nitorem argenteum reddens, eſt & viliſſima, & qua pedes ſeruorum venalium trans mare aduectorum denotare conſueuerunt mangones. Vide Iuuenal. Satyr. 1.

Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis,

Id eſt, gypſatis, & cretatis. Tibullus,

Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Ouid. in Amor.
Nec tu ſi quis erit capitis mercede retentus
Deſpice gypſati nomen inane pedis.

Apud Tyrrhenos, teſte Athen. lib. 4. magna formoſorum ſeruorum multitudo adſtabat, qui ſumptuoſis errant induti veſtibus. Idem ex Timæo ſcribit, nudas etiam ſeruas illis diſcumbentibus miniſtrare fuiſſe ſolitas. Sic Tyberius, teſte Sueton. Sexto Claudio cunam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine

consuetudine immutaret, aut demeret, atq; nudis puellis ministraretur, id quòd summæ fuit petulantiæ atq; libidinis. Sed quid dicemus de Tyrrhenis & Tyberio, an non etiam in Christianorum conuiuijs, præsertim in publicis diuersorijs, videre licet puellas, si non toto corpore, at saltem nonnullis partibus maximè illecebrosis, vt mammis, atq; pedibus nudas cõuiuantibus ministrare cum summo illarum pariter atq; conuiuarum castitatis periculo atq; discrimine? Succinctæ sunt plærunq; nimis altè vestibus, non vt tantò facilius, & promptius ministrare possint, sed vt cõuiuis libidinis ansam præbeant. Sic ergo illis non tantùm luxuriæ, verumetiam impudicitiæ, atq; libidinis ministris multi vtuntur. Equidem mensæ ministros, cuiuscunq; illi sunt sexus, debere esse mundos, lotos, politos, cultos, à sordibus, omniq; deformitate vacuos, ad omnem mundiciem, & hilaritatem speciosam assuefactos, atq; eruditos. Horat. 2. Satyr. 4. egregiè docet:

Magna mouent stomacho fastidia, seu puer vnctis
Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit.

Hinc Pisoni Cic. obijcit, quòd in illius epulis serui sordidati ministrarent. Omnino ergo, vt hunc de ministrorum, atq; ministrarum mensæ habitu, cultuq; corporis locum concludam, danda est opera, vt is neq; sit nimiùm comptus, splendidus, atq; lasciuus: neq; nimis sordidus, impurus, & immundus, qui nimirum conuiuis fastidium, atq; nauseam pariat. Nam sæpe vel exquisitissimi, delicatissimiq; cibi atq; potus conuiuis sordescunt, ijsq; sunt fastidio, propter impuras, sordidasq; illas ministrantiũ, atq; tractantium vestes, corporisq; partes. Obseruandum etiam in principum aulis, atq; nobilium ædibus in Germania, & alijs in locis ministros pallio amictos ministeria illa sua obire, at in Heluetia pallia deponunt, quò nimirum sint promptiores, & expeditiores.

Iam verò, vt in vniuersum de ministrorum conuiuialium munere, atq; officio, gestibus atq; moribus paucis dicã, illa in Euangelico quoq; hoc ministro vno quasi fasciculo comprehensa nobis proponuntur. Sint igitur primò gnari, industrij, laborioſi, agiles, alacres, & expediti ad cõuiuialia hæc sua munera obeundum, quemadmodũ Euangelicus hic minister, exantlatis licet rusticis, seu pastoritijs laboribus, tamen διεζωσμένος, id est, promptus & expeditus, indefesso quodam studio conuiuialia quoq; hæc officia suo Domino præstat. Idem quoq; vox διακονεῖν denotat, quæ propriè quasi puluerentum, hodiest, laboriosissimum ministerium significat.

Deinde, id quòd est consequens, domini atq; conuiuarum iussis, atq; monitis sint obsequẽtes, ad illorum nutum intuentes diligenter ministrent, ne quid conuiuis desit solicitè circumspiciant, atq; etiam non moniti, sed sua sponte iussa non expectando, sed præueniendo alacritate voluntaria conuiuis, quibus illis opus est, prospiciant.

Cautionem quoq; summam adhibeant, ne vel ignauia, vel temeraria quadã festinatione ruant, conuiuas offendant, atq; lædant, cibos potusq; effundant, vasa cõuiuialia frangant, atq; corrumpãt.

Sint præterea temperantes, ita vt non, nisi cœna ministerioq; suo peracto, cibum potumq; sumãt, vt Euangelicus hic minister. Valdè enim absurdum, & à decoro alienum est, quando ministri, atq; ministræ interea dum munus suum obeunt, cibo, atq; potui indulgent. In primis verò caueant, ne vel sua sponte seipsos vino obruant, vel à conuiuis impleri patiantur, ita vt conuiuis, conuiuijq; domino postea maiori sint impedimento, ac detrimento, quàm vsui.

Sint quoq; humiles, atq; modesti, qui de ministerijs suis non Thrasonico more glorientur, eaq; iactent, vt hîc in primis Christus præcipit. Et tamen, vt verè Iuuenal. ait Sat. 5.

Maxima quæque domus seruis est plena superbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem, &c.

Adhæc & verbis, & oculis, vultu, totiusq; corporis gestibus liberalibus atq; compositis singularem quandam hilaritatem, comitatem, modestiam, beneuolentiamq; erga conuiuas omnes, ipsumq; conuiuatorem præ se ferant.

Postremò, si plures sint ministri, mutuam inter se concordiam colent, mutuasq; sibi tradent operas. Si ita opus sit, suam tamen quisq; prouinciam, quam nactus est, sedulò tuebitur, secundùm illud Maphæi Poëtæ,

Tum læta fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit mensas, pars pocula miscet, Crateraq; replet, &c.

ANTIQVITATVM CONVIVIALIVM DE DOMINORVM, ATQVE ETIAM CONVIVARVM IPSORVM ERGA MINIstros officio.

CAPVT XXIIII.

SEQVITVR *postremum membrum, quomodo domini conuiuij, atq; patres familiâ, necnon ipsi quoq; conuiuæ sese vicissim erga ministros gerere debeant. Idipsum in hac quoque parabola docetur. Hic enim dominus, atq; conuiua, quem Christus inducit, primò quidem non nimis molliter & delicatè seruum, atq; ministrum suum tractat, dum illum ex rure redeuntem, ac rusticanis laboribus defatigatum nõ statim discumbere, & cibum potumq; capere iubet: sed plura adhuc illi negotia imponit, sibiq; prandium parare, atq; epulanti ministrare cogit. Et hoc est quòd Syracides cap. 18. & 33. præcipit, seruos laboribus exercendos, ne otio, ignauiaq; torpescant. Non etiam illum vnà secum accumbere, atq; cibum capere iubet, sed sibi ministrare, quoniam nimia familiaritas, vt vulgò dicitur, contemptum parit. Non ergo domini seruis suis nimiũ indulgere debent, cùm plerunq; molli hac, remissaq; indulgentia ad contumaciam, atq; malorũ licentiam abutantur. Nec tamen rursus illos inedia, atq; fame excarnificare, sed iustum debitumq; illis victũ subministrare debent: id quòd ab Euangelico hoc patre familiâs fieri videmus, qui ministro suo, peracta cœna atq; ministerio illius, liberam edendi, bibendiq; facultatem facit. Et hoc est, quòd Syracides inquit: Asino pabulum debetur, & flagellum, & onus: ita seruo panis, castigatio, labor. Est autem hîc notandum moris antiquitus fuisse, vt ciborum reliquiæ seruis darentur. Athen. lib. 4. de Conuiuijs regum Persicorum verba faciens, dicit τὸν τραπέζης ὀπιμελούμενον, hoc est, mensæ regiæ præpositum reliquias carnium, atq; panum famulis, ceu cibum diurnum, distribuere. Sic Sergius Galba, teste Suetonio, congestas super manus reliquias circumferri iussit, spargiq; ad pedes stantibus, id est, ministris. Id magis adhuc perspicuè testatur Seneca lib. 11. Epistolarum. Quemadmodum, inquit, cœna peracta, reliquiæ circumstantibus diuiduntur: sic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius vitæ ministri fuissent. Idem Epictetus præcipit his verbis: Λεῖσον μὲν εἰ κἂν ταῖς κατασκευαῖς χειρουργῶν, κἂν ταῖς τροφαῖς ἐσιώμενος, κοινωνεῖς τοῖς διακόνοις τῆς παρόντος. εἰ δ' ἐ τοιοῦτος δύχερὲς τῷ καιρῷ ὑπάρχοι, μέμνησο, ὅτι μὴ χάριν ὑπὸ πάντων ὑπουργῆ, ἐδὲ ἵνα, πίνων ὑπὸ μὴ πινόντων, λαλῇς, ὑπὸ σιωπώντων, ἀνεμιμῴ ὑπὸ συνεσταλμένων, καὶ ἔτι αὐτὸς φλεγμήνας ἄτοπον πεῖσι, ὁδὲ ἕτερον ἀχριάνας χαλεπὸν ἐργάσῃ. Id est, optimum quidem fueris, si etiam ipse in apparatu laboraueris, & ferculis tibi propositis aliquid præsentium famulis quoque communicaueris. Si verò tempus non ita ferat, saltem memento quod tibi otioso à laborantibus inseruitur, edenti à non edentibus, bibenti à non bibentibus, loquenti à silentibus, denique desso luto, & animo remisso, à sollicitis & accinctis. Hoc enim pacto nec inflammatus absurdi quicquam pateris, nec alium commotus afficies molestia. Ad hanc consuetudinem antiquam, quæ hodie quoque apud populos quosdam obtinet, in hac parabola Euangelica videtur alludi, dum peracta demum domini cœna, ministro vescendi scilicet reliquijs facultas conceditur. Verùm illud quoque sit in præceptis, vt nimirum conuiuator non nimium ministris fidat, sed ipse quoque fidam conuiuij, & conuiuarum curam gerat, circumcurrat nonnunquam, atq; circumspiciat omnia, detq; operam, quòad eius fieri potest, vt ministri officijs suis nequaquam desint, & vt omnia bene, atque decenti ordine gerantur. Sic, teste Athenæo lib. 5. conuiuij illius magnificentissimi, quod Ptolemæus Epiphanes fecerat, διαχειρισμὸς, hoc est, administratio per ipsum regem facta est, qui equo vectus cœnaculum assiduè obibat, dabatque operam, vt ministri singuli munera, ac ministeria sua optimè exsequerentur. Oculus enim Domini optimus est conuiuarum pastor, conuiuijque rector, & gubernator. Ipsi quoque conuiuæ se erga mensæ administratores humanos, benevolosque præbebunt. Cauebunt etiam summoperè ne vel dictis, vel factis atque gestibus turpibus, atq; obscœnis (vt hodie sæpè fieri solet) pueros, atq; puellas liberas & ingenuas offendant, atq; corrumpant. Nam, vt bene sapienterq; Iuuenal. Satyr. 14. cecinit,*

Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tangat,
Intra quæ puer est, procul hinc, procul inde puella

Lenonis

Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras, ne tu pueri contempseris annos, &c.

Quoniam, vt idem paulò ante inquit,

dociles imitandis
Turpibus, ac praui omnes sumus.

Ergò vel circumstantium ministrorum cohors conuiuas meritò à turpibus dictis, factisq; deterrere debet. Obseruandum quoq; est, ipsos aliquando conuiuas sibimetipsis ministrare, non alieno vti ministerio. Sic Athe. lib. 1. cap. 9. ex Homero probat, antiquos sine risu, atq; pudore sibimetipsis obsonia parasse, id quòd αὐτοδαισίαν appellat. Idem lib. 6. docet, veteres non vsos fuisse seruis, sed αὐτεργὸς, hoc est, per seipsos omnia, quæ ad epulas pertinent, parasse, ac præstitisse. Sic Æginetæ Neptuno sacrificantes, atq; conuiuia 16. dierum spacio celebrantes, sibimet ipsis ministrabant, seruorum neminem admittebant, de quo in primo libro dictum est. Iuuenal. hoc vocat sibi prandere Satyr. 13. Prandebat sibi quisq; Deus, id est, quisq; deus sibi ministrabat & seruiebat. De seruis atque ministris, illorum differentijs secundùm sexum, ætatem, officium, vide plura apud Scaligerum lib. 1. Poëtices. Hæc de conuiuatoris apparatu, qui, vti dictum est, partim in inuitatione, partim in alimentorum obsonatione, atq; coctione, partim in temporis, lociq; delectu, partim denique in supellectili, atque ministerio conuiuiali consistit.

DE PRAEPARATIONE CONVIVARVM AD CONVIVIA, QVAE PARTIM ANIMO, PARTIM CORPORE constat. De exercitatione corporis varia atq; multiplici ante epulas, eius vsu, modo atque generibus.

CAPVT XXIIII.

NVNC, *id quod est consequens, de inuitatorum, seu conuiuarum præparatione est dicendum, quæ quidem est duplex: alia animi, alia corporis. Plutarchus in conuiuio sapientum non* ἱστιάσοντος *modò, verumetiam* δειπνήσοντος, *hoc est, non conuiuatoris solùm, verumetiam conuiuæ* ἀποσκευὴν, *hoc est, apparatum iustum, atq; peculiarem esse dicit. Sybaritæ, vti suprà dictum est, feruntur toto ferè ante anno mulieres ad conuiuia inuitasse, quò nimirum satis haberent spacij (nam, vt ille inquit, dum comuntur, dum moliuntur annus est) ad se auro, vestibusq; pretiosissimis exornandum. Verùm, vt scitè, sapienterq; Plutarchus ibidem inquit, multò plus temporis requiritur ad veram, legitimamq; præparationem, quæ quidem est animi, eò quòd χαλεπώτερον ἐστὶ θεῖναι τὸν φρόνιμον κόσμον, ἢ σώματι τὸν ἐπιτήδειον ἐξευρεῖν, καὶ ἁρμόσαι, hoc est, difficilius est mores decorè componere, & exornare, quàm corporis superuacaneum, inutilemq; ornatum conquirere. Qui enim sapit, is non sese tanquam vas implendum ad cœnam apportans venit, sed vt seriò, iocóue aliquid acturus, auditurus, atq; dicturus, prout res & occasio postulabit, quò suauis sit, & iucundus ille cõuictus. His verbis Plutarchus, ceu optimus, & sapientissimus vitæ, morumq; magister, animum in primis cõuiuia aditurus certo quodam modo præparandum esse monet. Cogitet ergo is, qui ad conuiuium aliquod est accessurus, se veluti ad Dei, vbiq; præsentis, hominumq; conciliabulum (quo nomine veterum nonnulli ipsum conuiuium definierunt) accedere. Proinde primò omnium Deum ardenter oret, vt & suum, & conuiuarum suorum animum, mores, affectus, linguam, gestusq; ita regat, ac moderetur, vt ne quid cogitent, dicant, faciantúe, vnde vel in ipsum, vel in se inuicẽ ignominia, offensióue aliqua existere ac redundare possit: sed potius vt hac iucunda corporum vno in loco congregatione, atq; coniunctione, mutua animorum coniunctio, atq; charitas magis magisq; corroboretur atq; confirmetur, omnesq; simultates, odia, suspitiones sinistræ ex animis tollantur. Deinde in animum suum planè inducat, non, vt hodie vulgus hominum facere solet, se, aliosq; immoderato cibo, potuq; obruere, mordacibus dictis, atq; conuitijs conuiuas suos lædẽ-*

rillos inter se committere: sed potius esse temperantem, sobrium, castum, modestum, dictorum, facto rúmue, quæ illius animum offendere possint, patientem, arcanorum subticentem, lætum, hilarem, humanum erga omnes: denique ea dicere, agere, atq; etiam discere pro virili, quæ ad Dei gloriam, & ad suam, aliorumq; qui conuiuio interfuerint cùm delectationem honestam, tùm ædificationem, atq; salutem facere possint. Huc facit illud Pauli 1. Cor. 10. Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, facite omnia ad Dei gloriam. Cum huiusmodi pia, honestaq; precatione, meditatione, animiq; inductione, si singuli Christianorum ad mutua illa sua conuiuia accederent, multò profectò in illis sese (quàm hodie, proh dolor, fieri solet) temperantius, modestius, atq; honestius gererẽt, ac proinde multò plus etiam cùm voluptatis, tùm vtilitatis ex illis perciperent. Verùm in primis diligens, studiosaque nobis ad sacrosanctum illud epulum, siue conuiuium Dominicum accessurus, animorum prius adhibenda est præparatio secundùm illa Pauli Apostoli grauissima dicta, atque monita, 1. Corinth. 11. Probet autem seipsum homo, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nam qui edit, & bibit indignè, iudicium sibi ipsi edit, & bibit, non discernens corpus Domini. Hæc autem δοκιμασία, quam Paulus præcipit, secundùm Theologorum sententiam in tribus potissimùm consistit: nempe, in vera & vigente fide, in charitate, & in firmo pœnitentiæ studio atq; proposito. Hinc veteres in actione Cœnæ solenbant accedentes admonere officij sui, huiusmodi ferè illis verba occinendo, ἀνθρώπε μὴ ἅπλε, γνώθι τε, καὶ ἦλθ' ἀδόκιμος, τεράπεζαν, λάβε δὲ πίσιν τε καὶ βίον, &c. Hæc dicta sint de præparatione animi, siue ad prophana siue ad sacra conuiuia accedatur: nunc de corporis præparatione dicendum, quæ videtur esse tripertita. Constat enim partim exercitatione eius vtili: partim ablutione vnctioneue: partim denique vestitu seu habitu.

Corporis præparatio tripertita.

2. Tim. 4.

Quò ad exercitationem, memorabilis in primis est illa D. Pauli, Timotheum ad pietatis studium cultumq; adhortantis, sententia: γύμναζε δὲ σεαυτὸν, inquit, πρὸς εὐσέβειαν. ἡ μὲν σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστιν ὠφέλιμος: ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης, hoc est, sed exerce teipsum ad pietatem, siue pietatis exercitationem suscipe. Nam corporalis exercitatio ad pauca est vtilis, siue exiguum ad tempus: (vt χρόνος subintelligatur, cum vita hæc nostra sit ὀλιγοχρόνιος, id est, breuis aui. Oecumenius illud πρὸς ὀλίγον exponit ἄχει τῷ σώματος, καὶ τῷ παρόντος βίῳ) at pietas ad omnia, siue in omne tempus præsens, & futurum, vtilis est: vt, quæ promissiones habeat vitæ præsentis ac futuræ. Exercitatio hîc (vt de nomine prius dicamus) à Paulo appellatur γυμνασία, ἀπὸ τῦ γυμνάζειν, quo verbo idem vtitur. γυμνασία autem, siue (quod apud prophanos auctores magis est vsitatum) γυμνάσιον, exercitatio propriè denominatur à loco, quem γυμνάσιον Græci appellant. Is locus erat in publica aliqua vrbis regione extructus, in quo vngendi, fricandi, luctaturi, discum iacturi, aut talè quippiam facturi, confluebant, teste Galeno lib. 2. de Sanitate tuenda. Omnino vox hæc γυμνασίας, siue γυμνασίε olim nudorum corporũ exercitationem propriè significabat, γυμναστικὴν dictam, qua Græcorum adolescentes ex Solonis instituto vsi fuerunt, non solùm vt animosiores fierent, & ad rem militarem magis idonei, sed etiam ἐυεξίας, id est, bonæ habitudinis acquirendæ, & sanitatis conseruandæ causa, quam Plato lib. 7. de Legibus vehementer commendat. Postea hæc vox pro quauis exercitatione vsurpari cœpit, vt & γυμνάσιον pro quouis loco, siue corporis, siue animi, vt artium ac disciplinarũ, exercitationibus destinato. Exercitatio porrò aliàs à Græcis πόνος, & ἄσκησις, Latinè labor, exercitium, seu exercitatio appellatur. Secundò duplex hîc à Paulo exercitatio proponitur vna, quam πρὸς εὐσέβειαν appellat, id est, pietatis exercitium: alteram, quam vocat γυμνασίαν σωματικὴν, id est, exercitationem corpoream, quam Chrysostomus corporis motum agitationémue definit, quæ sanitati conducit: vt est venatio, ludus, fossio, aut quæ à Medicis iubentur fieri ad superuacaneos corporis humores consumendum. Suidas quoq; duplex exercitationum genus facit: vnum τῦ σώματος, id est, corporis, quæ si arte fiant, corpori: alterum, τῆς ψυχῆς, id est, animi, quæ animo εὐεξίαν, id est, bonum habitum conciliant.

Exercitationis nomina.

γυμνασία siue γυμνάσιον propriè quid significet.

γυμνασία & γυμνάσιον impropriè quid significẽt

Exercitatio duplex à Paulo proponitur.

Exercitationis definitio.

Quò ad corpoream exercitationem, quæ, Galeno auctore, is est corporis motus, qui & vehementior est, & anhelitum alterare potest, hæc ferè illius genera ab eodem recensentur: πάλη, id est, lucta: παγκράτιον, id est, certaminis genus id, quo intentis omnibus corporis viribus, magna contentione certatur, πυγμὴ, pugillatus: δρόμος, cursus, saltus, disci iactus, coryci, follis, pila palmaria, & alterũ lusus. Item τὸ περιπατεῖν, id est, summis pedibus ingredi, tensis in sublime manibus, antea & retro

Exercitatio qualis motus. Lib. 2. de Sanit. tuend.

Exercitationum genera.

& retro agitatis: τὸ ἀναπλιθελίζειν, in plethro prorsum, retrorsumque currere: τὸ σκιομαχεῖν, seu σκιομαχία, umbratili armorum pugna exerceri: τὸ ἀκροχειριζεσθαι sive ἀκροχειρισμὸς, summis manibus concertare: τὸ δισκοβολεῖν, discum iactare. Coryci, follis, & alterum lusus, cuiusmodi fuerint vide Valleriolam lib.2.locor.comm. cap.10. His adde venationem, equitationem, iaculationem, ambulationem, choream, modulationem vocis, sive cantus, frictionem, lectionem. Horat. lib.2. Satyr. quinque enumerat exercitationum genera, venationem, equitationem, militiam, disci iactum, ludum pilæ. De pilæ ludo, quem Horatius dixit lippis & crudis inimicum esse, vide Hieronymi Magij Miscellan. lib.1.cap.11.

Exercitationū differentiæ.

Omnes porrò huiusmodi exercitationes corporis diuiduntur multifariam. Vel secundùm finem: sunt enim aliæ, teste Galeno, tantùm exercitationes, quæ exercitij solùm, & animi, aut etiam bonoris gratia suscipiũtur: vt lucta, pancration, pugillatus, cursus: aliæ sunt exercitia simul, & opera, vt fodere, arare, remigare, vites putare, gestare onus, naues fabricare, domos extruere, venari, piscari, iter facere. Vel diuiduntur secundum qualitatem. Sunt enim alia exercitia ὅλου τοῦ σώματος, id est, robusta, valida, violenta: alia mitiora. Illorum item differentia petitur à partibus: alijs enim lumbi, alijs thorax, alijs superæ, alijs inferæ partes, alijs totum corpus agitatur. Verùm de his exercitationum generibus, qui vult plura cognoscere, is legat Gal. lib. 2. de sanitate tuenda, Celsum lib.1. cum commentarijs Paulini, Oribasium lib.6. collect. ad Iulianum, Heresbachium in lib. de educandis Principum liberis, cap. 30. Leuinum Lemnium in libro de vita optimè instituenda cap.44. vbi exercitatione docet defatigatas vires instaurari cùm animi, tùm corporis: Valleriolam lib.2.locor.com.cap.10. Christoph. à Vega lib.2. Sect.2. Hæc de exercitationis nominibus, definitione, diuisione, atque generibus sint dicta.

Exercitiorum ad tuend. sanit. vtilitas. Lib.6. Epid. par.4.cap.26.

Nunc de eius vtilitate in genere quædam dicam. D. Paulus cùm animi & pietatis, tùm corpoream exercitationem vtilem esse fatetur: sed tamen verè sapienterq; primas pietatis, atq; virtutum exercitationi tribuit. Ad sanitatem tuendam quantum momenti exercitatio habeat, cùm constanti auctorum omnium consensu, tùm ipsa experientia est exploratissimum. Huc facit gratissima illa Hippoc. sententia, ἄσυπνος ὑγίης, ἀκοπίη ξοφῆς, ἀσχυὶη πόνων, id est, Sanitatis, studium est, non satiari cibis, & ad labores esse impigrum. Idem, ἡ μὲν χρῆσις, inquit, τὰ μέλη μεγαλύνει, ἡ δὲ χολὴ τήκει, id est, Vsus membra magna reddit, otium verò tabefacit. Galenus lib.2. de tuend. valetud. Sanitatis tutela, inquit, à labore est auspicanda. Et paulò post: A laboribus ordiendum. Libro item de boni, & mali succi cibis: Ad tuendam sanitatem mirum in modum prodest, corpora moderatè exerceri: at contra quies, & otium diuturnum maximo nocumento est. Idem eodem in libro, quòd ipse vnà cum suo sodali multos ad annos incolumis vixerit, exercitijs commodis fert acceptum, quibus cruditates vitauerit. Idem Aristot. affirmat in Problematis, dum illud inquirit, Cur cibum minuere, laborem autem augere, salubre sit: An, inquit, quia causam egrotandi affert excrementorum copia, quæ tum certè existit, cum aut cibus superest, aut labor deest. Celsus lib.1.cap.1. Ignauia, inquit, corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Idem cap.2. Prima corporis curatio, exercitatio est. His suffragatur Plato, qui in Timæo dicit, exercitium roborare, quietem verò contabefacere. Galenus lib.1. de tuend. sanit. Exercitationibus firmitas quædam membris accedit, & naturalis calor accenditur, & ex partium inter se attritu duritia quædam, indolentiaq; comparatur. Idem lib.2. de sanit. tuenda magis disertè probæ exercitationis cõmoda hæc tria refert: nimirum, membrorum duritiẽ ob partium vehementiorẽ attritum: genuini caloris augmentum: & spiritus concitatiorẽ motum. Ad hæc verò magna sequuntur commoda. Nam ex duritie membra valida redduntur ad reliquos motus, ita vt minus ab ijsdem, & similibus lædantur: consueta namq; longo tempore, minus inconsuetis molestare solent. Ex caloris autẽ augmento omnes naturales functiones fœlicius perficiuntur, attractio potissimũ, nutritio, & coctio: deinde verò solidorũ mollitio ex humectatione: humidæ verò partes attenuãtur, & meatus laxantur. Spiritu quoq; vehementius cõcitato, pelluntur excremẽta, & meatus exigui purgantur, Hac Gal. de exercit. comm. scripsit. Vnde Hip. quoq; his consentanea lib.6. de morb. popul. part.5. dixit: Labor articulis, & carnib. cibus, & somnus visceribus est vtilis. Labor enim articulos roborat, & carnẽ auget, delato sanguine per vniuersam corporis molẽ: cibus

2. Probl. sect. probl. 47.

verò recens sumptus alit viscera, vti ventrem: & somnus viscerum functiones adiuuat, & perficit. Exercitationes saluberrimæ sunt, & veri comparatæ, quod inter tempora saluberrimum est, Gal. lib. 4. aphor. com. 20. Exercitatio supplet vicem purgationis humorum, qui sunt in profundo corporis, ibidem. Exercitia, collectas singulis diebus superfluitates expurgare possunt, Idem lib. 3. aphor. com. 15. Ab exercitijs animæ vniuersa, illius virtutes augetur, & robur accipiunt, Gal. li. de Assu. Exercitatio excrementa soluere potest, tum per sudoris meatus eijcere, Idem lib. 1. de sanitat. tuend. Exercitijs modicis tùm corporis, tùm animi custoditur intra sanitatis fines calor natiuus, Ibidem. Deniq; quantam vim cùm animi, tùm corporis exercitatio possideat, ad vtriusq; statum tuendum saluum, & incolumem, egregiè sanè Plato omniũ philosophorũ facilè princeps, in Theæteto his verbis testatur: ἡ τῶν σωμάτων ἕξις ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας ἐξόλλυται, ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς δεῖ πολὺ σώζεται: ἡ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ ἕξις ὑπὸ μαθήσεως μὲν, καὶ μελέτης κινήσεων ἐστὶν κτᾶταί τε μαθήματα καὶ σώζεται, καὶ γίνεται βελτίων; ὑπὸ δὲ ἡσυχίας ἀμελετησίας τε καὶ ἀμαθίας ἔστιν, ἔστιν μανθάνει, ἅττ' ἂν μάθῃ, δηλαδὴ λανθάνεται. Hoc est, corporum habitus quiete, & otio corrumpitur: exercitijs, & motibus magna parte conseruatur. Itidem animæ habitus institutione, ac meditatione, quæ motiones quædam sunt, doctrinas consequitur, seruatur, meliorá; euadit. Otio autem, quod ab omni meditatione, disciplinaq; vacatio est, neq; discit quicquam, & si qua didicerit, obliuiscitur. Hæc vera sanè, planèq; aurea Platonis sententia ad animi, corporisq; nostri honestam, moderatamq; exercitationẽ nos meritò incitare: & contrà ab otio & ignauia, ceu maximis vtriusq; partis pestibus, auocare atq; deterrere debet. Hinc illas potissimùm exercitationes antiqui maximè laudarunt, quæ simul & bonam corporis valetudinem, partiumq; concinnitatem, & animi virtutẽ efficere atq; conciliare possint: cuiusmodi est paruæ pilæ lusus, vt testatur Galen. lib. de eiusdem exercitatio: Exercitationum omnium, inquit, ea est optima, quæ non modò corpus fatigare, verùm etiam animũ oblectare potest. Hæc de exercitationis siue animi, siue corporis vtilitate (quã Paulus perstringit) sint dicta. In primis verò, auctore, ac monitore Paulo sapientissimo, pietatis, cæterarumq; virtutũ exercitatio nobis est suscipienda, ex qua in animum pariter, atq; corpus nostrum, non temporales modò, verumetiam æterni lætitiæ, voluptatis, atq; gloriæ fructus redundabunt.

Sed quoniam de corporis potissimùm exercitatione nunc agimus, tempus eius maximè commodum & oportunum, de medicorũ ferè omnium consilio atq; sententia, est ante cibi potusq; sumptionem: postquàm ea, quæ in ventre, & in vasis subsunt, probè elaborata atq; concocta fuerint, vt iam denuò cibum sumendi tempus instet. Hoc egregiè Hippocrates his verbis docet: πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, id est, labores cibos præcedant. Idem, li. 6. Epid. part. 6. aphor. 6. πόνοι, σιτία, πόται, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια, Labor, cibus, potus, somnus, venus, mediocria omnia. Hic à labore incepit, siue exercitatione, quæ cibi quasi πρόδρομος esse debet. Gal. lib. de exercitio paruæ pilæ: Exercitia ad bonam valetudinẽ conferre, & cibos antecedere debere ab antiquis præstantissimis tum philosophis, tùm medicis traditum est. Idem similiter lib. 2. de sanitate tuenda præcipit: διόπερ δὲ καθαίρει τὰς πόρους, καὶ κενοῖ τὰ περιττώματα, κάλλιον αὐτὸ πρὸ τῶν σιτίων ἀναλαμβάνεσθαι, Quoniã, inquit, & exiguos meatus expurgat (exercitatio) & excrementa expellit, vtilius est eam ante cibos adhiberi, idq; ratione sanè optima. Nam si à cibo corpus laboribus exagites, crudis omnino humoribus implebis: quemadmodũ idem lib. de boni & mali succi cibis docet his verbis: ὥσπερ γὰρ ἀγαθὸν μίγμα εἰς ὑγείαν ἅπασα κίνησις δεῖ σιτίοις, ἀναδίδοται γὰρ τῆς κοιλίας ἡ τροφὴ πρὶν πεφθῆναι, Id est, Quemadmodum sanitati maximè conducit ante cibũ exerceri: ita pernitiosissima res est, omnis post cibum motio. Distribuitur enim, siue excutitur è ventriculo tum cibus, antequàm concoquatur. Idem eodem in libro: Exercitatio, inquit, ante cibum succos crassos concoquit. Celsus lib. 1. cap. 2. Quem, inquit, interdiu vel domestica, vel ciuilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod seruandum curationi corporis sui est. Prima autem eius curatio, exercitatio est, quæ semper antecedere cibum debet: in eo, qui minus laborauit, & benè concoxit, amplior: in eo, qui fatigatus est, & minus concoxit, remissior. Commodè verò exercent, clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio. Huiusmodi verò corporis præparatio, quæ fit per exercitationem, cibum potumq; non vtilem modò, atque salubrem, verùm etiam suauem & iucundum eum sumentibus præstat. Idipsum Homerus quoq; egregiè expressit ῥυτόμυ similitudine, cuius hæc sunt verba. Ιλ. λ.

Lib. 4. Epid. part. 4. aph. vlt.

ἡμῖν

ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὠπλίσατο δόρπον
ἔρεος ἐν βήσῃσιν, ἐπεὶ τ' ἐκορέσατο χεῖρας
Τάμνων δ' ἐνδρία μακρὰ, ἄδοστι μιν ἵκετο λώμη,
Σίτου τε γλυκεροῖο θοὴ φρένας ἵμερος αἱρεῖ.

In quæ verba sic Eustath. Homerus, inquit, dum ligni sectorem inducit cibum dulcem appetisse post laborem, docet μετὰ πόνες ἐμφορεῖσθαι σιτίων πρὸς τὸ ἐυόρεκτον, *id est, ad ciborum appetitum vtile esse, eos post laborem capere. Et ibidem:* ἔστι δὲ ὄντως ὁ γυμνασιὸς πόνος καὶ βρώσεως ὄρεξις, καὶ δεῖ τοιούτου πόνου, ὡς τὸ μετὰ πόνου φαγεῖν, *hoc est, Est nam & reuera labor, exercitij causa susceptus, cibi condimentum: nec vllum est obsonium tàm suaue, quàm post laborem edere. Addacit quoq; Socratis exemplum, qui cùm, vt à Cic. recitatur, vsque ad vesperum (quo cibum antiquitus capere solebant) contentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret, respondit, se, quò melius cœnaret, obsonare ambulando. Eustath. inquit, is qui Socratis responsum audiuerat, putarat illum* πρὸς ὀψημάτων ἐθέλειν, *id est, obsonium aliquod quærere: at significabat se laborare, vt tanto maiori cum voluptate, salubritateq; cibo vteretur. Nam cum omne voluptatis genus desyderio præcedente conficiatur, desiderijs, vt eleganter Cicero inquit, epulæ condiuntur. Itaque, vt idem testis est, Darius ille, quem Alex. Magnus bis acie superauit, cùm in fuga aquam* Darius.
turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit vnquam se bibisse iucundius: nunquam enim bibendo sitim depulerat, quam videlicet nunquam expectarat. Sic nec Ptolomæus esuriens ederat, cui cum peragranti Ægyptum comitibus non consequutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Huc facit Socraticum illud apophtegma, optimum condimentum Ptolemæus.
fames (cui simile illud nostrum vernaculum, optimus coquus fames) quo ille luxum Athenienſium Socratis apophtegma.
perstringebat, qui varijs cupedijs, atque condimentis operosis conarentur efficere, vt cibus saperet palato, cum id optimè præstet fames, condimentum vt optimum, ita vtilissimum. Nihil enim suauius edi, quàm quòd edatur ab esuriente. Cic. lib. 2. de finibus bonorum: Diceret, id, quòd Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem: potionis sitim. Huc facit Antiphanis illa sententia apud Stobæum:

Απαντα ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὑτοῦ ποιεῖ, *Id est,*
Prater seipsam cætera edulcat fames.

Eandem sententiam sic apud Athen. lib. 4. effert Xenophon: ἡδὺ μὲν μάζαν τῷ κάρδαμα φαγεῖν πεινῶντι, ἡδὺ δὲ ὕδωρ ἀρυσάμενον ἐκ ποταμοῦ διψῶντα πεῖν, *Id est, Dulce est mazam, & nasturtium edere esurienti, (cui simile illud peruulgatum, famem efficere, vt crudæ etiam fabæ faccharum sapiant) dulce est sitienti aquam è fluuio hausiam bibere. Ibidem refert Socratis dictum paulò ante ex Cic. recitatum. In Phiditijs Lacedæmoniorum, vt Cic narrat 5. Tuscul. disputat, cum Tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum: Tum is, qui illa coxerat, minimè mirum, inquit: condimenta enim defuerunt: quæ condimenta inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum condimentur epulæ. Hinc Hippolitus quoque apud Euripidem ait: redeuntibus à venatione plenas mensas esse iucundas: significans nimirum exercitatione, & labore corporis, cibi cupiditatem excitari. Verba Euripidis hæc hæc sunt:* Σίτων μέλεσθε, τερπνὸν ἐκ κυναγίας ξάπεζα.
Hinc Galliarum reges vidi venationibus (quarum vsum Xenophon mirificè commendat) se ante cibi sumptionẽ exercentes. Sic Alexander ille Magnus, cum solitos obsoniorũ artifices abiecisset, dixisse fertur, χρείττονας αὐτὸν ἔχειν ὀψοποιὸς, πρὸς μὲν ἄριστον νυκτοπορείαν, πρὸς δὲ δεῖπνον ὀλιγαρκείαν, *Id est, meliores enim se habere, & secum ducere cõditores siue coquos: nempè nocturnã profectionem ad condiendum prandium: ad cœnam verò, prandij tenuitatem. Labor ergo ante cibũ, vt ex his cõmemoratis constat, coci est similis, cibũ optimè condientis. Cyrus similiter, teste Xenoph. lib. 2.* ἀπόμυμον: *nunquã cœnasse fertur, priusquàm sudaret, aut laborem aliquem rerum bellicarũ, aut rusticarum obijsset, ideoq; secunda perpetuò valetudine vsus fuisse perhibetur. Idem quoq;, cum non suæ tantùm, sed suorum etiam valetudini optimè vellet esse consultum, summã curam adhibuit, vt ne illi vnquã* ἀνίδρωτοι, *id est, sine sudore, id est, labore præcedente ad prandium, cœnamúe accederent. Sic Ægyptia iuuentus Amasis edicto, non prius cibũ capiebat, quàm 180. stadia percurrisset,* Ægyptia iuuentus.

Galenus. teste Herodoto. Galenus quoq; non præceptis tantùm, sed etiam exemplo suo, ante cibi potusq; sumptionem laborandum esse docuit. Nam ipse aliquando in agro tum ligna findere, tum fodere, & alia quædam opera rusticana, exercendi corporis causa, facere deprehensus est. Hinc profectò fieri puto, quòd, vt experientia quotidiana testatur, rustici, opifices, operarij, nautæ, baiuli, alijq; laboriosam vitam agentes, licet mali succi alimentis vtantur, tamen saniores sint atq; robustiores, quàm homines diuites & otiosi, qui exquisitissimis cibis fruuntur. Nam quoniã illi, diuino & antiquissimo illo Dei præcepto obsequentes, laboribus atq; sudoribus victũ sibi comparant: hinc fit, vt singulari Dei beneficio bona valetudine fruantur, rarissimeq; morbis conflictentur, etiamsi in victu grauissimè delinquunt. Nec verò vtilitatis tantùm, salubritatisq; (adde etiam iucunditatis) ratio: verùm etiam honestas, pietas, ipsaq; lex diuina nos ad labores ante cibum potumq; suscipiendos, meritò impellere debet, secundùm illud, in sudore vultus tui vesceris pane, id est, cibo tuo: &, qui non laborat, non debet edere. Danda est igitur Christianis omnibus opera, non vtilitatis tantùm, verùm etiã pietatis gratia, vt non prius cibo potuq; necessario vtantur, quàm pio, honesto, vtiliq; aliquo opere atq; labore sese exercuerint.

An statim ab exercitatione cibus sumẽdus. Sed quæritur etiam à Medicis, an statim cibus sumendus sit ab exercitatione, an verò aliquo temporis interuallo interposito. Hanc quæstionem rectè soluit Galenus in Comment. qui neq; ab exercitatione, neq; à balneo (idem de balneo Hippoc. lib. 3. de rat. vict. acut. Sect. 55. docet) statim cibos sumendos esse censet, inquiens: Sedata, quæ ex balneo est, turbatione, tum esse, tum bibere melius est, veluti & composita ea, quæ ab exercitatione oritur. Rationem addit. Nam cibum protenus, aut potum sumere caput replet, deuoratumq; interdum superfluitare facit. Nam per exercitationẽ sanguis agitatur, spiritus & calor ad extremas partes effunduntur, interna partibus calore destitutis. Nõ igitur licebit cibum accipere, donec agitatio sedetur, & calor ad intima reuocetur, id quod ad ciborum coctionem est necessarium. Sed de hac quæstione vide plura apud Christ. à Vega lib. 2. sect. 2.

De Frictionum vsu. Nunc de iusto legitimoq; exercitationis cuiuscunq; modo atq; ratione quædam dicenda. Olim Frictionis, quam ἀναξυσμὸν Græci appellant, maximus & frequentissimus vsus apud veteres fuit, vt ex Hippoc. Galeni, & aliorum medicorum libris constat. Hæc exercitationẽ & antecedebat, & cõsequebatur. Quæ fiebat ante exercitationẽ, προπαρασκευὴ, id est, præparatoria, seu præcursoria: quæ post, ἀποθεραπευτικὴ, Latinè recuratoria dicta est. Vtriusq; accuratam descriptionem secundùm veterum consuetudinem habes apud Pantinum in eius commentarijs in Cels. lib. 1. cap. 1. & Valleriolã lib. 2. loc. com. cap. 11. Christoph. à Vega lib. 2. sect. 2. & in primis Hipp. lib. de med. offic. siue chirurgiæ officina, & Gal. in lib. de sanit. tuenda. Desuetudine abolita est frictio, quæ antiquitus senibus, & sedentariam vitam degentibus, exercitijs vicaria erat: etiam nunc, vt vult Antonius Niger lib. de conseruanda valetudine, vtilitatem allatura maximam, si in nostros mores reuocaretur. Valleriola tamẽ existimat, nos frictionibus illis, præparatoria, inquam, & apotherapia, nõ magnopere indigere, vt quæ magis athletis, quàm his, qui tuendæ valetudinis causa exercentur, conueniant. Illis enim ob immodicos, quos instituti gratia obeunt labores, vtraq; opus est: qui tantùm valetudini, non robori, & viribus augendis studemus, frictionibus illis opus non est: vt quibus nec immodicos labores adire vtile sit, nec à laboribus immodicis lassitudinem sentire, vt ad eam leuandam apotherapia, ceu salutari, præsidio egeamus. Obseruandum præterea est, optimum medicorum consiliũ, qui exercitationẽ non prius adhiberi volunt, quàm & hesterno cibo probè confecto, & alui, vesicæq; excrementis eductis. Quòd ad prius, qui non concoxit, inquit Celsus lib. 1. cap. 2. ex toto conquiescere, neq; labori se neq; exercitationi, neq; negotio credere. Periculum namq; est, ne priusquã probè concocta sunt, quæ cruda manserunt, in habitũ corporis, ipsius exercitationis vi & potestate, deducantur: quo nihil nocentius corpori accidere potest. Concoxisse autẽ nos, vt Medici docent, atq; ad laborem, exercitiumúe subeundum probè apparatos esse, vrinæ à somno redditæ color indicabit. Siquidem quæ dilutæ est, & aquæ speciẽ referens, crudum in venis subesse succum, nec satis elaboratum indicat, tuncq; quiescendum. Vndè est illud eiusdem Celsi: Qui benè concoxit, manè tutò surget, qui minimè in lecto quiescere debet, &c. Sin verò ruffa, & biliosa vrina manè appareat, coctum esse huiusmodi succum demonstrat, tumq; exerceri conuenit. At exonerare prius excrementa vesicæ & aui apportet, ne ea spiritus motionisúe impetu impulsa meatus corporis obstruant: aut solidæ partes excrementis onustæ, noxam ab ipsis percipiant, aut conuulsæ, vel ruptæ, vel immodicè distentæ.

Exercitatione quando vtendum.

Habendam

Habendam adhæc, & ipsius personæ, quæ exercetur, & loci, & temporis rationem, diligenter medici præcipiunt. Vide hac ipsa de re Scholam Salernitanam, quæ monet, cibum non esse sumendũ, cum ventriculus adhuc vitiosis humoribus plenus, & cibus primus nondum benè concoctus fuerit.

Quòad personas, certùm est non omnes omnibus conuenire, sed alias alijs. Gracilibus enim, & attenuatis, mitiora atq; remissiora: fortibus & robustis, validiora, ac robustiora cõueniunt exercitia, de quo vide plura apud Hippoc. in lib. de Salubri diæta. Sic alia exercitia senibus, alia pueris, alia iuuenibus conducunt, de quo Gal. lib. 6. de Sanit. tuend. De exercitationibus valetudini puerili congruis, vide plura apud Heresbachium in lib. de educandis Principum liberis, cap. 30. Studiosis literarum, ijsq;, qui vel politicam, vel ecclesiasticã, vel aliam vitam quietam, grauiq; labore vacuã ducunt, Plutarch. in lib. de Sanitate tuenda, vocis, sermonis, lectioniſq; exercitationes (de quibus ibi plura legere poteris) adhibendas suadet. Pilæ quoq; palmariæ lusus (cuius vtilitatem Gal. libro peculiari descripsit, quiq; hodie in Galijs vsitatissimus est) literatis hominibus videtur apprimè conducibilis. Nec minus commoda deambulatio (qua Socratem vsum fuisse suprà diximus) mediocris per amœna, & virentia loca, placido & sereno cælo, censeri debet: qua quidem probè & vniuersum corpus exercetur, & appetentia excitatur, & calor natiuus excuscitatur, & membra roborantur, & color blandus, ac suauis redditur, excrementisq; corpus exoneratur. Iamblichus quoq; testis est, Pythagoreos cùm manè, tùm etiam vesperi deambulationibus vti fuisse solitos: post quas lauabantur: lauti cœnabant. Vtile verò est, vt medici monent, mane circa montes: vesperi verò ad amœni fluminis ripas spaciari, vti Actius Saunatius elegantissimo hoc epigrammate testatur:

Sol iubet exoriens Faunos, Dryadasq; puellas
Quærere, & herboso ducere monte choros:
Declinis vitreas suadet descendere ad vndas,
Doridaq;, & lusus ô Galatea tuos.
Causa patet: quia sublimes cùm tendit in arces,
Nos quoque per saltus, & iuga summa rapit.
Quum verò Hesperios petit imæ Tethyos amnes,
Exemplo ad fontes nos vocat ipse suo.
Hinc adeò natura hominum loca manè requirit
Ardua cæruleis vespere gaudet aquis.

Quòd ad locum, melior Celso videtur deambulatio sub diuo, quàm in porticu: melior (si caput patitur) in Sole, quàm in vmbra: melior in vmbra, quam parietes, aut viridaria efficiunt, quàm quæ tecto subest. Galenus quoq; exercitationis cuiusuis differentias petit à loco, quòd aut sub dio fiat, aut sub tecto, aut in mista vmbra, Lib. 2. de tuend. sanitate.

Quod ad tempus attinet, illius quoq; ratio habenda: In æstate enim remissior, & leuior, atq; in vmbra: in hyeme, concitatior, diuturnior, atq; in Sole exercitatio cõuenit, vt volũt medici. Sic Hippocrates lib. de salubri diæta: Exercitijs qui vtuntur, hyeme currere, ac luctari debent: æstate verò luctari quidem parum, currere autem minimè: sed multũ deambulare ad ventum & frigus. Sed plura de exercitationum differentijs pro anni temporibus, vide apud Gal. lib. de salubri diæta.

Consuetudinis quoq; in primis ducenda est ratio, cùm omnis subita mutatio, si modũ excesserit, noxia sit, teste Hipp. lib. 2. de Curat. vlc. acut. text. 55. ad finem. Vt autem exercitationibus honestis, vilibus, atq; temperatis ante cibum vtendum est sanitatis ergò, quibus nimirum corpora nostra, ad cibum potumq; validius attrahendum, promptius permutandum & concoquendum, quasi præparentur: ita contrà eorum damnanda est consuetudo, qui non sanitatis, sed potius vel auaritiæ, vel voracitatis, atq; ebrietatis causa, huiusmodi progymnasijs vtuntur: quò nimirum maiori cibi potusq; copia sese ingurgitare, ac immanissima illa potandi certamina, tantò facilius ferre, ac sustinere possint. Quid dicam, quod multi non modò corporis exercitationibus, verùm etiam antipharmacis, & antidotis quibusdam, vt amygdalis amaris, persicorũ nucleis, atq; foliorũ eius arboris expresso succo, absinthij Pontici diluto, nuce muscata, & in primis brassica, Catoni ad fastidium vsq; nobilitata, aliisq; huiusmodi vtuntur ad sese aduersus ebrietatẽ muniendum: cum optimum aduersus illam animi coriporisq; pestem antipharmacũ sit, timor domini, verbum Dei, crebra cogitatio quàm turpe, quàm inhonestũ, quàm animi, corporisq; saluti dãnosum, atq; pernitiosum sit illud vitiũ.

Vera & optima aduersus ebrietatem antidota.

Digitized by Google

Exercitationis denique, auctore Celso lib. 1. cap. 2. plærunq; finis esse debet sudor, aut certè lassitudo, quæ citra fatigationem sit: idq; ipsum modò minus, modò magis faciendum est. Galenus lib. 2. de Tuend. Sanit terminum exercitationis vult esse anhelitus mutationem. Paulus Ægineta lib. 1. cap. 16. animæ ad spissitudinem alterationem. Hæc de exercitatione, qua primò corpus ad salubrem, utilemq; cibi potusq; sumptionem est præparandum.

DE BALNEIS ATQVE VNCTIONIBVS VETERVM ANTE EPVLAS VSITATISSIMIS.

De balnearum veterum vsu, forma, atque partibus.

CAPVT XXV.

NVNC de *Ablutione, siue balneis, atque vnctione (quæ exercitationem apud veteres plærunque fuerunt consequuta) dicendum. Celsus lib. 1. cap. 2. Exercitationem, inquit, rectè sequitur, modò vnctio, vel in sole, vel ad ignem: modò balneũ, sed in conclaui, quàm maximè & alto, & lato, & spatioso. Ex his verò neutrum sæpe fieri oportet, sed sæpius alterutrum pro corporis natura. Post hæc paulùm conquiescere opus est. Idem lib. 1. cap. 1. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis vti: modò vngi, modò ipsum negligere. Fuit omnino mos hic antiquorum frequens, ac penè quotidianus, vt ante cœnam in balneis lauarentur: Vnde Vitruuius, Tempus lauandi, inquit, à meridiano ad vesperum est maximè constitutum. Huiusce moris crebra in Plinianis epistolis fit mentio, vt lib. 3. epist. de Spurina. Lotus accubat, & paulisper cibum differt: interim audit legentem remissius aliquid, & dulcius. Paulò post, apponitur cœna non minus nitida, quàm frugi, in argento puro, & antiquo. Idem eod. lib. epist. 5. de auunculo suo. Æstate siquid otij, iacebat in sole, liber legebatur, adnotabat, excerpebatq; Post solem plærunq; frigida lauabatur, deinde gustabat, dormiebatq; minimum. Aqui adeò antiquissimis illis Troianorum temporibus, hunc ante cibum lauandi morem fuisse vsurpatum, Homeri monumenta satis superq; testantur: de quo antequam dicamus, de nominibus prius pauca quædam præmittemus.*

Lauationes, siue lotiones corporis à Græcis λόυτρα, & per contractionem λοῦτρα communiter appellantur: quæ quidem sunt duplices: frigidæ nimirum, & calidæ. Frigidæ, quæ aquis fiunt frigidis: calidæ, quæ aquis vel sua sponte atque natura calidis, (quæ thermæ vocantur) vel calefactis constant, quas Græcè propriè βαλανεῖα: Latinè, nomine inde deducto, balineas siue balneas, item balinea siuè balnea, & balnearia appellari volunt. Βαλανεῖον *Græcè, vt volunt Grammatici, dicitur ἀπὸ τῦ βάλλειν τὰς ἀνίας, hoc est, quòd tristitiam, lacessitudinemq; depellat: vndè λοῦτρα ἀπὸ πόνων παντοῖα eleganter ab Athenæo appellantur lib. 1. Eódem alludit Acanthio seruus apud Plautum in Mercatore.*

Cæl lib. 30. cap 17.

Βαλανεῖον, eius notatio.

Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent. Idem Homerus ipse videtur innuere illis verbis, Οδ. Κ.

——λὸ δὲ ξίφος μεγάλοιο
Θυμῆρες κεφάσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,
ὄφρα μοι ἐκ χάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυῖων.

Idem testatur Augustin. lib. 9. Confess. Suidas autem βαλανεῖον, inquit, τὸ λυτρὸν παρὰ τὸ βαλάνους παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ὑποκαίεσθαι, id est Balneum dicitur lauacrum, quod antiquis ad illud succendendum glandes subijcere soliti essent. Nam, vt idem inquit, veteres glandibus vesci soliti, cortices igni alimenta præbuerunt. Indè βαλανεὺς balneator, & βαλανείτης, πολυπράγμων, περίεργος, teste eodem: credo, quia balneatores genus est hominum valdè curiosum. In fœmin. βαλανὶς, & βαλάνισσα, balneatrix dicitur. Latinè in singulari numero balineum, & balneum: in plurali balineæ, siue balneæ, & hæc balnea dicuntur, auctore Phoca. Est autem hæc differentia, quod balneæ publicæ fœminino genere dicuntur: balnea verò sunt priuatorum, sicut docet M. Varro lib. 2. de Analogia. Hinc apud Apuleium, Balneas facile percontabimur: & apud Gell. lib. 3. Noct. Att. cap. 1.

Digitized by Google

cap.1. *Apud balneas Sicias cum philosopho Fauorino ambulamus.* Plin.lib.31,cap.1. *Vapore ipso quoq; aliquæ aquæ prosunt: tanta est vis, vt balneas calefaciant. Promiscuè tamen vsurpantur ista ab eruditis: vndè Plin. M. Agrippa balnea publica fecit, &c. Sic Cic. balneas vocat, balnea M. Bruti priuata, lib.2. de Orat. Quàm multa de balneis, quas nuper ille vendiderat. Idem, in Orat. pro cluentio, Eas, inquit, balneas non ex libris patris, sed ex tabulis, & ex censu quærere.*

Moris porrò huiusce non certas tantùm corporis partes, siue membra, sed totum corpus ante cibi sumptionem lauandi atq; vngendi crebra admodum apud Homerum fit mentio: Vt Ιλ.Κ. *sub finem de Diomede & Vlysse, vbi duplicis lauationis fit mentio: primò enim aqua marina, deinde dulci calefacta, vt opinor, corpora sua abluerunt:*

Αὐτοὶ δ' ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ
Εσβάντες, κνήμας τε, ἰδ' ἰλύφον, ἀμφίτε μηρὲς.
Αὐτὰρ ἐπεί σφιν κῦμα θαλάσσης ἱδρῶ πολλὸν,
Νίψεν ἀπὸ χρωτὸς, καὶ ἀνέψυχθεν φίλον ἦτορ.

En prima species lauationis, quæ facta est aqua marina. vbi Eustath. annotat, ῥᾴτερα μὲν ἀποθαπτικὸν τὸ ἐν θαλάσσῃ νιφθῆναι, καὶ ἀναψυχῆς δέ τινος αἴτιον, *Id est, Mari lauari cùm ad sordium depositionem, tùm ad animi recreationem facit. Subiungit deinde alteram lauationis speciem:*

Ες ῥ' ἀσαμίνθους βάντες δμῳὲς λύσαντο.
Τῷ δ' ἐλοιασαμένω, καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ
Δεῖπνον ἐφιζανέτην ἀπὸ δὲ κρητῆρι θοῇ ἀθήνη.

Hinc colligitur, inquit Eustath. veteres post lauationem vngi fuisse solitos. τῷ δεῖπνῳ ἐφιζάνειν, ἐστὶ ἄνω τῇ δείπνου καθῆσθαι. *Sic* Οδ.β. *de famulis, seu lotricibus Nausicaæ:*

Αἱ δὲ λοιασάμεναι, καὶ χριασάμεναι λίπ' ἐλαίῳ
Δεῖπνον ἔπειθ' εἵλοντο παρ' ὄχθησιν ποταμοῖο.

Omnino in Homericis istis, quæ passim occurrunt, lauationum, vnctionumq; descriptionibus, hæc mihi videntur consideranda.

Primò lauationum quarumcunq; nomen commune. λόεθρα *enim ab Homero appellantur: vt* Οδ.θ. θερμὰ λόεθρα.

Deinde illarum vsus, qui est sordium corporis depositio, lassitudinis depulsio, animi recreatio. de quo paulò antea ex Eustathio. His adde Homeri illa Οδ.Κ.

——λὸ' ἐκτείποδ' ἐφ' μεγάλοιο
Θυμῆρες κεφάσασα κατὰ κροτάφους τε, καὶ ὦμους,
Οφρα μοὶ ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυῖων.

Quibus congruunt illa, quæ supra de βαλανείου *notatione dicta sunt. Plutarchus in lib. de vita Homeri dicit, Homerum his verbis lauacrorum vtilitatem maximè demonstrare: quoniam nimirum calefaciendi, & humectandi vim habent, sicut labores exiccant. Eustath. similiter in hæc ipsa verba (*ὄφρα μοὶ ἐκ κάματον*) finis hic est lauationis. Lauatur enim quis, vt aquis calidis laboris, seu lassitudinis malum depellat: aliàs enim* ἀποῤῥύψεως χάριν, *etiam frigidas quis adhibuerit, vel circa mare, vel circa flumina. Athenæus similiter lib.4. sub Aristot. persona, Homerus, inquit, omnia accuratè persequutus est, etiam hoc parui admodùm momenti non prætermisit,* τὸ δεῖν διαπλύσαντα τὸ σῶμα πρῶτον καὶ λουσάμενον ἴέναι πρὸς τὸ δεῖπνον, *id est, oportere prius curato, & loto corpore ad conuiuium accedere: Et paulò post, mentione facta huiusmodi lauationum, & vnctionum, quæ Homeri temporibus fuerant vsitatæ, subiungit:* ἀπρεπὲς γὰρ, *ait Aristot.* ἦκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ, καὶ κονιορτῷ· δεῖ γὰρ τὸν χαρίεντα μήτε ῥυπᾶν, μήτε αὐχμεῖν, μήτε βορβόρῳ χαίρειν, καθ' ἡράκλειτον, *hoc est, Erat enim, inquit Aristot. indecorum multo cum sudore, & puluere accedere ad conuiuia: quippe cùm viro liberali, & ingenuo, neq; sordere, neque squalere conueniat, neq; limo gaudere, vt Heraclitus inquit. Idem, in illa verba Homeri paulò ante recitata,* Αὐτὰρ ἐπεί σφιν κῦμα θαλάσσης ἱδρῷ, *&c. Vnde, nouerunt, inquit, Troiani belli heroes* λύσεις εἶναι ἄκρι πόνων παντοῖα, *id est, lauacra esse omnifaria lassitudinum pharmaca, quas aqua marina, quæ neruis maximè conducit, soluebant: ac musculorum distensiones* ἐμβάσεις, *id est, lauacri infestione, laxabant. Vsus ergò lauationum, auctore Athenæo, & Eustath. duplex nobis ab Homero proponitur: nimirum mundities, seu elegantia, & animi, corporisq; ex laboribus atq; doloribus recreatio.*

Tertiò lauationum differentia obseruanda, secundùm aquas marinas, & dulces: item aquas frigidas, & calidas. Paulò antea propositum est exemplum ex Homero Diomedis & Vlyssis, qui primò marinis, ijsq; frigidis: deinde dulcibus, & ijs, vt est verisimile, calidis ad se lauandum vsi sunt. Marinis, ijsq; frigidis primò vsi sunt, vt est verisimile, ad sordes potissimùm abluendum, animumq; recreandum: sed quoniam marina aqua constipandi, & meatus obstruendi vim habet, idcircò postea dulcibus, ijsq; calefactis vsi sunt, poros relaxandi, aperiendiq; causa. Verùm crebrior aqua calida, seu calefacta fit apud Homerum mentio: vt Od. θ. de Vlysse:

——ὁ δ' ἄρ' ἀσπασίως ἴδε θυμῷ
θερμὰ λόεσσα. *Vbi Eustath. ἦσλέα δὲ καὶ μάλιστα τοῖς ἐν καμάτῳ τὰ θερμὰ λυτρὰ; cuiusmodi sunt τὰ ἡράκλεια λυτρὰ, id est, balnea Herculea, quae calida fuerunt, secundùm Comicum Pindarum, quibus aerumnosus Hercules gaudebat, à Minerua subministratus. Hinc prouerbium, Herculana balnea, quoties aetate, aut labore quopiam fatigatus, ministeriū paulò diligentius, ad vires reficiendas, adhibetur. Plato lib. 6. de Leg. γεροντικὰ λυτρὰ, id est, senilia balnea, calida vocat, ijsq; senes assuescere hortatur. Et vt Homerus canit, lauare, edere, & molliter dormire δῶρα θεῶν γερόντων, id est, senum iusta sunt.*

Quartò, aquas balneares calefaciendi modus, apparatusq; sæpè ab Homero proponitur: vt Od. K. de Circes famula,

ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιεν
Πολλὸν ὑπὸ ξίποδι μεγάλῳ, ἰαίνετο δ' ὕδωρ. (id est, ἐχλιαίνετο, ἐθερμαίνετο,
ἀυτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤτορι χαλκῷ. (*Eustathius.*)

Ζέσσειν idem quod παφλάζειν, ἢ καγχλάζειν. ἤνοψ etiam nunc ὁ χαλκὸς, vel ὁ ἠμφωτὸς, ἢ ὁ λαμπρὸς, δι' ἃ ἔστιν ἐνοπτρίζεσθαι. vel vocale, vel splendidum. Sic Od. θ.

Ἀμφὶ πυρὶ σῆσαι τρίποδα μέγαν ὄφρα τάχιστα,
Αἴ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵσαν ἐν πυρὶ κηλέῳ, id est, καυσιμῷ
Ἐν δ' ἄρ' ὕδωρ ἔχευαν ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον ἐλῦσαι.
Γάστρην μὲν τρίποδι πῦρ ἄμφεπε, θέρμετο δ' ὕδωρ.

Eustathius, Describitur λυτρὸν καὶ παρασκευὴ, apparatus balnearis: τρίπους idem quòd πίθος apud Lycoph. quasi τριβλὸς, id est, τρεῖς βάσεις ἔχων ὀργυῆς. ξύλα ὑποδαίειν idem quod sub tripode ἀναπαίειν, id est, accendere. Vnde ξύλα δαινὰ καὶ κάγκανα εἰς δαΐσασθαι καὶ καύσασθαι ἕτοιμα, id est, ad findendum, & comburendum apta.

Quintò considerandus est ipse lauationis actus, cuius hæc sunt capita: Primò enim vestes exuebant ac deponebant, secundùm illud Od. P.

Αὐτὰρ ἐπεὶρ' ἵκοντο (*Telemachus, &c.*) δόμους εὖ ναιετάοντας
Χλαῖναν μὲν κατέθεντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε.

Deinde ingrediebantur labra, siue solia balnearia, vt mox sequitur,

Εἰς δ' ἀσαμίνθους βαίτες εὐξέσας λύσαντο.

Ἀσάμινθος, inquit Eustath. ἡ πύελος ἤτοι λιθάρι παρὰ τὸ τὰω ἄσαι ὃ ὀξὺ τὸν ῥύπον μινύθειν ἤγουν ἀλατεῖν, id est, labrum, siue solium balneatorium (ein badstanden) à lime eaueáe imminuendo denominatum. Pollux inter vasa balnearia recenset, vide Cel. lib. 30. cap. 10. Suidas βαλανεῖον ὁδὸς εἰς ξυφλὸν, id est, Balnea viam munierunt ad delicias: nam cum balnea adhuc non essent in vsu, veteres σκάφαις, καὶ πυέλοισι, hoc est, labris, & scaphis ex lapide, aut ligno excauatis corpora labore fessa leuarunt. Postea mulieres seu ancillæ ingressos lauare, atq; oleo mungere soebant, secundùm illud,

Τὰς δ' (*Pisistratum & Telemachum*) ἐπεὶ ῥ' ἐν δμῳαὶ λῦσαν, καὶ
χρίσαν ἐλαίῳ. Od. Δ. *ab initio ferè, & Od. Γ. in fine,*
τόφρα (*interim dum parantur sacra Minervæ*) δὲ τηλέμαχον λοῦσε
καλὴ πολυκάστη. *vbi Eustath. p. 138. vt Il. E. ferè in fine,*

Hebe Martem lauat: ita hic Polycaste filia regia, procul dubio patris sui iussu, Telemachum iuuenem lauit. Erat autem hoc mulierum opus seu ministerium, quod tunc temporis sine offensione obibant, vt alijs quoq; ex locis apparet. Homerus enim non ea tantùm, quæ sunt politica, & vrbana: verùm etiam quæ tunc temporis erant in vsu & consuetudine posita, licet posteris simplicia & inepta

urbana videantur, descripsit. Aliquando tamen legimus ipsos, qui lauabantur, seipsos lauisse atque vnxisse, vt Diomedes & Vlysses speculatores Troia redeuntes, & labore fessi, sudorem aqua marina abluerunt, corpusq; oleo vnxerunt, vt testis est Homerus Ιλ.Κ. Obseruandum autem, quòd vt hoc in loco, ita in alijs quoq; innumeris apud Homerum olei, atq; vnctionis fit mentio, quæ lauationem statim fuit consequuta. Idcirco Eustath. paulò post addit, ἐλαίῳ δὲ ἐχρίοντο οἱ λουσάμενοι, ἐμπλάττοντες τὰς σωματικὰς πόρους, ὡς ἂν μετὰ λυτρὸν σέγοιεν τὴν ὑγρότητα. Sic Athenæus lib. 1. in illa Homeri Ιλ.Κ. τῶ δὲ λοισαμένω καὶ ἀλειψαμένω λιπ' ἐλαίῳ, Post lotionem, ne aquarum aspergine corpora rigerent, oleis & vnguentis acopis inungebant, cuiusmodi erat vnguentum gleucinum, irinum, amaracinũ, & abietinum, & nobile illud ex nardi spicis vnguentum. Huiusmodi porrò vnctiones post exercitia, ac lotiones, posteris quoq; temporibus à Græcis & Romanis fuisse adhibitas, ex Medicorum, atq; Historicorum libris passim constat: id fiebat, partim, vt ne plus æquo corpus digereretur, partim, vt exigua obstruerentur spiramenta. Huc accedebat, quod vnctio & calefaciendi, & humectandi, & emolliendi, & si calida est, discutiendi quoq; vim habet. Vnctio tamen vnà cum frictione nonnunquã etiam ante balnei ingressum, aliquando etiam sola per se sine balneo vsurpari fuit solita, idq; vel in Sole, vel ad ignem, de quo Hippoc. Galenum, Celsum, & alios consulere poteris: Vide etiam Plutarchũ lib. de sanit. tuend. vbi inter alia, frigida aqua lauari post exercitationẽ, plus ostentationis, quàm vtilitatis habere, dicit, calidiq; balnei vsum magis probat. Deinde vnctionis vel sine balneo ad ignem vel etiam in sole adhibendæ modum præscribit. Persius Satyr. 3. —— vncta vixisse patella,

Semper, & assiduo curata cuticula sole. Idem,
At si vnctus cesses, & figas in cute solem. Iuuenal.
Vestra bibat vernum contracta cuticula solem.

Vnctiones Homericæ.

Iam verò postquàm lauti vnctiq; fuerant è solio egressi vestibus tursus ab ancillis induebantur, secundùm illud Οδ.θ.

Τὸν δ' (Vlyssem) ἐπεὶ ἓν δμῳῇσι λόεσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ
Ἀμφὶ δὲ μιν χλαίνην βάλον ἠδὲ χιτῶνα.
Ἐκ δ' ὀσαμίνθου βὰς αἶδρας μετὰ οἰνοποτῆρας.

Postremò tempus in Homero obseruandum, in quo lauationibus illis suis atq; vnctionibus vti consueuerunt: nimirum paulò ante cibi potusq; sumptionem. Hinc illud, Vt lauit, sumpsitq; cibum dat membra sopori. Sic in omnibus ferè alijs locis (quorum quædam suprà fuerunt recitata) post lauationem, atq; vnctionem sequitur cœnæ, epularumue descriptio. Sic Græci φιλολυτρῶντες, & illorum imitatione Romani non nisi lauti prius, vnctiq; ad conuiuia accesserunt, atque accubuerunt. Appianus Alexand. Catonem Vticensem circa vesperam à balneo ad cœnam transisse dicit: Sic Seruius in illa Virgil.

Littore ahena locant alij, flammasq; ministrant.

Ahena, inquit, parata erant à Troianis, vt se ante lauarent, quàm cœnarent, cum Heroicis temporibus carne elixa non vescerentur. Terentius, Te ne symbolum venire vnctum, atq; lautum è balneis, id est, lotum. Vides hîc lautum & vnctum coniungi, quoniam duo hæc apud veteres coniungebantur. Et quidem aliquando postquàm iam accubuerunt oleo se inunxerunt, id quod colligi potest ex illis Aristoph. verbis in Comœdia σφήκες,

——τὰ γόνατ' ἔκτεινε, καὶ γυμνασικῶς
ὑγρὸν χύτλασον σαυτὸν ἐν τοῖς τρώμασι.

Id est, Extende genua, & gymnastico more humido, id est, oleo temetipsum perfunde in stratis. Schol. χύτλασον, id est, δλάχυσον σαυτὸν, ὑγρῶς ἄλειψαι. χυτλάζειν δὲ τὸ μιγνύναι καὶ δλαχεῖν. χυτλᾶν δὲ κυρίως τὸ ὑγρᾶ ἔπιδπὸ ὑδατῶ ὄντῶ τῷ σώματι ἀλείφασθαι. καὶ χύτλον, τὸ ὑδρέλαιον, id est, oleum aqua mixtum. Ridiculum sanè est quod de Philoxeno pœta homine edacissimo Athen. refert. Is enim cum ad balneas quotidie accederet, feruenti aqua os subluere solitus fuit, digitosq; in ebullientia balnearum labra demisit, quò & manus, & guttur ad feruentissima quoq; assuefaceret obsonia, vt si fortè (quòd plerunq; accidit) ea in cõuiuijs huiusmodi essent apposita, abstinentibus facilè alijs, solus quod ei libuisset, impunè prægustaret. Plautus in Sticho, Vel vnctiones Græcas, sudatorias, &c. Græcas, hoc est, interprete Lambino, quibus vtebantur in Græcia, quæ elegantio-

Vnctionũ quarundã species.

res scil. erant, propter vnguentorum copiam. Sudatorias, hoc est, quæ adhibebantur ad eos qui sudabant, Græcis vsitata. Solebant enim priusquàm accubitum irent, in balneum sudatorium ingredi, & ibi inungi: quem morem postea Romani vsurparunt, & mutuati sunt, atq; adeò superauerunt. Nam nondum cocto cibo epulis refarti in alia balnea ibant, & sudabant, deinde epulas repetebant: ex quo illud Iuuenalis, Crudum pauonẽ in balnea portas. Addit parasitus ille apud Plautum: Vel alias magis malacas (id est molles) crapularias id est, vnctiones, quæ adhibendæ sunt ijs, qui beſterno die plus nimio adbiberunt, neq; dum crapulam edormierunt. Lib. vulg. habent ampullarias, & quidam ampullarias cum voce cauillationes coniungunt, & interpretantur, cauillationes ampullarias, id est, cauillationes quæ in balneo iactantur, dum vngimur. Mox ibidem fit mentio strigilis rubiginosæ, & ampullæ rubidæ, quæ ipsa quoq; sunt instrumenta balneatoria. Nam strigili, quã hîc rubiginosam, id est, rubigine squallidam vocat, defricabantur veteres in balneis, postquàm vnctis fuerant: defricabantur autem à parasitis diuites, & vngebantur. Ampulla autem vas olearium, cuius etiam vsus erat in balneis.

Ampullaria cauillatio.

Strigil rubiginosa.

Ampulla rubida.

Horæ balnei.

Plin. lib. 3. Epistolarum, epist. 1. ad Caluisium, horam quoq; balnei ante cœnũ indicat his verbis de Spurina loquens: Vbi hora balinei nunciatus est (est autem hyeme nona: æstate octaua) in Sole, si caret vento, ambulat nudus: (Celso quoq; ambulatio in solè, si caput patitur, melior videtur, quàm in vmbra, de quo suprà) deindè mouetur pila vehementer, & diu nam hoc quoq; exercitationis genus pugnat cum senectute. Lotus accubat, & paulisper cibum differt: interim audit legentem remissius aliquid & dulcius. Sic Martial. Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris.

Idem lib. 10 Nunciat octauam Phariæ sua turba iuuencæ,
Et pilata redit, iamq; subitq; cohors.

Temperat hæc Thermas, nimios prior hora vapores Halat, & immodico sexta Neronc calet. Adrianus imperator, teste Ælio Spartiano, ante octauam horam in publico neminem, nisi ægrum, lauari passus est: Is lauacra quoq; pro sexibus separauit, vt idem auctor testatur. Vnde colligimus, octauam exercitationibus huiusmodi conuiuij (quod nona ferè inibatur) progymnasticis fuisse destinatam apud veteres. Appianus Catonis mentionem faciens, circa vesperam, inquit, è balneo ad cœnam transit. Vitruuius, Tempus lauandi, inquit, à meridiano ad vesperum est maximè constitutũ. Erat autem moris, vt tintinnabulo, hoc est, instrumento æreo (quod nunc campana vocatur) populus lauandi hora vocaretur. Martial.

Redde pilam, sonat æsthermarum, ludere pergis, Virgine vis sola lotus abire domum.

De balnearum vnctionumq; vsu ante cœnã ex Apuleio.

De Commodi, Pertinacis, Gordiani iunioris, Galieni iunioris, Adriani imperat. Rom. insana quadam sæpius in die balneandi cupiditate atq; consuetudine vide Petrottum in Cornucopiæ. Apuleius quoq; in suis libris aliquoties mentionẽ facit huiusmodi balneorum, & vnctionum ante cœnam: vt lib. 4. At nobis fortissimi fidelissimiq; mei hospitatores (Beroaldus, sospitatores putat legendũ) iuuenes, affatim cuncta suaui sapore percocta pulmenta præstò sunt: panis numerosus, vinum probè calicibus effricatis affluenter immissum: & ex more calida tumultuario lauacro vestro præparata. In fine sermonis huius statim sese deuestiunt: nudatiq;, & flãmæ largissimæ vapore recreaticalidaq; perfusi, & oleo peruncti mensas dapibus largiter instructas accũbunt. Et Paulò post: Hi simili lauacro refecti inter foros sociorũ sese reponunt. Et in lib. 3. Manu firmiter iniecta Milo iussis balneatibus (id est, balneatoribus, seu balnearum vtensilibus, cuiusmodi erant strigiles, ampulla olearia, lintea, & alia hoc genus) adsequi, producit ad lauacrũ proximum: vbi mox sequitur: Raptim denique pauertina Milonis cœnula perfunctus. Item lib. 1. Ego (Aristomenes) igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodùm vespera oriente ad balneas processeram: (nota hîc balneas, pro balneo primato accipi) Ecce Socratem contubernalem meum conspicio, humi sedebat, scissili palliastro semiamictus, penè alius lurore ac misera macie deformatus, qualia solent fortunæ deterrimæ stipes in triuijs ergure. Et paulò post: Et simul vnam ex lacinijs meis exuo, eumq; properè vestio (dicam, an ne contro) & illico lauacro trado: quòd vnctui, quod terfui ipse præministro (ministro amico vtensilia balnei, videlicet ampullam oleariam, quam alij lecythum: (vnde ἀυτολήκυθοι à Græcis vocati sunt pauperes, qui sibimetipsis ad balneas ampullam ferebant, cum seruos ampulligeros non haberent) Cyprianus, capsacem: Iuuenalis, guttam nominat: & strigilem, qua loti distringuebantur: & lintea tersoria, vt à Varrone vocantur, quibus ad tergendũ vtebantur, de quibus Epigramma

Balnearum vtensilia.

Ampula olearia.

tarinæ: Non tàm sæpè teret lintea fullo tibi) sordium exormem eluuiem (spurcitiam & illuuiem) operosè effrico. Sequitur cœna. Probè curato, ad hospitium lassus ipse, fatigatum agerrimè sustinens perduco, lectulo refoueo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo. Idem lib.1. At vocata (Milo) ancillula, Fotis, inquit, sarcinulas hospitis susceptas cum fide conde in illud cubiculum: Ac simul ex promptuario oleum unctui, (ad ungendum) & lintea tersui, (ad tergendum) & cætera: hæc eidē usui profer ocyter, & hospitem meum produc ad proximas balneas. Item lib.8. Dispositæ cœnulæ, balneæ obeunt. Et lib.10. Qui quùm se refectum, clausa cellula, balneas petijssent. Cic. pro Deiot. Huc te è balneo, priusquàm accumberes, ducere volebat. Idem in Vatin. Cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla unquā data est? cum tot hominū millia accumberent, cum ipse epuli dominus, &c. Idem lib.2. Epist. ad Atticum, illum inuitans, sic loquitur: Tu pridie compitalia memento, balneum caleferi iubebo. Horat. Od.19. Mercemur, quis aquam temperet ignibus, hoc est, qui balneum calefaciat. Est autem aquam ignibus temperare, calefacere, aut certè tepefacere, quam si quis malit intelligere adhibere ad vinum hyeme calefaciendum, non dissentiam, nec pugnabo. Plautus in Sticho, Quàm mox cocta est cœna? impransus ego sum. E. Abi intrò ad me, & laua. Et in Amphytrione, Lauisti, Amph. Quid postquam laui? Alc. Accubuisti. Iuuenalis quoq; ad huiusmodi unctiones alludit: vt Sat.11.

Cicero.

Horatius.

Plautus.

Iuuenalis.

Nostræ bibat vernum contracta cuticula solem,
Effugiatq; togam, iam nunc in balnea salua Fronte licet vadas.

Simile illud Persij, Satyr.4.

Quæ tibi summa boni est? unctæ vixisse patellæ Semper, & assiduo curata cuticula sole.

Persius.

Vbi similiter alludit ad unctiones in sole fieri solitas: nam, vt supra ex Celso dictum, aliâs fiebant ad ignem, aliâs in sole. Idem infrà,

At si unctus cesses, & figas in cute solem.

In hunc locum sic commentatur Ioan. Baptista: Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi: intus, vini: foris, olei: cuius usum ad luxuriam vertêre Græci vitiorum omnium genitores. Olei natura est tepefacere corpus, & contra algores munire. Vndè omnibus post fatigationem cibum sumpturis erat commune, si balneum non erat, calido loco vel in sole, vel ad ignem ungi, atq; sudare, quò alludit Persius. Cic. lib.12. epist. ad Atticum. Pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem, unctumq; repetemus. Turnebus in suis Aduersarijs: Assum, inquit, solem intelligit aridum, torrentem, calidum, æstuosum, siccum, sine unctione, quam Græci ἀλιόκαιαν vocant: Solem verò nitidum & unctum, cœnam opiparam & lautam post ambulationem in solario, aut sub dio. Solebant etiam uncti in sole nudum corpus calefacere, & tanquam torrere; vt ex illo Persij versu constat, At si unctus cesses, &c. Vide de olei, & unctionis usu seu utilitate plura apud Langium, epist.51. Vnctores dicebantur aliptæ, quorum meminit Seneca in 7. epistola. Et Iuuenalis,

Duo liquores corporibus nostris grauissimi. Olei natura.

Vnctores vocantur aliptæ.

Grammaticus, Rhetor, Geometer, Pictor, Aliptes.

Ex his constat cùm exercitationes, tùm balneæ, frictiones, atq; unctiones (quæ exercitationes plerunq; consequebantur, & pars postrema exercitationis erat, Apotherapeutice uno verbo dicta) ante cibum Græcis pariter, atque Romanis usitatissimas fuisse.

Apud Romanos porrò, Galeni etiam tempestate, plurimæ erant balneæ: aliæ quidem in usum publicum, urbiū instar, exædificatæ, quæ Xeni balneæ dicebantur, pro hospitibus: aliæ multæ, quas diuites priuatas habebant in proprijs domibus, magnis extructas impensis. Erant præ cæteris sumptuosæ Agrippinæ, Ciceronianæ (in villa quam Cicero Academiam appellauit, oculis conferente) Neroniana, Antoniana, aliæq; id genus: etiam pensiles quædam, quæ Asclepiadæ Medici industria fuerunt ædificatæ. Romanorum verò mos fuit singulis lauare diebus.

Sed operæpretium quoque fuerit balnearum veterum formam, vt à Vitruuio, Galeno, & alijs destribitur, postremo loco subijcere, ex qua illarum usus melius adhuc perspicietur. Erant ergò illarum 5. potissimum partes.

Forma balnearum.

Partes balnearum veterum quinque.

Primùm enim erat locus siue conclaue, in quo uestes deponebantur, qui idcirco à Græcis dictus est ἀποδυτήριον, ἀπὸ τοῦ ἀποδύειν, ab exuendo: à Latinis Spoliatorium, & spoliarium: à nonnullis etiam Tepidarium atq; Aëreum: propterea quod in tepida prima hac parte lauaturi se exuebant, atq; nudabant. Tepebat autem hac parte aër, vel ex calidis, & siccis vaporibus ab igne delatis: vel calidis, ac humidis ab herbis & plantis decoctis transmissis: vel aqua in ignitos lapides, aut candentes laminas infusa excitatis. Cicero, In balnearijs, inquit, hypocausta, in alterum apodyterij angu-

Apodyterium.

lum promoui: propterea quod ita erant posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculo. Ergò Cicero quoq; apodyterij voce vtitur, quod Germani abziehstuben appellant. Hæc prima pars à Gal. qui 4. tantum balnei partes facit, prætermissa est, quoniam balnei naturam non attingit. Apodyterij Plin. quoq; meminit in epistol. ad Apollinarem pluribus in locis. Qui verò mercede seruanda in balneis vestimenta suscipiebat, Capsarius dicebatur, vt refert Vlpianus iure cons. de officio præfecti vigilum.

Gal. tantùm 4. balnei partes facit.

Pars secunda, seu cella, Galeno prima, testudinis instar constructa, aërem continebat ab igne accenso absq; fumo, quam idcirco ξηρὸν θόλον, id est, siccam testudinem vocare solet. Erat autẽ olim rotunda, & ignitis vaporibus incensa, vt testatur Vitruius lib. 5. A Græcis etiam πυριατήριον, & ὑπόκαυστον (qua voce Cic. quoq; pro latina vtitur) à fornace: Romanis calidarium: Seneca, sudatorium: à quibusdam etiam Laconicum dictum est, à Laconibus, teste Dione, qui illo peculiariter ad sudorem excitandum vsi fuerant, vt indicat Martialis de Thermis lib. 1. Epigram. 6. & Columella in præfatione. Vaporarium quoq; idipsum à Cic. appellatur, vbi sicco calore cruditas exequitur, sudorq; prouocatur. Germ. Schweißbad.

πυριατήριον, & ὑπόκαυστον.

Tertia pars, seu cella caldaria, quam & lauatrum appellare possumus, & baptisterium ἀπὸ τοῦ βαπτίζειν. In ea erat solium lauandi gratia aquam continens omnis malæ qualitatis expertẽ, in quo homines considentes abluebantur. Vnde & labrum. Cic. Terent. seu lauabrũ, lauacrum, & piscina, & vulgò etiã tina nominatur: nymphæum quoq; Plinio videtur dici. Germ. wasserbad/wetty/badzuber. Græc. ἀσάμινθος. Homer. πύελος: Δεξαμὴ Nicand. πλυτὸς vocatur.

Lauacrum & Baptisterium.

Pars quarta, Galeno tertia, solio constabat frigido, & ob id frigidaria cella dici consueuit, frigidariũ Vitruuio: λουτρὸν Xenophonti, vbi frigida perluebantur. Hic obseruabis à Romanis piscinas maximo luxu sumptuq; fuisse cõstructas, quas Græci à natando κολυμβήθρα appellarunt: qualis Piscina fuit Hierosolymis illa probatica, sed diuiniore vsu ad curam ægrorum quinq; porticibus vallata. In his autẽ, magno impendio, marmore Thasio, ac porphyrite constructis, & circumseptis, corpora natando exercebant, ac multa sudatione languida reficiebant, & corrobombant: quæ Paulus Æginetaψυχρόλουτρα, Sidonius à mergendo Baptisteria appellat. De his vide Plin. lib. 5. ad Apoll. & lib. 2. ad Gal. Paulum Æginetam lib. 1. cap. 51. & Gal. lib. 3. Salub. de Psychroloutris.

Piscinæ Romani maximo luxu sumptuq; constructæ. Piscina Hierosolymis.

Pars quinta, Galeno quarta, locus erat in quo sudor detergebatur, vngebãturq; vnctione egentes: ideò & detersorium, atq; vnctuariũ, ἀλειπτήριον Græcis vocabatur, & ἰλαιοθέσιον, ab ἔλαιον, id est, oleum, & θέσις, id est, positio: quoniam in ipso sordibus detersi vngebantur.

Ἀλειπτήριον, καὶ ἰλαιοθέσιον.

Has partes balnei, & singularum vsum Celsus his verbis breuissimè complexus est lib. 1. ca. 4. Si in balneum, inquit, venit (scil. is cui caput est infirmum) sub veste primùm paulum in tepidario insudare, ibi vngi: tùm transire in caldarium: vbi sudauit, in soliũ non descendere, sed multa calida aqua per caput se totum perfundere: tùm tepida vti, deinde frigida, diutiusq; ea caput, quàm cetera partes, perfundere: deindè id aliquandiu perfricare: nouissimè detergere, & vngere.

Fornax autem (vnde fornacator, & fornacarius seruus, qui fornacẽ balnei caminumq; succendit Cæl. lib. 15. cap. 23.) constituta erat, in qua per præfurnium ignis accendebatur, quo Laconicum, & aqua calefiebant pro Caldario, atq; Tepidario. Fornacem autẽ hanc verisimile est duobus præditam fuisse præfurnijs, vt vno subseruiret Laconico, altero verò aquæ calefacienda: aut vno tantùm, fornace existente ampliori. Tria etenim ahena ordine constituta erant, caldarium, calidã continens: Tepidarium, tepidam: & Frigidariũ, frigidam: è quibus quantùm de aqua hauriebatur ex caldario, tantundem de tepidario descendebat in caldarium, & de frigidario in tepidarium.

Fornax. Caldarium. Tepidarium. Frigidarium.

Balneantibus autem opportuna parabantur multa. Solium quidem labrum, aut lauacrum, ex ligno, vel ex marmore, in quo residentes lauabantur. Guttus, vas gutatim oleum fundens, quo post lauationem in vnctuario vngebantur. Guttus (pro quo Apuleius ampullam olearium dixit) fiebat vt plurimùm è cornu bubulo. Nobiliores è cornu Rhinocerotis habebant. Iuuenal.

Apparatus balnearum antiquarum. Solitum. Guttus.

Magno cum Rhinocerote lauari, Qui solet.

Et Epigrammatarius poëta in Apophoretis.

Gestauit modo fronte me iuuencus
Verum Rhinocerota me putabis.

Strigilis, & strigecula, à stringendo, (quod radere significat, vt scribit Marcellus) στλεγγὶς, ξύστρα, instrumen-

Strigilis.

Digitized by Google

instrumentum quo vtebantur ad sudorem corporis, & sordes in balneis abradendas, & abstergendas, etiam post frictiones, quæ & sordes, & strigmenta vocantur. Hæc olei in balneis, gymnasiorum parietibus, & statuis coacernata strigmenta, magistratus ludorum legimus octingentis sestertijs vendidisse; quum illorum vsus in depellendis morbis non esset vulgaris, de quo vide Dioscor. lib. 1. cap. 28. Plin. lib. 35. cap. 13. Langium epist. 51. Persius,

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.

Hinc apud Valerium pro gymnicorum seruo stramenta gymnasij colligenti, recte Turnebus legit, strigmenta gymnasij lib. 1. Aduers. c. 10. Fiebant autem strigiles ex auro, aut argento, aut ebeno (vt apud Indos, teste Strab. lib. 15.) aut lapidibus quandoq; quibusdam: & spongijs aliquando (id quod Hippocrati magis placet li. 3. Reg. acut.) pro strigilibus vtebãtur. Scribit Apul. in Florib. Hippiã Sophistam sibi concinnasse strigileculam, ita fabrè factam, vt in manu capulo moraretur, & ex ea sudor riuulo laberetur. Pergamenæ strigiles, vt optimæ ab antiquis celebratæ. Mart. in Apophor.

Pergamus has misit curuo distringere ferro,
Non tam sæpè teret lintea fullo tibi.

Sordes autem è corpore radendo detergentes, Græci ἀποξυομένους, hoc est, distringentes nominarunt, vt Plin. lib. 71. cap. 24. ostendit. Lintea, sudariáue, quibus corpora detergebantur. Lintea, sudariáue. Ἐνδρομὶς, vestis quædam balnearia hirsuta, villiq; longioris, quæ ex Gallia mittebatur, cuius vsus in balneis & gymnasijs præcipuus erat. Endromis. Præter hæc, aderant & qui probè rem curabant, exactéue lauabant, qui & balneatores vocabantur, & qui pilicrepi, pilis, globulisue pice illitis, per præfurnium in fornacalem actis, ignem excitantes: & Aliptæ, seu vnctores, qui corpora oleo inungebant: & Alipili, alarum pilos volsella euellentes. Balneatores. Pilicrepi. Aliptæ. Alipili. Hæc de balnearum antiquorum forma & apparatu: de quibus plura videre licet apud Galenum lib. 10. Therap. Vitruuium 5. architect. Plinium epist. ad Gallum & Apoll. Palladium lib. 1. tit. 39. Fumanellum libro de Balneis aquæ potabilis. Cæl. lib. 30. cap. 17. 18. 19. 20. Langij epist. medic. 50. 51. & 52. Beroaldi Comment. in lib. 4. Apulei. Paulini Comment. in 1. Cels. cap. 1. Cornucopiæ p. 154. Cardanum libro de Aqua. Sidonij interpret. Ioan. Baptistam Pium, Franciscum Marium de Partibus ædium lib. 1. cap. 10. De Romanarum balnearum antiqua magnificentia atque luxu passim apud Plinium & alios auctores plurima occurrunt. Antiqui, teste Celso, timidius balneis vtebantur. Hinc Festus quoque lautitiam, id est, epularum magnificentiam, secundùm quorundam opinionem, vult dictam esse, quia apud antiquos hæ elegantiæ, quæ nunc sunt, non erant, & rarò aliquis lauabat. Lautitia Festo vnde dicta. Atque hæc de lauationibus, frictionibus, & vnctionibus veterum Græcorum, & Romanorum, quæ cœnis antecedebant, satis sint dicta, quibus illi partim sanitatis, partim munditiæ, partim deniq; delitiarum, & voluptatis gratia vsi fuerunt.

Indos quoq; prius lauari solitos fuisse, quàm ad conuiuium accederent, testis est Philost. lib. 2. De Germanis scribit Cor. Tacitus, illos lauari sæpius calida, (vt apud quos plurimùm hyems occupat) lautoq; cibum capere fuisse solitos.

Apud Iudæos vsitatas fuisse, ante cibi sumptionem, manuum, atque etiam pedum ablutiones, satis constat. An verò Græcorum, & Romanorum more balneis, ac totius corporis lauationibus, vnctionibusq; ante epulas vsi fuerint, id non videtur expresso aliquo, manifestoq; sacræ scripturæ loco comprobari posse. 2. Sam. 11. mentio fit lauationis Bersabeæ sub tempus vespertinum: cuius infœlix sanè, atque funestus exitus meritò pudicas castasq; mulieres à voluptuario balnearum atque thermarum publicarum studio deterrere debet. Bersabeæ lauatio. Hanc autem lauationem, quoniam tempore vespertino facta est, cœnam antecessisse est verisimile: verùm an illa totius corporis immersio in aquis, an verò certarum tantùm partium, vt puta, manuum, aut pedum ablutio fuerit, de eo nihil certi ex loci illius circumstantijs videtur colligi posse. Sic filia quoq; Pharaonis Exod. 2. descendisse dicitur sese lauandi gratia in flumine sub Nilo: (quod lauacrum Mosi, totiq; populo Israëlitico salutiferum extitit) vbi similiter dubitatur an vestibus se exuerit, fluuioq; illi corpus suum immerserit, an verò manus tantùm atq; pedes fluminis aqua abluerit. Filiæ Pharaonis lauatio. Prior tamen opinio verisimilior videtur, quoniam ipsa non ad flumen, sed in flumine sese lauasse, ancillas autem eius atq; pedisequas ad ripam fluminis deambulasse dicuntur, dominam scilicet suam expectantes, donec lauandi finem fecisset. Verũ expressior & luculentior illis duobus est locus ille in historia Susannæ Dan. 13. vbi lauacri illius fit mentio: quod & ipsum, quàm illam in summum pudicitiæ atq; vitæ suæ periculo Susannæ lauacrum.

lum atq; discrimen adduxerit, satis indicat quàm damnosa atq; periculosa sint mulieribus publica lauacra atq; balnea, si ijs intemperantius vtantur. Ibi v.15. Susanna pro more suo quotidiano cum duabus ancillis in hortum ingressa fuisse dicitur, & quoniam æstus erat, lauare voluisse. Iussit itaq; sibi ab ancillis afferri oleum, & σμῆγμα lauandi gratia. En hîc & deambulationis, qua illa quotidie vsa fuisse scribitur, & lauationis atq; vnctionis simul fit mentio, quam cœnæ tempus præcessisse verisimile est. Σμῆγμα Suidæ est καθαρτικὸν, τὸ ἀποσμῆχον. Grammatici enim dictum volunt à Σσμῶ sive Σμήχω, quod purgare & abstergere significat: Saponem nonnulli interpretantur, vt Theocriti interpres. Huic respondet Hebr. בריתּ Borith. Malach. 3. Hiere. 2. Iob. 39. quod Rabbi D. Kimhi in libro Radicum, in 2. cap. Hier. & 3. Malach. Saponem & herbam saponariam interpretatur vestium eluendis abstergendisq; maculis aptam. à ברר Barar, quod mundare, seu purgare significat. Iob. 39. Si abluero me aquis niuis, & mundauero (בור, bor, id est, expurgatorio smegmate) manus meas. Galen. Therapeut. 14. inter caput purgantia medicamina σμήγματα quoque numerat. Omnino σμῆγμα, quicquid emaculat & abstergit sordes, vt erant spongiæ, strigiles, linteа, teritoria, de quibus suprà, quicquid deniq;, vt Apuleius loquitur, est tersui. De Smegmatis varijs faciem nitidam & splendidam reddentibus, vide apud Nicolaum Myrepsum numero 25. 28. 29. 30. 32. 34. 35. &c. Iudæi vulgari sua lingua balneum, hoc est, locũ lauationis, seu lauacrum מרחצה Marchazah appellant, à רחץ Rachaz, quod à sordibus corporis abluere cum vehementiore quadam defricatione & abstersione significat, vt Grammatici volunt. 2. Sam. 11. & Exod. 2. De manuum pedumq; lauatione, necnon vnguentis in ipso conuiuio adhiberi solitis, suo in loco dicetur.

Σμῆγμα.

An statim à balneis sit edendum & bibendum.

Verùm vt de exercitatione, vti suprà dictum est, ita de balneis quoq; quæritur, an statim ab illis edendum sit, aut bibendum. De hoc animaduertendum est Hippocratis Medicorum facilè principis consilium, qui lib. 3. de rat. vict. acut. sect. 55. à balneo confestim neque sorbendum, neq; bibendum esse censet. Idem affirmat Galenus in Comment. Antonius Niger in suo libello de Valetudine custodienda, Seriò, inquit, monemus balneum ingressuros, vt pòst confectum magna ex parte in ventriculo cibum introeant, neq; crudum, vt Iuuenalis ait, pauonem in balnea portent. In balneo verò à cibo & potu omni abstineant: loto deniq; capite ante fatigationem & lassitudinem egressi, totum corpus, præcipuè verò caput desiccent, & à frigore custodiant, nec prius mensæ accumbant, quàm tota balnei caliditas è corpore expirarit. Cibus enim aut potus, vel paulò ante balnei ingressum, vel maximè in ipso balneo sumptus, vel statim ab eo, fumante ab hoc corpore, ingestus, venas viscerum obstruit, ex quarum obstructione hydropicos plurimos factos, & mortuos vidi. Nõ ui etiam quosdam qui vnico largiore cereuisiæ haustu balneo egressi, hepatis calorem extinxerunt, & aqua inter cutem rapti perierunt. Commodus Antoninus, Imperator luxuriosissimus, per diẽ septies atq; octies lauare est solitus, & in ipsis balneis edere, teste Ælio Lampridio. Verùm de balneorum differentijs, vsu, commodis & incommodis Hippocratem, Galenum, Celsum, Fumanellum, & alios consule. Quomodo præterea Græci atq; Romani balneis atq; vnctionibus non tàm ad sanitatẽ atq; munditiem honestam & liberalem, quàm ad mollitiem, delitias, luxuriam atq; libidinem abusi fuerint (sicuti hodie quoq; à Christianis fieri cõsueuit) passim apud scriptores antiquos videre licet. Verùm omissis alijs, vel vnus Clemens Alexandrinus eius rei satis idoneus est, ac locuples testis, qui lib. 3. sui Pædagogi cap. 5. balneorum sui temporis luxuriosum libidinosumq; abusum hoc modo perstringit ac reprehendit. Primò, quòd ædificia nimis sint sumptuosa, artificiosè compacta, perspicua, καὶ φόρητα quæ circumferri possunt, sindone tecta. Deinde, quòd cathedris argenteis, & vasis innumerabilibus escarijs, potorijs, balnearibus, ex auro atq; argento confectis, vterentur. Tùm, quòd eòusq; intemperantiæ processerunt, vt tàm mulieres quàm viri inter lauandum cœnarent, atq; adeò sese nimio vino obruerent, suamq; supellectilem ostentationis gratia in balneis exponerẽt. Præterea hoc quoq; potissimùm nomine mulieres culpat, quòd cum viris & fœminis cõmunia essent balnea, ipsæ vnà cum vestibus pudorem omnem exuentes, sese nudas extraneis spectatoribus, ceu corporum cauponibus, conspiciendas præberent, ac quodammodo prostituerent, cum ἐκ τῶν εἰσορᾶν, ἐρᾶν, id est, ex aspectu amor nascatur, idq; contra Hesiodi præceptum, qui suadet,

Historia.

Commodus Antoninus.

Balnearum luxuriosus abusus.

Clemens Alex.

Μὴ δ' ἐ γυναικείῳ λετρὸς χρόα φαιδρύνεσθαι, id est,
Corpus fœmineo non exhilarare lauacro.

Quod si quæ autem non eòusq; impudentiæ fuerant progressæ, vt se ab externis conspici paterentur: tamen

tamen vnà cum suis seruis atque ministris nudæ lauari, atq; ab ijs etiam fricari solebant, cùm veteres quoque athletæ in suis certaminibus subligaculis verentur ad pudorem tegendum. Quemadmodum ergo in hydropicis humores praui, qui abstrusi latent, ex cutis superficie apparent: sic lasciua illarum concupiscentia ex corporis gestibus elucet. Monet deinceps viros vt pulchrum se veritatis exemplum fœminis præbentes, erubescant vnà cum eis exui, & lubricum periculosumq; aspectum fugiant. Postremò totam hanc suam reprehensionem, ex qua balneantium quædam consuetudines, tunc temporis vsitatæ, cognosci possunt, aurea hac sententia concludit, quam omnes Christiani intimo pectore recondere, & ad quotidianum vitæ vsum assiduè reuocare debent: οἶκοι μὲν ἐν τοῖς γονεῦσι, καὶ τοῖς οἰκέτας αἰδεῖσθαι χρὴ: ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς, τοὺς ἀπαντῶντας: ἐν δὲ τοῖς λουτροῖς, τοὺς γυναῖκας: ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις, ἑαυτούς: παντα χοῦ δὲ τὸν λόγον, ὃς ὅτι παντα χοῦ, καὶ γίνεται ἄνευ αὐτοῦ οὐδὲ ἓν. ὥστε μόνον ἁπλῶς τις ὀφθήσεται, εἰ πάντοτε αὐτὸ συμπαρεῖναι νομίζοι τῷ θεῷ, *Id est*, oportet ergo domi parentes atque famulos reuereri: in vijs, eos qui fiunt obuiam: in lauacris, mulieres: in solitudine seipsum: vbique, Verbum, quod est vbique, & sine quo factum est nihil. Hac enim sola ratione aliquis se à lapsu immunem conseruat, si Deum sibi ipsi semper adesse persuasum habeat. Idem porrò auctor eodem in libro, capite nono, de balnei vsu, & abusu præclarè sanè pieque disserit. Primò enim quatuor de causis, nimirum vel munditiei, vel caloris, vel sanitatis, vel voluptatis causa homines balneis vti dicit. Ac munditiei quidem simul, & sanitatis causa, mulieribus: sanitatis verò solius causa, viris balneorum vsum concedit. Caloris autem gratia lauari (cum is alijs modis depelli possit) supernacaneum: Voluptatem autem impudentem omnino reijciendam esse docet. Deinde immodico immoderatoq; balneorum vsu animi, corporisq; vires eneruari demonstrat. Hinc à veteribus balneas ἀνθρωπογναφεῖα, hoc est, fullonicas hominum officinas fuisse appellatas: propterea quòd citius, quàm par erat pannosa, vt ita loquar, corpora efficiunt, & ante tempus faciant consenescere, abstergendi vim habentia, dum, non secus, ac in ferro, caro calore mollificatur. Deinde neq; nimis inani, neq; nimis repleto balneo vtendum esse, sed ætatis, corporis, temporis, anni rationem esse ducendam suadet. Neq; verò assiduè & sæpè in die lauandam, neq; multorum in balneis ministerio vtendum esse præcipit. Postremò, id quòd in primis obseruatione dignum est, animam præcipuè ratione lauandam atq; purgandam esse monet, secundum illa Christi verba contra Pharisæos & Scribas. Matth. 23. *Væ vobis, quoniam similes estis* NOTA. *sepulchris dealbatis. Et paulò post: Væ vobis, quoniam mundatis quod est extrinsecus, &c. Tandem concludit:* τὸ μὲν ἔξωθεν λουτρὸν τῆς ψυχῆς ἀποσμήχει τὸν ῥύπον, ἡ δὲ ὅτι πνευματικὸν, *hoc est, optimum ergo lauacrum expurgat sordes animæ, estq; spirituale. Hæc præstantissimus ille Philosophus atq; Theologus non medicè solùm, verumetiam piè, Christianeq; de vtili, honesto, legitimoq; balneorum vsu disseruit: quæ optima sanè, salubberrimaq; monita, vtinam nos Christiani nobis ante mentis oculos proponeremus, ijsq; obtemperantes, non tàm turpiter atq; nefariè, qui hodie communis ferè est mos ac consuetudo, balneis illis siue naturalibus siue artificialibus nobis à Deo ad sanitatem concessis, ad turpissimam voluptatem, ad luxum atq; luxuriam, ad libidinem, impudentiam, audaciam, arrogantiam, omnium scelerum atq; flagitiorum licentiam, cum summa animorum corporumq; nostrorum noxa atq; pernitie abuteremur. Quid enim quæso hodie Christianorum publica illa balnea atq; thermæ aliud sunt, quàm omnium impuritatum atq; libidinum tabernæ & officinæ, ad quos plurimi non tàm sanitatis, quàm voluptatis & libidinis gratia confluunt? In illis dies noctesq; helluantur, comessantur, bacchantur, scortantur, summa denique est omnium scelerum atq; flagitiorum licentia atq; impunitas.*

Similè ab hydropicis.

NOTA.

Balnearum legitimus vsus.

Balnea veteribus ἀνθρωπογναφεῖα appellata.

Verùm vt ad illas corporis lauationes, vnctionesque, quæ à veteribus ante cœnam fuerunt adhibitæ, redeam, licet illæ hodie non ita sint in vsu: danda tamen est omnibus liberalibus & ingenuis hominibus opera, vt ne αὐχμηροκόμαι, & ῥυπαροκόνδυλοι, hoc est, sordidatis capillis, atque vnguibus, ac omnino capite, capillis, manibus, facie vultuq; immundo, sordido, atque squalido ad conuiuia accedant, ne conuiuatori simul, atque conuiuis sint nauseæ, fastidio, irrisui, atq; ludibrio, vti suprà quoque ex Athenæo dictum est. Nec verò conuiuæ solùm, verumetiam conuiuatori corporis est adhibenda mundities, cauendæ sordes, illuuies, atque immundities, quæ conuiuis nauseam atque molestiam aliquam parere possint. Vt autem conuiuæ pariter atque conuiuatori inseruiendum est corporis munditiei: ita contrà vitanda καλλωπίσματα, hoc est, mitor nimius, atq; fucus, cui mu-

Quomodo liberalibus & ingenuis hominibus ad conuiuia accedendum.

Digitized by Google

lieres potißimùm ſtudere ſolent. Illæ namq; ad conuiuium aliquod acceſſuræ, arrogantia atq; libidine, ceu peßimis conſultricibus, impulſæ, prius capillos, malas, palpebras, ſupercilia, manus, & reliquas corporis partes ſtibio, croco, ceruſſa, purpuriſſo, melino, hoc eſt, ſi verum fateri volumus, fumo, fuligine, ſpuma, ſputo, atq; venenis pingere, fingere, illinere, colorare, fucare, & vt verè dicam, deformare atq; corrumpere ſolent. Quod fucorum atq; pigmentorum genus, quàm ſit à Chriſtianorum hominum officio, religione q; alienum, Tertullianus in libris de Cultu & habitu muliebri. Origenes Tom. 2. Hom. 4. Cyprianus Serm. 5. de Lapſis, & libro de Habitu virginum. Ambroſius in lib. de Virginibus. Chryſoſtomus Hom. 31. in Matth. Hieronymus contra Heluidium, & in epiſt. ad Letam de inſtitutione filiæ firmißimis rationibus demonſtrat. Hiero. in epiſt. ad Furiam de viduitate ſeruanda, fucationem oſtendit aduerſari pœnitentiæ, cui Chriſtiani toto vitæ ſuæ curriculo incumbere debent. Et affert exemplum mulieris peccatricis, quæ lachrymis vbertim fluentibus Domini pedes abluit, eos q; crinibus abſterſit. Non habuit, inquit, eos ſtibio fuliginatos. Deinde ceruſſam, & purpuriſſum vocat, ignes iuuenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia. Auguſtinus epiſt. ad Poßidium 7. Fucari, inquit, pigmentis, quò mulier vel candidior, vel rubicundior appareat, adulterina fallacia eſt, qua etiam ipſos maritos non dubito nolle decipi. Hinc facilè colligimus, non licere talibus vti picturis, cum ſint adulterinæ fallaciæ: nec tantùm adulterinæ, ſed etiam perniciosæ, quia in fraudem ſpectantium proponuntur. Hæc ille. Vt ergo non ſordidæ, atq; ſqualidæ: ita nec Philomatij meretricis illius inſtar apud Plautum ceruſſatæ, purpuriſſatæ, ſtibiatæ, atq; fucatæ ad conuiuia accedere debent: nec etiam odoribus imbutæ atq; perfuſæ. Nam, vt eſt apud Plautum, mulier rectè olet, vbi nihil olet. Quòd ſi autem mulieres quoq;, quibus tamen nonnihil huiuſmodi delitiarum à natura videtur eſſe conceſſum, à mollitijs iſtis atq; fucis ſibi temperare debent, quantò magis viros ab ijs abhorrere decet vel ſecundùm illud poëtæ Ethnici:

In Moſtellaria.

Formà viros neglecta decet. Et,
Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.

Cum pulchritudinis, inquit Cicer. lib. Offic. duo genera ſint, quorum in altero venuſtus ſit, in altero dignitas: venuſtatem, muliebrem ducere debemus: dignitatem, virilem. Ergo à forma remoueatur omnis viro non dignus ornatus. Et paulò poſt: Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda eſt, color exercitationibus corporis. Adhibenda præterea eſt mundities non odioſa, neq; exquiſita nimis, tantùm quæ fugiat agreſtem, & inhumanam negligentiam.

Hoſpites in cõuiuatoris ædibus lauari & vngi ſolìti fuerunt.

Obſeruandum quoq; eſt, conuiuas ſeu hoſpites plærunq; in conuiuatoris ædibus, à quo inuitati & excepti fuerant, balneare, lauari, atq; vngi ſolitos fuiſſe, balneis à conuiuatore paulò ante conuiuij tempus apparatis, id quod ex locis ſuprà citatis facilè apparet. Hinc Thales in cõuiuio Plutarchi cum ad cœnaculum veniſſet, lauare recuſauit, quòd ſe vnctum diceret.

DE VESTITV CONVIVIALI. DE VESTIVM ALBARVM (QVAE IN EPVLIS POTISSIMÙM vſurpari fuerunt ſolitæ) ac in genere coloris albi vſu, ſignificatione, præſtantia ac dignitate.

CAPVT XXVI.

Tertia corporis ad epulas præparandi ratio.

SEQVITVR nunc tertia corporis ad epulas futuras præparandi actio, quæ in veſtitu conſiſtit. Fuit enim hæc veterum conſuetudo, quæ etiamnum hodie viget, vt ad conuiuia acceſſuri certis ac peculiaribus quibuſdam veſtibus, & quidem ſplendidioribus vterentur: quæ quidem à Græcis ἐνδύματα δειπνικὰ, & στολαὶ δειπνίδες: à Latinis veſtes cœnatoriæ, & cœnatoria in plurali numero, alio etiã nomine togæ triclinares & cibariæ fuerunt appellatæ. Martial. lib. 10.

Veſtium epularium nomina

Pugnorum reus, ebriaque noctis
Cœnatoria mittat aduocato. Et in Apophoreto cœnatoria.
Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota,
Hic opus eſt pictis accubuiſſe thoris.

Petronius,

Digitized by Google

Petronius, Cænatoria, inquit, repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant. Vocabulum etiam recidipna, composito ex vtraq; lingua vocabulo. Recinium enim apud nos est vestis antiquissima quadrata, vt Varro refert: cuius mediam partem retrorsum iacebant: vnde reciniati mimi dicebantur. δεῖπνον verò cænam significat. Itaq; recidipna dictæ sunt vestes, quas cænatorias vocant. Iuuenal. Recidipna.

Rusticus illa tuus sumit recidipna Quirinus.

Eadem etiam triclinaria dicuntur. Plinius, Metellus Scipioni triclinaria Babylonica sestertium octuaginta venisse, &c. Beroaldus in Iuuenalem, rechedipna legẽs, dicit esse vestem, qua in gymnasijs vtebantur, cuius & Athenæus lib. 6. & Plutarchus in Sympos. mentionem faciat. Ad hanc consuetudinem Matth. 22. cap. alludit Christus in illa sua parabola, in qua inter alia conuiuam quendam, qui non erat indutus ἐνδυμα γάμου, id est, veste nuptiali, hoc est, ea qua in nuptijs adhiberi consueuerat, dicit in exteriores tenebras fuisse exturbatum. Hoc etsi mystice seu allegorice de spirituali veste, hoc est, de fide per charitatem efficace, siue, interprete Theophilacto, de Misericordia, benignitate, atque φιλαδελφία intelligi debet, qua qui sunt vacui, æternæ illius lucis atque beatitudinis communione, excludantur, & in tartareas illas plagas, atq; tenebras præcipitantur: tamen simul ex illo loco temporis illius consuetudo colligi potest, qua nimirum in nuptialibus illis festiuitatibus, atque symposijs peculiares quædam, & (vti par est) splendidiores vestes fuerunt adhibitæ. Sic Iudith a imitata ad conuiuium Holoferni, vestitu & omni mundo muliebri se exornauit, vt scriptum est Iudith. cap. 12. v. 15. Vestes triclinaria.

Equidem ex veterum scriptorum monumentis facilè colligi posse existimo, albi potissimùm colores vestitum in conuiuijs vsitatum fuisse, ita vt nigris vestibus accumbere apud gentes quasdam nephas duceretur. Philo de Vita Theoretica testatur Iudæos olim dierum festorum conuiuia λευχειμονοῦντας, hoc est, albatos seu candidatos agitare fuisse solitos. Huc quoq; referẽdus ille mos Iudæorum decimum quintum diem mensis Ab celebrandi vestibus albis, atq; choreis, de quo sic scriptum est in Tabanit fol. 26. p. 1. Decima quinta mensis Ab, id est, Iulij filiæ Ierusalem egrediebantur in vestibus albis, quas qui nõ habebant à dicioribus mutuò sumebant, ne, cui vestes deerant, remoraretur quò minus ad choreas venirent: omnes vestes lauabantur. Filiæ Ierusalem egrediebantur, & choreas ducebant in vineis. Quid verò dicebant? Adolescens attolle oculos tuos, & vide quã tu velis eligere ex omnibus, ne respicias pulchritudinem, siquidem fallax est, at eam, quæ Deũ timet laudes. Idem mos apud Romanos quoq; fuit. Hinc. Horat. lib. 2. Sat. Albi coloris vestitum in conuiuijs vsitatum fuisse. Vestium candidarum vsus apud Iudæos.

Ille repotia, natales, aliósue dierum
Festos albatus celebret.

De vsu vestium candidarum in diebus festis apud Romanos multa alia testimonia præter Horatij extant apud auctores. Xiphilinus, die celebri Romæ ob ingressum Teridatis, μάλιστα δὲ ἡ ἀγορὰ ἐπεπλήσθη, τὸ γὰρ μέσον αὐτῆς ὁ δῆμος λευχειμονῶν, καὶ δαφνηφορῶν κατὰ τίλη ἔσχε, τὰ δ' ἄλλα οἱ στρατιῶται λαμπροῖς ὁπλισμοῖς, id est, populus albatus, & laureatus. Vopiscus in Florian: Tantùm illud dico, Senatores omnes ea lætitia esse elatos, vt domibus suis omnes albas hostias cæderent, albati sederent. Persius, Vsus vestium candidarum apud Romanos in diebus festis.

——Negato
Iuppiter hoc illi, quamuis te albata rogaret.

Prudentius contra Symmachum,

Exultare patres videas pulcherrima mundo
Lumina, conciliumque senum gestire Catonum
Candidiore toga, niueum pietatis amictum
Sumere. Et Ouidius,
Vestibus intactis (vsu nondum sordidis, aut obsoletis) Tarpeius itur in aream
Et populus festo concolor ipse suo est. Persius in re simili,
Scilicet hoc populo pexumque, togaque recenti
Et natalitia tandem cum Sardonyche albus
Se de leges celsa. Idem Satyr. 2.
Vota negato Iuppiter hæc illi, quamuis albata rogaret,

Id est, vestibus albis amicta. Cic. in Leg. Color albus præcipuè Deo dicatus est, cum in cæteris

tùm maximè in textili. Nec verò solùm in natalitijs, & repotijs, & nuptialibus, aut sponsalibus, sed etiam in funebribus cœnis hanc consuetudinem seruatam fuisse locuples, testis est M. Tullius in Vatinium, vbi illi objicit, quod cœnauerit atratus: verba eius hæc sunt, Atq; illud etiam scire cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Cn. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes: quem vnquam videris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris? Dices, supplicationes te illas non putasse. Optimè. Nullæ fuerint supplicationes, &c. Quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed omitto epulum, populi Romani festum diem argento, veste, omni apparatu visendo: quis vnquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, (en consuetudinem balneandi ante epulas) præter te, toga pulla vnquam data est? cum tot hominum millia accumberent: cum ipse epuli dominus Quintus Acius albatus esset, tu in templum Castoris tecum Caio Figulo atrato, cæterisque tuis furijs funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? &c. Hunc tum morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer, aut adolescens inter coëuos fueras? Fausti adolescentis nobilissimi paulò ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras? quem accumbere atratum videras dominum cum toga pulla, & eius amicos ante conuiuium? Quæ te tanta tenuit amentia, vt tu, nisi id feciisses, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos ciuium, morem veterum, (hinc constat morem hùc fuisse vetustum) eius qui te inuitarat auctoritatem, parum putares testificatum esse, supplicationes te illas non putasse. Ex graui hac Ciceronis inuectiua satis constat, Romanos veteres conuiuia inijsse albatos, ita vt nephas ducerent pullatum, seu atratum in conuiuio etiam funebri accumbere. Sidonius quoque Apollinaris ad hunc albarum vestium in exequijs, epulisque exequialibus vsum alludit lib. 5. epist. ad Aumastum: Nam libenter, inquit, incedunt armati ad epulas, albati ad exequias, pelliti ad ecclesias, pullati ad nuptias, castorinati (castorijs pellibus induti) ad lætanias. Plutarchus testatur in Problematis, fœminas antiquitus in luctu vestes, vittasq; albas gestasse (qui hodie reginarum Galliæ lugentium mos est, teste Polyd. Virg.) & Argis quoque, teste Socrate, albas vestes aqua elutas, in luctu gestare fuisse solitas. Ibidem cadauer quoq; defuncti albo tegmine in uolutum fuisse scribit. Apud Græcos, vt scribit Alex. ab Alex. lib. 3. ca. 7. sed sine auctore, fœminæ, viriq; in candida veste cum coronis, amplissimi viri exequias prosequuntur, & veluti in luctu publico complorant promiscuè. Quod fuit in more Syracusanis, qui candido amictu velati, & fronte coronati, Timoleonem extulere. Sicyonij similiter Aratum in veste alba, & coronis sepulchro intulere. In Imperatorum Romanorum funeribus, vestes albas adhibitas fuisse, Plutarchus & Herodianus testantur. Colorem album antiquitus matronis in luctu fuisse vsurpatum, Scaliger quoq; testatur lib. 1. Poët. Sic Blondus quoq; Foroliuiensis lib. 2. Romæ triumphantis, & Vrbinas ille, qui libros de Inuentoribus rerum scripsit, & alij non indocti viri, nulla temporum adhibita distinctione, in luctu antiquas mulieres, albas semper vestes vsurpasse existimant. Verum hos errare, & pullas, fuscas, nigras seu atras (quas anthracinas Varro vocat, quasi dicas carbonarias) antiquissimis temporibus fuisse lugentium vestes Hieron. Magius lib. 3. Miscell. cap. 14. veterum quorundã auctoritate probat. Varro de Vita patrum, vt apud Nonium legitur, de muliere. Propinquæ, inquit, adolescentulæ, etiam adolescentuli proximi amiculo nigello, capillo promisso sequuntur luctũ. Idem, Vt dum supra terram essent, ricinis lugerent, funere ipso pulli pallis amicta. Erat autem ricinum, vt Nonius ait, quod sua ætate masurtium dicebatur, palliolum fœmineum breue, cuius formam appingit ipsemet Varro lib. 4. de Lingua Latina. Apuleius lib. 2. de Asino aureo, Vmbrosum, inquit, demonstrat cubiculum, matronam flebilem, fusca veste contectam. Eadem quoq; apud Græcos consuetudo fuisse videtur, siquidè Iphigenia Euripidis Clitemnestræ matre iniunget, ne suã ob mortem crinem lanieť, ideiq; vt suis renunciet sororibus, scilicet ne quando nigris vestibus membra contegãt. Vnde & Hom. Il. lib. 24. Thetim futuram filij necem deflentem, velo nigro tectam Iouem adire facit. Niger enim color mortalis est, vt inquit Hippocrates in libro de Morbo sacro, siue quisquis ille fuit, qui librum illum conscripsit, quem Galenus Hippocratis esse negat. Theocritus in epitaphio Adonidis, Venerem cyanea stola indutam, ad lugendum Adonidis mortem inuitat. Nigrarum vestium mos apud mulieres Romanas mox obsolemit, vt Plutarchi testimonio intelligitur. Deinde moribus depravatis, & viros albas vestes in luctu vsurpasse, colligere possumus ex his ludis

Paulo

In cœnis funebribus albati accumbebant.

Balnea ante epulas.

In exequijs atque luctu.

In cadaueribus inuoluendis.

Alia testimonia de vestium nigrarum vsu in exequijs

Ticinum quid.

Color niger.

Digitized by Google

Pauli verbis lib.1.Sententiarum, sub titulo de Sepulchris & lugendis. Qui luget, inquit, abstinere debet à conuiuijs, ornamentis & alba veste.

Liuius scribit, in luctu matronas Romanas nihil aliud, quàm purpuram aurumq; deponere, quæ, cum eluxerunt, resumunt. Dionys.Halicar.lib.5. refert Romanas matronas Valerium Publicolam, Brutumq; luxisse annuum tempus, depositione auri, & purpuræ, vt est illis luctus consuetudo in necessariorum, cognatorumq; funebribus. Alexand.ab Alex.lib.5.cap.18.scribit diebus natalitijs & Calendis Ianuarijs, nonnunquam ludis Rom. albas lacernas, prætextasq; indutos incedere, & ludos spectare fuisse solitos. Nam in veste pulla ludis interesse Augustus prohibuit. Alexander Seuerus, teste Lampridio, cùm natalem diem commendaret, hostia cruenta effugit, & vt se ciuiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam eius vestem, cum qua constiterat, cruentauit. Lacernis candidis vsos fuisse Romanos in spectaculis, ex illis Martialis carminibus constat, quibus ille perstringit Horatium, qui nigra lacerna spectaculis interfuerat, In natalitijs. In spectaculis.

Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusque
Sancto cum duce candidus sederet
Toto vix cecidit repentè cœlo
Albis spectat Horatius lacernis.

Augustus, teste Suetonio, habitum, vestitumq; pristinum reducendi studiosus, visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus, & clamitans, ait, En Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Negotium ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circúue, nisi positis lacernis, togatum consistere. Item, Sanxitq; ne quis pullatorum media cauea (theatrali consessu, vbi populus spectauit) sederet. De lacerna candida amphitheatrali, vide plura apud Lazium lib.8.cap. 10.Com.reipub. Plutarchus in Æmilio de Triumpho P. Æmilij verba faciens, dicit, Omnes καθαραῖς ἐσθῆσι κεκοσμημένους, id est, albis vestibus indutos ludos spectasse. Fuit candidarum vestium alius quoque apud Romanos frequens vsus: tales enim erant vestes castrenses, sacerdotales, atque muliebres.

De castrensibus Trebellius Pollio in Galeno sic scribit: Iam primum inter togatos patres, & equestrem ordinem, albatos milites (albis vestibus indutos) & omni populo præeunte. Sic candidatos milites Vegetius rei militaris vocat principales, qui priuilegijs muniuntur. In militia.

Vestimenta sacerdotalia similiter lineà fuerunt, & alba pretiosa, nullo infecta colore, pura. Virgil.12.Æneid. In sacris.

Procedunt castris, puraq; in veste sacerdos. *Ouid.*
Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba. *Iuuenal.*
Cum grege linigero circundatur, & grege caluo. *Martial.*
Linigeri fugiunt calui, sistrataque turba.

Sic Flamen, vt Varro tradit, cum Ioui sacra ferebat, totus albatus erat, & pileum etiam gestabat album. Item virgines Vestales suffibulo amictæ sacrificabant. Fuit verò suffibulum vestimentum album, prætextum, quadratum, oblongum, quod illæ in capite habentes sacrificabant, idq; sub mento fibula comprehendi solebat, vnde nomen, Pierius lib.40.Hieroglyph. De calceamentis sacerdotum Romanorum, Atheniensium, & Alixandrinorum candidis, vide Lazium lib.8.cap.13.Com.reip. Rom. Talis Ægyptiorum quoq; sacerdotum vestitus fuit, de quo Herodotus sic scribit: Sacerdotes lineà ferunt vestimenta, semper recens abluta, huic rei semper vacantes. Iidem calceos papyraceos gestant. Plin.lib. 19. vestes sacerdotibus Ægyptijs lineas gratissimas esse eo genere lini, quod gossypon, & xylon vocant, vnde dicta xylina, quibus nulla sunt candore, mollitiáue præferenda. Apuleius cæremonias Ægyptiorum explicans, Influunt, inquit, turbæ sacris diuinis initiatæ, viri fœminæq; omnis dignitatis, lineæ vestis candore puro luminosi. Ab hac veste linea poëtæ linigeros vocant sacerdotes, Isidis Deæ Ægyptiorum. Pierius tamen, nescio quo auctore, Sacerdotes, inquit Ægyptij contra nostrorum mores cùm supplicabant, nigris vtebantur vestibus, neque alias, quam nigras vestes eum decere arbitrabantur, qui Dijs preces allegaret: quippe vt forma ipsum supplicare confirmarent, ex qua mortales conformati sumus. Ea autem apud ipsos nigra figuraba- Suffibulum. Aegyptiorum sacerdotum vestitus.

tur. De Ægyptiorum sacerdotum caluorum vestitu atque habitu candido, vide plura apud Apuleium lib.11. & 2. Poteris hunc habitum, vt Beroaldus facit, cum habitu sacerdotum nostri temporis conferre. De vestibus religiosis, & sacerdotalibus Iudæorum, vide Beroaldum in Sueton. ex Hieronymo.

Vestes muliebres.

Muliebria quoque vestimenta linea atq; alba Romanis fuerunt probata, vt testatur Lazius lib.8. Comment. cap.1. Vnde prouerbium, Linum candidum lucri causa ducis, in eum qui dotis causa ducit vel deformem, vel anum. Linum autem vocat vxorem, vel quod apud veteres solæ mulieres lineis vterentur, &c. Erasmus in Adagijs. Turnebus in suis Aduers. in illum Horatij versum: Mirator cunni Cupennius albi, Ex pudenda, inquit, parte mulierem intelligit, ex albo ingenuam: in ingenuis autem stupra legibus vindicabantur, non item in libertinis. Ingenuæ autem mulieres albatæ erant, libertinæ atratæ, nobiliores purpuratæ. Vnde Artemidorus: καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμύς εἴη λευκὴ, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει, εἰδὲ μέλαινα, ἀπελευθέραν, εἰδὲ πορφυρᾶ, ἑταίρας ἑαυτῷ: sic enim conijcit, somnia illa & visa Artemidorus, quod his essens solitæ vti vestibus ingenuæ, libertinæ, & nobiles.

Linum candidum.

In manumissionibus.

Præterea vestis candida apud eosdem manumissionis quoque insigne fuit. Moris enim erat Romæ, vt serui facti liberti candidati ad cœnam domini sui admitterentur. Hoc perspicuè docet Tertullianus libro de Resurrectione carnis, his verbis: Oro te, si famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro, atq; anima permanebunt, quæ flagellis, & compedibus, & stigmatibus obnoxiæ retrò fuerant, idcirco ne illa eadem pati oportebit? non opinor. Atq; & vestis albæ nitore, & anulei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaq; honoratur.

In magistratuũ petitione.

Adhæc candida vestis signum erat petitionis honorum atque magistratuum, quorum petitores candida toga induebantur, ac proinde dicebantur candidati, vnde ambitio cretata eleganter à Persio dicta est. Hoc autem ideò factitatum esse Plutarchus in Problem. existimat, vt magistratus dignos non genere, non diuitijs, non gloria, sed vulneribus, & cicatricibus iudicarent: quæ vt ab his conspicerentur, quos ambiendo prensabant, in toga candida ad petendum descendebant: vel quia corpus nudando, ac seipsos submittendo populum captabant. De toga pura, qua tyrones, nonaq; nuptæ induebantur, suprà dictum est, de qua Cæl. lib.14. cap. 16. quibus adde quæ Calcagninus annotat. Pura toga, inquit, quam exeuntes pueritiam adolescentes induebant non sine parentum hilaritate, fuit colore vel simplici, vel candido, aut in candoris animi testimonium, aut quòd gerendis magistratibus iam idonea ætas videretur. Candidati enim magistratuum competitores comitia inibant. Vel certè, quòd nondum quicquam descriptione dignum gesserint. Nam sic & tyronibus prima stipendia facientibus, alba parma, & pura hasta tradebatur. De hac pura veste, vide plura apud Bayff. de Re vestiaria, vbi probat, vestem καθαρὰν, id est, puram, pro candida à Plutarcho vsurpari. Sic album vicissim, pro puro vsurpatur, quia hic color est purissimus. Sic linea vestis alba supra cæteras vestes inducta, puellaris ætatis indicium fuit, quòd eo genere amiculi apud veteres puellæ ante duodecimum annum vtebantur, Pierius. Toga, vt inquit Isidorus, candida, eademq; cretata, in qua candidati, id est, magistratum petentes, ambiebant, addita creta, quò candidior, insigniorq; esset. Persius huc alludens,

Magistratuum petitores cur toga candida induti fuerint.

Toga pura.

καθαρὰ καθαρά.

—— Quem ducit hiantem Cretata ambitio.

Vestis linea alba.

Quæ autem essent artes petitoriæ, (Cicero munus candidatorium dixit, pro officio & labore petitionis) hoc est, candidatorum, docet Mamertinus in Panegyr. his verbis: Quis ignorat tunc quoq; cùm honores populi Romani suffragijs mandabantur, multos fuisse candidatorum labores? ediscenda omnia nomina tribulium, homines singuli salutandi, prehensanda obuiorum manus, omnibus arridendum, multaq; alia propter honorem adipiscendum agenda, quæ aliàs virum honore dignum facere non deceret. Hinc Cæsarus, siue Principis candidatus, prouerbium de eo, qui inani quadam confidentia, & securitate nixus, negligentius munus aliquid obit, de quo multa Cæl. lib. 14. cap. 16. De ijsdem Cic. in Orat. cui titulus est, in toga candida, quam dixit in Senatu in petitione consulatus, (huius orationis meminit Beroaldus in Suetonium, & Celius libro 14. cap. 16.) olim tribuni legem promulgarunt, ne cui album vestimentum (sic ille togam candidam appellat) addere petitionis causa liceret, sicuti tradit Liuius in IIII. ab vrbe condita. Pierius tamen in Hieroglyph. suis lib. 40. albam vestem modestiæ, animiq; sua sorte contenti signum esse dicit: purpuram autem ambitionis

Prouerbium. Artes petitoriæ.

bitionis, animiq; sublimis, & vasti, amplitudinis, summiq; magistratus. Hinc cum apud Alexandrũ quidam Antipatri parsimoniam, atq; modestiam commendaret, Ἔξωθεν, inquit, λιτὸν πάρυφον· ἔνδον δὲ ὅλον πόρφυρον. Cæl. lib. 9. cap. 7. id est, Foris albo vtitur pallio, intus verò totus est purpureus, fictam notans in homine ambitiosissimo, qui maxima quæq; appeteret, modestiam. Sic paries dealbatus Act. 23. & sepulchra dealbata Matth. 23. hypocritæ appellantur. Hæc ille. Tales profectò erant Romani illi candidati, qui candida veste animi candorem atq; modestiam, innocentiam præ se præferebant, cum animi illorum essent purpuri, id est, ambitiosi atq; sanguinolenti. Purram autem Romanorum quoq; magistratuum insigne illud Martialis indicat,

Paries dealbatus Act. 23. & sepulchra dealbata Matth. 23 quid denotent.

Diuisit nostras purpura vestra togas.

Et ab eodem purpura vsurpatur pro magistratibus,

Purpura te fœlix, te colit omnis honos.

Purpura.

Plin. 10. de Gallis, vt planè dignè aliti honoris tantum præbeat Romana purpura, id est, magistratus Romanus. Hinc perfidi quoq; Iudæi Christum per ludibrium πορφύραν, id est, purpura, vt Marcus, inquit, sive, vt Ioannes loquitur, ἱμάτιον πορφυροῦν, id est, veste purpurea induerunt, cum ille sibi verè, illorum autem opinione falsò, regiam dignitatem assignaret. Fuit simul sanguinis illius effundendi symbolum. Eam vestem chlamidem coccinam Matthæus appellat. Coccina tunica prælij futuri signum fuit Romanorum Imperatoribus, teste Plutarcho in Fabio. Sic quoque vestis Christi coccina, fuit signum prælij, quo Christus cum diabolo, morte, atq; peccato erat dimicaturus. Fuit etiam vestis purpurea, vestis triumphalis, vt Bayffius ex Plutarcho probat. Fuit ergo illius simul futuræ victoriæ atque triumphi symbolum. Purpuræ appellatione coccum non contineri Bayffius ex Vlpiano probat, vnde Euangelistæ videntur à se inuicem dissidere, quorũ vnus, Matthæus nimirum, coccineam, reliqui duo purpuream illam Christi vestem fuisse affirmant, quam rem Sorbonicis Theologis dijudicandam relinquit. Vestem purpuream à coccina differre Brodæus probat lib. 1. Miscell. cap. 8. Coccos enim, inquit ille, est surculosus paruus frutex, cui grana ceu lentes adiacent, teste Dioscorid. lib. 4. His colorem coccineum fieri eoq; infecta vestimenta coccinea appellari puto. Purpura autem, vt fatentur omnes, piscis est è concharum genere, qui florem illum tingendis expetitum vestibus in medijs habet faucibus. Mihi quidem Matthæus colorem (est enim coccineus color idem ferè cum purpureo) reliqui duo materiam videntur expressisse, vt etiam Rondeletius sentit in sua Historia piscium. Candidati autem eleganter dicuntur petitores non solùm magistratuum, sed aliarum quoque rerum. Sic à Quintil. candidatus eloquentiæ, à Plinio in Panegyrico candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo candidati fidei, catechumeni, qui ad fidem instruuntur, & munerarius pauperum, & egentium candidatus: & ab Apuleio candidatus cruci, hoc est, qui crucem petit, siue qui iam iam est futurus crucifixus, & (vt veteres loquebantur) directus, vt C. Rabirius ille pro quo Cicero. extat oratio: à Plauto cruci salus dicitur, quasi in crucem saliens: & Libertus Icelus à Suetonio, summus equestris ordinis candidatus: à Seneca homo multarum rerum candidatus appellatur, à quo fortunæ comitia dicuntur. Sic à Tertulliano simili translatione, perelegantissimè, æternitatis candidati appellantur Enoch, & Elias, libro de Resurrectione carnis, & candidatus timoris, qui paulatim timorem Domini imbibit, libro secundo ad Vxorem, & candidati diaboli dicuntur, qui idololatricis sacris sunt initiati, libro aduersus Marcionem. Item in libro de Baptismo, Baptismum pœnitentiæ, quasi candidatum remissionis & sanctificationis in Christo subsecutura vocat. Nam quod prædicabat (scilicet Ioannes Baptista) Baptismum pœnitentiæ in remissionem delictorum, in futuram remissionem enunciatum est. Siquidem pœnitentia antecedit, remissio subsequitur. Ab eodem libro de Corona candida salutis, & candida martyrij, eleganter pro æternæ salutis præmio vsurpatur. Item de S. Paulo verba faciens, dicit illum gloriam carnis, notam circunciſionis, Pharisææ candidæ dignitatem, pro detrimento sibi deputasse: vbi candida metonymicôs pro ordine, siue honore videtur vsurpari: vel forsan Pharisæi hypocritæ, qui à Christo dealbatis sepulchris comparantur, vestes albas seu candidas gestarunt. Verùm de vestitu Romanorum albo, plura tradit Iustus Lipsius Elect. lib. 1. cap. 13. lectu dignissima, quorum hæc est summa: Romanis in vestitu placuisse colorem album, siue quòd is, vt Plato vult, lætitiæ sit proprius: siue potius quia agrestis illa, & prima gens, sine tinctis accersitis coloribus, lanæ natiuum retinuit, id est, album. Ita toga Romanorum alba, &

Purpura Christi. Coccina tunica. Euangelistæ de purpurea illa siue coccinea Christi veste conciliantur. Vestis purpureæ & coccineæ discrimen. Candidati, petitores non solũ magistratuũ, sed aliarum quoq; rerum. Lib. 1. de asino. Candida salutis, martyrij. Albus color in vestitu cur Romanis placuerit.

Tunica fuit, & Calcei, & omnis cottidiana vestis. Togam albam fuisse, quam Graci λευκὴν, & ad discrimen prætextæ, ὁλολευκὴν vocant, Titinnij, Plauti, Statij, Persij, Martialis testimonijs probat. At obijciat quis: Si toga vulgò alba, cur, qui prensabant, induebantur toga candida, vt hac quasi nota intelligi & excerni possent à reliqua plebe? Respondet, albi coloris togas vulgò fuisse, non candidi. Albus color natiuus lanæ est: candidus propriè splendens ille, & qui est ab arte. Ideo Polybius aliquot locis λαμπρὸν dictam maluit petitorum togam, quàm λευκὴν: & Latinè commodè splendentem dixerimus. Nam petitores non contenti insito lanæ colore, cretam addebant in vestem, vt splendesceret. Vnde Isidorus, Fit toga addito quodam creta genere candidior. Obijciunt item de diebus festis, Romani, inquiunt, saltem per dies festos in veste alba erant. Non ergo cottidianas vestes censendum albas. Respondet, non aliud fuisse in eo more, quàm vt per dies priuatim, aut publicè lætos, togas recentes sumerent, & vsu nondum sordidas, aut obsoletas, qui mos planè geminus est moribus nostris. Nec verò Romani solùm in lætitia, aut in sacris adhibebant hunc colorem, sed etiam externi, id quòd de Rhodijs Liuij testimonio probat, & de Ægyptijs Suetonij in Vita Augusti. Propter has togas albas fullonum apud veteres creberrimus vsus, rarior tinctorum. Fullonum, qui maculas scilicet, & sordes è toga eluebant, & addito furfure, ac creta, iterum candè eam faciebant. Alba igitur toga, & ea quamdiu in communi vsu, discrimen nullum inter ciues fuit à colore vestis, nisi quòd diuites, munduli, elegantes semper in toga sua è fullone niuea: vulgus ferè sordidiores essent, & togis magis pallentibus, ac, vt propriè dicam, obsoletis. Ideò Seneca epistol. 115. per sordidos intelligit vulgum. Mirari, inquit, non debes, corrupta excipi non tantùm à corona, sed ab hac turba quoq; cultiore. Togis enim inter se isti, non iudicijs dissident. Sed & viri illustres ac nobiles rei facti, per dies iudicij sumebant hanc togam sordidam, posita niuea, vt miserabiliores essent in veste plebeia. Itaque rei in sordibus esse dicuntur, aut sordidati: non pullati, ne quis erret, qui color tantùm funebris. Viri etiam graues ac rigidi non amabãt eximium illum candorem. Vnde simia ille apud Horatium,

Exiguaq; toga simulat tesquore Catonem.

Duo enim lauti homines amabant in toga, laxitatem & candorem: spreuerat vtrumq; Cato, arcta toga contentus, & ea squallenti: Id enim Horatius tesquor, pro quo malè vulgò legunt tentore. Postea mutata republica, & labente imperio, toga, quæ olim necessaria ciuibus, imperatorum temporibus, apud paucos remansit, & non nisi honestiores. Vulgus spreta ea, abijt ad Paenulas, lacernas, aut tunicas solas, easque colore pullo, id quod statim sub Augusto cæpit. De paenulis, tunicis, lacernis, vide ibidem plura. Pereunte toga, interijt color albus, & pullo plebeio omnes vestes. Hinc discrimen natum inter ciues, ignotum sæculo priori, vt alij candidati dicerentur, pullati alij. Candidati non ij, qui peterent (vt olim) sed honestioris ordinis ciues. Pullati, infima plebs, siue vulgus.

Albi & candidi coloris discrimen.

Rhodij.

Fullonũ apud veteres creberrimus vsus.

Sordidi pro vulgo.

Reorum toga sordida.

In toga duo amabantur.

Toga mutata.

Pullati qui.

Porrò Naucratitas quoque, testis est Athenæus libro 4. in Genethlijs Vestæ Prytanitidis, in Pryaneo epulantes, nec non in Dionysiacis, & Panegyri Comæi Apollinis albis vestibus vsos fuisse, quas suo quoq; tempore Prytanicas vestes dicit fuisse appellatas. Cereris quoq; initiatos candidis, vt Bellonæ nigris, & Saturni purpureis, atq; rubicundis vestibus indutos fuisse Tertullian. testatur libro de Pallio, his verbis: Cur istas non spectas? vel illos item, qui nouitate vestitus religionem mentiuntur, cùm ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittæ, & priuilegium galeri, Cereri initiantur: cùm ob diuersam affectionem tenebricæ vestis, & tetrici super caput velleris in Bellonæ montes fugantur: cùm latioris purpuræ ambitio, & galatici ruboris superiectio, Saturnum commendat: cùm ipsum hoc pallium morosius ordinatum, & crepidæ Græcatæ Græcatim Æsculapio adulantur. Alexand. ab Alexand. lib. 6. cap. 19. Romanos, scribit, in toga candida Indos spectare solitos fuisse, & mulieres in veste alba Cereris sacrum facere solitas fuisse, vt tunc Dijs gratum esse censerent, si à lætis, nec funere pollutis celebraretur. Et tamen, vt testis est Pierius in Hieroglyph. apud Arcadas Cereri nigra vestis induebatur. Sic Falacralis Flamen, teste Pierio, nigro vtebatur pileo, erat enim Plutonis, cui cum immolabant, vestibus vtebantur nigris, quem colorem aiunt dijs inferis dedicatum.

Naucratitæ vestibus albis vsi fuerunt.

Vestium superstitiosarum apud ethnicos varij colores.

Ex his, quæ adhuc dicta sunt, constat, vestes candidas apud Naucratitas, & præcipuè apud Romanos, non solùm in conuiuijs, verùm etiam in sacris, in magistratuum petitione, in manumissionibus,

stionibus, in militia, in spectaculis, in triumphis, in nuptijs, in luctu quoque, & cadaueribus inuoluendis adhibitas & vsurpatas fuisse. Ac omnino vestes albas siue candidas, in sacris pariter atque prophanis literis vehementer commendari constat, ceu insignia atque symbola cùm virtutum, vt modestiæ, puritatis morum, innocentiæ, synceritatis, atque integritatis: tùm fœlicitatis, beatitudinis, victoriæ, libertatis, lætitiæ atque gaudij. Hinc præter suprà commemorata exempla, Magi in Perside, teste Pierio, Deum ipsum non nisi albis vestibus delectari affirmabant. Et Plutarchus Problemat. Rom. 26. Magos aduersus Plutonem, & tenebras lucido, & illustri amictu se muniuisse scribit. In somnijs quoque candidæ vestis somnium pro fœlici augurio habetur. Vestis candidæ præstantia.

In sacris literis angeli semper candidati apparuerunt, id quòd illorum cùm innocentiæ, tùm beatitudinis est argumentum. Sic, vt ex plurimis, vnum proferam, gloriosæ Christi resurrectionis, quæ diaboli, mortis atque peccati victrix extitit, primi testes atque præcones fuerunt angeli, albis vestibus induti atque ornati. Eius rei testes sunt Matthæus vigesimo octauo, qui εἶδυμα illius nitus instar λευκὸν fuisse dicit: Marc. 16. qui illum στολὴν λευκὴν περιβεβλημένον, id est, stola candida amictum fuisse perhibet. Et Ioan. 20. qui duorum angelorum mentionem faciens, illos ἐν λευκοῖς, id est, candidis vestibus indutos fuisse testatur. Angeli semper candidati apparuerunt.

Christus ipse in monte Thabor μεταμορφωθεὶς λευκῷ, vestitu candido, instar lucis, siue niuis, sese discipulis suis conspiciendum præbuit, qui cùm puritatis, tùm victoriæ, atque beatitudinis æternæ fuit symbolum. Sic Apocalyps. cap. 1. Christus candidatus Ioanni apparuit, Vestitus, inquit, erat ποδήρη, scilicet ἐνδύτα, vestem talarem, siue ad talos vsq; demissam. ποδήρης Suida, χιτὼν ἕως τῶν ποδῶν, tunica ad pedes vsque demissa. Eucherio est sacerdotalis vestis linea corpori penitus adstricta, eademque talaris, ἀπὸ τῶν ποδῶν appellata, quæ & subucula dicitur. Per hanc, teste Pierio in Hieroglyph. quæ alijs subijciebatur, doctrinam sacratiorem intelligi, veteres Theologi tradiderunt. Exod. Et fecerunt vestimentum poderem sub vmbone, opus textile, totum hyacinthinum. Sequitur apud Ioannem: Caput autem eius, & capilli erant candidi velut lana alba, & tanquam nix. Hic candidus, niueusque Christi habitus, siue vestetus, est indumentum illud salutis & iustitiæ, quo, vt Isa. 61. dicitur, sponsam, id est, Ecclesiam suam vestit, tegit atque ornat: eique suam imputando iustitiam, & sanctitatem, facit vt illa quoque alba & candida, id est, iusta coràm Deo appareat, sine ruga & macula Ephes. 1. secundum illud Isa. 1. Si peccata vestra, &c. Huc quoq; facit ἐσθὴς λαμπρὰ, vestis splendida, seu, vt vulgatus interpres vertit, alba, qua Christus per ludibrium ab Herode fuit indutus. Illa enim reuera argumentum fuit Christi innocentiæ, & regiæ dignitatis, Luc. 23. Forsan vt ἐσθὴς καθαρὰ, & καθαρὸν ἱμάτιον, id est, pura vestis à Plutarcho pro alba vsurpatur, sicut Bayffius testimonijs quibusdã probat: sic λαμπρᾶς vocabulum eodem modo vsurpatur, nisi malimus purpuream vestem intelligere, cuiusmodi veste à Iudæis per ludibrium fuit amictus. Apoc. 3. Laodicensi ecclesiæ Deus suadet, vt vestimentis albis sese induat, vt non appareat dedecus nuditatis eius, hoc est, vt Christum vna fide induat, vitæ morumq; candori, & synceritati studeat. Et ab initio eiusdem Capitis: Sardensis ecclesiæ nõnulli esse dicuntur, qui nõ inquinauerant vestimenta sua, & additur: Et ambulabunt mecum in albis, qui digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. En hic quoque candida insigne est victoriæ, cælestis gloriæ & fœlicitatis. Et Capite eiusdem lib. 6. Martyribus dantur stolæ albæ, ceu insignia illorum victoriæ, libertatis atque beatitudinis. Ab initio eiusdem Capitis equus albus inducitur, & eques, seu insessor eius arcu, ac sagittis armatus, & corona insignitus ceu victor. Equus ille albus, (cuiusmodi erant quatuor illi equi candidi apud Romanos, triumphalem causam ducentes) vt & corona, insignia sunt victoriæ, qua Christus de omnibus hostibus suis potitur. Sic equi albi apud Virg. cùm belli, tùm victoriæ sunt insignia. Sic enim Anchises loquitur Æneid. 3. Ποδήρης. ἐσθὴς λαμπρὰ.

Quatuor hîc primum omen equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore niuali.

Hoc Anchises interpretatur de bello,

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.

Sed paulò post, pacem candidam significare (spes est pacis) ait. Latenter ostendit victoriam adepturos, vt Seruius annotat. Huc facit illud Græcum ἵππους μελαίνας ὑ καλὸν πάντως βλέπειν; ἵππον δὲ λευκὴν ὄψις ἀγγέλων φάσις. Hinc quoque natum est proverbium illud, Equis albis

præcedere: & Plautinum illud, Nunquàm ædipol albis quadrigis indipiscet postea, de quo Erasmus in Adag. Sic equi illi albi Zachariæ 6. Hieron interprete, Maccabæorum sub Antiocho rege victoriam: alijs Iudæorum fœlicem statum sub Macedonibus: alijs bonos angelos significat. Virg. tamen Georg. 3. album equi colorem deterrimum facit:

Equi albi. ——Color deterrimus albis.

Seruius, Atqui alibi ait. Qui candore niues anteirent. Sed aliud est candidum esse, id est, quadam nitenti luce perfusum, aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Iudic. 5. v. 10. asinarum candidarum fit mentio in illo Deboræ epinicio: Qui ascenditis asinas candidas: omnes ferè interpretes mercatores intelligunt; alij pingues, vel forsan quia asinæ candidæ erant meliores, robustiores, agiliores. Apocalyp. quoq; 7. electi omnium gentium innumerabiles coràm throno cælesti, & agno stantes, inducuntur amicti stolis candidis, & ferentes palmas in manibus suis, Deum laudibus celebrantes. Et paulò post, Hi sunt, qui venerunt ex afflictione magna, & dilauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas (hoc παράδοξον videtur mundo, atq; rationi) per sanguinem agni. Asinæ albæ.

Stolæ albæ. Hæ quoque stolæ candidæ martyrum, & electorum, symbola sunt illorum munditiei, iustitiæ, libertatis, victoriæ, gloriæ, beatitudinis deniq; quam agni illius immaculati, hoc est, Christi sanguine fuerunt consecuti. Huius vestitus typus & figura fuit vestis aspersa sanguine hostiæ, de qua Leuit. 6. Huc quoque referenda illa Tertulliani lib. 4. aduersus Marcionem. Nazaræus vocari habebat secundum prophetiam Christus creatoris. Vnde & ipso nomine nos Iudæi Nazaræos appellant per eũ. Nam

Nazaræi. & sumus, de quibus scriptum est, Nazaræi exalbati sunt super niuem. Qui scilicet retrò luridati delinquentiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris. Rogius ille concionator cap. 9. sui libri, dum morum candorem, & animi puritatem persuadere vult, omni tempore, inquit, sint vestimenta tua candida: quibus verbis, interprete Pierio in hieroglyph. præcipit nullam ætatem, nullum officium, nullum ocium & negocium toto vitæ tempore synceritate & innocentia (cuius symbola sunt vestimenta candida) vacuum esse debere. Hæc ille. Sic Hieronymus in suis in eccles. commentarijs in-

Loci Eccles. 9. interpretatio. terpretatur: Habeto corpus mundum, & esto misericors. Mihi quidem hoc ipso in loco Solomon simul videtur alludere ad cõuiuialem vestitum, quem apud Iudæos quoq; (vt ex Philonis loco suprà citato videtur colligi posse) album fuisse verisimile est. Nam & versu proximè antecedente 7. panem cum gaudio comedendum, vinumq; hilari corde bibendum esse præcipit: & mox versu 8. vestiũ albarum mentione facta, subiungit, oleum super caput tuum ne deficiat: cuius quidem in conuiuijs quantus vsus fuerit, tùm dictu est, tùm pluribus dicetur. Omnino ergo cùm ver. 7. præcepisset in epulis atq; conuiuijs lætitiæ esse indulgendum, mox versu 8. sequente, duo lætitiæ illius conuiualis quasi signa seu causas effectrices subiungit, vestes nimirum albas atq; oleum: quorũ vtrumq; cùm lætitiæ, partim significãdæ, partim efficiendæ, maximam vim habeat, in conuiuijs adhibitum & vsurpatũ fuisse legimus, vti suprà dictum est. Simplex ergo sensus erit, sis semper lætus & hilaris: lautè vivito, genio indulge. Sisinnius Nouatianorum episcopus homo mollis & delicatus, cum & bis in die lauaretur, & cãdida semper veste veteretur, & ob id reprehensus esset à quodam, excusauit se cum hoc loco Ecclesiastis, tùm Christi, Heliæ & Mosi exemplo, quos vestibus albis vsos fuisse dicebat. Testis est Socrates lib. 6. cap. 22. Hieron. lib. 2. epist. 14. Vestes pullas æquè deuita, vt candidas. Ornatus, & sordes pari modo fugienda: quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. Cum ergo vestes albæ non in prophanis solùm, verumetiam sacris literarum monumentis tantoperè cõmendentur, cum maximarum, & pulcherrimarum rerum symbola & insignia, mirum profectò non est, Christianos primitiuæ ecclesiæ easdem in sacris, atq; sacramentis suis vsurpasse.

Vt igitur apud Romanos, sicuti dictum est, magistratuum atque honorum petitores erant candidati: sic in primitiua ecclesia Baptismi candidati, (qui etiam competentes vulgò fuerunt appellati) cùm quadragesimæ initio nomina sua dedissent, & toto illo quadraginta dierum spatio astrũ vestibus, promisso capillo, in sordibus & squallore iacuissent, paulò ante Paschæ lauabantur, (quod Augustinus epistol. 118 ad Ianuarium baptismum antebaptismum vocat) tandemq; loti, candidisq;

Baptizandorũ vestis candida. induti vestibus, ad Baptismum accedebãt. Idem infantum quoq; baptizandorũ habitus fuit, de quibus eleganter Pontius Paulinus,

Inde parens sacrò ducit de fonte sacerdos.
Infantes niueos corpore, corde, habitu.

(Quos

(*Quos tamen versus Pierius Fortunato tribuit.*) *Et Lactantius in carmine de resurrectione dominica.*

Rex sacer ecce tui radiat pars magna trophæi
Cum puras animas sacra lauacra beant.
Candidius egreditur nitidis exercitus vndis,
Atque vetus vitium purgat in amne nouo
Fulgentes animas vestis quoque candida signat,
Et grege de niueo gaudia pastor habet.

Meminit etiam Socrates lib.7.cap.17.candidæ huius vestis, quæ dabatur baptizatis. Loti semel salutifero fonte, nunquam stolam candidissimam, quam suscipiunt in baptismate, inquinare docentur. Rabanus Maurus Moguntinus episcopus lib.de instit.cler.1.cap.29. Post baptismum traditur Christiano vestis, designans puritatem, & innocentiam. Nazianzenus in orat.de Sancto lauacro, illud dicit à Christianis varijs nominibus appellari, nimirũ δῶρον, χάρισμα, βάπτισμα, χρίσμα, φώτισμα ἀφθαρσίας ἔνδυμα, Et paulò post, ἔνδυμα ὡς αἰχμὴς κάλυμμα, id est, ceu turpitudinis tegumentum. Hinc Ammonius monachus lib.3. de gestis Francorum mentionem facit pueri occisi, qui adhuc, vt ille loquitur, erat in albis regenerationis, hoc est, qui recens erat baptizatus, nondum baptismalibus illis atque candidis vestibus exutus. Nam qui baptizabantur in vigilia Paschatis, incedebant veste candida induti per octo dies, ac vocabantur albati, siue in albis, atque octauo demùm die vestem albani deponebant: quibus adde, quòd, vt Tertull.docet, lib.de Corona militis, ex ea die, qua erant baptizati, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinebant. Et quoniam Paschatis hebdomada, antiquitus plures vnà tingi consueuerunt, ea de causa feriæ illæ, quæ ad hoc omnes instituta sunt, & qua subsequitur Hebdomada, atque dominicus, quam nos, Quasimodo geniti nominamus, in albis fuit appellata. Vestis hæc candida in baptismo symbolum erat cùm ipsius Christi, quem electi fide induunt, secundùm Paulum Eph.4. Coloss.3. tùm illius munerum, hoc est, institiæ, vitæ puritatis, & innocentiæ, (Tertull.hoc indumentum Spiritus Sanctus vocat lib.de pudicitia) libertatis, victoriæ, gloriæ, immortalitatis, quam ex aqua & spiritu regenerati consequuntur, de quo pluribus disserit Ambrosius in lib.de ijs, qui initiantur mysterijs, cap.7. Vt ergò olim apud Romanos candida vestis, qua serui à Dominis decorabantur, erat insigne illorum manumissionis: sic candida illa baptismi vestis signum erat illos ex manibus diaboli atq; peccati immanissimis esse liberatos, vt posthac Deo, ceu patrono suo fidelissimo, seruirent vitæ puritate, ac sanctitate. Præterea, cum candidus color olim victoriæ & triumpho fuerit consecratus, candida hæc vestis illos monebat, vt cogitarent sibi in hac vita, ceu in militia, perpetuò esse cum diabolo, peccato, atque mundo dimicandum in Christo, & vincendum.

Nomina sancti lauacri.

Paschatis hebdomada, & dominica Quasi modo, in albis appellata.

Vestis candida in Baptismo quale symbolũ

Iam verò in cœnæ quoque Dominicæ administratione album vestitum antiquitus adhibitum fuisse, ex illis Hieronymi verbis videtur colligi posse lib.1.contra Pelagianos, Quæ sunt, rogo, inimicitiæ, inquit, contra Deum, si episcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida veste processerint. Verisimile est cùm eos, qui sacrosancti illius epuli communione fruebantur: tùm eius administratores, hoc est, sacerdotes atque diaconos albas vestes gestasse. Harum autem vestium antiquarum vestigia sunt tunicæ illæ quas choro, & albas vulgò nominant, in quibus missa paschatis tempore celebratur. Sic nos vestitum quidem veterum candidum retinemus, & imitamur: at religionis, morumq; candorem, integritatemq; iampridem amisimus: contrà verò τὸν ἔσω τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, vt Iudas in sua epistola loquitur, hoc est, tunicam carnis contactu maculatam gestamus.

Tunica chorea appellata.

Caterum notandum est, vestes albas esse duplices: alias, quæ natiuo colore constant, qui leucopus dicitur: alias quæ artificiali, quas volunt propriè candidas dici. Leucopeati dicuntur Martiali, qui rudiori alba veste, ac vili, ac natiui coloris induti sunt.

Vestes albæ duplices.

Verùm quoniam multa de candidæ vestis vsu, dignitate, significationeq; mystica dicta sunt, de quo etiam Clem. Alexand.pædago.lib.2. cap.10. legere poteris, consyderanda etiam nobis videtur ratio, cur vestibus illis tantùm à veteribus tributum fuerit. Ea peti potest ab ipsius coloris albi siue candidi vi atque natura. Nam cum is color secundùm Plutarch.prob.Rom.26. maximè sit naturalis simplex, purus, syncerus, lucidus, atque perspicuus, vt qui lucis plurimùm habet (vnde

Cur vestes, atq; res albo colore imbutæ in tanto fuerint apud veteres precio atq; honore.

Coloris albi significationes allegoricæ.

λευκὸν *album mihi dictum* ἀπὸ τοῦ λεύσσειν, *id est, videndo videtur dictum*) *minùm profectò non est illo* (*vti etiam lumine, cui maximè est affinis, atq; cognatus*) *cùm mores ingenuos, puros, ac simplices: cùm lætitiam, libertatem victoriam, fœlicem denique quemuis rerum statum atque conditionem, in propianis sacrisq; literis significari, ac proinde vestes aliasq; res colore illo imbutas in tanto fuisse apud veteres pretio & honore. Album, inquit Pierius in Hieroglyph. est prima veluti materia quædam, in quam colores, quotquot volueris, perindè ac in vniuersalem illam possis omnes species inducere. Hinc ad Dei cultum alba plurimùm indumenta, omnium penè nationum consensu adhiberi solent, semperq; albus color sacris accommodatur. Atque ideò ait Persius, Quamuis albata rogarit. Sed quid indigemus Persio, si Assertoris nostri indumenta, cum gloriam suam vellet discipulis patefacere, alba sicut nix apparuêre? Apud Cic. 2. de Legib. Color albus præcipuè decorus Deo est, tùm in cæteris, tùm maximè in textili. Et nostra pietas canit, vt lineas easq; purissimas induti tunicas, sacra Deo caneremus. Plato similiter colorem album vult lætitiæ esse proprium, atque deorum. Hinc veteres, teste Platone, & Plutarcho, niueo splendore spectabiles, vt deorum venerabantur filios, Cel lib. 24. cap. 26. Album porrò & candidum pro bono: vt atrum & nigrum pro malo, passim accipitur. Iuuenal. Satyra 3.*

——*Maneant qui nigrum in candida vertunt.*

Id est vitium in virtutem: virtutem in vitium, qui secundùm Terentium in Pherm. recta prauè faciunt: secundùm Isaiam, bonum malum: dulce amarum, & contrà, dicunt. Persius,

Per me equidem sint omnia protenus alba, id est, bona. *Ouid.*
Candida de nigris, & de candentibus atra. *Horat.*
Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Candidus sermo λευκὸς λόγος, *id est, perspicuus: & τὸν* λευκὸν *vox candida, quæ facilè hominum aures penetrat: &* λευκότερον εἰπεῖν, *rem clarius explicare. Sic apud Senecam Asinius Pollio Albutij sententias albas appellauit, quòd essent apertæ. Eras. in adag. Auis alba, pro re noua & auspicata, Ciceroni epist. fam. lib. 7. Sic albæ gallinæ filius Iuuenali, hoc est, fœliciter natus, (cui contrarium apud eundem, Nati infœlicibus ouis) quia Latini læta, & auspicata, alba vocant: vt contra inauspicata, nigra & atra, Erasmus in Adag. Cic. Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille, pro Cæcinna de teste Sexto Clodio. Horat. in Serm.*

Sani, an creta, an carbone notandi.

Quem imitatur Persius in 5. Satyr.

Quæq; sequenda forent, & quæ vitanda vicissim:
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.

Sic candido calculo, lapillo, aut creta: aut contra nigro lapillo notare: de quibus Erasmus in suis adagijs. Dies albus, & alba faba, ibid. Alki calculi, absolutorij: nigri, damnatorij: in proverb. λευκὸν ψῆφον προσθεῖναι, *id est, album calculum addere, id est, approbare. Nouit quid album, quid nigrum, id est, recti, prauiq; discrimen. Vultu mutabilis, albus & ater, id est, bonus, & malus est. Horat. in extrema epistola:* —— *candidum Pauperis ingenium,* *Idem Ode. 11. epod. Sic passim candor, pro integritate animi: & candidus homo, pro syncero, & ingenuo vsurpatur. Pythagoras aiebat, id quod esset colore candido, ad boni naturam: quod colore atro, ad naturam mali pertinere, vt Erasmus annotat in prouerbia illa: Creta notare, id est, approbare: Carbone notare, id est, damnare. Verùm hæc satis sint dicta de albi coloris vi, natura, dignitate, atque præstantia, eiusq; significatione allegorica, de qua multa passim in sacris & prophanis literis occurrunt, in quorum explicationem forsan non inuicundam, & inutilem delapsus sum, occasione vestium candidarum, quarum olim in conuiuijs, atque etiam in reliqua vitæ humanæ consuetudine creberrimus, & frequentissimus vsus fuit, vt ex suprà commemoratis testimonijs, & exemplis satis patet.*

PLVRA

Digitized by Google

PLVRA DE CERTIS QVIBVSDAM VESTIVM EPVLARIVM GENERIBVS. DE MORE VETERVM CALCEOS, SOLEASVE ANTEQVAM ACCVMBERENT DEPONENDI. De calceorum quatenus vel induí, vel detrahi atque deponi solent, significatione symbolica, de eorundem abusu molli atq; luxurioso.

CAPVT XXVII.

NVNC vt alia quoque, quæ ad conuiuialem habitum pertinent, persequar, obseruandum imperatorum quoque temporibus cœnatorias vestes apud Romanos fuisse in vsu. Aliæ namq; illis erant vestes militares, aliæ domesticæ, aliæ forenses, aliæ cœnatoriæ. Militares, vt sagæ, quibus in bello vtebantur: Forenses, quibus in foro: Domesticæ, quæ erant vestes quædam viliores, quibus domi vtebantur. Tullius 2. de Finibus: Aut enim vt vestitum, sic sententiam habeam, aliam domesticam, aliam forensem. Et Plutarchus in Sylla: Vestem aliam cum domi maneret: aliam cum in forum descenderet, vel procederet, scilicet gerebat. Sueton. in Augusto. Veste non temerè alia, quàm domestica vsus est, ab vxore, & sorore, & filia, neptibusq; confecta. Et paulò post: Et forensia autem, & calceos nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos, repentinosq; casus parata. Cœnatoriæ denique vestes erant, quibus in cœna vtebantur, quas antequàm accumberent, cum togis mutabant. Harum in vitis Imperatorum crebra fit mentio. De Adriano imperatore sic scribit Dion Cassius Nicæus, Hic aliquando, inquit, perueſperi cùm domum rediret, audiuisseq; eum, cui patrocinium quandoq; pollicitus fuerat, causam agere, in veste cœnatoria, quam tunc habebat, iudicium ingressus est. Sic Maximinus, teste Iulio Capitolino, cùm puerulus ad cœnam ab Alexandro esset rogatus in patris honorem, quòd ei deesset vestis cœnatoria, ipsius Alexandri accepit. Huc quoque facit illud, quod Ælius Spartianus scribit, Adrianum imperatorem senatores, & equites Rom. semper in publico togatos esse iussisse, nisi si à cœna reuerterentur. Tunc enim licuit illis cœnatorijs vti vestibus, quibus ipsis vti iam duobus locis probatum est: induti à cœna domum reuertebantur. Quæ illarum fuerit forma, non intelligo. Aliquando rechedipna, aliquando pallia, aliquando togas, nonnunquam etiam lænas inter cœnatorias vestes numerari reperio. Trechedipna, de quibus Turnebus in suis Aduersarijs apud Iuuenal. in illum versum.

Vestium apud Romanos genera.

Cœnatoriæ vestes.

Rusticus ille tuus sumit Trechedipna Quirites,

Trechedipna ibi existimat intelligi iocoso vocabulo gymnasticas vestes (quæ alias Endromides dicuntur) nomẽ habentes à cursu & cœna, vt perstringat rusticos Romanos acriter, qui tam dediti fuerunt gymnasticis & græcanicis exercitationibus, vt ijs prope vitam & spiritum ducere viderentur, ad eas q; tanquàm ad cœnam currerent: qua veste etiam esuritores fortasse Graculi ad cœnam cursitantes vti solebant. De hac voce supra quoq; quædam dicta sunt.

Pallia, vt apud Martial. 11.

Pallia.

Ad cœnam venies, sed sic diuisa recumbes,
Vt non tangantur pallia nostra tuis.

Sic in Apophoretis, vbi in lemmate est cœnatoria, Bayffius pallia, subaudiendum esse dicit. Ideq; mutter in lecto pallijs Romanos vsos fuisse his testimonijs probat. Ouid. in amoribus,

Nec in lecto pallia nostra sedent. Martialis.
Gutta pallia nec fefellit vlla.

Iuuenalis in sexta:

— tunc corpore sano
Aduocat Archigenem, onerosaq; pallia iactat.

Digitized by Google

Ælius Spartianus, Adrianum imperatorem, scribit, in conuiuio semper discubuisse aut pallio tectum, aut toga submissa. Ex hîc pallij simul, & togæ fit mentio. Sic Spartianus in vita Seueri Septimij: Habuit etiam illud omen imperij, cùm rogatus ad cœnam imperatoriã, palliatus venisset, qui togatus venire debebat, togam præsidiariam ipsius imperatoris accepit. Pallia autem tunicæ imponebantur, vt ex prouerbio liquet: Tunica pallio proximior. Pallium fuit vestis Græcorum propria. Vnde Sueton. in Augusto: Sed cæteros continuos dies inter varia munuscula, togas insuper, & pallia distribuit, lege proposita, vt Romani Græco: Græci Romano habitu vterentur. Idem auctor de C. Iulio Cæsare: Conuiuabatur assiduè, inquit, per prouincias duobus triclinijs: vno, quo sagati (id est, milites, sagum enim erat militare vestimentum) palliatiue (id est, Græci, & alij peregrini, qui pallio honestiore vestis latæ, diffusæq; genere vtebantur) altero, quo togati, (id est, Romani) cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Verùm pallium philosophorum quoque vestem fuisse, & illo nomine communia vestimentorum genera, viris & fœminis promiscua, nonnunquam intelligi Bayffius in suo libello de re vestiaria probat. De pallij inter Christianos, cum veros philosophos, vsu, vide apud Tertull. lib. de pallio, in quo pluribus vestem illam commendat. Hinc prouerbium natum, de toga ad pallium, de commutatione vitæ splendidæ cum frugali: & magnarum opum, cum paupertate, quod inde natum est, quòd illi, qui paganismo relicto, Christianam religionem amplexi erant, simul toga relicta pallio vestiebantur.

Prouerbium. Pallium, vestis Græcorũ Propria.

Pallium vestis Philosophorũ.

Pallij inter Christianos vsus.

Prouerbium.

Quò ad lænas, illarum quoq; in conuiuijs vsum fuisse, ex illis Auli Persij versibus constat, Satyra 1.

Læna.

Hîc (scil. inter pocula, vt paulò ante dixit) aliquis, cui circa humeros hyacinthina (violacea) læna est.

Sic Bayffius quoque Romanos vsos fuisse lænis cœnatorijs pallij vice, his testimonijs probat. Iuuenal. Satyr. 5.

—— plurima sunt quæ
Non audent homines pertusa dicere læna.

Martial. de Lusco conuiua furacissimo

Et tectus lænis sæpè duabus abit.

Χλαινοδύτης vt & λωποδύτης fur vestium dicitur, cuiusmodi Luscus ille fuit. In sacrificijs quoque læna vsos fuisse, Tullius in Bruto his verbis indicat. Licet etiam aliquid de M. Popilij ingenio suspicari, qui cum consul esset, eodemq; tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contrà patres concitatione, & seditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemq; cùm auctoritate, tùm grauitate sedauit. Læna vestis genus fuit, villorum crassitudine calefaciens, chlamydem dicunt, quam χλαῖναν vocant, ἀπὸ τῦ χλιαίνειν, quod significat tepefacere. Varro lænam à lana vult dictam. Porrò cœnatorias illas vestes exeuntibus è balneo dari solitas fuisse, ex illis Cic. verbis videtur colligi posse in Vatinium: Cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla vnquàm data est? Sic, vt supra dictum, ex sancto & salutari illo balneo exeuntibus, hoc est, baptizatis candida vestis dari consueuit.

Læna vnde dicta.

Præterea Romanos legimus veteres consueuisse calceos in triclinio siue soleas ponere antequã accumberent, ne videlicet lectos conspurcarent: id quod ex multis literarum veterum locis constat. Horat. Satyr. lib. 2. Satyr. 8. de Nasidieno inter cœnam surgente,

Et soleas posci: tum in lecto quoque videres.

Ex hoc loco, inquit Lambinus, intelligere, & colligere licet, cõuiuas soleas ponere solitos antequàm accumberent. Sic apud Plautum, Dinarchus in Truculento,

——iam redijt animus: deme soleas, cedò vinum,

Hoc est, detrahe soleas, vt rursus accumbam, vt apud Terentium, & soccos detrahunt. Et paulò ante, cum idem discessum simularet,

Cedò, inquit, soleas mihi, properate, afferte mensam.

Hinc quoque colligimus apud veteres, vbi è lectis surrexerant, in quibus accubuerant, mensas remouere solitos. Virgil.

Romani calceis non sunt vsi, sed soleis. Mos soleas ante accubationem deponendi.

Posq; quàm exempta fames epulis, mensæq; remotæ. Martial.
Deposui soleas, adferetur protinus ingens,
Inter lactucas, oxygarumq; liber.

Plinius

Plinius epist. 17. lib. 9. Quàm multi, inquit, cum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos poscunt, aut non minore cum tædio cubant, quàm tu ista (sic enim appellas) prodigia perpessus es. Similis moris apud Græcos argumento sunt illa Aristoph. in Vespis.

Εὐθὺς, ἀπὸ λοιπῆς, κέκραγεν ἐμβάδας.

Hoc est, Statim à cœna clamore postulabat crepidas. Idem colligi potest ex illa picturæ antiquitatis, cuius Philander in suis commentarijs in Vitruuium meminit, quæ est huiusmodi Romæ, inquit, in ædibus Mastæi, & Marsæi Sabij visuntur marmora, vbi sunt lecti duo decubitorij, cum mensa vna: In vno sedet vir seminudus, supposito humeris puluino: ad eius genua est & alter seminudus, pronus, innixus cubito, iuxta secundum lectum, stat promissa barba ventrosus senex (Silenum esse crediderim.) cui soleas nudus iuuenis, & iacituro demit. Ponè verò alius nudus inclinabundum sustinet, donec detrahantur. Extat eiusdem Martialis iocus in Cottam, qui soleas amisit pueri negligentia, dum cœnaret,

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Horat. epist. lib. 1. ad Vinnium.

Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis.

Scil. subula portat. Soleas autem, teste Gellio lib. 13. cap. 20. dixerunt omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm infimè teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt (vndè à Græcis ὑποδήματα videntur dicta) nonnunquam voce Græca crepidulas, & crepidas, quas Græci κρηπίδας vocant: cuius sutores crepidarios dixerunt. Hæc ille. Solea Festo ea dicitur, quæ solo pedis subijcitur. Hinc solearij, id est, solearum confectores Plauto, vt calcearij calceorum: & soleati, hoc est, soleis induti. Ab hac voce solea, cum Gall. soulier, calceum significãs, (Gallitas quoque Gellius nouo vocabulo soleus, seu crepidas appellatus fuisse testatur) tum Germanicum Solen / hoc est, planta pedis, cuius solea tegumentum fuit procul dubio deriuantur. Soleæ forsan à solo, quod calcant: vt calceus, calceamentum, calceamen, calceatus, calcearium, à calce, id est, postrema parte pedis, qui & pes imus dicitur. Simile quid huic solearum depositioni videtur esse, quod mulieres apud nos in Germania, antequàm mensæ assideant, solent sandalia siue crepidas quas Pantoffelen Germani & Galli vocant, prius deponere. Soleatos autem per vrbem ingredi Senatores, olim vitio datum esse constat ex Titi Castritij Rhetoris verbis, qui Adriani imperatoris temporibus floruit: ea citantur à Gellio; Cum, inquit, discipulos quosdam suos senatores vidisset die feriato tunicis, & lacernis indutos, & gallicis calceatos: Equidem, inquit, malmissem vos togatos esse. Pigitum est cinctos saltem esse, & penulatos. Sed hic vester huiuscemodi vestitus de multo iam vsu ignoscibilis est, soleatos tamen vos populi Romani senatores per vrbis vias ingredi nequaquam decorum est. Soleas autem, & soccos vel detrahere, vel pedi addere, seruorum fuit ministerium vile admodum, & abiectum. Vnde Martialis in disticho, cui Lemma.

Soleæ quid & vnde dictæ.

Senatores soleati.

—— Soleæ lanatæ
Defuerit si fortè puer, soleæque libebit
Sumere, pro puero proderis ipse tibi.

Augustus tamen Imp. teste Suet. calceauit & amicis seipsum. In sacris literis etiam pro vili ministerio, famulatuq; accipitur. Sic enim Ioan. Baptista semetipsum extenuans, Christũ verò, dominũ summum, cuius anteambulonem agebat, extollens, dicit, se non dignum esse, qui sese ad terram demittens soluat, τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, hoc est; soluat vincula calceamentorum eius, quibus nimirum, vt paulò antea dictum est, alligata erant calci, siue solo pedis. Theophilact. Neque infimus eius seruus dignus sum, τὸ λῦσαι τὸν ἱμάντα, hoc est, τὸν δεσμὸν τὸν ἀπὸ λώρου τῶν ὑποδημάτων. Et crocula pedum à Nicæno appellantur ὑποδήματα, siue soleæ;

Matth. 3.

Et Tyrrena pedum circundat vincula pedis.

Marcus cap. 1. habet, qui gestem eius calceos, siue soleas, ad quam seruitutem olim Chananæi serui adhibebantur, vt Fagius in Deut. 25. cap. annotat. Theophilactus: οὐδὲ ἐλάχιστος αὐτοῦ εἰμι, ὥστε βαστάζειν ταῦτα, hoc est, ne minimus quidem & vilissimus eius seruus sum, vt gestem eius calceamentum. Eodem modo maculam porrigere, & alicui manibus aquas affundere, pro vilissimis ministerijs accipitur.

Detractio porrò calceorum, pediúq; denudatio, vt de illa in genere nonnulla dicam, multarum apud veteres rerum (quarum nonnulla ad hoc ipsum nostrum propositum pertinent,) symbolũ fuit. Nam primò quoniam calceamenta pro viatoribus sunt excogitata, & viæ itinerisq; faciendi sunt instrumenta: idcirco calceatus, pro expeditionum, & quarumuis rerum agendarum auspicijs: calcei autem depositio, pro quiete, otio seu cessatione vsurpatur. Hinc in celeberrimo illo epulo paschali celebrando conuiuæ singuli iubentur esse calceati, siue, vt sacræ scripturæ phrasi vtar, habere calceamenta in pedibus suis, ceu expediti aditer iamiam ineundum. Sic Christus discipulos suos, cum illis euangelij prædicandi mandata dedisset, iussit esse ὑποδεδεμένους σανδάλια, Marci 6. Sandalijs indutos, hoc est, promptos, expeditos, & alacres ad Euangelij præconium faciendum. Vbi obiter notabis vocem σανδάλια pro quouis calceamento vsurpari, vnde Matth. habet ὑποδήματα: Sic & Actor. 12. angelus iubet Petro è carcere liberato, περιζῶσαι, καὶ ὑποδῆσαι τὰ σανδάλιά σου. Nam aliâs σάνδαλον, siue σανδάλιον, quod nomen & Latini vsurparunt, propriè calceamentum muliebre significat. Hic quæritur an non hoc Christi præceptũ, & angeli mandatum, quod dedit Petro, contrarium sit eiusdem Christi mandatis apud Matt. 10. Luc. 10. vbi calceamenta, & virgam sumere prohibentur, de quo interpretes poteris consulere. Græci respondent, ὅτι τὰ ὑπομνήματα ἐκεῖνα πρὸς καιρὸν ἦν, καὶ ὀλιγοχρόνιος, hoc est, certi fuisse temporis, non perpetui. Paulus ad Ephesios 6. armaturam Christianorum spiritualium describens, inter alia iubet illos esse ὑποδησαμένους τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, pedibus esse calceatos, hoc est, expeditos semper ad prædicationem euangelij pacifici atque salutiferi. Sic Parasitus ille apud Plautum in Captiuis dicit, se cum calceatis dentibus venturum ad cœnam, hoc est, paratis, & instructis ad obsonia quæuis deuorandum. Contrà ergo calceorum depositio, & pedum denudatio otium, seu vacationem à motu actionéue significat. Sic enim nonnulli interpretantur illud quod Moses iubetur soluere calceamina, quasi Deus voluerit illum stare, & non longius progredi. Hinc apud Ægyptios innuptis puellis non erat licitum calceis vti, vt euagandi licentia cohiberetur, quum nudo pede extra sepia in publicum prodire nefas foret, vt testis est Alex. ab Alexand. lib. 5. ca. 18. Hinc ergo cibum capturi apud Romanos ceu ab alijs negotijs vacantes, calceos exuebant.

Calceatus.

Σάνδαλον siue σανδάλιον propriè quid.

Calceati dẽtes.

2. Deinde calceorum depositio nonnunquam fit honoris, & reuerentiæ cuiusdam ergò. Sic enim & Moses, vt scriptum est Exod. 3. & Actor. 7. & Iosue cap. 7. ob Dei præsentiam, & loci in quo consistebant sanctitatem calceos iubentur soluere, atque detrahere, vt nimirum hac cæremonia ad maiorem reuerentiam, atque timorem excitarentur. Calcei namque, quoniam ex cadauerum pellibus constabant, secundum legem antiquam immundi haberi poterant. Simili modo hanc soleatum in conuiuijs depositionem interpretari poterimus, cùm conuiuium atq; mensa veteribus res sancta, religiosaq; visa sit, de quo in primo libro.

3. Tertiò calceorum depositio symbolum fuit apud veteres cessionis de iure aliquo suo, seu resignationis eius, ita vt si quis suo iure cedere, & alteri possessionem tradere vellet, calceum detractum alteri daret. Exemplum illustre extat in historia Ruthæ cap. 4. v. 7. vbi sic scriptum est: Hic autem erat mos antiquitus in Israel in redemptione, & commutatione, ad confirmandũ quodlibet negotium. Detrahebat aliquis calceamentum suum, & dabat proximo suo, & hoc erat testimonium (cessionis) in Israël. Itaque cognatus Ruthæ cum negasset se ducturum Rutham, & agrum eius accepturum, detrahit calceum suum, illumq; Boazo tradit, quo symbolo significabat, se iuri suo renunciare, illudq; Boazo tradere, de quo vide plura apud Lauaterum in eius Commentariolo doctissimo. Deutero. 25. lex fertur, vt si quis nollet vxorem viduam fratris, carentem liberis, ducere, ad semen fratri excitandum, ei illa publicè calceos detraheret, & inspueret in faciem eius, vocareturq; eius familia, domus discalceati. Significabatur hac cæremonia, teste Fagio, fratrium immunem esse à potestate successoris, recusantis illam grauidam facere, ad hoc, vt nomen fratris demortui in Israël supersit.

Vultur, vt idem auctor refert, Iudæi disputant de calcei istius materia, neque forma, satis inepta atque ridicula, quorum commemoratione videtur supersedendum. Illud tantùm addam, quod ipsum volunt, moris fuisse demortui fratrem adhortari ad fratrium in vxorem ducendam, argumentis desumptis à commendatione formæ, ac iucunditatis. Sin autem mulier erat immanis, ipse verò senio confectus, tunc hortabantur eum חליצה Lachaliza, hoc est, vt pateretur sibi calceamentum

mentum detrahi, atque ita de iure suo cederet. Sic quoq; nonnulli illud interpretantur, quod Dauid in seditione Absolomica operto capite fleuisse, nudisq; pedibus incessisse dicitur, quasi hac cæremonia sit professus se iure suo cedere: alij tamen, id quòd mihi verisimilius videtur, vtrumq; volunt fuisse lugentium habitum, atque cæremoniam tunc temporis vsitatam. Huc etiam in primis pertinet historia quæ apud Zonaram legitur, quod Michael imperator Græcus Theophi filius in cœna, cui & Basilius equiso, & Eudoxa huius coniunx interfuerunt, Basilino cuidam remigi imperatoriæ triremis multo iam exhausto mero, & mente turbata, calceos purpureos tradiderit. Illi verecundanti, & Basilium intuenti, hic innuit vt obtemperaret. Qui cum calceos induisset, imperator Basilio iratus dixit, imperij insignia isti aptiora sunt, quàm tibi. Ex eo tempore Basilius & de imperio, & de vita sollicitus, Michaelem imperatorem delere maturè cogitauit, id quod postea factum est. Nonnulli quoque Dauidem volunt ad hanc consuetudinem alludere Psalm. 60. vers. 10. his verbis (quæ repetuntur Psal. 108.) proijciam super Edom calceamentum, siue, vt alij, compedem, siue, vt nonnulli, chirothecam meam, hoc est, illos subijciam meo iuri, seu redigam in meam potestatem: de quo vide Lauat. in 4. cap. Ruth, & Pierium in Hieroglyph. lib. 11. Similis aliqua ex parte videri possit cæremonia illa hodie in nobilium nuptijs apud Germanos vsitata, qua sponsa postquàm in thalamum ad lectum genialem est deducta, calceum detractum in circumstantium turbam proijcit, quem qui excipit (in quo certatim omnes laborant) is id ceu futuri matrimonij fœlix, faustumq; omen interpretatur. Hac forsan calcei proiectione illa significat se cedere de iure, & potestate suorum parentum, & consanguineorum, vt in mariti ius, & potestatem transeat, secundum illud, Vir (id quod etiam de muliere intelligendum) relinquet patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ. Hic mihi quoque in mentem venit, apud populos quosdam esse in vsu, vt si puellam aliquam violarint, calceamentorum dono sese matrimonij cum illa contrahendi necessitate eximant, ac vindicent. Verùm hoc quàm sit à Christiano officio, atq; religione alienum, nemo nõ nisi mentis expers, facile intelligit. Hæc sunt quæ olim calceorum depositione veteribus fuerunt significata: quæ singula ad solearum detractionem in conuiuijs apud Romanos vsitatam aliquo modo transferri possunt, quod nimirum illa non modò ciuilitatis, atque munditiei causa, verùm etiam ad otium, & quietem, qua fruerentur, ad honorem & reuerentiam significandam, & quod aliquo modo iure suo ad tempus aliquod cedentes se conuiuatoris potestati permitterent. Verum de calceamentorum varia atque multiplici apud multas gentes forma, figura, materia, vsu, atq; abusu: nec non quorundam ἀνυποδησία, nuditate pedum, vel exercitij, vel religionis, atque etiam superstitionis causa suscepta, vide si vis, plura apud Lazium lib. 8. cap. 13. & Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 18.

2. Sam. 15.

Omnino vt olim & Iudæorum, de quo Isaias cap. 3. & Græcorum, atque Romanorum, aliarumq; gentium maximus fuit in calceis luxus: ita hodie quoque non minor est Christianorum, qui calceis ad libidinem, ad luxum, atque etiam ad immanissimas potationes fædè abutuntur. Mulieres præsertim hac in re vt plurimùm peccant, quæ calceis, atq; crepidis vel nimis mollibus, delicatis, atq; sumptuosis, cuiusmodi fuerunt Achæarum mulierum calcei albi, & tenues: Athenienſium elaboratæ artis, iphicratides dicti: Iudaicarum fœminarum calceamenta ornatissima: crepidæ Atticæ, & Sicyoniæ: Cothurni Persici, & Hethrusci, de quibus Clemens Alex. lib. 2. Pædag. cap. 11. vel nimis altis, quò proceriores videantur esse staturæ, quàm sunt: cuiusmodi calceis & Persas, & Augustum imperatorem vsos fuisse historici testantur. Obseruandum quoq; Romanos calceis albis vsos fuisse, Martial.

De calceorum luxu.

Sordidior cœno sit toga, calceus autem
Candidior prima sit tibi Cinna nive.
Deiecto quid ineptè pedes perfundis amictu.

Spartianus in Alexandro. Fasceis semper vsus est, baccas albas habuit, non coccineas, vt prius solebant. Lipsius emendat, baxeas albas. Isidoro baxeæ, siue, vt alij legunt, braxcæ sunt & comœdorum, & mulierum calciamenta. Baxeæ pro calceis apud Plautum, & Apuleium lib. 11. Iuuenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesq; palmeis baxeis indutum. In floridis. Vestem de textoria emere baxeas istas de suterna præstinare. Ciuile autem illud, quod Alexander calceis albis vsus more cæterorum, non coccineis, vt ante eum Imperatores, & homines aliquot delicatiores. Apud Vopiscũ tamen, in Aureliano calcei albi damnantur, vt parum viriles. Calceos mulleos, & cereos,

Baxeæ.

Color galbus.

& albos, & ederatios viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. Lipsius pro albos, galbos ibi legendum putat. Est autem galbus color, vt idem testatur, in veteri glossario χλωρὸς, id est, herbacei coloris, qui idem galbeus, & galbanus, estq; sanè fœmineus. In luxuriosum huiusmodi calceorum abusum grauiter inuehitur Clem. Alex. lib. 2. pædag. cap. 11. Primò ergò compta nimis atq; ornata mulierum sandalia reprehendit. Deinde verum calceorum vsum, partim in tegendis pedibus, partim offensionibus atq; viarum asperitatibus propulsandis, consistere dicit: Tum mulieribus calceorum candidorum vsum concedit, & si iter illis sit faciendum, illis vti posse affirmat. Præterea virum ἀνυποδησίαν decere dicit, nisi si militet. Optimum namq; exercitationis genus, & ad sanitatem, & ad celeritatem esse nudis vti pedibus, nisi necessitas aliud flagitet. Hic etiam eleganti paronomasia ad ὑποδημάτων notationem alludens, inquit, καὶ γὰρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι, Hoc est, calceatum esse idem ferè est, quòd ligatum, vinctumq; esse. Deniq; si iter non sit faciendum, nec tamen ἀνυποδησίαν ferre possint, βλαύτας, ἢ φαινικίοις (soleas interpretantur) vtendum esse suadet, quas vt idem inquit, κοινοποδὰς Attici nominarunt, διὰ τὸ πελάζειν τῇ γῇ τὰ ποδία, id est, quod pedes terræ appropinquarent. Hæc ille. Athenienſium, atq; Alexandrinorum sacerdotum calceamenta candida Appianus Alexand. lib. 5. ciuil. belli φαινικίους vocat. Verùm vt calceamentorum, quæ à Tertull. lib. de pallio, immundissima pedum tutela appellantur, in conuiuijs, omniq; hominum conuentu, vitandus est nitor nimius, atque splendor: ita cauendum quoque, ne calceorum, pedumq; sordes, atque fœtor conuiuis molestiam exhibeat.

DE VARIA ET MVLTIPLICI CVM SACRA, TVM PROPHANA ATQVE CIVILI IN CONVIVIIS, in sacris, in luctu atq; alijs capita aperiendi operiendiue consuetudine. De pileorum vsu, & significatione symbolica.

CAPVT XXVIII.

Romani fuerint ne tectis, an apertis capitibus.

NVNC vt à pedibus, ceu parte corporis infima, ad caput, suprema eiusdem partem, transeamus, apertone, an potius operto capite Romani in conuiuijs fuerint quæri, nec tamen de illo certi quid affirmari posse existimo.

Serui manumissi pileati.

Primò quidem, vt hinc potissimùm exordiar, constat seruos recens manumissos, (qui Volones vocabantur) pileatos, aut lana alba velatis capitibus epulari fuisse solitos. Eius consuetudinis testis est T. Liuius 4. Decad. 3. de Volonibus seruis manumissis verba faciens, Et Græcchus, inquit, ita permisit, vt publicè epularentur omnes, ante suas quibusq; fores prolata omnia, pileati, aut lana alba velatus capitibus. Et iterum, Postera die serui ad pileum vocati, ex carcere vnà cum Volonibus emissi, confusaq; omnis multitudo, Hippocratem, atq; Epicidem creant prætores. Fuit ergò pileus, siue pileum, Græcè πίλιον Plutarcho in Caton. & πιλίδιον Demost. tegumentum capitis ex lana arctata, vel floccis confectum, sic dictum, vel quod ex pilis fieri soleret, vel quod capitis pilos tegeret, manumissionis quondam ac libertatis apud Romanos signum: quoniam moris erat apud eos, vt serui, qui per manumissionem liberi fierent, caput raderent, & calui pileum capite acciperent. Ad hanc consuetudinem alludit Sosia seruus apud Plautum in Amphit.

Pileus siue pileum quid & vnde dicatur.

Serui manumissi pileo tecti epulari consueuerunt.

—— quod ille, inquit, faciat Iupiter,
Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Hoc est, vt fiam liber.

Serui manumissi cur caput raserè soliti.

Nonius hunc Plauti locum citans, Qui liberi fiebant, inquit, ea causa calui erant, quod tempestatem seruitutis videbantur effugere, vt naufragio liberati solent. Baptista Pius, cur raderent serui manumissi caput, hanc rationem reddit in suis comment. in Amphit. Scito, inquit, ea obseruari vt capillitium reddatur, quoniam scil. omnis vmbra seruitutis capiti, tanquàm primario membro, & arcæ, acropoliq; hominis excutiebatur, renouabaturq; seruus, qui ad libertatem spectabat: & quod non vndiq; fieri poterat in omnibus corporis partibus, per digniorem, honorificentioremq; & sacratiorem locum perficiebatur. Eos qui tempestatem effugerant maritimam, pileum sumere, caputq; radere solitos fuisse testatur Iuuenal. —— gaudent tibi vertice raso

Tertullo

Garrula securi narrare pericula nautæ.

Macrob.lib.1.Satur.Dicet aliquis,me nunc dominos de fastigio suo deijcere, & quodammodo ad pileum seruos vocare. Plutarchus in Tito Flaminio, Hi enim viri,quemadmodum consueuerunt serui,vbi manumissi fuerint,rasis capitibus pileos gerere: ita ipsi ornati Tito triumphanti comites se præbuerunt. Idem in Apophtegmatis testatur L. Terentium,Scipionem triumphantem,à quo ex Carthaginensium seruitute liberatus fuerat, subsecutũ esse pileatum, veluti libertum. Ibidem de T. Quintio refertur,quod illum in triumpho subsecuti sunt pileati omnes Romani,quos in bello captos, & apud Græcos seruientes drachmis 500.redemptos ipsi dono dederant, cuius meminit T.Liuius lib. 4.de bello Macedon. Appianus de bello Mithridat. de Prusia loquens eiusdem consuetudinis mentionem facit,Prusias,inquit,obuiam processit Romanorum imperatoribus togatus, & Italico more calceatus,capite raso,& pileatus, quomodo ornati nonnulli prodeunt in publicum eorum,qui testamentis libertate donati sunt. Hinc ad pileum vocare Latinis sæpè idem quod libertate donare siue ad libertatem vocare. Sueton.in Tiberio, Ac primò Præneste, inde Neapolim euasit, seruisq; ad pileum frustra vocatis,in Siciliam profugit. Idem in vita C.Cæsaris Dictatoris commemorat, quam historiam Appianus Alexand.ita recenset lib.2.belli ciuilis: Interfectores Cæsaris nonnulla in senatu dicere conati,auscultante nemine, vestes clypeorum in morem sinistris adnectentes, pugionesq; cruore illitos palàm deferentes,regem se ac tyrannũ occidisse clamitabant. Ex his quidam pileum proferebat in hasta,libertatis signum,vniversosq; ad libertatẽ patriam vocabant. Lambinus testatur se vidisse in veteribus nummis Clementis Teuenini expressam Bruti effigiem pileatã cùm pugiunculis,quod significat Brutum liberasse populũ Rom.tyranno interfecto. Lazius quoq; in suis commentarijs historiã illam in veteri quodam nummo aureo expressam se vidisse testatur, in cuius altera parte Bruti erat imago,in altera facie duo pugiones cum pileo, literis subiunctis Id. Mar. id est, Idibus Martijs, quo die interfectum dictatorem Cæsarem à Bruto,& Cassio constat. Dion. certè scribit,Brutum pugiunculos,& pileum gestasse,significare volentem, à se, & Cassio patriam liberatã. Eandem ob causam Castor,& Pollux,qui Σωτῆρες, id est,liberatores Græciæ,& seruatores vocabantur,pileati fingebantur,quia pileus sit insigne libertatis,quanquam alij hanc eius causam afferunt,quod essent Lacones. Lacedæmonij autem pileati pugnarent. Sic enim Festus, Pilea Castori,& Polluci dederunt antiqui,quia Lacones fuerunt,quibus pileatis pugnare mos est. Romani contrà,teste Lazio,pileis in bellis haudquaquam vtebantur. Lares quoq; pileatos fingi Lambinus se in nummo quodam argenteo Clementis Teuenini vidisse testatur in Comm.in Plautum. Exempla nummorum, in quibus pileum est cum inscriptione Libertatis, vide apud Pierium in Hieroglyph.lib.40. ibidem meminit numismatum,in quibus sunt Bruti, & Cassij imagines. Aurelius Victor in vita Neronis. Cæterum,inquit,adeò cunctæ prouinciæ,omnisq; Roma interitu eius exultauit, vt plebs induta pileis manumissionum, tanquam ævo exempta domino triumpharet. Idem testatur Sueton.in eiusdem vita. Tantumq; inquit, gaudium publicè præbuit, vt plebs pileata tota vrbe discurreret. In Saturnalibus ad liberatem declarandam pileata erat Romana turba, vt docet Seneca in 2.epist.mortalium. Martialis,

Ad pileum vocare quid.

Bruti effigies pileata.

Castor & Pollux pileati.

Lares pileati.

Plebs pileata in Satur.

Permittis puto pileata Roma. Idem,
Dumq; decent nostrum pilea sumpta Iouem. Idem,
Totis pilea sarcinis redemi, id est, rebus omnibus relictis, contemptisq; mihi libertatem peperi. Idem,
Si possem totas cuperem misisse lacernas
Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

Hinc constat capitis tegimen fuisse. Aulus Persius Satyr.3:

—— at illum
Hesterni capite induto subiere quirites. Capite induto,id est,accepto pileo, *quod quidem in templo Feroniæ,quæ libertorum dea est,serui,qui manu mittebantur,accipiebant, testis est Seruius in 8. Æneid. Gellius lib.7. cap.4. tradit seruos, quorum nomine venditor nihil præstaret,pileatos venundari solitos, cuius ibidem ex Cæcilio Sabino iureconsulto causa affertur, vide reliqua quæ ibi scribat.*

Feronia dea.

Pileum porrò & nobilitatis symbolum,etiam olim apud Græcos extitisse,(vndè Vlyssis caput

Pileum nobilitatis symbolũ.

Pileum sacerdotij symbolũ.

pileatum faciunt) & hodie apud Turcas esse, idem probat. Fuit etiam sacerdotij apud Romanos symbolum: vnde Flamines volunt dictos quasi pileamines: tametsi nonnulli arbitrentur à flammeo, quod & ipsum capitis est tegumentum, appellatos; de quo idem plura scribit. De Hippocratis imagine pileata, & pilei antiqui forma atq; materia eundem consulere poteris. Lazius quoq; de variis pileorum generibus multa habet in suis comm. reipub. lib. 8. cap. 14. Hæc de pileo, quo quidem tecti, vti dictum est, serui manumissi epulari consueuerunt. Vnde videtur colligi posse, Romanos in conuiuijs capite tecto, atq; velato, non autem aperto discubuisse.

Romanos in conuiuijs capite tecto discubuisse coniectura sumpta à manumissionis consuetudine.

Huc quoq; referendum, quod omnibus dijs, exceptis Saturno, & Honore, capite velato sacrificare fuerunt soliti. Vndè Curculio parasitus apud Plautum in Curcul.

Quis hic est qui operto capite Æsculapium salutat?

Mos dijs supplicandi capite operto.

Et Virgil. Helenam Æneæ sic dicentem inducit,

Purpureo velare comas adopertus amictu.
Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto.
Hac casti maneant in religione nepotes.

Ob hanc nimirũ causam, vt inter sacra sensus ab omni obtutu securi, soli diuinæ rei vacarent homines. Vnde meritò culpandus videtur Demetrius Triclinius, qui in illud Pindari hymno Olympiorum συυκτὸς ὑπαίθρι, & sic commentatur: δίχα πνὸς ἐν κεφαλῇ καλύμματος· ἔτω δὲ ἐδόκει εὐχεσθαι. Hoc est, sine capitis operculo, sic enim moris erat supplicare. Saturno verò, quia veritati præsidebat, & Honori, qui non nisi illustris esse debet, vetustas noluit esse aliquid occultum, vt pluribus verbis Plutarchus in problem. docet.

Operto capite Romani cur Dijs sacrificarint.

Quod dijs operto capite Romani sacrificarunt, has causas Plutarch. affert prob. Rom. 10. Vel quod ea re animi demissionẽ confiterentur: vel potius, quòd verentes ne qua vox mali ominis foris accideret, vsq; ad aures vestem sursum attrahebant. Hoc enim eos admodum vitasse vel id est indicio, quòd ad oraculum consulendum accedentes, tinnitu aris circumsonabantur. Aut, vt Cn. Castor tradit, qui Romana instituta Pythagoricis accõmodat, vt ostenderent genium, qui in nobis est, deorum, qui extra sunt, ope indigere, ijsq; supplicare capite operiendo per ambages arguentes animum à corpore occultari atq; tegi. Vel forsan hæc consuetudo promanauit ab Ænea, quem narrant, cum rẽ sacram faceret, Diomede prætereunte, caput velasse, itaq; sacrificiũ absoluisse. Nonnulli etiã hanc illius consuetudinis rationem reddunt, vt nimirũ inter sacra sensus, ab omni obtutu securi, soli rei diuinæ vacarẽt. Saturno verò, ceu veritatis (cui nihil est occultũ) patri atq; præsidi, (chronos enim id est, tempus, vnde Saturnus chronius dictus, veritatem licet diu occultatam reuelat:) & Honori, qui nõ nisi illustris esse debet, aperto capite, ac sine velamento sacra fecerunt, vt ibid. Plutar. docet.

Aperto capite cur Saturno et Honori sacra facta.

Idem præterea auctor (vt hoc quoq; obiter addam) prob. 14. testatur apud Romanos filios parentes suos velatis capitibus: filias autem nudis capitibus, passis q; crinibus offerre consueuisse: cuius sanè consuetudinis aliquot ab illo rationes afferuntur.

Opi quoq; atq; Herculi omnes aperto capite supplicare solitos fuisse, more vetusto, tradit Alex. ab Alexand. lib. 2. cap. 22. sub finem. Cur Herculi aperto capite sacra fieri solita fuerint causam affert. Macrob. lib. 3. cap. 6. Satur. sub finem.

Romanos in conuiuijs tectis capitibus accubuisse, coniectura sumpta à sacrorum consuetudine.

Quòd autem Romani, vti dictum est, opertis capitibus deos suos orare, atq; venerari fuerunt soliti, inde coniectura admodum probabilis mihi videtur peti posse, illos in mensa quoq; atque conuiuijs, quæ illis sacra quodammodo, & religiosa visa sunt, propter libationes potissimùm ijs adhibitas, capitibus tectis atq; velatis accubuisse.

Romanorum consuetudo Deos tectis capitibus orandi à Paulo perstringitur.

Romanorum porrò consuetudinem opertis tectisq; capitibus Deos orandi atq; venerandi, seu à natura, ratione q; alienam Paulus in Corinthijs, apud quos eadem locum habebat, grauiter perstrinxit, 1. Cor. 11. cap. Mulieres itaq; in sacris vult opertis esse capitibus, id quod signum sit illarũ subiectionis: Viros contrà capitibus apertis, ad illorum dignitatem, libertatem, atq; imperium, quod habent in mulieres, significandam. Et quidem viros esse velatos: mulieres autẽ nudo & aperto capite in publicis cœtibus atq; supplicationibus tàm vult esse absurdum, & à ratione atq; natura alienum, quàm si vir sit comatus (id quòd illi fuerit dedecori) mulier autem tonso sit capite; qui quidem

Digitized by Google

coma, seu velamen, atq; gloriæ insigne ab ipsa natura sit attributum. Hinc Virgil. Polydori funus instauratum describens: Et circum Iliades crinem de more solutæ.

Omnino autem, quoniã in hanc capitis vel aperiendi ac denudandi, vel cooperiendi tegendiúe rationem incidimus, illa varia olim fuit atq; multiplex apud gentes, ita vt eandem sæpè ob causam alij populi operto, alij aperto nudoq; capite fuerint. Ac primò quidem religionis, vel etiã superstitionis causa Romanos legimus cæteris quidem Dijs opertis & velatis: Saturno autẽ, & Honori nudis capitibus sacra fecisse, de quo suprà pluribus dictum. Paulus cõtrà mulieres quidem tectis, viros verò apertis capitibus vult Deum adorare, atq; venerari: qui etiam hodie mos est Christianorum. Iudæi etiam hodie Deo supplicantes, linteo caput obnubunt, vt monet Brodæus lib. 5. Miscel. ca. 8.

Deindè, quoad honorẽ ciuilem, is quidẽ viris dignitate, & auctoritate superioribus exhibetur, caput aperiendo. Vnde Plutarchus quærit in Probl. cur Romani deos capite velato adorent, cum alioquin hominibus obuiam facti venerandis, caput, si fortè eo tecto incedunt, detegant. Cuius consuetudinis hanc inter alia rationem affert, quòd nimirum coràm potentioribus caput nudent, non augendi honoris eorum gratia: sed vt eos inuidia potius liberent, ostendantq; eos non poscere eosdem sibi cum diuinis honores, neq; ferre, aut gratum habere eodem se, quo Deos modo coli. Hæc ille. Contrà itaq; Vitellius, teste Suetonio, miri in adulando ingenij primus Caium Cæsarem adorari vt Deũ instituit, qui reuersus ex Syria non aliter adire ausus est, quàm capite velato, quo modo deos coli solitos fuisse dictum est, circumuertensq; se, deinde procumbens. Ex his verbis rursus colligitur, quòd in salutatione principum non solum quondam caput aperiebatur: verum etiam circumuertebatur corpus, qui mos esse iam desijt. Lazius in suis comment. reipub. Rom. ex illa Romanorum re religiosa aperto capite Saturno, atq; Honori rem diuinam faciendi consuetudine, hunc eorundem morem tractum esse existimat, vt hominibus similiter, qui modò dictis dijs subijciuntur, senibus videlicet, & in aliquo munere, atq; honore constitutis, capite nudo, pileo detracto, honorem exhibuerint, quam Germani, Itali, Galli, atq; Hispani ab eo adhuc populo consuetudinem retinemus.

Probl. 10. Caput aperire honoris ergò.

Capita aperiri, inquit Plin. lib. 28. cap. 6. aspectu magistratuum, non venerationis causa iussêre: sed, vt Varro auctor est, valetudinis, quò firmiora consuetudine ea fierent. Quò ad igitur valetudinem, illis quoq; gratia aliquando apertum, aliquando tectum, idq; vel magis, vel minus esse debere Medici præcipiunt: de quo illos consulere poteris. Magis tamen εἰς ὃπι τὸ πλεῖστον valetudini illis videtur conducibile, aperto esse capite, quàm velato: de quo paulò antea Varronis ex Plinio prolata est sententia. Illi suffragatur Celsus, qui lib. 1. cap. 4. Cui caput, inquit, est infirmum, is (si bẽnè concoxerit) leniter perfricare id (quod vnge fricare cum ratione Plinius vocat lib. 28. cap. 6.) mane manibus suis debet, nunquã id (si fieri potest) veste velare. His addit, aut adcutem tondere, vileq; lunã vitare, maximeq; ante ipsum lunæ, solisq; concursum: sed nusquàm post cibum progredi. Hippocrates quoq; lib. de liquid. vsu, apertè causam indicauit, quamobrẽ nimis delicatè, molliterq; caput, vt corpus, foueri non debeat. Tegi enim, inquit, atq; velari solitum, quicquid postea insuetum est, & à familiari calore alienum, peregrinoq; frigori proximum, idipsum protenus auersatur. Atq; hinc offensio: atq; ex offensione deinde debilitas consequitur, quæ vitia mox plurima recipit, & admittit. Detecta ergò capita contra vim algoris, caloriſue haud dubiè firmiora esse, & ad valetudinem mirè proficere multi censuêre. Ideò Ægyptij, quòd detecto sunt capite, habentur firmiores. Perſæ verò, quòd cum mitra, & pileo, debiliores, adeò vt leui ictu offendantur capita. Hodie quoq; Persam regem propter rubea capitis tegumenta Kisilpassa, id est, rubeum caput vocant: ita principem Moscouiæ Regẽ Album propter alba tegumenta appellari Sigismun. Baro existimat in suis comment. rerum Moscouit. Romæ quoq;, vt testis est Plutarch. in probl. Rom. mulieres ferè tectis: viri autem nudis capitibus in publicum progredi consueuerunt: vnde illorum quoq; corpora tantò videntur fuisse firmiora. Hinc Hannibal, Masinissa rex Numidiæ, Iulius, Hadrianus, Seuerus, imperatores Rom. & alij summi duces semper vel in summis frigoribus caloribus atq; tempestatibus nudo capite fuisse, iterq; fecisse perhibentur.

Vtrum salubrius capite esse aperto, an operto.

Iam verò manumissionis quoq;, & libertatis apud Romanos signum fuisse, pileatum esse, siue lana habere caput obuolutum, suprà satis fuit explicatum. Paulus tamen contrà, capitis quidem denudatione in viris libertatem, & imperium: eiusdem verò velatione in mulieribus seruitutem vult significari, 1. Cor. 11.

Digitized by Google

In luctu caput modò tegi, modò denudari consueuit.

In funeribus præterea, atq; luctu, nec non alijs doloribus atq; ærumnis caput modò aperiri, modò tegi atq; velari, moris fuisse legimus. Plutarchus in probl. Rom. testatur filios parentes suos velatis capitibus: filias autẽ nudis, passisq; crinibus efferre fuisse solitas. Cuius sanè consuetudinis has rationes affert. Vel quòd filijs venerandi sint patres tanquam dij: (qui aperto capite culti fuerunt) filiabus autem lugendi vt mortui, quos aperto capite luxerunt. Lex igitur vtriq; sexui suum decoro conueniens officium assignauit. Aut qui luctui maximè congruit, quod est alienum à cõmuni vitæ consuetudine. Solebant autem ferè mulieres tectis, mares nudis capitibus in publicũ progredi. Nam apud Græcos etiam, si qua calamitas incideraț, tondebantur mulieres, viri comam alebant, cum alioquin bi tonderi: illæ comam gerere sint solitæ. Leuit. 10. & 21. Caput nudare luctum significat. Kimchi in radicibus sic scribit. Mos erat lugentes denudare, seu aperire caput suum, & auferre mitram suam, galerum suum, & tiaram sua de capite suo. Vox Hebraica, quæ Leuit. 10. ponitur פרע *Para, vel denudare, discooperire, vt 70. & auctor vulgatus reddit, significat: vel comam nutrire, vt Paraphrastes Chald. vertit. Aliæ gentes lugebant capite nõ nudo, sed pileo obtecto. Contrà tamẽ in sacris literis caput tegere, siue velare non rarò dolorem, & ignominiã significat, sed non vsitato tegmine, verùm pallio, ac penitus. Iere. 14. Pudore affecti sunt agricolæ, obtexerunt caput suũ. Nam qui ignominia sunt affecti, quoniam nec videri ab alijs, nec videre alios volunt, idcirco faciem suam tegunt. Id Græci dixerũt ἐγκαλύπτεσθαι. Sic Dauid 2. Sam. 15. operto capite fleuisse, nudisq; pedibus incessisse dicitur præ luctu, quẽ hauriebat ex seditione à filio suo concitata. Ibi capitis denudatio fletus: vt & pedum nuditas luctus fuerunt symbola. Nonnulli deiectionis fuisse symbolum, secundùm illud, quod mulier cooperto capite iubetur orare. Sed verisimilius est, opertum fuisse caput more lugentium. Supra similiter dictum est apud Romanos filios in parentũ suorum funeribus tectis fuisse capitibus. Apud Homerum quoq; eiusdem rei illustre habemus exemplum* Οδ. θ. *Nam cum cantor à Cœna Troian. atq; Græcor. calamitates cecinisset,*

——αὐτὰρ ὀδυσσεὺς
Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἐλὼν χερσὶ στιβαρῇσι
Κὰκ κεφαλῆς εἴρυσε, κάλυψε δὲ καλὰ πρόσωπα.
Αἴδετο γὰρ φαίηκας ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβων. *Cessante autem cantore,*
Δάκρυ' ὀμορξάμενος, κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἔλετο.

Et paulò post cum cantor ad carmina illa sua redijsset,

Αψ δ' ὀδυσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυψάμενος γοάασκε.

Vt ergò Dauid capite tecto seu obuoluto fleuisse dicitur, sic hoc quoque in loco Vlysses.

Postremò in communi vitæ consuetudine, habita vtriusq; sexus ratione, illud quidem satis pure constare vt nunc, ita olim quoque apud plerasq; nationes, & quidem plerunque viros magis apertos, mulieres autem tectis velatisq; capitibus fuisse, id quòd etiam, vel Paulo teste, decoro, ipsiq; naturæ sanè est conuenientissimùm.

Mos mulierũ varius caput vel aperiendi, vel tegendi.

Quò ad verò muliebrẽ sexum, solùm apud quasdam gentes, virgines: apud alias, solæ mulieres: apud alias, vtræq; fuerunt velatæ. Apud Carthag. mos olim fuerat solennis, vt non modò mulieres, sed & virgines velarentur: deinde res arbitrio cuiusq; permissa est. Quibus maior probitatis cura, veterem consuetudinem vltrò diligenterq; obseruabant, quam cæteri negligebant, vel vt non præpeditam, vel vt suis moribus non conuenientẽ. Tertull. itaq; cum cerneret quantùm mali ex hoc nasceretur, quòd virgines aperto capite starent in congregationibus Christianorum, non secus, atq; in choreis solent, quæ maritum quærunt, peculiarẽ librum de velandis virginibus scripsit: in quo inter alia docet ea, quæ Paulus de velandis mulieribus præcepit, ad virgines quoq; pertinere. Quantùm verò mali atq; scandali existat ex eo, si puellæ atq; virgines intecto capite conspiciantur in publico, inter alia his verbis egregiè describit. Ipsa concupiscentia, inquit, nõ latendi, non est pudica: patitur enim quod virginis non sit, studium vtiq; placendi viris. Quantùm velit bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis, & multis: dum digitis demonstrantium titillatur: dũ nimiùm amatur: dum inter amplexus & oscula assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desyderare. Sed enim vera, & tota, & pura virginitas, nihil magis timet, quàm semetipsam: etiam fœminarũ oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet: confugit ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonũ suum protegat ad-

NOTA.

gat aduersus ictus tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones & susurros, & æmulationem, ipsum quoq; liuorem. Hæc illæ, quæ vtinam hodie virgines nostræ, illarumq; parentes diligenter obseruarent, melius profectò illarum castitati, atq; pudicitiæ consultum foret. Arabicæ, inquit idem pater, fœminæ Ethnicæ iudicabunt vos, quæ non caput, sed faciem quoq; ita totam contegunt, vt vno oculo liberato, contenti sint dimidiam frui lucem, quàm totam faciem prostituere. Hodie in Italia quoq;, & Gallia mulieres atq; virgines tota facie obuoluta in publicum prodeunt. In Germania mulieres quidem tectis, virgines autem intectis plærunq; capitibus in publico conspiciuntur. Mulieribus, inquit Plutarchus in Probl. Ro. olim Romæ omnino licebat caput obnubere, itaq; Sulpitium Gallum, ferunt vxori suæ nuncium remisisse, quod illam vidisset veste attracta caput tegere.

Velaminum muliebrium luxus.

Iam verò, quo ad hæc ipsa mulierum velamina, & integumenta capitis, calyptra generatim dicta, & capitia (quæ Tertul. eleganter illarum iugum appellat) illa vt olim, ita hodie quoq; ita sunt bene compta, ornata atq; speciosa, vt ad irritandam potius aliorum libidinem, & ad maritorum loculos exhauriendam, quàm ad pudorem pudicitiamq; tegendam, comparata esse videantur. In primis verò, quando ad conuiuia aliqua festiuiora accedunt, incredibile dictu est, quanto studio, opera atq; sumptu capita illa sua capitosa, ac plurimorum malorum capita tegant, comant atq; exornent. Virorum quoq; inter Christianos præsertim Germanos, nouæ subinde, & inusitatæ, ne dicam monstrosæ pileorum ac petasiorum formæ, illorum mentis stultitiam & inconstantiam satis arguunt.

Quo ad verò illa virginum Vestalium atq; sacrarum, quæ vulgo moniales seu monachæ dicuntur, velamina, cuiusmodi olim fuerunt flammea, & capitalia, rica, Romanorum sacerdotum, sub illis quoq; quantæ nostris hisce perditis profligatisq; temporibus atq; moribus, animorum corporumq; labes lateant, quid opus est multis verbis? res ipsa, & experientia quotidiana satis loquitur. Hæc de capitis velatione & denudatione, & varijs vtriusq; causis satis sint dicta.

Romani fuerint ne aperto an tectis inter epulandum capitibus dubitatur.

Nunc, vt ad propositum redeam, Romani fuerintne tectis, an apertis capitibus in suis conuiuijs, non ausim certò affirmare. Duas suprà posui coniecturas admodũ verisimiles, illos capite fuisse operto: quarum vna à sacrorum, altera à manumissionis consuetudine ducta est. Verùm cùm, teste Plutarcho, in publico quoq; aperto fuerint capite, inde verisimiliter forsan aliquis coniecterur, multò magis tales fuisse in triclinijs. Verùm hæc alijs antiquitatum Romanarum peritioribus diiudicanda relinquo. De Iudæis similiter atq; Græcis nihil certi affirmare possum. Nostris temporibus in Italia, Gallia & alijs in locis epulantes plærunq; sunt capite tecto. In Germania liberum id cuiq; permittitur, si conuiuæ ferè sint æquali dignitate: verùm si adsit vnus, vel plures dignitate, authoritateq; excellentes, tunc decorum hoc plærunq; obseruatur, vt illi quidem sint capite tecto: qui verò ijs sunt ætate, dignitateue inferiores, capite sint aperto, qui etiam ministrorum mensæ consueuit esse habitas. Illud quoq; est obseruandum, apud Germanos creberrimè inter epulandum capita aperiri, vt in precationibus, sternutationibus, propinationibus atq; alijs de causis fieri cõsueuit. A Gallis contrà atq; Italis inter epulandum caput aperire indecorum, atq; incivile habetur, hoc enim modo pileos vnctis manibus inquinari aiunt.

DE CINGVLORVM ATQVE ZONARVM VARIO MVLTIPLICIQVE VSV. DE ZONIS CINCTVQVE VIRGINVM, puerperarum, ministrorum, sacerdotum, prophetarum, militantium, iter facientium, epulantium. De more antiquo nummos in zonis portandi. De modo in vestibus adhibendo. De more arma quoq; gestandi inter epulas.

CAPVT XIX.

De cinctura.

VNC quoniam de duarum extremarum partium, capitis nimirum atq; pedum, vestitu conuiuiali dictum est, de media quoq; corporis parte, quæ cingitur, est dicendum. Quæ quidem à Græcis dicitur ζώνη, ζῶμα, & ὑπόζωμα: à Theodoro cinctus, à nonnullis cingulum appellatur. Ipsæ verò vestes, siue armá, quibus pars illa corporis cingitur, à Græcis quidem ζῶναι, ζωστῆρες, ζώματα, ζῶστρα, & ζώματα: à Latinis zonæ, cingula & cinctus, lora,

Digitized by Google

Cinctus à cingulo differre.

baltei nominantur. Varro cinctum à cingulo differre tradit, tanquam cinctus viris: cingulum mulieribus attribuatur. Alij cingulum neut. genere, hominũ: cingulas fœ. genere, brutorum existimãt.

Cinguli.

Cingulos, teste Festo, appellabant homines, qui in his locis, vbi cingi solet. satis sunt tenues. Cinctum quoq; pro amictu toto accipimus. Virgilius, Cinctuq; Gabino: quamuis aliqui cinctum Gabinum dicant esse togam sic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat: quo vestimenti genere vtebatur consul Rom. bellum indicturus. Sic ζώνη Græc. Ammo. virile, ζῶνον muliebre cingulum esse vult.

Zonarum vsus varius.

Zonarum autem, siue cingulorum, vt hodie, ita olim apud omnes ferè gentes creberrimus, & quidem varius, & multiplex vsus fuit: cuius in sacris simul, & prophanis literis frequẽs admodum fit mentio. Cinctura namq; renum, lumborum, aliarumq; corporis partium, ad eius non modò ornatum, verumetiam sanitatem, celeritatem, firmitatemq; plurimùm facit.

Ornamento esse viris pariter atque fœminis cingula quis dubitet, cùm corpora bene cincta discinctis longè speciosiora, atque pulchriora appareant? Vt nihil dicam de ipsorum cingulorum forma, atq; materia speciosa, in qua, vt olim, ita hodie quoq; viri pariter atq; mulieres omnem modum excedunt, qui velim sibi ante mentis oculos proponant diram illam Isaiæ commination em cap. 3. qui mulieres sui temporis ornatissimas illas suas zonas, quibus superbiebant, cum funibus dicitur commutaturas esse, quibus alligatæ, atq; constrictæ in Babylonicam seruitutem sint abstrahendæ. γυνὴ ἱυζωνος dicitur ab Homero, pro ἀκόσμητος synecdochicôs, interprete Eustath. significat totum καλλωπισμὸν, id est, ornatum. Nam videntur olim, inquit idem, mulieres φιλοτιμως ἔχειν τῆς ζώνυσθαι, cupidæ seu studiosæ fuisse cinturæ.

Zona virginitatis symbolũ.

Fuit etiam olim zona virginitatis symbolum apud Græcos, Latinos & Hebræos, teste Pierio. Trœzeniorum virgines zonam Palladi Apaturiæ ante nuptias dedicabant, sicuti crines Hippolyto, auctore Pausania. Apud Romanos, teste Festo, cingulo noua nupta ex lana ouis cõfecto præcingebatur, quod vir prima nocte in deæ virginalis honorem, sponsæ accubans, in lecto soluebat. Vnde puellæ nubiles & viripotentes à Græcis βαθύζωνοι appellantur. Pindarus Ode. 3. εὐβαθύζωνε διδύμοις παισὶ Λήδας. Cum altè præcinctæ gemellis filijs Ledæ. Illud erat concordiæ, & coniunctionis futuræ augurium, vt sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinctusq; esset. Hunc Herculano nodo vinctum vir soluebat ominis gratia, vt sic ipse fœlix fit in suscipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui 70. liberos reliquit. Hinc, eodem teste, Cinxiæ Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptijs, quod initio coniugij solutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. Siue, vt scribit Martianus, Cinxia Iuno dicta, quod cingulum puellæ ponentes in thalamis, à Iunone protegantur. Arnobius lib. 3. Vnctionibus, inquit, superest Vnxia, cingulorum Cinxia replicationi. Huc alludit Ouidius,

Iuno Cinxia.

Mos zonam soluendi in nuptijs.

Castaque fallaci zona recincta manu.

Eodem spectat Catullianum illud,

Qui zonam soluit diu ligatam.

Et Homerus in Od. λ. λυσε δὲ ὁι παρθενίην ζώνην, soluit ei zonam. De hac zonas soluendi consuetudine ante primum concubitum plura cùm alij tradiderunt, tùm Antonius Iustus in Commentarijs suis in Ludouici Ariost. Satyram.

Zonæ solutio puerperij symbolum.

Quin etiam zonæ solutio puerperij fuit symbolum. Olim namq; zonam soluere dicebantur, quæ primò pariebant, eaq; de causa leuatæ partu mulieres, zonam Dianæ dicabant. Vnde fanum Dianæ λυσιζώνου Soluizoniæ Athenis fuit, de quo apud Apollonium in Argonaut. Eadem & Ilithya Lysizonos nuncupatur, teste Phurnuto. Hinc Theocritus,

Diana λυσίζωνος.

Ενθα γὰ εἰλειθύιαν ἱβώσατο λυσίζωνον.

Hic vbi Lucinam vocitabat Lysizonam. Idyll. 17.

Orpheus in hymno, λυσίζωνε, φίλοισι, κυνήγετε, λυσιμέριμνε. Sic Gallicè mulier prægnans enceinte, hoc est, incincta (qua voce pro cincta Apuleius vtitur) appellatur: & Germanicè entbinden, hoc est, discingere Deum dicimus prægnantes, quando illas graui illo vteri onere liberat, qui verus est λυσίζωνος, & vera Lucina, hoc est, lucis dator atq; auctor. Latini Virginensem deam pari ratione vocauêre. Sanè sunt, qui zonam tum solui tradiderunt, cùm primùm nuptui puella traderetur, quomodo Homerus & Catullus: alij verò cum primùm puellæ pariunt, id quod Apollonij interpretes:

NOTA.

interpretes: vnde Dianæ Lysizonæ templum apud Athenienses, cuius Hesychius quoq; meminit. Huc quoq; spectat, quod etiam Veneri cestum cingulum, seu balteum attribuerunt, varium & pulcherrimum, vt poëta Hom. Ιλ. Σ. describit. Illo enim in loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atq; ab ea cingulum gratiarum, & amorum conciliatorem commodum petit. Hinc prouerbium, Cestum habet Veneris, de eo qui nouit quemlibet nouis modis in amorem sui pellicere, de quo vide plura apud Eras. in Adag. Hæc de muliebribus, ac virginalibus zonis. Prouerbium.

De sacerdotali cinctu apud Iudæos, vide Leuit. 38. quem fortitudinis fuisse symbolum theologi volunt: de quo etiam Pierius scribit in suis Hieroglyph. lib. 40. Cinctus sacerdotalis.

Prophetarum quoq; cingula pellicea, vt Heliæ 2. Reg. 1. Ioan. Baptistæ Matth. 3. Marc. 1. in sacris literis celebrantur, quibus illorum renes atq; lumbi præcincti fuerunt: quæ & ipsa illorum fortitudinis atq; operæ strenuæ, quam in diuino suo munere præstiterunt: nec non temperantiæ atq; moderationis, qua renes & lumbos suos, hoc est, fluxas & dissolutas animorum suorum cupiditates atq; libidines coërcuerunt, illustrem significationem habuerunt. Sic lumbare illud atq; lineum Ieremiæ prophetæ cingulũ, siue balteus, quo Dei iussu lumbos suos præcinxit, quemq; eodẽ iubente ad Euphratis vndas deportauit, & ibi in petræ foramine abscondidit, vt ibi computresceret, magnarũ rerum symbolum fuit. Nam primò intimam & arctissimam Dei cum populo Israëlitico coniunctionem significauit, Deo ipso interprete: quòd nimirum, quemadmodum cingulum viri lumbis adhæret: ita ille sibi populum illũ arctissimè coniunxerit ad suam gloriam illustrandam. Deinde eiusdem cinguli deportatio ad Euphratem, & putrefactio, exilij & ablegationis in capciuitatem Babylonicam, signum fuit. De materia autem eiusdem cinguli, quæ fuit linum, communis ferè sacerdotalium vestium materia, vide plura apud Pierium in Hieroglyph. Cap 13.

Maximus porrò & frequentissimus cingulorum vsus fuit olim in bellis apud omnes ferè gentes. Hinc ζώνη apud Homerum sæpè significat ὁπλισμὸν, siue πολεμικὴν ὅπλισιν, hoc est, armaturam bellicam Synecdochicôs, & ζώννυσθαι, hoc est, cingi siue præcingi, idem quod ὁπλίζεσθαι, id est, armari, vt ἀπὸ ἀθώρηξ, θωρίσσεσθαι: ab αἰχμὴ, αἰχμάζειν, siue αἰχμάσσειν: à δόρυ, δορύσσειν, vbi pars seu species armatur, pro tota armatura militari vsurpatur, quemadmodum Eustath. annotat Ιλ. λ. p. 758. & Ιλ. β. vbi Agamemnon dicitur Marti fuisse similis ζώνην, hoc est, πολεμικὴν ὅπλισιν. Suidas ζώννυσθαι, id est, cingi est καθοπλίζεσθαι, hoc est, armari, & ζώνη tropicè δύναμις: ἐπεὶ δὲ ὁ ἐζωσμένος δεξαλεώτερος ἦν πρὸς πρᾶξιν, hoc est, zona accipitur pro viribus siue robore, quoniam ἐζωσμένος, qui est cinctus, expeditior est ad actionem. Hinc μονόζωνοι eidem οἱ ἀπελάται μάχιμοι, siue τίμιοι τῷ στρατιωτῷ, οἱ μὴ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ζωστῆρα φορεῦντες: hoc est, militum prætipui, qui non eandem, quam cæteri zonam gestant. Eodem tamen nomine etiam ἀφοδοι βάρβαροι, & ἀσύντακτοι, καὶ ὠπαταὶ λῃστεῖ, hoc est, homines barbari, incompositi, & quasi sicarij, siue latrones, eodem Suida teste, appellantur. Huc quoq; pertinet, quod literis proditum est, simulachra apud Thebanos stetisse Pallados ζωστηρίας, quod ibi arma ceperit aduersus Eubœos & Chalcodontem; quoniam veteribus ζώσασθαι signat εἰδ ὕναι τὰ ὅπλα, id est, arma induere, auctor est Cæl. lib. 22. cap. 19. & Hesych. & Paus. Hinc cinctus, siue ea pars corporis quæ cingitur, Marti antiquitus fuit cõsecrata, vt frons, Genio: brachia Iunoni: pectus, Neptuno: renes, Veneri: pedes Mercurio: digiti, Mineruæ, vt auctor est Alex. ab Alexand. lib. 2. cap 19. Hanc ob causam veteres discinctos veluti dissolutos ignauos, & militiæ minimè aptos putabãt: præcinctos verò fortes & strenuos. Pers. Sat. 3. Cingulorum vsus in bellis, Ζώνη apud Homerum pro armatura bellica. Discinctus. Præcinctus.

Non pudet ad morem discincti viuere Naccæ,

Id est, ignauus. Vnde etiam illud: Discincta vestis, discinctus animus. Seruius Æneid. in illa verba, Illi se præda accingunt, &c. Accinctus enim, inquit, industrios dicimus: vt, Paribusq; accingitur armis. Horat. Altius ac nos præcincti sumus. Sicut contrà negligentes, discinctos vocamus: vt, Discinctos Mulciber Afros, & Homt. Quod aut auarus, vt Chremes, terra premam: Discinctus aut perdam, vt nepos: vt Græcè ἀζωνοι, expediti dicuntur. Quare Macedonum lex erat militaris, vt qui miles hostem non occidisset, non militari cingulo, sed capistro cingeretur: & apud Carthaginenses discincti postremi homines ducebantur, teste est Alex. ab Alexand. lib. 1. c. 20. Sic Augustus Imp. teste Sueto. milites delinquentes iussit pedibus stare discinctos, id quod erat ignominiosus. Spartianus quoq; in Seuero principe demonstrat militaris ignominiæ genus fuisse, milites esse discinctos. Aphrorũ tamẽ peculiaris mos fuit, vt essent sine cinctu siue discincti. Hinc illud Plaut. in Pœnul. Lex Macedonum militaris.

Tu qui zonam non habes, quid in hanc veniſti vrbem.

Idem diſcinctum Afrum ſignificare volens, feſtiuiter ait,

Sanè genus hoc mulieroſum eſt tunicis demiſſitijs,

Hoc eſt, longis, & ad talos vſq; demiſſis, tanquam talaribus, & nulla zona ſuccinctis. Neronem Imperat. Sueton. ſcribit prodiiſſe in publicum ſiue cinctu, & diſcalceatum. Idem de Cæſare, Vſus fertur lato clauo ad manus fimbriato: nec vnquam aliter, quàm ſuper eum cingeretur, & quidē fluxiore cinctura, vnde emanaſſe Syllæ dictum optimates ſæpius admonentis, vt malè præcinctū puerum cauerent. Sic Mæcenati probro dabatur, diſcinctum fuiſſe. Itaq; in eius epicedio id excuſatur, his verbis:

Quod diſcinctus eras animo quoque, carpitur vnum:
Diluitur nimia ſimplicitate tua.
Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo:
Quæ bene præcinctos poſtmodo pulſa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuere ſolutæ?
Aut tibi ventoſi quid nocuere ſinus?
Et tibi ſecuro tunicæ fluxere ſolutæ. *Iterum:*
Lydia te tunicas iuſſit laſciua fluentes. *Iterum:*
Inter lanificas ducere ſæpe ſuas.

Cingulum militare.

Cingulum militare, quo Romani vſi ſunt, balteus ſiue balteum dictum fuit, quod quidem Varro definit cingulum è corio bullatum. Sed poſtea non coriaceos modò, verumetiam auratos, argenteos, & conſtellatos habuerunt balteos, de quibus vide Lazium lib. 8. cap. 14.

Cingi cingulo.

Hæc autem quæ adhuc dicta ſunt de cinctura, præſertim militari, ad multa loca, & phraſes ſacræ ſcripturæ illuſtrandas faciunt. Vt, Cingens ſe cingulo. 2. Reg. 3. verſ. 21. pro militari ætate, ſeu adoleſcentibus iam gladium geſtantibus, vſurpatur. Cingi item cingulo ſignificat armatum & paratum eſſe ad pugnam, ſtrenuum eſſe bellatorem. Hinc. 1. Reg. 20. Ne glorietur accinctus, ſicut diſcinctus, id eſt, quòd vulgò dicitur, non eſt canendum epinicion ante victoriam, nit jm ſchreyen

Accingi lūbos.

ob daß man über den graben kompt. Sic accingi lumbos, eſt corroborari, & præparari ad aliquid agendum 1. Reg. 19. 2. Reg. 4. Iob. 38. Ierem. 1. Luc. 12. Epheſ. 6. Sic enim Dominus ſuos Apoſtolos ablegabat. Contrà diſcingi, pro infirmari, militiæ iure priuari: & diſcinctus, pro imbecillo, ignauo, & imbelli, vt apud Græcos & Latinos: ita Hebræos quoq; vſurpatur. Eſa. 23. Non eſt cingulum vltra Iudæis, id eſt, robur, vires: ſic ſuprà ζώνην dixi à Græcis vſurpari. Iob. 12. ait v. 18. Deum balteum regum diſſoluere, & ligare zonam in renibus eorum, hoc eſt, eorum opes, dignitatem, auctoritatemq; frangere: (ſic ζώνη Suidæ δύναμις, & ἀξίωμα) ac contrà illos accingere ſeruili zona, qua conſtricti in cuſtodia tenentur. Nam מוסר *muſar R. Moſes ex veterum traditionibus dicit eſſe cingulum latius, auro, argentoq; ornatum regibus peculiare. Plærig; tamen Hebræorum ibi muſar interpretantur vinculum, hoc eſt iugum, ſiue tyrannidem, quam Deus à ſubditorum ceruibus ſæpè depellit. Mihi ſecundum priorem interpretationem alterum verſus hemiſtichium hoc quoq; modo explicari poſſe videtur, quòd vt illos ſæpè infirmat atq; debilitat: ita cōtrà illis robur, animumq;, quando vult, addit. Ita vt cingulum diſſoluere, & cingulo ligare inter ſe opponantur. Iſa. 25, Ego diſcingam coràm te reges, hoc eſt, inermes, & imbelles efficiam. Contrà rex illæ gloriæ, Chriſtus nempe, lumbos ſuos cingulo iuſtitiæ, & renes fidei balteo cinctus eſſe dicitur. Iſa. 21. Hoc eſt, ſumma iuſtitia atq; fide ornatus atq; inſtructus. Hic Chriſti balteus, quo & ipſe armatus eſt, & ſuos armat atq; ornat, illo ſacerdotali cinctu, de quo Leuit. 28. adumbratus fuit. Verba illa ad Epheſ. 6. Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφύν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, Bayf. verti potius debere exiſtimat, ſuccincti ſubligaculo: vel ſimpliciter ſuccincti, quàm balteo. Nihil enim commune lumbis cum balteo, vide librum de Re veſt. capite 20. ſub finem.*

Diſcingi.

Diſcinctus.

Cingulū apud Hebræos quomodo vſurpatur.

Cingulum diſſoluere, & ligare.

Conſuetudo militū in ſuis balteis & gladios, & pecunias geſtandi.

Notandum præterea eſt, milites antiquitus in ſuis illis balteis & gladios, qui inde alligati dependebant, & pecunias geſtaſſe. Hinc Gracchus apud Gellium in oratione, quam ad populum in contione habuit de parſimonia, & pudicitia ſua, reuerſus ex Sardinia. Itaq; Quirites, cum Roma profectus ſum, zonas quas plenas argenti extuli, eas argenti inanes domum retuli. Plutarchus in Gracchis idem referens, pro zona vertit βαλάντιον: & idem in Lucullo, aureis quingentis ὑπεζωσμένον, id eſt, ſuccinctum dicit interfectum fuiſſe. Zona quidem cingulum eſt, ſed tamen, ſiue

Zona pro crumena.

quòd ad

quòd ad zonam crumenam alligabant, siue quòd latiore in latere dextro zona uterentur, cui assuta & clauibus affixa erat scortea crumena, (cuiusmodi me puero adhuc ferre consueuerant) factũ est, vt zona pro crumena fuerit vsurpata, vt Beroaldus annotat in Iuuenal. Vitellium testatur Suet. Zona se aureorum plena cinxisse. Plutarchus in Demetrio memorat, Soligenem aureos nummos habuisse in cingulo militari pro viatico. Apuleius lib. 7. de quadam Plotina sic scribit, & auro monetali (hoc est, nummis aureis, qui & aureoli vocãtur) zonis refertis incincta, id est, cincta. Hanc zonam aureo monetali refertam signat Iuuenal. illo versu,

Obruus & zonam leua, morsuque tenebit.

Vopiscus in Aureliano has leges militares ab eo latas recenset. Arma terſa sint, ferramenta fanciata, calciamenta fortia, vestis nona vestem veterem excludat, stipendium in habitheo, non in popina gestet. Pescenninus Niger apud Spartianum vetuit, ne milites zonam secum deferrent in bellum, sed si quid haberent pecuniæ, publicè commendarent receptui posset prælium, simul & ipsis luxuriei materiam eripiens, & hosti prædam, si quid aduersi accidisset. Lampridius in Alexandro, Miles non timet nisi vestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zonula. Plaut. in Pœnulo,

Tu qui zonam non habes, quî in hanc venisti vrbem? aut quid quæritis?

In his Plauti verbis duplex est allusio, & ad vestem Pœnorum more discinctam, & ad pecuniam, quæ in zona gestatur, citra quam in vrbe sumptuosa non sat commodè viuitur. Sic apud eundem in Mercat. Charinus iter facturus, Zonam, inquit, sustuli, iam machæra est in manu, rollo ampullam, atq; hinc eo: zona enim, machæra, ampulla olearia erant itineraria instrumenta veterum. Et in Trinummo, sector zonarius dicitur, qui ab Aristophane βαλλαντοτόμος, crumenisecа, seu crumenarum sector. Sic enim crumenisecа, & crumenisex, auctore Beroaldo, Latinè dici potest: vt fœnisecа, & fœnisex ab anciquis falcarius operarius dictus est: & crimen ipsum, crumenisecium, siue crumenisecium, vt fœnisecium, vel fœnificium, quibus verbis Varro, & Columel. vtuntur. Hinc prouerbium, Zonam perdidit, in ἀχρημάτους, id est, eos qui nihil habent nummorum. Horat. lib. 2. Epist. ad Iulium Florum, Proverbium.

Ibit eò, quò vir, qui zonam perdidit, inquit, quòd Acron à Græca quadam fabula tractum putat: Porphyrion à militum consuetudine, qui omnia sua secum in zona portant, secundum illud Lucilij citante Nonio,

Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet omne
Cum bulga cœnat, dormit, lauat, omnis in vna
Spes hominis bulga, hac deuincta est cætera vita.

Bulgam appellat Lucilius folliculum, siue crumenam, & sacculum de brachio propendentem. Festus Gallicum vocabulum appellat, certè Galli & Germani hodie ea voce vtuntur. Bulga quid.

Adillam porrò veterum (quæ etiámnum hodie populis quibusdam vsurpatur) nummos in zonis gestandi consuetudinem pertinet illud Christi præceptum, quod discipulis suis dedit, cum inquit, Non possidete aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris. Quibus verbis eos monet, ne sint solliciti de corporis victu, atque cultu, & vt omnia impedimenta muneris sui bene administrandi abiiciant. Notabis obiter quod ibi Theophilactus annotat in illa verba, dignus est operarius, τῆς τροφῆς: τροφῆς, inquit, Christus dixit, non τρυφῆς. ὁ γὰρ θεὸς τρυφᾶν τοὺς διακόνους. Hæc de cingulorum vario & multiplici vsu in genere dicta sint, quæ ad multa sacrarum & prophanarum literarum loca melius, atque facilius intelligenda non parui, mea sententia, sunt momenti. Christi præceptum.

Nunc de eorundem in conuiuijs vsu quædam subijciamus, ad quem Martialis hoc carmine videtur alludere, Cingulum in conuiuijs vsus.

Longa satis nunc sum, dulci, sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Illyriorum mulieres, teste Athenæo lib. 10. à viris in conuiuijs adhibita, ipsos uberes factos domum adducebant, κατὰ κακόβιοι, inquit, πάντες εἰσὶ, κατὰ ζώνυντας τὰς παλλίας ζώνας πλατείαις, ὅταν πίνωσι· κατὰ τοῦτο μὲν πρῶτον μίτρια ποιοῦσιν, ἐπειδὰν δὲ σφοδρότερον πίνωσι, μᾶλλον δεῖ σωθῆ

γυσι τὼ ζώνω, *Hoc est, malæ sunt vitæ omnes, & quando bibunt latis zonis ventrem præcingunt, quas initio mediocriter, postquàm autem validius biberunt, magis semper cogunt, arctiusque constringunt. Hodie contrà à gulosis helluonibus fieri consueuit, qui, postquàm ventrem suum multo cibo potuq; referserunt, cingula, quibus præcincti sunt, laxare solent (id quòd nos Germani vulgò dicimus,* Ein bauren lâſſy thũn *) quò plus adhuc cibi vinique ingerere possint. Obseruandum præterea Romanos milites balteos suos, quibus semper erant accincti, in mensa deponere fuisse solitos, de quo sic Vulcatius Gallicanus, Nam statim, inquit, ad signa edici iussit, & programma in parietibus finxit, vt si quis cinctus inueniretur apud Daphnem, discinctus rediret. Eiusdem rei luculentius testimonium nobis Trebellius Pollio suppeditat, in Vita Salonini Gallieni. Vnum, inquit, ponam, quod iucunditatem quandam, sed vulgarem habuit, morem tamen nouum fecit. Nam cum cingula sua plærique militantium, qui ad conuiuium venerant, ponerent, hora conuiuij Salonninus puer, siue Gallienus, his auratos, constellatosq; (hoc est, ex stellarum sculptura, cuiusmodi cingulis hodie quoque fœminæ vtuntur) rapuisse perhibetur. Et cum esset difficile in aula paulatim requirere quod perisset, ac taciti militares viri detrimenta pertulissent, postea rogati ad conuiuium, cincti accubuerunt. Cumq; ab his quæreretur cur non soluerent cingulum, respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem, vt deinceps cum Imperatore cincti discumberent. Negare non possum, alium plærisque videri huius rei ortum esse morem. Dicunt enim militare prandium ab eo quod ad bellum milites paret, à cinctis initum: cuius rei argumentum est, quod à discinctis etiam cum Imperatore cænatur. Huc quoque forsan pertinet locus ille Plutarchi in Camillo: ἀποδυσάμενοι τὼ μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα τοῖς καθημένοις, id est, gladium vnà cum balteo exutum lancibus apposuit. Quæ idcirco posui, quia digna & memoratu videbantur, & cognitu. Huc forsan non incommode addi poterit, quod Sigismundus Baro in suis Comment. rerum Moscuitar. scribit, magno Ruscię principi iam inaugurato inter prandendum munera quasi loco offerri cingulum latum auro, argento, gemmis pretiosis confectum, quo cingitur. Hodie plærique populi cingulis præcincti ad cibum capiendum solent accedere. An verò cinctum, vel discinctum cibum sumere valetudini sit conuenientius, illud Medicis dijudicandum relinquo: mihi quidem cùm consuetudini hac in re seruiendum, tùm cinctura neq; nimis arcta, & angusta, quæ cibi descensum in ventriculum, ipsamq; concoctionem impedit, & anhelitum reddit graueolentem: neque laxa nimis, fluxaq; videtur esse vtendum. Mulieres nonnullæ, quò magis graciles, atque iuncea (quos cingulos, teste Festo, veteres appellarunt) videantur, ad conuiuia solent accedere zonis arctissimè constrictæ atq; compressæ, cum maximo valetudinis suæ, præsertim si sint, grauidæ incommodo, ac detrimento: vnde sæpè in ipso conuiuiuio conuiuis spectantibus, & irridentibus illas soluere rursus, atq; laxare coguntur. His zona verè est tormentum, vt eleganter à Tertul. appellatur lib. de Pallio.*

Historia.

An cinctum vel discinctum cibum sumere, sit valetudini conuenientius.

Iam verò gladijs quoque accinctos, & armatos mensæ accumbere apud populos quosdam moris est, apud alios non item. Germani olim, teste Cor. Tacito, ad negotia, nec minus sæpè ad conuiuia procedebant armati. Hodie quoque Germanis familiare est, & in ferijs negotijs, & in conuiuijs armatos adesse, sicut ordinem militarem decet, & hodie à præcipua nobilitatis parte hæc eadem consuetudo retinetur. Nonnunquam tamen antequam accumbant, gladios deponunt, præsertim si loci sine angustiæ, hæc simul vulgò dictitantes, Es iſt hie gũter frid, *hoc est, bona hîc est pax, ac proinde non opus esse gladijs. Et certè mensæ, quæ pacis est, amicitiæq; socia, arma nequaquam videntur conuenire. Ceterum antiquitus apud Romanos in pace prohibitam fuisse vulgò gladiorum gestationem, sicuti etiam per Italiam, & Galliam fieri consueuit, & certum fuisse ea re priuilegium eorum, quibus potestas erat gestandi gladios (quod inde Gladiatorium nominabatur) Lazius hisce T. Liuij verbis lib. 4. Decadis 5. conatur probare, quum Genthij Illyriorum regis captiuitatem describeret. Et principium orationis, inquit, ab accusatione stultitiæ suæ, postremò ad preces, lachrymasq; effusus, genibus prætoris accidens, in potestatem se dedit. Primò bonum animum habere iussit, ad cœnam etiam inuitatus, in vrbem ad suos rediit, & cum prætore eo die honorificè est epulatus: deinde in custodiam Caio Cassio tribuno militum est traditus, vix gladiatorio arrepto, decem talentis ab eo rege receptis vt in eam fortunam recideret. Hæc de vestitu conuiuiali cùm totius corporis, tùm certarum eius partium, vt capitis, pedum, atque cinctus satis sint dicta.*

Germani ad conuiuia armati procedunt.

Gladiorum gestatio prohibita apud Romanos in pace: sicut & Italos, & Gallos.

Omnino

Omnino autem, vt huic quoq; loco finem imponam, quemadmodum in cæteris rebus omnibus: ita his quoque adhibenda est mediocritas. Sit igitur vestitus tuus primò omnium tuæ personæ, sexui, ætati, muneri, facultatibus, consuetudini denique patriæ, atq; ciuili aptus & accommodatus. Deinde neque sit cynicus, hoc est, sordidus, squallidus, lacerus, cœnosus, lutulentus, & malè olens: neq; Sybariticus, hoc est, nimis operosus, splendidus & sumptuosus, ita vt neq; τυπαρὸς, ac proinde conuiuarum contemptor, neque φιλόκομος, siue φιλόκοσμος dicaris: sed sit liberalis, mundus ac purus. Deniq; vt decorum est splendidiore solito amictu ad conuiuia accedere, ita simul danda est opera, vt bene morati potius, quàm nimis splendidis vestibus ornati ad illa accedamus. In primis verò summoperè nobis est elaborandum, siquidem nobis animarum nostrarum salus cordi est, vt ad salutiferum illud conuiuium Dominicum non sumptuosis vestibus, quemadmodum hodie à vulgo hominum fieri solet, sed veste potius illa verè nuptiali, atq; spirituali, hoc est, vera fide atq; charitate induti, & ornati accedamus.

Vestitus quibus conueniat.

DE CONVIVAE ADVENTV, NE IS NIMIS SIT VEL MATVRVS, VEL TARDVS. AD IANVAM ædium vbi peruentum, quomodo conuiua & conuiuator se gerere debeant. De ianuarum titu, eas pulsandi, aperiendi, custodiendiue antiqua consuetudine, de earundem ornatu superstitioneq; veteri.

CAPVT XX.

ADHVC *de conuiuatoris, & conuiuæ præparatione dictum est, nunc consequens videtur esse, vt de conuiuæ aduentu dicatur. Is igitur tempore opportuno ac constituto prandij siue cœnæ fieri debet, ita vt neq; maturus nimis sit, nèque nimis tardus, vnde magna sæpè incommoda nascuntur. Nam primò qui citius quàm par est ad conuiuia accedunt, qui à Græcis eleganter, vt est apud Plutarchum Sympos. 7. Probl. 7. πρεχέδειπνοι appellantur, illi magnæ nonnunquam sunt in conuiuio adornando occupatis molestiæ, & impedimento. Deinde ipsi quoque pudore afficiuntur, dum se præpropero hoc nimis suo aduentu vniuersæ familiæ molestos esse sentiunt. Sed secundò multò adhuc magis cauendum est, vt ne nimis tardè, seroq; ad conuiuium accedamus, quod qui faciunt eleganter à Græcis ζοφερόδορπιδες, hoc est, noctis cœnæ, & κολυσιδείπνοι, hoc est, remoricœnæ appellantur, teste Plutarcho lib. 7. Proble. propterea quod sua mora & cunctatione cœnam remorantur, illamq; in obscuram noctem protrahi faciunt. πρεχέδειπνον quoque à nonnullis τὸν ὑστερίζοντα τῷ δείπνῳ appellari, Plutarchus ibidem testatur, propterea quòd is, qui moram aliquam interposuit, tantò maiorem postea currendi celeritatem adhiberi cogitur, vt in tempore adsit: quo tamen nomine illos quoq;, qui nimis citò veniunt appellari, paulò ante dictum est. Item ἐπιθυμόδειπνος, eodem teste Plutarcho, Græcis dicitur, qui quamuis multis sit occupatus negotijs, tamen cœnitandi cupiditate ductus vocationem non renuit, sed tardius accedit, quo nomine Cæsaris cuiusdam scurra à Batto fuit appellatus. Hac autem in parte qui peccant, illi & sibimetipsis, & conuiuis reliquis, & ipsi conuiuatori, seu conuiuij domino magna sæpè incommoda atq; molestias conciliant. Nam ipsi primùm hac sua cunctatione efficiunt, vt & magna parte conuiuij frustrentur, & locum incommodiorem, seq; minus dignum sortiantur, secundum trita illa nostra, quæ vulgo iactantur,* Wär sich versaumpt der hat den schaden/ *hoc est, qui nimiam trahit moram, incommoda patitur: &,* Tardè venientes, malè sedentes, *cùm contrà, vt vulgò dicitur,* wol gsässen/ ist halb gässen. *Deinde conuiuis iam sedentibus ludibrio nonnunquam solet esse, & irrisui, & ab illis varijs iocis perstringitur, cuiusmodi sunt illa,* Er kompt weñ man daß braatiß gibt: Wir hand auff jn mit der lincken hand gewartet. Item: / Es gebürt sich nit daß vil harrend auff einen narren. *Deinde ipsis conuiuis sunt molestiæ, dum vel expectare nimis diu coguntur, ac proinde ad iram concitantur, secundum illud Plauti, Mora & fames bilem in nasum conciunt: vel postquàm iam sessum receperunt, surgere rursus, ac sedes suas mutare coguntur. Præterea ipsi quoque conuiuij domino*

De conuiuæ aduentu, qualis nimirum is esse debeat.

Non citius, quàm par est, ad conuiuia accedendum.

πρεχέδειπνοι

Nec minus tardè quoq; ad cõuiuium accedendum.

ζοφερόδορπιδες, & κολυσιδείπνοι.

Ἐπιθυμόδειπνος.

Ἐπιθυμόδειπνοι, & sibimetipsis, & conuiuis, & conuiuij domino incommoda conciliant.

Sibimetipsis.

Conuiuis.

Conuiuij domino.

totiq; familiæ hac sua cunctatione plurimùm molestiæ exhibent, dum vel cibi aduruntur nimis, ac corrumpuntur, vel ipsi cum plurimis alijs negotijs sint occupati illum denuò ad cœnam vocare coguntur. Theocriti Scholiastes indicat hos senarios in eum, qui tardè ad cœnam veniret, vulgò olim fuisse iactatos,

ὃστις ἐπεὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται
ἢ χωλὸς ἐστὶν, ἢ τὰ δίδωσι συμβολάς, *Id est*,
Quisquis vocatus tardus ad cœnam venit,
Aut claudus est, aut non dat ille symbolas. Theocriti verba hæc sunt,
ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι, *Id est*,
An quoquam ad cœnam properas conuiuia vocatus?

Et addit, eos qui vocati sunt celerius ire, qui non vocati, tardius. Etenim qui vocatus, se venturum promisit, in ciuile putat, si conuiuatori sit in mora. Qui non vocatus venit, vel pudore tardior est, vel quia excluſus ſit e alterius conuiuij. Ita qui symbolam dedit, properat ne mulctetur denuo, si post tempus venerit. Qui non dedit, huius rei securus, vt lubet ambulat. Hæc Scholiastes ille Erasmo interprete in Adag. Huc quoq; referri potest illud Eubuli Comici apud Athen. lib. 1.

Ασυμβόλε δείπνε χὸ ὅστις ὑστερεῖ
τοῦτον ταχέως νομίζε μὴ τάξιν λιπεῖν.
Qui cœnam ad immunem venire prorogat
Hunc credito posse ordinem relinquere.

Peregrè proficiscentium aduocandi tempus.

Illi quoq; qui peregrè ad aliquem proficiscuntur, dabunt operam, vt vel ipso prandij, aut cœnæ tempore veniant, vel ante: ne, si post venerint, patri matriq; familiâs, ac toti familiæ molestiam, negotiumq; faceſſant, dum nouæ illis epulæ sunt parandæ. Huc quoq; videntur pertinere, quæ Cicero in Officijs de incessu præcipit, ne aut tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus, vt similes pomparum ferculis esse videamur: aut (id quò τρεχέδειπνοι facere solent) in festinationibus suſcipiamus nimias celeritates, quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed vt conuiua neque nimis citò, neque nimis tardè (nisi magna id necessitas postulet) ad epulas accedere debet: ita conuiuatoris partes sunt, vt conuiuas, qui moram trahunt, vel ipsemet, vel per famulos, & ancillas suas denuò vocet, quemadmodum regem illum in parabola Euangelica feciſſe legimus. Illud quoque, quod ad conuiuam attinet, non videtur esse prætereundum: vt nimirum is, si quem vel vicinum, vel amicum habeat, quem etiam inuitatum esse nouerit, illius ædes prætereundo illum vocet, vt illo comitatus ad conuiuium veniat, id quòd non modò decorum est, atq; ciuile: verumetiam amicitiæ, beneuolentiæq; ſignificationem habet.

Inceſſus ad conuiuia qualis requiratur.

Conuiuatoris officium, si cõuiuæ moram trahunt. Luc. 24.

Conuiuæ præterea officium

Conuiua, si ad hoſpitis ædes iam peruenerit, quid facere debeat.

Iam verò poſtquàm conuiua ad hoſpitis, seu conuiuatoris domum peruenit, primò quidem sum mopere cauebit, ne in illam temerè irrumpat, aut ianuam nimis crebrò, proteruè, violenterq; pulsando (quod Plautus proteruè foribus iniuriam facere appellat) conuiuatori, eiusq; familiæ molestiam aliquam exhibeat, sed patienter potius expectet donec domus ei aperiatur, cogitans familiares multis negotijs districtos, & impeditos teneri, quò minus illi pulsanti ſtatim domum aperire poſſint. Sed tamen interea paterfamiliâs, siue conuiuator dabit operam, vt conuiuis atque hoſpitibus domus pateat, vel certè quàm celerrimè aperiatur, ne diu præ foribus cogantur expectare. Et ſi nocturnum fuerit tempus, mox aderunt aliqui, qui illis lumen præferant, ne forsan in tenebris impingant, atq; offendant: vel ipse paterfamiliâs hoſpites atq; conuiuas introducet in domum, vel per ſuos familiares illos introduci curabit, vt ille Ioſephi œconomus dicitur fratres eius in domum ipſius introduxiſſe, Gen. 43. v. 24.

De ianuis.

Nunc antequàm vlterius progrediar, quoniam ianuæ pulsandæ, aperiendæq; facta est mentio, facere non possum, quin de ianuis, quarum apud veteres magnam religionem fuiſſe reperio, quædam cognitu & vtilia, & iucunda interponam. Hic autem mihi primò omnium in mentem veniunt illa Dei verba Apocalyp. 3. Ecce ſto, inquit, ad oſtium, & pulſo. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. NOTA. *Quibus verbis Deus significat, se ſalutis noſtræ ſtudioſiſſimum, cùm interno ſancti ſui Spiritus inſtatu, tùm extrinſecus verbo, ac ſacramentis ſuis cordium, animorumq; noſtrorum fores aſſiduè pulſare, vt nos*

ad pœni-

ad pœnitentiam perducat. Quicunq; itaq; Deo, ſalutaria præcipienti atq; monenti, mentis ſuæ ianuam aperuerit, illiq; obtemperarit, is illo vtetur conuiua, hoc eſt, illius conſpectu, colloquio, conuictuq; cum immenſa & infinita animi corporisq; ſui voluptate perpetuò fruetur. Hæc Deus eleganti hac allegoria docet, quæ quidem à re conuiuiali, & vulgari hac ianuæ pulſandæ, aperiendæq; conſuetudine, de qua nunc agemus, eſt petita. In edito olim ianuam fuiſſe, gradibusq; ad eam aliquot aſcendi ſolitum, quod hodieq; fieri videmus in optimatum ædibus, regijsq; principum, Turnebus in ſuis Aduerſ. ex illis Virgil. verbis:

Poſtesque ſub ipſos, Nituntur gradibus.

Quod ad ianuæ ſiue forium pulſationem attinet, Latinis id eſt fores ferire, pulſare, & pultare, verberare, vt paſſim apud Terentium & Plautum. Græcè κόπτειν, (Vnde forſan noſtrum **Klopffen** */id eſt, percutere) & κρούειν, quæ vox poſterior ſæpè in ſacris literis occurrit: vt Actor. 12. Apocalyp. 3. Luc. 13. Matth. 7. Hinc θυροκοπήτης, & θυροκόπος, ὁ τὴν θύραν κόπτων Suidæ. Et θυρόκρουσον, fores pulſitans Heraclidi. Ariſtoph. in Veſpis:* De ianuæ pulſatione.

——ἀπὸ γὰρ οἴνου γίνεται
καὶ θυροκοπῆσαι, καὶ πατάξαι, καὶ βαλεῖν
κἄπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον ὦ κραιπάλης.

Fores porrò pulſantur varijs modis, vt pedibus, calcibus, ſaxis, & inſtrumentis quibuſdam artificialibus. Sic enim κορώνη Græcè dicitur annulus oſtij, quo pulſatur, vel ob figuram, vel garrulitatem ſic dictus, qui etiam κόραξ dicitur, & κορώνιον, & κρίκος, item ῥόπτρον, ὄπισπαστὴρ, & ὄπισπαστρον.

Obſeruandum autem olim ianuas & fores ab ingredi volentibus percuſſas fuiſſe, & intrinſecus etiam ab ijs, qui exire volebant: vnde Suidas in illud Ariſtoph. ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν, inquit, ὅτι τὴν ἔξωθεν τὴν θύραν κρούοντων τὸ κόπτειν λέγεται: ὅτι δὲ τὴν ἔσωθεν, ψοφεῖν: quæ accuratè diſtinxit Menander. Nam de ijs, qui præ foribus ſtabant, verba faciens, ait, κόψω τὴν θύραν, pulſabo ianuam: de ijs verò qui ſunt intrò, ἀλλ' ἐψόφει καὶ τὶς τὴν θύραν ἔξιών. Idem teſtatur Ariſtoph interpres, in illa verba: ψοφεῖ τὶς ἔνδον, de eo qui foras vult exire. Ianuam vehementer violenterq; pulſare Plautus vocat. Apuleius libro primo, oſtium accedo, & ianuam fortiter oppeſſulatam pulſare vocaliter incipio. Morem, annotat Beroaldus, expreſſit vſitatiſſimum, vt ſcilicet, qui pulſat oſtium, etiam forinſecus inclamet. Idem mihi videtur colligi poſſe ex illo loco Actorum duodecimo, pulſante Petro ianuam veſtibuli acceſſit ancilla audiendi gratia (quis nimirum adeſſet) καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, &c. Vnde colligimus Petrum ianuam vocaliter, hoc eſt, voce ſimul edita pulſaſſe, quem ancilla illa ſtatim agnouit. Sic Lucæ decimo tertio, Et cœperitis foris ſtare, & pulſare ianuam, dicentes, Domine aperi nobis, &c. Apud nos ſunt etiam nolæ, ſeu tintinnabula, quibus aperiendi ianuas ſignum datur, quæ apud veteres non videntur in vſu fuiſſe. Hic quoque obſeruandum, moris fuiſſe apud Romanos, vt cum lictores iuſſu Conſulum, aliquem è domo euocarent, fores ædium virga percuterent, quaſi eo ſigno publicam adeſſe perſonam innoteſceret. Si cui tamen ob dignitatem claritatemq; deferebant, virga fores percuti vetabant. Cum enim Pompeius M. Poſſidonij domum ſummi ſapientiæ profeſſoris eſſet ingreſſurus, fores virga percuti vetuit, & faſces ſubmiſit, teſtis eſt Alexand. ab Alex. lib. 1. cap. 27. κόπτειν & ψοφεῖν quomodo differãt. Ianuam vocaliter pulſare.

Domum, ſiue ianuam aperire, recludere, reſerare, pandere, repandere, patefacere dicunt Latini, Græcè ἀνοίγειν.

Apud veteres porrò Græcos oſtia ita fuerunt poſita, & comparata, vt extrorſum aperirentur: vnde etiam fores volunt dictos, quaſi foras aperiri ſolitas. Atque idcirco qui exibant, & in publicum domo prodibant, fores percutere, crepitumq; edere digitis conſueuerunt, (quod Græcè ψοφεῖν propriè dicitur, de quo ſuprà) ne qui foris ſtarent, quiue præterirent, à valuis læderentur, aut in angiportu interciperentur. Plutarch. hoc idem literis memoriæq; prodidit in Poblicola, his verbis: τὰς δὲ ἐλληνικὰς (ianuas) προέσθαι ὅτως ἔχειν ἁπάσας λέγουσιν, ἀπὸ τῆς κωμῳδίας λαμβάνοντες. ὅτι κόπτουσι, καὶ ψοφοῦσι τὰς ἑαυτῶν θύρας ἴσασιν οἱ προϊέναι μέλλοντες ὅπως μὴ βλάπτοιεν ἔξω γένοιτο τοῖς παρερχομένοις, ἢ προσπέσοιεν, καὶ μὴ κατα λαμβάνοιντο προϊόντες τοῖς πλησίον εἰς τὸ στενωπόν. Itaque in Plauti, & Terentij fabulis nunquàm ferè quiſquàm egre- De antiqua ianuas claudendi aperiendiq; ratione. Apud Græcos.

ditur domo, vt non antea crepuisse fores dicerentur. Nam quoniam illæ fabulæ è græco fuerunt cõuersæ, idcirco quarundam consuetudinum, quibus olim Græci vsi sunt, impressa in eis vestigia cernere licet. Plaut. in Curcul. Sentio sonitum, Tandem Ædepol mihi morigeri pessuli fiunt. Item. Sed interim fores crepuere, linguæ moderandum est mihi. In Pœnulo, Fores hæ fecerunt magnum flagitium. Ad. Quid est flagitij? Co. Crepuerunt clarè. Apud Romanos antiquis temporibus non ita fores aperiri fuisse solitas M. Valerij Poblicolæ exemplum docet, qui, teste Plutarcho in eius vita, hoc honoris insigne habuisse dicitur, vt fores ædium ipsius, non introrsum trahendo, sed in viam puplicam pellendo aperirentur: vnde colligimus id Romæ rarum fuisse, quod in Græcia quondam vulgatum fuit, vbi omnium ædium fores eo modo pandebantur. Eiusdem rei Plinius quoq; meminit lib. 36. de Val. Poblicola & eius fratre his verbis. Adijci decreto vt domus eorum fores extra aperirentur, & ianua in publicum reijceretur. Eadem de re vide Alex. ab Alex. libro quinto capite vigesimo quarto.

Apud Romanos.

De ianuæ custodibus.

Nunc de ianuæ custodibus aliquid dicamus. Antiquitus illustres domos, qui etiam hodie mos est, legimus habuisse suos custodes, quibus ianuarum, ædiumque custodia commissa erat, quique aperiendi, & claudendi, & homines vel intromittendi, vel extroducendi, canes, fures, mendicos abigendi potestatem habebant. Virg. lib. 9 Æneid.

hic Dardanio Anchisæ
Armiger ante fuit, fidusq; ad limina custos.

Seruius, Æditus fuit, quod, vt supra diximus, ingenti honore apud maiores fuit. Illic enim & epulabantur, & deos colebant, census etiam omnis illic seruabatur: quod & Plautus docet in Asinaria, in qua inducit seruum Atriensem in tota familia plurimum posse. Dicuntur etiam Liminarchæ & famuli ad limina. Silius 1. Punic.

Famuli turbato ad limina somno
Expauere trucem per vasta silentia vocem.

Vbi famuli ad limina sunt liminis præfecti, cubiculique custodes. Hi à Græcis θυρωροὶ, & φύλακες τῆς θύρας, πυλωροὶ: à Latinis ianitores & ostiarij, in fœminino genere ianitrices, & ostiariæ appellantur. Plaut. in Asin.

Ita hæc morata est ianua, extemplò ianitorem
Clamat, procul si quem videt ad se ire calcitronem.

Romanorum imperatorum custodes ad fores.

θυρωρεῖν, πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν, ἢ παρὰ ταῖς θύραις αὐλίζεσθαι. Apud Romanos imperatores habebant suos ministros ad fores, & admissionales, qui eos, qui salutatum veniebant admittere vel dimittere solebant, quorum mentio fit ab Ælio Lampridio in vita Seueri imperatoris. Salutabatur, inquit, quasi vnus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis: aut solis ijs, qui ministri ad fores fuerant, cum antea salutare principem non liceret, quod vos videre non poterat. Admissionales ergo dicebantur, quorum officium erat admittere intra cubiculum volentes salutare principem & alloqui. Ab Ammiano Marcellino dictus est magister admissionum, qui præerat huiuscemodi negocio, siue officio admittendi in cubiculum, & introducendi ad principem: quæ dignitas, vt idem ait, fuit honorata. Sueton. in Vespasiano, quidam, inquit, ex officio admissionis, id est, vnus ex admissionalibus Palatinis. In primis verò sacræ ædes suos habuerunt custodes & ianitores. De templi Hierosolymitani ianitoribus, vide multa 1. Par. 26. Horum officium erat asservare quatuor portas, & introitus atriorum, ne impuri & immundi secundum legem, atque præputiati templum ingrederentur: dare item operam, ne qui ad portas tumultuarentur. Hoc in primitiua ecclesia Diaconorum munus & officium fuisse ex Dionysio Areopagita, & alijs scriptoribus constat, qui portas custodiebant, post psalmos decantatos, & sacram alicuius Prophetæ, aut Pauli, & Euangelij lectionem atque enarrationem, priusquam consecrationis mysterium ordiretur sacerdos, catechumenos, energumenos, desertores & pœnitentes exire iubebant alta voce clamantes, Catechumeni exeunto, vel si quis Catechumenus remansit, exeat. A qua quidem Catechumenorum dimissione, vulgus appellationem Missæ cœnæ dominicæ attribuit, quemadmodum ex Isidoro probat Rhenanus in annot. in lib. 4. Tertull. aduersus Marcionem, & de Corona militis. Hi postea ostiarij dicti sunt. De æditimis siue æditui templi Serapidos custodibus, qui etiam pastophori nuncupati sunt,

Sacrarũ ædiũ custodes.

Admissionales

Appellatio Missæ, cœnæ dominicæ, vnde attributa.

vide Pie-

vide Pierium in Hierogl.lib.43. Æditimi quasi ædium intimi: æditui à tuendis ædibus dicti sunt, vt est apud Charisium. Quin etiam canes ceu fidelissimi ianuarum custodes adhiberi solent. Vnde Homerus Ιλ. χ. Αυτὸ δ' αὖ πυματὸν με κύνες ῥῶτησι θύρῃσι Ωρυσσὲ ἐρύουσι. Vbi Eustathius, Πρῶται, inquit, θύραι. Homero sunt, αἱ αὔλειοι, quas moris erat à canibus custodiri, quas etiam πρόθυρα manifestius vocat. Aeditimi & æditui vnde dicti.

Postremò de ianuarum ornamentis, atque religione, sicuti erat propositum, dicatur. Vt vrbium, atque templorum portas: ita priuatarum quoque ædium ostia, siue ianuas sacras fuisse veteribus, religiosq; cultas, passim ex veterum monumentis constat. Ianuæ, vt suprà dictum est, à Iano, cui consecratæ erant fuerunt denominatæ, cui gentiles, teste Isidoro, omnem introitum, vel exitum sacrauerunt. Vnde Lucanus: De ianuarum ornamentis atque religione. Ianus.

Ferrea belligeri compescat limina Iani.

Cicero libro de Nat. Deorum 2. Cumque, inquit, in omnibus rebus vim haberent maximam prima, & extrema, principem in sacrificando Ianum esse voluerunt, quod ab eundo nomen est deductum: ex quo transitiones peruiæ Iani, foresque in luminibus prophanarum ædium ianuæ nominantur. Hæc Cicero. Sic Portumnum finxerunt portarum Deum, penes quem clauis tutelam, & claudendi vim ac potestatem esse putabant, qui idcirco clauem manu tenere fingebatur, teste Festo. Hoc in loco Gyraldus parùm sibi constare dicit, an pro Portuno, siue Portumno Vortunum legendum sit, cum plærique Ianum, & Vortunum eundem fecerint, & ei deo sit clauis attributa. Hac imagine hodie S. Petrus exprimitur. Similiter Forensis Deus dictus est, quem foribus præesse existimabant. Singulæ quoque ianuæ, siue ostij partes peculiaribus quibusdam dijs fictitijs sacræ erant. Vt cardines, Cardeæ deæ, (quam quidam libentius Carnam vocant) quæ, vt canit in sexto Fastorum Ouidius, ab Iano compressa, acceperit cardinum potestatem, prius Crane nuncupata, dein per antistichon, Carna. Hanc & Cardineam viri alioquin eruditi, inter quos Sipontinus, appellarunt. Cardines ab eo munere, quod in valuis, ostijsq; sustinendis præstat, dignitatem, auctoritatem, reiq; summam significare Pierius docet lib. 49. inde etiam Cardinales dicti, de quibus vide ibidem. Liminum similiter custodem atque præsidem finxerunt Limentinum deum. De his dijs sic scribit Tertullianus in libro de Idololat. Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam literaturæ sæcularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam à cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Ianum à ianua. Et paulò post: Etiam apud Græcos Apollinem θυραῖον, & antelios dæmonas ostiorum præsides legimus. Et Augustinus de Ciuitate Dei libro quarto, capite octauo, sub finem: Vnus quisque domui suæ ponit ostiarium: & quia homo est omnino non sufficit. Tres deos isti posuerunt: Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. Ita non poterat Forculus simul fores & cardinem limenque seruare. Nulla in ianua, quæcunque esset hora, veteres loqui fas esse arbitrabantur. Nam Pytagoricum, & Ægyptiorum dogma sapientum id fuit, quum Deum innuerent silentio esse colendum, à quo sunt rerum primordia. Cælius libro 15. cap. 3. ibidem in ianuis olim meridiei, & austri symbola visa fuisse testatur. Limina quia sacra veteribus, idcirco limen calcari in ingressu domus sine scelere à noua nupta minimè posse putabatur. Ita enim ingrediebantur illæ, vt limen pedibus non tangerent, neque per se transirent aut transcenderent, sed aliorum manibus subleuarentur ac tollerentur, quod refert Plutarchus in quæst. Rom. eiusque rei rationes ibidem explicat. Eadem de reidem Plutarchus in Romulo scripsit. Huc pertinet illud Catulli in carmine nuptiali Iulij & Manlij: Portumnus portarũ deus. Forensius Deus qui foribus præest. Cardea, siue Carnea, Cardinum dea. Cardinales vnde dicti. Limentinus liminum Deus.

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes.

Et illud fortasse Lucretij libro primo:

Nam sublata virum manibus, tremebundaq; ad aras
Deducta est, non vt solenni more sacrorum
Perfecto, posset claro comitari hymenæo.
Sed casta incestè, &c.

Lucanus libro secundo de Nuptijs Catonis, & Marciæ,

Turritaque premens frontem matrona corona,

Digitized by Google

Translata vetuit contingere limina palma. Ouid. 1. Eleg.

Missa foras, iterum limen transire memento
Cautius, atq; altè sobria ferre pedem.

Hunc morem veterum Romanorum in nouis nuptis domum mariti introducendis Plautus quoque mirè & luculenter expressit in Casina his verbis,

Sensim superattolle limen pedes noua nupta, sospes
Iter incipe hoc, &c.

Ex his patet quod noua nupta non solum non contingebat pedibus limen domus, in quam deducebatur, sed nec eius ex qua exibat, vt obseruauit Turnebus in suis Aduersarijs. De noua nupta, & imperatoris leuatione vide Petrum Pithoeum Aduers. lib. 2. cap. 6. Huc quoque non incommodè videtur posse referri superstitio cultorum Dagonis, qui limen portæ templi transilire solebant, eò quod idoli illius caput atque manus ibi iacuerant, vt primo Samuelis quinto scriptum est. Eandem superstitionem Sophonias quoque capite primo videtur perstringere, cum inquit: Qui transiliunt limen. Vnde Chald. Paraph. vertit. Qui non ambulant in statutis Palæstinorum. Postes similiter veteres venerari fuerunt soliti. Postiũ cultus. *Valerius Maximus libro secundo capite quinto, scribit, prædones quosdam cum à Scipione Affricano foribus reseratis intromissi fuissent, postes ianuæ tanquam aliquam religiosissimam aram, sanctumque templum veneratos fuisse. Huc quoq; pertinet illud Virg. secundo Æneidos.*

Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent postes, & oscula figunt.

Turnebus in suis Aduers. lib. 12. cap. 5. in hæc verba: Hoc, vt opinor, inquit, è Romanorum moribus dictum est, qui religionis aliquid liminibus & postibus tribuebant. Apud Plautum limen inferum & superum quadam religione salutatur, & apud Tibullum liminibus oscula dantur, vt hûc apud Maronem postibus: & qui eadem dedicabat postem tenebat, ad deorumq; placandam imm poste caput tundebant:

Non ego, inquit Tibullus, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.
Non ego tellurem pedibus perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput.

Et apud Poëtas amatores dant postibus serta. Quod si non satis religionis opinionem confirmat: at certè verisimile eandem posti, quàm limini reuerentiam & cæremoniam tributam. Igitur amplectuntur postes, & osculantur, eorum religione se tutas fore, & immunes ab hostium iniuria existimantes. De more Iudæorum antiquo in festinitate Paschali Agni mactati sanguinem postibus ædium aspergendi, vide Exodi duodecimo capite, de quo mysterio suprà dictum est. Huc facit quòd, Beroaldo teste, mos fuit quarundam gentilium conuiuis domum intrantibus, aut ingressis, ostendere limen, dicendo, Extra illud nihil, id est, ad mensam audita caue foris elimines, vt Horatius loquitur epistola sexta ad Torquatum. Vetus quoque Romanorum mos fuit, vt nouænuptæ mariti domum intrantes, axungia postes vngerent, ea enim religione tenebantur, vt axungia putarent plæraque mala arceri. Seruius libro quarto Æneidos, morem fuisse ait, vt nubentes puellæ simul cum venissent ad mariti limen, postes, antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent, & inde vxores dictas. Vxores vnde dictæ. *Sed Plinius & Massurius non oleo, aut axungia, sed lupino adipe postes inungere moris fuisse prodiderunt, ne scilicet malum aliquod medicamentum inferretur. Ab illo postes vngendi more Vnxia Iuno cognominata, teste Martiano. Alexander ab Alex. eiusdem consuetudinis meminit libro secundo capite quarto. Sponsus inquit, illam domi operiens, in qua sedes erat coniugij futura, parata magno ianuam lana cingit & coronat: multaque iam ro exornat, postesque vittis laneis primùm à noua nupta attingi & ornari, oleoque & adipe suillo, vel lupino inungi iubet: ne quid pernitiosæ pestis in domum irrepat, quod magorũ commentũ fuisse dicunt, vt felle nigri canis suffitas domos, & genitale sub limine defossum habeant, contra mala medicamenta, & amatoria maleficia maximè proficere arbitrati. In foribus verò villarum, lupi rostrum, ne quid deperiret, néue mala fascinatio in domum irreperet. Alij stellam marinam vulpinæ*

Iuno Vnxia vnde cognominata.

sanguine

Digitized by Google

sanguine illitam, ne quid periculi foret, aut noxæ, defixere. εἰρεσιώνη *dicebatur ramus oleaginus lana obuolutus arborum fructibus circumpendentibus, qui ante ianuas ædium per puerum poni erat solitus in honorem Apollinis, vt testatur Pausanias, Suidas, & Aristoph. interpres in Plut. & Equit. Plutarchus in Theseo. Eustath. Ιλ. χ. fol. 1389. Id fieri consueuit in Pyanepsijs, de quo festo vide plura ibid. Hunc autem ianuas in nuptijs, alijsq; festiuitatibus coronandi consuetudinem* Mos ianuam coronandi lauro atque lucernis. *Tertullianus aliquot in locis attingit: Vt lib. 2. ad vxorem. Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus dæmonum, omnibus solennibus regum incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitabitur. Et procedit de ianua laureata, & lucernata, vt de nouo consistorio libidinum publicarum. Et in apologetico: Cur die læto non laureis postes obumbramus? nec lucernis diem infringimus? Honesta res est solennitate publica exigente inducere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris. Ibidem de hostibus Cæsarum, Quàm recentissimis, & ramosissimis laureis postes præstruebant? quàm elatissimis, & clarissimis lucernis vestibula enubilabant? Idem lib. de Idololat. Ergò, inquis, honor Dei est, lucernæ pro foribus, & laurus in postibus, non vtiq; quod Dei honor est: sed quòd eius qui pro Deo eiusmodi officijs honoratur, &c. Et paulò post. Si autem sunt, quæ in ostijs adorantur, ad eos & lucernæ, & laureæ pertinebunt. Idolo feceris, quicquid ostio feceris. Et paulò post. Scio fratrem per visionem eadem nocte castigatum grauiter, quòd ianuam eius subitò adnunciatis gaudijs publicis serui coronassent. Et iterum. Accendant igitur quotidie lucernas, quibus lux nulla est, adfigant postibus lauros postmodum arsuras, quibus imminent ignes. Illis competunt & testimonia tenebrarum, & auspicia pœnarum. Item, plures iam inuenies Ethnicorum fores sine lucernis & laureis, quàm Christianorum. Eundem morem hi quoque Iuuenalis versus declarant Satyr. 6.*

Ornentur postes, & grandi ianua lauro.

Idem Satyra 12.

Hîc nostrum placabo Iouem, laribusq; paternis
Thura dabo, atq; omnes violæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

Lypsius hîc pro operatur, legit operitur, id est, tegitur, vestitur. Hunc porrò ianuas lauro, & lucernis ornandi morem in omni publica priuataq; lætitia Seneca quoque perstringit epist. LXVIII. *Quid tu existimas ea tantùm optabilia esse, quæ per voluptatem, & otium veniunt? quæ excipiuntur foribus ornatis? Lucernæ porrò huiusmodi pensiles erant, suspendebanturq; catenulis, accensæ ad ædium singularum ianuas, aut fenestras. Vndè Persius;*

——Vnctaque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

De more sabbatis lucernas accendendi, nec solùm ædibus, sed etiam arboribus sacris appendendi: de more sacrificulorum atque vatum lucernam, & laurum præferendi: denique lucernas ad ædes lenonias suspendendi, ceu notam noui lupanaris, vide Lipsium Elect. lib. 1. cap. 3. Huc quoque pertinet quod Plutarch. prob. Rom. eos, quos peregrè mortuos falsò fama nunciauit, reuersos per fores non admittebant: sed conscenso tecto in domum demittebant: cuius consuetudinis aliquot à Plutarcho rationis afferuntur, quas legere poteris probl. 5. Inter alia, dicit hunc morem similem esse Græcorum consuetudini, qui prophanos habebant, neque se ijs permiscebant, neque ad sacrificia admittebant eos, quibus factum fuerat funus, & sepulchrum tanquam mortuis. Romani itaque eos similiter, quos semel sepultos, ac rebus humanis exemptos esse fuerat creditum, existimauerunt non debere per ostium ingredi, per quod sacrificatum exitur, ac satrificatu reditur: sed eum deorsum ex ædre voluerunt in atrium sub dio positum demitti, expiationes enim omnes ferè solent sub dio peragere. Ac omnino mos hic fuit gentilium antiquissimus, vt post ostium ac postes collocarent suos lares ac penates, ac aliorum fictorum numinum simulachra, vt fœlix esset & faustus tam egressus, quàm ingressus: cuius Alexand. ab Alexand. meminit lib. 5. cap. 24. Hunc morem qui in Iudæa quoque inualuerat, Isaias cap. 57. ver. 8. grauiter perstringit his verbis: Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum, hoc est, post ostij valuas & postes, siculneorum tuorum deorum, atque superstitionis monumenta collocasti, cum ego potius tibi præceperim, vt legem meam in fori-

bus & ianuis scriberes, vt eius memoria subinde tibi refricetur, vt Deut. 6. scriptum est. Similes autem gentilium illorum sunt plærique etiam hodie Christiani, qui nullam domus partem vacuam idolis habent, quæ pro Deo colunt, quæ nominare superuacaneum fuerit, vt scribit Franciscus Forerus Vlyßiponensis Theologus & concionator ad hunc locum. De more iuxta limina epulandi, deosq; colendi supra dictum est ex Seruio. De more in foribus & atrijs domorum, in quibus ara, focus, & lar familiaris erat, non deorum modò simulachra: sed maiorum & defunctorum imagines collocandi: nec non hostium spolia, enses, clypeos, galeas, currus, ac deuictarum nauium rostra affigendi, vide Alex. ab Alexand. lib. 5. cap. 24. De Romanorum more postes hostium spolijs ornandi sic scribit Polybino: εἴτε ταῖς οἰκίαις κατὰ τὰς ἐπιφανεστάτας τόπους πθέασι τὰ σκῦλα. Liuius. Spolia eius vrbis ante currum laturus? & fixurus in postibus suis? Maro Æneid. 7.

Barbarico postes auro spolijsq; superbi. Iterum,
Multaq; præterea sacris in postibus arma
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; rostra carinis.

Sed ne ea quidem ædibus abalienatis licebat emptoribus refigere aut tollere, vt Plinius literis mandat. Belgarum verò mos fuit barbaricus, Alex. ab Alexand. teste, cæsorum hostium capita postibus tanquam spolia affigere: qui etiam Galatarum, qui vltrà Rhenum incolunt vsus traditur, vt spolia hostium sangine perfusa, & trunca capita foribus affigant. Geloni hostium cutes, vt eæ omnibus spectaculo sint, ac fortium factorum insigne documentum, & hostibus pertimescendum foret. In Ægypto autem in vestibulis domorum, alas vulturum proponere, inditium nobilitatis, & vetustatis familiæ censebatur. Apud Phryges pardalis pro foribus affixa (Homero teste) signum immunitatis erat, ne hostium incursibus pateret. Ad fores Pontif. Max. pro splendore dignitatis, viridis laurus affixa videbatur, teste eodem lib. 2. cap. 8. Ianualis porta Romæ à Iani signo ibidem affixo fuit denominata, vt idem auctor est. Romanorum imperatorum ciuica corona querna, quæ erat clarissimum illorum clementiæ insigne, vnà cum lauro in vestibulo ædium Palatinarum poni fuit solita, quæ ob id à Plinio dicitur ianitrix Cæsarum, pontificumq;, quæ & domos exornat, & ante limina excubat. Ouid. de lauro,

Postibus Augusti eadem fidissima custos,
Ante fores stabis, mediamq; tuebere quercum.

Idem in 4. Fastorum.

Stare Palatinæ laurus, prætexaq; quercu,
Stet domus æternos tres habet vna deos.

Quercum Ouid. posuit meton. pro corona ciuica, quæ erat querna. Sueton. de Tyberio. Et ciuicam in vestibulo coronam recusauit. De ianua laureata suprà ex Tertull. dictum est. Seruius in verba Virg. Æneid. 1.

Tum foribus diuæ, &c. Magno, inquit, studio, & labore templorum fores fiebant, quas quibusdam insignibant historijs: vt in foribus letum Androgeo. Item,

In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto.

Celtas hospitalissimos ianuas ædium suarum nunquam claudere fuisse solitos, Æthiopum autem ædes ἀθύρους, id est ianuis caruisse Nicolaus testatur in lib. de mor. gent. Hæc de ianuis, quibus postremò ridiculum admodum, & ioculare Æsopi factum iuuat addere, quod est huiusmodi. Xanthus dominus, cùm quodam tempore philosophos, atque rhetoras ad conuiuium inuitasset, iussit Æsopo ante vestibulum stare, & nullum indoctum ingredi sinere, sed solos doctos. Hora itaque prandij, clauso vestibulo, Æsopus intus sedebat. Cùm igitur quidam ex inuitatis ianuam pulsasset, quæriit ille intus, τί σείει ὁ κύων, id est, quid mouet canis? Ille existimans se canem vocari, intus discessit. Sic ergò vnusquisque veniens, rursus abibat iratus, putans se iniuria affici, Æsopo eadem omnes interrogante. Cum autem vnus illorum pulsasset, & ad illam Æsopi quæstionem, Quid mouet canis? respondisset caudam & aures, Æsopus existimans illum aptè rectè; respondisse, aperta ianua illum ad herum duxit, & inquit. Nullus philosophus ad conuiuium tuum venit, ô here, præter hunc solum. Xanthus itaque valdè fuit contristatus, cùm se ab inuitatis deceptum esse existimaret. Postridiè

cùm

cùm inuitati ad ludum literarium veniſſent, expoſtularunt cum Xantippo præceptore ſuo, quòd putidum illud pecus, Æſopum nempe, in veſtibulo collocaſſet, à quo per ſummam ignominiam canes fuerint appellati. Xanthippus Æſopo grauiſſimè ſuccenſens, quæſiuit ex illo cur inuitatos ſuos hac tàm inſigni iniuria affeciſſet. Cui ille. Tu mihi, Domine, mandaras, vt ne quem indoctum intromitterem: at hi qui ianuam pulſarunt omnes, vno excepto, inſcitiam ſuam ſatis prodiderunt, dum mihi quærenti quid canis moueret, reſpondere non potuerunt. Ergò cùm indocti omnes viderentur, nullum illorum introduxi præter hunc, qui doctè mihi reſpondit. Hac Æſopi excuſatione omnes facilè acquieuerunt, hocq; illius factum collaudarunt.

Sed illud quoque non eſt ſilentio prætereundum, de quo ſic ſcriptum eſt in operibus Talmudicis tractatu qui inſcribitur Bucca Batra cap. 6. fol. 93. pag. 2. Mos fuit maximus Ieroſolymis vt ſi quis alicui conuiuium pararet quod tamen aliqua in parte corrupiſſet, is teneretur perſoluere domino & inuitatis precium pudoris. Mos alius maximus fuit Ieroſolymis, vt eo tempore quo conuiuium aliquod in quibuſdam ædibus celebraretur, ad oſtium earum ædium expanderent mappam, tunc omnes inuitati ingrediebantur, quibus ingreſſis mappa aufferebatur. Hunc morem audio adhuc hodie apud Iudæos Polonos vſitatum, ſed addunt etiam phialam plenam aqua vt omnes inuitati in oſtio domus ſtatim lauent.

DE SALVTATIONIBVS SACRIS ATQVE CIVILIBVS: AC PRIMO DE IIS QVAE verbis conſtant, quas verbales poſsis appellare, de varijs illarum modis atque formulis.

CAPVT XXXI.

VERVM vt inſtitutum meum perſequar, cùm famuli, atque ancillæ, quibus hoſpites atq; conuiuas deducendi, introducendi, excipiendiq; à dominis data eſt prouincia, ſeſe erga illos humaniter, officioſeq; gerent: tùm verò, atque in primis ipſe conuiuator vnà cum vxore, liberis, totaq; familia eoſdem placido, atq; ſereno vultu, verbis humanis, deniq; manus apprehenſione, complexu, oſculo, prout patriæ mos, atq; conſuetudo (cui in primis ſeruiendum) feret atque poſtulabit, honorificentiſſimè, humaniſſimeq; excipiet, atq; ſalutabit. De more hoſpites in cœnaculum introducendi egregium exemplum habes 1. Sam. 9. ver. 22. Viciſſim cõuiuæ, ſimul atq; conuiuatoris, ſeu patrisfam. ædes ingreſſi fuerint, ſimiliter & ipſum patremfam. & totam illius familiam, & ſeſe inuicem humaniter, officioſeq; ſalutabunt, ſecundùm illud Chriſti præceptum, quod diſcipulis ſuis dedit, quod quidem huc quoque commodè referri poteſt. εἰσερχόμενοι, inquit, εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτὴν λέγοντες εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. Quoniam autem ſalutationum cùm in communi vitæ conſuetudine, tùm in conuiuijs potiſſimùm non ſolùm vetuſtiſſimus, ſed & vtiliſſimus eſt vſus ad charitatem conciliandam, atque confirmandam, operæpretium mea ſententia fuerit in genere de ijs nonnulla dicere.

Salutatio igitur, quæ græcè ἀσπασμὸς, & εὐλογία, Hebraicè ברכה Beracab appellatur, hoc eſt, benedictio (vt vulgò vertunt) duplex mihi videtur poſſe ſtatui, vna interna, altera externa. Interna nihil eſt aliud, quàm εὐχὴ (ſic enim Suidas ἀσπασμὸν exponit) hoc eſt, animi votum, quo ſalutem animi, & corporis alicui à Deo, ceu fonte ſalutis, omniſq; boni precamur. Huiuſmodi ſalutatio, ſeu benedictio, hoc eſt, ſalutis precatio, quæ animo fit atq; corde, Chriſtianos vehementer decet, quemadmodum contrà imprecationes, execrationes, atq; vota dira ab illis alieniſſima eſſe debent. Externa autem ſalutatio, quæ quidem ab interna promanat, actio quædam eſt ciuilis, honeſta, atque pia, qua partim vultu, qui tacitus quidam animi eſt ſermo, partim verbis, partim etiam geſtibus nonnullis honorificis, atque humanis noſtram charitatem, beneuolentiam, obſeruantiamq; erga alios teſtificamur. Illa autem rurſus eſt bipertita, vel verbalis, vt ita loquar, quæ in verbis: vel realis, quæ in corporis motu, atque geſtibus conſiſtit.

De ſalutatione
Salutatio duplex.
Interna.
Externa.
Salutatio externa duplex.

Quòd ad ſalutationem verbalem, quæ verbis conſtat, (quæ Græcis προσαγόρευσις, & προσ-

Digitized by Google

φώνησις dicitur) illa rursus bifariam videtur diuidi posse, ita vt vel in nominibus atque titulis honorificis: vel in certis verborum formulis atque phrasibus consistat.

Nomina in salutationibus vsurpari solita

Quò ad nomina, quibus in salutationibus vtimur, illa vel sunt propria (vt Grammatici loquuntur) vel appellatiua, eaque vel naturæ, atque sanguinis, vt est nomen patris, & filij, nouercæ, & priuigni: vel sortis atque conditionis, siue etiam coniunctionis cuiuscunque, vt sunt nomina domini, & serui: præceptoris, & discipuli: clientis, & patroni: tutoris, & pupilli: collegarum, &c. Præstantissimùm fuit, inquit Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19. apud Romanos, suis nominibus quenque venerari, & salutare, salutantibusq; reddere salutem. Ideò nomenclatorem dictum, qui nominatim singulos appellat: vt puta in foro, reos: aut in conuiuio, conuiuas. Magistratuum candidati secum habebant huiusmodi nomenclatores, qui illis ciuium singulorum nomina, quæ quidem illi tenebant, suggerere solebant, quò singulos suis nominibus appellare, atque salutare possent, ad illorum fauorem, atque suffragia aucupandum. Idem etiam ab imperatoribus adhibebantur in exercitu, quò singulos milites, id quod ad illorum beneuolentiam conciliandam non exigui erat momenti, possent appellare. Apul. Et ad nomenclatorem mox citati venerunt. Sueton. in Augusto testis est, illum die senatus nunquàm patres, nisi in curia salutasse, & quidem sedentes, ac nominatim (id est, proprijs nominibus, vt salue Pollio, salue Messala) singulos nullo submonente: (non indigens nomenclatore) & discedens eo modo sedentibus singulis Valedicebat. Hodie quoque experientia quotidiana testatur in salutationibus permultum ad amorem & beneuolentiam facere, si quis nomine suo proprio, aut etiam cognomine aliquem salutet. Hinc Theologi illud quoque, quod Deus Moysem proprio suo nomine appellauit atque vocauit, ceu singulare quoddam eximiæ humanitatis diuinæ inditium atque signum interpretantur. Et quoniam in salutando, siue proprio quem, siue appellatiuo nomine appellemus, vocatiuo casu vtimur (vt Iacobe, Rodolphe, Domine, pater, &c.) hinc casus ille etiam salutatorius à nonnullis veterum est vocatus. Si qui tamen præcipua dignitate & honoribus excellerent, illos olim proprijs salutare nominibus haud decorum videbatur, vt Alex. ab Alexand. testatur. Idipsum hodie quoque moris est: nam regem, principem, aut magistratum aliquem proprio nomine, vt Ioannem, Petrum, &c. in salutationibus appellare, à decoro videtur planè esse alienum. Discipuli Christum appellantes in Euangelio, illum non proprijs suis nominibus, sed Rabbi, magistrum, & dominum suum vocant. Et certè naturæ, sanguinis, atque officij nomina plærunque in salutationibus, nescio quo modo, plus honoris, atque amoris præ se ferunt, quàm nomina propria. Itaque Græci quoque, teste Alexandro ab Alexand. non proprio, sed officij nomine, aut muneris, quod gerebat, salutare religiosius putarunt. Apud Hebræos nomen Adon, quod dominum significat, vsitatum fuit in salutationibus, quo vel dignitate superiores, vel peregrinos, atque extraneos honoris gratia appellare consueuerunt, vt ex multis sacræ scripturæ locis constat, & Adoni quidem, hoc est, mi domine, hominibus, Adonai autem Deo tribuitur, vt grammatici obseruant. Apud Homerum nomen honorificum quo seniores à iunioribus appellantur, bonoranturq;, est ἄττα: vt Ιλ. θ. φοίνιξ ἄττα γεραιὲ. verba Achillis ad Phœnicem: & in Epigram. ἄττα γέρον δ' ἰθύς με καλεῖ γάμος. Videtur mihi respondere appellationi Helueticæ alter ättyi hoc est, pater senex, qua iuniores quosuis ætate prouectos honoris ergo salutare consueuerunt. Vox enim illa ἄττα, vt & Helueticum nomen ättyi / hoc est, pater, à Chaldaica voce abba patrem similiter significante videtur promanasse, duplici β. in duplex τ. conuerso. Eustath. in Odl. π. pag. 592. vocem ἄττα προσῳδίαν, ἀπαρέμφατον, ἀκλινῆ, ἀμέταληπτον ἤγουν ἀνυπόπτευτον à veteribus dicit fuisse indicatam. Cato in lib. de pueris edùcandis dicit à pueris & matrem mammam, & patrem tattam appellari. Vt autem vox ἄττα, sic πατέρ quoque (quæ mihi videtur eiusdem esse cum illa significati) apud Homerum est vsitata, quando iuniores senes, & quidem peregrinos appellant: sicuti etiam apud Heluetios fieri consueuit. Πατὴρ autem, vt hoc quoque addam, Deus dicitur, interprete Eustath. ὡς τὸ πᾶν τηρῶν: homo autem, ὡς τὰς παῖδας τηρῶν. mihi conuersis literis potius ab Heb. אב videtur deriuatum. Hac de nominibus.

Nomenclator.

Casus salutatorius.

Adon.

Adoni & Adonai.

ἄττα.

Πατὴρ vnde dictus.

Formulæ salutatoriæ.

Quòad autẽ phrases seu formulas salutatorias, illæ vt nunc, ita olim quoq; apud multos populos variæ fuerunt atque multiplices, quarum exempla quædam proponam. Apud Hebræos huiusmodi ferè fuerunt salutandi formulæ. Angelus Gedeonem frumentum excutientem salutauit his verbis. Iehoua tecum vir fortis. Iudic. 6. Sic Boaz messores suos his verbis salutauit, Dominus vobiscum:

ſcum: cui illi reſponderunt, Benedicat tibi Iehoua. lib. 2. ver. 4. Eadem ſalutandi forma angelus coràm Maria virgine vſus eſt. χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. *Chriſtus hac ſæpè ſalutandi formula vſus eſt, Pax vobis, & eandem diſcipulis ſuis præſcripſit Matth. 10. Ingreſſi domum aliquam, ſalutate eam dicentes,* εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ, *id eſt, pax ſit huic domo. Hebraicæ huius ſalutationis multa exempla in ſacris literis reperiuntur, vbi voce* שלום *Schalom, hoc eſt, pacis omne boni genus intelligitur. Sic Sunamitis illa mulier ad Eliſæũ profectura virum ſuũ ante diſceſſum ſalutauit, inquiens, Schalom, id eſt, pax, hoc eſt, vale, 2. Re. 4. v. 23. tametſi verbũ illud alij aliter interpretantur. A Schalom quoque, ſalus latinum videtur eſſe deriuatum, & inde ſalutatio. Hodie quoq; Iudæi, & Turcæ hac pacis voce vtuntur in ſalutando, & reſalutando. Nam vt ex præceptore meo rabbi Menahem olim intellexi, is qui ſalutat, ſolet dicere, Salemaleck, hoc eſt, pax tibi: cui reſalutans reſpondet, Veleck Salem. Et tibi pax. Huic ſimilis eſt vernacula illa noſtra ſalutationis forma.* **Gott grüẽz dich/ & grüẽz dich Gott:** *id eſt, Deus te gratiet, vt ita loquar, hoc eſt, gratiam ſuam atque ſalutem tibi largiatur. Nam vocabulum* **grüẽz**/*id eſt, ſalutatio, &* **grüẽtzen**/*hoc eſt, ſaluare, à latino vocabulo gratiæ videtur profluxiſſe: quo ſimiliter atq; pacis nomine in ſacris literis quoduis boni, atq; ſalutis genus intelligitur. Apud Græcos in ſalutationibus & antiquiſſimum, & vſitatiſſimũ eſt* χαῖρε *vocabulum. Euſtath. in* Οδ. Α. *in illa verba,*

A Schalom Hebræo ſalus videtur denominata.

Grüẽtzen à gratia.

Χαῖρε.

Χαῖρε ξεῖνε, παρ' ἄμμι φιλήσεις; *inquit,* ἐθὸς λῦ ὅλιφωνεῖν τοῖς ξενιζομένοις τὸ, χαῖρε ξεῖνε, *inde nomen* χαῖρε *etiam epiſtolis apud poſteriores præpoſitum fuit. Paulus quoque ſcribendis epiſtolis, cùm in exordio, tùm etiam in fine ſalutationes affixit. Suidas contrà illos hallucinari, inquit, qui huius morem epiſtolis inſcribendi* χαίρειν *à Cleone primùm (de quo etiam Ariſtoph. Scholiaſtes in Nubibus) voluit vſurpatum fuiſſe, eſſe enim antiquiſſimùm. Ibidem Cleonem* χαίρειν, *Platonem* εὐφραίνειν, *Epicurum* εὖ ἄγειν, *literis ſuis inſcribere fuiſſe ſolitos, teſtatur: addit Ariſtoph. Scholiaſtes, Pythagoræos* τὸ ὑγιαίνειν *vſurpaſſe. Suidas* χαίρειν τοῦτο ὅτι προσαγόρευσις ἀπαλλαττομένων, ἢ προσερχομένων, *hoc eſt, fuit appellatio, ſeu ſalutatio diſcedentium, aut aduenientium: poſitum etiam fuit in principio epiſtolarum. Idem auctor docet, veteres vocem* χαίρειν *vſurpaſſe non modò, quando primùm conueniebant, vt nunc quoq;, ſed etiam diſcedentes, &* ἀντὶ τοῦ ὑγιαίνειν, & ῥῶσθαι, χαίρειν διεκελεύοντο ἀλλήλους: *quemadmodum aues quoq;, eodem teſte,* τὸ χαῖρε, καὶ τὸ εὐφραίνειν, καὶ τὸ ζεὺς ἵλεως *ab hominibus edocta, precantur, neſcientes quid dicant, nec affectu aliquo ergà homines præditæ. Hæc ille. Hodie profectò multi hominum ſine vllo vel intellectu, vel amoris affectu, ſe inuicem, auium illarum inſtar, ſalutant. Apud Ariſtoph. in Pluto.* χαίρειν μὲν ὑμᾶς ὅσιον ὦ ἄνδρες δημόται, ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν, καὶ σαφρὸν. Ἀσπάζομαι δ' ὅτιπερ θᾶττον ἥκατε, *ex hoc quoq; loco conſtat verbum* χαίρειν *in ſalutationibus fuiſſe antiquiſſimùm, pro quo Chremes dicit ſe malle vti verbo* ἀσπάζεσθαι, *ceu recentiore. Latini porrò ſuas quoque habuerunt tàm in congreſſu, quàm in digreſſione peculiares ſalutandi formas. In congreſſu duplici ferè verbo vſi ſunt, vno manè, Aue nimirum (quòd teſte Feſto, & cupere ſignificat, forſan ab Heb. Iuah. id eſt, cupiuit, deſyderauit, & gaudere) altero veſperi, quod fuit Salue. Hoc manifestè colligitur ex his Dionis Caſſij verbis de Adriano imperatore. Hadrianus, inquit, iudices ſalutauit, non dicens Aue, quæ matutina erat ſalutatio: ſed veſpertino vſus verbo Saluete, inquit. Vale autem in digreſſionibus fuit vſurpatum. Vtrumque autem, nempe Vale, atque Salue, coniungebant veteres, diſcedentes ab ijs quos nunquam viſuri eſſent. Plaut. in Curcul.*

Aue, ſalue.

Vale.

Vale & ſalue.

— *vale, atque ſalue,*
Nam & operam & pecuniam benignè præbuiſti.

In Ciſtellaria,

Quando ita tibi lubet, vale, atque ſalue. *In Mercat.*
Limen ſuperum, inferumq; ſalue, ſimul autem vale.

In Captiuis,

Vale, atq; ſalue, etſi aliter vt dicam, meres
Tu Ariſtophontes, de me vt meruiſti, ita vale.

Quin ita ſaluere, & valere iubebant mortuos. Virgil.

Salue ſanctè parens iterum ſaluete recepti:
Ne quiquam cineres, &c. *Et iterum lib. ii. Æneid.*

Digitized by Google

——*Salue æternum mihi maxime Palla,*
Æternumq; vale. *Hæc inde nouissima verba appellat, vt lib. 6.*
Lustrauitq; viros, dixitq; nouissima verba. *Seruius, Id est, licet: nam Vale dicebatur pòst tumuli peracta solennia. Idem interpres in verba illa Æneid. 11. paulò ante citata, Varro in libris Logistoricis dicit, ideò mortuis salue, & vale dici, non quòd valere, aut salui esse possint (melius nos Christiani) sed quòd ab his recedimus, eos nunquam visuri. Hinc ortum est, vt etiam maledicti significationem interdum Vale obtineat, vt Terentius.*

Vale interdum maledicti significationem habet.

Valeant qui inter nos dissidium volunt, hoc est, ita à nobis discedant, vt nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergò quum mortuo dicitur Vale, non etymologia consyderanda est, sed consuetudo, quòd nullus vale dicitur, nisi à quibusdam recedamus. Hæc ille. Hæc de salutatione verbali, hoc est, quæ fit verbis.

Sacra salutationis formula.

Omnes porrò hæ salutandi formulæ, quibus alij alijs benè precamur, vel fiunt in sacris, ac re diuina administranda, siue in sacris cœtibus, atq; concionibus: vel in communi & quotidiana vitæ consuetudine, de quibus nunc potissimùm agimus. Quò ad illas, quæ fiunt in sacris, illarum exemplum perfectissimum habes Num. 6. Deus namq; ipse certam quandam, & quidem egregiam benedicendi seu salutandi formam sacerdotibus præscripsit, qua illi in sacrorum administratione vsi fuerunt. Loquere, dicit Deus Moysi, ad Aaronem, & filios, sic benedicetis filijs Israel, dicetisq; ad eos, Benedicat tibi Dominus, custodiat te, illuminet faciem suam super te, & misereatur tui. Leuet Dominus faciem suam super te, & ponat te in pace. Ponent nomen suum super filios Israel, & ego benedicam eis. En hic habes quasi prototypon, fontem atq; caput omnium tàm sacratum, & solennium, quàm vulgarium benedictionum, precationum, salutationum, ominationum faustarum, quibus homines vti solent. Solenni illa atq; sacra salutationis formula hodie quoq; sacrorum antistites, ante & pòst sacras conciones, remq; diuinam, vti consueuerunt. Huc quoq; referendæ salutationes illæ apostolicæ in epistolarum principio atq; fine. Quòd autem ad vulgares illas salutationes attinet, quæ in communi vitæ consuetudine vsurpantur, illæ rursus variæ sunt, atq; multiplices, ac proindè variè quoq; vel secundùm hominum congressum, atq; digressum, vel secundùm tempora, vel secundùm varias actiones, illarumq; euentum vel secundum, vel aduersum, alias deniq; circumstantias distingui possunt. Exemplorum quorundam, præsertim germanicorum, appositione rem illustrabimus. In cõgressu, vt Heb. Pax tibi, Dominus sit tecũ: Latinè, Salue: Germ. Gott grüß dich/ biß gottwillkom̃/oder willkumen: *Gall. Dieu vous gardt. In digressu, Græcè* ἔρρωσο: *Latinè, Vale: Germ.* Gott behüt dich: *Gall. à dieu, à dieu vous commande: Allobroicè, adissuo. Secundùm tempora, vt manè, diem faustum: vesperi, vesperam: noctu, noctem nobis inuicem precamur:* Güttẽ morgen/ Ein güten tag: Ein güten abendt: Ein güt nacht. *Gall. bon iour, & bon an: bon soir: bone nuict, bon di, bona sera, bona notte, &c. Sic ineunte nouo anno:* Gott gäb dir ein güt glückhafftig jar/ Gott gäb dir vil gütter: *noua ineunte hebdomada,* Ein güte wuchen/ *vellicantes etiam nonnunquam nobis inuicem aurem. Secundùm varias actiones, atq; fortunas, seu euentus: Vt iter initurο dicimus:* Gott wölle dich beleiten / dein gleidtsmann seyn/ Wölle Gott das wir bald mit frõuden wider zũsamen kom̃nd. *Redeunti,* biß gott willkom̃en. *Ei qui balneauit,* Gott gsägne dir dein bad/dẽ leyb/vñ die trünck. *Qui filiolo auctus est,* Gott sye globt daß du grychet bist. *Ei quæ peperit,* Gott sye gelobt das er dich entbundẽ hat. *Qui nouam inducit vestem,* mit lieb verschlyssen/ mit aſundtheit verbrächen. *Opus facientibus,* Gott hälff üch. *Munus, aut honorem adepto,* Gott gäb dir vil glück zũ dinẽ eeren. *Epulantibus, Bene precandi formulæ Græcis familiares sunt, ferè huiusmodi,* χαίρετε δειπνοῦντες, εὐωχεῖσθε συμποσιάζοντες, *&c.* Gott gsägne üch das ässen / Gott eer das gloch. *Lugentibus,* Gott ergetze dich deines leids. *Ægrotanti,* Gott tröste vnd stercke dich/ Gott wölle es besseren. *Sunt itæ salutationes vel gratulatoriæ ob prosperam fortunam: vel consolatoriæ ob aduersam. In conuiuijs deniq; salutationes valdè sunt vsitatæ: vt in congressu, atq; digressione: in ciborum appositione: in propinationibus: in sternutationibus, de quibus omnibus suis in locis dicetur, quæ nunc breuiter perstrinxisse sat fuerit. Salutationes huiusmodi minimè damnari debent, sed sunt probandæ, dummodo absit vel superstitio, vel hypocrisis, & simulatio.*

Digitized by Google

DE SALVTATIONIBVS, QVAE VEL TOTIVS CORPORIS, VEL CERTARVM EIVS PARTIVM quodam gestu, motu, contactu, atque deosculatione fiunt. De earundem vsu & abusu.

CAPVT XXXII.

NVNC cõsequens est, vt de reali, siue malis appellare, cæremoniali salutatione scribamus, hoc est, illa, quæ fit ipsius corporis gestu, motuq; vel totius, vel certarũ eius partium, quæ quidem fit partim cum aliquo contactu eius personæ, quæ salutatur: partim sine eius contactu. Obseruandum autem est, huiusmodi corporis motus, atque gestus, de quibus nunc agemus, cùm in ciuilibus atque politicis hominum: tùm in sacris & religiosis, Dei, atq; etiam deorum falsorum salutationibus, atq; supplicationibus adhibitos olim fuisse, & etiamnũ hodie adhiberi.

Salutatio realis.

Salutationum realiũ diuisio.

Primò autem de ijs agemus salutationũ generibus, quæ sine eius, qui salutatur, contactu fiunt. Huiusmodi est capitis, vt ab illo potissimùm exõdiar, certus quidam motus, atq; habitus. Nam caput in salutationibus moueri, & inclinari solet: & aliquando velari atque tegi, aliquando aperiri, ac denudari. Romani, vti suprà dictum est, Deos suos operto, homines autem aperto atq; detecto capite salutabant. Fuerunt tamen nonnulli qui imperatores quoque operto capite salutarunt, diuinos illis honores tribuentes. Quin imò ex ipsis imperatoribus nonnulli, vt C. Caligula, & Diocletianus, cum sibi diuinam vim ac potestatem arrogarent, contra maiorum instituta tecto capite salutari voluerunt, qui deorum proprius honor erat secundum Romanorum morem. Aliàs & Romanorum & gentium ferè omnium communis hic fuit mos, & adhuc est, vt illi, qui alios salutant, honoris gratia, caput aperiant: de quo suprà. Petrus Laurentij Celsi Venetorum ducis pater, principem filium nunquam æquo animo adire salutandi causa poterat, quod grauiter ferret, se patrem iam senio grauem, ad nouum exemplum cogi, vt aperto capite filio occurreret. Qua re tandem filius animaduersa, prudenter excogitauit, vt pileo suo crux aurea imponeretur, quam visam pater non grauatè saluta ret: quam crucẽ ad hunc vsq; diem principes Veneti retinent, testis Egnat. lib. 9. cap. 11. Draculas Vngariæ Transalpinæ præfectus, inauditæ crudelitatis homo, cum Turcarũ legati pilea Phrygea ex patriæ instituto deponere recusassent confirmandi moris gratia, tres capitibus eorũ clauos affixit, ne amplius amoueri possent. Idem, vt hoc quoq; de monstro illo addã, innumeros Turcas palis præfixit, & inter eos cum amicis lautè discubuit. Mendicos præterea omnes perditæ ignauiæ, miserabilisq; valetudinis, & fortunæ lautissimo conuiuio excepit: deinde cibo vinoq; cõpletos iniecto igne absumpsit. Author Bonfinius lib. 10. Decad. 3. Sic quoq; orator quidam Italus, eò quòd caput suũ coram principe Moscouitarum verba facturus non nudarat, crudeliter fuit interemptus. Cum enim orator patriæ suæ consuetudinem (qua nullius dignitas, vel maiestas tecto capite orantis offendi putatur) allegaret, efferus princeps ferreo clauo pileum cranio affigi iussit, asserens se ritum huiusmodi tali modo non violaturum, sed confirmaturum, auctor est Albertus Crantzius in sua historia, & Olaus lib. 11. cap. 11. Sept. histor. Salutationes autem Dei sacras à viris aperto: à mulieribus operto capite fieri debere supra ex Paulo dictum est.

Salutationes sine Contactu

Capitis gestus in salutationibus.

Romani Deos suos operto homines aut aperto capite salutabant

Mos aperto capite salutandi.

Cur crux pileo Ducis Venetorũ imposita.

Draculæ principis Valachiæ sæuitia.

Pilei capita perire nolentium clauis affixi capiti.

Bonfinius lib. 10 Decad.

Mendicorum & valetudinariorum epulantium concrematio.

Crantzius Olaus

Manibus quoque salutationes, atque supplicationes sacræ pariter atque prophanæ fieri olim consueuerunt, & adhuc solent. Veteres Romani, teste Plin. lib. 28. cap. 2. in adorando dexteram ad osculum referebant, totumq; corpus circumagebant. Quòd in læuum Galli maiore cum religione se facere putabant. Apud Persas honoris genus erat, coràm digniore in Coras, hoc est, vestium manicas manus immittere, vt auctor est Cel. lib. 7. cap. 15. Hinc à Cyro sororis Darij filij fuerunt necati, quòd illi occurrentes in coras non immisissent manus, quòd vni tantùm regi fieri assueuerant. De manuum extensione, atque expansione in salutationibus religiosis, hoc est, supplicationibus, vide 1. Reg. 8. & Tertull. in Apologetico cap. 30. Illuc (in cælum) suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubescimus, &c. & ibid. Sic itaque nos ad Deum expansos vngulæ fodiunt, &c. Manus quoque suas osculari salutantes olim consueuerunt, & deinde porrigere, qui etiamnum hodie mos est in Italia.

Salutationes manibus fieri solitæ.

In Coras manus immittere Cel. lib. 7. c. 15 Darij filij necati

Digitized by Google

In luctu caput modò tegi, modò denudari consuevit.

In funeribus præterea, atq; luctu, nec non alijs doloribus atq; ærumnis caput modò aperiri, modò tegi atq; velari, moris fuisse legimus. Plutarchus in probl. Rom. testatur filios parentes suos velatis capitibus: filias autẽ nudis, passisq; crinibus efferre fuisse solitas. Cuius sanè consuetudinis has rationes affert. Vel quòd filijs venerandi sint patres tanquam dij: (qui aperto capite culti fuerunt) filiabus autem lugendi vt mortui, quos aperto capite luxerunt. Lex igitur vtriq; sexui suum decoro conueniens officium assignauit. Aut qui luctui maximè congruit, quod est alienum à cõmuni vitæ consuetudine. Solebant autem ferè mulieres tectis, mares nudis capitibus in publicũ progredi. Nam apud Græcos etiam, si qua calamitas inciderat, tondebantur mulieres, viri comam alebant, cum alioquin hi tonderi: illæ comam gerere sint solitæ. Leuit. 10. & 21. Caput nudare luctum significat. Kimchi in radicibus sic scribit. Mos erat lugentes denudare, seu aperire caput suum, & auferre mitram suam, galerum suum, & tiaram suã de capite suo. Vox Hebraica, quæ Leuit. 10. ponitur פרע *Para, vel denudare, discooperire, vt 70. & auctor vulgatus reddit, significat: vel comam nutrire, vt Paraphrastes Chald. vertit. Aliæ gentes lugebant capite nõ nudo, sed pileo obtecto. Contrà tamẽ in sacris literis caput tegere, siue velare non rarò dolorem, & ignominiã significat, sed non vsitato tegmine, verùm pallio, ac penitus. Iere. 14. Pudore affecti sunt agricolæ, obtexerunt caput suũ. Nam qui ignominia sunt affecti, quoniam nec videri ab alijs, nec videre alios volunt, idcirco faciem suam tegunt. Id Græci dixerũt* ἐγκαλύπτεσθαι. *Sic Dauid 2. Sam. 15. operto capite fleuisse, nudisq; pedibus incessisse dicitur præ luctu, quẽ hauriebat ex seditione à filio suo concitata. Ibi capitis denudatio fletus: vt & pedum nuditas luctus fuerunt symbola. Nonnulli deiectionis fuisse symbolum, secundùm illud, quod mulier cooperto capite iubetur orare. Sed verisimilius est, opertum fuisse caput more lugentium. Supra similiter dictum est apud Romanos filios in parentũ suorum funeribus tectis fuisse capitibus. Apud Homerum quoq; eiusdem rei illustre habemus exemplum Od. θ. Nam cum cantor à Cœna Troian. atq; Græcor. calamitates cecinisset,*

——αὐτὰρ ὀδυσσεὺς
Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσι
Κὰκ κεφαλῆς εἴρυσε, κάλυψε δὲ καλὰ πρόσωπα.
Αἴδετο γὰρ θαίηκας ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβων. *Cessante autem cantore,*
Δάκρυ' ὀμορξάμενος, κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἔλετο.

Et paulò post cum cantor ad carmina illa sua rediisset,

Αὐτὰρ ὀδυσσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυψάμενος γοάασκε.

Vt ergò Dauid capite tecto seu obuoluto fleuisse dicitur, sic hoc quoque in loco Vlysses.

Postremò in communi vitæ consuetudine, habita vtriusq; sexus ratione, illud quidem satis pulchrè constare vt nunc, ita olim quoque apud plerasque nationes, & quidem plerunque viros magis aperti, mulieres autem tectis velatisq; capitibus fuisse, id quòd etiam, vel Paulo teste, decoro, ipsiq; naturæ sanè est conuenientissimùm.

Mos mulierũ varium caput vel aperiendi, vel tegendi.

Quò ad verò muliebrẽ sexum, solùm apud quasdam gentes, virgines: apud alias, solæ mulieres: apud alias, vtræq; fuerunt velatæ. Apud Carthag. mos olim fuerat solennis, vt non modò mulieres, sed & virgines velarentur: deinde res arbitrio cuiusq; permissa est. Quibus maior probitatis cura, veterem consuetudinem vltrò diligenterq; obseruabant, quam cæteri negligebant, vel vt non præceptam, vel vt suis moribus non conuenientẽ. Tertull. itaq; cum cerneret quantùm mali ex hoc nascerẽtur, quòd virgines aperto capite starent in congregationibus Christianorum, non secus, atq; in choreis solent, quæ maritum quærunt, peculiarẽ librum de velandis virginibus scripsit: in quo inter alia docet ea, quæ Paulus de velandis mulieribus præcepit, ad virgines quoq; pertinere. Quantùm verò mali atq; scandali existat ex eo, si puellæ atq; virgines intecto capite conspiciantur in publico, inter alia his verbis egregiè describit. Ipsa concupiscentia, inquit, nõ latendi, non est pudica: patitur enim quod virginis non sit, studium vtiq; placendi viris. Quantùm velit bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis, & multis: dum digitis demonstrantium titillatur: dũ nimiùm amatur: dum inter amplexus & oscula assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desyderare. Sed enim vera, & tota, & pura virginitas, nihil magis timet, quàm semetipsam: etiam fœminarũ oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet: confugit ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonũ suum protegat ad-

NOTA.

gat aduersus ictus tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones & susurros, & æmulationem, ipsum quoq; liuorem. Hæc illæ, quæ vtinam hodie virgines nostræ, illarumq; parentes diligenter obseruarent, melius profectò illarum castitati, atq; pudicitiæ consultum foret. Arabicæ, inquit idem pater, fœminæ Ethnicæ iudicabunt vos, quæ non caput, sed faciem quoq; ita totam contegunt, vt vno oculo liberato, contenti sint dimidiam frui lucem, quàm totam faciem prostituere. Hodie in Italia quoq;, & Gallia mulieres atq; virgines tota facie obuoluta in publicum prodeunt. In Germania mulieres quidem tectis, virgines autem intectis plærunq; capitibus in publico conspiciuntur. Mulieribus, inquit Plutarchus in Probl. Ro. olim Romæ omnino licebat caput obnubere, itaq; Sulpitium Gallum, ferunt vxori suæ nuncium remisisse, quod illam vidisset veste attracta caput tegere.

Velaminum muliebrium luxus.

Iam verò, quo ad hæc ipsa mulierum velamina, & integumenta capitis, calyptra generatim dicta, & capitia (quæ Tertul. eleganter illarum iugum appellat) illa vt olim, ita hodie quoq; ita sunt bene compta, ornata atq; speciosa, vt ad irritandam potius aliorum libidinem, & ad maritorum oculos exhauriendum, quàm ad pudorem pudicitiamq; tegendam, comparata esse videantur. In primis verò, quando ad conuiuia aliqua festiuiora accedunt, incredibile dictu est, quanto studio, opera atq; sumptu capita illa sua capitosa, ac plurimorum malorum capita tegant, comant atq; exornent. Virorum quoq; inter Christianos præsertim Germanos, noua subinde, & inusitata, ne dicam monstrosa pileorum ac petasiorum forma, illorum mentis stultitiam & inconstantiam satis arguunt.

Quo ad verò illa virginum Vestalium atq; sacrarum, quæ vulgo moniales seu monachæ dicuntur, velamina, cuiusmodi olim fuerunt flammea, & capitalia, rica, Romanorum sacerdotum, sub illis quoq; quantæ nostris hisce perditis profligatisq; temporibus atq; moribus, animorum corporumq; labes lateat, quid opus est multis verbis? res ipsa, & experientia quotidiana satis loquitur. Hæc de capitis velatione & denudatione, & variis vtriusq; causis satis sint dicta.

Romani fuerint ne apertis an tectis inter epulandum capitibus dubitatur.

Nunc, vt ad propositum redeam, Romani fuerintne tectis, an apertis capitibus in suis conuiuijs, non ausim certò affirmare. Duas suprà posui coniecturas admodũ verisimiles, illos capite fuisse operto: quarum vna à sacrorum, altera à manumissionis consuetudine ducta est. Verùm cùm, teste Plutarcho, in publico quoq; aperto fuerint capite, inde verisimiliter forsan aliquis coniecetur, multò magis tales fuisse in triclinijs. Verùm hæc alijs antiquitatum Romanarum peritioribus diiudicanda relinquo. De Iudæis similiter atq; Græcis nihil certi affirmare possum. Nostris temporibus in Italia, Gallia & alijs in locis epulantes plærunq; sunt capite tecto. In Germania liberum id cuiq; permittitur, si conuiuæ ferè sint æquali dignitate: verùm si adsit vnus, vel plures dignitate, authoritateq; excellentes, tunc decorum hoc plærunq; obseruatur, vt illi quidem sint capite tecto: qui verò ijs sunt ætate, dignitateue inferiores, capite sint aperto, qui etiam ministrorum mensæ consueuit esse habitas. Illud quoq; est obseruandum, apud Germanos creberrimè inter epulandum capita aperiri, vt in precationibus, sternutationibus, propinationibus atq; alijs de causis fieri cõsueuit. A Gallis contrà atq; Italis inter epulandum caput aperire indecorum, atq; incivile habetur, hoc enim modo pileos vnctis manibus inquinari aiunt.

DE CINGVLORVM ATQVE ZONARVM VARIO MVLTIPLICIQVE VSV. DE ZONIS CINCTVQVE VIRGINVM, puerperarum, ministrorum, sacerdotum, prophetarum, militantium, iter facientium, epulantium. De more antiquo nummos in zonis portandi. De modo in vestibus adhibendo. De more arma quoq; gestandi inter epulas.

CAPVT XIX.

De cinctura.

NVNC quoniam de duarum extremarum partium, capitis nimirum atq; pedum, vestitu conuiuiali dictum est, de media quoq; corporis parte, quæ cingitur, est dicendum. Quæ quidem à Græcis dicitur ζώνη, ζείωμα, & ἁμάφεσμα: à Theodoro cinctus, à nonnullis cingulum appellatur. Ipsæ verò vestes, siue arma, quibus pars illa corporis cingitur, à Græcis quidem ζῶναι, ζωστῆρες, ζώματα, ζείωρα, & ζείώματα: à Latinis zonæ, cingula & cinctus, lora,

Cinctus à cingulo differre. Cinguli.

baltei nominantur. Varro cinctum à cingulo differre tradit, tanquam cinctus viris: cingulum mulieribus attribuatur. Alij cingulum neut. genere, hominũ: cingulas fœ. genere, brutorum existimãt. Cingulos, teste Festo, appellabant homines, qui in his locis, vbi cingi solet, satis sunt tenues. Cinctum quoq; pro amictu toto accipimus. Virgilius, Cinctuq; Gabino: quamuis aliqui cinctum Gabinum dicant esse togam sic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat: quo vestimenti genere vtebatur consul Rom. bellum indicturus. Sic ζώνην Græc. Ammo. virile, ζώνιον muliebre cingulum esse vult.

Zonarum vsus varius.

Zonarum autem, siue cingulorum, vt hodie, ita olim apud omnes ferè gentes creberrimus, & quidem varius, & multiplex vsus fuit: cuius in sacris simul, & prophanis literis frequẽs admodum fit mentio. Cinctura namq; renum, lumborum, aliarumq; corporis partium, ad eius non modò ornatum, verumetiam sanitatem, celeritatem, firmitatemq; plurimùm facit.

Ornamento esse viris pariter atque fœminis cingula quis dubitet, cùm corpora bene cincta discinctis longè speciosiora, atque pulchriora appareant? Vt nihil dicam de ipsorum cingulorum forma, atq; materia speciosa, in qua, vt olim, ita hodie quoq; viri pariter atq; mulieres omnem modum excedunt, qui velim sibi ante mentis oculos proponant diram illam Isaiæ comminationem cap. 3. qui mulieres sui temporis ornatissimas illas suas zonas, quibus superbiebant, cum funibus dicitur commutaturas esse, quibus alligatæ, atq; constrictæ in Babylonicam seruitutem sint abstrahendæ. γυνὴ ἐυζωνος dicitur ab Homero, pro εὐκόσμητος synecdochicôs, interprete Eustath. significat totum κεκαλλωπισμὸν, id est, ornatum. Nam videntur olim, inquit idem, mulieres φιλοτίμως ἔχειν τῆς ζώνυσθαι, cupidæ seu studiosæ fuisse cinturæ.

Zona virginitatis symbolũ.

Fuit etiam olim zona virginitatis symbolum apud Græcos, Latinos & Hebræos, teste Pierio. Trœzeniorum virgines zonam Palladi Apaturiæ ante nuptias dedicabant, sicuti crines Hippolyto, auctore Pausania. Apud Romanos, teste Festo, cingulo noua nupta ex lana ouis cõfecto præcingebatur, quod vir prima nocte in deæ virginalis honorem, sponsæ accubans, in lecto soluebat. Vnde puellæ nubiles & viripotentes à Græcis βαθύζωνοι appellantur. Pindarus Ode. 3. συὶ βαθυζώνοις διδύμοις παισὶ λήδας. Cum altè præcinctæ gemellis filijs Ledæ. Illud erat concordiæ, & coniunctionis futuræ augurium, vt sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinctusq; esset. Hunc Herculano nodo vinctum vir soluebat ominis gratia, vt sic ipse fœlix sit in suscipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui 70. liberos reliquit. Hinc, eodem teste, Cinxiæ Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptijs, quod initio coniugij solutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. Siue, vt scribit Martianus, Cinxia Iuno dicta, quod cingulum puellæ ponentes in thalamis, à Iunone protegantur. Arnobius lib. 3. Vnctionibus, inquit, superest Vnxia, cingulorum Cinxia replicationi. Huc alludit Ouidius,

Iuno Cinxia. Mos zonam soluendi in nuptijs.

Castaque fallaci zona recincta manu.

Eodem spectat Catullianum illud,

Qui zonam soluit diu ligatam.

Et Homerus in Od. λ. λυσὲ δὲ οἱ παρθενίην ζώνην, soluit ei zonam. De hac zonas soluendi consuetudine ante primum concubitum plura cùm alij tradiderunt, tùm Antonius Iustus in Commentarijs suis in Ludouici Ariost. Satyram.

Zonæ solutio puerperij symbolum. Diana λυσίζωνος.

Quin etiam zonæ solutio puerperij fuit symbolum. Olim namq; zonam soluere dicebantur, quæ primò pariebant, eaq; de causa leuatæ partu mulieres, zonam Dianæ dicabant. Vnde fanum Dianæ λυσιζώνου Soluizoniæ Athenis fuit, de quo apud Apollonium in Argonaut. Eadem & Ilithya Lysizonos nuncupatur, teste Phurnuto. Hinc Theocritus,

Ἔνθα γὰ εἰλειθυίαν ἐβώσατο λυσίζωνον.

Hic vbi Lucinam vocitabat Lysizonam. Idyll. 17.

Orpheus in hymno, λυσίζωνε, φίλοισιν, κυνήγετε, λυσιμέλειμι. Sic Gallicè mulier prægnans enceinte, hoc est, incincta (qua voce pro cincta Apuleius vtitur) appellatur: & Germanicè entbinden, hoc est, discingere Deum dicimus prægnantes, quando illas graui illo veteri onere liberat, qui verus est λυσίζωνος, & vera Lucina, hoc est, lucis dator atq; auctor. Latini Virginensem deam pari ratione vocauêre. Sanè sunt, qui zonam tum solui tradiderunt, cùm primùm nuptui puella traderetur, quomodo Homerus & Catullus: alij verò cum primùm puellæ pariunt, id quod Apollonij

NOTA.

interpretes:

interpretes: vnde Dianæ Lysizonæ templum apud Athenienses, cuius Hesychius quoq; meminit. Huc quoq; spectat, quod etiam Veneri cestum cingulum, seu balteum attribuerunt, varium & pulcherrimum, vt poëta Hom. Ιλ. Σ. describit. Illo enim in loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atq; ab ea cingulum gratiarum, & amorum conciliatorem commodum petit. Hinc prouerbium, Cestum habet Veneris, de eo qui nouit quemlibet nouis modis in amorem sui pellicere, de quo vide plura apud Eras. in Adag. Hæc de muliebribus, ac virginalibus zonis. Prouerbium.

De sacerdotali cinctu apud Iudæos, vide Leuit. 38. quem fortitudinis fuisse symbolum theologi volunt: de quo etiam Pierius scribit in suis Hieroglyph. lib. 40. Cinctus sacerdotalis.

Prophetarum quoq; cingula pellicea, vt Heliæ 2. Reg. 1. Ioan. Baptistæ Matth. 3. Marc. 1. in sacris literis celebrantur, quibus illorum renes atq; lumbi præcincti fuerunt: quæ & ipsa illorum fortitudinis atq; operæ strenuæ, quam in diuino suo munere præstiterunt: nec non temperantiæ atq; moderationis, qua renes & lumbos suos, hoc est, fluxas & dissolutas animorum suorum cupiditates atq; libidines coërcuerunt, illustrem significationem habuerunt. Sic lumbare illud atq; lineum Ieremiæ prophetæ cingulũ, siue balteus, quo Dei iussu lumbos suos præcinxit, quemq; eodẽ iubente ad Euphratis vndas deportauit, & ibi in petræ foramine abscondidit, vt ibi computresceret, magnarũ rerum symbolum fuit. Nam primò intimam & arctissimam Dei cum populo Israëlitico coniunctionem significauit, Deo ipso interprete: quòd nimirum, quemadmodum cingulum viri lumbis adhæret: ita ille sibi populum illũ arctissimè coniunxerit ad suam gloriam illustrandam. Deinde eiusdem cinguli deportatio ad Euphratem, & putrefactio, exilij & ablegationis in capciuitatem Babylonicam, signum fuit. De materia autem eiusdem cinguli, quæ fuit linum, communis ferè sacerdotalium vestium materia, vide plura apud Pierium in Hieroglyph. Cinctus Prophetic⁹. Cap 13.

Maximus porrò & frequentissimus cingulorum vsus fuit olim in bellis apud omnes ferè gentes. Hinc ζώνη apud Homerum sæpè significat ὁπλισμὸν, siue πολεμικὴν ὅπλισιν, hoc est, armaturam bellicam Synecdochicôs, & ζώννυσθαι, hoc est, cingi siue præcingi, idem quod ὁπλίζεσθαι, id est, armari, vt ἀπὸ ἡμέρας, ἡμέρισται: ab αἰχμὴ, αἰχμάζειν, siue αἰχμάσειν: ἀπὸ δ' ὄρυ, δορύσειν, vbi pars seu species armatur, pro tota armatura militari vsurpatur, quemadmodum Eustath. annotat Ιλ. λ. p. 758. & Ιλ. β. vbi Agamemnon dicitur Marti fuisse similis ζώνην, hoc est, πολεμικὴν ὅπλισιν. Suidas ζώννυσθαι, id est, cingi est καθοπλίζεσθαι, hoc est, armari, & ζώνη tropicè δρώμης: ἱππόδειὸ ἐζωσμένος & ἀγαλεστερος ὅτι πρὸς πρᾶξιν, hoc est, zona accipitur pro viribus siue robore, quoniam ἀγαλεστερος, qui est cinctus, expeditior est ad actionem. Hinc μονόζωνοι eidem οἱ ἀπλάτοι μάχιμοι, siue τίμιοι τῶν στρατιωτῶν, οἱ μὴ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ζωστῆρα φορῦντες. hoc est, militum præcipui, qui non eandem, quam cæteri zonam gestant. Eodem tamen nomine etiam ἀφοδοι βαρβαροι, & ἀσυντακτοι, καὶ ὡπλισμένοι ληστεῖ, hoc est, homines barbari, incompositi, & quasi sicarij, siue latrones, eodem Suida teste, appellantur. Huc quoq; pertinet, quod literis proditum est, simulachra apud Thebanos stetisse Pallados ζωστηρίας, quod ibi arma ceperit aduersus Eubœos & Chalcodontem; quoniam veteribus ζώσασθαι signat εἰς ὅπλα τὰ ὅπλα, id est, arma induere, auctor est Cæl. lib. 22. cap. 19. & Hesych. & Paus. Hinc cinctus, siue ea pars corporis quæ cingitur, Marti antiquitus fuit cõsecrata, vt frons, Genio: brachia Iunoni: pectus, Neptuno: renes, Veneri: pedes Mercurio: digiti, Mineruæ, vt auctor est Alex. ab Alexand. lib. 2. cap 19. Hanc ob causam veteres discinctos veluti dissolutos ignauos, & militiæ minimè aptos putabãt: præcinctos verò fortes & strenuos. Pers. Sat. 3. Cingulorum vsus in bellis, Ζώνη apud Homerum pro armatura bellica. Discinctus. Præcinctus.

Non pudet ad morem discincti viuere Naccæ,

Id est, ignauus. Vnde etiam illud: Discincta vestis, discinctus animus. Seruius Æneid. in illa verba, Illi se præda accingunt, &c. Accinctus enim, inquit, industrios dicimus: vt, Paribusq; accingitur armis. Horat. Altius ac nos præcincti fumus. Sicut contrà negligentes, discinctos vocamus: vt, Discinctos Mulciber Afros, & Homt. Quod aut auarus, vt Chremes, terra premam: Discinctus aut perdam, vt nepos: vt Græcè & ζωνοι, expediti dicuntur. Quare Macedonum lex erat militaris, vt qui miles hostem non occidisset, non militari cingulo, sed capistro cingeretur: & apud Carthaginenses discincti postremi homines ducebantur, testis est Alex. ab Alexand. lib. 1. c. 20. Sic Augustus Imp. teste Sueto. milites delinquentes iussit pedibus stare discinctos, id quod erat ignominiosus. Spartianus quoq; in Seuero principe demonstrat militaris ignominiæ genus fuisse, milites esse discinctos. Aphrorũ tamẽ peculiaris mos fuit, vt essent sine cinctu siue discincti. Hinc illud Plaut. in Pœnul. Lex Macedonum militaris.

Digitized by Google

Tu qui zonam non habes, quid in hanc veniſti vrbem.

Idem diſcinctum Afrum ſignificare volens, feſtiuiter ait,

Sanè genus hoc mulieroſum eſt tunicis demiſſitijs,

Hoc eſt, longis, & ad talos vſq; demiſſis, tanquam talaribus, & nulla zona ſuccinctis. Neronem Imperat. Sueton. ſcribit prodijſſe in publicum ſiue cinctu, & diſcalceatum. Idem de Cæſare, Vſus fertur lato clauo ad manus fimbriato: nec vnquam aliter, quàm ſuper eum cingeretur, & quidē fluxiore cinctura, vnde emanaſſe Syllæ dictum optimates ſæpius admonentis, vt malè præcinctū puerum caueremt. Sic Mæcenati probro dabatur, diſcinctum fuiſſe. Itaq; in eius epicedio id excuſatur, his verbis:

Quod diſcinctus eras animo quoque, carpitur vnum:
Diluitur nimia ſimplicitate tua.
Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo:
Qua bene præcinctos poſtmodo pulſa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuere ſolutæ?
Aut tibi ventoſi quid nocuere ſinus?
Et tibi ſecuro tunicæ fluxere ſolutæ. *Iterum:*
Lydia te tunicas iuſſit laſciua fluentes. *Iterum:*
Inter lanificas ducere ſæpe ſuas.

Cingulum militare.

Cingulum militare, quo Romani vſi ſunt, balteus ſiue balteum dictum fuit, quod quidem Varro definit cingulum è corio bullatum. Sed poſtea non coriaceos modò, verumetiam auratos, argenteos, & conſtellatos habuerunt balteos, de quibus vide Lazium lib. 8. cap. 14.

Cingi cingulo.

Hæc autem quæ adhuc dicta ſunt de cinctura, præſertim militari, ad multa loca, & phraſes ſacræ ſcripturæ illuſtrandas faciunt. Vt, Cingens ſe cingulo. 2. Reg. 3. verſ. 21. pro militari ætate, ſeu adoleſcentibus iam gladium geſtantibus, vſurpatur. Cingi item cingulo ſignificat armatum & paratum eſſe ad pugnam, ſtrenuum eſſe bellatorem. Hinc. 1. Reg. 20. Ne glorietur accinctus, ſicut diſcinctus, id eſt, quòd vulgò dicitur, non eſt canendum epinicion ante victoriam, nit jn ſchreyen

Accingi lūbos.

ob daß man vber den graben kompt. Sic accingi lumbos, eſt corroborari, & præparari ad aliquid agendum 1. Reg. 19. 2. Reg. 4. Iob. 38. Ierem. 1. Luc. 12. Epheſ. 6. Sic enim Dominus ſuos Apoſtolos ablegabat. Contrà diſcingi, pro infirmari, militiæ iure priuari: & diſcinctus, pro imbecillo, ignauo, & imbelli, vt apud Græcos & Latinos: ita Hebræos quoq; vſurpatur. Eſa. 23. Non eſt cingulum vltra Iudæis, id eſt, robur, vires: ſic ſuprà ζώνλω dixi à Græcis vſurpari. Iob. 12. ait v. 18. Deum balteum regum diſſoluere, & ligare zonam in renibus eorum, hoc eſt, eorum opes, dignitatem, auctoritatemq; frangere: (ſic ζώνη Suidæ δύναμις, & ἀξίωμα) ac contrà illos accingere ſeruili zona, qua conſtricti in cuſtodia tenentur. Nam מוסר *muſar R. Moſes ex veterum traditionibus dicit eſſe cingulum latius, auro, argentoq; ornatum regibus peculiare. Plerig; tamen Hebræorum ibi muſar interpretantur vinculum, hoc eſt iugum, ſiue tyrannidem, quam Deus à ſubditorum ceruibus ſæpè depellit. Mihi ſecundum priorem interpretationem alterum verſus hemiſtichium hoc quoq; modo explicari poſſe videtur, quòd vt illos ſæpè infirmat atq; debilitat: ita cōtrà illis robur, animumq; quando vult, addit. Ita vt cingulum diſſoluere, & cingulo ligare inter ſe opponantur. Iſa. 25, Ego diſcingam coràm te reges, hoc eſt, inermes, & imbelles efficiam. Contrà rex illæ gloriæ, Chriſtus nempe, lumbos ſuos cingulo iuſtitiæ, & renes fidei balteo cinctus eſſe dicitur. Iſa. 21. Hoc eſt, ſumma iuſtitia atq; fide ornatus atq; inſtructus. Hic Chriſti balteus, quo & ipſe armatus eſt, & ſuos armat atq; ornat, illo ſacerdotali cinctu, de quo Leuit. 28. adumbratus fuit. Verba illa ad Epheſ. 6. Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφῦν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, Bayf. verti potius debere exiſtimat, ſuccincti ſubligaculo: vel ſimpliciter ſuccincti, quàm balteo. Nihil enim commune lumbis cum balteo, vide librum de Re veſt. capite 20. ſub finem.*

Diſcingi.

Diſcinctus.

Cingulū apud Hebræos quomodo vſurpatur.

Cingulum diſſoluere, & ligare.

Conſuetudo militū in ſuis balteis & gladios, & pecunias geſtandi.

Notandum præterea eſt, milites antiquitus in ſuis illis balteis & gladios, qui inde alligati dependebant, & pecunias geſtaſſe. Hinc Gracchus apud Gellium in oratione, quam ad populum in contione habuit de parſimonia, & pudicitia ſua, reuerſus ex Sardinia. Itaq; Quirites, cum Roma profectus ſum, zonas quas plenas argenti extuli, eas argenti inanes domum retuli. Plutarchus in Gracchis idem referens, pro zona vertit βαλάντιον: & idem in Lucullo, aureis quingentis ὑποζωσμένον, id eſt, ſuccinctum dicit interfectum fuiſſe. Zona quidem cingulum eſt, ſed tamen, ſiue

Zona pro crumena.

quòd ad

quòd ad zonam crumenam alligabant, siue quòd latiore in latere dextro zona terentur, cui assuta & clauibus affixa erat scortea crumena, (cuiusmodi me puero adhuc ferre consueuerant) factũ est, vt zona pro crumena fuerit vsurpata, vt Beroaldus annotat in Iuuenal. Vitellium testatur Suet. Zona se aureorum plena cinxisse. Plutarchus in Demetrio memorat, Soligenem aureos nummos habuisse in cingulo militari pro viatico. Apuleius lib. 7. de quadam Plotina sic scribit, & auro monetali (hoc est, nummis aureis, qui & aureoli vocãtur) zonis refertis incincta, id est, cincta. Hanc zonam aureo monetali refertam signat Iuuenal. illo versu,

Obrutus & zonam læua, morsuque tenebit.

Vopiscus in Aureliano has leges militares ab eo latas recenset. Arma tersa sint, ferramenta sanciata, calciamenta fortia, vestis nona vestem veterem excludat, stipendium in balsheo, non in popina gestet. Pescennius Niger apud Spartianum vetuit, ne milites zonam secum deferrent in bellum, sed si quid haberent pecuniæ, publicè commendarent receptui post prælium, simul & ipsis luxuriei materiam eripiens, & hosti prædam, si quid aduersi accidisset. Lampridius in Alexandro, Miles non timet nisi vestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zonula. Plaut. in Pœnulo,

Tu qui zonam non habes, quî in hanc venisti vrbem? aut
quid quæritis?

In his Plauti verbis duplex est allusio, & ad vestem Pœnorum more discinctam, & ad pecuniam, quæ in zona gestatur, citra quam in vrbe sumptuosa non sat commodè vinitur. Sic apud eundem in Mercat. Charinus iter facturus, Zonam, inquit, sustuli, iam machæra est in manu, tollo ampullam, atq; hinc eo: zona enim, machæra, ampulla olearia erant itineraria instrumenta veterum. Et in Trinummo, sector zonarius dicitur, qui ab Aristophane βαλλαντοτόμος, crumenisecа, seu crumenarum sector. Sic enim crumenisecа, & crumenisex, auctore Beroaldo, Latinè dici potest: vt fœnisecа, & fœnisex ab antiquis falcarius operarius dictus est: & crimen ipsum, crumenisecius, siue crumenisecium, vt fœnisecium, vel fœnificium, quibus verbis Varro, & Columel. vtuntur. Hinc prouerbium, Zonam perdidit, in ἀχρημάτους, id est, eos qui nihil habent nummorum. Horat. lib. 2. Epist. ad Iulium Florum, Prouerbium.

Ibit eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit, quòd Acron à Graca quadam fabula tractum putat: Porphyrion à militum consuetudine, qui omnia sua secum in zona portant, secundum illud Lucilij citante Nonio,

Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet omne
Cum bulga cœnat, dormit, lauat, omnis in vna
Spes hominis bulga, hac deuincta est cætera vita.

Bulgam appellat Lucilius folliculum, siue crumenam, & sacculum de brachio propendentem. Festus Gallicum vocabulum appellat, certè Galli & Germani hodie ea voce vtuntur. Bulga quid. Adillam porrò veterum (quæ etiámnum hodie populis quibusdam vsurpatur) nummos in zonis gestandi consuetudinem pertinet illud Christi præceptum, quod discipulis suis dedit, cum inquit, Non possidete aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris. Quibus verbis eos monet, ne sint solliciti de corporis victu, atque cultu, & vt omnia impedimenta muneris sui bene administrandi abiiciant. Notabis obiter quod ibi Theophilactus annotat in illa verba, dignus est operarius, τῆς τροφῆς: τεσφῆς, inquit, Christus dixit, non τρυφῆς. δεῖ δὲ λέγειν τρυφᾶν τοὺς διδασκάλους. Hæc de cingulorum vario & multiplici vsu in genere dicta sint, quæ ad multa sacrarum & prophanarum literarum loca melius, atque facilius intelligenda non parui, mea sententia, sunt momenti. Christi præceptum.

Nunc de eorundem in conuiuijs vsu quædam subijciamus, ad quem Martialis hoc carmine videtur alludere, Cingulum in conuiuijs vsus.

Longa satis nunc sum, dulci, sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis.

Illyriorum mulieres, teste Athenæo lib. 10. à viris in conuiuijs adhibita, ipsos ebrios factos domum adducebant, καὶ καπόβιοι, inquit, πάντες εἰσὶ, καὶ ζώνυνται τὰς κοιλίας ζώναις πορφυραῖς, ὅταν πίνωσι· καὶ τοῦτο μὲν πρῶτον μέτρια ποιοῦσιν, ἐπειδὰν δὲ σφοδρότερον πίνωσι, μᾶλλον δεῖ σωθῆ-

γυνοι τὼ ζώνω, *Hoc est, malæ sunt vitæ omnes, & quando bibunt latis zonis ventrem præcingunt, quas initio mediocriter, postquàm autem validius biberunt, magis semper cogunt, arctiusque constringunt. Hodie contrà à gulosis helluonibus fieri consueuit, qui, postquàm ventrem suum multo cibo potuq; referserunt, cingula, quibus præcincti sunt, laxare solent (id quòd nos Germani vulgò dicimus,* Ein bauren lâſſy thûn*) quò plus adhuc cibi viniq; ingerere possint. Obseruandum præterea Romanos milites balteos suos, quibus semper erant accincti, in mensa deponere fuisse solitos, de quo sic Vulcatius Gallicanus, Nam statim, inquit, ad signa edici iussit, & programma in parietibus finxit, vt si quis cinctus inueniretur apud Daphnem, discinctus rediret. Eiusdem rei luculentius testimonium nobis Trebellius Pollio suppeditat, in Vita Salonini Gallieni. Vnum, inquit, ponam, quod iucunditatem quandam, sed vulgarem habuit, morem tamen nouum fecit. Nam cum cingula sua plærique militantium, qui ad conuiuium venerant, ponerent, hora conuiuij Salonius puer, siue Gallienus, bis auratos, constellatosq; (hoc est, ex stellarum sculptura, cuiusmodi cingulis hodie quoque fœminæ vtuntur) rapuisse perhibetur. Et cum esset difficile in aula paulatim requirere quod perisset, ac taciti militares viri detrimenta pertulissent, postea rogati ad conuiuium, cincti accubuerunt. Cumq; ab his quæreretur cur non soluerent cingulum, respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem, vt deinceps cum Imperatore cincti discumberent. Negare non possum, alium plærisque videri huius rei ortum esse morem. Dicunt enim militare prandium ab eo quod ad bellum milites paret, à cinctis initum: cuius rei argumentum est, quod à discinctis etiam cum Imperatore cœnatur. Huc quoque forsan pertinet locus ille Plutarchi in Camillo: ἀποδυσάμενοι τὼ μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα τοῖς καθημένοις, id est, gladium nùdum cum baleo exutum lancibus apposuit. Quæ idcirco posui, quia digna & memoratu videbantur, & cognitu. His forsan non incommode addi poterit, quod Sigismundus Baro in suis Comment. rerum Moscuitar. scribit, magno Ruscia principi iam inaugurato inter prandendum muneris quasi loco offerri cingulum latum auro, argento, gemmis pretiosis confectum, quo cingitur. Hodie plærique populi cingulis præcincti ad cibum capiendum solent accedere. An verò cinctum, vel discinctum cibum sumere valetudini sit conuenientius, illud Medicis dijudicandum relinquo: mihi quidem cùm consuetudini hac in re seruiendum, tùm cinctura neq; nimis arcta, & angusta, quæ cibi descensum in ventriculum, ipsamq; concoctionem impedit, & anhelitum reddit graueolentem: neque laxa nimis, fluxaq; videtur esse vtendum. Mulieres nonnullæ, quò magis graciles, atque iunceæ (quos cingulos, teste Festo, veteres appellarunt) videantur, ad conuiuia solent accedere zonis artißimè constrictæ atq; compressæ, cum maximo valetudinis suæ, præsertim si sint, grauidæ incommodo, ac detrimento: vnde sæpè in ipso conuiuio conuiuis spectantibus, & irridentibus illas soluere rursus, atq; laxare coguntur. His zona verè est tormentum, vt eleganter à Tertul. appellatur lib. de Pallio.*

Historia.

An cinctum vel discinctum cibum sumere, sit valetudini conuenientius.

Iam verò gladijs quoque accinctos, & armatos mensa accumbere apud populos quosdam moris est, apud alios non item. Germani olim, teste Cor. Tacito, ad negotia, nec minus sæpè ad conuiuia procedebant armati. Hodie quoque Germanis familiare est, & in ferijs negotijs, & in conuiuijs armatos adesse, sicut ordinem militarem decet, & hodie à præcipua nobilitatis parte hac eadem consuetudo retinetur. Nonnunquam eamen antequam accumbant, gladios deponunt, præsertim si loci sine angustia, hæc simul vulgò dicitantes, Es iſt hie gůter frid*/hoc est, bona hîc est pax, ac proinde non opus esse gladijs. Et certè mensa, quæ pacis est, amicitiæq; socia, arma nequaquam videntur conuenire. Cæterum antiquitus apud Romanos in pace prohibitam fuisse vulgò gladiorum gestationem, sicuti etiam per Italiam, & Galliam fieri consueuit, & certum fuisse ea re priuilegium eorum, quibus potestas erat gestandi gladios (quod inde Gladiatorium nominabatur) Lazius hisce T. Liuij verbis lib. 4. Decadis 5. conatur probare, quum Genthij Illyriorum regis captiuitatem describeret. Et principium orationis, inquit, ab accusatione stultitiæ suæ, postremò ad preces, lachrymasq; effusus, genibus prætoris accidens, in potestatem se dedit. Primò bonum animum habere iussit, ad cœnam etiam inuitatus, in vrbem ad suos rediit, & cum prætore eo die honorificè est epulatus: deinde in custodiam Caio Cassio tribuno militum est traditus, vix gladiatorio accepto, decem talentis ab eo rege receptis vt in eam fortunam recideret. Hæc de vestitu conuiuiali cùm totius corporis, tùm certarum eius partium, vt capitis, pedum, atque cinctus satis sint dicta.*

Germani ad conuiuia armati procedunt.

Gladiorum gestatio prohibita apud Romanos in pace: sicut & Italos, & Gallos.

Omnino

Omnino autem, vt huic quoq; loco finem imponam, quemadmodum in cæteris rebus omnibus: ita his quoque adhibenda est mediocritas. Sit igitur vestitus tuus primò omnium tuæ personæ, sexui, ætati, muneri, facultatibus, consuetudini denique patriæ, atq; ciuili aptus & accommodatus. Deinde neque sit cynicus, hoc est, sordidus, squallidus, lacerus, cænosus, lutulentus, & malè olens: neq; Sybariticus, hoc est, nimis operosus, splendidus & sumptuosus, ita vt neq; τυπαρὸς, ac proinde conuiuarum contemptor, neque φιλόκομος, siue φιλόκοσμος dicaris: sed sit liberalis, mundus ac purus. Deniq; vt decorum est splendidiore solito amictu ad conuiuia accedere, ita simul danda est opera, vt bene morati potius, quàm nimis splẽdidis vestibus ornati ad illa accedamus. In primis verò summoperè nobis est elaborandum, siquidem nobis animarum nostrarum salus cordi est, vt ad salutiferum illud conuiuium Dominicum non sumptuosis vestibus, quemadmodum hodie à vulgo hominum fieri solet, sed veste potius illa verè nuptiali, atq; spirituali, hoc est, vera fide atq; charitate induti, & ornati accedamus.

Vestitus quales conueniat.

DE CONVIVAE ADVENTV, NE IS NIMIS SIT VEL MATVRVS, VEL TARDVS. AD IANVAM ædium vbi peruentum, quomodo conuiua & conuiuator se gerere debeant. De ianuarum tritu, eas pulsandi, aperiendi, custodiendiue antiqua consuetudine, de earundem ornatu superstitione q; veteri.

CAPVT XX.

ADHVC *de conuiuatoris, & conuiuæ præparatione dictum est, nunc consequens videtur esse, vt de conuiuæ aduentu dicatur. Is igitur tempore opportuno ac constituto prandij siue cœnæ fieri debet, ita vt neq; maturus nimis sit, nèque nimis tardus, vnde magna sæpè incommoda nascuntur. Nam primò qui citius quàm par est ad conuiuia accedunt, qui à Græcis eleganter, vt est apud Plutarchum Sympos. 7. Probl. 7. πρεχέδειπνοι appellantur, illi magnæ nonnunquam sunt in conuiuio adornando occupatis molestiæ, & impedimento. Deinde ipsi quoque pudore afficiuntur, dum se præpropero hoc nimis suo aduentu vniuersæ familiæ molestos esse sentiunt. Sed secundò multò adhuc magis cauendum est, vt ne nimis tardè, seroq; ad conuiuium accedamus, quod qui faciunt eleganter à Græcis ζοφιεδόρπιδες, hoc est, nocticænæ, & κολυσσίδειπνοι, hoc est, remoricænæ appellantur, teste Plutarcho lib. 7. Proble. propterea quod sua mora & cunctatione cœnam remorantur, illamq; in obscuram noctem protrahi faciunt. πρεχέδειπνον quoque à nonnullis τὸν ὑστερίζοντα τὸ δεῖπνε appellari, Plutarchus ibidem testatur, propterea quòd is, qui moram aliquam interposuit, tantò maiorem postea currendi celeritatem adhiberi cogitur, vt in tempore adsit: quo tamen nomine illos quoq;, qui nimis citò veniunt appellari, paulò ante dictum est. Item ὀπθυμόδειπνος, eodem teste Plutarcho, Græcis dicitur, qui quamuis multis sit occupatus negotijs, tamen cœnitandi cupiditate ductus vocationem non renuit, sed tardius accedit, quo nomine Cæsaris cuiusdam scurra à Batto fuit appellatus. Hac autem in parte qui peccant, illi & sibimetipsis, & conuiuis reliquis, & ipsi conuiuatori, seu conuiuij domino magna sæpè incommoda atq; molestias conciliant. Nam ipsi primùm hac sua cunctatione efficiunt, vt & magna parte conuiuij frustrentur, & locum incommodiorem, seq; minus dignum sortiantur, secundum trita illa nostra, quæ vulgo iactantur,* Wär sich verſaumpt der hat den ſchaden/ *hoc est, qui nimiam trahit moram, incommoda patitur: &,* Tardè venientes, malè sedentes, *cùm contrà, vt vulgò dicitur,* wol gſäſſen/ iſt halb gäſſen. *Deinde conuiuis iam sedentibus ludibrio nonnunquam solet esse, & irrisui, & ab illis varijs iocis perstringitur, cuiusmodi sunt illa,* Er kompt weñ man daß braatiß gibt: Wir hand auff jn mit der lincken hand gewartet. Item: / Es gebürt ſich nit daß vil harrend auff einen narren. *Deinde ipsis conuiuis sunt molestiæ, dum vel expectare nimis diu coguntur, ac proinde ad iram concitantur, secundum illud Plauti, Mora & fames bilem in nasum conciunt: vel postquàm iam sessum receperunt, surgere rursus, ac sedes suas mutare coguntur. Præterea ipsi quoque conuiuij domino*

De conuiuæ aduentu, qualis nimirum is esse debeat.

Non citius, quàm par est, ad conuiuia accedendum.

Πρεχέδειπνοι

Nec minus tardè quoq; ad cõuiuium accedendum.

ζοφιεδόρπιδες, & κολυσσίδειπνοι.

Ἐπθυμόδειπνος.

Ἐπθυμόδειπνοι, & sibimetipsis, & conuiuis, & conuiuij domino incommoda conciliant.

Sibimetipsis.

Conuiuis.

Conuiuij domino.

Digitized by Google

totiq; familiæ hac sua cunctatione plurimùm molestiæ exhibent, dum vel cibi aduruntur nimis, ac corrumpuntur, vel ipsi cum plurimis alijs negotijs sint occupati illum denuò ad cœnam vocare coguntur. Theocriti Scholiastes indicat hos senarios in eum, qui tardè ad cœnam veniret, vulgò olim fuisse iactatos,

ὃστις ἐπεὶ δεῖπνον ὀφὶ κληθεὶς ἔρχεται
ἢ χωλὸς ἐστὶν, ἢ δὲ δίδωσι συμβολάς, Id est,
Quisquis vocatus tardus ad cœnam venit,
Aut claudus est, aut non dat ille symbolas. Theocriti verba hæc sunt,
ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι, Id est,
An quoquam ad cœnam properas conuiuia vocatus?

Et addit, eos qui vocati sunt celerius ire, qui non vocati, tardius. Etenim qui vocatus, se venturum promisit, inciuile putat, si conuiuatori sit in mora. Qui non vocatus venit, vel pudore tardior est, vel quia exclusus sit e alterius conuiuij. Ita qui symbolam dedit, properat ne mulctetur denuo, si post tempus venerit. Qui non dedit, huius rei securus, vt lubet ambulat. Hæc Scholiastes ille Erasmo interprete in Adag. Huc quoq; referri potest illud Eubuli Comici apud Athen. lib. 1.

Ἀσυμβόλε δείπνε γὰρ ὅστις ὑστερεῖ
τοῦτον ταχέως νομίζε μὴ τάξιν λιπεῖν.
Qui cœnam ad immunem venire prorogat
Hunc credito posse ordinem relinquere.

Peregrè proficiscentium adducendi tempus.

Illi quoq; qui peregrè ad aliquem proficiscuntur, dabunt operam, vt vel ipso prandij, aut cœnæ tempore veniant, vel ante: ne, si post venerint, patri matriq; familiâs, ac toti familiæ molestiam, negotiumq; facessant, dum nouæ illis epulæ sunt parandæ. Huc quoq; videntur pertinere, quæ Cicero in Officijs de incessu præcipit, ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt similes pomparum ferculis esse videamur: aut (id quò πρεχέδειπνοι facere solent) in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed vt conuiua neque nimis citò, neque nimis tardè (nisi magna id necessitas postulet) ad epulas accedere debet: ita conuiuatoris partes sunt, vt conuiuas, qui moram trahunt, vel ipsemet, vel per famulos, & ancillas suas denuò vocet, quemadmodum regem illum in parabola Euangelica fecisse legimus. Illud quoque, quod ad conuiuam attinet, non videtur esse prætereundum: vt nimirum is, si quem vel vicinum, vel amicum habeat, quem etiam inuitatum esse nouerit, illius ædes prætereundo illum vocet, vt illo comitatus ad conuiuium veniat, id quòd non modò decorum est, atq; ciuile: verum etiam amicitiæ, beneuolentiæq; significationem habet.

Inc essus ad conuiuia qualis requiratur.

Conuiuatoris officium, si cõuiuæ moram trahunt. Luc. 24.

Conuiuæ præterea officium

Conuiua, si ad hospitis ædes iam peruenerit, quid facere debeat.

Iam verò postquàm conuiua ad hospitis, seu conuiuatoris domum peruenit, primò quidem summopere cauebit, ne in illam temerè irrumpat, aut ianuam nimis crebrò, proteruè, violenterq; pulsando (quod Plautus proteruè foribus iniuriam facere appellat) conuiuatori, eiusq; familiæ molestiam aliquam exhibeat, sed patienter potius expectet donec domus ei aperiatur, cogitans familiares multis negotijs distractos, & impeditos teneri, quò minus illi pulsanti statim domum aperire possint. Sed tamen interea paterfamiliâs, siue conuiuator dabit operam, vt conuiuis atque hospitibus domus pateat, vel certè quàm celerrimè aperiatur, ne diu præ foribus cogantur expectare. Et si nocturnum fuerit tempus, mox aderunt aliqui, qui illis lumen præferant, ne forsan in tenebris impingant, atq; offendant: vel ipse paterfamiliâs hospites atq; conuiuas introducet in domum, vel per suos familiares illos introduci curabit, vt ille Iosephi œconomus dicitur fratres eius in domum ipsius introduxisse, Gen. 43. v. 24.

De ianuis.

Nunc antequàm vlterius progrediar, quoniam ianuæ pulsandæ, aperiendæq; facta est mentio, facere non possum, quin de ianuis, quarum apud veteres magnam religionem fuisse reperio, quædam cognitu & vtilia, & iucunda interponam. Hic autem mihi primò omnium in mentem veniunt illa Dei verba Apocalyp. 3. Ecce sto, inquit, ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Quibus verbis

NOTA.

Deus significat, se salutis nostræ studiosissimum, cùm interno sancti sui Spiritus instatu, tùm extrinsecus verbo, ac sacramentis suis cordium, animorumq; nostrorum fores assiduè pulsare, vt nos

ad pœni-

Digitized by Google

ad pœnitentiam perducat. Quicunq; itaq; Deo, ſalutaria præcipienti atq; monenti, mentis ſuæ ianuam aperuerit, illiq; obtemperarit, is illo vtetur conuiua, hoc eſt, illius conſpectu, colloquio, conuictuq; cum immenſa & infinita animi corporiſq; ſui voluptate perpetuò fruetur. Hæc Deus eleganti hac allegoria docet, quæ quidem à re conuiuiali, & vulgari hac ianuæ pulſandæ, aperiendæq; conſuetudine, de qua nunc agemus, eſt petita. In edito olim ianuam fuiſſe, gradibusq; ad eam aliquot aſcendi ſolitum, quod hodieq; fieri videmus in optimatum ædibus, regijſq; principum, Turnebus in ſuis Aduerſ. ex illis Virgil. verbis:

Poſtesque ſub ipſos, Nituntur gradibus.

Quod ad ianuæ ſiue forium pulſationem attinet, Latinis id eſt fores ferire, pulſare, & pultare, verberare, vt paſſim apud Terentium & Plautum. Græcè κόπτειν, (Vnde forſan noſtrum **klopffen** */id eſt, percutere) & κρούειν, quæ vox poſterior ſæpè in ſacris literis occurrit: vt Actor. 12. Apocalyp. 3. Luc. 13. Matth. 7. Hinc θυροκόπης, & θυροκόπος, ὁ τὴν θύραν κόπτων Suidæ. Et θυροκρουσθὲν, fores pulſitans Heraclidi. Ariſtoph. in Veſpis:* De ianuæ pulſatione.

——ἀπὸ γὰρ οἴνου γίνεται
καὶ θυροκοπῆσαι, καὶ πατάξαι, καὶ βαλεῖν
κἄπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον εἰς κραιπάλης.

Fores porrò pulſantur varijs modis, vt pedibus, calcibus, ſaxis, & inſtrumentis quibuſdam artificialibus. Sic enim κορώνη Græcè dicitur annulus oſtij, quo pulſatur, vel ob figuram, vel garrulitatem ſic dictus, qui etiam κόραξ dicitur, & κορυκίον, & κρίκος, item ῥόπαλον, ὀλισπαστὴρ, & ὀλίσπαστρον.

Obſeruandum autem olim ianuas & fores ab ingredi volentibus percuſſas fuiſſe, & intrinſecus etiam ab ijs, qui exire volebant: vnde Suidas in illud Ariſtoph. ἀλλ' ἐχὶ κόπτω τὴν θύραν, inquit, ὅτι τὴν ἐξωθεν τὴν θύραν κρούοντων τὸ κόπτειν λέγεται: ὅτι δὲ τὴν ἔσωθεν, ψοφεῖν: quæ accuratè diſtinxit Menander. Nam de ijs, qui præ foribus ſtabant, verba faciens, ait, κόψω τὴν θύραν, pulſabo ianuam: de ijs verò qui ſunt intrò, ἀλλ' ἐψόφει καὶ τὶς τὴν θύραν ἐξιών. Idem teſtatur Ariſtoph interpres, in illa verba: ψοφεῖ τὶς ἔνδον, de eo qui foras vult exire. Ianuam vehementer violenterque pulſare Plautus vocat. Apuleius libro primo, oſtium accedo, & ianuam fortiter oppeſſulatam pulſare vocaliter incipio. Morem, annotat Beroaldus, expreſſit vſitatiſſimum, vt ſcilicet, qui pulſat oſtium, etiam forinſecus inclamet. Idem mihi videtur colligi poſſe ex illo loco Actorum duodecimo, pulſante Petro ianuam veſtibuli acceſſit ancilla audiendi gratia (quis nimirum adeſſet) καὶ ἐπιγνῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, &c. Vnde colligimus Petrum ianuam vocaliter, hoc eſt, voce ſimul edita pulſaſſe, quem ancilla illa ſtatim agnouit. Sic Lucæ decimo tertio, Et cœperitis foris ſtare, & pulſare ianuam, dicentes, Domine aperi nobis, &c. Apud nos ſunt etiam nolæ, ſeu tintinnabula, quibus aperiendi ianuas ſignum datur, quæ apud veteres non videntur in vſu fuiſſe. Hic quoque obſeruandum, moris fuiſſe apud Romanos, vt cum lictores iuſſu Conſulum, aliquem è domo euocarent, fores ædium virga percuterent, quaſi eo ſigno publicam adeſſe perſonam innoteſceret. Si cui tamen ob dignitatem claritatemque deferebant, virga fores percuti vetabant. Cum enim Pompeius M. Poſſidonij domum ſummi ſapientiæ profeſſoris eſſet ingreſſurus, fores virga percuti vetuit, & faſces ſubmiſit, teſtis eſt Alexand. ab Alex. lib. 1. cap. 27. κόπτειν & ψοφεῖν quomodo differãt. Ianuam vocaliter pulſare.

Domum, ſiue ianuam aperire, recludere, reſerare, pandere, repandere, patefacere dicunt Latini, Græcè ἀνοίγειν.

Apud veteres porrò Græcos oſtia ita fuerunt poſita, & comparata, vt extrorſum aperirentur: vnde etiam fores volunt dictos, quaſi foras aperiri ſolitas. Atque idcirco qui exibant, & in publicum domo prodibant, fores percutere, crepitumq; edere digitis conſueuerunt, (quod Græcè ψοφεῖν propriè dicitur, de quo ſuprà) ne qui foris ſtarent, quiue præterirent, à valuis læderentur, aut in angiportu interciperentur. Plutarch. hoc idem literis memoriæq; prodidit in Poblicola, his verbis: τὰς δὲ ἑλληνικὰς (ianuas) θύρας ἔτως ἔχειν ἁπάσας λέγουσιν, ἀπὸ τὴν κωμῳδιῶν λαμβάνοντες. ὅτι κόπτουσι, καὶ ψοφοῦσι τὰς ἑαυτῶν θύρας ἔσωθεν οἱ θυρωροὶ μέλλοντες ὅπως μή τις ἔξω γένοιτο τοῖς παρερχομένοις, ἢ θύρας ἀνοίγουσι, καὶ μὴ κατὰ λαμβάνοιντο θυρωρούσαις τὰς πλησιόσιν εἰς τὸ στόμιον. Itaque in Plauti, & Terentij fabulis nunquàm ferè quiſquàm egre- De antiqua ianuas claudendi aperiendiq; ratione. Apud Græcos.

ditur domo, vt non antea crepuisse fores dicerentur. Nam quoniam illæ fabulæ è græco fuerunt cõuersæ, idcirco quarundam consuetudinum, quibus olim Græci vsi sunt, impressa in eis vestigia cernere licet. Plaut. in Curcul. Sentio sonitum, Tandem Ædepol mihi morigeri pessuli fiunt. Item. Sed interim fores crepuere, linguæ moderandum est mihi. In Pœnulo, Fores hæ fecerunt magnum flagitium. Ad. Quid est flagitij? Co. Crepuerunt clarè. Apud Romanos antiquis temporibus non ita fores aperiri fuisse solitas M. Valerij Poblicolæ exemplum docet, qui, teste Plutarcho in eius vita, hoc honoris insigne habuisse dicitur, vt fores ædium ipsius, non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellendo aperirentur: vnde colligimus id Romæ rarum fuisse, quod in Græcia quondam vulgatum fuit, vbi omnium ædium fores eo modo pandebantur. Eiusdem rei Plinius quoq; meminit lib. 36. de Val. Poblicola & eius fratre his verbis. Adijci decreto vt domus eorum fores extra aperirentur, & ianua in publicum reijceretur. Eadem de re vide Alex. ab Alex. libro quinto capite vigesimo quarto.

Apud Romanos.

De ianuæ custodibus.

Nunc de ianuæ custodibus aliquid dicamus. Antiquitus illustres domos, qui etiam hodie mos est, legimus habuisse suos custodes, quibus ianuarum, ædiumque custodia commissa erat, quique aperiendi, & claudendi, & homines vel intromittendi, vel extroducendi, canes, fures, mendicos abigendi potestatem habebant. Virg. lib. 9 Æneid.

hic Dardanio Anchisæ
Armiger ante fuit, fidusq; ad limina custos.

Servius, Ædituus fuit, quod, vt supra diximus, ingenti honore apud maiores fuit. Illic enim & epulabantur, & deos colebant, census etiam omnis illic seruabatur: quod & Plautus docet in Asinaria, in qua inducit seruum Atriensem in tota familia plurimum posse. Dicuntur etiam Liminarchæ & famuli ad limina. Silius 1. Punic.

Famuli turbato ad limina somno
Expauere trucem per vasta silentia vocem.

Vbi famuli ad limina sunt liminis præfecti, cubiculique custodes. Hi à Græcis θυρωροὶ, & φύλακες τῆς θύρας, πυλωροὶ: à Latinis ianitores & ostiarij, in fœminino genere ianitrices, & ostiariæ appellantur. Plaut. in Asin.

Ita hæc morata est ianua, extemplò ianitorem
Clamat, procul si quem videt ad se ire calcitronem.

Romanorum imperatorum custodes ad fores.

Admißionales

Sacrarũ ædiũ custodes.

Appellatio Missæ, cœnæ dominicæ, vnde attributa.

θυρωρεῖν, πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν, ἢ παρὰ ταῖς θύραις αὐλίζεσθαι. Apud Romanos imperatores habebant suos ministros ad fores, & admißionales, qui eos, qui salutatum veniebant admittere vel dimittere solebant, quorum mentio fit ab Ælio Lampridio in vita Seueri imperatoris. Salutabatur, inquit, quasi vnus de senatoribus, patente velo, admißionalibus remotis: aut solis ijs, qui ministri ad fores fuerant, cum antea salutare principem non liceret, quod eos videre non poterat. Admißionales ergo dicebantur, quorum officium erat admittere intra cubiculum volentes salutare principem & alloqui. Ab Ammiano Marcellino dictus est magister admißionum, qui præerat huiusce modi negocio, siue officio admittendi in cubiculum, & introducendi ad principem: quæ dignitas, vt idem ait, fuit honorata. Sueton. in Vespasiano, quidam, inquit, ex officio admißionis, id est, vnus ex admißionalibus Palatinis. In primis verò sacræ ædes suos habuerunt custodes & ianitores. De templi Hierosolymitani ianitoribus, vide multa 1. Par. 26. Horum officium erat asseruare quatuor portas, & introitus atriorum, nè impuri & immundi secundum legem, atque præputiati templum ingrederentur: dare item operam, ne qui ad portas tumultuarentur. Hoc in primitiua ecclesia Diaconorum munus & officium fuisse ex Dionysio Areopagita, & alijs scriptoribus constat, qui portas custodiebant, post psalmos decantatos, & sacram alicuius Prophetæ, aut Pauli, & Euangelij lectionem atque enarrationem, priusquam consecrationis mysterium ordiretur sacerdos, catechumenos, energumenos, desertores & pœnitentes exire iubebant alta voce clamantes, Catechumeni exeunto, vel si quis Catechumenus remansit, exeat. A qua quidem Catechumenorum dimißione, vulgus appellationem Missæ cœnæ dominicæ attribuit, quemadmodum ex Isidoro probat Rhenanus in annot. in lib. 4. Tertull. aduersus Marcionem, & de Corona militis. Hi postea ostiarij dicti sunt. De ædituis siue ædituis templi Serapidos custodibus, qui etiam pastophori nuncupati sunt,

vide Pie-

vide Pierium in Hierogl.lib.43. Æditimi quasi ædium intimi: æditui à tuendis ædibus dicti sunt, vt est apud Charisium. Quin etiam canes ceu fidelissimi ianuarum custodes adhiberi solent. Vnde Homerus Ιλ.χ. Αυτὸ δ' αὖ πυμάτων με κύνες θρῴωσι θύρῃσιν Ωρυγαὶ ἰρύσσι. Vbi Eustathius, Πρόθυραι, inquit, θύραι. Homero sunt, αἰ αὐλειοι, quas moris erat à canibus custodiri, quas etiam θρόθυρα manifestius vocat. Æditimi & æditui vnde dicti.

Postremò de ianuarum ornamentis, atque religione, sicuti erat propositum, dicatur. Vt vrbium, atque templorum portas: ita priuatarum quoque ædium ostia, siue ianuas sacras fuisse veteribus, religiosáq; cultas, passim ex veterum monumentis constat. Ianuæ, vt suprà dictum est, à Iano, cui consecratæ erant fuerunt denominatæ, cui gentiles, teste Isidoro, omnem introitum, vel exitum sacrauerunt. Vnde Lucanus: De ianuarum ornamentis atque religione. Ianus.

Ferrea belligeri compescat limina Iani.

Cicero libro de Nat. Deorum 2. Cumque, inquit, in omnibus rebus vim haberent maximam prima, & extrema, principem in sacrificando Ianum esse voluerunt, quod ab eundo nomen est deductum: ex quo transitiones peruiæ Iani, foresque in luminibus prophanarum ædium ianuæ nominantur. Hæc Cicero. Sic Portumnum finxerunt portarum Deum, penes quem clauis tutelam, & claudendi vim ac potestatem esse putabant, qui idcirco clauem manu tenere fingebatur, teste Festo. Hoc in loco Gyraldus parùm sibi constare dicit, an pro Portuno, siue Portumno Vortumnum legendum sit, cum plærique Ianum, & Vortunum eundem fecerint, & ei deo sit clauis attributa. Hac imagine hodie S. Petrus exprimitur. Similiter Forensis Deus dictus est, quem foribus præesse existimabant. Singulæ quoque ianuæ, siue ostij partes peculiaribus quibusdam dijs fictitijs sacræ erant. Vt cardines, Cardeæ deæ, (quam quidam libentius Carnam vocant) quæ, vt canit in sexto Fastorum Ouidius, ab Iano compressa, acceperit cardinum potestatem, prius Crane nuncupata, dein per antistichon, Carna. Hanc & Cardineam viri alioquin eruditi, inter quos Sipontinus, appellarunt. Cardines ab eo munere, quod in valuis, ostijsq; sustinendis præstat, dignitatem, auctoritatem, reiq; summam significare Pierius docet lib.49. inde etiam Cardinales dicti, de quibus vide ibidem. Liminum similiter custodem atque præsidem finxerunt Limentinum deum. De his dijs sic scribit Tertullianus in libro de Idololat. Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam literaturæ sæcularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam à cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Ianum à ianua. Et paulò post: Etiam apud Græcos Apollinem θυραῖον, & antelios dæmonas ostiorum præsides legimus. Et Augustinus de Ciuitate Dei libro quarto, capite octauo, sub finem: Vnus quisque domui suæ ponit ostiarium: & quia homo est omnino non sufficit. Tres deos isti posuerunt: Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. Ita non poterat Forculus simul fores & cardinem limenque seruare. Nulla in ianua, quæcunque esset hora, veteres loqui fas esse arbitrabantur. Nam Pytagoricum, & Ægyptiorum dogma sapientum id fuit, quum Deum innuerent silentio esse colendum, à quo sunt rerum primordia. Cælius libro 15. cap. 3. ibidem in ianuis olim meridiei, & austri symbola visa fuisse testatur. Limina quia sacra veteribus, idcirco limen calcari in ingressu domus sine scelere à noua nupta minimè posse putabatur. Ita enim ingrediebantur illæ, vt limen pedibus non tangerent, neque per se transirent aut transcenderent, sed aliorum manibus subleuarentur ac tollerentur, quod refert Plutarchus in quæst. Rom. eiusque rei rationes ibidem explicat. Eadem de reidem Plutarchus in Romulo scripsit. Huc pertinet illud Catulli in carmine nuptiali Iulij & Manlij: Portumnus portarũ deus. Forensius Deus qui foribus præest. Cardea, siue Carnea, Cardinum dea. Cardinales vnde dicti. Limentinus liminum Deus.

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes.

Et illud fortasse Lucretij libro primo:

Nam sublata virum manibus, tremebundaq; ad aras
Deducta est, non vt solenni more sacrorum
Perfecto, posset claro comitari hymenæo:
Sed casta incestè, &c.

Lucanus libro secundo de Nuptijs Catonis, & Marcia,

Turritaque premens frontem matrona corona,

Digitized by Google

Translata vetuit contingere limina palma. Ouid. 1. Eleg.
Missa foras, iterum limen transire memento
Cautius, atq; altè sobria ferre pedem.

Hunc morem veterum Romanorum in nouis nuptis domum mariti introducendis Plautus quoque mirè & luculenter expressit in Casina his verbis,

Sensim superattolle limen pedes noua nupta, sospes
Iter incipe hoc, &c.

Ex his patet quod noua nupta non solum non contingebat pedibus limen domus, in quam deducebatur, sed nec eius ex qua exibat, vt obseruauit Turnebus in suis Aduersarijs. De noua nupta, & imperatoris leuatione vide Petrum Pithoeum Aduers. lib. 2. cap. 6. Huc quoque non incommodè videtur posse referri superstitio cultorum Dagonis, qui limen portæ templi transilire solebant, eò quod idoli illius caput atque manus ibi iacuerant, vt primo Samuelis quinto scriptum est. Eandem superstitionem Sophonias quoque capite primo videtur perstringere, cum inquit: Qui transiliunt limen. Vnde Chald. Paraph. vertit. Qui non ambulant in statutis Palæstinorum. Postes similiter veteres venerari fuerunt soliti. Valerius Maximus libro secundo capite quinto, scribit, prædones quosdam cum à Scipione Affricano foribus reseratis intromissi fuissent, postes iamiæ tanquam aliquam religiosissimam aram, sanctumque templum veneratos fuisse. Huc quoq; pertinet illud Virg. secundo Æneidos.

Postiũ cultus.

Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent postes, & oscula figunt.

Turnebus in suis Aduers. lib. 12. cap. 5. in hæc verba: Hoc, vt opinor, inquit, è Romanorum moribus dictum est, qui religionis aliquid liminibus & postibus tribuebant. Apud Plautum limen inferum & superum quadam religione salutatur, & apud Tibullum liminibus oscula dantur, vt hîc apud Maronem postibus: & qui ædem dedicabat postem tenebat, ad deorumq; placandam imm poste caput tundebant:

Non ego, inquit Tibullus, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.
Non ego tellurem pedibus perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput.

Et apud Poëtas amatores dant postibus serta. Quod si non satis religionis opinionem confirmat: at certè verisimile eandem posti, quàm limini reuerentiam & cæremoniam tributam. Igitur amplectuntur postes, & osculantur, eorum religione se tutas fore, & immunes ab hostium iniuria existimantes. De more Iudæorum antiquo in festiuitate Paschali Agni mactati sanguinem postibus ædium aspergendi, vide Exodi duodecimo capite, de quo mysterio suprà dictum est. Huc facit quod, Beroaldo teste, mos fuit quarundam gentilium conuiuis domum intrantibus, aut ingressis, ostendere limen, dicendo, Extra illud nihil, id est, ad mensam audita caue foras elimines, vt Horatius loquitur epistola sexta ad Torquatum. Vetus quoque Romanorum mos fuit, vt nouænuptæ mariti domum intrantes, axungia postes vngerent, ea enim religione tenebantur, vt axungia putarent plæraque mala arceri. Seruius libro quarto Æneidos, morem fuisse ait, vt nubentes puellæ simul cum venissent ad mariti limen, postes, antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent, & inde vxores dictas. Sed Plinius & Massurius non oleo, aut axungia, sed lupino adipe postes inungere moris fuisse, prodiderunt, ne scilicet malum aliquod medicamentum inferretur. Ab illo postes vngendi more Vnxia Iuno cognominata, teste Martiano. Alexander ab Alex. eiusdem consuetudinis meminit libro secundo capite quarto. Sponsus inquit, illam domi operiens, in qua sedes erat coniugij futura, parastu magno ianuam lana cingit & coronat: multaque lauro exornat, posteaque vittis laneis primùm à noua nupta attingi & ornari, oleoque & adipe suillo, vel lupino inungi iubet: ne quid pernitiosæ pestis in domum irrepat, quod magorũ commentũ fuisse dicunt, vt felle nigri canis suffitas domos, & genitale sub limine defossum habeant, contra mala medicamenta, & amatoria maleficia maximè proficere arbitrati. In foribus verò villarum, lupi rostrum, ne quid deperiret, néue mala fascinatio in domum irreperet. Alij stellam marinam vulpinæ

Vxores vnde dictæ.

Iuno Vnxia vnde cognominata.

sanguine

sanguine illitam, ne quid periculi foret, aut noxæ, defixere. εἰρεσιώνη *dicebatur ramus oleaginus lana obuolutus arborum fructibus circumpendentibus, qui ante ianuas ædium per puerum poni erat solitus in honorem Apollinis, vt testatur Pausanias, Suidas, & Aristoph. interpres in Plut. & Equit. Plutarchus in Theseo. Eustath. lλ. χ. fol. 1389. Id fieri consuevit in Pyanepsijs, de quo festo vide plura ibid. Hunc autem ianuas in nuptijs, alijsq; festiuitatibus coronandi consuetudinem Tertullianus aliquot in locis attingit: Vt lib. 2. ad vxorem. Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus dæmonum, omnibus solennibus regum incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitabitur. Et procedit de ianua laureata, & lucernata, vt de nouo consistorio libidinum publicarum. Et in apologetico: Cur die læto non laureis postes obumbramus? nec lucernis diem infringimus? Honesta res est solennitate publica exigente inducere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris. Ibidem de hostibus Cæsarum, Quàm recentissimis, & ramosissimis laureis postes præstruebant? quàm elatissimis, & clarissimis lucernis vestibula enubilabant? Idem lib. de Idololat. Ergò, inquis, honor Dei est, lucernæ pro foribus, & laurus in postibus, non vtiq; quod Dei honor est: sed quòd eius qui pro Deo eiusmodi officijs honoratur, &c. Et paulò post. Si autem sunt, quæ in ostijs adorantur, ad eos & lucernæ, & laureæ pertinebunt. Idolo feceris, quicquid ostio feceris. Et paulò post. Scio fratrem per visionem eadem nocte castigatum grauiter, quòd ianuam eius subitò adnunciatis gaudijs publicis serui coronassent. Et iterum. Accendant igitur quotidie lucernas, quibus lux nulla est, adfigant postibus lauros postmodum arsuras, quibus imminent ignes. Illis competunt & testimonia tenebrarum, & auspicia pœnarum. Item, plures iam inuenies Ethnicorum fores sine lucernis & laureis, quàm Christianorum. Eundem morem hi quoque Iuuenalis versus declarant Satyr. 6.*

Ornentur postes, & grandi ianua lauro.

Mos ianuas ornandi lauro atque lucernis.

Idem Satyra 12.

Hîc nostrum placabo Iouem, laribusq; paternis
Thura dabo, atq; omnes violæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

Lypsius hîc pro operatur, legit operitur, id est, tegitur, vestitur. Hunc porrò ianuas lauro, & lucernis ornandi morem in omni publica priuataq; lætitia Seneca quoque perstringit epist. LXVIII. Quid tu existimas ea tantùm optabilia esse, quæ per voluptatem, & otium veniunt? quæ excipiuntur foribus ornatis? Lucernæ porrò huiusmodi pensiles erant, suspendebanturq; catenulis, accensæ ad ædium singularum ianuas, aut fenestras. Vndè Persius;

——Vnctaque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

De more sabbatis lucernas accendendi, nec solùm ædibus, sed etiam arboribus sacris appendendi: de more sacrificulorum atque vatum lucernam, & laurum præferendi: denique lucernas ad ædes lenonias suspendendi, ceu notam noui lupanaris, vide Lipsium Elect. lib. 1. cap. 3. Huc quoque pertinet quod Plutarch. prob. Rom. eos, quos peregrè mortuos falsò fama nunciauit, reuersos per fores non admittebant: sed conscenso tecto in domum demittebant: cuius consuetudinis aliquot à Plutarcho rationes afferuntur, quas legere poteris probl. 5. Inter alia, dicit hunc morem similem esse Græcorum consuetudini, qui prophanos habebant, neque se ijs permiscebant, neque ad sacrificia admittebant eos, quibus factum fuerat funus, & sepulchrum tanquam mortuis. Romani itaque eos similiter, quos semel sepultos, ac rebus humanis exemptos esse fuerat creditum, existimauerunt non debere per ostium ingredi, per quod sacrificatum exitur, ac satrificatu reditur: sed eum deorsum ex ære voluerunt in atrium sub dio positum demitti, expiationes enim omnes ferè solent sub dio peragere. Ac omnino mos hic fuit gentilium antiquissimus, vt post ostium ac postes collocarent suos lares ac penates, ac aliorum fictorum numinum simulachra, vt fœlix esset & faustus tam egressus, quàm ingressus: cuius Alexand. ab Alexand. meminit lib. 5: cap. 24. Hunc morem qui in Iudæa quoque inualuerat, Isaias cap. 57. ver. 8. grauiter perstringit his verbis: Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum, hoc est, post ostij valuas & postes, siculneorum tuorum deorum, atque superstitionis monumenta collocasti, cum ego potius tibi præceperim, vt legem meam in fori-

bus & ianuis scriberes, vt eius memoria subinde tibi refricetur, vt Deut. 6. scriptum est. Similes autem gentilium illorum sunt plærique etiam hodie Christiani, qui nullam domus partem vacuam idolis habent, quæ pro Deo colunt, quæ nominare superuacaneum fuerit, vt scribit Franciscus Forerius Vlyssiponensis Theologus & concionator ad hunc locum. De more iuxta limina epulandi, deosq; colendi supra dictum est ex Seruio. De more in foribus & atrijs domorum, in quibus ara, focus, & lar familiaris erat, non deorum modò simulachra: sed maiorum & defunctorum imagines collocandi: nec non hostium spolia, enses, clypeos, galeas, currus, ac deuictarum nauium rostra affigendi, vide Alex. ab Alexand. lib. 5. cap. 24. De Romanorum more postes hostium spolijs ornandi sic scribit Polybino: ὅτε ταῖς οἰκίαις κατὰ τὰς ἐπιφανεστάτας τόπους πθίασι τὰ σκῦλα. Liuius. Spolia eius vrbis ante currum laturus? & fixurus in postibus suis? Maro Æneid. 7.

Barbarico postes auro spolijsq; superbi. Iterum,
Multaq; præterea sacris in postibus arma
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; rostra carinis.

Sed ne ea quidem ædibus abalienatis licebat emptoribus refigere aut tollere, vt Plinius literis mandat. Belgarum verò mos fuit barbaricus, Alex. ab Alexand. teste, cæsorum hostium capita postibus tanquam spolia affigere: qui etiam Galatarum, qui vltrà Rhenum incolunt vsus traditur, vt spolia hostium sangine perfusa, & trunca capita foribus affigant. Geloni hostium cutes, vt eæ omnibus spectaculo sint, ac fortium factorum insigne documentum, & hostibus pertimescendum foret. In Ægypto autem in vestibulis domorum, alas vulturum proponere, inditium nobilitatis, & vetustatis familiæ censebatur. Apud Phryges pardalis pro foribus affixa (Homero teste) signum immunitatis erat, ne hostium incursibus pateret. Ad fores Pontif. Max. pro splendore dignitatis, viridis laurus affixa videbatur, teste eodem lib. 2. cap. 8. Ianualis porta Romæ à Iani signo ibidem affixo fuit denominata, vt idem auctor est. Romanorum imperatorum ciuica corona querna, quæ erat clarissimum illorum clementiæ insigne, vnà cum lauro in vestibulo ædium Palatinarum poni fuit solita, quæ ob id à Plinio dicitur ianitrix Cæsarum, pontificumq;, quæ & domos exornat, & ante limina excubat. Ouid. de lauro,

Postibus Augusti eadem fidissima custos,
Ante fores stabis, mediamq; tuebere quercum.

Idem in 4. Fastorum.

Stare Palatinæ laurus, prætexaq; quercu,
Stet domus æternos tres habet vna deos.

Quercum Ouid. posuit meton. pro corona ciuica, quæ erat querna. Sueton. de Tyberio. Et ciuicam in vestibulo coronam recusauit. De ianua laureata suprà ex Tertull. dictum est. Seruius in verba Virg. Æneid. 1.

Tum foribus diuæ, &c. Magno, inquit, studio, & labore templorum fores fiebant, quas quibusdam insignibant historijs: vt in foribus letum Androgeo. Item,

In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto.

Celtas hospitalissimos ianuas ædium suarum nunquam claudere fuisse solitos, Æthiopum autem ædes ἀθύρους, id est ianuis caruisse Nicolaus testatur in lib. de mor. gent. Hæc de ianuis, quibus postremò ridiculum admodum, & ioculare Æsopi factum iuuat addere, quod est huiusmodi. Xanthus dominus, cùm quodam tempore philosophos, atque rhetoras ad conuiuium inuitasset, iussit Æsopo ante vestibulum stare, & nullum indoctum ingredi sinere, sed solos doctos. Hora itaque prandij, laxato vestibulo, Æsopus intus sedebat. Cùm igitur quidam ex inuitatis ianuam pulsasset, quærit ille intus, τί σείει ὁ κύων, id est, quid mouet canis? Ille existimans se canem vocari, intus discessit. Sic ergò vnusquisque veniens, rursus abibat iratus, putans se iniuria affici, Æsopo eadem omnes interrogante. Cum autem vnus illorum pulsasset, & ad illam Æsopi quæstionem, Quid mouet canis? respondisset caudam & aures, Æsopus existimans illum aptè rectè; respondisse, aperta ianua illum ad herum duxit, & inquit. Nullus philosophus ad conuiuium tuum venit, ô here, præter hunc solum. Xanthus itaque valdè fuit contristatus, cùm se ab inuitatis deceptum esse existimaret. Postridiè

cùm

cùm inuitati ad ludum literarium veniſſent, expoſtularunt cum Xantippo præceptore ſuo, quòd putidum illud pecus, Æſopum nempe, in veſtibulo collocaſſet, à quo per ſummam ignominiam canes fuerint appellati. Xanthippus Æſopo grauiſſimè ſuccenſens, quæſiuit ex illo cur inuitatos ſuos hac tàm inſigni iniuria affeciſſet. Cui ille. Tu mihi, Domine, mandaras, vt ne quem indoctum intromitterem: at hi qui ianuam pulſarunt omnes, vno excepto, inſcitiam ſuam ſatis prodiderunt, dum mihi quærenti quid canis moueret, reſpondere non potuerunt. Ergò cùm indocti omnes viderentur, nullum illorum introduxi præter hunc, qui doctè mihi reſpondit. Hac Æſopi excuſatione omnes facilè acquieuerunt, hocq; illius factum collaudarunt.

Sed illud quoque non eſt ſilentio prætereundum, de quo ſic ſcriptum eſt in operibus Talmudicis tractatu qui inſcribitur Bacca Batm cap. 6. fol. 93. pag. 2. Mos fuit maximus Ieroſolymis vt ſi quis alicui conuiuium pararet quod tamen aliqua in parte corrupiſſet, is teneretur perſoluere domino & inuitatis precium pudoris. Mos alius maximus fuit Ieroſolymis, vt eo tempore quo conuiuium aliquod in quibuſdam ædibus celebraretur, ad oſtium earum ædium expanderent mappam, tunc omnes inuitati ingrediebantur, quibus ingreſſis mappa aufferebatur. Hunc morem audio adhuc hodie apud Iudæos Polonos vſitatum, ſed addunt etiam phialam plenam aqua vt omnes inuitati in oſtio domus ſtatim lauent.

DE SALVTATIONIBVS SACRIS ATQVE CIVILIBVS: AC PRIMO DE IIS QVAE verbis conſtant, quas verbales poſsis appellare, de varijs illarum modis atque formulis.

CAPVT XXXI.

SERVM vt inſtitutum meum perſequar, cùm famuli, atque ancillæ, quibus hoſpites atq; conuiuas deducendi, introducendi, excipiendiq; à dominis data eſt prouincia, ſeſe erga illos humaniter, officioſeq; gerent: tùm verò, atque in primis ipſe conuiuator vnà cum vxore, liberis, totaq; familia eoſdem placido, atq; ſereno vultu, verbis humanis, denique manus apprehenſione, complexu, oſculo, prout patriæ mos, atq; conſuetudo (cui in primis ſeruiendum) feret atque poſtulabit, honorificentiſſimè, humaniſſimeq; excipiet, atq; ſalutabit. De more hoſpites in cœnaculum introducendi egregium exemplum habes 1. Sam. 9. ver. 22. Vicißim cõuiuæ, ſimul atq; conuiuatoris, ſeu patris fam. ædes ingreſſi fuerint, ſimiliter & ipſum patrem fam. & totam illius familiam, & ſeſe inuicem humaniter, officioſeq; ſalutabunt, ſecundùm illud Chriſti præceptum, quod diſcipulis ſuis dedit, quod quidem huc quoque commodè referri poteſt. εἰσερχόμενοι, inquit, εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτὴν λέγοντες εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. Quoniam autem ſalutationum cùm in communi vitæ conſuetudine, tùm in conuiuijs potiſſimùm non ſolùm vetuſtiſſimus, ſed & vtiliſſimus eſt vſus ad charitatem conciliandam, atque confirmandam, operæpretium mea ſententia fuerit in genere de ijs nonnulla dicere.

De ſalutatione

Salutatio igitur, quæ græcè ἀσπασμὸς, & εὐλογία, Hebraicè ברכה Beracab appellatur, hoc eſt, benedictio (vt vulgò vertunt) duplex mihi videtur poſſe ſtatui, vna interna, altera externa. Interna nihil eſt aliud, quàm εὐχὴ (ſic enim Suidas ἀσπασμὸν exponit) hoc eſt, animi votum, quo ſalutem animi, & corporis alicui à Deo, ceu fonte ſalutis, omniſq; boni precamur. Huiuſmodi ſalutatio, ſeu benedictio, hoc eſt, ſalutis precatio, quæ animo fit atq; corde, Chriſtianos vehementer decet, quemadmodum contrà imprecationes, execrationes, atq; vota dira ab illis alieniſſima eſſe debent. Externa autem ſalutatio, quæ quidem ab interna promanat, actio quædam eſt ciuilis, honeſta, atque pia, qua partim vultu, qui tacitus quidam animi eſt ſermo, partim verbis, partim etiam geſtibus nonnullis honorificis, atque humanis noſtram charitatem, beneuolentiam, obſeruantiamq; erga alios teſtificamur. Illa autem rurſus eſt bipertita, vel verbalis, vt ita loquar, quæ in verbis: vel realis, quæ in corporis motu, atque geſtibus conſiſtit.

Salutatio duplex.

Interna.

Externa.

Salutatio externa duplex.

Quò ad ſalutationem verbalem, quæ verbis conſtat, (quæ Græcis προσαγόρευσις, & προσ-

φώνησις dicitur) illa rursus bifariam videtur diuidi posse, ita vt vel in nominibus atque titulis honorificis: vel in certis verborum formulis atque phrasibus consistat.

Nomina in salutationibus vsurpari solita

Quò ad nomina, quibus in salutationibus vtimur, illa vel sunt propria (vt Grammatici loquuntur) vel appellatiua, eaque vel naturæ, atque sanguinis, vt est nomen patris, & filij, nouercæ, & priuigni: vel sortis atque conditionis, siue etiam coniunctionis cuiuscunque, vt sunt nomina domini, & serui: præceptoris, & discipuli: clientis, & patroni: tutoris, & pupilli: collegarum, &c. Præstantissimùm fuit, inquit Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19. apud Romanos, suis nominibus quenque venerari, & salutare, salutantibusq; reddere salutem. Ideò nomenclatorem dictum, qui nominatim singulos appellat: vt puta in foro, reos: aut in conuiuio, conuiuas. Magistratuum candidati secum habebant huiusmodi nomenclatores, qui illis ciuium singulorum nomina, quæ quidem illi tenebant, suggerere solebant, quò singulos suis nominibus appellare, atque salutare possent, ad illorum fauorem, atque suffragia aucupandum. Idem etiam ab imperatoribus adhibebantur in exercitu, quò singulos milites, id quod ad illorum beneuolentiam conciliandam non exigui erat momenti, possent appellare. Apul. Et ad nomenclatorem mox citati venerunt. Sueton. in Augusto testis est, illum die senatus nunquàm patres, nisi in curia salutasse, & quidem sedentes, ac nominatim (id est, proprijs nominibus, vt salue Pollio, salue Messala) singulos nullo submonente: (non indigens nomenclatore) & discedens eo modo sedentibus singulis Vale dicebat. Hodie quoque experientia quotidiana testatur in salutationibus permultum ad amorem & beneuolentiam facere, si quis nomine suo proprio, aut etiam cognomine aliquem salutet. Hinc Theologi illud quoque, quod Deus Moysem proprio suo nomine appellauit atque vocauit, ceu singulare quoddam eximiæ humanitatis diuinæ inditium atque signum interpretantur. Et quoniam in salutando, siue proprio quem, siue appellatiuo nomine appellemus, vocatiuo casu vtimur (vt Iacobe, Rodolphe, Domine, pater, &c.) hinc casus ille etiam salutatorius à nonnullis veterum est vocatus. Si qui tamen præcipua dignitate & honoribus excellerent, illos olim proprijs salutare nominibus haud decorum videbatur, vt Alex. ab Alexand. testatur. Idipsum hodie quoque moris est: nam regem, principem, aut magistratum aliquem proprio nomine, vt Ioannem, Petrum, &c. in salutationibus appellare, à decoro videtur planè esse alienum. Discipuli Christum appellantes in Euangelio, illum non proprijs suis nominibus, sed Rabbi, magistrum, & dominum suum vocant. Et certè naturæ, sanguinis, atque officij nomina plærunque in salutationibus, nescio quo modo, plus honoris, atque amoris præ se ferunt, quàm nomina propria. Itaque Græci quoque, teste Alexandro ab Alexand. non proprio, sed officij nomine, aut muneris, quod gerebat, salutare religiosius putarunt. Apud Hebræos nomen Adon, quod dominum significat, vsitatum fuit in salutationibus, quo vel dignitate superiores, vel peregrinos, atque extraneos honoris gratia appellare consueuerunt, vt ex multis sacræ scripturæ locis constat, & Adoni quidem, hoc est, mi domine, hominibus, Adonai autem Deo tribuitur, vt grammatici obseruant. Apud Homerum nomen honorificum quo seniores à iunioribus appellantur, honorantur, est ἄττα: vt Ιλ.θ. φοίνιξ ἄττα γεραιὲ. verba Achillis ad Phœnicem: & in Epigram. ἄττα γέρον δίος με καλεῖ γάμος. Videtur mihi respondere appellationi Helueticæ alter ättyl hoc est, pater senex, qua iuniores quos suis ætate prouectos honoris ergo salutare consueuerunt. Vox enim illa ἄττα, vt & Helueticum nomen ätty / hoc est, pater, à Chaldaica voce abba patrem similiter significante videtur promanasse, duplici β. in duplex τ. conuerso. Eustath. in Οδ. π. pag. 592. vocem ἄττα ϖϱοπάτοϱον, ἀπαϱάγωγον, ἀχίνδυνον, ἀμέταλλον ἤγουν ἀνυμέναιον à veteribus dicit fuisse indicatam. Cato in lib. de pueris educandis dicit à pueris & matrem mammam, & patrem tatham appellari. Vt autem vox ἄττα, sic πατέρ quoque (quæ mihi videtur eiusdem esse cum illa significati) apud Homerum est vsitata, quando iuniores senes, & quidem peregrinos appellant: sicuti etiam apud Heluetios fieri consueuit. Πατὴρ autem, vt hoc quoque addam, Deus dicitur, interprete Eustath. ὡς τὸ πᾶν τηρῶν: homo autem, ὡς τὰς παῖδας τηρῶν. mihi conuersis literis potius ab Heb. אב videtur deriuatum. Hæc de nominibus.

Nomenclator.

Casus salutatorius.

Adon.

Adoni & Adonai.

ἄττα.

Πατὴρ vnde dictus.

Formulæ salutatoriæ.

Quòad autẽ phrases seu formulas salutatorias, illæ vt nunc, ita olim quoq; apud multos populos variæ fuerunt atque multiplices, quarum exempla quædam proponam. Apud Hebræos huiusmodi ferè fuerunt salutandi formulæ. Angelus Gedeonem frumentum excutientem salutauit his verbis. Iehoua tecum vir fortis. Iudic. 6. Sic Boaz messores suos his verbis salutauit, Dominus vobiscum:

scum: cui illi respondérunt, Benedicat tibi Iehoua. lib. 2. ver. 4. Eadem salutandi forma angelus corám Maria virgine vsus est. χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. *Christus hac sæpè salutandi formula vsus est, Pax vobis, & eandem discipulis suis præscripsit Matth. 10. Ingressi domum aliquam, salutate eam dicentes,* εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ, *id est, pax sit huic domo. Hebraicæ huius salutationis multa exempla in sacris literis reperiuntur, vbi voce* שלום *Schalom, hoc est, pacis omne boni genus intelligitur. Sic Sunamitis illa mulier ad Elisæũ profectura virum suũ ante discessum salutauit, inquiens, Schalom, id est, pax, hoc est, vale, 2. Re. 4. v. 23. tametsi verbũ illud alij aliter interpretantur. A Schalom quoque, salus latinum videtur esse derivatum, & inde salutatio. Hodie quoq; Iudæi, & Turcæ hac pacis voce vtuntur in salutando, & resalutando. Nam vt ex præceptore meo rabbi Menahem olim intellexi, is qui salutat, solet dicere, Salemaleck, hoc est, pax tibi: cui resalutans respondet, Veleck Salem. Et tibi pax. Huic similis est vernacula illa nostra salutationis forma.* Gott grüẽtz dich/ & grüẽtz dich Gott: *id est, Deus te gratiet, vt ita loquar, hoc est, gratiam suam atque salutem tibi largiatur. Nam vocabulum* grüẽtz/ *id est, salutatio, &* grüẽtzen/ *hoc est, salutare, à latino vocabulo gratiæ videtur profluxisse: quo similiter atq; pacis nomine in sacris literis quoduis boni, atq; salutis genus intelligitur. Apud Græcos in salutationibus & antiquissimum, & vsitatissimũ est* χαῖρε *vocabulum. Eustath. in Od. A. in illa verba,* Χαῖρε ξεῖνε, παρ' ἄμμι φιλήσεαι, *inquit,* ἔθος δὲ λῦ διαφωνεῖν τοῖς ξενιζομένοις τὸ, χαῖρε ξεῖνε, *inde nomen* χαῖρε *etiam epistolis apud posteriores præpositum fuit. Paulus quoque scribendis epistolis, cùm in exordio, tùm etiam in fine salutationes affixit. Suidas contrà illos hallucinari, inquit, qui hunc morem epistolis inscribendi* χαίρειν *à Cleone primùm (de quo etiam Aristoph. Scholiastes in Nubibus) voluit vsurpatum fuisse, esse enim antiquissimùm. Ibidem Cleonem* χαίρειν, *Platonem* εὐφραίνειν, *Epicurum* εὖ ἄγειν, *literis suis inscribere fuisse solitos, testatur: addit Aristoph. Scholiastes, Pythagoræos* τὸ ὑγιαίνειν *vsurpasse. Suidas* χαίρειν τοῦτο ὅτι προσαγορεύσεις ἀπαλλαττομένων, ἢ προσερχομένων, *hoc est, fuit appellatio, seu salutatio discedentium, aut aduenientium: positum etiam fuit in principio epistolarum. Idem auctor docet, veteres vocem* χαίρειν *vsurpasse non modò, quando primum conueniebant, vt nunc quoq;, sed etiam discedentes, &* ἀντὶ τοῦ ὑγιαίνειν, & ἐρρῶσθαι, χαίρειν διαλλάττοντες ἀλλήλους: *quemadmodum aues quoq;, eodem teste,* τὸ χαῖρε, καὶ τὸ εὐφράτειν, καὶ τὸ ζεὺς ἵλεως *ab hominibus edoctæ, precantur, nescientes quid dicant, nec affectu aliquo ergà homines præditæ. Hæc ille. Hodie profectò multi hominum sine vllo vel intellectu, vel amoris affectu, se inuicem, auium illarum instar, salutant. Apud Aristoph. in Pluto.*

χαίρειν μὲν ὑμᾶς ὅστις ὢν ἀνδρες δικαίοις, ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν, καὶ σαφῶς. Ἀπαξόμεθα δ' ἀπὸ προθύμως ἔχατε, *ex hoc quoq; loco constat verbum* χαίρειν *in salutationibus fuisse antiquissimùm, pro quo Chremes dicit se malle vti verbo* ἀπαξόμεθα, *ceu recentiore. Latini porrò suas quoque habuerunt tàm in congressu, quàm in digressione peculiares salutandi formas. In congressu duplici ferè verbo vsi sunt, vno manè, Aue nimirum (quòd teste Festo, & cupere significat, forsan ab Heb. Iuah. id est, cupiuit, desyderauit, & gaudere) altero vesperi, quod fuit Salue. Hoc manifestè colligitur ex his Dionis Cassij verbis de Adriano imperatore. Hadrianus, inquit, iudices salutauit, non dicens Aue, quæ matutina erat salutatio: sed vespertino vsus verbo Saluete, inquit. Vale autem in digressionibus fuit vsurpatum. Vtrumque autem, nempe Vale, atque Salue, coniungebant veteres, discedentes ab ijs quos nunquam visuri essent. Plaut. in Curcul.*

A Schalom Hebræo salus videtur denominata.

Grüẽtzen à gratia.

Χαῖρε.

Aue, salue.

Vale.

Vale & salue.

— vale, atque salue,
Nam & operam & pecuniam benignè præbuisti.

In Cistellaria,

Quando ita tibi lubet, vale, atque salue. *In Mercat.*
Limen superum, inferumq; salue, simul autem vale.

In Captiuis,

Vale, atq; salue, etsi aliter vt dicam, meres
Tu Aristophontes, de me vt meruisti, ita vale.

Quin ita saluere, & valere iubebant mortuos. Virgil.

Salue sanctè parens iterum saluete recepti:
Ne quiquam cineres, &c. *Et iterum lib. ii. Æneid.*

Digitized by Google

——*Salue æternum mihi maxime Palla,*
Æternumq; vale. *Hæc inde nouissima verba appellat, vt lib. 6.*
Lustrauitq; viros, dixitq; nouissima verba. *Seruius, Id est, licet: nam Vale dicebatur pòst tumuli peracta solennia. Idem interpres in verba illa Æneid. 11. paulò ante citata, Varro in libris Logistoricis dicit, ideò mortuis salue, & vale dici, non quòd valere, aut salui esse possint (melius nos Christiani) sed quòd ab his recedimus, eos nunquam visuri. Hinc ortum est, vt etiam maledicti significationem interdum Vale obtineat, vt Terentius.*

Vale interdum maledicti significationem habet.

Valeant qui inter nos dissidium volunt, hoc est, ita à nobis discedant, vt nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergò quum mortuo dicitur Vale, non etymologia consyderanda est, sed consuetudo, quòd nullis vale dicitur, nisi à quibusdam recedamus. Hæc ille. Hæc de salutatione verbali, hoc est, quæ fit verbis.

Sacra salutationis formula.

Omnes porrò hæ salutandi formulæ, quibus alij alijs benè precamur, vel fiunt in sacris, ac re diuina administranda, siue in sacris cœtibus, atq; concionibus: vel in communi & quotidiana vitæ consuetudine, de quibus nunc potissimùm agimus. Quò ad illas, quæ fiunt in sacris, illarum exemplum perfectissimum habes Num. 6. Deus namq; ipse certam quandam, & quidem egregiam benedicendi seu salutandi formam sacerdotibus præscripsit, qua illi in sacrorum administratione vsi fuerunt. Loquere, dicit Deus Moysi, ad Aaronem, & filios, sic benedicetis filijs Israel, dicetisq; ad eos, Benedicat tibi Dominus, custodiat te, illuminet faciem suam super te, & misereatur tui. Leuet Dominus faciem suam super te, & ponat te in pace. Ponent nomen suum super filios Israel, & ego benedicam eis. En hic habes quasi prototypon, fontem atq; caput omnium tàm sacratum, & solennium, quàm vulgarium benedictionum, precationum, salutationum, ominationum faustarum, quibus homines vti solent. Solenni illa atq; sacra salutationis formula hodie quoq; sacrorum antistites, ante & pòst sacras conciones, remq; diuinam, vti consueuerunt. Huc quoq; referendæ salutationes

Vulgares salutationes.

illæ apostolicæ in epistolarum principio atq; fine. Quòd autem ad vulgares illas salutationes attinet, quæ in communi vitæ consuetudine vsurpantur, illæ rursus variæ sunt, atq; multiplices, ac proindè variè quoq; vel secundùm hominum congressum, atq; digressum, vel secundùm tempora, vel secundùm varias actiones, illarumq; euentum vel secundum, vel aduersum, alias deniq; circumstantias distingui possunt. Exemplorum quorundam, præsertim germanicorum, appositione rem illustrabimus. In cõgressu, vt Heb. Pax tibi, Dominus sit tecũ: Latinè, Salue: Germ. Gott grüß dich/ biß gott willkom̃/oder willkumen: *Gall. Dieu vous gardt. In digressu, Græcè ἐῤῥωσο: Latinè, Vale: Germ.* Gott behüt dich: *Gall. à dieu, à dieu vous commande: Allobroicè, adissuo. Secundùm tempora, vt manè, diem faustum: vesperi, vesperam: noctu, noctem nobis inuicem precamur:* Güttē morgen/Ein güten tag: Ein güten abendt: Ein güt nacht. *Gall. bon iour, & bon an: bon soir: bone nuict, bon di, bona sera, bona notte, &c. Sic ineunte nouo anno:* Gott gäb dir ein güt glückhafftig jar/ Gott gäb dir vil gütter: *noua ineunte hebdomada,* Ein güte wuchen/ *vellicantes etiam nonnunquam nobis inuicem aurem. Secundùm varias actiones, atq; fortunas, seu euentus: Vt iter initurο dicimus:* Gott wölle dich beleiten / dein gleidtsmann seyn/ Wölle Gott das wir bald mit fröuden wider züsamen kom̃ind. *Redeunti,* biß gott willkom̃en. *Ei qui balneauit,* Gott gsägne dir dein bad/dē leyb/vñ die trünck. *Qui filiolo auctus est,* Gott sye globt daß du grychet bist. *Ei quæ peperit,* Gott sye gelobt das er dich entbundē hat. *Qui nouam inducit vestem,* mit lieb verschlyssen/ mit aysundtheit verbrächen. *Opus facientibus,* Gott hälff üch. *Munus, aut honorem adepto,* Gott gäb dir vil glück zü dinē eeren. *Epulantibus, Bene precandi formulæ Græcis familiares sunt, ferè huiusmodi,* χαίρετε δειπνοῦντες, εὐωχεῖσθε συμποσιάζοντες, *&c.* Gott gsägne üch das ässen / Gott eer das gloch. *Lugentibus,* Gott ergetze dich deines leids. *Ægrotanti,* Gott trőste vnd stercke dich/ Gott wölle es besseren. *Sunt ita salutationes vel gratulatoriæ ob prosperam fortunam: vel consolatoriæ ob aduersam. In conuiuijs deniq; salutationes valdè sunt vsitatæ: vt in congressu, atq; digreßione: in ciborum appositione: in propinationibus: in sternutationibus, de quibus omnibus suis in locis dicetur, quæ nunc breuiter perstrinxisse sat fuerit. Salutationes huiusmodi minimè damnari debent, sed sunt probanda, dummodo absit vel superstitio, vel hypocrisis, & simulatio.*

Digitized by Google

DE SALVTATIONIBVS, QVAE VEL TOTIVS CORPORIS, VEL CERTARVM EIVS PARTIVM quodam gestu, motu, contactu, atque deosculatione fiunt. De earundem vsu & abusu.

CAPVT XXXII.

NVNC cõsequens est, vt de reali, siue malis appellare, cæremoniali salutatione scribamus, hoc est, illa, quæ fit ipsius corporis gestu, motuq; vel totius, vel certarũ eius partium, quæ quidem fit partim cum aliquo contactu eius personæ, quæ salutatur: partim sine eius contactu. Obseruandum autem est, huiusmodi corporis motus, atque gestus, de quibus nunc agemus, cùm in ciuilibus atque politicis hominum: tùm in sacris & religiosis, Dei, atq; etiam deorum falsorum salutationibus, atq; supplicationibus adhibitos olim fuisse, & etiamnũ hodie adhiberi.

Salutatio realis.

Salutationum realiũ diuisio.

Primò autem de ijs agemus salutationũ generibus, quæ sine eius, qui salutatur, contactu fiunt. Huiusmodi est capitis, vt ab illo potissimùm exõdiar, certus quidam motus, atq; habitus. Nam caput in salutationibus moueri, & inclinari solet: & aliquando velari atque tegi, aliquando aperiri, ac denudari. Romani, vti suprà dictum est, Deos suos operto, homines autem aperto atq; detecto capite salutabant. Fuerunt tamen nonnulli qui imperatores quoque operto capite salutarunt, diuinos illis honores tribuentes. Quin imò ex ipsis imperatoribus nonnulli, vt C. Caligula, & Diocletianus, cum sibi diuinam vim ac potestatem arrogarent, contra maiorum instituta tecto capite salutari voluerunt, qui deorum proprius honor erat secundum Romanorum morem. Aliàs & Romanorum & gentium ferè omnium communis hic fuit mos, & adhuc est, vt illi, qui alios salutant, honoris gratia, caput aperiant: de quo suprà. Petrus Laurentij Celsi Venetorum ducis pater, principem filium nunquam æquo animo adire salutandi causa poterat, quod grauiter ferret, se patrem iam senio grauem, ad nouum exemplum cogi, vt aperto capite filio occurreret. Qua re tandem filius animaduersa, prudenter excogitauit, vt pileo suo crux aurea imponeretur, quam visam pater non grauatè salutaret: quam crucẽ ad hunc vsq; diem principes Veneti retinent, testis Egnat. lib. 9. cap. 11. Draculas Vngariæ Transalpinæ præfectus, inauditæ crudelitatis homo, cum Turcarũ legati pilea Phrygea ex patriæ instituto deponere recusassent confirmandi moris gratia, tres capitibus eorũ clauos affixit, ne amplius amoueri possent. Idem, vt hoc quoq; de monstro illo addã, innumeros Turcas palis præfixit, & inter eos cum amicis lautè discubuit. Mendicos præterea omnes perditæ ignauiæ, miserabilisq; valetudinis, & fortunæ lautissimo conuiuio excepit: deinde cibo vinoq; cõpletos iniecto igne absumpsit. Author Bonfinius lib. 10. Decad. 3. Sic quoq; orator quidam Italus, eò quòd caput suũ coram principe Moscouitarum verba facturus non nudarat, crudeliter fuit interemptus. Cum enim orator patriæ suæ consuetudinem (qua nullius dignitas, vel maiestas tecto capite orantis offendi putatur) allegaret, efferus princeps ferreo clauo pileum cranio affigi iussit, asserens se ritum huiusmodi tali modo non violaturum, sed confirmaturum, auctor est Albertus Crantzius in sua historia, & Olaus lib. 11. cap. 11. Sept. histor. Salutationes autem Dei sacras à viris aperto: à mulieribus operto capite fieri debere supra ex Paulo dictum est.

Salutationes sine contactu

Capitis gestus in salutationibus.

Romani Deos suos operto homines aut aperto capite salutabant

Mos aperto capite salutandi.

Cur crux pileo Ducis Venetorũ imposita.

Draculæ principis Valachiæ sæuitia.

Pilei caput aperire nolentium clauis affixi capiti.

Mendicorum & valetudinariorum epulantium concrematio.

Bonfinius lib. 10 Decad.

Crantzius Olaus

Manibus quoque salutationes, atque supplicationes sacræ pariter atque prophanæ fieri olim consueuerunt, & adhuc solent. Veteres Romani, teste Plin. lib. 28. cap. 2. in adorando dexteram ad osculum referebant, totumq; corpus circumagebant. Quòd in læuum Galli maiore cum religione se facere putabant. Apud Persas honoris genus erat, coràm digniore in Coras, hoc est, vestium manicas manus immittere, vt auctor est Cel. lib. 7. cap. 15. Hinc à Cyro sororis Darij filij fuerunt necati, quòd illi occurrentes in coras non immisissent manus, quòd vni tantùm regi fieri assueuerant. De manuum extensione, atque expansione in salutationibus religiosis, hoc est, supplicationibus, vide 1. Reg. 8. & Tertull. in Apologetico cap. 30. Illuc (in cælum) suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubescimus, &c. & ibid. Sic itaque nos ad Deum expansos vngulæ fodiunt, &c. Manus quoque suas osculari salutantes olim consueuerunt, & deinde porrigere, qui etiamnum hodie mos est in Italia.

Salutationes manibus fieri solitæ.

In Coras manus immittere

Cel. lib. 7. c. 15

Darij filij necati

Digitized by Google

Γονυκλισία. *Huc præterea pertinet* γονυκλισία, *hoc est, genuflexio, siue geniculatio, cuius vt nunc, ita olim in salutationibus honorificis creberrimus vsus fuit. Ab Hebræis huiusmodi gestus* ברך *barak dicitur, quòd, vt volunt grammatici propriè significat aliquem alloqui siue salutare cum geniculatione: vnde* ברך *Bærak, genu appellatur quod placidè flectitur, &* ברע *Cara idem significat:* γονυκλιεῖν *&* γονυπετεῖν *cùm genua siue crura flectere, seu incuruare: tùm sese ad alterius genua pedesq; abijcere & prosternere significat, quorum vtrumque in ciuilibus, atque religiosis salutationibus fieri solet. Hinc in sacris literis* γόνατα κάμπτειν *Rom. 14. Ephe. 3. &* θεῖαι γόνατα, *Act. 7. & 20. pro precatione, & adoratione accipitur: & genu flectentes in primitiua ecclesia, qui genibus flexis orabant.* γονυκάμπτειν, *vt Eustath. testatur Il. τ pag. 1134. Homero est* καθεδῆναι, *assidere ad differentiam τῆς ἵζαδαι: (Hesych. exponit* ἀναπύεδαι*) at posteriores illam vocem vsurparunt ὅτι ἱκεσίας, καὶ προσευνήσεως, pro* γονυπετεῖν. *Petrus cum Cornelius Centurio ei obuius factus coràm eo procidisset, noluit sibi illum honorem deferri, Surge, inquit, & ego ipse homo sum. Act. 10. Reliqua mihi sunt 7. millia virorum, qui ante Baal genua non incurnauerunt, id est, illũ adorarunt.*

Totius corporis prostratio. *Huc etiam refertur totius corporis prostratio in terram, quam nonnulli verbo Hebr.* השתחוה *Hischtachaueh intelligunt, quòd Græci aliquando vna voce* προσκυνεῖν: *aliquando participio* πεσὼν: *vel alio aliquo apposito circumlocuti sunt. Matth. 4.* ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. *cap. 18.* πεσὼν δὲ ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ λέγων, κύριε. *& paulò post,* πεσὼν παρεκάλει αὐτόν. *Apo. 7.* ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ προσεκύνησαν τῷ θεῷ λέγοντες. *Nonnulli hoc verbum* ἀπὸ τοῦ κύνων, *id est, canibus adulantibus domino suo volunt esse derivatum. Herod. in Polym. testatur, Spartanorum legatos, cum diceretur illis necesse illis fore* προσκυνέειν βασιλῆα Περσπίπλονται, *negarũt sibi ἐν νόμῳ εἶναι ἀνθρωπον προσκυνεειν, Probus in Conone. Apud Persas, Medos, & Indos reges adorare, & in salutando homines toto corpore procidere solebant.*

Ismenias. *Quare Ismenias Thebanus iussus Artaxerxem adorare, ne contra decus faceret, prolapsum annulum sustulit, & ita adorantis speciem præbuit. Ælianus de varia historia.*

His postremò addam, quæ Mercerus piæ memoriæ præceptor meus obseruandus, de verbis quibusdam Hebraicis vel totius, vel quarundam eius partium prostrationem, inflexionemúe significantibus tradidit. Quod ad verbi השתחוה *Hischtachaueh, genuinam significationem in annotationibus suis in Pagninum (id est, Dictionarium Pagnini Lugduni impressum anno 1575.) hæc apposuit. Verbum hoc significare propriè corporis prostrationem, quæ reuerentiæ causa etiam hominibus fiebat, maximè principibus aut magnis viris, vti apud Orientales moris erat, Suetonius in Augusto dixit, supplicare. Et sæpè in nouo Testamento, & aliâs per vnũ verbum* προσκυνεῖν *adorare, & interiecto participio* πεσὼν, *aut simili redditur. Tribuitur autem Deo, quòd aptius nõ habeamus, sed tùm internam adorationẽ significat, cuius hæc externa certum signum est. Verbum ergò hoc & Latriæ (vt vulgò in Scholis vocant) cultum, & Duliæ cultum complectitur: quorum ille Deo hic hominibus etiam exhibetur, quum illis assurgitur. Huius synonimum est verbum* סגד *Sagad, teste eodem Mercero, qui ait Caldæũ Paraphrastem pro* וישתחו *Vaistachaue Gen. 48. v. 12. habere* יסגד *segid, vtrumq; tamen Isa. 44. vers. 15. coniungitur: vtrumq; totius corporis prostrationem & inflectionem sonat. Reddere poteris inflectet se, & procidet. Quidam enim volunt* סגד *Sagad, vocem Chaldæam in illo Isaiæ versu coniungi, vt Chaldæa vox per Hebræam exposita sit, vel certè* כגר *Sagad, generalius erit. In Hebræo textu tantùm quater occurrit. Et* ברך *Bærak, genu est, à Themate* ברך *Barak, quòd benedicere est, & genu flectere, quòd placidè flectatur benedicendo, aut salutando, vt nonnulli volùnt vtrumq; huius radicis significatum eodem reducentes, hinc illud Iosephi Gene. 41. 43. quamuis aliæ sint huius vocis expositiones.* ברע *Caraa curuare se, incuruare se de genũ facie & corpore in terram prosterni,* קדד *Kadad. Item aliud adorationis genus, quod vertice fieri solebat.*

Salutationes cum contactu. *Quòd ad salutationes, quæ fiunt cum apprehensione siue contactu eorum qui salutantur, illæ vt hodie: ita olim quoque multiplices fuerunt, secundùm varia corporis membra, quæ veteres in salutationibus attingere, apprehendere, atque etiam exsculari cõsueuerunt. Osculum namq; olim in salutationibus, vt hodie quoque, apud omnes ferè gentes vsitatissimum fuit.*

Osculandi genera. *Ac primò quidem, vt à superioribus partibus siue membris corporis, ad inferiora progrediar, menum attingere eius, qui salutatur, moris olim fuisse, ex illo Homeri versu Od. τ.*

Ἀμφὶ δέ μιν

Ἀλαμβύνη δ' ἐ (Penelope) γενείῳ, ὀδυσῆα φοσίεσθαι.

Et Ilia. de Thetide,

Καὶ ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθίζετο, καὶ λάβε γούνων
Σκαιῇ, δ' ἐξιτερῇ δ' ἀρ ὑπ' αἰθρειῶνος ἐλοῦσα.

Sic Eumæus, & Dolius Vlyßis serui caput, & humeros domini osculantur, & item Vlysses eorum.

Od. φ. Καὶ κύνεον ἀγαπάζομενοι κεφαλῇ τε, καὶ ὤμω:
Ὡς δ' αὔτως κεφαλὰς, καὶ χεῖρας ἔκυσε. *Sic Od. τ.*
Μητὴρ δ' Ἀμφιδάμαντος περιφῦσ' ὀδυσσῆι,
Κῦσ' ἄρα μιν κεφαλῇ τε καὶ ἄμφω φάεα καλά.

Et Od. π Eumæus Telemachum aduenientem excipiens,

Κῆσε δ' ἑ μιν κεφαλῇ τε, καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖρας τ' ἀμφοτέρας, θαλερὸν δ' ἐ οἱ ἔπτυσε θ' ἄκρυ.
Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ
Μοῦνον τηλύγετον, τῷ ἐπ' ἄλγεα πολλὰ μογήσει,
Ὡς τότε τηλέμαχον θεοειδέα δῖος ὑφορβὸς
Πάντα κύσεν περιφὺς ὡς εἰ θανάτοιο φυγόντα.

Confer hunc locum, cum illo in Euangelio patris filium suum perditum peregrè redeuntem, atque pœnitentem excipientis. Eustath. in hunc ipsum locum, hoc, inquit, Eumæus facit non tanquàm seruus, nam seruorum non erat ambos oculos osculari: sed veluti aliquis sanguinis propinquitate coniunctus, id quod sequens similitudo docet, qua paternus quidam affectus Eumæi ergà Telemachum cum filium exprimitur. Deindè manuum, præsertim dextræ, apprehensione, atque exosculatione se inuicem veteres salutare consueuerunt, atq; etiam pacta atq; fœdera inire. Paulò ante dictum est, quomodo Vlysses seruorum suorum caput, atque manus exosculatus sit. Sic ibidem Vlysses serui Dolij dexteram osculatur,

Salutatio fieri solita manuum apprehensione atq; deosculatione.

Ὡς ἄρ' ἔφη, Δόλιον δ' ἄρ' ἐβήσετο χεῖρε πεπάσας.
Ἀμφοτέρας, ὀδυσεὺς δὲ λαβὼν κύσε χεῖρ' ὑπὲρ καρποῦ.

Item Il. ω. — ἀγχὶ δ' ἄρα σφὲας
Χερσὶν ἀχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας.

Plutarchus in Cat. Vtic. ὑποπιόντων τὰς χεῖρας. *hoc genus honoris, quod milites Catoni ex prouincia reddeunti exhibuerunt, imperatoribus tantùm, ijsq; perpaucis tunc temporis tributum fuisse, idem auctor testatur. M. Liuius, & Cl. Nero consules, ob rem aduersus Hadrubalem ad Metaurum prosperè gestam, decreto patrum Romam vno tempore ambo venerunt. Eos vniuersa multitudo non solùm salutauit, sed dextras etiam victrices, quæ Romano populo salutem peperissent, certatim osculati sunt ciues, vt testis est Sabellicus lib. 5. Ænead. 5. Seneca: Hos ego deprehendam alienorum seruorum osculantes manum. Cornel. Tacit. de Nerone: Ad genua ipsius aduolui, & dextram osculis fatigare. Obseruandum quoque hic est, fuisse apud veteres osculi quoddam genus, quo solebant pueri parentes, aut alios, vel amantes inter se, alterius auribus manu vtraq; apprehensis, osculari. De quo Canterus lib. 1. nouarum lectionum cap. 17. ex veterum monumentis hæc tradidit cognita iucunda. Hoc osculi genus, inquit, veteres κύξαν, siue ollam vocabant: credo quòd in eo gestu vt caput ollæ, ita aures ansarum speciem referre viderentur. Ac Græcum quidem huius rei exemplum adfert primum Iul. Pollux lib. 10. cum de coqui instrumentis disserens, hæc ἐν παρόδῳ interserit: εἰδέναι δ' ἀ φαῦλον, ὅτι καὶ κύξα φιλήματος ἦν εἶδος, ὅτότε τὰ παιδία φιλοίη, τῷ ὤτων ἑκατέρωθεν λαμβανόμενα. ὑποδηλοῖ δ' ἔυνοιαν ἐναντίαν,*

Mos osculandi auribus alterius apprehensis.

Κύξα olla, salutationis species.

Λαβοῦσα τῷ ὤτων φίλησον τὴν κύξαν. *Qui versus Latine sic reddi potest:*
Ollam prehensis osculator auribus.

Aliud deinde apud Theocritum ὁδοιπόροις inuenimus:

ἀκ ἔρεμ' ἀλκίππας, ὅτι με φρὰν ἀκ ἐφίλασε
Τῶν ὤτων κατελοῦσ', ὅκα οἱ τὰν φάσαν ἔδωκα.

Quin & Clemens Alexandrinus huius consuetudinis, etiam suo tempore vsitatæ, meminit lib. Stromatum 3. causam interim reddens mysticam. Sic enim ait: ἐκοινὸν εἰκῇ τοῖς παιδίοις τῷ κε-

λόμεθα, τῷ ὥπερ λαμβανομένοις φιλεῖν τὰς θεραπαίνας, τοῦτο λήπτε αὐτὶ τέμψω οι, δι' ἀκοῆς ἐγίγνεσθαι τῆς ἀγάπης τὸν σωφάσθησιν, &c. Meminit & Plutarchus initio libelli περὶ τοῦ ἀκούειν. Inter Latinos autem hoc oſculi genus expreßit primùm Plautus in Pœnulo, vbi Milphio ſeruus Adelphoſio meretrici ſic adblanditur:

Sine te exorem, ſine te prendam auriculis, ſine dem ſuauium.

Et in Aſinaria Leonida ad Philenium inquit:

Prehende auriculis, compara labella cum labellis.

Tibullus deinde libro 2. inter felicis anni euentus hunc quoq; annumerat:

Et fœtus matrona dabit, natusq; parenti
Oſcula comprenſis auribus eripiet. Malè enim legitur in exemplaribus,
Oſcula compreßis naribus eripiet. Deniq; apud Italos hodieq; iſtum oſculandi morem in vſu eſſe, quidam referunt.

Quòd ad manuum apprehenſionem ſiue contactum, eius multa admodum exempla extant. Euſtathius in illud Οδ. Γ.

Χερσίν τ' ἠσπάζοντο. exponit αὐτὶ τοῦ ἐπιασῶντο, καὶ εἶδος δεξιώσεως εἰς ἑαυτὸς, καὶ τοιοῦτον ἀεὶ τοῖς παλαιοῖς κυρίως ὁ ἀσπασμός. δῆλοι δὲ καὶ νῦν πολλοὶ τῇ ἐξ ἐθῶν ἰσχεῖν ἐν τῷ ἀλλήλοις σωφανταῖ, δεξιτατοῦντας τῇ χειρὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα σήθη πιλάζοντας, καὶ τὰς χεῖρας ὑπερτεῖνται, καὶ εἰς κύκλον ἀφιέντας, καὶ ἀφιπλεγυμένης ἡρέμα, καὶ ὅτι τοῦτο αὐτοῖς ὁ ἀσπασμὸς ὑπὸ τοῦ ἀπᾶσθαι. Hinc ergò conſtat ἀσπασμὸν propriè Græcis illam ſalutationem dici, quæ fit manibus: hinc paulò pòſt addit, καὶ εἴρηται τὸ χερσὶν ἀσπάζεσθαι ἀντὶ τοῦ δεξιολαβῶς τῷ λόγοις ἀσπαζομένων. Idem in illud Ιλ. φ. τὸν δὲ ἀντὶ οἱ, Εἶλε πατὴρ, &c. interpretatur ἀντὶ ἑαυτοῦ ἔλαβεν, ὁ καὶ ἀσπάζεσθαι λέγεται, ὃ ὅτι ἀντὶ ἑαυτὸν ἀπᾶσθαι. Item in illud Οδ. τ. Vlyſſem Autolycus & eius filij.

Χερσὶν τ' ἠσπάζοντο ἐπισχόντες μειλιχίοισι.

Τὸ δὲ χερσὶν ἠσπάζοντο ἦγουν ἐδεξιοῦντο, καὶ εἰς ἑαυτὸς ἐπιασῶντο. χείλεσι δὲ ἀσπάζεσθαι non inuenitur apud poëtam. Dicitur quoque ſalutatio hæc, quæ fit manibus, δεξίωσις Græcè, de qua vocè ſuprà multa dicta ſunt lib. 1. de modo hoſpites excipiendi. His ſimilia ſunt illa Euſtath. in Ιλ. β. ἐν τοῖς ὅρκοις ἐδόκει ἔλαττον εἰς πίστιν ἐλογίζετο καὶ τὸ τῇ δεξιῶν χειρῶν ἅπτεσθαι: ἰδοὺ γὰρ ἡ δεξίωσις αὕτη, καὶ εἰς τὸ ἀποκατάστασεως, καὶ οἷον ἑνώσεως. A δέχω, & fut. δέξω, δέξα ὡς δόξα, & pleonaſmo iota δεξιὰ. Δεξιὰ χυρίᾳ ἡ αὐωδεν ἐσπὴ, καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐνέργεια in ſacris literis. Item δεξιὰ veteres vocabant τὰ σωτήρια: ἀρίστερὰ δὲ, τὰ μωρὰ. Item δεξιὰς τὰς σωθύρας. δεξιοὶ etiam docti, & milites ſtrenui, laudeq; digni fuerunt appellati. δεξιὸς δ' παίδευτος. δεξιοῦσθαι φιλοφρονεῖσθαι. δεξιωσις ὑποδοχὴ. Suidas. Idem in illud Ariſtoph. in Nubibus. κῦσόν μι, ἢ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν. δὸς πίστει, inquit, καὶ σωθύκη δίδοται τὰς δεξιὰς ἀλλήλοις εἰώθασιν. Alcumena apud Plautum in Amphit.

Ecaſtor equidem te certò heri hic aduenientem illico,
Et ſalutaui, & valuiſſésne vſq; exquiſiui ſimul
Mi vir, & manum prehendi, & oſculum tetuli tibi.

His verbis complectitur breuiter Plautus morem antiquum aduenientes ſalutandi. Paterculus. Salutationis noua quædam exultatio, & manum contingendi cupiditas. Virg. Æneid. lib. 7.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.

Dextra, inquit Seruius Æneid. 3. fidei ſacra. Vnde Virg.

——atque animum præſenti pignore firmat.

Sic prædones quidam, teſte Val. Max. lib. 5. cap. 5. Scipionis Africani in ædes intromiſſi, dexteram cupidè apprehenderunt, ac diu oſculati, poſitis ante veſtibulum donis, quæ deorum immortalium numini conſecrari ſolent, læti, quia Scipionem vidiſſe contigiſſet, ad lares proprios reuerterunt. Tri bellius Pollio teſtis eſt, Gallienum matronas ad conſulatum ſuum rogaſſe, ijſdemq; manum ſibi oſculantibus quaternos aureos ſui nominis dediſſe. Huc quoq; pertinet lepida admodum illa hiſteria de Amalaſunta regina Longobardorum, Theodorici regis Italiæ filia. Illa enim cùm poſt regis ſui mortem liberis carens, prudenter ac grauiter regnum adminiſtraret, & magno apud ſubditos in honore, atq; gratia eſſet, tandemq; ei à proceribus oblata eſſet libera facultas ex proceribus aliquem ſibi regem

ἀσπασμὸς Græcis propriè quid.

Salutatio quæ fit dexterâ.

Dexteræ notatio & ſignificatio.

Dexteram dare, apprehendere, oſculari.

Hiſtoria.

Digitized by Google

regem atq; maritum eligendi, eiq; nubendi, accersiuit ad se quendam eximiæ atq; spectatæ virtutis virum, Theodatum nomine. Is cum se ad aliquod regni negotiũ vocari putasset, obuiam prodeunte ei regina, de equo desilijt, seq; incuruauit osculaturus eius manum. Cui illa subridens respondit: Non manum, sed faciem oportere eum osculari, quo indicabat illum non iam subditum, sed maritum, regemq; fore. Ab hoc illa ingratissimo marito tandẽ in Vulsinensis lacus insulam relegata, in balneo strangulata fuit, vt auctor est Bonfinius lib. 7. Decad. 1. & Ritius lib. 1. Reg. Hisp. & Paulus diaconus. Salutationis inditium antiquitatis fuisse dexteram iunctam dexteræ Varro, atq; etiam Callimachus in Ætijs testatur. Vnde Virgil. in eandem sententiam Æneam inducit cum patre in Elysijs loquentem ita queri. Cur dextræ iungere dextram non datur. In hunc sanè diem mos hic perdurat, vt hospites peregrinos, & quoscunq; notos peregrè venientes, dexterarum cõiunctione saluteemus. Plinius, quandam esse in dextera religionẽ vel inde apparet quòd oculis auersa appetitur. Qui adorant, inquit Hieronymus Apolog. 1. in Ruffinum, solent manum deosculari, & capita summittere, quod se Iob elementis & idolis feciſſe negat. Vnde Hebræi deosculationem, pro veneratione vsurpant: eiusmodiq; loquendi forma, inquit Pierius in Hieroglyph. per totam iam Italiam, ex quo Hispanos in dominationem admisimus, inoleuit, cùm prius id honoris non nisi pontificibus deberetur. De hac manus, & suas ori labijsq; admotas (vnde forsan adoratio dicta, licet Nonius eam ab ador deducat) & alterius osculandi consuetudine cum superstitionis, tum ciuilis honoris ergò vide pulchra apud P. Pithoeum Aduersar. lib. 1. cap. 7. vbi cum prophanæ, tum sacræ scripturæ quædã loca Iob. 30. 13. Reg. cap. 19. Eccleſiast. cap. 29. explicantur. Ammianus rerum gestarum lib. 21. Nebridium, qui contra Constantium vnus omnium iurare noluerat, metu militum, qui ferrum in hominem strinxerant, ad Iulianũ profugisse, suppliciterq; iurasse, vt timoris leuandi causa ei dexteram porrigeret, Cui Iulianus: Ecquid, ait, præcipuũ amicis seruabitur, si tu dexteram attigeris meam? Mos verò adhuc est, inquit Pierius in suis Hieroglyph. nostris præsulibus in admittendis in clientelam amicis manum porrigere exosculandam, quòd firmũ quasi fœderis, & conciliationis signum habetur. Dextra, inquit Isidor. vocatur à dando: ipsa enim pignus pacis datur, ipsa fidei testis, atq; salutis adhibetur, & hoc est illud apud Tullium. Fidem publicam iussu senatus dedi, hoc est, dexteram. Vndè & Apostolus dicit, Iacobus & Ioannes dextras dederunt mihi. Porrò de manus, atq; dexteræ significationibus, atq; vsu in salutationibus, in rebus diuinis, in amicitijs, fœderibus, atq; pace contrahenda, sancienda, atq; confirmanda, vide plura apud Pierium lib. 35. In Nebulis Aristoph. ait: χῦσὸν με, καὶ τὼ χεῖρε δὸς τὼ δεξιὰν, Vbi interpres, ἔθος δ' ὅτι πίστει, καὶ σωθήκης βεβαίως τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις.

Deosculatio, pro veneratione.

Venio ad genua, atq; pedes, ad quæ procidere, siue procumbere, ea attingere, exosculari deniq;, veteres in salutationibus, atq; supplicationibus consueuerunt. Exempla apud Homerum multa occurrunt. Vt Odyſ. N. *vbi Vlysses Palladi pastoris similitudinem præ se ferenti supplicas,*

Genua atq; pedes attingendi, exosculandi, ad illos procumbendi mos.

——τοὶ γὸ ἔγωγε Εὔχομαι ὥστε θεὸς, καὶ σὸ φίλα γούναθ' ἱκάνω.

Et Ilia. a. *de Thetide,*

Καὶ ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων,
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἁρ ὕπ' ἀθερεῶνος ἐλοῦσα. Odyſ. δ.
Τέκνα νῶι τὰ σὰ γούναθ' ἱκάνομαι, αἴκ' ἐθέλῃσθα. *Euſtath.*

Ἰκω, ἱκετεύω, periphrasis est τῶ γουνάζεσθαι. *Item*, Ilia. ω.

Γούνων ἀψάμενοι λιταίνετον, αἴκ' ἐλεήσῃ.

Omnino sæpè apud Homerum γούνων *siue* γουνα λαβεῖν, ἑλεῖν, ἅψασθαι, *hoc est genua tangere, apprehendere, vsurpatur in supplicationibus, & aliquando metonymicôs hic ipse gestus pro supplicatione accipitur: Item* ἱκάνειν, *siue* ἱκάνεσθαι γούναζε, ἄντεσθαι προς γούνατων, γουνοῦσθαι, & γουνάζεσθαι, *pro* λίσσεσθαι, & λιτανεύειν, *seu* ἱκετεύειν *actipitur, ab habitu supplicantium, qui se ad pedes eorum, quibus supplicant, abijciunt, ac illorum genua attingunt. Latinè ingeniculare seu ingeniculari, congeniculare. Idem significant verba* γονυκλίνειν, & γονυπλινεῖν, γονυπετεῖν, γονυκάμπτειν, γονατίζειν, προσπιπτεῖν: *quæ verba & genua flectere, genu succidere, procumbere, & ad alterius genua sese abijcere: & metonymicῶς supplicare, seu deprecari, venerari, atq; honorare significant. Græci alibi idem vocant* προσπίπτειν γόνασιν, *vel* προς γούναζε. *Euripid. in Hecuba,*

Προσπίπτε δ' οἰκτρῶς τῶ δ' ὁσίως γόνυ.

Latini etiam id appellant genua prensare, Tacitus: attingere, ad ea manus tendere, Plin. genua

amplecti, Virgil. Ad genua accidere, genibus aduolui, procumbere, procidere. Virgil. Æneid. 3.

——Et genua amplexus, genibusq; volutans. Idem Æneid. 10.

Et genua amplexus (Homerus ἀγλάμψ Θ, λαβὼν, ἱλεὸν) affatur talia supplex.

Ouid Metamorph. 9. Dicentem, genibusq; manus adhibere parantem.

Idem 13. Metam. Genibus procumbere.

Heb. ברע Cara id est, curuauit sua crura, curuauit se pedibus, seu cruribus, (vndè ברים Cerain crura à curuitate dicta) & differt à verbo Hischtahauch. quod prosternere se in terram corpore, & facie significat, & est non pedũ, sed totius corporis, & faciei, vt vult Kimchi Psal. 95. A genibus repellere. Cic. in orat. pòst reditum in senatu. Tu, inquit, meum generum, propinquũ tuum: tu affinem tuam, filiam meam superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Plautus in Rudente, Trachalio seruus,

——Per ego hæc genua te obtestor senex
Quisquis es. D. quin & tu ergo omitte genua, & quid sit mihi expedi.

Vndè colligitur seruum illum supplicem Dæmonis genua fuisse amplexum. T. Liuius li. 45. Summittentemq; se ad pedes sustulit, nec attingere genua passus. Sueton. in Tyberio. Ac priusquàm in capitolium flecteret, descendit è curru, seq; præsidenti patri (Augusto Cæsari) ad genua summisit. Idem de Tyberio. Adulationes adeò auersatus est, vt neminem senatorum aut officij, aut negotij causa ad lecticam suam admiserit. Consularem verò satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem ita suffugerit (retrò fugerit, nolens à viro consulari adorari per genua) vt caderet supinus. Idem de Claudio Cæsare, quem gregarius miles extractum, præ metuq; ad genua sibi accidentem imperatorem salutauit. Apuleius lib. 2. Huius diu manus deosculatus, & ipsa genua contingens, Miserere, ait, sacerdos, miserere per cœlestia sydera, &c. Sic vidua illa Sunamitis (2. Reg. 4.) cùm ad Elisæũ prophetam venisset, sese ad illius pedes abiecit, illos apprehendit, à quibus seruus Gebazi illũ summouere est conatus. Thebanus hunc supplicandi morem, atq; religionẽ eluisit, atq; irrisit. Nam cùm pro quodam Gymnasij principi supplicaret, procumbens coxam illius pro genibus attigit: principeq; præfastu indignante, Quid, inquit, annón hæc tua sunt, vt genua? Sic, vt obiter hoc addam, iurantes apud Iudæos (est autem iusiurandum supplicationis quædam species) fœmur illius, cui se obligabant, solebant tangere, vt ex ca. 24. & 48. Geneseos constat. Huc quoq; videtur referendum, quod Genes. 48. ver. 12. Ioseph dicitur ambos suos filios eduxisse à genibus eius, scil. Iacobi, quæ forsan honoris, & reuerentiæ ergò illi amplexi fuerant, cùm illos (vt versu præcedente 10. scriptum est) Iacob amplexatus, osculatusq; fuisset.

Pedum exosculatio.

Osculandi mos & antiquus, & multis populis familiarissimus.

Mos osculandi apud Iudæos.

Nunc de pedum quoq; exosculatione dicamus. Christus Luc. 7. ad Simonẽ Pharisæum inquit. φίλημά μοι οὐκ ἐδωκας, αὕτη δὲ ἀφ' ἧς εἰσῆλθον, οὐ διέλειπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας. Ac omnino osculum & antiquissimum, & commune ferè, ac peruagatum apud omnes gentes, cùm amoris & amicitiæ (vnde φίλημα à Græcis appellatur) tum venerationis, fidei, obedientiæ, & obseruantiæ symbolum, in salutationibus, atq; supplicationibus, creberrimè fuit vsurpatum. Vnde Nomadum asperrima rusticitas culpata fuit, qui ne filios quidem suos osculabantur. Apud Iudæos, quàm vsitatum fuerit osculum in amicorum salutationibus mutuis, cùm vel primùm conuenirent, vel rursus digrederentur, innumera sacræ scripturæ loca testantur. Moyses socero suo obuiam progressus, seq; incuruans eum osculatus est. Exod 18. Esau fratrem suum Iacobum redeuntem ex Mesopotamia, diuq; non visum, osculo excepit, Gene. 33. Iacob Rachelem salutat osculo Gene. 39. Raguel Tobiam, Tob. 7. Ioseph. omnes fratres, Gene. 45. Hinc August. lib. 1. quæst. supra Gene. cap. 87. ait, consuetudinis fuisse in illa simplicitate antiquorum, vt propinqui propinquos oscularentur. Sic Iudas osculo salutat Dominum: Luc. 15. legimus, patrem exosculatum esse perditum filium pœnitentiam agentem: & præsbyteros Ephesinos Paulum postremò eis valedicentem. Elisæus vocatus ab Elia, vel tantum pallio tectus, petit vt sibi liceat osculari patrem, & matrem: quòd & facit, addito insuper sacrificio, & amicorum cõuiuio. Iacob patriarcha nepotes suos ex Iosepho, quos illi adduxerat, osculatus, & amplexatus fuit, Gene. 48. vers. 10. Sic Arpa discessura, vt Ruth. libro 1. scriptum est, socrum suam osculata est, ei hoc modo valedicens. Geneseos 31. Labau conqueritur Iacobum fuga sua non permisisse, vt osculari posset filias suas. Sic secundo Samuelis decimonono, Dauid Barzillai dimittit osculo. Tobias decimo, Raguel Saram filiam suam. Ex his constat apud Iudæos in amicorum congressu, atque digressu osculationes mutuas fuisse vsurpatas. Interdum etiam

etiam dissidentes facta reconciliatione testabantur osculo depositam offensam, vt 2. Sam.14. Dauid Absolomo seditioso reconciliatus, eundem osculo excepit. Huc etiam referri potest illud osculum Luc.15. quod pater filio prodigo, quem in gratiam receperat, fixit. Interdum etiam fuit testimonium approbatae virtutis. Vt Darius Zorobabelem rectè de veritate disserentem osculo complectitur, 3. Esd.4. Hinc Prou.27. scriptum est, Meliores sunt plagae diligentis, quàm fraudulenta osculа odio habentis. Tale fuit Iudae osculum, quod Christo dedit Matt.26. Marc.14. Luc.22. & Ioabi, qui Amasum osculatus occidit, 2. Sam.20. & filij illius, de quo est in fabula, qui simulans se velle matrem osculari, cùm ad supplicium duceretur, ore admoto, auriculam eius mordicus auulsit. His quoq; annumerari meritò debet Absolomi illud hypocriticum osculum 2. Sam.15. Is enim inuasurus regnum patris, osculabatur manus accedentium, hoc modo insinuans se in gratiam populi, vt ab illo rex crearetur. Porrò in Apostolica & primogenia quoq; illa Christianorum ecclesia, Christianos mutuis osculis mutuam charitatem, animorumq; in eadem religione consensum contestatos fuisse, satis constat. Hinc dicitur osculum sanctum, vt 1. Cor.16. & 13.1. Thess.5. osculum charitatis 1. Pet.5. quia eius fuit symbolum. Hic mos diu in ecclesia primitiua durauit, & inde factũ, vt graui de causa tempore cœnae Dominicae, praesentes sibi osculа mutua dederint. Quòd enim in actione profitebantur, id hoc symbolo confirmare volebant, consensum scilicet & charitatem: de quo vide Tertull. in Apolog. & Iustinum in 2. Apolog. vbi elegantissimus de hoc osculo legitur locus. Inter cetera ait, ἀλλήλους φιλήμασι ἀσπαζόμεθα, παυσάμενοι τῆς εὐχῆς. Augustq; in libello de Anima c. 6. idem testatur, quo in loco osculi vsum legitimum, his verbis elegãter exprimit. Corporale, inquit, osculum impressione labiorum, certis & honestis horis conceditur: vt in reconciliatione, in pacis contestatione, communione cœnae, amoris professione, vt inter sponsum & sponsam, cum aduena & hospes suscipitur, & in Catholicae vnionis signo. Ambros. in cap. vlt. 2. epist. ad Corinth. Sunt quaedam osculа spiritualia, non carnalia, in quibus testimonium synceræ, & purae charitatis apparet, non autem affectus libidinosi indicium est. Hic autem mos se inuicem osculandi in sancta synaxi postea mutatus est in osculationem circumgestatae crucis, aut aliquarum reliquiarum, quam Pacificale nominant. Sacris pontificijs Romae ritu solenni per mutuas osculationes pacis augurium celebratur, de quo extant hi versus:

Ipse etenim casta dum operatur mente sacerdos, Oscula dat, quae dent ille vel ille alijs.

Pierius in Hierog. Apud Persas quoq; amicos sese inuicem osculo excipere fuisse solitos, Xenophon in Cyri praedia, & Herodotus in Clio testatur. Salutationis loco, inquit Herod. in via sibi occurrentes, se mutuò salutant. Quòd si alter paulò fuerit humilior, genas osculantur duntaxat: Sin autẽ alter fuerit multò inferior dignitate, prostratus adorat honoratiorem. Apud Lacedæmonios osculа non modò concessa fuerunt, sed etiam instituti ludi, propositaq; praemia ijs, qui seniores lepidius suauiarent. Nisæorum id inuentum, & à Megarensibus etiam in honorem Dioclis obseruatum: de quo vide Cæl. lib. 15. cap. 9. Apud Græcos quàm osculandi mos fuerit vsitatus, ex suprà cõmemoratis testimonijs satis liquet. Apud Romanos mulieres cognatos suos osculo salutabant, cuius à Plutar. in prob. Rom. Prob. 6. multae rationes afferuntur, vbi inter alia osculum illud dicit consanguinitatis tesseram fuisse. Cato hoc ideo institutum tradit, vt explorarent, an mulieres temetũ olerent. Capitale enim erat Romanis fœminis gustare vinum: ideoq; ferunt fœminam, quae sub Romulo vinũ biberat, à marito impunè occisam. Huc videtur referri posse illud Hieronymi: Vinum, inquit, nunquã redoleas, ne fortè illud philosophi audias: Hoc non est osculum porrigere, sed vinũ propinare. Osculа quippe salutabant priores. Eadem de re disserit in lib. de Mulierum virtutibus, vbi honoris, ac praemij loco has fœminarum Rom. salutationes sancitas fuisse tradit. Nam cùm Aboriginibus in Tyberim inuectis, Roma quaedam nomine inter mulieres, quas secũ adduxerant, nobilis, auctor fuisset vt classis absumeretur incendio, ac proinde ibi coacti fuissent sedẽ figere, hocq; illis fœliciter successisset, ad auspicati illius facti memoriam propagandam, hoc honoris genus mulieribus constituerũt. De hac consuetudine Rom. vide etiã Plin. lib. 14. c. 13. ex Cato. & Ath. lib. 10. c. 3. Alienae autẽ fœminae osculum figere, verbere dignum habitũ est, vt etiã testatur Aug. de Ciu. Dei li. 21. c. 11. Etenim iudicabãt, nõ carere suspicione sinistri affectus, alienae in collũ ruere. Ideo mos ille salutãdi postea rectè à Tyb. Cæs. edicto sublatus est. Princip. Ro. peregrè profecturi, & mox vrbẽ repetẽtes, ita cõdito more, Senatores osculo soliti fuerũt accipere, ac proinde in Ner. Tranq. Neq; aduenientes, neq; proficiscentes

Oscula fraudulenta.

Oscula Christianorum primitiuae ecclesiae.

Oscula Persarum.

Oscula Spartanorum.

Oscula Romanorum. Cæl. lib. 30. cap. 8.

Oſculandi genera.

quenquam oſculo impertiuit, ac ne reſalutatione quidem. Cæl. lib. 4. cap. 3. Donatus tria oſculandi genera facit. oſculum, baſium, & ſuauium. Oſcula, officiorum ſunt: baſia, pudicorum affectuum: ſuauia, libidinum vel amorum. Oſculum dare, præbere, ferre, Plauto in Epidico,

Quid eſt pater, quod me exciuiſti ante ædes? P. tuam vt matrem
Videas, adeas, aduenienti des ſalutem, atq; oſculum.

In Belgico, Flandria, Anglia, Gallia, non tantùm amicos, ſed & hoſpites oſculantur muliercule, & hi viciſſim illas. Hæc in genere de oſculo, nunc ad pedum exoſculationem reuertamur. Suprà dictum eſt, veteres non modò caput, oculos, genas, frontem, os, atque faciem, verumetiam manus, ac dexteram præſertim exoſculari fuiſſe ſolitos: verùm genuum atque pedum exoſculatio, quòd ſciam, illis non fuit vſitata Genua quidem apprehendere atque tangere, non autem oſculari ſolitos fuiſſe legimus: & tamen mos genua, pedeſq; Imperatorum oſculandi poſtea à Romanis vſurpari cæpit. De quo ſic ſcribit Pompeius Lætus in ſuo Compendio Rom. hiſtoriarum. Imperatores antea manus exoſculandas nobilibus præbebant, poſt ſuis manibus ſubleuabant ad oris oſculum. Vulgus genua oſculabantur. Diocletianus edicto ſanxit, vti omnes ſine generis diſcrimine proſtrati, pedes exoſcularentur: quibus etiam venerationem quandam adhibuit, exornans calceamenta auro, gemmis, & margaritis. Quòd feciſſe ante Caium Caligulam memorant, &c. Hæc ille. De C. Caligula ſic ſcribit Suetonius, C. Caligula Imperator oſculabatur paucos, manum ſuam, pedem nemini plurimis, ijſq; Senatoribus ad oſculandum præbebat: ita vt ij, quos ipſe oſculatus eſſet, ei etiam in Senatu gratias agerent, licet ſalutatores quotidie in conſpectu omnium oſcularetur. Teſtis eſt Seneca C. Iulium Cæſarem porrexiſſe ad oſculandum ſiniſtrum pedem Pompeio Pœno, vt ita oſtenderet ſocculum auratum, margaritisque diſtinctum: cuius etiam Polyd. Virgil meminit lib. 4. cap. 13. de Rerum inuent. Maximinus ſimiliter Imperator, ob corporis robur ſuperbiſſimus, pedes oſculandos offerebat ſe alloquentibus, teſtis eſt Alexand. ab Alex. lib. 2. cap. 19. Plutarchus quoq; teſtis eſt, Romanorum ſacerdotum pedes olim reliquos fuiſſe exoſculatos. Similiter Pontificum Rom. pedes, non vulgaris tantùm ſortis atq; conditionis homines: verùm ſummi quoq; reges atq; Imperatores exoſculantur. Sic olim Carolus Magnus Adriani Pontificis, teſte Blondo Decad. 2. lib. 2. & Crantzio in Metropoli lib. 2. cap. 1. Iuſtinianus Imperator Conſtantini Papæ, teſte Platina. Stephani II. Pont. pedes humi proſtrati oſculati ſunt Pipinus, filius eius Carolus Magnus, Luitprandus Longobardorum rex, & ſtapedes eius apprehenderunt, & frenum equi illius tenentes, ſtratoris officia ei præſtiterunt, teſtis eſt Martinus in Chronico, Blondus libro 1. Decad. 1. Heinricus V. Imperator ad veſtigia Paſchalis II. Ro. Pontificis corruit, exurgensq; in nomine Trinitatis, in ore, in fronte, in oculis pacis ei oſculum fixit, ſtratorisq; impleuit officium, moxq; dexteram Pontificis apprehendens, ad templum ſimul iuêre, Chronicon Caſſinenſe lib. 4. cap. 4. Sic Creſcentius Rom. Otbonis ſeueritatem formidans, Ioannem XVII. Pontificem à ſe profligatum, ex Hetruria reuocauit, eiq; cum cæteris Senatorij ordinis viris, ac plebis ingenti multitudine obuiam proceſſit, & ad pedes eius prouolutus, & eos oſculatus eſt, ſupplexq; veniam impetrauit, teſtis eſt Platina. De hac autem Pontif. Rom. deoſculatione pedum, ſic diſſerit Polyd. Virgil. lib. 4. cap. 13. de Rerum inuentione. Romani Pontifices, inquit, deoſculandos pedes exhibendi morem à Chriſto ſe accepiſſe prætexunt. At Chriſtus non Magdalenæ oſculandos pedes obtulit: ſed ſponte peccata fatentem, & ſuam miſericordiam non ſolo amplexu genuum, vt Ethnici, ſed etiam oſculo pedum implorantem, eius conſolandæ cauſa, admiſit. Hoc ipſum honoris genus alioquin non minus repudiaturus, etſi ſibi reuera debitum, quàm appellationem magiſtri boni. Sic quoq; Petrus Cornelium Centurionem ad genua procidentem manu ſua ſubleuauit, Surge, homo ſum, inquit, tui ſimilis: tantùm abfuit vt oſculandos pedes exhibuerit. Decipimur ſpecie recti, & ſæpè cum Caligula pedes protendimus, dum Chriſti humilitatem vel ſpernimus, vel fucato conſeruandæ Apoſtolicæ auctoritatis titulo exornare laboramus. Hæc ille. Solent quoq; multi Pontifici Rom. ſalutationis loco adſcribere deuota pedum oſcula beatorum. Hiſpani quoq; atq; Itali ſolent in ſuis ſalutationibus, ac valedictionibus dicere, Baſo tes voſtres mans, aut baſo tes voſtras podas, oſculor tuas manus, aut pedes. Hæc de oſculo, quòd vt olim, ita hodie quoq; honoris, & amoris ergò in ſalutationibus rectè adhiberi poteſt, modò abſit ſuperſtitio, ambitio, atq; libido, quibus plarunq; verus oſculi vſus corrumpitur, ac in fœdum, tetrumq; abuſum degenerat.

Mos genua pedesq; oſculandi.

Digitized by Google

Nunc operæpretium fuerit causas exponere, propter quas veteres in salutationibus atq; supplicationibus prophanis pariter atq; sacris & caput, & dexteram, & genua eorũ, quos salutabant, attingere, atq; etiam nonnunquam osculari consueuerunt: quarum lectio, vti spero, non iucunda modò, verumetiam vtilis erit. Eustath. in illa verba Ιλ. α.

Causæ cur veteres in salutationibus, atque supplicationibus certas corporis partes attingere, atq; etiam interdũ osculari consueuerint.

Καὶ μιν (scilicet) γουνάσομαι, καὶ μιν πείσεσθαι ὀΐω.

Veterum namque, inquit, hic mos fuit, vt supplicantes caput eius, cui supplicabant, & manum dexteram, vel etiam genua apprehenderent. Caput autem non totum contingebant, sed vel αἰδοῖα, secundum Homerum, hoc est, mentum: vel γένειον, siue μέσον γενειάδα, barbam, seu barbæ medullium, secundum illud Euripidis. ὀρθὸν δεξιὰν χρύπτουσα, καὶ θεόσωτον ἔμπαλιν στρέφουσα, ὡς μισῶ θεοσθυγῆ γενειάδα. Idem indicat etiam illud, μὴ θεὸς γενείου μὴ, ξένη τὰ φίλτατα, & ἀλλ' ὦ φίλον γένειον αἰδοῖ θιγὼν τίμει. Hoc autem fiebat διὰ τὸ ἡγεμονικὸν, ἐν αὐτῇ γὰρ τὸ λογιστικὸν, hoc est, quia caput pars est princeps corporis humani, in qua rationalis facultas consistit. Dexteram verò attingebant διὰ τὸ πρακτικὸν, quòd in illa maxima insit agendi facultas. Genua denique διὰ τὸ κινητικὸν, καὶ βαδιστικόν, hoc est, propter motus, & progressionis potentiam. Symbolicè itaque eos, quibus fiebant supplices, per caput quidem, quod attingebant, εἰς τὸ συνθέσθαι, καὶ καταινῦσαι, hoc est, ad consensum: per dexteram, εἰς τὸ πρᾶξαι, hoc est, ad actionem: per genua denique, εἰς τὸ κινηθῆναι, hoc est, ad progressum, ea quæ petebant, sibi præstandi causa, incitabant. Vel etiam vt illorum, quibus supplicabant, animi inclinarentur seu flecterentur, cùm in genibus potissimùm corpus frangatur, atque flectatur. Erant itaque hæc symbola quædam, & velut οἰωνισμοὶ τῆς ἱκετείας τέλος, hoc est, auguria finis supplicandi. Nec verò læuam siue sinistram manum attingebant, διὰ τὸ δύσοιωνισον. hoc est, mali ominis, siue augurij vitandi gratia. Non enim sinistra curabant, vnde etiam τὰ μὴ αἴσια, hoc est, non auspicata, σκαιὰ καὶ ἀπαρίστερα, læua seu sinistra nominabant: sicuti contra bona δεξιὰ, id est, dextra, dicentes, τύχῃ δεξίᾳ, fortunam dextram: & νόμῳ δεξιὸν, mentem dextram: & δεξιοῦσθαι, pro φιλοφρονεῖσθαι vsurpantes. Sciendum quoque est, addit idem, quòd licet supplicantes & caput, & dexteram, & genua apprehendere fuerunt soliti: tamen totum supplicationis actum veteres per Synecdochen vocabulo γονάζεσθαι expressерunt, idque propterea, quòd supplicantibus genua maximè sunt in promptu, cùm vel caput ob eius celerem conuersionem, vel dexteram, quæ nonnunquam absconditur, non ita facilè sit attingere. Posteriores ab hoc verbo γονᾶσθαι inuenerunt verbum γονυπετεῖν, quod componitur ἀπὸ τοῦ γόνυ, & τοῦ πίτειν, ex quo πιπτειν, vt ἀπὸ τοῦ ῥέπειν, ῥιπτειν, & hinc γονυπλισία deriuatur. Hæc Eustathius. De ijsdem sic Plinius libro 11. cap. 45. Hominis genibus, inquit, quædam & religio inest, obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt, adhæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortasis quia inest ijs virilitas. Namq; in ipso genu vtriusq; commissura dextra lævaq; à priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa, ceu iugulo spiritus fugit. Inest & in alijs partibus quædam religio, sicut dextra osculis auersa (quæ opisthenar dicitur) appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græcis in supplicando mentum attingere mos erat. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. His accedit tertius testis admodum locuples, qui in illa verba Æneid. 3.

Dixerat, & genua amplexus, genibusque volutus
Hærebat, &c. sic disserit.

Physici dicunt esse consecratas numinibus singulas corporis partes: vt aures, Memoriæ. Hinc est, Cynthius aurem Vellit & admouit: frontem, Genio: vnde, Deum venerantes tangimus frontem: Dextram, Fidei: vnde paulò post,

Auris sacra Memoriæ. Frons sacra Genio. Dextra sacra Fidei.

Ipse pater dextram Anchisæ, haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præsenti pignore (manuum coniunctione) firmat. Et,
Cur dextram iungere dextræ
Non datur. Item,
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.

Genua denique Misericordiæ consecrata sunt: vnde hæc tangunt rogantes. Hæc ille. Quòd ad genua duplex affertur ratio, cur illa in supplicationibus contingi fuerint solita. Vna est Plinij, quòd

Genua Misericordiæ sacra

Genua cur in supplicationibus contingi fuerint solita. Ratio prima.

nimirum in illis sit vitalitas, vt ipse loquitur. Hinc Theocritus οἷς γόνυ χλωρὸν, hoc est, quibus genu est viride, hoc est, qui vigent robore: cui simile illud Horatij, dumque virent genua. Sic Homerus quoque corporis vigorem, genuum vigore seu robore æstimauit. Vt Od. α.

Εν δὲ βίην ὤμοισιν, καὶ ἐν γούνασιν ἔθηκε.

Et sæpe apud illum genua λαὶ ψηρὰ, cum verbis μένος, βίη, ἀρετὴ, hoc est, vires, robur, virtutem significantibus coniunguntur. Hinc tritum illud θεοὶ ἐν γούνασι κεῖται, hoc est, in Deorum vi ac potestate situm est: tametsi nonnulli misericordiam (cui genua sunt consecrata) interpretantur.

γόνυ vnde dictum.

Hinc etiam Apollonij interpres, & Etymologici magni auctor, γόνυ volunt dictum esse quasi κόνυ, ἀπὸ τῦ κονεῖν, hoc est, ἐνεργεῖν. Alij tamen, vel quòd γονίαν, id est, angulum sui flexione facit, vel quasi ἀπὸ τῦ εἰς γῆν νένευκεν, quòd in terram inclinetur. Sic sæpe γόνατα ἔρρωσαι, τὸ ὀρθοῦν pro firmitate virium: contrà γόνατα λύεσθαι, βλάβεσθαι, & aliquem γόνατα λῦσαι, siue παῦλυσαι, pro virium eneruatione, & infirmitate apud eundem accipitur. Similes multæ in sacris literis reperiuntur dicendæ formæ. Vt Nahum. 2. Cor liquefactum erit, & collisio genuum, &c. cui simile illud Homeri Od. δ.

ὡς φάτο τῆς δ' αὖτε λῦτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ.

Psalm. 109. Genua mea debilitata sunt à ieiunio. Sic Homerus dies caniculares dicit virorum genua debilitare. Exec. 7. Omnia genua ibunt tanquam aquæ. Is. 35. Genua debilia roborate. Eadem

Ratio secunda.

locutio & Iob. quarto, & alibi reperitur. Secunda ratio affertur à Seruio, quòd genua misericordiæ sunt consecrata. Hinc Isidorus lib. 11. Orig. Genua, inquit, sunt commissiones fœmorum & crurum:

Genua vnde dicta.

& dicta genua, eò quòd in vtero genis sint opposita. Cohærent enim sibi ibi, & cognata sunt oculis lachrymarum indicibus, & misericordiæ: nam à genis genua dicuntur. Denique complicatum gigni, formariique hominem dicunt: ita vt genua sursum sint, quibus oculi firmantur, vt cani, & reconditi fiant. Ennius,

Atque genua comprimit arta genu.

Inde est, quòd homines, dum ad genua se prosternunt, statim lachrymantur. Voluit enim eos natura veterum maternum rememorari, vbi quasi in tenebris considebant, antequàm ad lucem peruenirent. Huc quoque facit, quòd Isa 66. vers. 12. Mollis piorum tractatio depingitur consuetudine matrum, quæ infantes suos curantes, aut cum ijs ludentes solent illos in genibus habere, ac motitare. Super latus, inquit, portabimini, & super genua latificabimini. Sic apud Homerum de Vlysse.

Παῖδα νεὸν γεγαῶτα κιχήσατο θυγατέρ' ἧς.
τὸν ῥα οἱ Εὐρύκλεια φίλοις ἐπὶ γούνασι θῆκε,
Γαυοιδόν τε κόρησιν.
Inuenit puerum, peperit, quem filia parum
Eurycleaillum mox inter genua locauit,
Destitit vt cænare.

Genes. 48. Iosephus dicitur ambos suos filios à Iacobi genibus eduxisse: inter quæ similiter illi forsan sedebant. Sic Iob. 3. Genibus quare exceptus sum? cur lactatus vberibus? Sic Rachel ad Iacobum: Ingredere ad ancillam meam, & pariat super genua mea. Ergo quia infantes nati obstetricum, atque nutricum genibus excipi primùm, & ab ijsdem, nec non matribus molliter genibus foueri & agitari consueuerunt: hinc quoque factum puto, quòd genua indulgentiæ, atque misericordiæ fuerunt consecrata. Nos quidem Christiani in salutationibus nostris sacris, siue supplicationibus Dei, & caput, hoc est, prouidentiam atque omniscientiam, & dextram, hoc est, fidem atque potentiam: & genua, hoc est, eius misericordiam, non quidem manu, sed mente, atq; fide nostra apprehendimus, & amplectimur.

Porrò his commemoratis salutandi modis, qui fiunt certarum partium corporis contactu, atque deosculatione, addere poteris complexum, qui hodie apud multas nationes est in vsu, ita, vt vel

Complexus.

conuenientes primum, vel digredientes sese mutuò manibus vel circum collum, vel circum humeros, vel etiam cinctum circumductis complectantur: cui cæremoniæ plerunque etiam osculum accedit. Sic Iacob patriarcha nepotes suos ex Iosepho, quos illi adduxerat pater, humanissimè osculatus est, & חבק לחם Iehabbec, laban, id est, amplexatus est illos, Gen. 48. v. 10. Hæc satis sunt dicta

dicta de varijs salutandi modis, in quibus omnibus cùm regionis in qua es, consuetudini tibi est seruiendum, à cæremonijs extraneis, & inusitatis abstinendum: tùm in primis danda opera, vt externis his actionibus, atque cæremonijs salutatorijs animus tuus respondeat. Nam detestanda est Christianorum quorundam hypocrisis, qui, quos externis verbis atque gestibus humaniter & honorificè salutant, illos animo suo contemnunt, oderunt, execrantur, perditos cupiunt, Iudæ proditoris similes. Qui quidem licet homines fallant, Deum certè minimè fallent, illumque seuerum aliquando, grauemque perfidæ huiusce suæ simulationis vltorem experientur. Nam quid hoc est aliud, quàm, vt est in prouerbio, altera manu panem ostentare, hoc est, ore, atque gestibus externis pacem, amicitiam, beneuolentiamque præ se ferre: altera manu gestare lapidem, hoc est, animo atque corde inimicitiam, & simultatem gerere, perniciemque cogitare? Detestanda quoque est alia Anabaptistarum verè misanthropos hypocrisis, qui neminem salutandum esse aiunt, & salutati ab alijs, neminem resalutant, similes superbissimorum illorum Numidiæ regum, qui Maiestate sua dignum esse existimabant, nulli mortalium vel osculum, vel salutem impertiri, & Neronis illius immanissimi monstri, qui nedum salute, sed ne resalutatione quidem quenquam impertiuit. Demetrium quoque ferunt, præter se, & Antigonum patrem regem nec nominasse quenquam, nec salutasse. Horum itaque regum superbissimorum, atque crudelissimorum imitatores existimandi sunt Anabaptistæ, qui contra multorum sanctissimorum hominum, atque etiam Angelorum exempla atque præcepta: contrà ipsius Dei mandata, quæ in sacris literis extant: imò contra ipsum ius naturæ salutationibus abstinent, abstinendumque esse præcipiunt. Salutationes constat ex sacris literis, à viris sanctissimis, ab Angelis, ab Apostolis, ab ipso Christo omnium sanctorum, angelorumque coryphæo atque principe & vsurpatas, & præceptas fuisse. Christus Matth. 10. 11. discipulis suis præcipit, vt ingredientes in domum aliquam, omnes eius incolas salutent, & salutationis formulam præscribit. Idem Matth. 5. Inimicos quoq; vult salutari. Ait enim: Si tantùm salutaueritis eos, qui salutarunt vos, quam mercedem habebitis? Nónne publicani id faciunt? Quòd autem præcepit, id exemplo quoque suo expressit. Salutabat enim Apostolos crebrò, dicens, Pax vobis. Et cùm esset à mortuis excitatus, dixit mulieribus, quæ à sepulchro redibant, Auete. Videtur item inter Apostolos fuisse consuetudo, vt accedentes, & reuertentes mutuò sese salutarent, ac etiam præceptorem, id quod vel ex hypocritica illa Iudæ proditoris salutatione potest colligi. Notæ sunt Paulinæ salutationes in principio, & fine epistolarũ. Idem Corinthijs, & alijs præcepit, vt se mutuò salutarent osculo sancto. Gabriel salutauit S. Mariam. Angelus Gedeonem saluere iussit, dicens, Dominus tecum. Mater quoque Samsonis audiuit ab Angelo salutem. Hæc exemplæ docent, salutationes esse opus honestũ, atq; pium. Præterea cùm salutatio nihil sit aliud, quàm fausta & fœlix precatio, si Dei iussu debemus pro nobis inuicem precari, certè debemus etiam nos mutuò salutare: & est hoc charitatis erga proximũ non postremum opus. Dubium quoq; nõ est, quin salutationes mutuæ plurimum faciant ad animorum coniunctionem mutuam tuendam atq; augendam. Ex quo ipso constat illas vtiles atq; necessarias esse in Christiana Rep. & ecclesia. Huc facit præclarum illud Augustini dictum Serm. 42. de Sanctis: Si quis obuium hominem sibi non salutarit, aut salutanti non reddiderit salutem, à viatore non habebitur homo, sed truncus, lapis, aut Mercurius, qui stans in via monstrat iter, & nihil loquitur. Anabaptistæ autẽ ad huiusce sui erroris defensionem citant illud quòd Christus Luc. 10. septuaginta discipulis dixit, In via neminem salutaueritis: quo nihil aliud significare voluit, quàm vt ne vllis alijs officijs atq; actionibus humanis, se à diuino suo munere auocari patiantur: aut si secundum literam illa verba sunt intelligenda, dicemus personale siue speciale fuisse illud præceptum, non generale. Augustinus in hunc locum, verbis hisce dicit exaggerationem significari festinationis: addit ibidem interpretationem subtilem, & allegoricam, Nos populo, inquit, dum prædicamus Euangelium, vobis vtique salutem dicimus: nulla quippe alia re, quàm Euangelio filij Dei potestis fieri salui. Proinde salutandi estis hoc genere salutis: at non in via, id est, obiter, vel obliquè: quòd illi faciunt, qui non ex animo prædicant veritatem, sed ad quæstum prædicant, ad honores, vel ad inuidiam, & odium alicui conflandum: non vt auditores Domino lucrifaciant, vt illi faciebant, de quibus Paulus Philippenses monuit. Nam qui viatorem salutant, non accedunt illum hac de causa, non ad eius domum proficiscuntur, vt bene illi precentur, sed obiter id faciunt; & in via (ἐν τῇ παρόδῳ) In einem furgang.

Quæ in salutationibus obseruanda

Detestanda hypocrisis in salutationibus.

Hypocrisis Anabaptistarũ.

Salutationes vsitatæ viris sanctis, Angelis, Apostolis, & Christo.

Salutationes honestæ, piæ, vtiles atq; necessariæ.

Cur Eliſeus famulo præceperit, ne aliquem in via ſalutaret.

Simile huic Chriſti præcepto eſt illud Eliſæi (quod etiam obijci poteſt) 2. Reg. 4. ver. 29. Eliſeus enim Gehazi famulo ſuo abituro inter alia mandat, ne quempiam in via ſalutet, nec ſalutantes vicißim ſaluere iubeat. Videtur ergo Eliſæus ſalutationes damnaſſe. Verùm hic mens Vatis magis, quàm verba ſpectanda. Nã vt Kimbi ſcitè vereq; expreſſit hoc in loco, non aliud ſibi voluit, quàm vt feſtinaret, nec moràs in via necteret: ſed animus illius, & cogitatio vni tantum rei atq; negotio, cuius efficiendi cauſa mittebatur, eſſet intenta: nec reſpiceret cor eius ad aliud quippiam, vel in ore vel in opere vel in ſermone. Vel etiam hoc præceptum dicemus fuiſſe ſpeciale pro temporis, aliarumq; circumſtantiarum ratione, propter quas ſalutationem illã differri aut ſuſpendi oportuit, cum alia grauiora officia eſſent obeunda. At, aiunt, neminem poſſe alteri ſalutem dare, igitur ſalutationes eſſe ſuperuacaneas. Reſpondeo, eodem argumento etiam deprecationes tolli, cum ſalutatio nihil aliud ſit quàm votum ſeu precatio quædam: nam ſalutantes proximum noſtrum, illi ſalutem nõ quidem nos damus, ſed à Deo, ceu vero ſalutis datore atq; auctore precamur. Superuacanea quoq; ſecundum hanc illorum argumentationem erit diligens illa & accurata benedictionis ſolemnis præceptio, qua Deus ſacerdotes vti voluit, vti Num. 6. ſcriptum legimus. Salutatio tamen non videtur eſſe impendenda excommunicatis & hæreticis obſtinatis, ſecundum illud Ioannis, Ijs non eſſe dicendum Aue. Hac de ſalutationibus, quæ cum apud alias nationes, tum apud Romanos fuerunt vſitatiſſimæ. Magni enim honoris loco ducebatur ſalutatio, & inter præcipua officia memorabatur. De ſalutationibus matutinis clientum, quibus ſuos patronos honorabant, & aliorũ ciuium, paſſim multa extant. Vnde ſalutantibus diſtribuebantur ſportulæ, ſiue pecuniarũ, ſiue cibariorũ quotidianorum. Et proceres eius Reip. pro foribus ædificarunt veſtibula, vbi conſiſterent & quodamodo ſtabularentur matutino tempore ſalutantes, priuſquam per Admißionales in ſalutatorio admitterentur. Ab hac quaſi conſiſtitione, ſeu conſtabulatione, quidam ſpatia illa volunt Veſtibula fuiſſe appellata, quæ à Græcis προπύλαια propylæa vocantur, Germ. Vorhof. Ouidius tamen in Faſtis, Veſtibulum à Veſta deduci exiſtimat,

Salutationes non eſſe ſuperuacaneas.

Veſtibula vnde dicta.

Hinc quoq; Veſtibulum dici reor, vnde precamur
Quam famur Veſtam, quæ loca prima tenet.

Legimus tamen quoſdam ſalutationis ſpetie & ſimulatione per inſidias fuiſſe occiſos. Hoc poſtremò coronidis loco addam, quod Adrianus imperator ſenatores ad epulas ſuas adeuntes ſtans (cum reliqui imperatores ſedentes) excipiebat, teſte Ælio Spartiano, qui etiam, vt teſtis eſt Dion Caßius Nicæus in eius vita, monenti olim cuidam vt quieſceret, reſpondit, præpoſitos rerum oportere ſtantes mori. Nec illud quoq; fuerit ſilentio prætereundum, quod Sigiſmundus Baro in ſuis Comment. de Moſcouitarum cæremonijs in ingreſſu in alterius domum adhiberi ſolitis literis memoriæque prodidit. In ſingulis ædibus & domicilijs imagines habent ſanctorum pictas aut fuſas in honorificentiore loco poſitas. Cum itaq; quis alium accedit, domum ingreſſus, caput ſtatim aperit, ac vbi ſit illa imago circumſpicit: qua viſa ter ſe crucis ſigno munit, caputq; inclinans inquit: Domine miſerere: dein ſalutat hoſpitem his verbis: Deus det ſanitatem. Mos porrectis manibus deoſculantur ſe mutuò, capitaq; inclinant. Deinde alter alterum intuetur, vter nimirum ſe magis inclinaret, atq; demitteret: atq; ita ter, quaterq; alternatim caput inclinantes, honoremq; ſibi inuicem exhibentes quodammodo concertant.

Porrò poſt mutuas illas conuiuatoris atq; conuiuarum ſalutationes, mutua plærunq; eorundẽ ſequuntur colloquia, antequam menſæ accumbatur. Conuiuator dabit operam, vt hora illa, qua conuiuæ adeſſe iuſſi ſunt, omnia cocta ſint atq; parata, ne conuiuis diuturna mora atque cunctatio moleſta ſit & odioſa. Quod ſi autem nondum cibis coctis neceſſariò illis aliquantiſper fuerit expectandũ, blandis ſermonibus atq; excuſationibus illos demulcere conabitur. Huc quoq; pertinet Athenæi præceptum lib. 4. Δεῖ γὰρ τὸν πρῶτον εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐρχόμενον ὅτι δεῖπνον μὴ γαστρίζομενον ὁρᾶν ὅτι τὸ συμπόσιον χωρεῖν, ἀλλὰ τι δεῖν αὐτὸν πρὸ φιλοθαμόνι, καὶ καταυοῆσαι τὴν οἰκίαν. Hoc eſt, oportet eum qui in primis in alienam domum ingreditur, non ita accedere ad conuiuium, vt ventrem ſtatim expleat, ſed aliquid prius videndi ſtudio tribuere, domumq; ipſam contemplari. Hoc docet exemplis nonnullis ex Homero & Ariſtophane petitis: Vt Od. δ.

Intrauere domum diuinam, ipſiq; videntes
Mirati ſunt ſpectantes: ſacri atria regis

Nam

Digitized by Google

Nam qualis splendor Solis, Lunæque nitentis
Fulgebat clari Menelai tecta per alta.

Ad idem docendum Aristophanis quoq; testimonio vtitur. Sic apud Plutarchum in eius Symposio Thales Periandri domum ingressus, palæstras spectauit, & lucum ad mare probè exornatum, non quòd eorum quicquam admiraretur, sed ne contemnere Periandrum, eiusve magnificentiam despicere videretur. Huc quoque facit illud Aristophanis in Comœdia Σφῆκες: vbi inter alia conuiualia præcepta, hoc quoque traditur. Επειτ' (*postquàm accubueris, antequàm cibi inferantur*) ἐπαινεσόντι τῶν χαλκωμάτων, ὀρόφων θέασιν, κρεκὰ δ' αὐλῆς θαύμασον. *Scholiast. Quoniam illi, qui in conuiuijs accubuerunt, antequàm cibaria inferuntur, laudant domus vasa, atque suppellectilem, domum, & ea quæ sunt in aula. Verùm quemadmodum domus conuiuatoris collustrari, & cùm ipsa domus, tùm si qua sunt illa laude digna, laudari possunt, ac debent: ita quoque summa est adhibenda cautio, ne quis curiosè nimis singulas domus partes, culinam præsertim, inspiciat ac perscrutetur, id quòd valdè odiosum est, ac inciuile: ac is præsertim, qui culinam ingreditur, aut nimis curiosis oculis introspicit, id vel malitia quadam, ac calumniandi studio, vel etiam delitiarum, cupediarumque amore facere videtur. Atque idcirco qui id faciunt, huiusmodi quodam apud Germanos prouerbio perstringuntur,* bůb/ oder mit dem hund auß der kuchy / *hoc est, pueri, atque canes è culina exeunto. Quo dicto vel pueris, vel etiam canibus gulosis atque molestis importuni huiusmodi hoomines comparantur. Huc quoque referendum est illud omuli cuiusdam dictum ad Antoninum Pium Imperatorem Romanum, Cùm in alienam domum veneris, & mutus, & surdus esto, testis Iulius Capitolinus.*

DE MANVVM PEDVMQVE ABLVTIONIBVS SACRIS ATQVE PROPHANIS ANte epulas remq; diuinam vsitatis.

CAPVT XXXIII.

De mannum, pedumq; lotione.

NVNC *vt reliqua, quæ cibi potusq; sumptionem antecedere solent, ordine persequar, inter illa manuum quoque, atque etiam pedum ablutio meritò est recensenda, quæ, vt hodie, ita olim quoque apud omnes ferè gentes ante cœnam, & quidem antequam mensæ accumberetur, vsitatissima fuit. Vnde apud Plaut. Al. Lauisti. Am. Quid posteaquam lauì? Al. Accubuisti. Lambinus: Priusquam mensæ accumberent, lauabant veteres maximè peregrè venientes. Dictum est supra de balneis, ac totius corporis ablutione, nunc de pedum tantùm, manuumque lotione dicendum, qua veteres cùm aliâs, tùm verò atque in primis ante epulas atque sacrificia, partim sanitatis, partim munditiei, partim religionis, partim denique superstitionis causa vsi fuerunt, id quòd exemplorum appositione facilè patebit. Ac primò quidem omnium apud Iudæos antiquitus huiusmodi pedum, manuumq; lotionem ante cœnam fuisse vsitatam, ex sacris literis satis constat.*

Pedum lotio.

Quò ad lotionem pedum, illa Iudæis, & Orientalibus omnibus in communi vsu fuit. Hoc autem officij genus apud Hebræos hospitibus atque peregrinis potissimùm exhibebatur, ita vt antequam illis cibus daretur, illorum prius pedes, itineris labore lassi, calidi atque puluerulenti abluerentur, refrigerarentur atque reficerentur, id quòd apud nos quoque post cœnam, antequàm cubitum eatur, fieri consueuit. Sic. Iudicum cap. 9. vers. 21. primò pedes suos lauisse, deinde comedisse atque bibisse dicuntur. Similiter Iosephi fratribus familiæ illius præfectus aquam dedisse scribitur, qua abluerunt pedes suos ante epulas, Genes. 43. Sic Patriarchas aliquoties legimus hospitum, quos exceperunt, pedes prius abluisse, ac deinceps illis cibum præbuisse, Genes. 18. & 19. Christo quoque idem officium nonnunquam exhibitum fuisse legimus. Sic enim mulier illa peccatrix Lucæ septimo, Christi in Simonis Pharisæi ædibus accumbentis, epulantisque pedes sacrosanctos lachrymis suis irrigauit, capillis abstersit, ore osculata est, vnguento denique odorato perfudit atque inunxit: & idcirco Pharisæo illi, à quo ad conuiuium fuerat inuitatus, exprobrauit, quòd sibi intranti

in domum eius, ὕδωρ ὅτι τοὺς πόδας οὐκ ἔδωκεν, aquam pedibus suis non dederit. Ex quo loco satis manifestè constat, hoc officij genus hospitibus atque conuiuis simul atque domum fuerunt ingressi, exhibitum fuisse. Huius porrò mulierculæ deuotio, vt scitè admodum Cyprianus loquitur in libro de Ablutione pedum, vsa est capillis pro linteo: oculis pro catino: lachrymis pro baptismo: tetigit, lauit, & vnxit vngnento. Mactata intrinsecus anima, proprium in sancta sanguinem intulit, singula suum præbuêre mysterium, cor contritum erupit in lachrymas, fides lauit, charitas vnxit. Hæc multa in conspectu tuo congerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit, quos protulit, de pœnitentiæ pixide vnguenta, quæ obtulit, caputq; pro suppedaneo strauit, crinibus circumfusis pedes sacros inuoluit, & terfit. Nihil sibi de se retinens, totam se tibi donauit: & tu affectum potius, quàm factum attendens: vngebas vngentem, abluebas lauantem, tergebas intrinsecus pœnitentem. Paulus quoque exigebat à probatis viduis, vt sanctorum pedes abluissent. Huiusce consuetudinis apud Christianos primitiuæ Ecclesiæ illustrè sanè laudabileque exemplum extat apud Sozomenum lib. 1. cap. 11. Tempore Quadragesimæ quidam ex itinere ad Spiridionem diuertit, quem cùm ille valdè fessum videret, Age, inquit, filia, lauato hospiti pedes, & quòd comedat ei appone. (en hîc quoque pedum lotio cibi sumptionem præcedit) Cùm verò filia responderet, nec panem, nec farinam seu polentam esse, & veniam petijsset, mandauit filiæ, vt carnes suillas, quas domi salitas habebat, coqueret: quibus coctis, hospitem fecit secum accumbere, deque appositis carnibus ipse cœpit comedere, hortans hospitem, vt idem faceret. Id cùm ille facere recusasset, dicereque se Christianum esse: Hanc, inquit, ob causam, eò minus recusare debes, Verbum enim Dei pronunciat, Mundis omnia esse munda. En egregium boni, hospitalisque patrisfamiliâs exemplum, qui ipsam filiam suam (sic apud Homerum filiæ regum hospites in balneis lauant) hospitis pedes lauare, eiq; carnes coquere, atque apponere iussit. 2. Sam. 11. versu 8. quod Dauid Uriæ dicit, Descende in domũ tuã, & laua pedes tuos, videtur Synecdochicôs, antecedens pro sequente poni, siue pars pro toto, hoc est, Ede, bibe, cura corpus tuum, quoniam ante cibum, & potum solebant pedes lauare. Quoniam autem olim ad hanc rem vtebantur ministrorum, & seruorum opera, idcirco lauare pedes aliquando significat sordidissima, & ignobilissima quæque munera obire. Sic enim Abigail post mortem Nabalis, facietenus sese in terram incuruans, respondet Dauidi, ipsam in vxorem ambienti, 1. Sam. 25. Ecce ancilla sit tua famula, vt lauet pedes seruorum domini sui: tametsi R. Kimbi putas, eam his verbis significare nuptias cum aliquo ex famulis Dauidis, quòd vxores solerent illis temporibus maritis suis lauare pedes. Sic Christus, vt perfectum suæ humilitatis specimen ederet, quod discipuli imitarentur, eò sese abiecit, atque demisit, vt illorum pedes lauaret, de quo sic Ioannis cap. 13. Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cùm accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. De hac lauatione pedum multa præclarè, & diuinitus disserit Augustinus Tractatu 56. & 57. in Ioannem, cuius inter alia hæc sunt verba consolationis plenissima: Humani, inquit, affectus, sine quibus in hac mortalitate non viuitur, quasi pedes sunt, vbi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur, vt si dixerimus, Quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & veritas in nobis non sit. Quotidie igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis, & quotidie nos opus habere, vt pedes lauemus, id est, vias spiritalium gressuum dirigamus, in ipsa oratione Dominica confitemur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et Tract. 57. Baptismo quidem totus homo abluitur, sed dum iste postea viuit in sæculo, humanis affectibus terram, velut pedibus calcans, ipsa scilicet vitæ huius conuersatione contrahit, vnde dicat, Dimitte nobis debita nostra. Ac sic etiam inde mundatur ab eo, qui pedes lauit discipulis suis, nec desinit interpellare pro nobis. Huc quoque facit egregia illa Cypriani precatio, in Tractatu de Ablutione pedum sub finem, digna quæ semper in mente, atque ore nostro versetur, Clementissime magister, inquit, quoties ego doctrina tua transgressus sum regulas, quoties edicta tua, Domine sancte, contempsi: & cùm diceres mihi, Reuertere, non sum reuersus: cùm minarere, non timui: cùm bonus esses, & lenis, exasperans fui, vltra septuagies septies in cœlum, & coràm te peccani, quæ tot sordes abluet? quis abradet stercora conglobata? Quicquid dicat Petrus, necesse est, vt ipse nos abluas, neque enim lauare nos possumus, sed in omnibus, quæ agimus, indulgentiæ tuæ lauacro indigemus. Ad mensæ tuæ participationem Iudas proditor est admissus, sed ab hoc lauacro salu-

Spiridonis filia lauit hospitum pedes.

Cærnis suillæ esus.

Lauare pedes pro sordido ministerio.

Christi exemplum.

NOTA.

tari ex-

tari exclusus: lauari in fine non potuit, quia apostolatus sui honorem detestabili cupiditate fœdauit. Quia verò apud te fons vitæ est, & miserationum quæ à sæculo sunt profunditas infinita, quos abluisti baptismo, quos lauisti sanguine tuo, quos semper lauas quotidiana peccata donando, transfer à paludibus sæculi huius, & luto vitæ præsentis ad purgatissimum gloriæ tuæ regnum, vbi nec scabies vlla, nec lippitudo, vbi nemo fluxum sanguinis patiens, nemo immundus, vbi nullo amplius opus est lauacro; configurato corpori claritatis tuæ corpore nostro, secundum promissa tua, necesse est vt impleas, & qui incepisti in nobis opus bonum, perficias, solidesq; per te Christum Dominum nostrum. Ad hunc porrò morem abluendi hospitum pedes, Paulus quoque alludit 1. ad Timotheum 5. capite, de vidua in Diaconissam eligenda verba faciens, si lauit pedes sanctorum, quo & hospitalitatem & humilitatem eius notat. Hoc enim magnam animi demissionem arguit, cum vilissima & sordidissima hominis pars ferè sint pedes, quos qui ita contrectare, & curare non grauabitur, certè nec vilia quælibet alia munera & ministeria, quæ pauperibus ægrotantibus impendi necesse est, obire nunquam recusabit. Egregium quoque pœnitentis humilisque animi exemplum edidit mulier illa in Euangelio, quæ Christi pedes suis lachrymis lauit, suisque capillis, quibus mulieres valdè superbiunt, extersit. Psalm. 60. v. 10. Moabum, hoc est, populum Moabiticum Deus per contemptum appellat ollam, vel peluim lotionis suæ, & super Edom dicit, se proiecturum calceamentum suum, hoc est, Moabitæ mihi seruiliter subiecti erunt, veluti lebes, & peluis, in qua pedes lauare soleo, quæ Festo pelluuium dicitur, & peluis, Græcè ποδόνιπτρον, & νιπτὴρ Ioannis 13. & ποδονιπτὴρ Clementi Alex. Herodotus lib. 2. literis memoriæq; prodidit, Amasin regem Ægyptiorum peluim habuisse aureum, in qua tàm ipse, quàm omnes semper conuiuæ pedes abluere, atque etiam in illam euomere, atque emingere consueuerunt. Hanc rex ille tandem confregit, ex eaque Damonis statuam fecit, & in celeberrimo vrbis loco statuit. Hæc de pedum ablutione.

Pelluuium pro idolo cultum.

Nunc de manuum lauatione dicamus, quæ, vt hodie, ita antiquitus apud Iudæos ante epulas, atque sacrificia vsitatissima extitit. Scribæ & Pharisæi, vt Matthæi 15. scriptum est, Christum interrogantes, aiunt, Cur discipuli tui transgrediuntur traditionem maiorum? non enim manus suas lauantur, quando panem (hoc est, cibum) comedunt. Idem testatur Marcus 7. cap. Pharisæi, inquit, & Scribarum nonnulli qui Hierosolymis venerant, cùm vidissent quosdam ex discipulis Christi, κοιναῖς χερσὶν, τοῦτ' ἔστιν, ἀνίπτοις, communibus seu pollutis, hoc est, illotis manibus, panes comedere, illos grauiter reprehenderunt. Nota hic, commune vocari id, quòd est prophanum, impurum, & immundum: qua significatione idem vocabulum etiam Actorum 10. ad Romanos 14. & Hebræos 10. accipitur, vt etiam vernacula nostra lingua, Gemein/ist vnrein/hoc est, commune est immundum. Hinc κοινῶν, hoc est, communicare, Matthæi 15. Actorum 21. & 10. inquinare, & polluere, significat. Sunt etiam, qui nomen Latinum cœnum, à communi ductum putant. Addit Marcus Euangelista: Pharisæi enim, omnesque Iudæi, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι. Theophilact. illud πυγμῇ interpretatur, ἄχρι τοῦ ἀγκῶνος. πυγμὴ γὰρ λέγεται, τὸ ἄπο τοῦ ἀγκῶνος ἄχρι καὶ τῆς ἄκρων δακτύλων, hoc est, à cubito, ad digitos vsque extremos. Huiusmodi videri queat illa Turcarum lotio, quæ Abdar dicitur, alij Aptam vocant, quinq; sensuum organis perneccessaria: qua manus, & brachia ad cubitos vsque abluunt: dehinc os, nares, & totam faciem ad aures vsque, &c. vt testis est Cuspinianus. Ideo (inquit Camerarius in hunc locum) sicut opinor, quòd Græci, illud spacium inter mensurarum nomina ponentes, πυγόνα appellarint. Addit idem, πυγμῇ quod crebrò interpretati sunt, videtur à pugilum iteratis pugnis translatum esse, qui sunt πύκται, & πυγμάχοι, & πυγμὴ illa est pugna. πυγμὴ igitur iterum, atque iterum, neque causa esse videtur, cur alia scriptura exquiratur. Beza, Quasi pugillatim, inquit, dicas, vt, translatione à pugilibus sumpta, summum lauandi studium, ac veluti certamen. Idem, sicut ἀσυγὴ tertius casus συγῇ aduerbialiter accipitur, sic etiam πυγμῇ deriuari put à πυγμὴ, quòd non modò decurtatam cubiti mensuram: sed ipsam quoque pugillationem, hoc est, pugilum certamen significat. Syriaca versio habet, nisi רבטילאית Dabbe thilaith, diligenter lauerint manus, &c. Addit Marcus, Tenentes maiorum traditionem: & à foro venientes, hoc est, à negotijs forensibus, ne cibum quidem capiunt Pharisæi, & omnes Iudæi, nisi prius βαπτίσωνται, id est, se in aquas demerserint, id est, abluerint, sicuti poculorum quoque, ac sextariorum, & æru-

De manuum lauatione. Iudæis vsitata manuum lauatio ante epulas & sacrificia. Pharisæorum manus lauandi consuetudo. Cõmune quid significet.

Cœnum vnde dictum. πυγμὴ.

Turcarum lotio.

Digitized by Google

Baptisterium.

Βαπτίζειν propriè quid.

Pharisei à Christo reprehenduntur.

Plutarchi sententia elegans

Iudæorum consuetudo superstitiosa.

Sacerdotum apud Iudæos mos abluendi manus ante sacrificium, lege diuina institutus, & cur.

Non solum ante sacrificia atque epulas, sed etiam aliàs Iudæi manus abluebant.

mentorum, & lectorum ablutiones ijsdem vsitatissimæ fuerunt. Hìc βαπτίζεσθαι plus est, quàm χερνίπτειν, quod illud videtur de corpore vniuerso, vnde Baptisterium, de quo supra: istud de manibus duntaxat intelligendum. Neque verò βαπτίζειν significat lauare, nisi à consequente. Nam propriè significat tingendi causa immergere. Huc quoque pertinent sex illæ hydriæ lapideæ, quæ dicuntur positæ esse κατὰ τὸν καθαρισμὸν, id est, ad purgationem, seu lustrationem Iudæorum. Ioan. 2. Ex his ergo constat Iudæos, & in primis Pharisæos accurata manuum abluuione ante cibi sumptionem vsos fuisse, non modò sanitatis, munditiei, ac ciuilitatis cuiusdam causa, sed etiam religionis ergò, ita vt illam sine scelere prætermitti minimè posse existimarent. Persuadebant namq; sibi stulti illi homines, se externis huiusmodi lotionibus verè, & coram Deo à peccatis mundari, & idcirco externæ potius corporis ablutioni, quàm internæ animi munditiei, atque puritati studebant: neglectisq; Dei præceptis, quæ maximi erant momenti, atque ponderis, externas huiusmodi maiorum suorum traditiones, atq; præcepta mordicus tenebant, diligentissimeq; obseruabant. Quo sanè nomine à Christo, discipulos suos excusante, grauissimè reprehenduntur, quemadmodum Euangelistæ in sequentibus docent. Idem testatur Lucas cap. 11. Nam cùm Christus à Pharisæo quodam ad ientaculum siue prandium (ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ) vocatus esset, Christus domum ingressus, ἀνέπεσεν, accubuit. Id cùm vidisset Pharisæus, valdè admiratus est, quòd Christus non prius ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου, id est, ablutus fuisset ante prandium (hinc quoque colligi potest, prandia Iudæis fuisse vsitata) Christus itaque hac occasione Pharisæorum hypocrisin grauissimè reprehendit, dum eos dixit exteriorem poculi, patinæq; partem purgare, cùm intus pleni sint rapina, & scelere. Hoc simili ducto à re præsenti, vasis nimirum epularibus, docet, non corpus tantùm, sed etiam, & quidem multò magis, animum à vitiorum sordibus esse repurgandum. Huc quoque facit scita, & elegans illa Plutarchi sententia Sympos. lib. 1. Probl. 2. πολὺ μᾶλλον προσήκει τῆς ψυχῆς ἢ τὸν πλὸν ἀπονιψαμένους τὴν ποδ' ἀνιλαιρᾶς πότον ἀλλήλοις συμφέρεσθαι, id est, Multò magis oportet ex animo eluere, quàm cœnum à pedibus detergere, vt in conuiuio posimus facilè, & comiter cum alijs versari. Obseruandum porrò, hodie quoque à Iudæis eundem morem superstitiosè obseruari, tenentur enim lauare ante, & post cibum, ante gratiarum actionem: vnde dicunt vulgò, aquæ priores oderunt carnem porcinam: at aquæ posteriores interfecerunt hominem. Huiusmodi vsitatæ dicendi formula ex historijs siue fabellis quibusdam nata est. Ferũt enim quendã venisse in aliquod hospicium, qui cùm manus, antequàm mensæ assideret, non lauisset, hospes cum illum putaret non esse Iudæum, illi carnem porcinam apposuit. Deinde ferunt etiam alium quendam, eò quòd post cibum non lauisset manus, & vultum, remansisse de pisce, nescio quid, in barba, atque ita in forum abijsse: At quendam cum eum vidisset, adijsse vxorem, dixisseq;, Maritus tuus dixit, te aureos nummos tot debere mihi dare, quibus datis, abijt. At paulò post cùm maritus domum redijsset, vxorq; illi hæc narrasset, maritus iratus vxorem interfecit, quòd periculum, vt posthac euitetur, ainunt etiam Lauare manum ante cibum, liberum est cuiuis hoc facere, aut non: at post cibum tenentur hoc facere. Præterea sacerdotum olim apud Iudæos mos fuit manus abluendi ante sacrificium, lege diuina institutus: & populus quoque varijs ablutionibus vtebatur antequàm ad talem rem diuinam accederet. Quæ quidem lotiones erant institutæ, non quòd per se mundarent, vel delerent, atque expiarent peccata: (qua tamen prana opinione multorum animi erant imbuti) sed partim, vt commonefierent hac actione ad rem, cultumque diuinum non esse accedendum illotis manibus, hoc est, mentibus, atque conscientia polluta: sed prius vera pœnitentia animorum sordes deponendas, puritatisque, & innocentiæ studendum esse: partim quòd erant typi atque figuræ sanguinis Christi, quo verè ab omni peccatorum cœno emundamur. Nec verò ante sacrificia tantùm, atque epulas: verumetiam aliàs, quando contestari volebant se alicuius innoxios esse sceleris, neque impuros se facinoribus immiscuisse, assensumue præbuisse, in multitudinis conspectu manus abluebant, vt scilicet ex illa manuum munditia, animi puritatem indicarent: non secus, atq; Romani olim candidati magistratuum, vestis candore suam innocentiam, & animum alienum à sanguine, & crudelitate; candidum, & ingenuum (cuiusmodi sane in magistratu requiritur) propalàm venditabant. Hinc Deutero. cap. 21. præscripsit Deus cæremoniam, qua senatores ciuitatem lotione manuum testarentur, se innoxios esse à cæde reperti in vicinia cadaueris. Sic Pilatus, Matth. 27. suæ innocentiæ protestandæ gratia, vt qui in Christi innocentis cædem non consentiat, sed tantum Iudæorum importuni-

importunitate coactus, illum ad supplicium dedere cogatur, manus suas impunis atque sanguinolentas coram toto populo lauat. Verùm hæc manuum Pilati ablutio, ipsius potius Christi innocentiæ locuples testis extitit: qui quidem non propter suam, sed alienam potius culpam diros illos cruciatus, mortemque pertulit, qua verè immanes ac impuræ nostræ manus, mentesque fuerunt expiatæ. Ad huiusmodi autem legales manuum ablutiones Dauid alludit Psalm. 26. cùm inquit: Lauabo manus meas in innocentia, & circumdabo altare tuum, hoc est, studebo puritati vitæ, & innocentiæ, cuius signum erat externa illa manuum ablutio. Huic opponuntur impiorum manus atque dexteræ mali consilij, munerumque plenæ, de quibus mox in eodem Psalmo sequitur. Sic Psal. 73. vers. 13. per hypotyposin impiæ & prophanæ multitudinis cogitationes exprimens: certè frustrà, inquit, mundaui cor meum, & laui in innocentia manus meas, hoc est, frustrà studui innocentiæ, integritati, & honestati, vbi similiter allusio fit ad antiquas illas, & cæremoniales manuum ablutiones.

Huiusmodi porrò manuum, aliarumque corporis partium, nec non vestium ablutionibus Ethnicos quoque ante impura sua sacra summa cum superstitione vsos fuisse legimus. Theophrastus in libro Characterum δεισιδαιμονία ὄξι δειλία τις περὶ δαιμόνιον, ὁ δεισιδαίμων δὲ ὁπονιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιραντισάμενος ὕδατος ἱερᾶς δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν ἔστω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν. Paulò post: καὶ ὅτι τὰς τελετὰς κεφαλὴν λύσασθαι, καὶ πυκνὰ τὴν οἰκίαν καθαρίειν, καὶ δι' ὅπτασίαν μύησιν. Hæc verba Franciscus Robortellus sub finem libelli de Elegia, profert ex vetustissimo libro manuscripto, quem se habere dicit. Sic apud Virgilium Æneas nefas esse dicit, se attrectare sacra, quandoquidem tum primùm ex bello tanto, ac recenti cæde venerit, donec se flumine abluerit. Idem testatur receptum fuisse veteribus Sophoclis interpres super Aiacem. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 1. Constat, inquit, Dijs superis sacra facturum corporis ablutione purgari: cùm verò inferis litandum est, satis actum videtur, si aspersio sola contingit. De sacris igitur superorum ait Æneas, cùm se violatum nosset multa cæde pollutum,

Ethnicorum consuetudo.

Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec mè flumine viuo
Abluero.

Plura exempla vide de purificatione, ad sacra superorum pertinente deorum, ibidem. At Dido cùm sacra dijs inferis instituit, ait Æneid. 4.

Annam chara mihi nutrix hîc siste sororem:
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.

Et alibi. Nec non cum Misenum sepulturæ mandari refert, Æneid. 6.

Idem ter socios pura circuntulit vnda.
Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ.

Circuntulit aqua hîc idem est, quod aqua purgauit. Circumferre enim pro lustrare, verbum est antiquum, & pontificale, vt notat Seruius ad hunc versum. Sic Plau. in Amph. Quæso quin tu istanc iubes pro cerrita (tanquã insanam, & à Cerere irata vexatam) circumferri, hoc est, lustrari & purgari: propterea quod qui lustrant, eũ quem lustrant, sæpè aliquid circũferentes, circumeunt, vnde & lustrare circuire est. Inde & περιαγίζειν apud Græcos, & περικαθαίρειν, & περιμάσσειν, id est, circumpurgare, circumlustrare, quod res certæ certaq; februa siue purgamina circumferebantur ei, qui expiabatur. Et ὁπομάκτης, περιμάκτειαι, περικαθάρτης, qui lustrat. Sed & περισταρχᾶν dicebatur, qui domum aut concionem vrbemq; lustrabat, in quo nomine inest & circuitus quædam & ambitus significatio. De hac aquæ aspergine, & aspergello partim è rore marino, partim ex oliua fœlici, partim è lauro confici solita, & in genere de veterum lustrationibus, vide Turneb. Aduers. lib. 13. cap. 21. Sed & cum facit Æneam apud inferos ramum Proserpinæ consecratum, ita refert Æneid. 6.

Occupat Æneas aditum, corpusq; recenti
Spargit aqua.

Eadem de re sic Festus. Itaque funus prosecuti, ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod pur-

Ethnicis vsitatæ fuerunt aspergines aquæ lustralis.

gationis genus appellabant suffitionem. Præterea Ethnicis fuisse in vsu aspergines aquæ lustralis, historia Ecclesiastica testatur, in qua sic de Valentiniano scribitur: Cùm nondum esset Imperator, & comitaretur Iulianum Apostatam, venissetq; ad Fanum, ibi ædituus aqua sua illum aspersit. Ille indignatus, ei colaphum impegit, dixitque, Cur meam purpuram aqua tua contaminasti? Theodoretus, Ἑκατέρωθεν δὲ τῆς θυρᾶς εἰς ἡκεισαν νεωκόροι, ῥαντηρίοις τὰς εἰσιόντας ἀφαγιαζόμενοι ὡς ἐνόμιζον. Ab vtraque ianuæ parte steterunt ædituj, qui vasis plenis aqua lustrali ingredientes prius lustrabant, vt sibi persuadebant. Sozomenus: ἐπεὶ δὲ ἤμελλον ἐπιβαίνειν τοῦ νεὼ τοῦ ἀδύτου, ἄλλος τις ἀμβροσίας κατέχων ὁ ἱερεὺς νόμῳ ἑλληνικῷ ἀφεῖρραινε τοὺς εἰσόντας, id est, Cùm autem iam superaturi essent templi limen, sacerdos quidam ramos madefactos manibus tenens, ingredientes more Ethnico aspergebat. Aspergillum ex lauro potius fieri solitum, ex illo Iuuenalis patet:

—— Lustrari si qua darentur,
Sulphura cum tædis, & si foret humida laurus,

Id est, aqua perfusa, & madens ad aspergendum & purgandum. Eiusdem moris testis quoque est auctor libri de morbo sacro, qui Hippocrati vulgò ascribitur, cum tamen Galenus ex Hippocratis familia eximendum dixerit. Eius verba Latinitate donata hæc sunt. Deus itaque, inquit, est, qui maxima, & sceleratissima peccata purgat & purificat, & liberatio nostra existit: ipsiq; terminos templorum ac delubrorum nostrorum dijs designamus: vt nullus, qui non purus sit, eos transcendat. Et ingressi respergimur, non veluti qui inquinemur, sed, si quod etiam prius peccatum habemus, purificemur. Cicero libro 1. de Legibus docet, Aspersione aquæ labem corpoream tolli, & castimoniam corporis præstari. Vide & Augustinum libro 21. de Ciuitate Dei. Apuleius libro 9. Confestimq; discussa pigra quiete, alacer exurgo, meq; protinus purificandi studio, marino lauacro trado: septiesq; submerso fluctibus capite, quod eum numerum præcipuè religionis aptissimum, diuinus ille Pythagoras prodidit. Septies submerso capite. Ex superstitione priscorum, qui aqua fluuiali quasi purgatoria immergebant capita, iuxtà illud Pers.

Tyberino ingurgite mergis
Mane caput bis terq;, & noctem flumine purgas.

Iuuenalis quoque similiter,

Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis
Vorticibus timidum caput abluet.

Septenarius numerus in omnibus rebus potentissimus.

Cùm septenarius numerus sit in rebus omnibus, & potissimùm in religionibus potentissimus, scitissimè dixit, se septies caput fluctibus immersisse. Consimiliter libro quarto Regum. Helisæus Prophetæ inquit leproso: Vade, & laua te septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, & mundaberis. Item paulò post: Lauit, inquit, septies in Iordane, iuxta sermonem Prophetæ, & mundatus est. Septenario numero (vt auctor est D. Augustinus in Epistolis) vniuersitatis significatio sæpè figuratur: qui etiam ipsi Ecclesiæ tribuitur, quod est instar vniuersitatis. Clemens Alexand. libro 4. Stromat. Baptismatis imaginem à Mose Poëtis traditam fuisse dicit: vnde Homerus Penelopen dicit: ὑδρηναμένην καθαρῷ χροὶ εἵματ' ἐέσσαι, ἔρχεσθαι δὲ τὴν τῷ ὑπερῴῳ: hoc est, hausta aqua mundas gestantem in corpore vestes, venisse ad preces: & Telemachum ablutum manus pelago Mineruæ vota fecisse. Hunc quoque Iudæorum morem esse tradit, vt sæpe in ipso lecto tingerentur. Ac omnino de Christianorum, opinor, sui temporis moribus, verba faciens, inquit, λελουμένους φασὶ δεῖν ὅτι τὰς ἱερουργίας, καὶ τὰς εὐχὰς ἶναι καθαρὰς, καὶ λαμπρὰς, hoc est, Dicunt nos ablutos ad sacrificia & preces accedere mundos, & splendidos: & hoc quidem fieri signi symboliue gratia. Sed addit rectè à quodam dictũ esse, ἴσθι μὴ λυτρὸν, ἀλλὰ νόῳ καθαρὸς, hoc est, Esto non lauacro mundus, sed animo. Subiungit deinceps sententias quasdam, cuiusmodi est illa, notatu dignissimas: ἱκανὴ δὲ οἶμαι ἀνθρώπῳ κάθαρσις μετάνοια ἀνεμπλὴς, καὶ βεβαία, hoc est, Sufficiens, mea quidem sententia, hominis est purgatio, perfecta, firma, stabilisque pœnitentia. De labris atque vasis, cùm Iudæorum, tùm Romanorum, quæ ante templa posita aquas lustrales continebant, quibus sacerdotes atque populus ad sacra accessuri prius se aspergebant, vide Gulielmi Choulij librum Gallicum de Antiqua Romanorum religione. Athenæus libro nono: χέρνιψ, inquit, ὃ ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δηλόν ἐκ τῶν βωμῶν λαμβάνοντες, ἵν' ἐπὶ τῶν θυσιῶν

Labra atque vasa quibus lustrales continentia.

χέρνιψ.

ἐπιτέλῶσι

ὑπὸ ἴλυν, καὶ τούτῳ περιραίνοντες τοὺς παρόντας ἁγνίζον: hoc est, aqua erat, in qua torrem ex ara, in qua sacrificia peragebant, capientes tingebant: qua quidem aqua circumstantes conspergebant, atque purgabant. Hinc satis constat, aquam Christianorum benedictam, vt vulgò appellatur, siue lustralem, ex antiquis illis Iudæorum, atque gentilium cæremonijs promanasse: cuius tamen Polyd. Virgil. Alexandrum eius nominis primum Romanorum Pontificem auctorem facit, quem scribit instituisse, vt huiusmodi lustralis aqua sacraretur, & ad dæmonas effugandos, in templo, domiq; seruaretur. Turcæ quoque huismodi aquis lustralibus vtuntur, & quidem maximam illis vim tribuunt. Præparant se Turci ad orationem lotione, quæ apud eos triplex est, de quibus multa in illorum Alcorano legere licet.

Aquæ benedictæ origo.

Lib. 5. cap. 8.

Aquæ lustrales vsus apud Turcas.

Porrò vt apud Iudæos ita apud Græcos quoque moris fuisse, vt ante epulas manus lauarent, passim ex scriptorum veterum monumentis satis constat. Apud Homerum quidem semper ferè ante epulas ablutionis manuum fit mentio. Vt Il.

Græci quoque ante epulas manus lauarũt

ἦος καὶ ἀμφίπολιν ταμίην ὦτρυν' ὁ γεραιὸς,
Χερσὶν ὕδωρ ὄπι χεῦσαι ἀκήρατον, ἡ δὲ παρέστη
Χέρνιβον ἀμφίπολις ποδόχοον θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα.
Sic fatur, seruamq; senex capere imperat vndam
Inq; manus liquidam diffundere, constitit illa
In manibus, peluimq; tenens, gutturnium & ipsum.

Et Od. A.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος ποδόχῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος
Νίψασθαι. ——

Athenæus lib. 1. cap. 12. obseruatione dignum esse dicit, quòd Homerus Vlyssem manus lauantem facit priusquam cibum capiat, quòd in Iliade facientes nunquam reperiuntur: rationem addit: nam in Odyssea vita est otiosorum, & delicatè in pace viuentium: vnde illi corpora curant, balneis, lauacris q; indulgent, talis, ac pila ludunt. Hæc ille. Idem tradit Eustath. Od. A fol. 34.

In hac porrò manuum ablutione vt Iudæis, ita Græcis quoque, atque Romanis, alijsq; vsitata, hæc videntur consyderanda. Primò, personæ per quas illa fit. Apud Homerum cùm ancillarum, vt ex supra commemoratis testimonijs liquet, tùm præconum id fuit ministerium, secundùm illud Od. A.

In manuum ablutione consyderanda. Personæ.

Τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ὄπι χεῖρας ἔχυδον,
Σῖτον δὲ δμῳαὶ παρενήνεον ἐν κανέοισιν.
Inq; manus lympham præcones fundere primùm
At seruæ panem vineis gessere canistris.

Fuit omnino hoc apud Græcos, & Romanos seruorum officium, secundùm illud Virgil.

Dant famuli manibus lymphas, cereremq; canistris
Expediunt, tonsisq; ferunt mantilia villis.

Sic Eliseus, Eliæ prophetæ discipulus atque minister describitur ab hoc ministerio 2. Regum tertio, versu vndecimo. Nam quidam ex famulis Ioræmi regis inquit: Est hic Eliseus filius Saphati, qui fundebat aquam super manus Eliæ, id est, illius minister, nam synechdoch. pars pro toto accipitur. Iudæi fabulantur pro suo more, in monte Carmelo, cùm Elias contrà Baalitas certaret, suumque madefaceret holocaustum, velletq; impleri aquis foueam, quam altari circumduxerat, Elisæum ad eius manus fudisse aquas, vtq; non deficerent, vi diuina illius digitos ita cepisse destillare aquas, perindè ac si versi fuissent in totidem fontes.

Deinde consyderanda instrumenta manibus, pedibusq; abluendis, & abstergendis destinata. Hebraicè מזרק misrak, gutturnium dicitur, etiam alio nomine מכסב miscab, id est, vas, ex quo effunditur guttatim aqua ad manus abluendas. Eustath. Il. Ω. ποδόχοον Homero, λέβης χέων ὕδωρ τὸ κατὰ χειρός. Apud Homerũ hæc memorantur: ἡ ποδόχος, siue ποδόχους. Eustath. Od. α. ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὸ ὕδωρ. & Od. Σ. δ' ἧς ὕδωρ χερσὶν ὄπι χέεται: aliàs & Od. Σ. ξεῖσαι ποτίζειν χρήσιμον: & alibi, ὃς τοδ' ὄχον significat. Pollux, ποδόχον Homero dicit esse τὸ ὑδροφόρον ἀγγεῖον. Latinè, Gutta Plinio, Gutturnium, aqualis Varr. manalis vrceolus à nonnullis à manando, vas angusti oris, vndè guttatim aquæ latex manibus affunditur. λέβης Homero, interprete Polluce,

Vasa & instrumenta.

ποδόχος.

λέβης.

χρόνιπτον.

ποδόνιπτον, ποδονιπτὴρ. χέρνιβον, χερνίβιον.

Materia lauationis. Aqua pura. χέρνιβα.

ὕδωρ κατὰ χειρὸς.

Discrimẽ inter κατὰ χεῖρας, & νίψασθαι sive ἀπονίψασθαι.

ἐστ τὸ ὑποδεχόμενον ἀγγεῖον. *Eustath.* Οδλ.α. λέβης, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον χερνίβιον καθ' ὃ νιπτόμεθα, παρὰ τὸν λαβὼν *secundùm veteres dictum*, *sive potius* ὅτι λείβεται ὕδωρ εἰς αὐτὸν. *Hoc etiam* λεβήτιον *posse dici Pollux testatur: vt* ποδόχυς, ποδοχοΐδιον, *& vtrumq; cheironiptron. Eustath.* Ιλ Ω. *in illa verba,* χέρνιβον ἀμφίπολος, *&c.* χέρνιβον, *inquit, Homerus præter suam consuetudinem hoc tantùm in loco dixit, quòd nos* χειρονιπτρον *appellamus, hoc est,* τὸ τὸ ὑγρὸν ὑποδεκτικὸν ἀγγεῖον, *id est, vas liquoris receptaculum, quod Homerus* λέβητα *vocare consuevit: aliâs* χέρνιβα *solet appellare* τὸ κατὰ χειρῶν διδόμενον ὕδωρ. *Pollubrum Festo, malluuium trulleum, vas quo aqua ex ablutis manibus polluta excipitur,* handbecke / handwasserschirr. Ἀπόνιπτρον *quoque* λεκάνην, *id est, peluim illam manibus lauandis destinatam à veteribus appellatam fuisse, Athenæus verisimile esse putat, lib. 9. vt* ποδόνιπτρον, *sive* ποδονιπτὴρ *Clem. Alex. &* νιπτὴρ *Ioan. 13. pelus, pelluium Festo, vas lauandis pedibus aptum, Idem* χέρνιβον *Homero, Atticis, teste Athenæo,* χερνίβιον *dicitur, Eupoli* χειρονιπτρον, *Epicharmus* χειρόνιβα *appellat. Apud Tragicos, & Comicos paroxytonos reperitur scriptum* χερνίβα. *Clem. Alex. lib. 2. cap. 3. Pædagog.* Τί δὲ ἡ κεραμεᾶ ἢ τὸ χερνίβιον, ἐὰν δέξηται τὸ ἀπόνιμμα τῆς χειρὸς, *hoc est, Quid verò si fuerit peluis fictilis, an ablutarum manuum sordes non excipiet?* ἐὰν δὲ ὁ ποδονιπτὴρ (*Ioan. 13.* νιπτὴρ *dicitur*) τὸ ἀπόνιμμα τῶν ποδῶν, *hoc est, & vas fictile, quo pedes lauamus, pedum sordes.* Περιῤῥαντήρια *quoque nonnulli vollunt esse instrumenta ad abluendas manus, verùm Brodæus lib. 1. Miscell. cap. 38. dicit pura fuisse in templis aut concionibus vasa, aqua lustrali plena, qua aut sacerdotes, aut aditui, ingredientes aspergerent: id probat nonnullis Theodoriti, Sozomeni, & Æschinis testimonijs, qui hac voce in illa significatione vtuntur. Illa porrò, quæ sunt manibus, pedibusq; extergendis, seu abstergendis (quod Græcis est,* ἀπομάσσειν, *sive* ἀπομάττειν,) *idonea, à Græcis* ἀπομαγεῖα, *&* χειρόμακτρα *appellantur, teste Polluce. Suidas,* χειρόμακτρον ὁ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται μανδύλιον, παρὰ τὸ μάττειν τὸν ὕλην: *à Romanis mantile vocatur, sic dicta ab extergenda materia. Sic Christus* λιντίω, *quo fuit præcinctus, cæpit* ἀπομάσσειν, *id est, extergere pedes suorum discipulorum. Et mulieris illius pœnitentis Luc. 7.* ἀπομαγεῖον *fuit capillitium illius, quo Christi pedes* ἐξέμαξε, *sive* ἐξέμαξε, *id est, extersit. De verbo* ἀπομάσσειν, *id est,* ἀποσπογγίζειν, ἀναμάσσειν, ἀπομάσσειν, *&* ἀπομάττειν, *vnde* ἀπομαγεῖον *secundum veteres, id est,* ἀπομαγμα, ἀποτύπωμα, τρυγὶς: *&* ἀπομάγματα, *&* ἀπόμακτρα, *id est,* ἀποκαθάρματα, *&* μαγδάλια, *vide Eustath.* Οδλ. τ. 684. *&* Οδλ. γ. 728. *Athenæus lib. 9.* χειρόμακτρον *vocabant, ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο* ὠμολίνῳ, *id est, manus abstergebant, quod Philoxenus Cytherius* ἐκμαγμα *appellauit: aliâs etiam* ὠμόλινον *vocatur, de quibus Athen. lib. 9. sub finem.*

*Nunc de materia lauationis dicatur. Illa est aqua, quæ vel est pura & simplex (*ὕδωρ ἀκήρατον, *hoc est,* καθαρὸν μὴ ἔχον κηρὸν τινα, *Eustath. interprete, ab Homero* Ιλ. Ω. *dicitur) vel mixta ex alijs quoque rebus.* Χέρνιβα *Homerus aquas, quibus manus abluebantur, appellauit. Eustath.* Οδλ.α. χέρνιβα δὲ τὰ εἰς χειρὸς νίμμα καταχόμενα, οἷς πολλάκις καὶ τὸ ἀφροσιδὲς τὸ καθαρτικὸν χειρῶν. *secundùm illud Antiphanis,* δὸς τὰς δ' ὦ ὕδωρ, καὶ σμῆγμα. *Pollux,* χέρνιβα μὲν τὸ ὕδωρ *Homerus appellat. Dicta est etiam* ὕδωρ κατὰ χειρὸς, καὶ κατὰ χειρῶν, *teste Athen. lib. 9. Eustath.* Οδλ.α. τὸ χεῖρας νίπτεσθαι ἀφ' ὃ χέρνιβα, καὶ χερνίπτεσθαι ἢ πλείων χρῆσις κατὰ χειρὸς εἴωθε λέγειν, καὶ κατὰ χειρῶν. *Aristophanes tamen Grammaticus, eodem teste, voluit, antiquos propriè* κατα χειρὸς *appellare solitos ablutionem manuum, quæ ante prandium, cœnamúe fiebat: quæ verò pòst,* νίψασθαι, *sive* ἀπονίψασθαι: *quod quidem discrimen qui ignorant, illos irridet. Idem discrimen inter* κατὰ χειρὸς, *&* νίψασθαι *Polemon quoq; statuit, teste Athenæo, & Eustath.* Οδλ. *pag. 34. ex Tryphone, & Ammonius. Aristoph. in comœdia* Σφῆκες. *Postquàm accubuerunt,*

ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τράπεζας εἰσφέρειν
δεῖπνον, ἀπονενίμμεθ' ἤδη καὶ δεδόμεθα.

*En hoc in loco primò ponitur accubitus: deindè ablutio manuum (*ὕδωρ κατὰ χειρὸς:) *tùm mensarum illatio: deinde cibi sumptio: postea* τὸ ἀπονίψασθαι, *id est, ablutio manuum: postremò libatio, quæ vsitato ferè more se ex ordine consequebantur. Scholiastes in illa verba (*ὕδωρ κατὰ χειρὸς) *subintellige petere. Nam hæc erat loquendi forma vsitata: Antequ mãensa inferretur,* ὕδωρ κατὰ χειρὸς δὸς ὦ παῖ: *peracta autem cœna,* ἀπονίψασθαι δὸς ὦ παῖ. *Aristophanes,* φέρε παῖ τα χέως

κατὰ

κατὰ χειρὸς ὕδωρ παρέπεμπε τὸ χειρόμακτρον, quod post cœnam factum est. Verum Athenæus & verbum νίψασθαι docet Homerum vsurpasse in ablutione manuum, quæ facta est ante epulas, & κατὰ χειρὸς nonnunquam dici de illa, quæ post cœnam fit: ita vt nullum videatur hoc esse discrimen, nisi forsan illud ab Atticis fueris obseruatum. Κατὰ χειρὸς δοῦναι, siue διδόναι κατὰ χειρὸς ὕδωρ τινί, Græcis idem est quod Homero ὕδωρ δοῦναι χεῖρας χίνειν, manibus dare aquas, siue id fiat ante cœnam, siue pòst. Sic κατὰ χειρὸς αἰτῆσαι, & κατὰ χειρὸς λαμβάνειν siue δέχασθαι, &c. Græci dicebant, vt apud Athen. videre licet lib. 9. vbi poëtarum quædam testimonia recitat. Polluci similiter τὸ νίψασθαι μὲν dicitur τὸ περὶ τῆς χορῆς: ἀπονίψασθαι δὲ τὸ μετὰ τὸ δεῖπνον. Tertullianus aquam, quæ manibus datur, aquam manualem appellat, Apologetici cap. 30. Post aquam manualem, & lumina, &c. Malluuium Festo, quo manus lauantur: Malluuia, quibus manus sunt lotæ: Pelluuia, quibus pedes. Idem, Malluuium latum in commentario sacrorum significat, manus qui lauet: à quo malluuia, quibus manus sunt lota: perindè vt quibus pedes, pelluia. Apud Caprum Grammaticum, vt annotat Turnebus in suis Aduersarijs, aqua, qua manus initio cœnæ, vel prandij lauamus, vel pedes abluimus, aquam eleganter pedibus, & manibus à veteribus appellatam fuisse, testatur: credo quòd aquam pedibus cum poscerent, & manibus, tantùm dicere solerent, Aquam pedibus, Aquam manibus, nullo adiecto verbo. Nec verò pura tantùm, & simplici aqua veteres ad manus abluendas vsos fuisse reperio: verùm etiam saponibus siue smegmatis, & odoriferis quibusdam vnguentis. Athenæus lib. 9. Veteres, inquit, vtebantur ad manus abluendas καὶ σμήγματι ἀπορύψεως χάριν, hoc est, Smegmata siue sapone, sordis depellendæ gratia: Vt testatur Antiphanes in Coryco, καλὸν δόντινα φέρειν ἀπονίψασθαι, δότω τις δ' εὖ ὕδωρ, καὶ σμῆγμα. Addit præterea, odoribus quoq; manus vngere fuisse solitos: καὶ δῶδ' ἐστι τὰς χεῖρας κατεχεῖντο τὰς ἀπὸ μαγδαλιᾶς πηρὰς ἀπομάσαντες, quas Lacedæmonij κυτάδας appellabant. Eundem hunc morem veterum vngendi manus rebus odoriferis, comprobat Epigenis, & Antiphanis testimonijs, nec non Philoxeni, cuius hæc sunt verba in libro quem inscripsit δεῖπνον. Ἔπειτα δὲ παῖδες ὑπὲρ ἴδοσαν κατὰ χειρῶν σμήγμασι ἐλαιομίκτοις χαλκάλπης ὕδωρ ἐπεγχέοντο τόσον, ὅσον ἐχρῆζεν, σὺν ἱματίοις λαμπραῖς σινδονύφοις δίδοσαν, χρίσματ' ἀμβροσίου μύρου, καὶ στεφάνους ἰοδαλίας, Hoc est, Pueri postea manibus aquas dederunt, cum saponibus irino vnguento mistis, quibus tantùm affundebant aquæ, quantum sat erat: dederunt præterea mantilia lintea, & vnguenta suauissimi odoris, atq; coronas violaceas. Et hæ videntur fuisse aquæ vnctæ, quarum Horat. lib. 2. Sat. 2. meminit, vbi Lambinus, Aquam vnctam, hoc est, vnguento, perfusam conuiuis præbere luxuriæ non ferendæ esse ait, siue ea aqua adhibeatur ad manus lauandas, siue ad balneũ. Nardum puluerem vento impactum laudat Dioscorides ad cheroniptram, id est, ad manuum ablutionem, Cel. lib. 28. cap. 1. Σμῆγμα, Theocriti scholiastes saponion interpretatur à σμήχω, id est, purgo. Verùm de Vnguentis, & vngendi more suo loco pluribus dicetur. Hodie quoq; Germani, & aliæ nationes aqua stillatitia rosarum, florum lauendulæ liquoribus, alijsq; aquis odoratis, ad manus in conuiuijs splendidioribus abluendum vti solent. Ἀπονιπτῆρα veteres, teste Athenæo, appellabant τὸ ἀπόνιμμα: (abwäſcheten) tametsi eadem voce etiam videntur vsi esse ad significandam λεκάνην, hoc est, peluim, quæ etiam χειρόνιπτρον appellatur. Eustath. τὸ δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν κατὰ πόδα ὑγρὸν ἀπονιπτῆρα ἐκάλεῖτο, siue χειρῶν ἀπόνιμμα. Propriè tamen, vt auctor est Athenæus libro nono, & post illum Eustath. annotat Od. Α. ἀπόνιμμα Athenienses appellabant illas lauationes, siue aquarum effusiones, aspersiones ue, quibus vel mortui, vel scelere aliquo polluti lustrabantur, seu expiabantur. Athen. ὅτι τῷ εἰς τιμὴν τοῖς νεκροῖς γινομένων, καὶ ὅτι τῷ ἐναγεῖς καθαιρόντων. Eustath. ἀπόνιμμα ὅτι τὰ χοῦν νεκρικῶν, καὶ ὅτι ἐναγῶν καθαιρομένων. Hunc verò morem super fossas, siue sepulchra mortuorũ aquas & vnguenta effundendi, nec nõ scelere aliquo obstrictos aquis expiandi Athenæus testimonijs quorundã poëtarum confirmat lib. 9. sub finem. Idem etiam hodie à Christianis fieri solet, qui in exequijs defunctorum sepulchra aqua lustrali solent aspergere. Obseruandum porrò est, veteres panibus quoque olim vsos fuisse ad manus abstergendum, quos deinde canibus proijciebant. Athen. lib. 4. de Arcadum sacris epulis verba faciens, inquit: μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, σπονδὰς ἐποιοῦντο οὐκ ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἀποματτόμενοι τοῖς ἄρτοις, καὶ τῷ ἀπομαγδαλίαν ἵνας & ἐπάφερε, τοῦτο ποιοῦντες ἕνεκα τῶν ἐν ταῖς ἀμφόδοις γινομένων νυκτερινῶν φόβων; Hoc est, postq; cœnam libationibus operarentur, non quidem lotis

Discrimẽ inter νίψασθαι, & ἀπονίψασθαι.

Aqua mixta saponibus, & odoriferis vnguentis.

Aqua vncta.

Ἀπόνιπτηρ veteribus quid

Ἀπόνιμμα proprie quid.

Panis vsus ad manus abstergendas.

Digitized by Google

manibus: sed iure seu offa, bucella, frusto panis, & quo se abstersérat quisque, id secum auferebat: id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitis solent accidere (quorum causa addit Eustath. ὈΔ.Υ, Hecate videbatur esse) Sic ille. Erasmus addit, arbitror sanè non inutile remedium aduersus canes in compitis adorientes viatorem. De his Apomagdalijs vide multa apud Erasmum in Chiliad. Eustathium, Pausaniam, Iulium Pollucem, Suidam, Aristoph. interpretem. Plutarchum in Lycurgo. Hæc de materia, olim in manibus vel lauandis, vel vngendis, & abstergendis adhiberi solita.

De modo lauãdi manus.

Nunc de modo manus lauandi dicatur. Antiquitus, sicuti ex Homero, & alijs scriptoribus constat, ancillæ, siue famuli gutturnium quidem aqua plenum dextra, peluim verò seu pollubrum, quo aqua excipiebatur, sinistra manu tenentes, ex gutturnio aquas super conuiuarum manus effundebant, atque ita illas abluebant: Deinde mantilibus eadem extergebant. Hoc ex multis Homeri locis colligi potest. Hinc Fabius Pictor, Aquam manibus dato, pollubrum sinistra manu tenento: dextra, vas cum aqua. Virgil. Æneid. 1.

Dant manibus famuli lymphas, Cereremq; canistris
Expediunt, tonsisq; ferunt mantilia villis.

Alij ergo, interprete Donato, aquam abluendis manibus dabant, alij mantilia porrigebant, quibus manus ablutæ tergerentur. Et Georg. lib. 4.

—— manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsisq; ferunt mantilia villis.

Ibi Seruius, Mantilia, quibus manus terguntur. Varro appellat mantelia, quasi manutenias. Eius Diminut. mantellum Plautus posuit in Sticho:

Nec his sycophantijs, nec fucis vllum mantellum obijciam.

Lucilius autem mantella dicit, Mappas, mantella, merumq;, quæ Græci μαίδλια vocant. Similis hodie ferè apud Gallos, Italos, Polonos, & alias nationes manus lauandi mos atque consuetudo obseruatur. Nam ministrorum vnus gutturnium, ex quo aqua funditur, dextra: malluium autem siue lebetem, quo aqua excipitur, sinistra tenens, aquam vel singulis, vel simul multis affundit. Adest deinde alius minister mantile ijsdem porrigens ad manus extergendum. Aliquando duo mantile illud longiusculum gestant, quorum vnus principium, alter extremum eius manibus impositum tenent. Sæpè tamen vnus idemq; minister & gutturnium, & malluium, & mantile humeris iniectum gestans, hoc conuiuarum manus lauandi, abstergendiq; ministerium obit. In Germania, gutturnia, malluia, atque mantilia parietibus sunt affixa, itaque conuiuarum singuli, quo ordine à conuiuatore ad accumbendum vocantur, ad gutturnia accedentes, manus αὐτοδιχονία, id est, sibimetipsis lauant, deinde mantilibus, quæ propè sunt, easdem abstergunt. Sed tamen in principum conuiuijs, antiquus ille, & multis gentibus familiaris mos, de quo paulò antea dictum est, obseruatur. Hinc in Imperatorio illo coronationis conuiuio, de quo suprà, omnium primus Brandeburgicus Elector, qui pocillatoris munere fungitur, è curia descendens, equum generosum conscendit, & ad mensam quandam, in medio foro positam, properans, auream inde pelluim, & mappam accipit, ijsq; in Curiam rediens Cæsari, & Regi, vt manus lauent, atque abstergant, administrat: postea pelus, mappa, & equus Comiti Zollerano antiquo iure cedit.

Quando & quoties in conuiuijs abluantur manus.

Dicendum nunc quando, & quoties in conuiuijs manus abluantur. Antiquitus & ante epulas, & in ipsis epulis, & post, manus lauari solitas fuisse reperio: id quòd ex suprà commemoratis locis satis constat, præsertim vbi de discrimine κατὰ χειρὸς, & νίψασθαι; item νίψασθαι, & ἀπονίψασθαι dictum est: quorum vno manuum lauatio antè cænam: altero, illa quæ fit post cænam, veteribus fuit significata. His adde, quæ Eustath. scribit Οδ. Α. pag. 34. σημειοῦνται δέ τινες οἱ παλαιοὶ ὅτι παρ' ὁμήρῳ πρὸ τῆς βεφομάτων λείσκονται νιπτόμενοι, ὡς αὖ λαγῶς ὅτι τὰς ἀπονίδας ἔλιξαν: οἱ δέ τινες καὶ μετὰ τὸ φαγεῖν ὡς εἰκὸς ἐνίπτοντο, σιωπᾷ ὁ ποιητὴς ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ κατὰ χρῆσιν τὸ καλυπτόμενον σιωπώμενον. Notandum apud Homerum conuiuis, postquàm sessum receperunt aquam fuisse datam, secundum illud Οδ. α.

—— οἱ μὲν ἔπειτα,
Ἐξείης ἔζοντο κατὰ κλισμούς τε, θρόνους τε
Τοῖσι δ' ἐπὶ χέρνιβας μὲν ὕδωρ ὄρσαις ἐπέχευε.

Digitized by Google

Sic apud Gallos postremas epulas conuiuis adhuc sedentibus aqua ad manus abluendas subministratur. Idem hodie quoque apud plerasq; gentes moris est. Celius lib.28.cap.1. Seruatum & illud veteribus dicit, vt per singula fercula manus abluerent, significat id Lampridius in Heliogabulo: Parasitis, inquit, in secunda mensa sæpè cæream, sæpè ligneam, sæpe eburneam aliquando fictilem, nonnunquam etiam marmoream, vel lapideam exhibuit: ita vt omnia illis offerrentur videnda ex diuersa materia, quæ ipse cœnabat, quùm tantùm biberent per singula fercula, & manus, quasi comedissent, lauarent.

Postremò de vsu quoque huiusmodi ablutionum quædam dicenda. Is duplex est, sacer nimirum, & prophanus. Sacer, rursus vel verè sacer, & religiosus, ad quem referendæ illæ manuum ablutiones veteris testamenti, antè sacrificia ab ipso Deo institutæ, de quibus supra: vel superstitiosus, cuiusmodi fuerunt illæ Iudæorum, præsertim Phariſæorum, antè cibi sumptionem manuum ablutiones, & gentilium, qui ad epulas, atq; sacrificia illotis manibus, atque pedibus accedere nefas esse ducebant. Hinc prouerbia ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν, illotis pedibus ingredi, & ἀνίπτοις χερσὶ, id est, illotis manibus, de quibus plura Erasmus in suis Adagijs. Æneas sophista in Epistola quadam, οἱ μὲν πολλοὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀνίπτοις ποσὶν ἐπιπηδῶσι τοῖς ἱεροῖς, id est, Plærique illotis, quod aiunt, pedibus irrumpunt ad sacra. Illotis manibus negotium aggredi apud Iurisconsultos dicitur, pro imparatum, ac non satis instructum accedere, deducta locutione ex Deorum sacris, ad quæ sine præparatione (cuius pars erat manuum ablutio) nefas fuisset accedere. Caius l.1.ff. de orig.iur. Deinde, si in foro causas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta iudicium expenere: quantò magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omissis initijs, atque origine non repetita, atque illotis, vt ita dixerim manibus protinus materiam interpretationis tractare? Hesiodus, in operis & diebus vetat, ne quis manè Ioui libet vinum χερσὶν ἀνίπτοις, id est, manibus illotis.

De vsu ablutionum.
Vsus sacer, duplex.
Religiosus.
Superstitiosus.

Μηδ' ἐπὶ νηὸς δὲ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν. Id est,
Ne vnquam manè Ioui vinum libaueris ardens
Illotis manibus, neque diuûm præterea vlli.

Ac ne vel amnem quispiam ingrediatur, aut fontem χέρνας ἀνίπτου, id est manibus illotis, idem præcipit. Sic apud Homerum rem diuinam auspicantur à manuum lotione, atque etiam conuiuium, vtpote rem sacrum.

Alter vsus ablutionis pedum, atq; manuum, est prophanus, qui partim ad munditiem, partim ad sanitatem corporis refertur. Nam primò, vt olim, ita hodie quoq; ἄλουτον pedes, ac præsertim manus cibum capere sordidũ, illiberale, atq; agreste putatur, conuiuis nauseam, fastidiumq; pariens. Similiter post cibi quoq; sumptionem manus cibis pinguibus sordidatæ omnino sunt abluendæ, ne ijs vel vestes, vel cæteras corporis partes contrectando inquines, atq; polluas.

Vsus prophanus,

DE MORE VESTES NONNVNQVAM QVASDAM ET ARMA DEPONENDI ANTEQVAM AD MENSAM accumbatur. De more sedendi ad mensam, de sedilibus atq; sellis. De more accumbendi mensę, de lectis accubitorijs, eorum nominibus, materia, apparatu, numero. De consuetudine standi, atq; etiam inambulandi in cibo capiendo.

CAPVT XXXIIII.

QVONIAM vt antiquitus, ita hodie quoque ferè moris est, vt conuiuæ, postquàm manus lauerint, ex ordine singuli mensæ assideant, siue accumbant: (tametsi apud Homerum sedentibus primò conuiuis, & aquas ad lauandum manus datas, & mensas singulis appositas fuisse leginus) idcircò non incommodè post manuum lotionem de conuiuarum accubatione, siue in genere de vario atque multiplici conuiuarum in epulando situ, & collocatione, videtur

Digitized by Google

esse dicendum. Prius tamen illud quoq; non est silentio prætereundum, aliquando pallia, vestesq; superiores, nec non gladios antè deponi, quàm mensæ accumbatur: aliquando hæc in ipsa quoq; mensa retineri. Apud nos quidem plærunque pallia, seu vestis superior deponitur. Nam simul atque conuiuarum aliquis domum est ingressus, statim vel ipsemet pallium deponit, vel, id quòd est ciuilius, ipsemet hospes seu conuiuator id honoris conuiuæ præstare conatur, vt illum pallio exuat: vel denique, si conuiua id non patitur (quòd etiam non facilè quis debet pati, nisi dignitate, auctoritateq; conuiuatorem longè superet) præstò sunt liberi, vel famuli, qui hospitis iussu, conuiuarum singulos pallijs suis prompte exuunt, illa certis in locis reponunt, & surgentibus è cœna conuiuis, ac discedere volentibus, illa reddunt, illorumq; humeris injiciunt. Eodem modo mulieres quoq; possit ingressum atque salutationem superioribus illis suis stolis (quas Schuben vocamus) vel ab ancillis & pedissequis suis, vel à familiaribus atq; domesticis exuuntur. Quò ad gladios, illi quoque aliquando deponuntur, præsertim si locus sit angustior: aliquando autem, & quidem plærunq;, gladijs accincti Germani mensæ accumbunt. In Aulis autem, & nobilium ædibus, ac magnæ dignitatis, auctoritatisq; virorum conuiuijs, moris est in Germania, vt conuiuæ pallijs amicti accumbant: quæ deponere in ciuile valdè ac rusticum habetur, nisi id Princeps, aut nobilis, qui supremum in conuiuio locum obtinet, id omnino voluerit. Apud nos quoq; in nuptialibus conuiuijs, mulieres superiores illas suas stolas, quas in alijs deponunt, in mensa solent retinere. Verùm antiquitus idem quoq; apud Judæos moris fuisse, vt pallijs amicti accumberent, Christi exemplo videtur probari posse. Is enim vt Ioan. 13. scriptum est, ex sacrosancta illa sua cœna, quam cum discipulis suis agitauit, surgens τίθησι τὰ ἱμάτια, id est, posuit vestimenta, nimirum pallium (sic enim τὸ ἱμάτιον, & σωληρμένως ἱματιάριον Atticè dixere, qui est amictus quidam exterior) καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτόν, id est, linteo sese præcinxit, ad lauandum discipulorum suorum pedes. Qua lauatione peracta, ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν, hoc est, accepto rursus pallio, accubuit. Hinc ergo colligimus, Christum pallio indutum accubuisse: qui cõmunis videtur tunc fuisse Iudæorum mos & consuetudo, cùm præsertim Christum in externo vitæ cultu νόμῳ καὶ χώρᾳ, id est, legi, atque regionis moribus sese accommodasse legamus. Scitè admodùm, vt illud quoq; obiter addam, Augustinus in illa verba, tractatu 55. in Ioan. illam vestium Christi depositionem, siue mutationem, hoc modo per allegoriam interpretatur: Quid autem mirum, inquit, si surrexit à Cœna, & posuit vestimenta sua, qui cùm in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit? Et quid mirum si præcinxit se linteo, qui formam serui accipiens, habitu inuentus est, vt homo? Et paulò pòst: Linteo quidem vt se præcingeret, posuit vestimenta quæ habebat: vt autem formam serui acciperet, quando semetipsum exinaniuit, non quod habebat deposuit, sed quòd non habebat accepit. Crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis, & tota illa eius passio, nostra purgatio est, Hæc ille. Verùm de conuiuiali habitu, & vestium commutatione, quæ in conuiuijs fieri solet, quoniam superà pluribus dictum est, idcircò eò nunc sum breuior.

De conuiuarũ situ.

Nunc de conuiuarum situ vario, atq; multiplici inter epulandum, collocatione, ordine, loco honoratiore, vel minus honorato, & alijs huiusmodi, quæ eodem pertinẽt, dicatur. Situs, Græcè τάξις, est relatio partium corporis inter se, quam ratione loci vel naturalis, vel fortuiti, in quo collocatæ sunt, habent. Is autem est duplex, naturalis, & fortuitus. Situs naturalis, est relatio partium inter se, quam ratione loci naturalis, in quo collocatæ sunt, habent: vt est situs membrorum corporis: vt situs capitis, sursum: ventris, in medio: pedum, deorsum. Situs fortuitus, est relatio partium corporis inter se, quam ratione fortuiti loci, in quo collocatæ sunt, habent: huiusmodi est cõuiuarum situs, inter epulandum triplex ferè, nimirum sessio, accubatio, statio: quibus tamẽ etiã inambulatio addi potest. Epulantur namq; homines vel sedentes, vel decumbentes, vel stantes, vel etiã inambulantes, vndè etiam cœnam ipsam vel sedentariam, vel discubitoriam, vel statariam, vel inambulantem (sicuti ab Apuleio dicitur) appellare possumus. De singulis ordine agemus, exordio ducto à Sessione, cen omnium antiquissima, & hodie quoque apud omnes ferè gentes maximè vsitata. Philo de Iosephò, seu vita politica, conuiuij, quo Iosephus fratres suos excepit, mentionem faciens, inter alia inquit: ἐξεῖς δ' ἐφεξάξαντο κατὰ τὰς ἡλικίας καθέζεσθαι, μήπω τῷ ἀνθρώπων ἐν ταῖς συμποτικαῖς συνουσίαις κατακλίσει χρωμένων, ἐθαύμαζον οἱ αἰγύπτιοι: hoc est, iussi deinde sedere iuxta ætatis ordinem (nondum enim discumbendi mos receptus erat) mirabantur, &c. Ex hoc ergò loco

1. De Sessione. Sedenti mos in epulis antiquissimus.

satis

satis constat, antiquissimum fuisse morem sedendi in epulis. Athen. similiter lib. 1. Εὐωχοῦνται, inquit, apud Homerum καθήμενοι, hoc est, epulantur sedentes. Idem eodem in libro, καθίζονται δ' ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες, ἀ κατακλίνονται, hoc est, sedent in conuiuijs heroes, non decumbunt. Id etiam Alexander rex aliquando imitatus est, vt auctor est Duris, qui cùm quadringentos duces aliquando excepisset conuiuio, illos in argenteis curribus sedere fecit, & in sellis purpureis, vestibus substratis, collocauit. Testatur Hegesander, neque in Macedonia moris fuisse quenquam in conuiuio discumbere, nisi extra retia aprum interfecisset: tunc temporis enim sedentes cœnabant. Itaque Cassander cùm trigesimum, & quintum vitæ suæ annum attigisset, tunc etiam comedebat sedens apud patrem, cùm certamen illud non potuisset perficere, quamuis robustus esset, ac bonus venator. Quin etiam vt apud Romanos virilis toga insigne erat virorum: sic apud Græcos fuisse in publicis conuiuijs accubationem Aristot. in 7. lib. de Repub. his verbis videtur indicare: ἐὰν δ' ἐ τὶς φαίνηταί τι λέγων, ἢ ποιῶν τῶν ἀπηγορευμένων, τὸν μὲν ἐλεύθερον, μήπω δὲ κατακλίσεως ἠξιωμένον ἐν τοῖς συσσιτίοις ἀτιμίας κολάζειν, καὶ πληγάς, Id est, Quod si constet aliquem quippiam eorum vel dicere, vel facere, quæ vetita erunt, isq; ingenuus sit, necdum in conuiuijs publicis accumbat, castigandus erit ignominia, virgisq; cædendus. Athenæus lib. 11. ab initio: Apud Adrastum καθίσαντες οἱ ἀριστεῖς δειπνοῦσι, id est, optimates sedentes cœnant. Et paulò pòst: Veteres sedentes cibum cepisse, vel ex illo quoq; manifestum esse dicit, quòd Autolyco, qui ex Ithaca ad diuitem populum venerat, sedenti nutrix cibum apposuit. Idem auctor lib. 5. καθίζοντο δὲ καὶ δειπνοῦντες οἱ τότε, Hoc est, tunc temporis sedebant cœnantes: vndè crebrò illud apud Homerum occurrit Odyss. α.

Ἐξείης ἔζοντο κατὰ κλισμούς τε, θρόνους τε. Item Odyss. π.
Δαίνυνται τε παρ' ἄμμι καθήμενοι οἷά περ ἡμεῖς.

Hinc sæpenumero apud Homerum ἵζειν, καθίζειν, παρίζειν, ἐφιζάνειν, ἐφίζεσθαι, ἐφίζεσθαι, quæ omnia sedere, siue sessum recipere significant. Sic idem Homerus Ilias λ.

—— αὐτὰρ ἔπειτα
Ες κλισίην ἐλθόντες ὅτι κλισμοῖσι καθίζον, Et Odyss. υ.
Δαιτύμονες δ' ἀνὰ δώματ' ἀείδοντο καὶ ἐθαλλον
ἥμενοι ἐξείης. Athen. lib. 7. idem docet his verbis: Cum igitur sibi persuaderent deos esse præsentes moderatè, & temperanter dies festos agitabant antiqui. Itaque neque solebant accumbere, sed epulabantur sedentes. Catullus ipsos quoq; Deos sedentes, non accumbentes facit in carmine de Pelei & Thet. nuptijs,

Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus. Et Apollon. Argon. lib. 2.
Αὐτὰρ ὅτ' ἐς μέγα δόρπον ἐνὶ μεγάροισιν ἕατο
Δαίνυθ' ἑζόμενοι.

Sellæ porrò seu instrumenta sedendi, hæc ferè ab Homero passim commemorantur: δίφροι, θρόνοι, κλισμοὶ, θρῆνυς. de quibus sic Athenæus lib. 5. & post eum Eustath. Odyss. Δ. ὁ θρόνος ἐλεύθερός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρήνυν καλοῦσι, ἀπὸ τοῦ θρήσασθαι, τοῦτ' ἐστι καθίζεσθαι: hoc est. Thronus cathedra est liberalis cum hypopodio siue scabello, quod Threnyn vocat, à verbo θρήσασθαι, quod sedere significat. ὁ δὲ κλισμὸς πολυτελέστερός τε καὶ κόσμητα ἀναπλίσεως: hoc est, Clismus autem sedes est cultior, & instructior ad recumbendum apta, τούτων δὲ ὑστερεῖ ὁ δίφρος, Id est, vtroque autem, throno scil. & clismo, vilior erat sella, quæ diphros vocabatur: vnde Vbyßi mendici speciem præ se ferenti, δίφρος ἀεικέλιος, & mensa parua fuit apposita. Item κλιντὴρ δίφρος ἀναπλιτὸς, εἶδος φορείου: ἢ κλινίδιον ἔχον ἀνάκλισιν, οἷον τὸ νυῦ κλινοκαθέδριον, Etymologus & Varinus, κλισμὸς, ἡ καθέδρα: καὶ ὁ θρόνος ἔχων ἀνάκλισιν ἢ ἀναπλινζόν τι ᾧ καὶ τάπης ἐξ ἐϑυ ὑπέκειτο τῇ τοῦ κεφάλαιον πλατεῖ. Varinus. Hæ fuerunt sellæ profundiores, instratæ cum anaclintro, id est, parte quæ dorsi reclinationem excipit, quibus vt olim, ita hodie quoque nonnulli accumbunt magis, quàm assident mensis. A sedendo (inquit Varro) sedes, sedile, sedium, sella, & seliquastrum: & ab his etiam subsellia. De his, & maximè quid scimpodium, scamellum, (quod iuniores scabellum vocamus) suppedaneum ex veterum auctoritate vide Crinitum de bon. disciplin. lib. 2. cap. 3. De subsellio, bissellio, sella, throno, scamno, scabello, hemicyclo, vide Franciscum Marium lib. 3. De varijs quoque sedilium nominibus, & generibus; vide Beroald. in

Instrumenta sessionis.
ὁ θρόνος.
ὁ κλισμὸς.
ὁ δίφρος.

esse dicendum. Prius tamen illud quoq; non est silentio prætereundum, aliquando pallia, vestesq; superiores, nec non gladios antè deponi, quàm mensæ accumbatur: aliquando hæc in ipsa quoq; mensa retineri. Apud nos quidem plærunque pallia, seu vestis superior deponitur. Nam simul atque conuiuarum aliquis domum est ingressus, statim vel ipsemet pallium deponit, vel, id quòd est ciuilius, ipsemet hospes seu conuiuator id honoris conuiuæ præstare conatur, vt illum pallio exuat: vel denique, si conuiua id non patitur (quòd etiam non facilè quis debet pati, nisi dignitate, auctoritateq; conuiuatorem longè superet) præstò sunt liberi, vel famuli, qui hospitis iussu, conuiuarum singulos pallijs suis prompte exuunt, illa certis in locis reponunt, & surgentibus è cœna conuiuis, ac discedere volentibus, illa reddunt, illorumq; humeris injiciunt. Eodem modo mulieres quoq; possunt ingressum atque salutationem superioribus illis suis stolis (quas Schuben vocamus) vel ab ancillis & pedissequis suis, vel à familiaribus atq; domesticis exuuntur. Quò ad gladios, illi quoque aliquando deponuntur, præsertim si locus sit angustior: aliquando autem, & quidem plærunq;, gladijs accincti Germani mensæ accumbunt. In Aulis autem, & nobilium ædibus, ac magnæ dignitatis, auctoritatisq; virorum conuiuijs, moris est in Germania, vt conuiuæ pallijs amicti accumbant: quæ deponere in ciuile valdè ac rusticum habetur, nisi id Princeps, aut nobilis, qui supremum in conuiuio locum obtinet, id omnino voluerit. Apud nos quoq; in nuptialibus conuiuijs, mulieres superiores illas suas stolas, quas in alijs deponunt, in mensa solent retinere. Verùm antiquitus idem quoq; apud Iudæos moris fuisse, vt pallijs amicti accumberent, Christi exemplo videtur probari posse. Is enim vt Ioan. 13. scriptum est, ex sacrosancta illa sua cœna, quam cum discipulis suis agitauit, surgens τίθησι τὰ ἱμάτια, id est, ponit vestimenta, nimirum pallium (sic enim τὸ ἱμάτιον, & σωληρμῶς ἱματιάριον Atticè dixere, qui est amictus quidam exterior) καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτόν, id est, linteo sese præcinxit, ad lauandum discipulorum suorum pedes. Qua lauatione peracta, ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν, hoc est, accepto rursus pallio, accubuit. Hinc ergo colligimus, Christum pallio indutum accubuisse: qui cõmunis videtur tunc fuisse Iudæorum mos & consuetudo, cùm præsertim Christum in externo vitæ cultu νόμῳ καὶ χώρᾳ, id est, legi, atque regionis moribus sese accommodasse legamus. Scitè admodùm, vt illud quoq; obiter addam, Augustinus in illa verba, tractatu 55. in Ioan. illam vestium Christi depositionem, siue mutationem, hoc modo per allegoriam interpretatur: Quid autem mirum, inquit, si surrexit à Cœna, & posuit vestimenta sua, qui cùm in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit? Et quid mirum si præcinxit se linteo, qui formam serui accipiens, habitu inuentus est, vt homo? Et paulò pòst: Linteo quidem vt se præcingeret, posuit vestimenta quæ habebat: vt autem formam serui acciperet, quando semetipsum exinaniuit, non quod habebat deposuit, sed quòd non habebat accepit. Crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis, & tota illa eius passio, nostra purgatio est, Hæc ille. Verùm de conuiuiali habitu, & vestium commutatione, quæ in conuiuijs fieri solet, quoniam su prà pluribus dictum est, idcirco eò nunc sum breuior.

De conuiuarũ situ.

Nunc de conuiuarum situ vario, atq; multiplici inter epulandum, collocatione, ordine, loco honoratiore, vel minus honorato, & alijs huiusmodi, quæ eodem pertinẽt, dicatur. Situs, Græcè κεῖσθαι, est relatio partium corporis inter se, quam ratione loci vel naturalis, vel fortuiti, in quo collocatæ sunt, habent. Is autem est duplex, naturalis, & fortuitus. Situs naturalis, est relatio partium inter se, quam ratione loci naturalis, in quo collocatæ sunt, habent: vt est situs membrorum corporis: vt situs capitis, sursum: ventris, in medio: pedum, deorsum. Situs fortuitus, est relatio partium corporis inter se, quam ratione fortuiti loci, in quo collocatæ sunt, habent: huiusmodi est cõuiuarum situs, inter epulandum triplex ferè, nimirum sessio, accubatio, statio: quibus tamẽ etiã inambulatio addi potest. Epulantur namq; homines vel sedentes, vel decumbentes, vel stantes, vel etiã inambulantes, vndè etiam cœnam ipsam vel sedentariam, vel discubitoriam, vel statariam, vel inambulantem (sicuti ab Apuleio dicitur) appellare possumus. De singulis ordine agemus, exordio ducto à Sessione, cum omnium antiquissima, & hodie quoque apud omnes ferè gentes maximè vsitata. Philo de Iosepho, seu vita politica, conuiuij, quo Iosephus fratres suos excepit, mentionem faciens, inter alia inquit: ἐξεῖς δ' ἐφεξάντων κατὰ τὰς ἡλικίας καθέζεσθαι, μήπω τῷ ἀνθρώπων ἐν ταῖς συμποτικαῖς συνουσίαις κατακλίσει χρωμένων, ἐθαύμαζον οἱ αἰγύπτιοι: hoc est, iussi deinde sedere iuxta ætatis ordinem (nondum enim discumbendi mos receptus erat) mirabantur, &c. Ex hoc ergò loco

1. De Sessione. Sedenti mos in epulis antiquissimus.

satis

satis constat, antquissimum fuisse morem sedendi in epulis. Athen. similiter lib. 1. Εὐωχοῦνται, inquit, apud Homerum καθήμενοι, hoc est, epulantur sedentes. Idem eodem in libro, καθίζονται δ' ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες, ἀ κατακλίνονται, hoc est, sedent in conuiuijs heroes, non decumbunt. Id etiam Alexander rex aliquando imitatus est, vt auctor est Duris, qui cùm quadringentos duces aliquando excepisset conuiuio, illos in argenteis curribus sedere fecit, & in sellis purpureis, vestibus substratis, collocauit. Testatur Hegesander, neque in Macedonia moris fuisse quenquam in conuiuio discumbere, nisi extra retia aprum interfecisset: tunc temporis enim sedentes cœnabant. Itaque Cassander cùm trigesimum, & quintum vitæ suæ annum attigisset, tunc etiam comedebat sedens apud patrem, cùm certamen illud non potuisset perficere, quamuis robustus esset, ac bonus venator. Quin etiam vt apud Romanos virilis toga insigne erat virorum: sic apud Græcos fuisse in publicis conuiuijs accubationem Aristot. in 7. lib. de Repub. his verbis videtur indicare: ἐὰν δ' ἐ τὶς φαίνηταί τι λέγων, ἢ ποιῶν τῶν ἀπηγορευμένων, τὸν μὲν ἐλεύθερον, μήπω δὲ κατακλίσεως ἠξιωμένον ἐν τοῖς συσσιτίοις ἀτιμίαις κολάζειν, καὶ πληγαῖς, Id est, Quod si constet aliquem quippiam eorum vel dicere, vel facere, quæ vetita erunt, isq; ingenuus sit, necdum in conuiuijs publicis accumbat, castigandus erit ignominia, virgisq; cædendus. Athenæus lib. 11. ab initio: Apud Adrastum καθίσαντες οἱ ἀριστῆς δειπνοῦσι, id est, optimates sedentes cœnant. Et paulò pòst: Veteres sedentes cibum cepisse, vel ex illo quoq; manifestum esse dicit, quòd Autolyco, qui ex Ithaca ad diuitem populum venerat, sedenti nutrix cibum apposuit. Idem auctor lib. 5. ἐκαθίζοντο δὲ καὶ δειπνοῦντες οἱ τότε, Hoc est, tunc temporis sedebant cœnantes: vndè crebrò illud apud Homerum occurrit Odyss. α.

Ἐξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε, θρόνους τε. Item Odyss. π.
Δαίνυνται τε παρ' ἄμμι καθήμενοι οἷά περ ἡμεῖς.

Hinc sæpenumero apud Homerum ἵζειν, καθίζειν, παρίζειν, ἐφιζέσκειν, ἐφιζάνειν, ἕζεσθαι, ἐφίζεσθαι, quæ omnia sedere, siue sessum recipere significant. Sic idem Homerus Ilyad. λ.

—— ἀυτὰρ ἔπειτα
Ες κλισίην ἐλθόντες ὅθι κλισμοῖσι κάθιζον, Et Odyss. υ.
Δαιτύμονες δ' ἀνὰ δώματ' ἀειδέσκοντο ἀοιδῷ
ἥμενοι ἐξείης. Athen. lib. 7. idem docet his verbis: Cum igitur sibi persuaderent deos esse præsentes moderatè, & temperanter dies festos agitabant antiqui. Itaquè neque solebant accumbere, sed epulabantur sedentes. Catullus ipsos quoq; Deos sedentes, non accumbentes facit in carmine de Pelei & Thet. nuptijs,

Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus. Et Apollon. Argon. lib. 2.
Αὐτὰρ ὅτ' ἐς μέγα δόρπον ἐνὶ μεγάροισιν ἕατο
Δαίνυθ' ἑζόμενοι.

Sellæ porrò seu instrumenta sedendi, hæc ferè ab Homero passim commemorantur: δίφροι, θρόνοι, κλισμοὶ, θρῆνις. de quibus sic Athenæus lib. 5. & post eum Eustath. Odyss. Δ. ὁ θρόνος ἐλεύθερός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρήνυν καλοῦσι, ἀπὸ τοῦ θρήσασθαι, τοῦτ' ἐστι καθίζεσθαι: hoc est. Thronus cathedra est liberalis cum hypopodio siue scabello, quod Threnyn vocat, à verbo θρήσασθαι, quod sedere significat. ὁ δὲ κλισμὸς περιττότερος κεκόσμηται ἀνακλίσει: hoc est, Clismus autem sedes est cultior, & instructior ad recumbendum apta, τούτων δὲ ἀτελέστερος ἦν ὁ δίφρος, Id est, vtroque autem, throno scil. & clismo, vilior erat sella, quæ diphros vocabatur: vnde Vlyssi mendici speciem præ se ferenti, δίφρος εἰκελος, & mensa parua fuit apposita. Item κλιντὴρ δίφρος ἀνακλιτὸς, εἴδος φορείου: ἢ κλινίδιον ἔχον ἀνακλίσεις, οἷον τὸ νῦν κλινοκαθέδριον, Etymologus & Varinus, κλισμὸς, ἡ καθέδρα: καὶ ὁ θρόνος ἔχων ἀνάκλισιν ἢ ἀναπαυτόν τι ὤν καὶ τάπης ἐξ οὗ ὑπέκειτο τοῖς ποσὶ κεφάλαιον πλατὺ Varinus. Hæ fuerunt sellæ profundiores, instratæ cum anaclintro, id est, parte quæ dorsi reclinationem excipit, quibus vt olim, ita hodie quoque nonnulli accumbunt magis, quàm assident mensis. A sedendo (inquit Varro) sedes, sedile, sedium, sella, & seliquastrum: & ab his etiam subsellia. De his, & maximè quid scimpodium, scamellum, (quod iuniores scabellum vocamus) suppedaneum ex veterum auctoritate vide Crinitum de hon. disciplin. lib. 2. cap. 3. De subsellio, bissellio, sella, throno, scamno, scabello, hemicyclo, vide Franciscum Marium lib. 3. De varijs quoque sedilium nominibus, & generibus, vide Beroald. in

Instrumenta sessionis.

Apuleium libro primo. Isidor. lib. 20. cap. 11. Orig. Seruius in illa carmina Æneid. septimo.

Hæ sacris sedes epulis, hîc ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.

Perpetuis, inquit, hoc est longis, ad ordinem exæquatis sedentium: maiores enim nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus, & Cretensibus, vt Varro docet in libris de gente populi Romani, in quibus dicit quid à quaq; traxerit gente. Idem testatur illa Ouidij Fast. 5.

Ante focos olim scamnis considere longis,
Mos erat, & mensæ credere adesse deos.

Isidor. quoq; lib. 20. Etym. ex eodem Varrone scribit, apud veteres Romanos nõ fuisse vsum accumbendi, & postea viros discumbere cœpisse, ac mulieres sedere, quòd turpis visus est in muliere accubitus. Cic. pro Mureena, Lacedæmonios quidem, dicit, quotidianis epulis in robore accumbere: Cretensium autem neminem vnquam gustasse cubantem. Athen. lib. 4. οἱ κρῆτες καθήμενοι ἐσθίουσιν. Macrob. Satur. lib. 3. cap. 6. in illos Virgilij versus,

Hæc vbi dicta, dapes iubet & sublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipse sedili.

Mos sedendi in sacris.

Non vacat, inquit, quòd dixit sedili. Nam propria obseruatio est, Herculis sacris operari sedentes. Et Cor. Balbus Ἐφημεριδικῶν lib. 18. ita ait: Apud aram maximam obseruatum, ne lectisternium fiat. Plutarchus Numæ Pompilio ascribit illud Pythagoricum, καθήμενους προσκυνεῖν (in Aldino exemplari προσκυνήσαντας legitur) hoc est, adoraturi sedeant: id quòd prouerbij loco vsurpatur, quo quidem significatur, vota certa concipi oportere, & in ijs, quæ optima sunt, persistendum, & perseuerandum esse: quidam tamen alium putat esse sensum, quòd nimirum eos, qui operantur sacris, oportet non obiter, ac velut agentes hoc facere: sed vacuos, ac totos rei diuinæ vacare, ac intentos esse. Vndè Plutarchus idem tradit, quoties Pontifex auguria, seu sacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea vox hortabatur, vt qui sacra audirent, reuerenter & attentè id facerent. Idem in Problematibus rerum priscarum refert, qui Dijs vota fecissent, in templis manere, & quietem agere solitos, quòd actiones huius vitæ frequenter hominem inuoluant, atq; implicent molestijs. Seruus ille apud Plautum, Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia. Vndè sedere secundùm Plautum est, consilium capere. Ex illo loco similiter mihi videtur posse colligi, sedentes olim deos adorasse. Auguria quoque, vt testatur Seruius in 9. Æneid. post designatas cœli partes, sedentes captabant. Vndè Virgil. 9. Æneid.

Hoc age.

Pilummi Turnus sacrata valle sedebat: *Hoc est, consilia capiebat, aut agurabatur: quod idem supra quoq; indicauit, latenter inducens Picum solum sedentem: vt,*

—— paruaque sedebat *Succinctus trabea: ——*

Quod est augurum, quùm alios stantes induxerit. Sessio in sacris sedulitatem, ac sedatam mentem significabat maximè requiri. Sic illi, qui Iezabelis impulsu aduersus Nabothum testimonium falsum dixerant, sedisse dicuntur, forsan ex trito more: quoniã testes sedentes perhibebant testimonia, quo significabatur illos sedato, quieto, & tranquillo animo, affectibus vacuo, debere illud suum munus præstare. Sic Iudices sæpè dicuntur sedisse in portis. De sella, & sessionis varijs significationibus vide Pierium. Hunc porrò morem assidendi post orationem cùm Christiani nonnulli superstitiosè imitarentur, Tertullianus illos grauiter reprehendit in lib. de Oratione. Ex superioribus porrò constat Romanos quoq; antiquitus sedentes epulari, atq; etiã sacris suis operari fuisse solitos. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Fœmine, inquit, viris cubantibus, sedentes cœnitabant, quæ consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. Nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno & Minerua in sellas ad cœnandum inuitabantur: quòd genus seueritatis ætas nostra diligentius in capitolio, quàm in suis domibus seruat: videlicet quia magis ad rem pertinet Dearum, quàm mulierum disciplina contineri. Legimus quoq; apud Strabonem Lusitanos sedentes cœnitare fuisse solitos, in pariete hemicyclos habentes. Hæc de sessione.

2 De Accubitu seu Accubatione.

Nomina accubationis.

Nunc de Accubitu, seu Accubatione dicendum, qui quidem post sessionem antiquitus apud omnes ferè gentes vsurpata fuit. Huiusmodi corporis situs à Chaldæis verbo סמך *Semak* *exprimitur, ab Heb. verbo* סבב *Sabab, quòd tamẽ verbũ propriè circuire, siue circũdare significat, eò quòd conuiuæ sedebant per gyrum, siue circuitum. 1. Sam. 16. Non accumbemus (*לא נסוב *Lo Nasõb) ad come-*

Digitized by Google

ad comedendum. Hinc מסב *Meseb, id est, accubitus, Cant. 1. Cum esset in accubitu suo. Inde* מסיב *Mesib. conuiua, & solùm inuenitur in num. plurali, Psal. 140. ver. 10. Caput* מסבי *Mesibbai, alij obsidentum me verterunt. Hier. fel conuiuarum meorum: quòd tamẽ etiam videri possit deductum esse à* סבא *Saba, quòd significat potare, seu inebriari, quòd fieri solet in conuiuijs.* רבץ *rabaz quoque Hebræus est accubare, quod Isa. 14. ver. 30. & Psal. 23. ver. 1 de hominibus vsurpatur, aliâs plerunq; animantibus tribuitur, & ita illud Grammatici à* שבב *Schacab, volunt differre, quod hoc proprium sit hominum, illud animalium brutorum. Verùm hæc duo posteriora vocabula generatim quamuis accubationẽ, illud propriè epularem videtur significare. Græci Accubationem his ferè verbis exprimunt,* ἀναπίπτειν, *vt Luc. 14.* ἀναπίπτειν εἰς τὸν ἔσχατον τόπον: ἀναπεσεῖ, *Matth. 1. & 6.* ἀνέπεσε *Christus, & duodecim eius discipuli Luc. 22. Athenæus lib. 1. cap. 18.* ἀναπίπτειν *propriè vult de animo dici, & idem significare, quòd* ἀθυμεῖν, *&* ὀλιγωρεῖν, *id est, contristari, & paruifacere: id quòd testimonijs nonnullis probat. Idem tamen lib. 10. ex auctoritate Græcæ linguæ, etiam huius significationis exempla affert: & sic est propemodùm verbo hoc vsus Euripides in Fabula, cuius titulus Cyclops.* ἀνακεῖσθαι *idem significat, Matth. 26.* ἀνέκειτο *Christus cum duodecim, id est, recubuit, siue accubuit. Athenæus lib. 1. cap. 8. hoc verbum à* ἀκεῖσθαι *propriè vult de statuis dici: vnde illos idem testatur derisos fuisse, qui de accumbentibus hac dictione vsi sunt, exemplo affert ex Diphilo, & Philippide: nonnunquam tamen idem verbum accumbentibus dicit accommodari, sed rarius: id quòd Sophoclis testimonio comprobat. Vnde* Συνακεῖσθαι *conuiuæ appellantur, Luc. 14.* Κατακεῖσθαι *autem, idem auctor propriè vult dici de accubatione.* Κατακλίνεσθαι *similiter de accumbentibus propriè dici testatur Athen. lib. 1. cap. 18. Aristoph. in* Σφῆκες.

Ἀναπίπτειν.
Ἀναπεσεῖν.
Ἀνακεῖσθαι.
Κατακεῖσθαι.
Κατακλίνεσθαι.

Παῦ ἀλλὰ δεῦρ' κατακλινεὶς, προσμάνθανε
Συμποτικὸς εἶναι, καὶ σωφρονιστικὸς
Φιλ. Πῶς ἂν κατακλίνω, φράζ' ἀτύφας. Βδ. Ἀχημόνως.
Φιλ. ὡδὶ κελεύεις (Scholiast. φαίνεται ὅτι πρὸς τὸ στόμα ἔχων τὰ γόνατα κατακλίθει) κατακλιθῆναι; Φιλ. μηδαμῶς.
Φιλ. Πεδαί. Βδ. Τὰ γόνατ' ἔκτεινε.

Ex his verbis simul aliquo modo accumbendi modũ colligere licet. Verbo ἀνακλιθῆναι *Matt. vsus est cap. 14. eodẽ sensu Christus enim iussit cõuiuas suos* ἀνακλιθῆσαι, *& mox* ἀνέπεσον. *Theoph. ibi,* ὑπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας, *hoc est, iniunxit eis (discipulis) vt discumbere facerent omnes. Hoc verbum, cùm propriè neutrum sit, hîc degenerat in formam coniugationis Hiphil. In Basiliensi verò editione legitur* ἀνακλιθῆναι *passiua significatione, quasi dicas reclinari. Matth. 8. multi venient ab Oriente, &* ἀνακλιθήσονται *cum Isaaco & Iacobo in regno cæli.* παρεμβάλλειν, *&* κατακλίνεσθαι *Plutarcho idem significat prob. 2. lib. 1. Latini dicunt Cubare, Accumbere, Accubare & Discumbere. Cic. Pæto, Accubueram hora nona, quùm id literarum exemplum in codicillis exaraui. Cic. pro Murena, Qui quotidianis epulis in robore accumbunt. Idem 4. Tuscul. morem apud maiores hunc epularum fuisse, vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes: indè accubatio epularis amicorum, Idem de Senect. Epulis accumbere diuûm, Virg. Toris discumbere pictis, Idem. Mensis accumbere, Stat. Maturè veniunt, discumbitur. Columell. lib. 2. cap. 1. Villicus sit frugalitatis exemplum, nec nisi ferijs diebus accubans cœnet. Acron voluit Deorum esse, accumbere: virorum, discumbere: ferarum, recumbere, id quòd sibi ridiculum videri Lambinus scribit in Horat. cùm ita loquatur Cicero oratione de supplicijs: vt muliebria quotidie conuiuia essent, vir accumberet nemo, præter ipsum & prætextatum filium. Et pro Deiot. Huc te è balneo, prius quàm accumberes, ducere volebat. Idem in Catil. 2. ad Quirites, Qui mihi accubantes in conuiuijs complexi mulieres impudicas, vino languidi, conserti cibo. Terentius Eunucho, At dum accubabam, quàm videbar mihi esse pulchrè sobrius? Itaque hoc tantùm interesse putat Lamb. inter illa duo priora, accumbere, & discumbere, quòd discumbere semper de pluribus dicitur: vt. M. Tull. ad Attic. lib. 5. epistola prima, Discubuimus omnes præter illam: accumbere autem, & de vno, & de pluribus siue hominibus siue Dijs. Qui autem recubare putat ad feras tantum pertinere, legat primum versum Virgil. in Tityro: & illum locum Cic. pro Deiot. Cum in lectulo recubuisses. Et Orat. Cum cæteris in campo se exercentibus, in herba ipse recubuisset. Et de diuinat. 2. Deinde cum se collegisset, idq; visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. Nam ex illis lo-*

Accumbere, discumbere, recumbere quomodo differant.

Recubare non de feris tantũ dicit.

eis intelligere licet, recubare, seu recumbere, non esso ferarum proprium. Est autem recumbere toto corpore iacêre, ita scilicet composito, vt facilius somnum capere possis: interdum tamen pro accumbendi verbo vsurpatur: vt epist. ad Torquatum lib. 1.

Si potes Archaicis conuiua recumbere lectis.

Hæc Lambinus, obseruandus meus præceptor piæ memoriæ. Hæc de verbis.

Apud Hebræos porrò vsitatas fuisse accubationes in epulis, ex veteri, & nouo Testamento constat. Quid, quòd notatur à Rasi, in tractatu Talmudico, Suca dicto, charta secunda, facie altera, veterum conuiuia fieri solita בחסיבה Behesibah, id est, cum decubitu, decumbentes scilicet in lectis super latus sinistrum, non recti stantes, aut sedentes, sicut nos. Sic Christus in vltima cœna cum discipulis suis accubuit, vbi Ioannes dicitur ἀνακεῖσθαι ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, hoc est, in Christi sinu recubuisse: & paulò pòst, ὅπισθον οὕτω τοῦ στήθους αὐτοῦ, id est, pectori Iesu incubuisse: nimirum secundùm illius temporis conuiuiorum morem, cùm in sumendo cibo protensi recumberent humi, seu in pauimento lectis instrato, ita vt quasi circulum quendam facerent, capitibus quidem semper introrsum ad epulas, pedibus verò extorsus porrectis. Quare semper sequens in prioris sinu recumbere videbatur, dum caput eius quasi incumbebat pectori superius accumbentis. Sic ergò tum accubuit Ioannes, vt caput haberet in suo lectulo versus Iesu caput, itaque attingere facilè finum eius potuit. Et ideò interrogaturus eum, incubuit, seu inclinauit caput procidendo in pectus Iesu, cùm Petrus innuisset vt percontaretur de proditore. Huiusce accubationis formam, seu delineationem, vide apud Illyr. in claue sacræ scripturæ, in nomine Sinus. Sic Plinius lib. 4. epist. 22. Cœnabat Nerua cum paucis. Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. Apud Liuium Decad. 4. lib. 9. Placentiæ in conuiuio quodam L. Quintij Flaminij Consulis Rom. meretrix quædam famosa, cuius amore deperibat, ab illo accersita, & infra eũ accubuisse dicitur. Ad cuius scorti procacis, in sinu eius recubantis, nutum atque libidinem, captiuus quidam attractus, in eius conspectu securi percussus fuit. En hæc quoque inter epulandum in sinu eius recubuisse dicitur: id quòd fuit amoris, sed turpis atque nefarij signum: vt contrà illa S. Ioannis recubatio in sinu Iesu, argumentum fuit puri sanctiq; illius amoris erga discipulum illum suum charissimum.

Christus cum discipulis suis in vltima cœna accubuit.

Quomodo Christus dicatur cum discipulis suis accubuisse, cum tamen moris fuerit in epulo Paschali stare.

Sed quæritur hîc simul, quomodo Christus dicatur cum discipulis suis accubuisse, siue recubuisse, cùm tamen moris fuerit in epulo Paschali stare, non accumbere. Theophilactus, cui Beza, & Camerarius suffragantur, vult, Christum primò stantem comedisse Pascha: deinde discumbentem tradidisse proprium mysterium. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ τυπικὸν τελέσας, εἶτα ἀναπεσὼν τὸ ἀληθινὸν ἐπετέλεσε. Tremellius, vir doctissimus, de hoc Christi discubitu sic disserit, Christum discubuisse memorant Euangelistæ in cœna, qua Paschæ comedit, quòd prima fronte cum diuino instituto videtur pugnare. Præcipitur enim Exod. 12. ver. 3. vt edentes Pascha, lumbos accinctos, pedes calceatos, ac baculum teneant manibus: &, vt citò comedant, quæ fieri nequeunt à discumbentibus. Sed sciendum est ibi præcipi, qua ratione exituri ex Ægypto, prima illa vice comedant Pascha, paulò antequàm exeant ex Ægypto, & iter ingrediantur, quia ita exigebat illius temporis necessitas. Sed in Lege deinde, vbi præcipitur, vt cæremonia illa Agni Paschalis quotannis renouetur, ea non adduntur. Quamobrem omnes Hebræi doctores, tùm antiqui, tùm recentes, summo consensu docent, mandatum illud de aspergendis sanguine postibus, de induendis calceis, & cingendis lumbis, atque sumendis baculis, & cum festinatione comedendo agno, non se extendisse ad generationes sequuturas: sed tantùm fuisse noctis illius, qua egressuri erant ex Ægypto. Imò antiquissima fuit apud eos traditio, (quòd in Thalmud, tractatu de Paschate commemoratur) vt manducaturi Pascha, in signum libertatis adeptæ, discumberent. Nihil ergò contra diuinum institutum in cœna Christi factum est: quia secutus est Christus illam Paschatis institutionem, quam Deus in suo populo voluit conseruari. Ioannes tamen Russiæ metropolita in quadam epistola ad Pontificem Rom. inter alia exprobrans Romanis Azymorum vsum in Cœna Dominica, inquit, Quòd illo tempore nec azymi erant, nec Pascha fiebat, nec Dominus tunc comedebat Pascha Iudæorum, vt daret azyma Apostolis, probabile est ex eo, quòd Iudæorum Pascha stando fit, & comeditur, quòd in cœna Christi non fiebat, vt scriptura dicit: Recumbentibus eis cum duodecim. Item, & discipulus recubuit super pectus ipsius.

Porrò

Porrò Græcos quoque, atque Romanos olim in epulis suis accubuisse μικρῷ δεῖν ὑπίους καταπεπλῶσθαι, vt Lucianus inquit in conuiuio Lapitharum, passim ex veterum monumentis atque picturis liquidò constat, de quo sic Lambinus in illud Horatij Od. 27. lib. 1. Græci atq; Romani in epulis suis accubuerunt.

Et cubito remanete presso, &c.

Hoc corporis habitu, ac situ cœnabant Græci ferè omnes, & Romani illi veteres, accumbentes scil. & cubito innitentes, non sedentes: cuius rei complures in ruinis, & parietinis Italiæ vestigia, ac monimenta vidi. Et paulò post: Ex his locis perspicuum est ita composito corpore cœnasse veteres, vt modicè inflexa & incuruata superiore corporis parte, reliqua iacerent, quod est accubare. Idem auctor adhuc manifestius hunc veterum in epulis accumbendi morem describit, in illud Horat. Accumbendi ritus. Iacere, pro accubare.

—— & quibus,
Languidus in cubitum iam se conuiua reponet.

Id est, qui pisces assati ita sint conuiuis suaues, & grati futuri, vt illi etiam cibo, vinoq; confecti, ac saturi, &, penè dicam, nauseantes, in eum tamen corporis situm sese de integrò componant, quo situ esse solent conuiuæ tantisper dum cibum capiunt. Hoc igitur in primis sciendum est, inter prandendum & cœnandum, non sedisse veteres illos Romanos, sed accubuisse. Accumbebant autem singulis in lectis terni, aut quaterni, hoc modo (nam eadem opera huius verbi vis aperietur) superiore parte corporis modicè inflexa, capite leuiter erecto, tergoq; aliquantulùm subleuato, nempe cerui calibus, aut puluillis subiectis: reliqua parte corporis in lectos reclinata, & iacente in cubito altero nitebantur: atque vtranque manum quidem ad epularum, & poculorum vsum adhibebant, sed maximè dexteram. Fingamus igitur tres lectos esse discubitorios: & in singulis quaternos conuiuas discumbere, & mensam rotundam mediam inter lectos esse collocatam: ita fient duodecim conuiuæ ex vna mensa communi cibum capientes. Iam singulorum lectorum conuiuæ, quos quaternos esse posuimus, hoc modo discumbebant, vt eius qui summus accumberet, pedes ponè secundum porrigerentur, & secundi pone tertium, & ita deinceps: rursus eius, qui secundus accumberet, occiput ad vmbilicum, aut pectus primi obuersum esset: ac sic deinceps cæteri accubabant. Quandiu igitur vescebantur, & potabant, eo corporis situ manebant. Vbi verò cibum capere vel desierant, vel intermiserant, tum dorsi spinam, quæ antea erat inflexa, & ad epulandum composita reponebant, & caput in cerui cal reclinabant: nonnunquam etiam sedentium instar erigebant. Philander in Vitruuium, Ex antiquis, inquit, marmoribus animaduerti potest iacuisse, aut non sedisse, vt nos solemus, id est, vt spina cum femore rectum angulum efficeret, & item femur cum tibia: (nam id esse sedere docuit Gal. lib. 3. de Vsu partium corporis) sed distentis aliquando cruribus, nonnunquam dextro poplite læuum premente genu, interdum complicitis cruribus in alternas vicissitudines, aliquando in coxam, seu cossim insidentes, quo gestu sedere solent sartores, & Turcæ cibum capiunt. Idem dicit se vidisse Romæ in æde D. Eustathij, & alijs locis, Mutinæ etiam, scalptum in marmoribus singulis iacentem in lecto hominem subiecto pulluillo cubito, apposita ad lectum tripode mensa, aliquando monopodio. Huiusmodi duo marmora se vidisse Venetijs quoque testatur. Hanc deinde rem (id est, accumbendi apud veteres ritum) duabus picturis appositis declarat. Præterea Romæ in ædibus Hieron. Maffæi, & Matthæi Sassij videri dicit marmora non admodum absimilia, vbi sunt lecti duo decubitorij, cum mensa vna. Hunc ipsum modum Iustus Lipsius lib. 3. Antiq. lect. sic describit: Accumbebant reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta, & iacente: capite leuiter erecto, dorso à pulluillis modicè suffulto. Ab hac ratione interpretatur, & emendat Plauti versum in Milite,

Sed procumbunt, & se percellunt, dimidiati dum appetunt. Vt enim apud Horatium fastidiens, & languidus in cubitum sese conuiua reponit: ita contra inhians & imminens toto corpore in cibum procumbebat, & à decoro illo habitu recedebat: qualem gestum exprimere voluit Plautus. Sed cùm veteres consuesset in lectis discumbere, Annibalem scribit Plutarchus nunquam cubantem cœnasse: Tiberium verò trans Rhenum sedentem in cespite nudo cibum cœpisse, Suetonius auctor est: Catonem etiam Vticensem nunquam iacuisse nisi dormiturum, sed sedisse post cœpta ciuilia bella, & auditam Pharsalicam cladem, idem Plutarchus tradit. Masinissam autem meridie ante tabernaculum ambulantem, vel stantem solitum capere cibos legimus apud Front. lib. 4. Strateg. cap. 3. Gracchus verò Consul in secundo Punico bello, exercitum Volonum, quòd in In vitis ipsorū.

prælio socios deseruissent, ea pœna affecit, vt per omne belli tempus cibum stando caperent. Nimirum cum desertores amicorum starent, alijs honorificum videbatur quòd sederent, scribit Liuius lib. 4. Decad. 3. Decubitus autem plurium talis erat, & hoc modo omnes æqua parte ad mensam pertingebant. Primus decumbebat ad caput lecti, cuius pedes porrigebantur ponè dorsum secundi: secundus verò occiput obuertebat ad vmbilicum primi, puluillo interiecto, pedes iacebant ad tergum tertij: & sic deinceps tertius, sic quartus. Nec verò singuli conuiuæ singulares lectos habebant, sed aut terni, aut plærunque quaterni vnum lectum occupabant. Horat.

Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos.

Plures etiam tribus in lecto accubitorio iacuisse, Martial. indicat Epigram. lib. 9. in Mamurram:

Et testudineum mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.

Querebatur Mamurra, quod lectus quem comparare velle videri optabat, minus quadraret, cùm sex tantùm caperet, ipsius autem mensa amplior esset, atque capacior. Si plures, sordidum id, & minimè lautum habebatur. Cic. in Pisonem: Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, &c. Græci quini stipati in lectulis, sæpè plures, ipse solus. Ita fiebat, vt ex vna communi mensa vix esset vt suprà duodecim vescerentur. A quo numero illa Augusti famosa cœna apud Sueton. Δωδεκάθεος dicta. Apud Macrobium tamen in cœnæ Pontificiæ descriptione in duobus triclinijs decem modò conuiuæ nominantur, vt pateat in magnifico aliquo epulo vix binos lectum vnum occupasse. His ita recumbentibus, Mensæ cum ferculis per vnum, & alterum seruum apponebantur, collocabanturq; in repositorijs ad hoc paratis, quæ & trapezophora videntur dici, Lazarus Bayf. Hunc autem accumbendi morem inclinante imperio adhuc fuisse, ex veterum scriptis constat. Sic enim Sidonius, eius seculi scriptor, lib. 1. Epistolarum scribit, Recumbente posse se filio Camilli fratris, qui duabus dignitatibus & ipse decursis, pariter ornauerat proconsulatum patris, patrui consulatum. Hunc propter Pœonius, &c. Obseruandum quoq; est, vt apud Romanos virilis toga insigne erat virorum, & ciuium, sic apud Græcos fuisse in publicis conuiuijs accubationem. Aristoteles enim in septimo libro de repub. hoc videtur his verbis indicare, ἐὰν δὲ φαίνηται πλέονων ἢ ἐλαττόνων τῶν ἀπηγορευμένων, τὸν μὲν ἐλεύθερον, μήπω δὲ καταπλήσεως ἠξιωμένον ἐν τοῖς συσσιτίοις ἀπαιδίας κολάζειν καὶ πληγαῖς, id est. Quod si constet aliquem quippiam eorum vel dicere vel facere quæ vetita erant, isq; ingenuus sit, necdum in conuiuijs publicis accumbat, castigandus erit ignominia, virgisq; cædendus.

Mensæ. Lecti.

Nunc de lectis, in quibus olim epulantes accumbere, seu discumbere consueuerunt, dicendum. In cœnaculo ergò MENSA collocabatur, circùm illam LECTI erant. Sunt autem omnino lecti duplices, alij cubiculares, in quibus noctu somno, & quieti indulgetur: alij triclinares, seu discubitorij, in quibus olim ad mensam, siue ad epulas accumbebatur. Hebraicè vtrique Mithoth appellatur, quasi ἀναπαυτήρια, reclinatoria, strata, lecti, super quibus homo reclinat, & se extendit, Natach, id est, extendit, inclinauit, reclinauit. Et quidem in sacris literis sæpè vox hæc vsurpatur pro lectis triclinaribus, vt 2. Reg. 4. ver. 10. Faciamus, quæso, cœnaculum parietis parum, & ponamus ei ibi lectum, & mensam, & sellam, & candelabrum. Ezech. 23. Israelitarum idololatriam, atque superstitionis studium depingit, allegoria ducta à scortationibus, & quæ cum illis coniuncta sunt, compotationibus atque commessationibus inhonestis. Propter quos, inquit Deus, te lauisti, & stibio fucasti oculos tuos, & ornasti te ornamento (alludit ad morem meretricum, quæ ante epulas sese lauare, comere, ornare, atque fucare solent, quò amasijs suis placeant) & sedisti super lectum honorabilem, mensaq; præparata est ante ipsum, & thymiama meum, & vnguentum meum posuisti super eum. En hic lecti, mensæ, suffitus, vnguentorum sit mentio, quæ omnia in conuiuijs olim fuerunt vsitatissima. Similis est descriptio adulteræ in Prouerbijs Salom. cap. 7. quæ inuenit, quem apprehensum osculabatur, dicit se adornasse cœnam, (carnes sacrificiorum pacificorum mihi sunt, hodie reddidi vota mea) & ornamentis ornasse lectum suum constantem lignis affabrè incisis, & fune Ægyptio. Horum lectorum mentio fit etiam Amos 3. & Esthere 1. & 7. vbi Aman in cœnaculo, quod domus conuiuij appellatur, dicitur cecidisse super lectum, super quo erat Esthera. Hinc triclinium siue cœnaculum ipsum ab Heb. beth mithet, id est, domus lectorum appellatur. Græci lectos, & in genere omnia in quibus accumbitur, quorum variæ differentiæ, κλίναι, κλινίδια, κλι-

Lectorum nomina.

Digitized by Google

κλίδια, κλιντῆρας, κλιντήρια, & ἀνακλιντήρια, ἀνάκλιντρα, ὀθόκλιντρα, ἀσπάντας, στιβάδας, & στιβάδια (vnde στιβαδοποιεῖν, lectum sternere) ἡμικύκλια, σκίμποδας, χαμόδυνας, & χαμύνια, χαμευνάδας (propriè lectulos, seu toros humiles, humistratos) φυλλάδας (propriè sunt thori è frondibus coacernatis) πλερίδας, (forsan quia ex filice herba πλερὶς dicta) προσκεφάλματα, προσκεφάλαια, & alijs huiusmodi appellant, secundùm varias illorum formas, quantitatem, materiam, &c. de quibus vide Pollucem lib. 6. cap. 1. & Cæl. lib. 27. cap. 25. & lib. 26. cap. 29. Latinè lecti (vt & lecticæ) teste Varrone lib. 4. à legendis, hoc est, colligendis stramentis, atque herbis, ex quibus fierent, (quòd nunc quoque in castris fieri videmus) dicti: quanquam alij à Græcis potius deduci volunt, qui λέκτρον lectum dicunt, vel quod fatigatos ad quiescendũ alliciat: nonnulli etiam à collectis pannis ad cubitandum. Inde lectulus, & lecticula, & lectisternium, cum sacrorum gratia lecti, & puluinaria in templis sternebantur ad discumbendum, sedendum, siue etiam pernoctandum. Sic, teste Philostrato lib. 2. Rex apud Indos in lecto è stramentis facto accubabat, iuxtaq; ipsum ex agnatis eius ad summum quinque, cæteri sedentes in sellis epulabantur. Tori quoq; appellantur, à tortis herbis dicti, quæ accumbentium humeris supponebantur, vt vult Isidorus, & Seruius libro 5. Æneid. Tori vnde dicti.

Proximus vt viridante toro consederat herbæ. Et lib. 2. Æneid.
Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.

Seruius, toro alto, summus enim semper est pontificalis locus, & Æneas vbiq; quasi sacratus inducitur. Martialis,

Imperat extructos frangere nona toros. Virgil.
—— Toris iussi discumbere pictis. Ouid. Amor. lib. 1. Eleg. 4.
Cum premet ille torum, &c.

Vnde & stibadia tori, siue cubilia ex herbis facta nominantur, quas Græci στιβάδας vocant. Stibadij crebra mentio est apud Sidonium, Martialem, Seruium. Plato lib. 2. ὀθὶ καλαμὸν τινα ὥσπερ βαλλόμενοι, ἢ φύλλα καθαρὰ καταχλιντες ὀθὶ στιβάδων ἑρωμένων μιλακίτε, καὶ μυρρίναις ἐστεφανωμένοι, καὶ ὑμνοῦντες τοὺς θεούς. Hæc ille de victu frugali, quem fictæ suæ Reipub. ciuibus præscribit. Ad tori etymologiam videtur alludere Apuleius lib. 5. statim ab initio, his verbis: Psyche teneris, & herbosis locis, in ipso toro graminis suaue recubans, &c. Stibadium Isidorus vult dictum à stipitibus quasi stipadium. Seruius in illud Æneid. lib. 1. Stibadia.

Aurea composuit sponda, mediamque locauit.

Stibadia, inquit, antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur: vnde & triclinium sterni dicitur. Sic Cicero: Sterni triclinia, & in foro & in rostris iubebat. Triclinium quoq; pro lecto discubitorio, siue accubitorio accipi, supra pluribus fuit explicatum. Dicuntur etiam Accubita, & Anaclinteria, lectuli super quibus quibus quiescimus. Apud Lampridium de Commodo scribitur, quòd non accubuit, nisi in accubitis, quæ pilum leporinum habuissent, aut plumas perdicum subalares. De eodem Spartianus, lectum eminentibus quatuor anaclinterijs fecerat, minimo reticulo vndiq; inclusum, cumq; foliis rosæ, quibus demptum est album, replebat. Ex his apparet accubita, anaclinteria ad lectos pertinuisse. Vide Cælium libro 26. capite 29. & libro 27. capite 25. Accubitos non apud Lampridium tantùm, sed apud ipsos etiam iurisconsultos pro culcitris, & toralibus accipi, Crinitus probat lib. 23. cap. 2. de Honest. discipl. Accubitus aliàs pro ipso accubandi actu accipitur. Plin. lib. 18. cap. 2. Plærisq; hominum triclinijs accubitu iêre per lectos. Strata etiam atque sponda (qua voce propriè tabulæ vtrinque lectum continentes significantur) dicuntur lecti in quibus discumbitur. De varijs lectorum nominibus atque differentijs, vide etiam Isidorũ lib. 20. ca. 11. Triclinium. Accubita. Lampridius de Commodo.

Nunc de materia lectorum triclinarium dicatur. Primis & antiquissimis temporibus fuerunt quadrati, ex herbis, siue cespitibus, atq; graminibus, ex stramentis, & palustri vlua constati: vnde etiam lectos, toros, stibadas siue stibadia, & strata antiquitus appellarunt, vti supra dictum est. Postea ex lignis & præsertim ex acerina materia, & fraxino confecti sunt, quem morem ab Arcadibus & Bæticis Romanos sumpsisse Lazius vult li. 5. de Rep. Rom. Huiusmodi lecti videntur Arbaici ab Horatio dicti li. 1. epistol. ad Torquatum: Lectorum materia.

Digitized by Google

Si potes Archaicis conuiua recumbere lectis.

Lecti Archaici Sotherici.

Archaicis Turnebus in suis Aduersarijs vult dictos humiles, paruos, inelegantes, non sumptuosos ab Archia artifice sic notatos, vt Seneca vocat lectos Sothericos de artificis nomine rudes, impolitos, inelegantes. Ita etiam Acron & Porphyrion. Sed Lambinus, (cui etiam suffragatur Nannius libro secundo Miscell.) vult archaicos Græco vocabulo, priscos siue antiquos esse intelligendos, antiquo modo & more fabricatos, quasi antiquæ consuetudinis, non recentis luxuriæ, quo sensu etiam Dionysius Halycarnaß. τραπέζας ξύλινας ἀρχαικὰς dixit. Potest vterque locus cùm de materia, tùm de forma rudi atq; vili intelligi. Persius Satyr. 1. citreorum lectorum mentionem facit, cum ait,

—— Non quicquid denique lectis,
Scribitur in citreis.

Lecti citrei.

Lectos discubitorios intelligit, qui vt & mensæ ex citro fiebant. Terent.

Lectulos in sole ligneis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos.

Lectorum pedes lignei. Lecti lignei Tuberonis.

Lectis ligneis pedibus ob firmitatem ilicis fiunt, vnde πρίνινοι ἀθεμανεῖς, duri & solidi, & πρινεδὲς durum significat. Seneca epistola 96. Tuberonis lectos ligneos memorat. Eorundem Cicero quoque in Oratione pro Muræna meminit, his verbis: Strauit pelliculis hædinis lectos punicanos. Videntur hîc Tuberonis sordes perstringi, quod non ex ære aut ebore, aut testudine lectos comparasset, nec eos peristromatis, tapetis, aut Babylonicis strauisset. Punicanos lectos Isidorus vocat lectos paruos & humiles primùm à Carthagine aduectos, & inde nominatos. Cn. Manlium primum, cum Romani Asiam subiecissent, triclinia (sic lectos vocat) ærata Romam vexisse testis est Plinius libro trigesimo tertio capite vndecimo. Tandem crescente luxuria, ex auro, argento, ebore, & testudinum putaminibus fuerunt confecti, vt Plinius eodem in loco testatur. Lectos mulierum, inquit, iampridem totos scimus operiri argento, & triclinia quædam, quibus argentum addidisse, primus traditur Catuilius Pollio eques Romanus, non, vt operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punica. Idem & aureos fecit. Nec multò post argentei Deliacos imitati sunt. Idem libro nono capite decimotertio: Testudinum putamina secare in laminas, lectosque & repositoria, his vestiri Carbilius Pollio instituit. Ac omnino lectorum eburneorum & testudineorum crebra passim apud auctores fit mentio. Sic enim Varro lectos alios ex ebore, alios ex testudine apud Romanos fuisse dicit libro octauo. Et ibidem, Nemo, inquit, facit triclinij lectos, nisi pares & materia, & forma, & figura. Apuleius libro decimo Met. Lectus Indica testudine perlucidus, plumea congerie tumidus, veste serica floridus. Mart. 12. ad Amœnum:

Lecti Punicani

Lecti ærati. Lecti argento & auro operti

Lecti eburnei, & testudinei.

Gemmantes prima fulgent testudine lecti.

Iuuenalis Satyr. vndecima, veterum Romanorum frugalitatem cum sui temporis hominum luxuria comparans,

Nemo (inquit) inter curas & seria duxit habendum,
Qualis in Oceani fluctus testudo nataret.
Clarum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum.
Sed nudo latere, & paruus frons ærea lectis,
Vile coronati caput ostendebat aselli.

Iauolenus D. lib. 32. l. 100. cui testudinea legata essent, & lectos testudineos pedibus inargentatos deberi, Trebatius respondit. Lectorum porrò siue stratorum eburneorum luxum Amos quoque cap. 6. Hierosolymitanis, atque Samaritanis sui temporis Dei nomine exprobrat, in quibus molliter & delicatè recumbentes compotationibus immanissimis indulgebãt. Sic Clemens Alexand. lib. 2. cap. 3. Pædag. sui temporis luxum perstringens, inter alia memorat κλίνας ἀργυρόποδας, & ἐλεφαντοκολλήτους, id est, lectos argentipedes, & ex ebore compactos, nec non χρυσοστιατὲς τε, καὶ χελώνας πεποικιλμένας κοίτης κλισιάδας, hoc est, auro interspersas, & testudine variatas cubitis valuas, quæ tunc temporis fuerunt vsitatæ. Idem, σκίμποδες, inquit, (erat humile grabbatum) nihilo deteriorem præstant κατάκλισιν, hoc est, accubitum, quàm lectus eburneus. Ex his constat, eburneorum, atque testudineorum lectorum maximum olim vsum fuisse. In Assueri conuiuio magni-

uio magnificentissimo lectuli aurei, & argentei fuerunt in pauimento strat, vt Esth.1.cap.scriptum est. Lecti regis Persarum luxuriosissimi descriptionem habes apud Athenæum libro 12. Ad illius caput ædificium quoddam erat πεντάκλινον, in quo auri 50. millia talenta semper erant reposita, & id appellabatur σφηνοκεφάλαιον βασιλικὸν, hoc est, ceruical, siue puluinus regius: & ad pedes alia erat ædicula τρίκλινον, in quo erant semper tria millia talenta argenti, quòd ὑποπόδιον βασιλικὸν vocabatur. Heliogabalum, tradit Lampridius, solido argento habuisse lectos triclinares, & cubiculares. Laminarum aurearum, & argentearum in toro discubitorio meminit Suetonius in Caligula: Romæ, inquit, in publico epulo ob detractam lectis argenteam laminam confestim carnifici tradidi. Ad furtum illud de lectis triclinaribus Epigrammatarius quoque poëta carmine quodam alludit. Apud Virgilium Æneid. 1. in regali conuiuio Dido regina dicitur aurea se composuisse sponda.

Sequitur nunc vt de illorum apparatu dicamus. Hi namque lecti (id quòd ferè sub cœnæ horam fiebat) insternebantur aulæis, purpura, aut alia veste stragula pro copia, aut inopia conuiuatoris. Hinc lectisterniator Plauto in Pseudolo, seruus qui lectos sternit, qui etiam lectistrator vulgò dicitur. Terent. Heaut. Accurrunt serui, soccos detrahunt, video alios festinare, lectos sternere, cœnam apparare. Cicero pro Murœna, Tubero homo eruditissimus, ac Stoicus in epulo quodam publico ac funebri, strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos. Lectus lepidè stratus, Plautus in Pœnulo. Illa porrò, quibus lecti sternuntur, à Græcis δαπίδες, τάπητες, στρώματα, & περιστρώματα: à Latinis vestes stragulæ, siue stragula, thoralia, & accubitalia appellantur, nec non stromata, & peristromata. Stragulum, quicquid insternebant, dictum à sternendo, Varro. Toral, inquit, Turnebus in suis Aduersarijs, inuolucrum erat thori, hoc est, congestæ plumæ, vel herbæ, vel arundinis operimentum, quod & elegantiore rursus stragulo obducebatur conuiuij causa, aut feriarum. Toralia lecti stragulæ appellantur, Bayffius. Accubitalia pro ipsis stratis. seu stragulis accipiuntur, vt in epistola Valeriani Imperatoris ad Lossymionem Syriæ procuratorem. Nam cùm Claudio, legionis Martiæ præfecto, complura forent pro militiæ instituto tribuenda, misit illi Valerianus Imperator accubitalium Cypriorum (vt vocat) paria duo, interulas puras, togam, &c. Crinitus de Honest. disciplin. lib. 23. cap. 2. Instratum quoque nominant omne id, quòd insternitur. Habebant & puluinos, quibus hinc inde sese fulcirent, & etiam ceruicalia ad ceruicem. Martialis in tertio:

Lectorum apparatus.

Vestes stragulæ.

Toralia.

Accubitalia.

Puluini.

Ceruicalia.

Cubitis trudit hinc, & in conuiuas
Effultus ostro, sericisque puluinis.

Philarchus apud Athenæum lib. 4. de Lacedæmonijs: καὶ πόλιν αὐτοῖς στρωμναίτε τοῖς μεγέθεσιν ἔτως ἐξησκημένοις πολυτελῶς, καὶ τῇ ποικιλίᾳ διαφόρως, ὡς τὴν ξενὴν ἐνίους τὴν φιλοφρόνησιν ὀκνεῖν τὸν ἀγκῶνα ὅπι τὰ σφηνοκεφάλαια ἐρείδειν. Hos puluinos Ælius Lampridius videtur subalares culcitras vocare in Heliogabalo. Huiusmodi stragularum vestium, quibus lecti olim sternebantur, maximus luxus fuit. Heliogabalus, teste Lampridio, primus omnium priuatorum toros aureis toralibus texit. Tibullus,

Stragularum vestium luxus.

Nam neque tum plumæ, nec stragula picta soporem,
Nec sonitus placidæ ducere possis aquæ.

Cicero in secunda Antoniana: Conchiliatis Cn. Pompei peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Vestes ergo stragulæ, aut conchyliatæ, aut purpureæ, aut Babylonicæ à locupletissimis patribus familiâs circundabantur. Sic Clemens Alexand. lib. 2. cap. 3. στρωμνὰς ἀλυργὰς, καὶ ἀλλων χρωμάτων δυσπορίστων, id est, stragulas vestes purpureas, & aliorum colorum paratu difficilium, commemorat suis temporibus vsitatas. Similiter Philo, στρωμνὰς ἀλυργεῖς, ἐνυφασμένε χρυσῷ, καὶ ἀνθοβαφεῖς ἑτέρας παντοίων χρωμάτων πρὸς τὸ τῆς ὄψεως ἐπαγωγὸν, id est, stragula purpurea, auro intertexta, varijs florum coloribus depicta refert, quæ suis temporibus fuerint in vsu. Virg. lib. 1. Æneidan descriptione regalis epuli,

Iam pater Æneas etiam Troiana iuuentus,
Conueniunt, stratoque super discumbitur ostro, id est,

Stragulis vestibus ex ostro confectis. Ibidem,

Arte laborata vestes, ostroque superbo.

Digitized by Google

Lecti eburnei strati vestibus coccineis referuntur ab Horat. Satyr. lib. 2. Satyra 6.

—— ponit vterque
In locuplete domo vestigia: rubro vbi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos.

Lambinus in illum Horatij versum Satyr. lib. 2. Satyra 4.

Et Tyrias dare circum illota toralia vestes,

Horatij versus exponitur.

Id est, & circum toros dare, id est, circundare toris illota toralia, videlicet vestes singulas purpureas illotas & ita toralia, & vestes Tyriæ vnum erunt. Plærique per Tyrias vestes, significari putant conuiuarum vestes, hoc sensu: & téne oportet committere, vt conuiuæ vestes suas Tyrias toralibus illotis, atque immundis inquinent? sed errant. Nam primùm verba Horatij non recipiunt hanc sententiam. Quod cum sit perspicuum, non est, quòd eos pluribus verbis refellam. Deinde veteres non solebant cœnare purpurati, sed albati potius, vt alibi docuimus. Omnino purpureas vestes inter cœnandum, & dum accumberent, non habebant. Contrà autem lecti, in quibus discumbebant, & in quibus dormiebant, stragulis vestibus textilibus, aut purpureis insternebantur. M. Tullius Cicero lib. 5. Tuscul. collocari iussit hominem in aureo lecto, strato puleherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto. Catull. de Pel. & Thet. nupt.

Hæc vestis priscis hominum variata figuris,
Heroum mira virtutes indicat arte. *Ibidem,*
Purpureáue tuum consternens veste cubile.

Titus Liuius lib. 33. Annalium, Et, cùm tibi viro liceat purpura, in veste stragula vel maxime familiâs tuam purpureum amiculum habere non sines? Lucret. lib. 2.

Nec calidæ citius decedunt corpore febres,
Textilibus si in picturis, ostroque rubenti
Iacteris, quàm si plebeia in veste cubandum.

Apud Homerum aliquoties fit mentio stragulorum, seu tapetum purpureorum, qui sedibus fuerunt instrati: vt, Ιλ. ι. de Achille,

Εἷσεν δ' ἐν κλισμοῖσι τάπησίτε πορφυρέοις. *Id est,*
Phœnicem, Vlyssem, Aiacem legatos ab Agamemnone.
Τάων (ancillarum Circes) ἡ μὲν ἔβαλλε θρόνοις ἐνι ῥήγεα καλὰ
Πορφύρεα καθύπερθ' ὑπένερθε δ' ἐλίθ' ὑπέβαλλεν.

Odyss. κ. & Odyss. γ. Euridaa ad famulas,

—— ἐν δὲ θρόνοις ἐυπολήτοισι τάπητας,
Βάλλετε πορφυρέους.

Stratus auro, argento, purpura, amplior aliquot hominibus, quàm Dijs immortalibus adornantur, Phauorinus in Oratio. qua legem Liciniam suasit apud Gellium lib. 15. cap. 8. Leno apud Plautum in Pseudolo minatur seruis suis, se illorum latera lorus ita varia effecturum, vt sunt peristromata Campanica (in Campania elaborata, vel quibus Campani vtebantur) picta, & Alexandrina, & tapetia conchyliata belluata, id est, in quibus erant bellua acu picta. Στρώματα, hoc est, stragula purpurea in foro quoque strata fuisse in Corys nuptijs, testatur Athenæus lib. 4. cap. 2. στρώματα apud Homerum διαπρεπέσσας esse dicit Athenæus lib. 1. cap. 10. cuiusmodi & Vlyssi substrata fuerint, & Nestor apud Telemachum plurimis se abundare gloriatur. Heliogabalus, teste Lampridio, strauit & triclinia de rosa, & lectos, & porticus, ac sic per ea deambulauit, idque omni florum genere, lilijs, violis, hyacinthis, narcissis. Nec cubuit in accubitis facilè, nisi his, quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, sæpè culcitras mutans.

Στρωτοὶ inuentores. Heliogabali Imp. locus elegans de suorũ conuiuarum discubitu.

Στρατοὶ inuentores Persæ, teste Athe. 1. Lepide factũ traditur à Vario Antonio Aug. qui Heliogabalus est appellatus in amicorum conuiuijs. Nam cum his cœnam fortè exhiberet, quibusdam simul discumbentibus, non accubitus quidem pro consuetudine, sed reflatibus folles substerni curauit, idq; ipsum mirifica arte, & ingenio. Sic vt conuiuæ reflatu paulatim follibus infra cæteros sub ipsis mensis ridiculè subsiderent, Crinitus de Honest. discipl. lib. 19. cap. 10.

Lectorum numerus.

Nunc postremò de lectorum numero quædam adijciamus. Tres, vt plurimum, lecti olim circum mensam erant, vnde triclinij nomen. Varro, Nam vt qui triclinium constraruntˌ si quem lectum de

tum de tribus vnum imparem posuerunt, aut de paribus nimium, aut parum produxerunt, vnà corrigimus, & ad consuetudinem communem, & ad aliorum triclinionum analogias. Vbi simul notabis morem triclinia consternendi. Iuuenal. Satyr. 5.

Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto.

Vel duo etiam, quod Plautus Biclinium in Bacchid. Act. 4. posterior ætas à Vespasianoorum imperio Sigma vocare cœpit, de quo supra pluribus. Cleomenis frugalitas laudatur à Plutarcho in eius Vita, quòd non nisi tribus lectulis vsus est, in conuiuijs solennioribus duos adhuc addidit. Nec verò duo tantùm, aut tres, sed plures etiam lecti fuerunt strati pro numero conuiuarum, à quorum lectorum numero ipsa loca conuiualia denominata fuisse, supra dictum est. Lectos olim exemptiles fuisse, non loco affixos. P. Nannius Miscellan. lib. 2. Terentij & Homeri quibusdam testimonijs comprobat. Et hæc de lectis discubitorijs, vti à Plinio denominantur, qui etiam lecti triclinij, triclinares ab Ælio Lampridio, & triclinarij nominantur, quorum olim in epulis tàm sacris, quàm prophanis maximus vsus fuit. Hodie quoque nonnunquam in lectis, quos Germani **Gutschen**/ *Galli conches, à cubando, vocant, sedentes epulari solemus. Sunt autem illi sex ferè pedum longitudinis, vt singuli tres conuiuas capiant: quanquam singuli tantùm huiusmodi lecti in singulis xetis, vel hypocaustis, vt vocant, nostris habeantur.*

Porrò notandum est, veteres sæpissimè in ipsa terra siue humo discumbentes epulari fuisse solitos, ita vt terra ipsis, & mensæ, & lectorum loco fuerit, qui mos etiam hodie nonnunquam vsurpatur. Est autem huiusmodi discubitus conuiualis ipsi naturæ, meo quidem iuditio, valde accommodatus. Nam primò terra verè omnium nostrûm mensa est & dici debet, hoc est, parens atque nutrix, quæ nobis alimenta esculentaque saluberrima ac iucundissima assidue gignit atq; suppeditat: vnde meritò à Græcis φερέσβιος, ac ζείδωρος: à Latinis etiam Ops fuit nuncupata. Deinde illa quoque communis est omnium hominum lectus, in quo & viui & mortui recubant atque requiescunt. Et huc facit Plinianum illud sanè perquam elegans terræ elogium: Terra, inquit, est illa, cui vni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indimus maternæ venerationis. Sic hominum illa, vt cœlum Dei, quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelque æditos sustinet semper: nouissimè complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens. Aquæ subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: Aer densatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, vsusque mortalium semper ancilla, quæ coacta generat? quæ sponte fundit? quos odores saporesque? quos succos? quos tactus? quos colores? quam bona fide creditum reddit onus? quæ nostri causa alit? Hæc ille de terræ laudibus, quas nos meritò illi cœli terræque conditori ac conseruatori, nempe Deo Optimo Maximo ascribere debemus. Esse autem accubationem sessione aptiorem ad cibum capiendum, Plutarchus Sympos. 7. Problemat. 11. his verbis significat: Sicut κλίνη, inquit, hoc est, lectus commodior est habentibus, quàm καθέδρα, id est, sella, propterea quòd ille corpus continet, omnique motione vacuum præstat, ita maximè conuenit animam in quiete conseruare. Huiusmodi verò discubitus terrestris, seu humicubationis epularis pulcherrimum sanè habemus exemplum in admirandis illis epulis, quas Christus ingenti hominum turba præbuit. Illi namque Christi conuiua ἐπὶ τῆς γῆς, vt Marcus cap. 8. scribit, hoc est, super terram, siue, vt idem cap. 6. loquitur ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ, viridi in gramine, siue, vt Matthæus 14. cap. scribitur, ἐπὶ τοὺς χόρτους, hoc est, fusi per herbas, (Clem. Alex. lib. 2. cap. 3. Pædag. ἐπὶ τῆς πόας χαμαὶ exponit) vnà fuerunt epulati. Quo quidem, vt Theophilactus in 14. cap. Matth. scribit, Christus docere voluit τὴν ἐυτέλειαν, ἵνα καὶ σὺ μὴ ἐπὶ κλινῶν πολυτελῶν, καὶ στρωμάτων ἀναπαύῃ, hoc est, frugalitatem, ne tu quoque in pretiosis lectis, stratisq; accumbas. χόρτος alij herbas, alij gramina vertunt, vulgata fœnum, Syr. Asba, id est, herbam. Sic Celtæ, teste Athenæo libro 4. conuiuis χόρτον ὑποβάλλειν, id est, gramina subijcere fuerunt soliti. χόρτος nonnullis nisi de herbis resectis dici videtur: in qua significatione etiam 1. Cor. 3. accipi videtur. Inde χορτάζεσθαι, & χορτάσαι, vt testatur Eustath. Ιλ. λ. propriè de brutis dicitur, quorum cibus est gramen: transfertur tamen ad humani quoq; cibi satietatem. Sic apud Virgil. lib. 1. Æneid.

Tum victu reuocant vires, fusiq; (discumbentes) per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

Mos discumbẽdi in humo.

Lectum sella est se commodiorem.

χόρτος.

Digitized by Google

Polydius, teste Athenæo lib. 14. cum in via sacrificaret Petenum prætereuntem retinuit, cumq; eum inter herbas sedere fecisset, germinaq; confregisset pro mensa, apposuit illi ex ijs, quæ immolata fuerant. His similia illa Tibulli lib. 2. Eleg. 5.

—— Pubes discumbet in herbas,
Arboris antiquæ, qua leuis vnda cadet.
At sibi quisque dapes, & festas extruet altè
Cespitibus mensas, cespitibusque torum.

Ouidius lib. 3. Fastorum, de Festo Annæ Perennæ:

—— Virides passim disiecta per herbas Potat.

Apud Homerum quoque sæpè legimus comedentes super virgulta pellibus strata sedisse, secundùm illud:

τῷ δὲ συβώτης,
χεῦεν ὑπὸ χλωρὰς ῥαπάς, καὶ κώας ὑπέρθεν. (*Hinc Ouidius,*
Qui poterat pelles addere, dives erat.)
Ενθα καθέζετο. *Et Od. Γ.*
καὶ ἔδρυσεν παρὰ λαιτὶ.
Κώεσιν εἰν μαλακοῖσιν, ὅθι ῥάμνοις ἀλίῃσι, *Id est,*
Collocauit eos in pellibus mollibus, in arenis marinis.

Eustathius. Considera, inquit, hîc ἡρωϊκὴν εὐτέλειαν, hoc est, Heroicam frugalitatem. Nam filius Nestoris regis, peregrinos collocauit non ὅθι ἀλιπορφύροιν ταπήτων, ἢ ἄλλης τινὸς ἐργώδους στρωμνῆς πεπωμένης πολλῶν, ἀλλ' ὅθι ῥάμνοις ἐν ἠέρμασιν, μαλακοῖς μέντοι, hoc est, Non in tapetijs purpureis, alijsue stragulis sumptuosis, sed in arena atq; pellibus, mollibus tamen.

Et Od. Z. Εἶσεν δ' εἰσαγαγὼν, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας,
Εσόρησεν δ' ὅθι δέρμα ἰονθάδες ἀγρίου αἰγὸς,
Αυτῷ ἐπίουλον μέγα, καὶ δασύ.

Hoc est, illum introducens sedere fecit, substratis illi virgultis densis, super quas strauit pellem capræ agrestis atq; iuuenis, ad cubandum, dormiendumq; aptam, magnam atq; densam. ῥῶπες, inquit Eustathius, sunt ἱμαντώδη φυτὰ, virgulta, siue plantæ flexibiles, viminea, παρὰ τὸ ῥέπω. τῷ δὲ ὑπέχευεν, verbo suffundendi seu substernendi significare voluit στιβάδα stratum molle ex foliis atque graminibus teneris, ne illud nimis durum foret, atq; densum. δέρμα autem, (qua voce hîc vtitur) & κώεος, qua alibi sæpè, hanc idem differentiam affert, quòd δέρμα quidem significat, τὸ ἀπλῶς ἐκδερόμενον, id est, id quòd simpliciter excoriatur: κῶας autem, siue κῶας, ἐν ᾧ κεῖταί τις, ἢ κοιμᾶται, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι, hoc est, in quo quis iacet, aut dormit, vestis stragula, siue stragulum. Strata ergo, siue stragula Homerica partim virgultis, partim pellibus constabant. Cum Iuditha ab Holoferne ad epulas fuisset inuitata, ancilla ei humi pelles dicitur strauisse, vt super illis accumbens, cibum caperet. Athenæus porrò huiusmodi conuiuium, in quo humi discumbitur, elegantet δεῖπνον χαμαιπετὲς *appellat lib. 4. vbi mirabilem Parthorum regum morem commemorat: Amicus, inquit, regis ad epulas vocatus, non est eiusdem mensæ particeps, sed χαμαὶ ὑποκαθήμενος, humi, longè infrà regem, in extelso lecto cubantem, sedens, quicquid ab illo proijcitur cibi, camino planè more ritu comedit: id quòd Athenæus vocat κυνιστὶ σιτεῖσθαι. Sæpè quoq; numero qualibet de causa ἀποσπασθεὶς τῆς χαμαιπετοῦς δείπνου, hoc est, à terrestri illa cœna abstractus, loris tessellatis, virgisq; caditur: atque cum factus est sanguinolentus, cum, à quo plagis est cæsus, tanquàm benefactorem, ὅθι τὸ ἔδαφος πρηνὴς προσπεσὼν προσκυνεῖ, id est, pronus humi procumbens, adorat atq; veneratur. Paulò post narrat, regem Heraclionem Beriæum cùm circiter mille milites ad cœnam vocasset, eos discumbere fecisse ὅθι τῆς ἐδάφους ἐν ὑπαίθρῳ, id est, humi sub dio. Calecutienses similiter hodie humi procumbentes comedunt in trulla ænea, vt testis est Ludouicus Romanus, idem tradit ipsum quoq; Regem Calecutiensium humi recubare absq; stragulis, quem sacerdotes circumstant, non propius, quàm ad quaternos passus accedentes, regisq; verba summa cum reuerentia excipientes. Canarienses quoq; solo accumbentes, cibum capere, Amer. Vespucius testatur. Carolo Burgundiæ duci nocte, qua ad montem Hericum Gallos vicit, trepido adhuc, nec satis victoriæ suæ fidenti, mensa est humi apposita, & tria aut quatuor cadauera subducta ex eo loco, vt*

Parthorum mos mirabilis.

Calecuticnsium mos.

Digitized by Google

loco, vt esset vbi Princeps sederet victor. Tum vnus aut alter fascis allatus straminis: ibi fessus è labore prælij, & saucius, & parum securus, sumpsit eam cœnam, qualem conijcere quisq; potest illo & loco, & tempore, & rerum motu potuisse apparari; Ludo. Viues, de Concord. & Discord. lib. 3.

Turcæ epulaturi, subijciunt floreas, Hattser vocatas, deinde insternũt tapetia aut pulvinaria. Alij in nuda humo discumbunt. Mensa illorum. Tsophra dicta, ex corio fit, & explicatur, & contrahitur, vt marsupium. Non assident nostrorum more, nec discumbunt veterum ritu, vt cubito innitantur, sed decussatim pedibus inter se complicatis, more sartorum, testis est Bartholomæus Georgieuizius. Hodie agricolæ, vindemiatores, messores atq; milites sæpissimè sub dio humi recubantes, cibum solent sumere. Nullus Tartaris mensarum & sedilium est vsus. Cutes equorum iam tum fumantes, & recens bestiæ detractas proscamnis consessuri consternunt. Sed hæc satis de duplici hoc conuiuarum situ, sessione nimirum & accubatione: quibus addendum, mixtum olim fuisse conuiuarum situm, ita vt in ijsdem epulis alij quidem sederint, alij verò accubuerint. Sic enim, vti supra dictum est, apud Romanos fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant, teste Val. Maximo lib. 2. c. 1. Idem testatur Isidorus lib. Etymol. 20. ex Varrone de vita populi Rom. hac ratione addita, quod turpis visus est in muliere accubitus. Huius rei exemplum illustre occurrit apud Apuleium lib. 1. Intuli me, eumque accubantem exiguo admodum grabatulo, & commodum cœnare incipientem inuenio, assidebat pedes vxor, & mensa vacua posita. Et paulò post: Iubet vxorem decedere, vtq; in eius locum assideam iubet, meq; etiamnum verecundia cunctantem, abrepta lacinia detrahens, Asside, inquit, istic. Illud assidebat pedes, Beroaldus corrigit, penes, hoc est, iuxta maritũ: vt conueniat cum verbis Luciani, ὁ δὲ αὐτὸς καθῆστο πλησίον. Similiter apud Parthos, Rex in excelso lecto recumbebat, amici ab illo inuitati humi sedebant, de quo supra.

Turcarũ mos.

Mixtus conuiuarum situs.

Stando quoq; nonnunquam fit epulatio, quam Mamertinus prandium statarium vocat, quod sumitur raptim, & quasi in pedes stando σταδιαῖον ἄριστον. Huiusmodi fuit Iudæorum quondã Pascbale illud epulum, de quo supra. Terentium, Varronem & Hannibalem post res afflictas non sedentes, vt antea, sed stantes cœnitasse legimus: quemadmodum Cato iunior post bellum ciuile, non accumbens, vt prius, sed sedens cibo parciore vsus est, de quo Alex. ab Alex. lib. 5. c. 21. Hannibalem neq; cubantem cœnasse, neq; plus sextario vini indulsisse testis est Iustinus lib. 32.

Standi mos inter epulandũ.

Deniq; inambulando nonnunquam homines cibum capiunt. Sic Apuleius ientaculum ambulatorium eleganter vocat, quod sensim ambulando equus carpebat in prato, lib. 1. statim ab initio. Monachus quidam, Pios nomine, teste Suida, ambulando cibum capiebat, qui interrogatus, cur id faceret, respondit, ὁ βούλομαι τῷ βρώματι ὡς ἔργῳ χρήσασθαι, ἀλλ' ὡς παρέργῳ. Idem alteri cuidam similiter interroganti, huiusmodi responsum dedit: Ἵνα μὴ ἐν τῇ ἐδέσει ἡδονῇ σώματικῇ αἰδαίνοιτο ἡ ψυχή. Alio sensu cœnam ambulantem Martialis vocat, vbi appositæ epulæ ad proximè accumbentẽ ordine transeunt, qui mos in cœnobijs receptus, seruatur etiam nunc. Hæc satis sint dicta de quadruplici ferè conuiuarum inter epulandum situ atq; habitu, qui apud alias atq; alias gentes, nec non alijs atq; alijs temporibus varius est atq; multiplex, sicuti dictum fuit.

Verùm huc quoq; pertinent, quæ de varijs conuiuarum gestibus, corporis, vel totius, vel certarum eius partium, motu atque compositione inter epulandum præcipi ac disputari solent. De his Erasmus in libello suo de Ciuilitate morum sic disserit: Accumbens, inquit, vtranq; manum super mensam habe, non coniunctim, nec in quadra. Quidam enim indecorè, vel vnam, vel ambas habent in gremio. Cubito vel vtroq;, vel altero innixi mensæ, senio morbóue lassis condonatur: idem in delicatis quibusdam aulicis, qui se decere putant quicquid agunt, dissimulandum est, non imitandum. Interea cauendũ, ne proximè accumbenti cubito, neu ex aduerso accumbenti (quem ἀντιπρόσωπον Græci eleganter vocant) pedibus sis molestus. In sella vacillare, & nunc huic, nunc alteri nati vicissim insidere, speciem habet subinde ventris flatum emittentis, aut emittere conantis. Corpus igitur æquo libramine sit erectum. Mantile, si datur, aut humero sinistro, aut brachio læuo imponito. Inurbanum est oculis circumactis obseruare, quid quisq; comedat, nec decet in quenquam conuiuarum diutius intentos habere oculos: inurbanius etiam transuersis hirquis intueri, qui in eodem accumbunt latere: inurbanissimum, retorto in tergum capite contemplari, quid rerum geratur in altera mensa. Sedentem pedibus ludere stultorum est, quemadmodum & manibus atq; digitis gesticulari, iactare brachia, motare caput, vultum in varios mutare habitus, leuitatis, & inconstantiæ est ar-

De conuiuarũ gestibus.

gumentum. Verùm oculorum, superciliorum, frontis, genarum, oris, vultus totius, labrorum, dentium, capitis, ceruicis, humerorum, genuum atq; pedum, totius deniq; corporis, qualem in hominum congressu, colloquijs, ac præsertim inter epulandum, compositionem, motum, gestum, atq; moderationem esse conueniat, idem auctor pluribus eodem in libello explicat. Cicero quoq; lib. 1. Offic. de morum atq; gestuum ciuilitate scitè admodum, eleganterq; hunc in modum in genere disserit: Decorum, inquit, in omnibus factis, & dictis, in corporis deniq; motu & statu cernitur, idq; positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto, in quibus continetur cura etiam illa, vt probemur ab ijs, cum quibus, & apud quos viuimus. Et paulò post: Nos autem naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum, auriumq; comprobatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. Quibus in rebus duo sunt maximè fugienda, ne quid effœminatum, aut molle, aut ne quid durum, aut rusticum sit. Nec verò histrionibus, oratoribusq; concedendum est, vt ijs hæc apta sint, nobis dissoluta. Et paulò post: Ergo & à forma remoueatur omnis viro non dignus ornatus, & huic simile vitium in gestu, motuq; caueatur. Nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores: & histrionum nonnulli gestus ineptijs non vacant, & in vtroq; genere, quæ sunt recta & simplicia laudentur. Clemens Alex. lib. 2. Pædag. cap. 7. Quòd si sederint, inquit, ne pedes sæpè permutent, nec alterum femur alteri superponãt, nec manum mento sustentent. Illiberale enim est, & indecorum seipsum non ferre, idq; datur vitio adolescenti. Idem sub finem: Sit autem grauis quoq; aspectus, colliq; conuersio, ac motus honestus, & decorus, & manuum quoq; in loquendo gestus. De gestuum moderatione vide quoq; Ambrosium lib. 1. cap. 17. Hæc Erasmi, Ciceronis, aliorumq; præcepta de corporis vel totius, vel certorum eius membrorum apto, ciuili atq; decoro gestu, motuq; cùm in omni hominũ congressu atq; cœtu: tùm verò, atq; in primis in conuiuijs diligenter, accurateq; sunt seruanda.

DE CONVIVARVM COLLOCATIONE ATQVE ORDINE. QVAENAM HAC IN RE CONuiuatoris atque conuiuarum sint partes. De locorum discrimine secundum varias gentes.

CAPVT XXXV.

QVNC consequens videtur esse, vt de conuiuarum collocatione, atque ordine dicatur. Collocare, seu ordinare Græcè dicitur τάττειν, ἱδρύειν, ἐγκατακλίνειν τὰς κλίσεις, ἁρμόττεσθαι δὲ καὶ διανέμειν τάξιν. Plutarchus, νέμειν κλισίην. Plutar. pro quo Luc. 14. δοῦναι τόπον, εἰς τὴν ἐσχάτην χώραν καταχθεὶς Plutarchus 7. sapien. con. Luc. 14. ἔσχατον τόπον, ἀναπεσεῖν, Ioannis sexto, κλίνειν, Nonnus. Apud Plutarchum libro 1. Sympos. Problemat. 2. quæritur, an conuiuas is, qui conuiuio excipit, ipse debeat κατακλίνειν, id est, collocare, an verò collocationem conuiuarum arbitrio permittere, ita vt vnusquisque eorum locum, quem vult, capiat: & in vtramque partem speciosæ admodum, probabilesque rationes afferuntur. Verùm vt à sacris literis exordiar, in ijs cùm exempla, tùm præcepta huiusce rei clara admodum, & illustria habemus. Iosephus, sicuti Genes. quadragesimo tertio capite scriptum est, in splendido illo & magnifico epulo, quo fratres suos excepit, illos secundum ætatis ordinem sedere iussit: ita vt Ruben primo, Simeon secundo, Leui tertio, Iudas quarto, Beniaminus vltimo loco assideret. Et additur, Admiratique sunt viri illi, hoc est, Iosephi fratres, alter ad alterum: nimirum vel quòd tantum sibi honoris haberetur, vel quòd de ætate non interrogati, sua tamen debita singulis loca essent assignata: cùm se putarent esse ignotos, neque facilè ex habitu corporis colligi potuerit, quis nam alterum ætate anteiret. Sæpenumero enim seniores videntur iuniores esse. Philo in libro de Iosepho eiusdem rei mentionem facit, his verbis: Iussi deinde sedere iuxta ætatis ordinem; mirabantur Iosephi fratres, quòd Ægyptij non aliter, quàm Hebræi, ordinis rationem ducerent, & in honorandis hominibus ætatis rationem haberent: sic enim

An conuiuas is qui conuiuio excipit, ipse debeat collocare, an verò collocationem conuiuarum arbitrio permittere

Iosephus fratres, conuiuas suos, secundum ætatis ordinẽ sedere iussit.

sic animis suis secum reputantes, hic fortasse magistratus pro sua prudentia non solùm serijs & magnis rebus ad pacis, belliq; recta munia spectantibus induxit decorum ordinem: verùm etiam honestatem in istis leuioribus, & penè ludicris, quam Ægyptij hactenus rudiores nesciuerunt. Nam ἱλαρότητα ὀπιζητῶσι δωχίαι, σεμνὸν ἄγαν, καὶ αὐστηρὸν συμποτῶν ἀκίσα ὥδε δεχόμθαι, *hoc est, Hilaritatem conuiuia desyderant, grauem nimis, & austerum conuiuam minimè admittentes. Ex his ergo constat, Iosephum ex more Hebræorum fratres, conuiuas suos non temerè, atq; promiscuè, sed secundùm ætatis ordinem, sedere iussisse. Samuel cum Saulem, & eius famulum, vnà cum alijs, qui erant 30. numero, epulo excepisset splendido, dicitur Sauli, & eius famulo locũ dedisse in capite inuitatorum, hoc est, summum, siue præcipuum, ac principem, quæ illius* πρωτοκλισία *regiæ dignitatis, ad quam vocabatur, quasi præludium fuit, vt & portio carnis, qua similiter à Samuele honoratus fuit. At obijciat non nemo, Iacobus tamen capite 2. reprehendit sui temporis Christianos, quòd in Synagogis suis diuitibus, splendidè vestitis, honorificam sedem assignarent, pauperes autem, & sordidis vestibus amictos, vel stare iuberent, vel ad hypopodia sua reijcerent: quibus verbis videtur omne personarum discrimen (quod* προσωπολημψίαν *vocat) tollere. Nam quòd de Synagogis dicit, idem ad conuiuia quoq;, & reliquos cœtus transferri potest: imò sunt, qui hunc locum de agapis, hoc est, Christianorum antiquis sybsitijs interpretantur. Respondeo, Iacobum his verbis non personarum omne discrimen tollere, & velle omnibus parem & æquabilem vel loci, vel aliarum rerum honorem haberi: sed culpat illorum peruersum iudicium, & arrogantiam, qua non tàm virtutis atque religionis habita ratione, quàm diuitiarum, diuites quidem, quantumuis impios, nimiùm honorabant, ijsque adulabantur omnibus modis: contrà pauperes omnino negligebant ac contemnebant, vt ferè fieri solet. Hic potius locus monet, eos qui conuiuis sedes assignant, vt non tàm externum corporis, quàm internum animi ornatum spectantes, locis honorationibus illos potius cohonestent atque ornent, qui virtutibus, quàm qui vestium splendore fulgent. Sæpe tamen numero fit, id quòd ipsa experientia testatur quotidiana, vt homines etiam ignobiles, atque turpes, ob vestium splendorem nobilibus, ac magnæ virtutis & dignitatis hominibus minus splendidè vestitis, præferantur. Christus quoque partim verbis, partim facto & exemplo suo, quæ nam hac in re cùm cõuiuatoris, tùm conuiuæ sint partes, egregiè docuit. Nam cùm, sicuti Luc. 14. cap. scriptum est, die Sabbati in cuiusdam Pharisæorum principis domo epulatus fuisset, & vidisset quosdam Pharisæorum nimis ambitiose* φιλοπρωτοκλισίας ἐκλέγεθαι, *hoc est, affectare, atque captare, parabola apta, & idonea hanc illorum ambitionem grauiter perstrinxit, simulque docuit conuiuas quidem non debere primum in conuiuijs locum temere occupare, ne cum illorum ignominia atq; dedecore in extremum reijciantur: conuiuatoris verò partes esse suum cuique inuitatorum pro dignitate locum assignare, ita vt quò quis sit* ἐντιμότερος, *hoc est, maioris dignitatis, & auctoritatis, tantò illi honoratior quoque locus tribuatur. Sic idem, cum magnæ illi hominum turbæ epulum daret, vt Marci 6. scriptum est,* τάξις *& quoque, seu* συντάξις *in illis collocandis rationem habuit. Nã, vti testatur Marcus,* ἐπέταξεν αὐτοὺς ἀναπλιθῆναι πάντας συμπόσια συμπόσια, ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ. Καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ, ἀνὰ ἑκατὸν, καὶ ἀνὰ πεντήκοντα. *Illud* συμπόσια συμπόσια *vulgata secundũ contubernia exponit: Erasmus distributis conuiuijs: alij, sigillatim per conuiuia: alij, per singulos conuiuarum ordines: Gallicè par lundes: Germanicè,* In geſellſchafft vnd rotten/ allwegen ein rott in ein ſmauns maden. *Hebræi enim pro vocabulis distributiuis, vci solent vocabulis geminatis. Cõuiuia ergo vocat, quæ Galli vulgò tablees, hoc est, hominum numerum, quantum vna mensa capere potest. Syr. Semakim semakim, id est, discumbentes discumbẽtes. Theophilactus,* διακεχωρισμένως, αἰντὶ τῶ τραπέζαις διαφόροις, *id est, separatim, per mensas diuersas. Deinceps illud* συμπόσια συμπόσια *explicatur per* πρασιαὶ πρασιαὶ. *Syr. discubitus discubitus, hoc est, interprete Tremelio, per diuersos ordines, quò inter ordinum aliquod esset inter discumbentium series ad apponendos, & colligendos panes. Vulgò, diuisi in viridaria. Theophilactus,* πρασιαὶ πρασιαὶ, *hoc est,* διαφορα κόμματα, καὶ μέρη: πρασιαὶ γὰρ λέγονται τὰ ἐν τοῖς κήποις διάφορα κόμματα, ἐν οἷς φυτεύονται διάφορα πολλάκις λαχανα, *hoc est,* πρασιαὶ *sunt consitorum olerum ordines. Idcirco nonnulli verterunt per areolas, hoc est, per spacia quædam continentia conuiuas, vt areolæ hortenses (*gartenbett*) sua olera.* Πρασιαὶ *Hesychio* αἱ ἐν τοῖς κήποις τετράγωνοι λαχανίαι, (krautbett) *hoc est, vt Plinius vocat, pul-*

Συμπόσια συμπόσια.

Πρασιαὶ πρασιαὶ.

minorum tori, aut sulcorum tramites. Suidas, τραπέζαι, αἱ τῶ πέντε λαχανίαι, καὶ τράπεζον λάχανον. Omnino per συμπόσια, & τραπέζας, intelliguntur turmæ centenariæ, siue centuriæ, & quinquagenariæ, in quas Christus magnam illam conuiuarum suorum multitudinem distribuerat. Hoc ergo suo exemplo Christus docuit, cùm cæteris in rebus, tùm in conuiuarũ collocatione, διταξίας esse conuiuatori rationem habendam. Et huc faciunt quæ à Plutarcho sub Timonis persona disseruntur problemate paulò ante citato. Nam primò adducit Pauli Æmilij Imperatoris exemplum, qui cum debellato Perseo, in Macedonia multa conuiuia victorialia agitaret, admirabili omnium rerum ordine, atque apparatu vsus, dixisse fertur, τῦ αὐτὸ ἀνδρὸς εἶναι καὶ φάλαγγα συστῆσαι φοβερωτάτην, καὶ συμπόσιον ἥδιστον, hoc est, Eiusdem esse viri, & armatam aciem quàm maximè formidabilem, & conuiuium quàm iucundissimum instruere: nam in vtroque ἐυταξίαν, id est, ordinis artem, rationemque reperiri. Et Homerus viros præstantissimos, regnandique peritissimos, κοσμήτορας λαῶν, hoc est, populorum ordinatores, appellare consueuit. Deinde ab ipsius Dei magni exemplo argumentatur, qui secundum Philosophorum sententiam, nihil vel addendo, vel detrahendo, sed suis quæque in locis constituendo, ἀκοσμίαν διταξίᾳ εἰς κόσμον μετέβαλε, hoc est, confusam rerum molem, ad ordinem, formamque pulcherrimam redegit, atque ita mundum constituit. Verùm his maioribus & grauioribus omissis, Videmus, inquit, τὼ περὶ τὰ δεῖπνα δαπάνην ἡδὲν ἔχουσαν ἀτερπεῖς, ἂν ἐλεύθερον, εἰ μὴ τάξιν μεταχοι, hoc est, Sumptum, qui conuiuijs impenditur, nihil habere iucundi, aut liberalis, si absit ordo. Proinde ridiculum esse τῆς ὀψοποιοῦς, καὶ τραπεζοπέμπους, hoc est, coquis, mensæque ministris, curæ esse quid primo, quid secundo, medio, vltimóue loco apportent: atque adeò etiam vnguentis, sertis, fidicinæ (si adhibeatur) suum esse ordinem atque locum: illos autem, qui ad hæc vocantur, temerè, & fortuitò iuberi discumbere, neque ætatis, magistratus, aliarúmue id genus rerum vllam habere rationem, cum quidem conueniente instituto, ordine, & honore afficiatur præstantior, &, qui eo minor est, assuescat locum cedere digniori: & denique is, qui collocat, exerceatur in iudicio, & coniectura de decoro facienda. Neque enim suus in consessu, suus in astando locus est potiori, nullus est in discumbendo, neque conuiuator in præbibendo ordinem seruabit, ita vt huic potius, quàm alij prius præbibat, in locis autem mensarum distribuendis personarum discrimina negliget, & principio statim τὼ ἀγομένην μίαν μύκωνον ὀπτῶντας τὸ συμπόσιον, hoc est, totum conuiuium faciet vnam (quòd aiunt) Myconum, significans, interprete Erasmo in Adagio (Omnia sub vnam Myconum) indistinctos adhuc conuiuas: vnde constat hoc adagium, de indiscretis, atq; confusis dictum. Homeri quoq; auctoritas, quæ hîc adducitur, ad idem probandum non parum valet. Is namque viros honore dignos, cùm alijs rebus, tùm etiam sede honorandos esse, multis exemplis docet. Sic enim Lyriorum ille princeps ἔδρητε, χρισάντε, vt etiam Saulem Samuel, de quo supra 1. Samuel. 9.) ἦδὲ πλείους δ' ἐπάεσιν, inquit, hoc est, assessu, carnis missu, plenisq; culullis, Sarpedonem excipit (vt etiam Athen. testatur lib. 1. cap. 6.) quibus verbis ordini primas honoris tribuit. Alcinoum quoque laudamus, quum hospitem iuxta se collocaret, Od. η.

ὃν ἀνασ'ήσας ἀγαπλώοιο λαομέδοντα
ὃς οἱ πλησίον ἧζε μάλιστα δὲ μιν φιλέεσκε.
Gnatum insisset cùm surgere Laomedonta
Carus præ reliquis ipsum qui ponè sedebat.

Ordinẽ in conuiuijs collocandis esse adhibendum.

Vna Myconus.

Ιλ. μ. Homerica conuiuia collocandi ratio.

Επὶ δέξιον sanè, & φιλαίτερον, hoc est, humanum hoc illius, & scitum dextrumq; factum fuit, quòd supplicem in locum dilecti recepit. Hominum generis, dignitatisque rationem habendam esse, docet Crinitus lib. 2. cap. 4. De collocatione conuiuarum, siue consessu apud veteres, vide egregium locum apud Eustathium Ιλ. β. f. 186. v. 36. Agamemnon conuiuio excepturus Græcorũ præstantissimos, primum locum Nestori dat, senectutis & prudentiæ ergò: sextum, siue postremum Vlyssi, ob prudentiam: intermedia loca Idomeneo, Aiaci, & Diomedi, fortitudinis ergò. Extrema, quoniam veluti termini sunt, honorificentiora sunt intermedijs: & propterea etiam prudentiæ, quæ fortitudinem honestatis, & mediocritatis limitibus circumscribit, extrema loca committuntur vtrinque. Similiter in statione nauium, propugnaculorum vice, Achilles vnum, Aiax alterum extremum tuentur apud eundem. Pisistratus Nestoris filius, vt est apud eundem Od. γ. statim ab initio Minerua, atq; Telemachi apprehensa manu,

καὶ ὕδρυ-

——καὶ ὕδρυσεν παρὰ λαιτὴ
Κώτσιν ἐν μαλακοῖσιν, ὅθι φαμάθοις ἁλίηισι,
Πάρ τε καστιγνήτῳ θεασυμήδεϊ καὶ πατέρι ᾧ.

Huc facit illud, quod crebrò occurrit,

Ἐξείης ἕζοντο κατάτε κλισμούστε θρόνουστε,

Hoc est, ex ordine, non ἀκρίτως, καὶ ἀτάκτως. Plura alia apud eundem Poëtam huiusmodi exempla occurrunt, quibus docet, eos, qui alios hospitio, conuiuioq; excipiunt, debere operam dare, vt singulis pro cuiusq; dignitate loca, sedesq; commodas, & honorificas assignent. Quin etiam dijs ille certas sedes tribuit. Neptuno enim, quanquam vltimus venisset in concionem, nihilominus

Ἵζεν ἄρ' ἐν μέσοισι, Ilia. v. ver. 15.

Hoc est, in medio collocauit, nimirum hoc loco ei conueniente. Minerua autem videtur eximium hunc locum habuisse, vt semper Ioui proximè assideret, idq; Poëta innuit de Thetide canens,

ἡ δὲ ἕδος Διὶ πατρὶ καθέζετο, εἶξε δ' Ἀθλώη.
Assedit patriq; locum cedente Minerua.

Id quod etiam Pindarus disertius dixit,

πῦρ πνέοντ' ἄτε κεραυνῷ ἄγχιστα ἰμδύη.
Spiranti flammas quæ propè fulmini assidet.

Esti ergo antiquæ Hebræorum consuetudini, Christi exemplo, atque præcepto, antiquis populorum moribus atq; adeò ipsi naturæ atq; rationi, quæ διταξίαν omnibus in rebus postulat, conueniens videtur esse, ac consentaneum, vt ipse conuiuator, seu conuiuij dominus conuiuas pro sexus, ætatis, dignitatis, conditionis, aliarumq; circumstantiarum ratione, bene apteq; collocet, & ordinet: tamen summum hîc iudicium, summa cautio adhibenda, præsertim in solennioribus epulis. Nam sæpè ex huiusmodi cõuiuarum collocatione, dum alij alijs præferuntur, maxima odia, inimicitiæ, simultates exoriuntur, vel iam sopitæ renouantur, ac rursus accenduntur, id quòd conuiuiorum fini, qui est mutui amoris, benevolentiæ conseruatio, iusto atq; legitimo, valdè contrarium est, & inimicum. Adhæc igitur euitanda summa est conuiuatori adhibenda dexteritas & prudentia, dandaq; opera, vt ita conuiuas collocet atq; ordinet, ne vel ipse in odium, offensionemq; conuiuarum incurrat, vel inter ipsos conuiuas æmulationem, odia, simultatesq; excitet. Regulæ itaq; quædam, & præcepta hîc sunt ea obseruanda. Primò enim dabit operam, vt patrium morem ac consuetudinem hîc diligenter obseruet, eiq; pareat.

Conuiuiorum finis.

Præcepta obseruanda in collocandis conuiuis ad mensam

Deinde, vt peregrinis, senioribus atq; magistratibus magis honorifica, quàm ciuibus, iunioribus atq; priuatis, loca assignentur, id quòd ferè omnium gentium consuetudine cùm antiqua, tùm recenti tritum est, & vsitatum, ipsiq; rationi conuenientissimum.

Præterea si multi (id quòd non sæpè fit) ἐφάμιλλοι τοῖς ἀξιώμασι, hoc est, pares dignitate conuenerint, ita vt difficilis sit dijudicatio, tum secundum Plutarchi præceptum, cum multa sint loca honorata, satis illi erit copiæ, & facultatis honores distribuendi, modò iudicio, ac coniectura valeat. Sic enim alium honorabit loco primo, alium medio, alium quòd eum collocabit vel iuxta se, vel amicum, aut familiarem suum, aut magistrum aliquem. Reliquis deinde vel munusculis, vel assiduis, humanis, & honorificis salutationibus, compellationibus, colloquijs, satis facere conabitur. Illa quoque nonnunquam, si adsint conuiuæ honore & dignitate æquales, ijdemq; morosi, ars atq; machina adhiberi poterit, Plutarcho auctore, vt nimirum patri, si adsit, aut auo, socero, aut alicui cognato eorum, ei deniq; cui apud conuiuatorem peculiaris sit quadam honoris prærogatiua honestissimus locus tribuatur. Id sequutus est Achilles apud Homerum, qui cum videret Menelaum, & Antilochum, de equestris victoriæ premio contendere, metuereteq; ne ira & contentio longius serperet atq; progrederetur, hoc excogitauit commentum, vt tertio, Eumelo nimirum, præmium illud tribueret, cum verbis quidem præ se ferret atq; simularet, se id miseratione ductum facere, reipsa autem atque sine æmulationis, contentionisq; illorum causam tolleret. Hic mihi in mentem venit id, quod Venetijs, cum ibi essem, accidit: Nam cum Principatum, qui tunc vacabat, duo potentissimi, opulentissimiq; viri ambirent, Senatus ille pro sua prudentia æmulationis, contentionisq; illius reprimendæ gratia, Laureda no, illustris quidem dignitatis, & spectatæ virtutis sapientiaq; viro, duobus tamen illis competitoribus opibus atq; diuitijs, forsan etiam generis splendore, aliquãto inferiori, illũ honorem detulerunt, Principemq; crearunt. Ilia. 4.

Præterea, vt Plutarchus benè, sapienterq; monet, non semper in collocandis ad mensas conuiuis respiciendum est ad gloriam, aut vnius cuique dignitatem, sed ad iucunditatem, καὶ τὸ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον χάριν, καὶ ἁρμονίαν, id est, quomodo alius ad alium sit affectus, & quomodo ipsis inter se conueniat, id quòd alijs quoque in rebus locum habet. Nam, exempli gratia, qui domum ædificat, non lapidem Atticum, aut Laconicum ob nobilitatem præponit: neque pictor colori pretiosissimo principem locum attribuit: neque nauis compactor atque fabricator Isthmicam abietem, aut Creticam cupressum, reliquis priorem lignis ponit: sed hæc omnia eo modo atque ordine inter se componit, concinnat, atque coagmentat, quo totum opus validum, pulchrum, & vtile maximè videtur futurum. Ipse quoque Deus, quem bene Pindarus ἀειςοτέχναν appellauit, non vbique suprà ignem, infrà terram posuit: sed hæc omnia ita inter se composuit, quemadmodum corporum vsus & necessitas postulabat. Hanc ergo habent hæc constitutionem, quam non naturalis locorum distributio, sed noui operis confectio exigit. πανταχοῦ μὲν ἐν ἀταξίᾳ, inquit, πονηρὸν, ἐπ' ἀνθρώποις, καὶ τοῦτο τυγχάνουσιν ἐγγινομένη μάλιστα τῶν αὐτῆς αἰσθανομένοις μεγίστην βλάβην, καὶ κακοῖς ἄλλοις ἀμυθήτοις, ἃ φέρει ἑαυτῇ, καὶ φυλάξασθαι ταχτικῷ, καὶ ἁρμονικὸν ἀνδρὸς ἐστιν, hoc est, Confusio, ordinisque perturbatio vbique mala est, verùm vbi ea incidit in homines, & quidem potantes, contumelia, alijsque innumeris malis prauitatem suam demonstrat, quæ prouidere, atque præcauere hominis est eius, qui ordinis atque concinnitatis est gnarus. Sed deinceps magis speciatim sub Lampriæ persona exprimit, quæ sibi optima conuiuas inter se in mensa compænendi, collocandique ratio videatur. Videtur mihi, inquit Lamprias, Pammenes Thebanus haud iniuria reprehendisse Homerum, vt amatoriæ rei ignarum, qui tribus tribubus, curias curijs adiungi iussit, cùm potius amici amicis sint adiungendi, ἵνα ἡ σύμπτυξις ἡ φάλαγξ δ' ὅλης ἰμάντος ἔχηται δεσμὸν τοῦτο, hoc est, Vt tota phalanx animato hoc deuincta vinculo tantò magis consisteret. Pammenem ergo secutus, ita conuiuas disponam, non vt diuitem, diuiti: iuuenem, iuueni: principem, principi: amicum, amico adiungam. ἀκίνητα γὰρ, καὶ ἀργὰ πρὸς ὁμιλίας ἕπεσθαι, καὶ γένεσιν ἡ τάξις, id est, Hæc enim dispositio otiosa est, neque ad benevolentiam parandam, augendámue quicquam conducit. Verùm id, quod vnicuique deest accommodans, iubeo φιλολόγῳ μὲν συγκατακλίνεσθαι φιλομαθῆ, δυσπόλῳ δὲ πρᾴον, ἀθλητῇ δὲ πρεσβύτην φιλήκοον νεανίσκου, τῷ δ' ἀλαζόνι, τὸν εἴρωνα. τῷ δ' ὀργίλῳ τὸν σιωπηλὸν, hoc est, Homini libenter de humanioribus & liberalibus artibus discenti, discendi studiosum apponam: moroso, mansuetum: loquaci senem, adolescentem audiendi auidum: glorioso, subsannatorem: iracundo, tacitum: diuiti munifico, probum pauperem, vt tanquam è pleno poculo, in vacuum aliquid ex illo, in hunc defluas: Sophistam verò assidere Sophistæ, aut Poëtam Poëtæ nolo,

Hesiod. πτωχὸς γὰρ πτωχῷ, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Vrit enim cantor cantorem, & egenus egenum.

Rixosos etiam, dicaces, & iracundos diuello à se inuicem, interijciens placidum aliquem tanquam ad emolliendum extremorum rigorem: deditos contrà palæstræ, venationi, aut agriculturæ coniungo. Similium enim quædam sunt μάχιμα, quæ pugnam ciens, vt galli: quædam sunt ἔριδος, quibus inter se conuenit, vt gruculis. Hæc sunt Plutarchi præcepta de conuiuis ad mensam collocandis, quæ non videntur esse contemnenda.

Mulierum collocatio. *Quod ad mulieres attinet, illæ antiquitus in solennioribus, atq; celebrioribus epulis, plerunq; separatim à viris in certis cœnaculis cœnarunt, nec vnà cum viris eodem in cœnaculo, eadémue mensa cibum sumpserunt. Apud nos quidem mulieres, modò in separatis à viris cœnaculis, vel mensis, modò eodem in cœnaculo, sæpissimè etiam eadem in mensa vnà cũ viris collocari, atq; epulari solent. Moris quoq; est, vt mulieres primò, & quidẽ plerunq; à matre fam. in superiore mensæ parte, deinde viri infra illas, & quidẽ plerunq; à patre fam. ad mensam collocentur. Philo Iudæus tradit, apud Iudæos quoq; moris fuisse, vt mulieres senes in festiuis conuiuijs vnà cũ viris epularentur. διανέμηται δὲ ἡ κατάκλισις, χωρὶς μὲν ἀνδράσιν ὀφθαλμὸς δεξιὸς, χωρὶς δὲ γυναιξὶν ὀφθαλμὸς εὐώνυμος, hoc est, Discubitus ita distribuitur, vt seorsim viri dexterum latus: seorsim mulieres sinistrum teneãt. Apud Græcos, vti supra ex Cicerone dictum est, non fuit moris, vt in virorum conuiuio mulieres accumberent. Hodie quoq; moris est in Principum, & nobilium solennioribus, ac præsertim nuptialibus conuiuijs, vt conuiuij magister, quem Architriclinum vocant, manu tabellam, libellúmue tenens, cui*

Digitized by Google

tenens, cui singulorum vtriusq; sexus conuiuarum nomina sunt inscripta, mulieres primò atq; virgines: deinde viros ex ordine singulos nominatim appeller, & accumbere iubeat, qui mos etiam apud veteres videtur fuisse: quo munere qui fungebatur, is ὀνομακλήτωρ à Græcis, hoc est, nomenclator, καὶ ἦρξε δείπνων ταξίαρχος, hoc est, cœnarum gubernator, fuit appellatus, vt scribit Athen. lib. 2. cap. 5. ab hac nimirum nominum appellatione. ὀνομακλήτωρ.

Dabit porrò is, qui conuiuas collocat, operam, non modò vt debitis in locis singuli, sed etiam vt quàm commodissimè sedeant. Nam verum est illud, quòd vulgò dicitur, dimidium pastus, qui benè sedet, habet: quod nos Germani sic efferimus, wol gsässen ist halb gässen. Id Homerus quoq; docet, dum sæpè conuiuas facit collocari ἐν μαλακοῖσι κώεσσιν, hoc est, pellibus atq; stratis mollibus, (cuiusmodi sunt apud nos puluini, super quos sedemus) & pedibus illorum θρηΐων, hoc est, ὑποπόδιον, scabellum subijci. ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, Odyss. δ. & Il. ξ.

——ὑπὸ δὲ θρηΐων ποσὶν εἶσε τοῦ καὶ ὀπὴ χοίνης λιπαρὰς πόδας εἰλαπινάζων.

Quemadmodum apud nos quoq; mulierum, præsertim grauidarum, atq; etiam senum, & valetudinariorum pedibus huiusmodi scabella siue hypopodia subijci solent.

Dabit etiam conuiuator operam, ne conuiuæ nimis arctè, & angustè sedeant, id quòd illis valdè molestum esse solet: teter etiam sæpè inde odor nascitur, secundùm illud Horatij, lib. Epist. 1. ad Torquatum.

Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Hoc est, interprete Lambino, licet plures tecum comites adducas: sed hoc est metuendum, ne è multitudine conuiuarum arctè sedentium, existat alarum odor grauis, & teter, qui hîc capræ nomine, Ode. 12. hirci nomine intelligitur. Huic loco conuenit illa quæstio, quam Plutarch. lib. 5. Sympos. probl. 6. mouet, quid causæ sit, quòd initio cœnæ angustè, postmodum laxè sedeatur: cùm contrarium videatur debere fieri, corporibus in cœna cibo potuq; distentis. Huius rei tres ab illo afferuntur rationes. Prima petita est ab ipso discumbentium situ, atq; forma: eò quòd cœnantes in latum discumbant, dextras in mensam protendentes: cœnati autem magis in latus sese obuertant, corporisq; figuram acutam reddant, neq; iam secundùm superficiem ferè, sed ad lineam spatium occupent, id illustrat simili ducto à talorũ iactu. Sicut ergò tali minus loci occupant, si recti, quàm si proni cadant: ita vnumquemq; discumbentium principio in faciem proclinari, dum in mensam intuentur, deinde transformare accubitum in altitudinem ex latitudine. Secunda ratio petita est ex stragulo, quod, dum accumbitur, dilatatur, & laxius fit, non secus atque calcei vsu ipso, atq; attritu paulatim diduuntur, & pedi spatium concedunt. Tertia ratio quæ ab illo sub senis cuiusdam iocantis persona affertur, huiusmodi est: quòd cùm duo sint vniuscuiusq; conuiuij præsides, atque antistites, Fames nimirum, atq; Bacchus: illa quidem ab initio cœnæ cibis nimiùm inhians, discumbentium ordinem perturbat atq; confundit, vnde illæ loci angustiæ: Bacchus autem, quem omnes optimum exercitus ducem fuisse confitentur, quiq; λυαῖος, καὶ χόρειος, Lyæus, & Choreus, à soluendo, & chorus instituendis dictus est, conuiuantium chorum rursus εἰς τάξιν ἱλαρὰν, καὶ φιλαίθερπτον καθίστασθαι, hoc est, ad ordinem venustum, atque humanum redigere. Hæc postrema ratio leuis admodum est, cùm Bacchum, teste ipsa experientia, ἀταξίας potius omnis, quàm τάξεως auctorem atq; effectorem esse constet. Atque hac quidem de hac quæstione sint dicta; quæ quoniam huc pertinet, non fuit prætermittenda.

Cur initio Cœnæ angustè, postea laxè sedeatur. 1. 2. 3. Bacchus cur λυαῖος, καὶ χόρειος dictus.

Ad has autem loci angustias odiosas sanè, & molestas euitandum, dabit quoque conuiuator operam, ne plures inuitet, quàm locus conuiuialis capere possit, de quo supra dictum est. Tametsi illud quoq; verum est, quòd loci sæpè angustius plures capit conuiuas, si illi amici sint, atque concordes, quàm amplus, si minus benè inter se conueniat.

Conuiuator nõ plures inuitare debet, quàm locus conuiuialis capere possit.

Verùm quoniã satis multa de conuiuatoris officio in collocandis conuiuis dicta sunt, illud quoq; videtur adiiciendum, & quærendum, an non ipse quoq; conuiuator conuiuis assidere debeat, & quem ille sibi locum in conuiuio deligere debeat. Mihi quidem humanitati conueniens videtur esse, si ipse quoq; conuiuator vnà cum conuiuis accumbat, id quòd etiam apud veteres videtur fuisse vsitatum. Sed locum ille sibi non primum, sed postremum potius pro sua modestia deliget, qui & ad circumspiciendum omnia, & ad surgendam, si ita opus fuerit, sit accommodatus. Nam ille intentos in omnes partes oculos suos habere debet, & nonnunquam surgere, operamq; dare vt omnia, quæ ad conuiuiũ

An conuiuator quoq; conuiuio assidere debeat

pertinent, benè legitimeq; administrentur, omniaq; quibus ipsis conuiuis opus est, illis abundè, liberaliterq; suppeditentur. Nec verò primus accumbet, id quod indecorũ valdè, ac inciuile videtur esse, licet id apud quosdam inferioris Germaniæ populos in vsu esse intellexerim. Apud Romanos, teste Plutarcho lib. 1. Sympos. probl. 3. cùm duæ mensæ inuitatis tribuerentur, conuiuator in tertij lecti loco primo plærunq; accumbebat. Ratio elegans additur, quæ simul illius munus & officium complectitur. Ενταῦθα γὰρ ὥσπερ ἡνίοχος, ἡ κυβερνήτης ὅλη δεξιὰ πρὸς τὴν ὄπίβλεψιν ἔξεστι τῆς ὑπηρεσίας, καὶ τῆ φιλοφρονεῖσθαι, καὶ τῆ διαλέγεσθαι τοῖς παροῦσιν οὐκ ἀπήρτηται τὴν συνέγγυς τόπον: Hoc est, Ibi enim tanquam auriga atq; gubernator dextrè potest intueri in ministeria, & à proximis locis non ita longè remouetur, quin cõpellare possit conuiuas humaniter, & colloqui. Locus porrò infra eum, vt Plutarchus addit, erat vxoris, aut liberorum: qui suprà, is Consuli (quando is aderat) ceu conuiuarum honoratissimo tribuebatur. Ex hoc loco videtur colligi posse, vxorem quoque liberos in epulis vnà cum reliquis conuiuis accumbere fuisse solitos.

De locis. Locus medius honoratissimus apud Persas, Celtas, Numidas.

Dicendum porrò est in genere de locis, quorum, vt plutarchus in eodem problemate disserit, alius apud alios honoratur. Nam Persis medius, quem accumbens rex occupat, videtur honestissimus: apud Græcos primus: apud Romanos mediæ mensæ vltimus, quemipsi ὑπατικὸν, hoc est consularem vocabant. Apud quosdam Græcorum iuxta Pontum habitantium, vt Heracleotas, mediæ mensæ primus, in quo, vt paulò antea dictum, conuiuator Romæ solebat accumbere. Hæc Plutarchus. CELTAE, cum plures simul cœnarent, sedebant in circulo, seu in orbem. Medius erat optimus, & fortissimus, veluti chori totius princeps, qui alios vel rerum bellicarũ experientia, vel generis nobilitate, vel diuitiarum splendore antecellebat. At qui proximi ex vtraq; parte illi assidebant, ob virtutis, & reliquarũ rerum præstantiam, hunc locum consequebantur. Apud NVMIDAS quoq; medium locum honoratissimum fuisse habitum, ex Sallustij historia Iugurthina constat. Nam cum post Micipsa mortem Adherbal, Hiempsal, & Iugurtha conuenissent, vt inter se de cunctis negotijs ad regnum pertinentibus disceptarent: Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam antea ignobilitatẽ Iugurthæ, qui materno genere impar erat, despiciens, dextra Adherbalem adsedit, ne medius ex tribus, quòd apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Deinde tamen, vt ætati Iugurthæ concederet, fatigatus à fratre, vix in partem alteram transductus est. Idem scribit Sab. lib. 1. Enneadis 6. Hic locus medius apud plerasq; gentes honoratissimus habitus fuit.

Medij lecti vltimus locus apud Romanos præcipuus habitus, & cur.

Apud Romanos medij lecti vltimus locus consuli tributus fuit, ac proinde consularis dictus, ac præcipuus habitus: cuius rei, neq; vt quia primus, neq; vt quia medius, ratione definiri posse testatur. Licet itaq; multæ rationes afferantur, tres tamẽ sibi videri maximè probabiles. Vna, quòd deiectis regibus consules, cum ad popularem formam omnia redigerent, seipsos è medio, & regio loco deorsum subduxerunt, ne vel ipse locus, tanquam regij imperij, ac potestatis reliquiæ quædam, molestus esset ciuibus. Secunda, quòd cùm duæ mensæ conuiuis tribuerentur, tertia, eiusq; primus locus conuiuatori maximè congruebat, ob causas supra cõmemoratas: locus autem infra eum vxoris esset, & liberorum: is qui supra eum erat, iurè ac meritò conuiuarum honoratissimo, hoc est, consuli tribuebatur, vt propè conuiuatorẽ esset. Tertia ratio est, quòd hic locus ad actiones obeundas maximè opportunus, & idoneus erat. Non enim consul Romanorum (obseruatu hæc, quæ sequuntur, sunt dignissima omnibus magistratibus) more Archiæ Thebanorum Polemarchi, hoc est, imperatoris sese gerit, vt literis inter cœnandum, aut sermone aliquo consyderationẽ requirente, oblatis, tantùm fatus eis τὰ αὔριον, hoc est, in crastinum seria reijciantur, epistolam reijciat, ac poculũ Thericleum arripiat: sed in hoc ipso temporis articulo solicitum admodùm, ac circumspectum se præbeat. Quippe non modò, nox incutit gubernatori, qui sapit, dolorem, vt est apud Æschylum, sed in quouis conuiuio, quauis animi recreatione, & oblectatione conuenit magistratui, ac principi curare, vt & audiat, & mandet, quæ opus est, & subscribat. Hoc quò facilius atq; commodius efficere possit, hunc habet locum eximium, vbi secunda mensa ad primam applicata angulus flexu suo intercapedinem facit, quæ spacium accedendi, alloquendi, & audiendi præbeat scribæ, apparitori, stipatori corporis, nuncio ab exercitu venienti; Cùm interim consul neq; molestiam cuiquam conuiuarum exhibeat, neq; ipse à quoq; obturbetur, sed & dexteram, & vocem liberam habeat, atq; expeditam. Hæc Plutarchus. Hodie quoq; apud nos magistratus, & viri principes in exteriore mensæ parte sedere solent, vt manum habeant liberam, & is locus ferè honoratissimus habetur.

Hinc

Hunc autem Romanorum consulum morem, cuius Plutarchus meminit, vtinam hodie Christiani consules, atque magistratus sedulò imitarentur, ac inter ipsas quoq; epulas atq; pocula muneris, officijq; sui memores, de ijs agerent, cogitarent, ac consultarent, quæ ad Reipub. suæ fidei commissæ, salutem pertinerent, omnibusq; ad se accedere volentibus, facilem quouis tempore aditum, accessumq; præberent. Meliore profectò, fœlicioreq; in loco plereq; Christianorum Respub. essent. Verum, prob dolor, multò plures hodie magistratus vinosi ac oscitantis illius Thebanorum imperatoris similes reperiuntur, qui inter epulandum omni vel cogitatione, vel sermone, vel literis, quæ incidunt, consyderationem requirentibus, reiectis ac repudiatis, pocula ampla, & capacia accipiunt, atque exhauriunt assiduè, seq; immoderato potu ita ingurgitant, vt inter ipsos, atque quadrupedem nihil ferè quicquam interfit. Hoc itaq; modo sæpè maximarum rerum agendarum occasiones, quæ in minimis plerunq; temporum momentis consistunt, negliguntur, ipsaq; Respub. maximis periculis exponitur. Ergò, vt ad propositum redeam, is, qui primus, & ad caput lecti decumbebat, summus dicebatur: qui ad pedes imus: qui inter istos, medius. Hinc illa Plautina,

Romanorum consulum mos laudabilis.

Quis locus primus, summus, imus, medius, fuerit.

Da puer ab summo. Iterum:
Standum est in lecto, si quid de summo petas. Et Horat.
Secutis omnibus imis.

Summum locum dignissimum antiquitus fuisse ex illo Virgilij videtur colligi:

Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.

Thorus altus.

Vbi Seruius altum torum, locum summum interpretatur, quem ait Pontificalem fuisse. At Iustus Lipsius lib. 3. Antiq. lect. non summum, sed medium locum honorificentissimum habitum confirmat. Cic. Epist. lib. 9. ad Patum. Accubueram hora nona. Vbi? apud Eutrapelum, & quidem suprà me Atticus, infrà Verrius familiares tui. En, summus, inquit, Lipsius, Atticus fuit, medius Cicero, quid autem clarius, quàm Ciceronem consularem senem dignissimo loco accubuisse? Ita apud Virgilium,

—— aulæis iam se regina superbis,
Aurea composuit sponda, mediamq; locauit,
Vt decebat reginam. Seruius in hæc verba, Ipse enim apud maiores domini locus fuerat, vt apertè docet Sallust. 3. histor. Igitur discubuêre, Sertorius inferior: in medio super eum T. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis: in summo Antonius: & infrà scriba Sertorij Versius, & alter scriba Mecœnas in imo: medius inter Tarquinium & Denatium Perpenna. Ecce è duobus lectis alterum medium Sertorius occupat, vt imperator: alterum Perpenna, vt conuiuij dominus. Ad hunc morem Plautus alludit in Sticho,

Haud postulo equidem medio in lecto accumbere.
Scis tu med. esse imi subsellij virum.

Quibus verbis indicat Parasitus, se nolle medium, aut summum accumbere, satis esse se in imo hærere: id quòd sequentia docent,

Ergò oratores populi summates viri, Summi accumbent: ego infimatis, infimus.

Sic igitur distinctè concludit Lipsius: Si tres conuiuæ erant vno in lecto, medius fuit dignissimus, proximus honore summus. Si quatuor, medium censeri arbitratur, proximum à summo. Si duo tantùm, dignissimus summus fuit.

De Sacerdotum accubitu apud Romanos sic Festus: Ordo Sacerdotum æstimatur deorum (hic desunt quædam) maximus quisq. Maximus videtur Rex: deinde Dialis: pòst hunc Martialis, quarto loco Quirinalis: quinto Pontifex Max. Itaq; in conuiuijs solus Rex supra omnes accubat: sed Dialis supra Martialem, & Quirinalem: Martialis supra proximum: omnes dein suprà Pontificem. Rex, quia potentissimus: Dialis, quia vniuersi mundi sacerdos, qui appellatur Dius, siue Diuus: Martialis, quia Mars conditoris vrbis parens: Quirinalis socio imperij Romani Curibus ascito Quirino: Pontifex Max. quòd iudex, & arbiter habetur rerum diuinarum, humanarumq;. Gellius quoque lib. 10. cap. 15. testatur, super Flaminem Dialem in conuiuijs apud Romanos neminem accubuisse nisi Regem sacrificulum. Seruius tamen Æneid. 2. Summum semper fuisse Pontificalem locum testatur, quem etiam hodie Pontifices Rom. obtinent.

Sacerdotum accubitum.

Dextræ quoque alicuius personæ principis assidere, siue accumbere, siue id fiat in conuiuio, siue alio in loco; semper honorificum fuit habitum. Hinc Christus in sacris literis ad Dei patris sui

dexteram ſedere, atque etiam ſtare dicitur, ad illius honorem, & maieſtatem, in quam eſt euectus, declarandam. Legimus Ioannis filij Henrici VII. Imp. nuptias cum Regis Bohemiæ filia aliquandiu Petri Moguntini, & Colonienſis antiſtitis ſuperbia fuiſſe interturbatas, quòd vterq; dexteræ Principis aſſidere contendebat. Cyrus tamen, vt Xenophon teſtatur, conuiuas à ſiniſtro latere locabat honoris gratia, ceu cordi propinquiores, & chariores. Verùm hæc ſatis de loco honoratiore, & conuiuatoris officio in collocandis ad menſam conuiuis.

Conuiuarum officium.

Nunc de conuiuarum quoq; hac in parte officio dicendum. Primò ergò conuiua ſecundùm Chriſti præceptum non affectabit nimiùm πρωτοκλισίαν, ſeu πρωτοκλισίαν in conuiuio: quo nomine Scribæ atq; Phariſæi ab illo grauiſſimè reprehenduntur, qui, quemadmodum Luc. 20. & 14. & Matth. 23. ſcriptum eſt, & ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, & πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, & πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις, hoc eſt, ſalutationes in foro, primas in Synagogis ſedes, primoſq; in cœnis accubitus nimis ambitioſè affectabant. Huiuſmodi ergò φιλοπρωτίαν vitandam eſſe, Chriſtus egregiè parabola illa Luc. 14. docet, cum inquit, Si inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὸν πρωτοκλισίαν, hoc eſt, noli in primo, & honorificentiſſimo loco accumbere, ne ſi honoratior aliquis ſit inuitatus, tu ab inuitatore loco cedere, & cum ignominia atque dedecore tuo extremum locum tenere cogaris. Sed potius vbi vocatus fueris, extremum locum occupa: vndè poſtea ad altiorem & digniorem locum cum gloria tua eueharis. Addit huiuſce parabolæ epimythion obſeruatu digniſſimum, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

Chriſti præceptum.

Plutarchi præceptum.

Hac de re Plutarchus quoque in ſuo illo conuiuio 7. ſapientum egregiè præcipit ſub Thaletis perſona. Nam cum Alexidemus Mileſius Thraſybuli tyranni filius ſpurius ex cœnaculo ſeſe propripuiſſet iratus, eò quòd alijs prælatis minus ſibi dignam ſedem à conuiuatore aſſignatam eſſe arbitrabatur. Thales vanam & ſtultam hanc hominis illius ambitionem huiuſmodi verbis egregiè ſapientèq; perſtrinxit. Itáne verò, ait, metuis ne, quemadmodũ Ægyptij ſtellas aiunt viribus pro loci in quem attolluntur, aut deuehuntur conditione augeri, minuiue: ita tibi quoq; locus claritatem, obſcuritatémue adferat? Certè Lacone illo es deterior, qui, cùm ei in choro quodam vltimum locum præfectus aſſignaſſet, Bene, inquit, abs te factum eſt, qui huius quoq; loci cohoneſtandi rationem repereris, cum non hominẽ loco, ſed locum potius homine ornari atq; cohoneſtari exiſtimares. Non ergo curandum eſt, quo loco, aut poſt quos collocemur: ſed potius ὅπως ἐυάρμοστοι τοῖς καταχειμένοις ὦμεν, ἀρχὴν καὶ λαβὴν φιλίας ἐυθὺς ἐν αὐτοῖς δηλοῦντες, hoc eſt, vt cum ijs, quibus accumbimus, nobis benè conueniat, ſtatimq; in nobis ipſis principium, anſamq; amicitiæ ineſſe oſtendamus, dum non ſuccenſemus locanti, ſed laudamus quod talibus nos adiunxerit. Etenim qui loci cauſa irascitur, is magis τῷ συγκλιτῇ, ἢ τῷ κεκλικότι, hoc eſt, ei iuxta quem poſitus eſt, quàm vocatori, ſcil. collocanti iraſcitur, & vtriq; fit infenſus. Similis eſt Senecæ lib. 1. de ira oratio. Minus honorato loco poſitus iraſci cœpiſti cõuiuatori, vocatori (κεκλικότα Plutarch. vocat, forſan eſt ὀνομαστικὸν hoc in loco) ipſi qui tibi præferebatur. Demens, quid intereſt, quam lecti premas partẽ? Honeſtiorẽ te, aut turpiorem poteſt facere puluinum? Aſſueſcant ergo conuiuæ ἀπ' ὑφῶς, καὶ ἀδελφῶς κατακλίνεσθαι μετ' ἀλλήλων ἐυθὺς ἀπὸ τῆς θυρῶν (vt eleganter Plutarchus 1. Sympoſ. probl. 2. loquitur) hoc eſt, ſine faſtu, atq; fraternè ſeu amicè ſtatim à ianua, hoc eſt, à principio cœnæ vnà verſari, atq; accumbere. Nam huiuſmodi πρωτοκαθεδρίας, ſiue πρωτοκλισίας, πρωτοκλισίας, πρωτείων ambitioſa captatio cùm in foro, in theatris, in inceſſu, congreſſu quouis, atq; cœtu: tùm in conuiuijs maxima ſæpè odia, ſimultates, inimicitias, certamina, atq; cædes funeſtas gignere ſolet, quemadmodum plurimis exemplis probari poſſet. Ergò cùm in alijs actionibus, vitæq; humanæ conſuetudine: tùm in epulis quoq; ſecundùm Chriſti, & Apoſtolorũ præcepta, alij alijs loco, atq; honore cedere, & alios potius, quàm noſmetipſos honorare, ſtudeamus, honorem mundanum non tàm ſectemur, quàm fugiamus, qui tamen, vt verè ille dixit, fugientem ſequitur. Laudabilis fuit ille iuuenum Romanorum mos, qui, teſte Valer Max. lib. 2. cap. 1. inuitati ad cœnam, diligenter quærebant, qui nam ei conuiuio eſſent interfuturi, ne ſenioris aduentum diſcubitu præcurrerent. Huc quoq; facit illud Eraſmi præceptum in lib. de ciuilitate morum: Sedis, inquit, honorẽ alteri libenter cede, & ad honoratiorem locum inuitatus comiter excuſa: ſi tamen id crebrò, ſerioq; iubeat aliquis auctoritate præditus, verecundè obtempera, ne videâre pro ciuili, præfractus. Huc quoq; referendi ſunt alij conuiuarum geſtus ciuiles, atq; decori, qui in conuiuiali hoc conſeſſu ſunt obſeruandi, de quibus ſuprà dictum eſt.

Laconis facetè dictum.

Senecæ oratio de ira.

τῆς πρωτοκλισίας ambitioſa captatio maxima ſæpe odia, atq; cædes funeſtas gignere ſolet

Admonitio.

Romanorum iuuenum mos laudabilis.

Quoniam

DE CONSECRATIONE MENSAE QVA IVDAEI, CHRISTIANI, ET ALIAE gentes olim vsæ sunt, & hodie vtuntur.

CAPVT XXXVI.

De Precationibus.

QVONIAM post accubitum, vt olim, ita hodie quoq; plærunq; præcationes fiunt, quæ à nobis vulgò mensæ consecrationes appellantur, de ijs nunc commodius videtur esse dicendi locus. Ac preces quidem cum reliquarum nostrarum actionum omnium: tum conuiuiorum exordia pariter, atq; terminos esse debere, non sacræ modò literæ, verùm etiam prophanarum gentium monumenta, ritus, atq; consuetudines docent: de quibus suo in loco dicetur. Platò certè, vt vnum ex multis proferam, in Alcibiade sub finem, preces Deo quibusuis vel splendidissimis victimis longè gratiores esse dicit: idemq; non vno in loco omnium nostrarum actionum exordia à Deo ducenda esse docet. Et est certè (vt verè, sciteq; inquit Eustath. Ιλ. π.) παρὰ τῷ θεῷ ἐνεργὴς ἡ ἔυλογος ἰυχὴ, hoc est, efficax est apud Deum precatio cum ratione coniuncta. Huiusmodi autem antè, ac post cibi sumptionem mos precandi, in solennioribus præsertim epulis, apud Iudæos & anciquissimus, & nunc quoque est vsitatissimus, de quo nobis dicendum.

Precum vtilitas.

Iudæorum precationes ante & post epulas.

Primò ergò omnium Iudæus paterfamilias, quem sua lingua בעל חביה Baal habait, vocant, id est οἰκοδεσπότην, Dominum familiæ, vt Exod. 22. ver. 7. scriptum est, simul ac mensa cum omnibus suis conuiuis siue domesticis accubuit, præmittit admonitionem ad preces & cibi appositi consecrationem. Mox ordiuntur vnanimiter canere vel Psalmum vel rythmum, qui extat in libello cui titulus est, סדור הברכה והצמירות Siddur habenah vehasmirots, id est, Tractatio vel ordinatio Benedictionis, & cantionum. Quo decantato incipit ante sumptionem cibi pater familiâs orare: Benedictus sit Dominus Deus noster, rex mundi qui cibat totum mundum bonitate, gratia, beneficentia & misericordia sua, qui dat alimentum omni carni. Cuius bonitate nec hactenus defuit, nec deerit cibus vnquam propter magnum eius nomen. Solus enim is est qui vegetat & conseruat omnia, & benefacit omnibus, & cibum præparat singulis creaturis suis quas condidit. Benedictus sis tu Domine qui cibas omnia. Deinceps poculum vino repletum dextra manu apprehendit atq; in hunc modum consecrat, dicens: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן Baruk atta Ieboua Elobenu melæk haolam bore peri haggaphæn, id est, Benedictus sis tu Domine Deus noster rex mundi, conditor fructus vitium. Hac benedictionis formula dicta, primus omnium vinum ipse degustat, idemq; mox omnibus mensæ accumbentibus degustandũ porrigit. Et hanc orationem Hebraicè קרוש Kiddusch, id est, sanctificationem vocare solent, qua nimirum & Christus Cœnam suam sacram & mysticam exorsus est, vt Lucas scribit: Et accepto poculo benedixit, (nam τὸ εὐχαριστήσας, nihil aliud significat nisi ויברך Vaiebarek, id est, & benedixit hoc est consecrauit precibus & benedictione, gratiarumq; actione) ac dixit: Accipite vos, & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibam de fructu vitis, donec regnum Dei veniat. Post calicis benedictionem & sumptionem, idem statim panem quem integra massa constare oportet, accipit, eumq; vtraq; manu tenendo, his verbis consecrat: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם מוציא לחם מן הארץ Baruk atta Ieboua Elobenu melæk haolam moxi lahem mearaz, id est, Laudatus & benedictus sis tu Domine Deus noster qui educis de terra panem. Hocq; dicto, paterfamiliâs paululum de pane edit, simulq; singulis mensæ accumbentibus buccellã de eo distribuit: quo facto, tùm demum relictis epulis manus injiciunt. Hunc ritum benedicendi calicem & panem in festiuis tantùm diebus obseruant, aliâs enim panem duntaxat, & non poculum pariter consecrare solent. Plærunq; autem paterfamiliâs ante pastum, cibum mensamq; consecrat, post sumptum autem cibum vnus ex inuitatis cui honoris causa iniungitur à patrefamiliâs, Habent enim apud se hanc Regulam, vt dicant, רבעל חביה חבירצ את לחם יברך בראשי׳ת חסשירה Vbaal habait haboze ath læchem iebarek bereschit haseudah, id est, Dominus ædium qui panem scindit primò cibum consecrare debet.

Sumptis verò epulis, ac finito conuiuio, gratias agunt, quod munus rursus paterfamiliâs, aut honoratior quiuis inter conuiuas, præsertim si sit hospes (honori enim ducitur) vsurpat. Is poculum vino refertum veraq; manu tenendo sic ad gratiarum actionem quotquot mensæ assident, adhortatur: נברך אלהינו שאבלנו משלו *Nebarek Ælohenu Schæacalnu Miſchælo, id est, Benedicamus siue gratias agamus Deo nostro, quia edimus de suo. Hoc dicto respondent actutum conuiua,* ברוך אלהינו שאבלנו משלו וכטובו חינו *Baruk Elohenu Schæakalnu miſchællo vbetubo chainu, id est, Sit laudatus Deus noster de cuius bonis comedimus cuiusq; benignitate viximus. Hanc gratiarum actionem Hebræi* ברכת המזון *Bircath hammazon, id est, Benedictionem cibi vocant, vulgò,* das groß *Benedicite, siue gratias. Atque hoc est poculum, quo Christus à Cœna sua mysterium sanguinis sui, discipulis suis commendauit. Post hæc qui orando præit, sic denuò orat* ברוך הוא וברוך שמו *Baruk hu vbaruk schemo, id est, Benedictus sit ipse, & benedictum sit nomen eius. His deinceps addit prolixiorem quandam orationem cuius formula extat in libello qui* סדור הברכות והצמירות *Siddur haberakoth vehasmirots, id est, Tractatio de benedictionibus & canticis inscribitur: extat etiam in 8. cap. Deut. Sed præter hanc communem precationis formam, habent etiam peculiares quasdam, quibus certis diebus festiuus vtuntur, vt in sabbatho, in initio Nouilunij, quod* ראש חדש *Rosch chodæsch, id est, initium mensis vel calendas vel Nouilunium, Νεμηνιαν vocant, & in festo encæniorum quod Hebr.* חנוכה *Chanukah, id est, dedicationem & consecrationem nominant, scil. altaris, quod Iudas Machabæus 2. Macb. 2. cap. instauranit, postquam Antiochus sanctuarium contaminauit: in festo* פורים *Phurim, id est, Vrnarum seu sortium, quæ tempore Esther & Mardochæi missæ fuerunt in vrnas, qui dies non secus atque Bacchanalis à Christianis magna cum luxuria atque petulantia celebrantur. De peculiaribus hisce precandi formulis extat libellus apud Iudæos, quas commemorare nimis longum foret, vide ipsum libellum supra citatum, vel Fagium, qui easdem transcriptas edidit. Porrò his precationibus omnibus à præeunte finitis, omnes conuiuæ qui mensæ assident, sequentem orationem submissa voce, & tacitè apud se dicunt: Timete Dominum sancti eius, quia non est penuria ijs, qui eum timent. Leones penuria pemuntur, & esuriunt: qui autem Dominum inquirunt, non carebunt vllo bono. Post illa rursum qui orando præit, hac precatiuncula, cuius ante mentio est facta, alta voce prolata, gratiarum actionem concludit: Benedictus sis tu Domine Deus noster, Rex mundi, qui creas fructum vitis. Hæc vbi dixit, ex consecrato poculo, quod manu tenet, paululum bibit, idq; mox omnibus conuiuis ordine degustandum præbet, atque ita distribuit. Sic initium conuiuij fit à benedictione calicis, & in eadem terminatur: quem ritum & Christus in sacra sua cœna obseruauit, vt eam Lucas Euangelista tradit. Atque hæc quidem est communis precandi forma, qua hodie Iudæi in solennioribus conuiuijs vtuntur, nisi quòd, pro ratione vniuscuiusq; festi, alia quædam adhuc adijciunt, de quibus vide Fagium. Verisimile est autem, Christum quoque quibusdam, quæ in illis precibus continentur, maximè quod principium, & finem attinet vsum fuisse, non autem alijs, quæ à posterioribus Iudæis fuerunt addita. Durat quoque hic mos adhuc hodie apud Iudæos, vt habita gratiarum actione pro sumptis cibis* זמירות *zemiroth, id est, carmina, siue cantilenas dicant. Secundùm quem morem Christus quoque, peracta sua cœna, hymnum cum discipulis suis dixisse fertur ab Euangelistis. Paulus Burgensis, vetustam Iudæorum traditionem atq; consuetudinem fuisse dicit, vt comesto agno Paschali, Psalmos, Laudate pueri Dominum, cum sequentibus vsq; ad Psalmum, Beati immaculati, qui ambulant in lege Domini, ab 112. vsq; ad 119. decantarent, & hunc hymnum esse putat, quem hîc Christus cum discipulis suis cecinerit. Illorum certè Psalmorum materia cum eo, quod agno paschali memorabatur, probè conuenit, ita vt sit verisimile hos ipsos Psalmos etiam à Domino decantatos fuisse. Habent præterea Iudæi plures adhuc benedictiones, quibus in festiuis conuiuijs vtuntur, cum inter edendum lautum aliquid apponitur. Cum enim melius vinum apponitur, dicunt, Benedictus sis tu Domine Deus noster, qui bonus es, & benignè facis omnibus. Et hanc benedictionem vocant* ברכת טוב והמטיב *Bircat tob vehammetib, id est, Benedictio, Benigni & Benefactoris. Cum Aromata apponuntur, dicunt, Benedictus sis Domine Deus noster, rex mundi, creator arborum aromaticarum: hanc benedictionem appellant* ברכת המוגמר *Bircat hammugmar, id est, Benedictio consummati, scil. conuiuij, quia vltimo apponi solebant aromata aliaq; adoramenta, vt & apud nos etiam mos est. Cum suaue odoramentum aliquod apponi-*

tur, di-

tur, dicunt, Benedictus sis tu Domine Deus noster, qui creas species aromaticas: Hanc benedictionem nuncupant, ברכת חמורשק Bircat Hamusçak, id est Benedictio delitiarum, vel rei appetitæ. Cum fructus arborum apponuntur, dicunt, Benedictus sis Domine Deus noster, qui creas fructus arborum. Cum apponuntur obsonia, dicunt Benedictus sis Domine Deus noster, qui creas genera ciborum: hanc benedictionem vocant ברכת חפרפרה Bircat Hapharpharæt, id est, Benedictio obsonij. Ex his omnibus apparet veteres illos Iudæos nullos cibos absque benedictione, & gratiarum actione sumere fuisse solitos. Huc nimirum & Apostolus respexit, 1. Tim. 4. cum dicit omnem creaturam Dei bonam, & non reijciendam esse, si cum gratiarum actione sumatur: Sanctificatur enim, inquit, per sermonem Dei, & precationem. Sic 1. Corinth. 10. Siue igitur editis, inquit, siue bibitis, siue quid facitis aliud, omnia in gloriam Dei facite. Porrò super carnibus, piscibus, ouis, oleribus, caseo, & pulmento nullam benedictionem recitant, de quo tale Rabbinorum præceptum extat: Res, quæ propter conuiuium, in conuiuium afferuntur, non egent benedictione, vt caro, pisces, olera, caseus, pulmentum. Obiter quoque hîc indicanda esse videtur illa Manichæorum superstitiosa oratio, qua ante panis esum vti fuerunt soliti, quæ est huiusmodi. Neque ego te messui, neque molui, neque expressi, neque in clibanum misi, sed alius fecit hæc & attulit mihi, ego sine culpa comedo. Hac oratione vtebantur eò quod existimabant eum qui panem comederet, necessariò ipsum quoque esse comedendum in panem mutatum. Testis est Epiphan. libro secundo Tom. 2. contra Hæres. Vtuntur quoque Iudæi breui hac gratiarum actione, Chaldaicis verbis comprehensa, post sumptum cibum: Benedictus sit misericors, rex mundi, dominus cibi: & pro cibi benedictione solent etiam vti Psalmo 23. Dominus pastor meus, ideo in nullo defilia, &c. Christum in Euangelio crebrò legimus antè cibi sumptionem preces ad Deum fudisse, id quòd vocibus εὐλογεῖν, & εὐχαριστεῖν exprimitur, vt Marci octauo, Christus εὐχαριστήσας, & εὐλογήσας fregit panes, & pisciculos, populoq; distribuit. Item Matth. 14. Acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησεν, hoc est, sublatis in cœlum oculis, benedixit: vbi Theophilactus εὐλογεῖ τὰς ἄρτους τάχα μὲν, καὶ ἵνα πιστώσηται ὡς οὐκ ἀντίθεός ἐστιν, ἀλλ' ὁ τοῦ πατρὸς ἦλθε, καὶ οὐρανόθεν, ἅμα δὲ καὶ ἵνα παιδεύσῃ ἡμᾶς ἀπομυήσεις ποιεῖσθαι εὐχαριστεῖν, καὶ ὕστερον ἐσθίειν. Hoc est, consecrat, siue benedicit panes, forsan vt fidem faceret, se non esse inimicum Deo, sed à patre, atque cœlo prodijsse, simulq; nos doceret, vt mensam attingentes gratias prius agamus, ac deinceps cibum capiamus. Idem in Marco capite sexto. In cœlum, inquit, suspicit, vt nos doceat cibum à Deo petere, & non à Diabolo, id quòd faciunt illi, qui iniustis opibus aluntur: simulq; turbæ illæ significare voluit se non esse Dei hostem, sed Deum inuocare.

Christi consecratio mensæ.

Εὐλογεῖν.

Eustath. in illa Homeri de Achille precante,

Εὔχετ' ἔπειτα μέσῳ σὰς ἔρχει, λεῖβε δὲ οἶνον.
Οὐρανὸν εἰσανιδών. ——

Locum, inquit, indicat, quò mittuntur preces. Non enim ad terrestrem Iouem preces fundit, sed ad cœlestem: vndè ait, ζεῦ ἄνα, ad significandum τὸν ἄνω τόπον. Sic etiam ἀνερύειν τὰ θυόμενα, locum significant, ad quem respiciunt ea quæ mactantur, nimirum τὸν ἄνω. Verbo autem εὐλογεῖν pulchrè respondet τὸ εὔχεσθαι καὶ εὐχὴ, παρὰ τὸ εὖ χέειν, ἤτοι ῥέειν λόγους, id est, quoniam verba benè funduntur, siue fluunt. Vel potius παρὰ τὸ ἔχεσθαι τῷ εὖ, ἤτοι τῷ ἀείσῳ, τοιοῦτον γὰρ ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἀνάτασις δι' εὐχῆς, quoniam precationibus quis coniungitur, & agglutinatur ei, quod est bonum, seu optimum, hoc est, diuino numini. Potest etiam εὐχὴ dici, ἀπὸ τοῦ εὖ ἔχειν, cuius contrarium δυσαναχετεῖν. ὁ μὲν γὰρ εὐχόμενος ὅπως εὖ ἔχει ἐφ' ᾧ ποιεῖ, ὁ δὲ δυσαναχετῶν, δυσκόλως ἔχει, id est, Nam qui precatur, is benè se habet: secus si quis fecerit, malè se habet. Hæc Eustath. Odyss. μ. quæ precationis vim, vsumq; egregiè exprimunt. Porrò εὐλογῆσαι Suidæ ἐπαινέσαι, ὑμνῆσαι, ἐγκωμιάσαι, hoc est, laudibus celebrare. Idem εὐλογοῦντες μὲν οἱ ἄνθρωποι τὸν θεὸν λόγους αὐτῷ προσφέρουσι μόνους· ἔργῳ δὲ αὐτὸν ἐυεργετῆσαι δι' ἑλπίζονται· ὁ δὲ θεὸς ὁλογῶν, βεβαιοῖ τοὺς λόγους τῷ ἔργῳ, καὶ παντοδαπὴν παρέχει φορὰν ἀγαθῶν τοῖς εὐλογουμένοις, Hoc est, Homines benedicentes Deum, verba illi solum offerunt, reipsa autem illi benefacere non possunt: at Deus benedicens reipsa atque facto verba confirmat, & omnis generis bona largitur illis, qui ab illo benedicuntur. Huic verbo εὐλογεῖν respondet verbum Heb. ברך Berek,

Cœlum intueri inter precandum.

Εὐχὴ vnde dicta.

εὐλογεῖν quo modo Deus, & homines dicantur.

quod similiter alia significatione Deo, alia hominibus tribuitur. Philo in lib. de vita theoretica similiter mentionem facit precum, quæ apud Iudæos initio cœnæ fieri solitæ fuerunt: προσεύχονται, inquit, sublato in cælum vultu, atq; manibus, θύμηρη γλυκέσθαι, καὶ κατὰ τὴν ἀπαντῆσαι τοῦ ἐυσχίαν, vt ex animi voto conuiuium succedat: absolutis precibus, seniores discumbunt. Hic porrò mos precandi ante cœnam, & illa finita à Iudæis ad Christianos promanauit, de quo sic Polyd. Virgil.

Christianorum consecrationes mensæ.

Nostris, inquit, mos est mensam iam instructam sacris quibusdam sanctificare verbis, priusquàm vesci incipiant, quòd ad imitationem Christi fit: quippè qui eum ritum seruasse fertur, cùm in deserto quinque panes, cùm in Emauso coràm duobus discipulis mensam sanctificauit. Præterea vsus agendi gratias post sumptum cibum, id quòd & illum facere consueuisse constat, & Apostolus fieri præscripsisse videtur: qui ait, Bonum esse quodcunque cibariorum genus, si cum gratiarum actione sumatur. Potest & ab Hebræis videri mutuò sumptũ, quia illi immolatas edebant escas. Tertull.

Christianorum priscorũ mos.

de Agapis primitiuæ Ecclesiæ verba faciens Apol. 39. Oratio, inquit, auspicatur, & claudit cibum.

Patrum testimonia de consecratione mensæ.

Huc facit Distinct. 44. C. Nullus. Quando autem conueniunt Presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat: & tunc secundùm ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis illorum aliquid de sancta scriptura legat. Post refectionem similiter hymnum dicant, ad exemplum Domini, sicut in Cœna fecisse legitur, &c. D. Hieronymus ad Eustochium Tomo 1. de consecratione mensæ sic scribit: Vndè nobis sollicitius prouidendum est, vt solennem diem non tàm ciborum abundantia, quàm spiritus exultatione, celebremus. Quia valdè absurdum est, nimia saturitate velle honorare martyrem, (Petrum intelligit, in cuius natali hæc scripserat) quem scias Deo placuisse ieiunijs. Ita tibi semper comedendum est, vt cibum & oratio sequatur, & lectio. Id paulò ante in Epistola ad Marcellam D. Ambrosij exemplo confirmat, quoniam dicit in epistola quadam scripsisse, nunquàm se cibum, Origene præsente, sine lectione sumpsisse: nunquam inisse somnum, nisi vnus è fratribus sacris literis personaret. D. Ioannes Chrysostomus, cùm Annam Samuelis Prophetæ matrem, post epulas intentè Deum orasse dixisset, vt illi sterilitatem solueret, hæc subijcit: Hoc igitur à fœmina lucro consecuti sumus, vt sciamus & post conuiuium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus fuerit, nunquam in ebrietatem aut vinolentiam incidet, nunquam edacitate distendetur: sed quoniam expectationem preconis habet freno imposito animo, conueniente mensura attinget ex omnibus, quæ fuerint apposita, multaq; benedictione tùm animam, tùm corpus implebit. Siquidem conuiuium, quod à precatione cœptum, in precationem desinit, nunquam deficiet, sed quouis fonte vberius nobis omnia afferet bona. Ne igitur tantum negligamus lucrum. Absurdum enim fuerit, si quùm famuli nostri, si quando partem aliquam eorum quæ nobis apposita sunt, acceperint, nobis gratias agant, beneq; nobis precantes, abeant: nos, cùm tot tantisq; fruamur bonis, ne hoc quidem honoris Deo persoluamus, præsertim cùm hinc multam simus consecuturi securitatem. Vbi enim precatio, & gratiarum actio, eò sancti Spiritus aduenit gratia, abiguntur Dæmones, & omnis aduersaria potestas diffugit, ac discedit. Qui se conuersurus est ad orandum, non audet quicquam absurdè loqui, ne in medio quidem conuiuio: aut si loquutus fuerit, mox resipiscit. Proinde oportet tùm in initio, tùm in fine conuiuij gratias agere Deo, ob hanc præcipuè causam, quòd quemadmodum dicere cœperam, haud facilè prolabentur in ebrietatem, si nos ipsos in consuetudinem constituerimus. Quin, si quando surrexeris crapula potuq; grauatus, ne sic quidem abijcies consuetudinem, &c. Veteribus in vsu fuisse non prius ordiri epulas, quàm Sacerdos, aut seniorum aliquis cibis precibus suis benedixisset, argumento est illud 2. Sam. 9. versu 13. vbi Sauli interroganti de Samuele responsum est: Cum veneritis in ciuitatem, illicò inuenietis eum, priusquam ascendat ad excelsum vbi comedet: neque enim populus comedit, donec ille veniat: nam ipse benedicit hostiæ, postea comedunt inuitati. Prudentius huiusmodi sanè piam elegantemque precandi formulam ante prandium composuit:

Precandi forma & prudentio.

Christe prius genitore potens,
Huc nitido, precor, intuitu
Flecte salutiferam faciem,
Fronte serenus, & irradia,
Nominis vt sub honore tui
Has epulas licent capere.
Te sine dulce nihil Domine:
Nec iuuat ore quid appetere,

Pocula

Pocula ni prius, atque cibos
Christe tuus fauor imbuerit.
Omnia sanctificante fide
Fercula nostra Deum sapiant.
Christus & influat in patinas,
Seria, ludicra, verba, iocos
Deniq; quod sumus, atque agimus.
Trina superna regat pietas.

Sic autem gratiarum actionem idem prosequitur:

Pastis visceribus, ciboq; sumpto
Quem lex corporis imbecilla poscit
Laudem lingua Deo patri rependat
Sic nos muneribus tuis refecti
Largitor Deus omnium bonorum,
Grates reddimus, & sacramus hymnos.

Sunt huius generis complures precandi formulae apud probatissimos auctores, cuiusmodi etiam in Biblijs reperiuntur. Sic piæ & deuotæ benedictiones, atque gratiarum actiones in rythmos coniectæ ante, & post mensam dicendæ, vel canendæ germanicæ, atque latinæ excusæ sunt Tegernsee, anno 1576. Verùm omnium optima, perfectissima, & ad impetrandum efficacissima censeri debet illa precandi forma, quæ ab ipso Christo præscripta est: quæ quidem mira verborum paucitate, sex, septemue concisa membris, magna mysteria complectitur, omniaq; ea, quæ vel ad Dei gloriam, vel nostram necessitatem, atque salutem spectant, vel etiam proximi emolumentum. Hæc igitur precatio omnium precationum caput est, norma regula, atque compendium. Oratio Dominica.

Porrò mensæ benedictionibus veterem Ecclesiam vsam fuisse, cùm ex ijs, quæ iam antea posita sunt, tùm ex ijs, quæ sequuntur, apparet. Chrisostomus non semel mentionem facit benedictionis mensæ, quæ vsitata fuerit monachis per Ægyptum: cuius etiam descriptio extat apud Clementem libro septimo, constitutionum. In Horologio verò Græcæ Ecclesiæ integra formula huius benedictionis describitur. Primò, antequam cibi apponantur, legitur totus Psalmus 145. Exaltabo te Deus meus, rex, & benedicam nomini tuo in seculum, &c. Deindè appositis cibis, recitatur à Sacerdote benedictio mensæ, & quæ apposita sunt, ita benedicuntur: Christe Deus noster, benedic cibo, ac potui seruorum tuorum: quoniam tu es sanctus & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Postea quando cibum gustarunt in mensa, surgunt, & simul omnes recitant illam benedictionem, cuius & Clemens, & Chrysostomus mentionem faciunt. Benedictus es Domine Deus (ὁ ἐλεῶν) qui misereris nostri, & pascis nos à iuuentute nostra: qui das escam omni carni, reple gaudio & lætitia, seu hilaritate (σωφροσύνης) corda nostra, vt semper omnem habentes sufficientiam (αὐτάρκειαν) seu habentes in omnibus animum præsentibus contentum, exuberemus (περισσεύωμεν) in omne opus bonum, in Christo Iesu Domino nostro, cum quo tibi gloria, honor, virtus, seu imperium, (κράτος) adoratio, cum sancto spiritu, Amen. Post sumptum cibum, primò recitatur hæc Gratiarum actio: Gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti nobis escas ad lætitiam, imple nos etiam Spiritu sancto, vt inueniamur in conspectu tuo accepti, & non confusi seu pudefacti (αἰσχυνόμενοι) quando reddes vnicuique secundum opera sua. Deinde legitur Psalmus 122. Lætatus sum in his qui dicunt mihi, in domum Domini ibimus. Postea additur hic versus: Sicut in medio discipulorum tuorum (cœnantium) adfuisti Saluator, dans ipsis pacem: ita veni etiam ad nos, & salua nos. Tandem legitur ex Psalmo 22. Edent pauperes, & saturabuntur: laudabunt Dominum qui quærunt eum, vsque ad finem. Kyrieeleyson. Concluditur demum hac precatiuncula: Benedictus es Deus, qui misertus nostri, ex opulentis donis tuis pauisti nos. Eius gratia & benignitate (φιλανθρωπίᾳ) detur nobis frui, & nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

In Latina Ecclesia fuit forma benedictionis mensæ fermè similis. Hæc scilicet. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, imples omne animal benedictione. Gloria patri, & filio, &c. Sicut erat in principio, &c. Kyrieeleyson, &c. Pater noster. Benedic Domine nos, & tua dona, quæ de tua largitate sumpturi sumus, per Christum Dominum nostrum. Mensæ cœlestis particeps faciat nos rex æternæ gloriæ. Post sumptum cibum: Confiteantur tibi omnia, Domine, opera tua, & sancti tui benedicent tibi. Gloria patri. Agimus tibi gratias omnipotens Deus, pro vniuersis beneficijs tuis, qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen. Deinde legitur Psalmus 51. Miserere mei Deus, &c. Et subijciuntur versus: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In Domino gloriabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur. Magnificate Dominum meum, & exultemus nomi-

Digitized by Google

ni eius in idipsum. Sit nomen Dominii benedictum, ex hoc nunc, & vsque in seculà. Deus det nobis suam pacem. In cœna recitantur bi versus: Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Viuent corda eorum in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui viuit & regnat in secula seculorum. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini in æternum. Gloria patri, &c.

Catholicorum mensam consecrandi ritus.

Huiusmodi ferè consecrandi mensam formulis hodie quoque Catholici, siue Pontificij vtuntur, addito crucis signaculo: quòd quidem apud Primitiuæ Ecclesiæ Christianos in quotidiana vitæ consuetudine valdè vsitatum fuisse constat. Hinc Tertull. lib. de Corona militis: Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum: ad vestitum, & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum, & aliarum huiusmodi disciplinarum, si legem expostules scripturarum, nullam inuenies, traditio tibi prætendetur auctrix: consuetudo confirmatrix: & fides obseruatrix. Idem libro secundo ad vxorem: Latebisne tu cùm lectulum, cùm corpusculum tuum signas, &c.

Catholici certas & peculiares quasdam certarum rerum benedictiones, & generalem cuiuslibet creaturæ consecrationẽ, habent.

Habent præterea Catholici hodie certas & peculiares quasdam certarum rerum, vt aquæ, frondium, atque florum, agni Paschalis, lactis, mellis, casei, panis, & laganorum, ouorum, pernarum, vini, benedictiones: & generalem quandam cuiuslibet creaturæ consecrationem, in quibus expressis conceptisque verbis petunt, vt Diaboli vis ac potestas ex ijs expellatur, & per has consecrationes fiant sanitas mentis, atque corporis. In die Resurrectionis consecrant lac, mel, carnes, caseos, oua, panes, pernas, &c. quas res consecratas etiam vendunt tanquam ad salutem animarum vtiles. Sic in die Ascensionis S. Mariæ consecrant herbas, plantas, radices, fructus arboreos, quibus deinceps singularis adsit vis diuina. In dies Ioannis benedicunt vino, quasi prius fuerit impurum, & maledictum. In die S. Stephani pascuis benedicunt: In die S. Marci, segetibus. Omnino 1. ad Timoth. 4. vult Paulus verbum Dei, & quæ inde proficiscitur precationem, & gratiarum actionem in vsu ciborum à fidelibus adhiberi: cuius sanè rei hæ à Theologis, & quidem optimæ, grauissimæq; rationes afferuntur.

Rationes propter quas in conuiuijs preces sunt adhibendæ.

Primò, vt admoneantur ne cibos vel pecorum, vel infidelium instar, sine pijs cogitationibus sumant: sed ex ipsius Dei larga, munificaq; manu se illos capere cogitent, qui quidem corporum quoque nostrorum curam gerens, ijs alimoniam bonam ac salutarem præbet.

Secundò, vt commonefiamus Adamum donationem illam diuinam (Gene. 1.) nobis per lapsum (Gene. 3.) amisisse, & nos propter peccata, propter abusus, & ingratitudinem indignos esse illis etiam corporalibus donis: sed per, & propter Christum donationem illam nobis restitui, qui etiam idcirco panes in manus suas sumpsit, & post benedictionem, seu gratiarum actionem ex suis manibus iussit populo diuidi, & apponi. Inde in benedictione mensæ dicitur, Per Iesum Christum Dominum nostrum.

Tertiò, vt habeant fideles certum testimonium, & priuilegium se absque offensione Dei, & lasione conscientiæ vti posse.

Quarto, vt precatione agnoscamus, & fateamur benedictionis diuinæ esse, vt vsus cibi corpori, & valetudini vtilis sit, ac salutaris, sicut inquit Psalm. 104. Aperiente te manum tuam, omnia implentur bonis, vt vinum exhilaret, & panis confirmet cor hominis. Et Psalm. 145. Aperis tu manum tuam, & imples omne benedictione, seu beneplacito.

Quintò, quia in vsu ciborum facilè admittitur vel abusus, vel intemperantia, ne igitur ita edamus sicut Epulo ille Luc. 16. qui postea audit: Recepisti bona tua in vita tua. Vel sicut inquit Psalm. 17. de viris mundi, quorum pars est in hac vita, vt venter ipsorum impleatur. Et Ieremiæ duodecimo cap. saginantur vt oues ad diem occisionis. Idcò additur verbum, & oratio, vt iuxta dictum Salomonis Eccles. 4. Edamus in lætitia panem nostrum, vt Deo placeant illa ipsa etiam opera nostra. Et sicut Iob. cap. 1. post conuiuia filios suos sacrificijs sanctificabat, si quid forsè peccassent. Vsque moneamur in ipso vsu cibi corporalis cogitandum esse non tantum vt edamus, &

Digitized by Google

mus, & saturemur, sed vt operemur etiam cibum, qui non pereat, sed permaneat in vitam æternam, quem filius hominis nobis dat Ioan.6. vel sicut Luc.14. dicitur, vt cogitemus etiam de edendo pane in regno cælorum.

Sexto, quia in saturitate facilè euenit, quòd scriptum est, Sedit populus edere, & bibere, ac surrexit ludere. Item impinguatus, & recalcitrauit, ideò additur oratio, & gratiarum actio vt iuxta quòd scriptum est Deut.8. cum comederis, & saturatus fueris, benedicas Domino Deo tuo, ne postquàm comederis, & saturatus fueris, eleuetur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui: vel Ecclus. opus Domini non respicitis, & opera manuum eius non consyderatis. Hæ sunt rationes grauissimæ, propter quas preces conuiuijs sunt adhibendæ, quibus addere licet illud Ecclesiastici cap.3. A mensa surge etiam in tempore, & non sis vltimus, sed festinans domum te recipe, & lude ibi, & facito quòd libet: ita tamen, vt nihil patres mali, neque tumultueris. Sed age gratias pro omnibus creatori tuo, qui te condidit, & opibus suis saturauit. Hæc ille. Quod si conuiuij domino, & quidem meritò gratias agimus, quod nobis cibum, potumq; præbuit: quantò magis illi Domino dominorum, patri atque pastori nostro cælesti, ac munificentissimo gratias & agere, & habere debemus, cuius immensa & infinita benignitate alimur, atq; pascimur? Cibo enim implet Deus, & lætitia corda hominum, benefaciens etiam incredulis, Act.14. Damnanda itaque meritò est Christianorum quorundam (si digni sunt hoc tam augusto nomine) consuetudo impia & prophana, qui pecorum instar ad cibum capiendum irruunt non præmissis precibus, indeq; rursus sine gratiarum actione sese proripiunt, id quod impiæ sanè ingratitudinis erga Deum manifestum est inditium. Multi pro precibus pijs, potius vtuntur imprecationibus, execrationibus, atq; blasphemijs diris, & horrendis. Multi etiam ita se cibo vinoq; immoderato ingurgitant, & obruunt, vt nihil amplius Christiani hominis officio dignum vel loqui, vel etiam cogitare possint. Atq; adeò ipsas auiculas videmus habere plus rationis, quàm impuros illos homines: quæ postquàm cibo expletæ, & saturatæ fuerint, voces gutture suo fundunt suaues, atq; canoras, quibus Deo conditori, & altori suo quasi gratias agunt. Mirum itaq; profectò non est, alimenta nostra sæpè in corporis nostri pernitiem conuerti: meretur namque id impia nostra, atq; nefaria erga Deum ingratitudo. Gentes quoq; nonnullæ veræ religionis expertes & olim, & hodie quoque feruntur non nisi precibus, sacrisq; adhibitis cibum sumere. Naucratitarum memorabile est exemplum, (qui fuerunt incolæ Naucratidis vrbis Ægypti, teste Stephano, à Milesijs condita, vt testis est Strabo lib.17.) hi, vt Athenæus refert lib.4. καὶ καταπλιθέντες ἐπανίσταντο εἰς γόνατα, τῶ ἱερογήρυκι τὰς παρούσας εὐχὰς κατὰ λόγον ἀναπέμποντες, hoc est, etiam post discubitum surgebant rursus, atque in genua procidebant, & præeunte præcone, seu sacrorũ administro patrias quasdam preces cernui simul profundebant, quibus absolutis, denuò mensæ accumbebant. Huc quoque facit illud T. Liuij Decad.4. lib.9. vbi, postquàm narrauit quendam Placentiæ L. Quintij Faminij Consulis Rom. iussu in ipso epulo securi fuisse in scorti cuiusdam gratiam percussum, addit facinoris illius amplificandi gratia: Commissum est facinus hoc sæuum atque atrox inter pocula, atq; epulas, vbi libare dijs dapes, vbi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis mactatam humanam victimam, & cruore mensam respersam. Iulianus imp. cùm Daphnen (quæ fuit Antiochiæ amœnissimum suburbium) ad publicum epulum venisset, sacerdos Apollinis, atq; æditui cibum imperatorium prius lustrasse dicuntur, testis Sozom. eccl. histor. lib.3. cap.14. Quoniam sacrificijs preces semper ab Ethnicis adhibebantur, λιταὶ dictæ sunt θυσάδες à Sophocle, id est preces cum sacrificijs adhibitæ: & ἀρνὸν, & ἀρνὶ (per syncopen ἀπὸ τῦ ἀρλὼ, ἀρλῶ) id est, agnum volunt dictum ἀπὸ τῆς ἀρᾶς, id est, εὐχῆς: quia ἐν εὐχαῖς παρελαμβάνετο τὸ ζῶον θυόμενον, quoniam cum votis atq; precibus sumebatur bestia mactanda, & quia aliâs optabilis est pecorum possessio, hæc Eustat. Ιλ.α. Eodem spectat prouerbium illud, ne à chytropode cibum nondum sacrificatum rapias: quo, interprete Erasmo, monemur ne ritu pecudum ad cibum capiendum irruamus, sed ita demum edamus, si prius inde primitias Dijs immolauerimus. Antiquitus enim, vt auctor est Plutarchus in Symposiacis, inter res sacras habebatur mensa quotidiana, ac proinde cibum sumpturi, Dijs consecrabant τὰς ἀπαρχὰς, hoc est, primitias: ac deinde non indecore, neque tumultuanter, sed religione quadam ad conuiuium accedebant non aliter, quàm ad sacrum epulum: qui mos & hodie durat apud benè moratos Christianos, Hæc ille. Turcas quoque antequam cibum sumant precatio-

NOTA.

Ecclus.

Ethnici quoq; precibus vsi in cibo capiendo.

Naucratitarũ exemplum.

Preces in sacrificijs adhibita.

Λιταὶ θυσάδες.

ἀρνὸς.

Prouerbium.

Turcarũ mos.

Digitized by Google

Calecutienſiũ mos horribilis.

nem præmittere teſtis eſt Bartholomæus Georgeuix. Apud Calecutienſes monſtroſus traditur eſſe huiuſmodi menſam execrandi potius, quàm conſecrandi mos ac conſuetudo. Rex illorum cibum ſumpturus prius non diſcumbit, quàm quaterni ſacerdotes regias dapes Dæmoni in hunc fermè modum obtulerint. Nam paßis manibus, eiſdemq; ſupra verticem elatis, ac ſenſim vtraq; manu à ſe retracta, pollice tantùm prominente idolo eſculenta, quibus rex veſci debet, offerunt, ac ibi tantiſper opperiuntur, donec non ſit vero abſimile quempiam eſſe potuiſſe. Ea adducti ratione id agunt, ne rex quicquam ſumere velle videatur, quòd idolo honoris gratia non prius ſit oblatum, teſtis eſt Ludouicus Romanus. His ferè ſimilia ſunt quæ de Lituanis & Samogitis narrantur. Hi enim in domibus ſub fornace, vel in angulo vaporarij vbi menſa ſtat, ſerpentes fouent, quos numinis inſtar colentes (en antiqui illius atq; tartarei ſerpentis aſtutiam) certo anni tempore precibus ſacrificuli euocant ad menſam. Hi verò exeuntes, per mundum linteolum conſcendunt, & ſuper menſam aßident: vbi poſtquam ſingula fercula delibarunt, rurſus deſcendunt, ſeq; abdunt in cauernis. Serpentibus digreßis, homines læti fercula illa præguſtata comedunt, ac ſperant illo anno omnia proſperè ſibi euentura. Quod ſi ad preces ſacrificuli non exierint ſerpentes, aut fercula ſuper menſam poſita non delibauerint, tum credunt ſe anno illo ſubituros magnam calamitatem. Quòd ſi igitur Ethnici, Turcæ, Calecutienſes non niſi precibus adhibitis epulari, & cibos impuris illis ſuis Dijs, ſeu potius Dæmonibus conſecrare ſolent: quantò magis nos Chriſtianos in vera religione natos, & educatos decet, cùm in omnibus alijs actionibus, tùm in epulis quoque, verum Deum inuocare illiq; pro acceptis muneribus atque beneficijs gratias agere? Si Ethnicis, inquit Eraſ. colloq. religioſa erat menſa: quantò magis oportet eſſe ſacram Chriſtianis, quibus habet imaginem quandam illius ſacroſancti conuiuij, quòd Dominus Ieſus poſtremum egit cum ſuis diſcipulis. Et ob id receptum eſt, ablucre manus, vt ſi quid odij, liuoris, aut turpitudinis alicui forſitan reſideat in animo, id ejiciat ante, quàm accedat ad cibum capiendum. Hoc exemplum nobis ab ipſo Chriſto traditum eſt, vt ab hymno cibum auſpicaremur, & rurſum hymno finiremus. Hæc Eraſmus.

Hoc autem precandi, menſamq; conſecrandi munus aliquando obeunt Eccleſiæ atq; Sacrorum Antiſtites: (vt in Imperatorio epulo menſam conſecrant Archiepiſcopi Treuerico verbis præeunte, cui reliqui duo reſpondent) aliquando liberi patriſfamiliâs: aliquando ipſe paterfamiliâs: nonnunquam etiam conuiuarum aliquis, qui cæteris ætate, & auctoritate eſt ſuperior.

Cœnæ Dominicæ conſecratio.

Porrò ſi prophanis quoque epulis preces debent interponi: quantò magis ſacroſancto illi epulo Dominico preces piæ, ſanctæ, & ardentes & præmitti, & illud comitari, ac denique conſequi debent? Et hæc eſt, quæ vulgò dicitur, Cœnæ Dominicæ benedictio, ſanctificatio, aut conſecratio. Atque hic quidem fuit antiquiſſimus ſanè, laudabiliſſimuſq; Chriſtianorum Primitiuæ Eccleſiæ mos, quemadmodum Inſtinus, Irenæus, Dionyſius, Auguſtinus, & alij teſtantur. Inſtinus Apologia 2. tradit, poſt lectionem, & interpretationem ſcripturæ, omnes κοινῇ ἀνίςασθαι καὶ ἐυχὰς πέμπειν, hoc eſt, conſurgere, & preces fundere ſuiſſe ſolitos, ſiue vt ibidem loquitur, ἄρτον, καὶ ὄξος τῷ πατρὶ τῶν ὅλων δι᾽ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπειν, καὶ ἐυχαριςίας ποιεῖται, &c. His finitis, & vinum præpoſito afferebatur, qui ἐυχὰς ὁμοίως, καὶ ἐυχαριςίας ὅσην δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει. Hoc eſt, pro ſua virili precis, gratiarumque actiones Deo offert: καὶ ὁ δῆμος ἐπιφωνεῖ λέγων τὸ ἀμήν, Hoc eſt, quibus finitis, populus fauſta acclamatione dicit Amen. Has preces deinceps ſequitur δι᾽δοσις καὶ μετάδοσις, hoc eſt, diſtributio panis, atque vini. Et hinc ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ᾽ ἡμῖν ἐυχαριςία, hoc eſt, ob has preces hic cibus, mentis nimirum, non ventris, Euchariſtia ſiue Gratiarum actio appellatur. Poſt communionem commonefacimus nos inuicem de dilectione, & coniunctione fraterna, & contribuimus eleemoſynas, quibus egentibus ſubueniatur. Et ὅτι πᾶσι τε οἷς προσφερόμεθα ἐυλογοῦμεν τὸν ποιητὴν διὰ τοῦ υἱοῦ, hoc eſt, ſuper omnibus illis, quæ offeruntur, benedicimus patrem factorem omnium, per Filium & Spiritum ſanctum. Huiuſmodi verò precum antiquitus in celebratione Cœnæ Dominicæ adhibitarum, mentionem faciunt etiam Irenæus libro quarto. Dionyſius Areopagita, Auguſtinus epiſtola 59. ad Paulinum explicans illud Pauli 1. Timoth. 2. de precationibus, &c. Chryſoſtomus Homil. decima octaua in 2. ad Corinth. & in 1. ad Timoth. 2. Tertullianus in Apologetico, Ambroſius de conſecratione 2. cap. Propter has ergò præeuntes, comitantes, & ſubſequentes actionem cœnæ Dominicæ à tota Eccleſia conceptas paſtore præeunte preces, ipſa

cœnæ

tuna Dominica, & ἐυχαριστία, & etiam sacrificium, siue oblatio à veteribus fuit appellata, vt Theologus nonnullis placet. Et hæc de mensæ benedictione seu consecratione satis sint dicta, quæ quidem post primam ferculorum appositionem ferè fieri consueuit, & id certè etiam decoro videtur esse consentaneum, vt non, nisi appositis cibis fiat. Huc postremò etiam referri debent illæ benedictiones, seu precationes fauste, quibus & conuiuæ singuli, dum vel primùm aduenium, vel mensa accumbunt, vel de mensa surgunt, & illi qui fercula apponunt, vti solent, cuiusmodi est illa Germanis vsita precandi formula, Gott gsägnis/ oder gsägnis Gott / hoc est, Deus vobis cibum hunc benedicat.

DE LIBATIONIBVS, ANTE ET POST EPVLAS ADHIBITIS, DE ILLARVM NOMINIbus, materia, cæremonijs, instrumentis, vsu.

CAPVT XXXVII.

AD precationes porrò videntur referendæ Ethnicorum veterum ἀπαρχαὶ, hoc est, primitiæ, & ἀποσπονδαὶ, siue λοιβαὶ, hoc est, libationes, quibus illi in deorum suorum honorẽ ante, & post conuiuium vti consueuerunt. Athen. lib. 4. καὶ πρὸ τῶν δειπνῶν δὲ ἃ δεῖ ποιεῖν ὑμᾶς διδάσκει πάλιν ὅμηρος, ἀπαρχὰς τῆς βεσμάτων νέμειν τοῖς θεοῖς, id est, Homerus præterea quæ ante conuiuia nobis sint facienda docet, Dijs nempe primitias ciborum esse persoluendas, exempla passim occurrunt. Hæc Plato quoq; in conuiuijs, vt idem Athenæus monet, obseruauit. κατὰ γὰρ τὸ δεῖπνον ἀποσπονδάς τε φησὶ ποιησαι, καὶ τὸν θεὸν παιωνίσαι τοῖς νομιζομένοις ἱέρασιν, hoc est, post cœnam & libamina dijs offeruntur, & carmine Deum statutis honoribus celebrant, id quod à Xenoph. quoq; traditur. Sic Christus quoq;, si licet sacra miscere prophanis, post sacrum illud suum epulum hymnum in patris sui cœlestis honorem vnà cum discipulis suis cecinisse scribitur. Apud Epicurũ autem ἄ ἀποσπονδή, ἢ ἀπαρχὴ τοῖς θεοῖς, hoc est, neq; libatio, neq; primitiæ dijs offeruntur: sed, vt Simonides inquit, de muliere ἀκόσμῳ, ἔδυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεδίει, hoc est, illibata sæpè sacra deuorat. Turnebus in suis Aduersarijs in illa Flacci,

Ante larem proprium vescor, vernasque procaces,
Pasce libatis dapibus, &c.

Hæc annotat: Ego hoc crediderim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem cœnæ lari dijsq; donabant, ea in focum mittebant lari sacrum, vt constat, id enim erat libare dapes. Ex ea consuetudine, vt arbitror, scribit Varro, vt à Marcello citatur: Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Et Cicero de Finibus: Atqui reperiemus Asotos primùm ita non religiosos, vt edant de patella, id est, vt edant ea, quæ dijs è cœna libata sunt. Sed ritus ille optimè intelligetur è Plutarcho, ita in libello de Fortuna Rom. scribente: Ocresiam virginem, inquit, identidem primitias, & libationes à regia mensa accipere, & ea ad focum perferre consueuisse, cumq; aliquando pro more ea in ignem iniceret, &c. Ad hunc itaq; morem alludens, ea se castitate, & sanctimonia ruri dicit cœnare Horatius: vt dapibus, nisi ante Deo piè libatis, vesci non soleat. Inde & Dij patellarij à Plauto festiuè iocante sunt dicti, quibus in patella libebatur, non magna sacrificia fiebant. Tales dij erant in larario domestici penates, & lares. Hæc ille. Verùm operæpretium erit hîc de libationibus, quæ cùm in sacrificijs, tùm in fœderibus, tùm in conuiuijs adhiberi olim consueuerunt, paulò copiosius scribere. Libationes partim religiosas & in sacris, partim prophanas, & prophanis in epulis adhiberi fuisse solitas, Macrob. testatur lib. 3. Sat. cap. 11. de quo suprà in tractatu de mensis. Verùm vt ordine procedat hæc nostra tractatio, primò de nominibus agemus.

Græci duo habent vocabula quibus actionem hanc exprimunt, ea sunt σπένδειν, & λοίβειν, quæ secundum nonnullos videntur à se inuicem differre: cùm tamen apud Homerum & alios au-

Ἀπαρχαὶ, & ἀποσπονδαὶ, siue λοιβαὶ Ethnicorum veterũ.

Libare dapes quid.

Dij patellarij.

Libationum diuisio.

Libationum nomina.

Digitized by Google

Calecutiensiũ mos horribilis.

nem præmittere testis est Bartholomæus Georgeuix. Apud Calecutienses monstrosus traditur esse huiusmodi mensam execrandi potius, quàm consecrandi mos ac consuetudo. Rex illorum cibum sumpturus prius non discumbit, quàm quaterni sacerdotes regias dapes Dæmoni in hunc fermè modum obtulerint. Nam passis manibus, eisdemq; supra verticem elatis, ac sensim vtraq; manu à se retracta, pollice tantùm prominente idolo esculenta, quibus rex vesci debet, offerunt, ac ibi tantisper opperiuntur, donec non sit vero absimile quempiam esse potuisse. Ea adducti ratione id agunt, ne rex quicquam sumere velle videatur, quòd idolo honoris gratia non prius sit oblatum, testis est Ludouicus Romanus. His ferè similia sunt quæ de Lituanis & Samogitis narrantur. Hi enim in domibus sub fornace, vel in angulo vaporarij vbi mensa stat, serpentes fouent, quos numinis instar colentes (en antiqui illius atq; tartarei serpentis astutiam) certo anni tempore precibus sacrificuli euocant ad mensam. Hi verò exeuntes, per mundum linteolum conscendunt, & super mensam assident: vbi postquam singula fercula delibarunt, rursus descendunt, seq; abdunt in cauernis. Serpentibus digressis, homines læti fercula illa prægustata comedunt, ac sperant illo anno omnia prosperè sibi euentura. Quod si ad preces sacrificuli non exierint serpentes, aut fercula super mensam posita non delibauerint, tum credunt se anno illo subituros magnam calamitatem. Quòd si igitur Ethnici, Turcæ, Calecutienses non nisi precibus adhibitis epulari, & cibos impuris illis suis Dijs, seu potius Dæmonibus consecrare solent: quantò magis nos Christianos in vera religione natos, & educatos decet, cùm in omnibus alijs actionibus, tùm in epulis quoque, verum Deum inuocare illiq; pro acceptis muneribus atque beneficijs gratias agere? Si Ethnicis, inquit Eras. colloq. religiosa erat mensa: quantò magis oportet esse sacram Christianis, quibus habet imaginem quandam illius sacrosancti conuiuij, quòd Dominus Iesus postremum egit cum suis discipulis. Et ob id receptum est, ablucre manus, vt si quid odij, liuoris, aut turpitudinis alicui forsitan resideat in animo, id ejiciat ante, quàm accedat ad cibum capiendum. Hoc exemplum nobis ab ipso Christo traditum est, vt ab hymno cibum auspicaremur, & rursum hymno finiremus. Hæc Eraſmus.

Hoc autem precandi, mensamq; consecrandi munus aliquando obeunt Ecclesiæ atq; Sacrorum Antistites: (vt in Imperatorio epulo mensam consecrant Archiepiscopi Treuerico verbis præeunte, cui reliqui duo respondent) aliquando liberi patrisfamiliâs: aliquando ipse paterfamiliâs: nonnunquam etiam conuiuarum aliquis, qui cæteris ætate, & auctoritate est superior.

Cœnæ Dominicæ consecratio.

Porrò si prophanis quoque epulis preces debent interponi: quantò magis sacrosancto illi epulo Dominico preces piæ, sanctæ, & ardentes & præmitti, & illud comitari, ac denique consequi debent? Et hæc est, quæ vulgò dicitur, Cœnæ Dominicæ benedictio, sanctificatio, aut consecratio. Atque hic quidem fuit antiquissimus sanè, laudabilissimusq; Christianorum Primitiuæ Ecclesiæ mos, quemadmodum Iustinus, Irenæus, Dionysius, Augustinus, & alij testantur. Iustinus Apologia 2. tradit, post lectionem, & interpretationem scripturæ, omnes κοινῇ ἀνίστασθαι καὶ εὐχὰς πέμπειν, hoc est, consurgere, & preces fundere fuisse solitos, siue vt ibidem loquitur, ἄνιον, καὶ ὅσον τοῦ παρεὸν τῷ ὅλων δεῖ τὸ ὀνόματος τὸ ἰῷ, καὶ τὸ πνεύματος τὸ ἁγίου ἀναπέμπει, καὶ εὐχαριστίας ποιεῖται, &c. His finitis, & vinum præposito afferebatur, qui εὐχὰς ὁμοίως, καὶ εὐχαριστίας ὅσην δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει. Hoc est, pro sua virili preces, gratiarumque actiones Deo offert: καὶ ὁ δῆμος ἐπιφωνεῖ λέγων τὸ ἀμήν, Hoc est, quibus finitis, populus fausta acclamatione dicit Amen. Has preces deinceps sequitur δόσις καὶ μετάδοσις, hoc est, distributio panis, atque vini. Et hinc ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία, hoc est, ob has preces hic cibus, mentis nimirum, non ventris, Eucharistia siue Gratiarum actio appellatur. Post communionem commonefatimus nos inuicem de dilectione, & coniunctione fraterna, & contribuimus eleemosynas, quibus egentibus subueniatur. Et ὅτι πᾶσι τε οἷς προσφερόμεθα εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων, hoc est, super omnibus illis, quæ offeruntur, benedicimus patrem factorem omnium, per Filium & Spiritum sanctum. Huiusmodi verò precum antiquitus in celebratione Cœnæ Dominicæ adhibitarum, mentionem faciunt etiam Irenæus libro quarto. Dionysius Areopagita, Augustinus epistola 59. ad Paulinum explicans illud Pauli 1. Timoth. 2. de precationibus, &c. Chrysostomus Homil. decima octaua in 2. ad Corinth. & in 1. ad Timoth. 2. Tertullianus in Apologetico, Ambrosius de consecratione 2. cap. Propter has ergò præeuntes, comitantes, & subsequentes actionem cœnæ Dominicæ à tota Ecclesia conceptas pastore præeunte preces, ipsa

cœna

cœna Dominica, & εὐχαριστία, & etiam sacrificium, siue oblatio à veteribus fuit appellata, vt Theologis nonnullis placet. Et hæc de mensæ benedictione seu consecratione satis sint dicta, quæ quidem post primam ferculorum appositionem ferè fieri consueuit, & id certè etiam decoro videtur esse consentaneum, vt non, nisi appositis cibis fiat. Huc postremò etiam referri debent illæ benedictiones, seu precationes fausta, quibus & conuiuæ singuli, dum vel primùm adueniunt, vel mensæ accumbunt, vel de mensa surgunt, & illi qui fercula apponunt, vti solent, cuiusmodi est illa Germanis vsita precandi formula, Gott gsägnis/ oder gsägnis Gott/ hoc est, Deus vobis cibum hunc benedicat.

DE LIBATIONIBVS, ANTE ET POST EPVLAS ADHIBITIS, DE ILLARVM NOMINIbus, materia, cæremonijs, instrumentis, vsu.

CAPVT XXXVII.

AD precationes porrò videntur referendæ Ethnicorum veterum ἀπαρχαὶ, hoc est, primitiæ, & ἀποσπονδαὶ, siue λοιβαὶ, hoc est, libationes, quibus illi in deorum suorum honorẽ ante, & post conuiuium vti consueuerunt. Athen. lib. 4. περὶ τοῦ δεῖνα ἄδειν δὲ ἃ δεῖ ποιεῖν ἡμᾶς διδάσκει πάλιν ὅμηρος, ἀπαρχὰς τῷ θεῷ μέμνησθαι τοῖς θεοῖς, id est, Homerus præterea quæ ante conuiuia nobis sint facienda docet, Dijs nempe primitias ciborum esse persoluendas, exempla passim occurrunt. Hac Plato quoq; in conuiuijs, vt idem Athenæus monet, obseruauit. μετὰ γὰρ τὸ δεῖπνον σπονδάς τε φησὶ ποιησαι, καὶ τὸν θεὸν παιωνίσαι τοῖς νόμιζομένοις γέρασιν, hoc est, post cœnam & libamina dijs offeruntur, & carmine Deum statutis honoribus celebrant, id quod à Xenoph. quoq; traditur. Sic Christus quoq;, si licet sacra miscere prophanis, post sacrum illud suum epulum hymnum in patris sui cœlestis honorem vnà cum discipulis suis cecinisse scribitur. Apud Epicurũ autem ἄ σπονδὴ, ἐκ ἀπαρχὴ τοῖς θεοῖς, hoc est, neq; libatio, neq; primitiæ dijs offeruntur: sed, vt Simonides inquit, de muliere ἀχόσμε, ἔδυτα δ' ἱερὰ πολλάκις καταδίει, hoc est, illibata sæpè sacra deuorat. Turnebus in suis Aduersarijs in illa Flacci,

Ante larem proprium vescor, vernasque procaces,
Pasce libatis dapibus, &c.

Hæc annotat: Ego hoc crediderim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem cœnæ lari dijsq; donabant, ea in focum mittebant lari sacrum, vt constat, id enim erat libare dapes. Ex ea consuetudine, vt arbitror, scribit Varro, vt à Marcello citatur: Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Et Cicero de Finibus: Atqui reperiemus Asotos primùm ita non religiosos, vt edant de patella, id est, vt edant ea, quæ dijs è cœna libata sunt. Sed ritus ille optimè intelligetur è Plutarcho, ita in libello de Fortuna Rom. scribente: Ocresiam virginem, inquit, identidem primitias, & libationes à regia mensa accipere, & ea ad focum perferre consueuisse, cumq; aliquando pro more ea in ignem injceret, &c. Ad hunc itaq; morem alludens, ea se castitate, & sanctimonia ruri dicit cœnare Horatius: vt dapibus, nisi ante Deo piè libatis, vesci non soleat. Inde & Dij patellarij à Plauto festiuè iocante sunt dicti, quibus in patella libebatur, non magna sacrificia fiebant. Tales dij erant in larario domestici penates, & lares. Hæc ille. Verùm operæpretium erit hîc de libationibus, quæ cùm in sacrificijs, tùm in fœderibus, tùm in conuiuijs adhiberi olim consueuerunt, paulò copiosius scribere. Libationes partim religiosas & in sacris, partim prophanas, & prophanis in epulis adhiberi fuisse solitas, Macrob. testatur lib. 3. Sat. cap. 11. de quo suprà in tractatu de mensis. Verùm vt ordine procedat hæc nostra tractatio, primò de nominibus agemus.

Græci duo habent vocabula quibus actionem hanc exprimunt, ea sunt σπένδειν, & λοίβειν, quæ secundum nonnullos videntur à se inuicem differre: cùm tamen apud Homerum & alios au-

Ἀπαρχαὶ, & ἀποσπονδαὶ, siue λοιβαὶ Ethnicorum veterũ.

Libare dapes quid.

Dij patellarij.

Libationum diuisio.

Libationum nomina.

Digitized by Google

Σπένδειν. flores ſæpiſſimè confundantur. Ac σπένδειν quidem (cuius prototypon ſecundum Herodianum, teſte Euſtathio, eſt σπείδειν, vnde Futurum σπείσειν, & σπεῖσαι) Heſychius exponit καχῦσαι, προσανέγκαι, θῦσαι θεοῖς, hoc eſt, effundere, offerre, ſacrificare Deo: & apud eundem σπένδεσθαι paſſim pro θύεσθαι. Sic ἐσπεικὸς à Suida exponitur pro πεθυκὸς. Paulus 2. Philippen. ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, hoc eſt, etiamſi pro libamento offerar ſuper hoſtia, ſacrificioq; fidei veſtræ. Alludit Paulus ad morem vinum libandi, hoc eſt, effundendi ſuper victimam, vt ſignificet ſe paratum eſſe ſimiliter ſuum ſanguinem libare, ſiue profundere pro illorum fide, quæ ſit optimum ſacrificium, ſiue pro Chriſto, qui ſit hoſtia illa verè piacularis, quam illi fide apprehenderint, atque colant. Idem verbum præſertim in paſſiuo, ſæpè pro fœderis contractu vſurpatur, quòd ſacrificijs, & libationibus intercedentibus fieri conſueuit. Hinc σπονδή, libatio, ſæpe etiam pro fœdere vſurpatur: & σπονδὰς ποιεῖν, ſiue ποιεῖσθαι, & libare, & fœdus inire ſignificat. σπονδὰς τοῖς θεοῖς ποιεῖσθαι, Xenoph. Pædag. 4. & ποιεῖν, Platoni idem quòd σπένδειν τοῖς θεοῖς. Et ἄσπονδος, fœderis expers, ἐκ or ἀ σπονδος, à fœdere excluſus, ἐνσπονδος, confœderatus, παρασπονδος, fœdifragus. σπονδὴ aliquando non tàm libationem, quàm libamen, aut libamentum, id eſt, vinum, quod libatur ſignificat.

Σπένδεσθαι. Ἐσπεικὸς.

Alterum eſt λείβειν, ſiue λιβεῖν, ſiue λοιβᾶσθαι. Heſychius, σπένδειν, & καχεῖν. Galenus ſcribit propriè ſignificare τὸ στάζειν, id eſt, ſtillare. Vnde λοιβὴ θυσία οἴνου, vt Heſychius exponit, δι' ὑγρᾶν θυσία, hoc eſt, ſacrificium quòd fit per humida. Euſtathius Ιλιαδ. π. in illa Homeri,

οἶνον δ' ἐκ δεπάων χαμάδις χέον,

Poëta, inquit, interpretatur λείβειν, quaſi idem ſit ὅτι σπονδῆς λείβειν, & χέειν: vnde etiam τετελεσμένη χοὴ λοιβὴ apud Sophoclem dicitur in illis verbis, τύμβον λοιβαῖσι στέψω. Idem Οδ. γ. λείβειν idem eſſe, quòd σπένδειν illud indicat, quòd ſtatim ſubiungit,

Αὐτὰρ ὑπεὶ σπεῖσαντ' ἔπιόν θ' ὅσον ἤθελε θυμός,

Id quòd potionis iuſtæ, atque ſufficientis eſt indicium. Conſtat etiam paſſim idem eſſe λείβειν, καὶ ἴβειν, & Ionicum, atq; Æolicum eſſe τὸ εἴβειν, deriuatum à λείβειν, vt vox αἰγιαλὸς à λαιγιαλὸς. Ex δὲ τῷ εἴβειν, εἴβημι & ὑ στάζων. Hæc duo porrò verba libationem Græcis ſignificantia, licet, vt Euſtath. annotat in illa Homeri verba,

ἐπεὶ δ' αἶθοπα οἶνον λεῖβε,

Idem videantur ſignificare: tamen illorum denominatiua nonnihil à ſe inuicem differunt. Nam λοιβάπον, quòd à λείβω: & σπονδεῖον, quòd à σπένδω deriuatur, ita ſecundum nonnullos differunt, quòd λοιβάπον quidem de olei: σπονδεῖον autem de vini libatione propriè dicatur. Eſſe quoque aliquam inter λείβειν, & σπένδειν differentiam hinc conſtat, quòd λείβεσθαι de lachrymis dicitur, & nonnunquam etiam de aquis: vnde τὰ λείβθρα locus eſt, & λοιβήτριοι τοπικὸν eſt: at σπένδεσθαι in illa ſignificatione nonnunquam vſurpatur. Præterea σπένδεται τις ὅτι φιλίᾳ, hoc eſt, libat qui amicitiæ ergò, at non dicitur λείβεσθαι. A λείβειν porrò deriuatur κελεβὴ, quaſi χελέβη παρὰ τὸ χέειν λοιβὴν εἰς ἀυτὸ, ſiue, vt alij volunt, ἀπὸ τῦ χέειν, & λοίβειν ſecundum illud, στέψον τὰν κελέβαν. Idem in Οδ. Μ. in illa verba,

λοιβάπον & σπονδεῖον quomodo differant.

ὃ δ' ἐν χρυσείοις μέθυ λείψαι ἐπ' αἰθομένοισι θεοῖσιν
Αλλ' ὕδατι σπένδοντες.

Poëta, inquit, σπένδειν, & λοίβειν idem eſt: pro σπένδω autem dictum eſt σπείδω. Idem in Ιλ. Π. duo hæc verba docet idem ſignificare.

Hebraicè נסך Naſak, vt Græcum λείβειν, & σπένδειν, & fundere, & libare ſignificat. Vnde נסך Naſak, & מסך, & ממסך Mimſack, commixtionem, effuſionem, atque libationem, ſiue libamen ſignificat: 70. interpretes σπονδὴν vertunt. Vt autem Minha propriè aridorum: ſic Neſech liquidorum ſacrificium fuit. Sacrorum libaminum, quæ è vino & ſicera erant, fit mentio Exod. 25. Num. 28. & 29. 2. Reg. 23. & alibi.

Libare. Libare Latinus, vt volunt Grammatici, propriè eſt leuiter deguſtare, & quaſi primis labris attingere: dictum, vt quidam putant, à labijs, quaſi labiare. Virgil.

Purpureoſque metunt flores, & flumina libant.

Per metaphoram aliquando pro leuiter attingere vſurpatur. Virgil.

Oſcula

Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur.

Deniq; libare (id quòd ad propositum nostrum facit) Isidorus vult proprie idem esse quòd fundere, voce deducta à Libero quodam, qui in Græcia vsum reperit vitis. Idem, Libatio, inquit, tantummodo calicis oblatio est. Hinc illud,

—— Et libauit de sanguine viæ.

Sic & sacularium quidam poëtarum, Nunc. inquit, pateras libate Ioui. Ouid. quoq; 3. Fastor. Libationem à Libero vult dictam,

Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen.
Libaque quòd sanctis pars datur inde focis.

Varro lib. 4. Liba (quæ fuerunt placentæ ex farre & melle Deorum sacrificijs aptæ: vnde forsan Germanicum Läbkuchen) ideò dicta vult esse, quòd libandi causa fierent, vel quòd libarentur priusquam essent cocta. Horat. epist. ad Fuscum:

Vtque sacerdotis fugitiuus, liba recuso,
Pane egeo iam mellitis potiore placentis.

Hinc constat libum esse placentam mellitam. Athenæus tamen lib. 3. significat libum siue placentam ex lacte, & sumine & melle componi. Mihi & libare, & libatio, & libamen, seu libamentum, & libum à Græca voce λείβειν, & λοιβῆς videntur deriuari. Vinum quoque dare Latinis auctoribus idem quod libare. Cato de Re rustica, cap. 134. Postea Cereri exta, & vinum date, id est, libate. Nam vinum quod libabant, quasi dijs dabant ac propinabant. Notandũ porrò vt Nasak Hebraicum, ita libare Latinum nonnunquam etiam de aridis vsurpari.

Erat enim apud Ethnicos omnino duplex libatio, qua cùm in sacrificijs, tùm in epulis vti consuerãt. Vna erat dapum, atq; ciborum, quorum pareem aliquam decerpentes, illam in ignem focúmsueue conijcere, atque ita Dijs suis religiosæ suæ erga erga illos gratitudinis testificãdæ gratia consecrare solebant, de qua paulò antea. Altera fuit potus, atque liquorum, de qua nunc agemus. Illa autem Hebraicè נסך *Nasak, Græcè* σπονδὴ, *& λοιβὴ, Latine libatio dicta, nihil aliud erat, quàm vini, siceræ, aquæ, lactis, olei, aut alterius alicuius liquoris ex vase effusio, vel in arã, seu victimas, vel in terram, certis adhibitis cæremonijs atq; precibus in Dei, deorúmue honorem olim facta. Latini vinum, vti dixi, dare Dijs pro libare vsurpant. Sic multibiba illa lena apud Plautum in Cur vult. vini quiddam defundens, inquit:*

Venus de paulo paululum hoc tibi dabo haud lubenter:
Nam tibi amantes propinantes vinum dant,
Mihi haud sæpè tales hereditate eueniunt.

Sic vinum fundere, item vergere, & inuergere pro libare sæpè apud Latinos ponitur. Statius libro 6. Theb.

Spumantesque mero pateræ vertuntur, & atri
Sanguinis, & rapti gratissima cymbia lactis.

Anus apud Plautum in Curculione,

Ipsum expeto tangere, inuergere in me liquorem,

Hoc est, Infundere. Virgilius libro 6.

Inuergit vina sacerdos. *Lucret. lib. 5.*
Illi imprudentes ipsi sibi sæpè venenum
Vergebant, nunc dant alijs solertius ipsi.

Vnde constat verbum hoc proprium sacrum sæpè transferri ad prophanum vsum. Quam autem Seruius inter fundere, & inuergere differentiam statuat, postea explicabitur. Iudæi habuerunt olim sanctas, & religiosas suas libationes, vt ex Num. 28. & alijs ex locis constat, quæ in Dei honorem celebrantur. Oseæ 9. Non libabunt Domino vinum. Has libationes, vt alios quoq; Iudæorum ritus, atq; cæremonias Ethnici κακοζηλίᾳ quadam fuerunt imitati. Primò autem de libationum Ethnicarum materia: deinde forma atq; modo, ritibus, siue cæremonijs agemus.

Quòd ad materiam, obseruandum est primò id, quòd Eustathius Ιλ. Α. *annotat, τὰς σπονδὰς* Libationum *ἐν ἄλλοτε, καὶ ἄλλῳ ὑγρᾷ γινέσθαι πρὸς τὰς καιρὰς, hoc est, alio atq; alio humore, siue liquore materia. pro temporum ratione fieri solitas fuisse. Apud Hebræos libamina fiebant ex aqua & sicera, vt*

constat ex 28. & 29. cap. Num. Apud Ethnicos in plærisq; licet sacrificijs vino libare moris esset: tandem erant quædam sacra, in quibus non erat fas vino libare. Hinc alia sacra dicta sunt οἰνόσπονδα, nempe in quibus fas erat vinum libare: alia ἄοινα, siue νηφάλια (quæ abstemia apud Gell. lib. 3. cap. 29. appellantur) in quibus vini nullus erat vsus. Ac vinum quidem apud Ethnicos (vt etiam apud Hebræos) in plærisq; sacris, seu sacrificijs libatum fuisse, eiusq; simul causam Eustathius loco ante citato, his verbis explicat: Vinum etsi non vnà cum molis salsis sumebatur, tamen vtile erat in libationibus post molas salsas. Non minus enim illius, quàm hordei inuentio ad ciuilem, & mansuetam vitam pertinet: serò enim fuit inuentum. His verbis rationem reddit, cur libatio, id est, vini effusio in sacrificijs fuerit vsitata.

Sacra οἰνόσπονδα.
Sacra ἄοινα.
Vinum apud Ethnicos in plærisq; sacrificijs libatum fuit.

Notandum autem non quoduis vinum in sacris potuisse adhiberi. Nam ex Græca, & amputata vite, seu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata, aut immunditia polluta fuerat, aut iuxta quam homo laqueo pependerat, quæq; circumcisis vinaceis profluxerat, vinum Dijs libare infaustum erat. Pythagoreorum quoque symbolum fuit, Ne Dijs libarẽt ex amputatis vitibus. Hinc Spurcum vinum dicebatur, quòd sacris adhiberi non poterat, vt ait Labeo Antistius lib. 10. Commentarij iuris Pontificij, Cui aqua admixta est, defrutúmue, aut igne tactum est, nisi tum ue antequàm deferuescat.

Non quoduis vinum in sacris potuit adhiberi.
Vinum spurcũ

Obseruandum præterea, veteres omnino mero, seu meraco vino in libationibus vsos fuisse: de quo sic Eustath. Ιλ. λ. πάντως (οἱ παλαιοὶ) ἀκράτῳ ἔσπενδον, κατὰ τὸ, σπονδὰὶ ἄκρητοι, hoc est, Omnino veteres vino meraco in libationibus vtebantur, secundum illud, Libationesque meracæ. Idem Ιλ. β. in hæc ipsa Homeri verba, σπονδὰὶ ἄκρητοι, hoc est, libationes meracæ: ἀκράτους, inquit, id est, meracas dixit libationes propterea, quòd mero libabãt, quo innuebant, τὸ τῆς γνώμης ἀμιγὲς ψεύδει, καὶ ἄδολον, id est, mentis synceritatem expertem fraudis, atque doli (sic contrà vino aqua mixto doli atque superstitiones in sacris literis adumbrabantur) quòd si quando autem cratere vinum dicuntur miscuisse, non aquæ atq; vini, sed duorum vinorum commixtio ibi est intelligenda. Idem in illud Hom. Ιλ. Γ.

Vino meraco veteres in libationibus vsi fuerunt.
χάλις.
χαλίκρατον quid.

—— κρητῆρι δὲ οἶνον Μίσγον.

ἄλλως δὲ γε ἐ μεμιγμένον, ἀλλ' ἄκρατοι ἐλείβοντο αἱ σπονδαὶ. Idem Οδ. Γ. ἡ ὅτι Διονυσίῳ σπονδὴ ἴσου ἴσῳ κεκραμένου (κεκλασμένον est in exemplari) οἶνον ὕδατι εἶχεν, hoc est, Vinum Dionysio libari solitum, æquali aqua fuit permixtum, secundum Comicum, vt alibi explicatum est, quæ libatio diuersa fuit ab Homericis libationibus, quas ἀκρήτους, siue ἀκράτους appellat. Apuleius libro quarto: Post istum sermonis terminum poculis aureis memoriæ defunctorum commilitonum vino mero libantes: dehinc canticis quibusdam Marti Deo blanditi, paululum conquieuerunt. Hinc nefas erat libare vino Græcæ vuæ, quoniam aquam habeat. Nota hîc simul morem hymnum canendi post cœnam. Apud Æschylum quoque sunt σπονδαὶ χαλίκρητοι, vbi Eustathius ait, se dubitare, num ibi libationes ἀκρῆτοι sint intelligendæ, hoc est, puræ, siue meracæ, ὅτι τῷ Διονυσίῳ κεραθῆναι. Nam χάλιν aiunt esse Dionysium, ex quo vinum meracum, vnde etiam χαλιμὰς mulier dicitur veteribus ἀπὸ μέθης χαλωμένη τὸ σῶμα. Hesychius, χαλίκρατον, & ἐυκρατον, hoc est, merum, siue meracum exponit, vt Suidas quoque χαλίκρητοι, pro μὴ κεκραμένοι in quodam Epigram. Scholiastes Apollonij Rhodij, χαλίκρατον μέθυ, exponit non modò ἄκρατον, verumetiam χαλᾶν τὰς φρένας, subiungens, Athenienſibus χάλιν dici τὸ ἄκρατον. Apollonius χαλίκρητον postea vocat ζωρὸν; libro 1. Argonaut. Stephano videtur χαλίκρητον significare vinum meracum, alio meraco mixtum, vt aqua misceri solet, ἀ κεκρᾶσθαι, hoc est, miscendo, & χάλις voce significante ἄκρατον. Sic, vt paulò antea dictum est, Eustath. quoties in libationibus fit mentio mixtionis vini, vult vinum alio vino, non autem aqua mixtum, esse intelligendum. Aristoph. Scholiastes in illa Pluti,

Οἶμοι δὲ κὠλίκῳ ἴσον ἴσῳ κεκραμένῳ.

Addit οἶνῳ, καὶ ὕδατι, hoc est, vino & aqua. ζωρότερον γὰρ τὸ τοιοῦτο κρᾶμα. Alludit ad compotationes. Quæritur autem, cur alijs Dijs datur ἄκρατος σπονδὴ, libatio meraca: Mercurio autem κεκραμένη, id est, mixta. Respondemus id fieri, quoniam Mercurius & viuis, & mortuis dominatur, & ab vtrisque honores accipit.

Cur alijs Dijs detur ἄκρατος σπονδὴ: Mercurio autẽ κεκραμένη.

Obseruandum

Obseruandum hîc quoque, veteres ex vino consecrato ad libationes, augurari solitos fuisse, quod diuinationis genus οἰνομάντεια *dictum est, vt Peucerus testatur. Homerus sæpè meminit vini* αἴθοπος *in libationibus, de qua voce alibi. Atque illos quidem optimo suauissimoque vino in libationibus vsos fuisse, vel ex epithetis illis, quibus passim Homerus vtitur, apparet: cuiusmodi sunt,* οἶνος ἡδύποτος, μελίφρων, μελιηδὴς, *&c. Hæc de libationibus, quæ vino fieri consueuerunt.*

Vino optimo, suauissimoq; in libationibus vsi fuerũt veteres.

Nunc de ijs dicendum, in quibus non vinum, sed alij liquores, vt mulsum, aqua, mel, lac, oleum adhibebantur. Huiusmodi autem libationes, atque sacrificia, à Græcis νηφάλια, ἄοινα, ἀμέθυστα, *& speciatim* ὑδροπότα, μελίποτα, γαλακτόποτα *fuerunt dicta.* ὑδρόποτα, *hoc est, libationes aqueæ fuerunt illæ sociorum Vlyssis, quarum mentio fit* Οδ. μ. *Nam cum vino fuissent destituti, aqua Soli libarunt, de quo sic Homerus,*

De libationibus, in quibus non vinum, sed alij liquores adhibebantur.

Οὐδ' εἶχον μέθυ λεῖψαι ἐτ' ἀθρώμφαις ἱεροῖσιν,
Αλλ' ὕδατι σπένδοντες ἐπώπλων ἴγκατα πάντα.

Hinc Eustath. pro hordeis, dicit, vsos fuisse quercus foliis: pro vino, aqua. πρὸς ἀνάμνησιν τῆς παλαιοτάτης τροφῆς, *hoc est, ad recordationem pristini victus, qui constabat glandibus, & aqua. Idem* Ιλ. Ζ. *Omnino libationes antiquitus mero celebrabantur: fit tamen quarundam libationum mentio, quæ planè fuerunt* ἄοινοι, *hoc est, vini expertes, vt libatio quæ Soli fiebat melle. Idem* Οδ. κ. *ex Athenæo docet, Græcos Soli sacrificantes, solitos fuisse mel libare, vinum non inferentes altaribus:* λεῖν λέγοντες τὸν πάντα περιπολοῦντα, καὶ στεφανοῦντα ἀλλότριον εἶναι μέθης. *Plutarchus Sympos. 4.* νηφάλια ταῦτα, καὶ μελίποτα θύσει, *id est, sacra sobria, & quæ mellis libamenta habent. Idem in libro* περὶ ἀοργησίας: ἀμεθύστους, καὶ ἀοίνους ἄγαγεῖν ὥσπερ νηφάλια, καὶ μελίποτα θύοντες. *Hinc* νηφαλεῖν, *&* νηφαλίζειν, *Polluci, & Hesychio est eiusmodi sacris vti. Huiusmodi erant Cereris sacra, de quibus primo in libro. In sacris similiter Deæ Ruminæ inferre vinum expiatione dignum fuit: quippe illi sacrum facientes, hostiæ lac, non vinum inspergebant. Et in sacris Bonæ Deæ, cùm vinum libabant, lac esse dicebant. Vestæ quoque non vino, sed de Numico flumine, vt ait Seruius, libabant, quibus diebus mense Iunio molæ frumentariæ, & asini sertis, & pane coronabantur. Proditum quoque memoriæ est, Romulum nunquam vino in sacris, sed lacte libasse. Quin etiam Athenienses Mnemosynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Vraniæ, Nymphis non vino, sed aqua, melle diluta, sacrificarunt, teste Suida. Pausanias tamen, ait Eleos thure cum tritico melle subacto, additis oleæ ramis, aras suffire solitos, & vti vino. Solis autem Nymphis,* καὶ ταῖς ἀπαοίναις, *id est, Cereri, & Proserpinæ vinum minimè libare consueuisse, nec ad arum omnium Deorum. Sunt & qui hoc sacrum Dionysio interdum, & Erechthei filiabus exhibitum tradunt, vt testatur Philochorus. Plutarchus in libro de Sanitate:* ἀπὸ τοῦ διονύσου πολλάκις νηφάλια θύομεν, ἐθιζόμενοι καλῶς μὴ ζητεῖν ὅσα τὸν ἄκρατον. *Silius Italicus lib. decimotertio Punic.*

Corpora lanigerum procumbunt lecta bidentum,
Fundunt mella super Bacchique, & lactis honorem.

Ex his constat, in libationibus sacrificiorum inferorum antiquitus, non vinum tantùm, verum etiam mella, atq; lac inuergere fuisse solitos. Idem ex Virgilio constat: tametsi in inferijs vina Numæ lege libare vetitum aliquando fuerit, iuxta illud:

Vino rogum ne aspergito:

Oleo quoque vsi sunt. Virgilius,

Pingue super oleum fundens ardentibus extis.

Hæc de libationum materia.

Nunc de earum ritibus, atq; cæremonijs varijs dicamus. Ac primo quidem cùm manuum ablutionem, tùm certas preces in libationibus adhibitas fuisse, cùm ex alijs auctoribus, tũ ex Homero satis constat, vt Ιλ. Ζ. *Hector ad matrem:*

χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Αζομαι: οὐδ' ἔπι ἔστι καθαιρέι Κρονίωνι
Αἵματι, καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον ὄρχεσθαι.

Hîc verumq; vides coniungi. Sic. Ιλ. Ι. *antequàm biberent,*

Αυτίκα κήρυκες ιδὼ ὕδωρ ὀπὶ χεῖρας ἔχδυν, *&c.*

Et Οδ. γ. *nec non* Οδ. φ. *eiusdem lotionis manuum, quæ ante libationem facta fuit, iisdem verbis fit mentio. His accedit Hesiodi testimonium clarum, & illustre lib. 2. de op. & die.*

Μηδ' ἐποτ' ἐξ ἠὼς δὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισι
οὐ γὰρ τοίγε κλείουσι, ὅπου πύθοι δὲτ' ἐεδὼς.

Preces ante libationem.

Apud Homerum potissimum creberrima fit mentio huiusmodi precum in libationibus adhibitarum: vt Ιλ. Ι. *inquit Nestor ad Græcos:*

φέρτε δ' ἐγερσὶν ὕδωρ, ἀφνειῶ σαίτε κέλεσθαι,
ὄφρα Διὶ κεγνίδῃ ἀρὴ σόμεθ', αἴκ' ἐλεήσῃ.

Sic Οδ. Γ. *Pisistratus Nestoris filius, cum Telemacho atq; Minervæ hospitibus partem viscerum, & poculorum vini plenum dedisset, Minervam his verbis alloquitur:*

Εὔχεο νῦν ὦ ξεῖνε ποσειδάονι ἄνακτι.
τῷ γὰρ καὶ δαίτης ἐντήσατε δ' ἐῦεργ μολόντες.
Αὐτὰρ ἐπὴν σπείσῃσθε, καὶ ἴυξειαι ἥ θέμις ἔζὶ,
Δὸς καὶ τοὔτῳ ἔπειτα δ' ἐπας μελιηδέα οἶνα
Σπεῖσαι ἐπεὶ καὶ τοῦτον ὀίομαι ἀθανάτοισιν
ἔυχεσθαι. πάντες δὲ δεδν χατέυσ' ἀθεσποι.

Sequuntur postea preces, quas Minerva ad Neptunum fudit, quibus peractis, deinde Telemacho poculum tradidit, vt ille libaret simul. Sic Οδ. ι. *in fine,*

τῷ ὁ γέρων κρητῆρα κεράσσατο, πολλὰ δ' ἀθήνη
Εὔχεν ὀποσπένδων.

Virgil. lib. 4. Georg. describens conuiuium magnificum, quo Cyrene filium loco festiuo excepit, libationis quoq; meminit, his verbis:

——*Panchæis adolescunt ignibus aræ,* *hoc est, thure aræ illato.*
Et mater, Cape Mæonij Carchesia Bacchi
Oceano libemus, ait.

Id est, Hoc Carchesio vinum pretiosissimum in honorem Oceani libemus, & in hanc aram thure succensam defundamus.

——*Simul ipsa precatur*
Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores
Centum, quæ syluas, centum quæ flumina seruant.

En preces quas fundit ad Oceanum, ac Nymphas sorores, quibus aut syluarum & ruris custodia: aut fluuiorum & aquarum cura commissa erat. Sequitur ipse libationis actus:

Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam:

πυρμαντία.

Id est, Ter vinum ardenti foco aspersit. Sequitur omen: vnde πυρμαντία:

Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.

Id est, Ter flamma ad summum conclauis tectum ferebatur, ibiq; relucebat. Vnde bono omine capto, animoq; confirmato Cyrene, sic ad filium loqui incipit. Virgil. in Æneid.

In mensam læti libant, Diuosque precantur.

Sic libans Dido in conuiuio precatur:

Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur. *Et apud Horat.*
——*Et alteris, te mensis (mensa secunda, in qua solet libatio fieri, & deorum precatio) adhibet deum:*

Id est, Te vt deum obsecrant, & tibi vt Laribus libant. Itaq; mox libatio sequitur:

Te multa prece, te prosequitur mero, *Defuso pateræ.*

Quoniam autem in sacris huiusmodi libationibus voce morosa, & cunctabunda vsi sunt, hinc σπονδαῖος, *hoc est, spondaius pes dictus est, constans duabus syllabis longis, quòd ἐν ταῖς σπονδαῖς ἄς ἐποιοῦν τοὺς θεοὺς τούτῳ μέτρῳ ἐχρῶντο, teste Hephæst. Schol. Arnobius de Sacrificijs*

Σπονδαῖος pes vnde dictus

crificijs verba faciens, operæpretium, inquit, est etiam verba, ipsa depromere, quibus, cùm vinum datur, (id est, libatur) vti, ac supplicare consuetudo fuit,

Mactus hic vino inferio esto.

Inferio, inquit Trebatius, verbum ex causa additum, eaq; ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in Cellis, & apothecis est conditum, ex quibus illud, quod effunditur, prorsum est esse sacrum incipiat, & vsibus eripiatur humanis. Addito ergò hoc verbo, solum erit, quod infertur, sacrum, nec religione obligabitur, vt inferium videlicet vinum dicatur sacrum, quod Dijs infertur. Et hæc de manuum ablutione, & precibus, verbisq; conceptis, & sacris, quibus olim libantes vsi fuerunt. Vinum inferium.

Nunc vt reliquos libationum ritus, atq; cæremonias persequar, primò quidem ministri seu famuli (qui idcircò dicti sunt σπονδοφόροι) libamina, hoc est, liquores, quibus libabatur (inter quos præcipuum erat vinum) afferebant, ijsq; crateras ad summum implebant (quod Homero est ὑπερπλησάσθαι, Virgil. coronare, de quo alibi) quos deinde in medio collocabant. Hinc sæpè Homerus, Σπονδοφόροι.

Κὺκεῶ ὃ κρητῆρας ἐπεσφύσασθε ποτῖο, Od. Γ. Item,

Στήσασθε κρητῆρας ὑπερφιάλους οἴνοιο

Λεῖβον δ' ἀθανάτοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσιν. Od. B. sub finem.

Athen. lib. 14. Cyatho enim tunc non vtebantur, neq; cotyla, sed cratera dijs statuebant non argenteum, neq; lapillis distinctum, sed ex terra coliade: hunc quoties impleuissent, libantes dijs, ex phiala vinum postea fundebant, cymbio nuper mistum tingentes, vt etiam nunc apud nos in Phiditijs fieri solet. Plutarchus Polit. præcept. Τὸ κρατῆρ & αὐλομάστας ὅτι ταῖς σπονδαῖς ῥαγέντ.

Hic quoq; vsitata fuit vini mixtio, cuius sæpè apud Homerum fit mentio, non cum aqua, (non enim licebat antiquitùs dijs vinum aqua dilutum dare, siue libare) sed cum alio vino meraco, de quo suprà.

Ex crateris porrò deinde vina in minora pocula infundebant, quæ Homerus δέπατα ferè vocat aurea: ex quibus deinceps pars vini effundebatur. Homerus Ιλ. Κ. in fine, Δέπατα.

—— ἀπὸ ὃ κρητῆρ Αθήνη

πλείκ ἀφυσόμφοι λεῖβον μελιηδέα οἶνον.

Hoc est, ex cratere pleno haurientes, scilicet in minora pocula, libabant mellitum vinum. Eustath. ἀφυσόμφοι, id est, αὐτλήσαντες. Od. Θ.

Καὶ δέπας ἀμφυκύπελλον ἐλὼν ἀπείσασκε θεοῖς.

Δέπας Hesych. ποτήριον, παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ πόμα. Et Athen. lib. 11. δέπαστρον idem significat Athen. lib. 9. inde δεπάζω, hoc est, πίνω. Homerus quoq; nominat ἄλεισον poculum libatorium, Od. Θ. Δέπας quid.

ὦ (Vlyssi) ἐγὼ (Alcinous) τὸ δ' ἄλεισον ἐμὸν περικαλλὲς ὀπάσω.

Χρύσεον, ὅφρ' ἐμέθεν μεμνημένος ἤματα πάντα

Σπένδῃ ἐνὶ μεγάρῳ δίτε ἄλλοισί τε θεοῖς.

Est ἄλεισος Suidæ ποτήριον, Hesychio ἀγγεῖον, hoc est, rotundum, seu circulare. Omnino autẽ vasa huiusmodi, quorum in libationibus olim vsus erat, à Græcis generali vocabulo dicta sunt σπονδεῖα, vt Athen. lib. 11. ex Clearcho & Nicandro probat: ab Antimacho Colophonio, dicit, λοιβάδας vocari, libatoria nonnulli vertunt. Item λοιβοῖον, & λοιβάσιον vas libatorium appellatur, quo tamen, vt & Pollux lib. 10. & Athen. lib. 11. & Eustath. specialiter vas illud, quo oleum dijs libabatur, significari volunt. Suidas λοιβεῖον exponit θῦμα, hoc est, ipsum libamen. Latini libatoria huiusmodi vasa crateras, pateras, sympuuia, &c. appellant. Αλεισος quid. Σπονδεῖα. λοιβάδας. λοιβεῖον. λοιβάσιον.

Virgil. Pateris libamus, & auro.

Pateræ, inquit Varro, dictæ, quòd pateant, quibus etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendæ causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur: & in sacrificando de eis hoc poculo magistratus dat Deo vinum, hoc est, libat. Etiam patellæ dictæ, Iuuenal. Satyr. 6. Pateræ vnde dictæ.

Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Arnobius similiter de libationibus verba faciens: Date, quæso, inquit, per Ironiam, Dijs immortalibus vt bibant, scyphos, brias, pateras, sympiniaq; depromite. Sympinium etiam sympullum fuit vocatum, cyatho haud dissimile, cuius Cic. meminit lib. 3. de Legibus, & Plin. lib. 35. c. 12. In sacris non murrhinis, crystallinisue, sed fictilibus Sympulis prolibabatur innocentiùs. Sunt autem Sym- Sympynium.

Digitized by Google

Sympula quid. Catinum.

pula calices fictiles, & vascula quibus vtebantur in sacrificijs. Apuleius Catinum, & Sympulum (non pauci perperam legunt sympuuium) sacrificijs adhiberi solita ostendit in Apologetico, sic scribens: Paupertas populo Rom. imperium à primordio fundauit: proq; eo in hodiernum dijs immortalibus sympulo, & catino fictili sacrificat. Sergius Galba, teste Suetonio, quum exercitus luce prima ad expiandum somnium, præmissis qui rem diuinam appararent, Tusculum excurrisset, nihil inuenit, præter tepidum in am fauillam, atratumq; iuxtà senem in catino vitreo thus tenentem, & in calice fictili merum, hoc fuit præsagium eius mortis. Idem vas etiam Sympuuium fuit vocatum.

Sympuuium.

Hinc Iuuenal. Simpuuium ridere Numæ, nigrumq; catinum.

Depesta.

Varro inter vasa vinaria olim in sacris adhibita Depestam (forsan à δέπας Græco) numerat, Guttum à guttis dictum, quo vinum dabant, & minutatim fundebant, & quo sumebant minutatim, à sumendo Simpulum nominauerunt. In Simpuli locum, addit ibidem, in conuiuijs è Græcia successisse Epichysin, & Cyathum: in sacrificijs remansisse Guttum, et Simpulũ. Hinc Simpulatrices mulieres sacris deditæ, vt ait Festus. Hæc de tasis libatorijs, quæ σπονδοχεία à Græcis appellatur.

Epichysis, & cyathus.

Porrò libationis vnus quidem quasi præsultor videtur fuisse, qui deinceps singulis ex ordine pocula dedit plena vini ad libandum, atq; bibendum: id quod ex quibusdã Homeri locis videtur posse colligi, vt Οδ. Γ. ferè ab initio:

Αὐτὰρ ἐπὴν σπείσας τε, καὶ εὔξεται ἣ θέμις ἔστὶ,
Δὸς καὶ τῷ ἔπειτα δέπας μελιηδέος οἴνου,
Σπεῖσαι. ——

His Pisistratus iubet Telemachum, postquàm ipse libarit, alteri quoq; poculum tradere, vt similiter libet. Vel etiam famuli singuli pocula vini plena dederunt, ex quibus libarent. Hinc sæpe illud occurrit apud Homerum,

Νώμησαν δ' (διεμέρισαν Hesychio) ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν.

Sic Οδ. θ. Alcinous ad Pontonoum,

Ποντόνοε κρητῆρα κεραστάμεν' μέθυ νεῖμον,
Πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον, ἵνα καὶ Διὶ τερπικεραύνῳ
Σπείσομεν. ——

Et paulò post Pontonous hoc illius mandatum sic dicitur fuisse executus,

Ποντόνοε δ' ἡμιφορῆα οἶνον ἐκίρνα
Νώμησεν δ' ἄρα πᾶσιν.

Κεραννύειν, siue κιρνᾶν.

Notabile verbum κεραννύειν, siue κιρνᾶι, significare non modò miscere, sed etiam infundere vinum, vt multis in locis Eustath. annotat.

Σπόνδικες.

Vinum porrò antequàm fundebat sacerdos in sacris (σπόνδικες inde huiusmodi sacerdotes vocabantur, οἱ τὰς σπονδὰς χέοντες, Hesych.) priùs simpulo ligneo propinabat, vel fictili, quod etiã Simpuuium vocatum est. Portio, siue gutta vini, aut cuiuscunq; alterius liquoris, quæ inter libandum è pateris fundebatur à Græcis σπονδῆς σταγὼν, hoc est, stilla libatoria dicta est.

Σπονδῆς σταγὼν.

Hæc ipsa autem effusio varia fuit, & multiplex. Et vt olim in veteri Testamento, quemadmodum constat ex 25. & 30. Exod. Num. 28. vinum libari, hoc est, effundi consueuit super omnes victimas: ita Ethnici quoq; in suis sacrificijs huiusmodi vini super victimas effusionibus plerunq; vsi fuerunt. Ac primò quidem vinum inter cornua hostiæ, antequàm illa esset mactata, spargere solebant. Vnde Virg. lib. 4. Æneid.

Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Ibi Seruius, Non est, inquit, sacrificium, sed hostiæ exploratio, verum apta sit. Item Æneid. 6.

Quatuor hic primùm nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontiq; inuergit vina sacerdos.

Seruius in illum locum, in Quarto ait,

—— Media inter cornua fundit.

Fundere. Vergere.

Et fundere est supina manu libare, quòd fit in sacris supernis: Vergere autem est conuersa in sinistram partem manu ita fundere, vt patera conuertatur, quòd in infernis fit. (nota hîc diuersos libandi gestus.) Hæc autem pertinent ad victimarum explorationem, vt si non stupuerint, aptæ probentur.

bentur. Plutarchus de Defectu Oracul. οὐδὲ γὰρ προθυόμενοι, καὶ κατασφάττοντες, ἱερεῖα, καὶ καταπίνδοντες, hoc est, Neq; verò ante sacrificando (molæ salsæ insperſionem ſignificat, preces, pilorum euulſionem, & concremationem, quæ ab Euſtathio ſæpè θύματα appellantur) neq; infulis, vittisq; victimas coronando, neq; hoſtiæ vinum infundendo, contra rationem iſtam facimus. Rurſum Plutarchus eodem in libro: Niſi, inquit, beſtia toto corpore, dum libamentis mactatur, ſiue libamentis profunditur, ab imis vſq; articulis ſuccutiatur, & contremiſcat. Hinc κατάπειστις perfuſio huiuſmodi dicta est, qua hoſtia ſolebat perfundi. Plutarchus de Defectu oracul. πρὸς τὴν κατάπειστιν ἀπαθὴς, καὶ ἀκίνητον, hoc est, nihil affici, neq; moueri, dum humor inuergitur. Ex his ergo colligitur, hoſtiam primò fuiſſe vino, alióue liquore perfuſam, vt probaretur. His adde Ouid. teſtimonia Faſtor. lib. 1.

κατάπειστις

Hoſtia aut primo vino, aut alio liquore perfuſa.

Rode caper vitem, tamen hinc cum ſtabis ad aram,
In cua quod ſpargi cornua poſſit erit.
Verba fides ſequitur, noxa eſt tibi deditus hoſtis,
Spargit ad effuſo cornua Bacche mero.

Deinde ſuper exta, aliásue partes hoſtiæ in ignem coniectas, vina fundere conſueuerunt. Hinc Homerus Ιλ. λ.

Στίνδων (Neſtor) οἶνον, ἐπ' αἰθομένοις ἱερῆσιν. Et Οδ. μ.
Οὐδὲ ἔχον μέθυ λεῖψαι ἐπ' αἰθομένοις ἱερῆσιν.

Cui ſimile illud Virgilij de ſacrificio:

Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſuper oleum fundens ardentibus extis.

Sic Apollon. lib. 1. Argo. ὅδε ἀκρήτοις χέε λοιβὰς,

Scilicet ſuper fæmora, quæ paulò ante dixerat fuiſſe concremata. Hinc Ioan. Grammat. in Heſiodum libationem definit vini effuſionem in id, quod immolatur.

Libatio Ioan. Grãmat. quid.

Aliâs extra, puta ſacrificia, vinum in humum effundebant, ſecundum illud Homeri Ιλιαδ. ν. ſub finem:

Οἶνον δ' οὐ δαπάων χαμάδις χέον, οὐδὲ τις ἔτλη.
Πρὶν πίειν, πρὶν λεῖψαι ὑπερμενέϊ ἱερσίωνι. Et Virg. Æneid. lib. 5.
Hic duo ritè mero libans carcheſia Bacchо, Fundit humi.

Apud Virgilium Æneid. lib. 5. & exta, & vina in mare eijciuntur:

Exta porriciuntur.

Stans procul in puppi (Æneas) pateram tenet, extaq; ſalſos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit. Item,
—— Extaq; ſalſos Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam:

Apud eundem quoq; leniter viui aliquid ex patera defundebant in menſam: vt,

Dixit & in menſa laticum libauit honores. Item,
In menſam læti libant, diuosque precantur.

Sed operæpretium erit Arnobij verba hîc ſubijcere, qui feſtiuè huiuſmodi libationes deſcribit ſimul, & irridet: Merum, inquit, thuris eſt ſocium, quòd explanari conſimiliter poſcimus, cur ei ſuperfundatur incenſioni. Si enim ratio, cur fiat, non oſtendetur, nec habebit ſui expoſitam cauſam, nõ iſtud iam errori obijciendum eſt ludicro, ſed (vt dicatur expreſſius) inſaniæ, dementiæ; cæcitati. Vt enim iam ſæpius dictum eſt, debet omne, quòd geritur, cauſam ſui habere perſpicuam, nec caliginis alicuius obſcuritate contectam. Si ergo fidius facto, aperite, monſtrate, liquor iſte cur detur, id eſt, vinum ſuperfundatur altaribus. Nunquid enim Numinum corpora ſitim ſentiunt aridam & eorum neceſſe eſt ſiccitates humore aliquo temperari? Nunquid nobis, vt mortalibus, mos eſt cœnis intermiſcere potiones: pari etiam more poſt ſolitos victus liborum, & pultium, hoſtiarumq; cæsarũ, quo putrefiat facilius, & percoquatur cibus, frequentiſſimo irrigãt, accipiuntq; ſe vinc? Date quæſo immortalibus dijs vt bibant, ſcyphos, brias, pateras, ſympiniaq; depromite & quoniã tauru, pinguibusq; ſe dapibus, atq; optimis inferciunt eſcis, ne quod in ſtomachi tramite matè tranſuoratum ſubſtiterit viſcus, poperate, Ioui optimo, maximo merum, ne præfocetur, date: cupit eructare, nec potis eſt: at in illa labatur, & diſſoluatur obſtructio, periculum maximum eſt, ne obliſus interrumpatur ſpiritus, & viduatum remaneat ſine ſuis adminiſtratoribus cœlum. Sed fruſtra, inquit;

Arnobius genetilium libationes ſalsè perſtringit.

Digitized by Google

inequitas nobis: non enim nos superis ob eas profundimus merum causas, tanquam illos existimemus aut sitire, aut bibere, aut suauitatis eius affectione lætari. Honoris ergo eis datur, quò fiat illorum elatior, amplior, angustiorq; sublimitas, altaria super ipsa libamus, & venerabiles cnissas carbonibus excitamus extinctis. Et quæ grauior infligi contumelia dijs potest, quàm si eos credas accepto mere propitios fieri: vt honorem existimes his habitum magnum, si modò vini exigui rorem super vividam vecors, atq; instillaueris prunam? Et paulò post: Nimirum quia apud nos plus valet nullam habens consuetudo rationem, quàm rerum insecta natura, veritatis examinatione ponderata. Quid est enim Deo cum vino, aut in eius materia vis qualis, aut quanta est, quòd cum effusum fuerit, sublimitas eius augescat, & honorata existimetur auctoritas? Quid, inquam, Deo cum vino est, Venereis re proxima, neruos omnium debilitante virtutum, verecundiæ, pudoris, & castitatis inimica? quòd in insanias & furores mentes sæpius præcipitauit excitas, ipsosq; illos deos maledictis compulit exauctorare dementibus? Itáne istud non nefas, & plenum sacrilegij crimen est, honori hoc dare, quod si tu auidius sumpseris, quid facias, nescias: quid loquaris, ignores, ad extremū temulenti, luxuriosi ac perditi conuitium, calumniamq; mereatis.

Libationum vsus multiplex.

Nunc postremò addamus quædam de vario, & multiplici libationum vsu. Primò itaq; illius vsi sunt in omnibus sacrificijs, quemadmodum suprà explicatum est. Prima sacrificij pars erat libare: secunda, immolare: tertia, reddere: quarta, litare, Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.

Σπονδὴ & fœdus, & libamen significat.

Deinde libationes fuerunt vsitatissimæ in fœderibus: vnde etiam apud Græcos vna & eadem vox σπονδὴ & fœdus, siue inducias, & libamen significat, propterea quòd vt sacrificijs, ita libaminibus quoq; intercedentibus illa olim contrahi, atq; sanciri consueuerunt: vt Il. B.

Σπονδαί τ' ἄκροτοι, καὶ δεξιαὶ ἃς ἐπέπιθμεν,

Id est, Sacramenta libatione meri sancita, & dexteræ datæ. Xenoph. Hellen. 3. ἔπεμψαν ἐστεφανωμένους δύο κήρυκας ἐπὶ φέρητας σπονδάς: & apud Pollucem, σπονδὰς ἐπινεύειν pro libamentis, quæ sanciendis fœderibus adhibentur, accipiendum existimatur. Hinc σπένδεσθαι σπονδάς Luciano idem, quòd σπονδὰς ποιεῖσθαι fœdus inire, seu inducias pacisci.

Sic in sponsalibus quoq;, quæ & ipsa mutua quædam sunt viri & vxoris fœdera, libationes fieri solitas vel inde patet, quòd Festus dicit, sponsum, & sponsam ex Græco dictam esse, quòd ij σπονδὰς, interpositis rebus diuinis, faciant.

In exequijs quoq; libationes multiplices adhibitas fuisse libro primo ostensum est, in tit. de Conuiuijs funeralibus.

Deniq; in conuiuijs cùm sacrificialibus, hoc est, ijs quæ sacrificia statim fuerunt consecutæ: tùm etiam in alijs omnibus libationes vsitatissimas fuisse, passim ex auctoribus colligitur. Præ cæteris exemplum libationis illustre extat apud Arrianū lib. 8. de Alexandro Magno, & Macedonibus. Nam Alexander M. discordia, quæ inter Persas & Macedones exarserat, composita, quò dijs gratias ageret, sacrificio facto, conuiuium populare instituit, in quo primi circa ipsum honoris gratia Macedones accubuêre, deinceps Persæ: post eos ex alijs gentibus deinceps, quicunq; aut dignitate, aut virtute præstabant. Tum cratere, quo Rex biberat, ad eos qui circa ipsum discubuerunt circumlato, vota suscepta sunt, incipientibus Græcis vatibus, & magis, tū alia exercitui, Regiq; prosperè, tùm maximè æternam Macedonum, ac Persarum concordiam; & communis imperij societatem precantibus. Nouem millia virorum huic conuiuio interfuisse fama est: eosq; omnes ex eodem cratere bibisse. Apud Homerum certè in omnibus ferè epulis τῷ σπονδῶν, καὶ λοιβῆς, hoc est, libationum fit mentio. Nec verò bibebant nisi libatione prius dijs facta, id quòd colligitur ex illo loco Homeri Il. n. sub finem:

Conuiuiū concordiæ faciendæ, confirmandæq; causa.
Accubatio.
Crater.
Vota.
Conuiuarum 9. millia.
Libatio.

Οἶνον δ' οὐ πίνων μαλακὸς χίον, οὕνεκ' ἄτλητ'
Πρὶν πίειν, πρὶν λεῖψαι ἀφαρμύσσειν ἐρυθρόν.

Apud Homerum etiam preci,

θεοῖσι Σπείσαντες μακάρεσσι πίον μελιηδέα οἶνον.

Et Achilles priusquam biberet, λεῖβε δὲ οἶνον

ἱερὸν εἰσανιδών, δία δ' ἄδδε τερπικεράυνον. Vnde apud Virg. Dido

Dixit, & in mensa laticum libauit honores. Et alibi.

In in mensa læti libant, diuosque precantur.

Seruius

Seruasse hoc priuatim Romanos legimus apud Dionem Cassium, qui inter alios honores Augusto delatos, hunc quoq; commemorat, quòd decretum fuit, vt per Genium eius vulgò iurarent, & in conuiuijs omnibus pro salute eius libarent. Ethnici, vt ex hoc, & alijs testimonijs scriptorum prophanorum constat, nefas ducebant nisi sacrificijs prius, atq; libationibus factis, cibo ac potui indulgere: pudeat ergo nos Christianos neglectis precibus, (quæ quidem veræ sunt Christianorum libationes, atq; sacrificia) ad cibum, potumq; capiendum plærumq; prorumpere. Optandum quoq; esset, vt quemadmodum Ethnici olim in falsorum suorum deorum honorem aliquam cibi, potusq; portionem in hostias, in focum, atq; humum profundebant: sic nos Christiani in Christi vicarios, hoc est, in pauperes, & inopes aliquam cibi potusq; nostri portionem profunderemus, qui quidem gratissimus Deo est cultus atq; honos. NOTA.

Obseruandum porrò veteres post epulas, antequam cubitum irent, maximè libationibus operari solitos fuisse, id quod ex multis Homeri locis constat. Sed præ cæteris locum habes illustrē Od. Γ.

Αλλ' ἄγε (inquit Minerua ad Nestorem) τάμνετε μὲν γλώσσας, κεφάσθω δ' οἶνον.
Ορφα ποσειδάωνι, καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι
Σπείσαντες, κοίτοιο μεδώμεθα: τοῖο γὰρ ὥρη
οὐ γὰρ φάος ὀΐχεθ' ὑπὸ ζόφον, οὐδὲ ἔοικε
Δηθὰ θεὸν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι
ἦος διὸς θυγάτηρ, τοι δ' ἀλύουσιν ἀοιδῆσιν
τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ὄπι χεῖρας ἔβαλλον
κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.
Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσι ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν
Γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον, ἀνίσταμενοι δ' ἐπίλειβον.

Hinc Athenæus lib. 1. Libabant enim è cœnis discedentes, quæ libationes Mercurio fiebant, nō autem, vt postea, Ioui τελείῳ perfecto, siue adulto. Mercurius enim, ὕπνου ἀποστάτης εἶναι, id est, somno videtur præesse. Libant etiam eidem linguas à cœna discentes, eò quòd linguæ illi, ceu deorum, hominumq; interpreti, atq; internuntio tribuuntur. Eustathius eadem de re in versus illos Homeri paulò ante allegatos, eleganter sanè hunc in modum disserit, quæ quia vtilia simul sunt, & iucunda lectu, subijciam. His verbis: Linguæ Mercurio cur sacrificentur.

Diuidite linguas, miscete vinum, &c.

Homerus antiquam consuetudinem indicat. Veteres enim post sacrificium cubitum se recepturi, victimarum prius linguas sacrificabant, illas in ignem conijcientes, idq; de Ionum, siue Atticorum more. Dabant autem illas, atq; consecrabant dijs, vel vt sese à maledicentia repurgarent: vel quòd lingua membrum sit præstantissimum: vel etiam quòd ea, quæ inter pocula dicta erant, dijs dedicabant, vt quæ illis testibus essent dicta. Quinetiam secundum aurem poculorum libabant, diuinam augurantes auditionem. Vel quòd in conuiuio dicta silentio oportet premere, vnde etiam est prouerbium, μισῶ μνάμονα συμπότην, hoc est, odi memorem compotorem, hoc est, eum qui silentio digna memoria retinet, ac patefacit. Nam aliâs laude dignus est, qui eorum, quæ sunt honesta, memor est compotor, quiq; pro hesterna ἀκολασίᾳ intemperantia honestos, atq; liberales sermones potest proferre, quos epulæ hesternæ cum cratere habuerunt commixtos, siue coniunctos. Præterea hac quoq; de causa linguæ sacrificantur, vt in lingua seruetur id solùm, quòd in illa est optimum, ne de illa, ceu ἐπαμφοτερίζουσης, hoc est, in bonam & malam partem inclinante, propter multorum hominum ἀμφοτερόγλωσσον, is qui de illius vi duplici sententiam tulit, gloriari meritò possit. Is autem fuit, qui interrogatus, quod nam esset in victimis pulcherrimum, linguam misit: deinde rursus interrogatus, quod nam in victimis esset deterrimum, iterum linguam misit. Hoc significare voluit multos lingua & prodesse, & obesse, quod quidem opus est calumniæ δ' ἴσομον γὰρ οἱόντε ξίφος ἠδὲ γλῶσσα, hoc est, est namq; lingua velut gladius anceps, contrariorum vim habens, nimirum & nocendi siue lædendi, & commodandi. (His similia sunt, quæ Iacobus scribit in sua Epist. cap. 3.) Adhæc dijs linguas consecrabant sub vesperam, ceu iam taciturni, & linguam, ceu depositum custoditurum, & idcirco illas Mercurio dedicabant, ceu λόγου δοτῆρι, hoc est, datori sermonis. Forsan etiam, vt omni λογοδαιδαλίᾳ, id est, loquacitate, seu garrulitate liberarentur ξαπεζορρήτορες ὄντες, Pittacus nimirum. Prouerbium.

Digitized by Google

quemadmodum conuiuantibus accidunt. Veteres porrò linguas Mercurio vltimo libasse, vt memor esset cubilis, Homerus quoq; indicat. Et forsan talis erat apud posteros ὁ πότιμος Ερμῆς, Mercurius potabilis, de quo Dipnosophista, qui dicit Ερμῆν esse εἶδος πόσεως, hoc est, genus potionis apud Stratidem. Et paulò post: Praeter haec scicndum consecratas fuisse linguas vt bona audirent, quibus proferendis lingua subseruit. Mercurio autem illas sacrificabant ὡς τῷ λόγειν ἐφόρῳ, ceu sermonis praesidi. Vnde Comicus Mercurio δυσφημῷ, infausta quaedam dicente, exprobrat, id ei in quiens τῷ κήρυκι τύπτων γίνεται, quòd perinde est, ac si diceret, Fruſtrà linguae sacrificantur talium praeconi. Aristophanes in Pace,

ἡ γλῶττα χώρις τέμνεται, Id est,
Lingua ipsa seorsim inciditur. Interpres admonet prouerbialiter dictum.

Sumptum autem ex Homero. Οδ. γ.

Ἀλλ' ἄγε τέμνετε μὴν γλώττας, Id est,

Eia age iam linguas incidite. Eiusque sententiae Callistratum citat auctorem. Rursum in Pluto, ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τύπτων τέμνεται, id est, Praeconibus horum praecidi solet. Callistratus, vt citat interpres, tradit olim in sacrificijs linguam exectam praeconibus dari solitam. Nam alioquin sunt qui dicant, ex victimis Mercurio deberi linguam. Est autem in Aristoph. verbis ἀμφιβολία non infaceta, qua lingua vtrolibet referri potest, vel ad boues, vel praecones. Interpres admonet alludi ad prouerbiale dictum, ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι, Lingua praeconi. Quo rectè videbimur vsuri, cùm praemij nonnihil debere significabimus, qui in conficiendo negotio pro sua virili adiumento fuit, aut εὐαγγέλιον dandum laeta nuntianti. Sic enim vocat Homerus mercedulam, quae dari consueuit laetum adferentibus nuntium. Apud Plutarchum Antipater, cum incidisset mentio de Demade iam senio imbecilli, fractoq;, Velut, inquit, ex immolata victima, solus venter, & lingua superest. Apparet linguam, ceu prophanum membrum sacrum adhiberi non solere. Et Pittacus Amasidi regi mittit è victima linguam; vt membrum pessimum, & idem optimum. Praecones autem linguam habent venalem, & in sacrificijs admonebant populum, vt linguis fauerent. Plautus in Prologo Paenuli,

Exerce vocem, per quam vius, & colis.
Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.

Haec Erasmus in Adagijs. Addit autem Eustathius: In vetusto Commentario scribitur, symbolicè hoc dici cõsueuisse, ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὴν γλώσσας, hoc est, agedum, dividite linguas, quod idem valet, quòd age sileamus, parentes nocti. Stultum enim aiunt esse dicere, τὰ τυτθὰ τὺς λόγους. Vnde ex hoc linguas diuidendi more id innuit. Idem scholium testatur, in solo Nestoris sacrificio poëtam moris istius meminisse, qui quidem sit Atticus hinc profectus. Possit etiam fortasse quis festiuè inter sermones conuiuiales hoc vsurpare: Ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὴν γλώσσας, κεράσθω δ' ὁ οἶνος, quando linguae sale conditae iubentur apponi. τάμνειν autem γλώσσας Ionica dialecto, pro θύειν, id est, sacrificare, accipitur. Illas porro linguas cum libamine concremari fuisse solitas, illa verba indicant, γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον, ὅπερ ἐτίθην, hoc est, linguas in ignem conijciebant: surgentes autem libabant.

Obseruandum etiam praeter libationem, potionemq;, quae super lingua fieri consueuit, fuisse etiam poculum, vt Aelius Dionysius tradit, ἀγαθοῦ δαίμονος, hoc est, boni Daemonis appellatum, quòd remotis mensis proferebatur, de quo infrà. Haec Eustathius de libationibus illis, quae post epulas olim fieri consueuerunt. Horatius,

Et veneratа Ceres, vt culmo surgeret alto, Explicuit vino contractae seria frontis.

In quae verba Turnebus in suis Aduersarijs, significari libationem puto, qua antiqui post epulas vti solebant. Nam pateram tenentes, ex ea aliquid in honorem Dei, vt hic rusticus in honorem Cereris, venerantes, precantesq; fundebant, deinde bibebant. Hic ergo colonus ait, se cum suis conuiuis veneratum Cererem, vinum post cœnam bibisse, & contractae frontis rugas vino explicuisse. Apollon. in Argonaut. lib. 1.

ὐδ' ὅτε δὴ μετέπειτα κεραασάμενοι δὴ λοιβὰς
ἦ θέμις ὅστις τέως ὅτε τε γλώσσησι χέονται
Αἰθομένῳ ἐπένυσσε δαὶς κνίσας ἐμύοντο.

De Argonautis conuiuium sacrorum Apollini celebrantibus. De his sic Scholiastes, ἢ θέμις, hoc est, si fas est. Quoniam, inquit, mos erat veterum, vt dormituri craterem miscerent, & hostiarum linguas Mercurio sacrificarent, vinumq; libarent, idq; forsan naturali quadã ratione ducti. Nam quoniam Mercurius sermo esse dicitur, illius autem instrumentum est lingua, quæ somno irruente quiescit, idcirco meritò illam Mercurio immolant. Direchidas autem in Megaricis talia literis, memoriæq; prodidit. Alcathus Pelopis filius ob Chrysippi cædem Megara pulsus in exiliũ, in aliam quandam vrbem sese recepit. Is cùm incidisset in leonem quendam, qui Megarã depopulabatur, aduersus quem etiam alij à rege Megarensium missi fuerant, illum prosternit, eiusq; lingua supra rogum posita, Megarum rediit. Cùm verò illi, qui ad venandum missi fuerant, à se prostratam illam feram esse dicerent, allata pera illos mendacij coarguit. Quamobrem rex Dijs sacra faciens, postremò linguam altari imposuit: vndè mos ille Megaræ semper permansit. Philochorus autem in lib. de sacrificijs hanc affert causam, quòd lingua optima sit, & princeps pars corporis: & Homerus, ἀλλ' ἄγε τάμνετε γλῶσσας, pro παύετε τὰς λόγους, dixit Hesiodus:

Ἀλλοτε δὴ σπονδῆσι θυηέντες ἱλάσκεσθαι
Ἠμὲν ὅτ' ἐυνάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ.

Obseruabis hic cùm tempus duplex, quo libationibus atq; sacrificijs operam dabant, matutinum nimirum, atque vespertinum: tùm finem, qui erat, vt deos placarent, sibiq; propitios redderent. Scholiastes in vocem σπονδῆσι addit, Hic erat alter modus cultus, & ille quotidianus, libationibus constans in conuiuijs, & compotationibus. Eustath. in illa Homeri Οδ. ν. ὦ πυμάτῳ σπένδεσκον, ὡς ὀνειροπομπῷ, καὶ ὑπνοδότῃ ἐκείνῳ ἐσπένδον πυκαῖτα καρῇ. Plutarch. in Sympos. 7. sapientum: Σπείσαντες ἔν μέσσῃς, καὶ ποσὶ δῶκε δαλεύεσθαι (εἰ δοκεῖ) τὸ συμπόσιον. Idem 7. Sympos. probl. 9. citans versum illum Homeri,

Σπένδοντας δεπάεσσιν ἐυσκόπῳ ἀργειφόντῃ
Ὡ πυμάτῳ σπείδεσκον ὅτε μνησαίατο κοίτου.

——Vltimo Mercurio libant cum iam dare corpora somno
Est animus.—— Nonne coniungunt, inquit, cum vino rationem, quando vt præsenti, καὶ συμπίνοντι τῷ φρονιμωτάτῳ θεῷ, & vna dispicienti prudentissimo Deo vota faciunt (προσεύχονται) iam discessuri. Athen. lib. 15. Cum consurrexissent, atq; libassent, reliquum quod erat meri, dederunt famulo, qui illis poculum porrexerat exhauriendum. Aristoph. σπεῖσον ἀγαθῷ δαίμονι, scil. κεράσῃ pro τὸν μετὰ τὰς τραπέζας ἄκρατον σπεῖσον, quum videlicet bono genio libatur, vt, prosperam mittat fortunam. Verùm de hoc poculo boni Dæmonis alio in loco plura dicentur.

Notandum quoq; quòd Eustath. scribit ιλ. Α. de libationum vsu: τῷ δὲ λείβειν, inquit οἶνον καθὸς ἐμόνον ὁ κατὰ τὰς θυσίας, ἀλλὰ καὶ ὁ κατ' ἀρχὰς ὁδοιπορίας, καὶ ἀπόπλου, καὶ ὕπνου, καὶ ξενίας καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Mos quoque fuit veterum Rom. vt vinum nouum libarent Dijs immortalibus, priusquàm ipsi gustarent: cuius rei exemplum habes in Od. 31. lib. 1.

——quid orat, de patera nouum
Fundens liquorem? Et Od. 5. lib. 4.
Te multa prece, te prosequitur mero Defuso pateris.

Ad eundem morem idem poëta alludit, lib. 2. Satyr. 2.

Ac nisi mutatum parcit defundere vinum:

Vbi codices alij, vt vulgati, habent diffundere: alij defundere, quæ scriptura Lambino verior videtur, vt sit sensus: Tantùm abest vt hic Auidienus vinum nouum Dijs libaret, deindè ipse biberet, vt non nisi corruptum, & acidum defunderet, &c.

Dij postremo quibus conuiuantes libare solebant à Græcis dicti sunt dij παραπονδιοι, vt erant Mercurius, bonus dæmon, &c. Pisidæ, teste Nicolao de mor. gent. conuiuantes parentibus, vt alij dijs paraspondijs, ἀπάρχεσθαι, id est, primitias libare solebant.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

ANTIQVITATVM CONVIVIALIVM LIBER TERTIVS: PARTIM IPSVM SVBSTANTIALEM, VT ITA LOQVAR, CONVIVIORVM ACTVM (QVI IN CIBI POTVSQVE SVMPTIONE, ET IN colloquijs mutuis videtur consistere) partim illa quæ conuiuia vel comitantur, vel consequuntur, complectens.

DE CIBORVM APPOSITIONE, FERCVLORVM NOMINIBVS, PERSONIS ILLA APPOnentibus, de eorundem numero, & ordine. Cuiusmodi ciborum genera antiquitus primò fuerint apposita, & in genere quis ciborum ingerendorum salubris ordo de medicorum sententia.

CAPVT I.

HACTENVS *ferè dictum de ijs quæ conuiuium antecedunt, nunc de ipso conuiuij, vt ita loquar, actu dicamus. Ac conuiuium quidem omne in duas ferè principes partes videtur posse diuidi: nempe, in mensam primam, & mensam secundam. Primò autem* Ciborum nomina Latina. *omnium dicendum de ciborum appositione, exordio ducto à nominibus.*

Ferculū quid. Ferculum vnde dictum. *Dapes igitur, siue cibi qui apponuntur, fercula Latinè dicuntur. Ferculum, teste Nonio, est missus cibi, ita dictus quòd mensæ inferatur. Ferculum dictum à ferendo, Prisciano teste lib. 4. per quod vas ipsum epularum propriè intelligitur, aliquando cibos ipsos significat. Horatius:*

Multaq; de magna supererent fercula cœna.

Ferculum æquiuocum. *Appellantur etiam τεάπεζαι, Polluci mensæ primæ, secundæ, tertiæ. Latinè quoque mensæ pro ferculis. Isidoro Ferculum missus carnium. Petron. Arbiter. Postquàm ferculum allatum. Aliâs etiam pompæ triumphalis gestamina fercula appellantur: vt simulachra oppidorum, Deorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, pegmata, & id genus alia, quæ ferri solent in pompa triumphali. Sic fercula ludorum, fercula quæ in ludis: quæ in sacris feruntur, sacrorum: de quibus sic Cic. Cauendum est, ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, vt similes pomparum ferculis esse videamur. Idem repetitum à S. Ambrosio his verbis lib. 1. de officijs. Sunt qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quædam fercula pomparum. Liuius ferculum appellat lignum, quo suspensa optima spolia gerens Romulus in capitolium ascendit. Fercula etiam missus à Latinis fuerunt appellati, vnde Gallica vox mets idem significans, vt Ælius Lamprid. in vita Heliogabali. Celebrauit item tale conuiuium, vt apud amicos singulos singuli missus apparerentur. Et paulò post: tamen per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur. Item paulò post: Sybariticum missum semper exhibuit ex oleo, & garo, quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. Idem auctor de eodem Imperat. Exhibuit parasitis cœnas de vitreis, & nonnunquam tot picta mantilia in mensam mittebat his edulijs picta quæ apponerentur, quot missus esset habiturus. Idem ait, Heliogabalum solitum struere omnes missus carne phasianorum. Vt autem fercula, sic missus quoque ludorum dicuntur, vt Suetonius in Domitiano: In his Circensium die, quò facilius centum missus*

Missus Sybariticus.

Cœna pro missu. *peragerentur, singulos à septenis spatijs ad quina corripuit. Cœnæ etiam vocabulum nonnunquam pro missu accipitur: vt missus piscium, cœna piscium: missus anium, cœna anium dicebatur. Hinc etiam nonnulli Cœnam Dominicam volunt Missam dictam, quòd vno missu seu ferculo constet, nempe corpore Christi: sed hoc nimis videtur esse argutum.*

Græcè ferculum ciborum Διαφερόμενον, (Plato de Repub. οἱ λιχνοὶ ἀεὶ τὰ διαφερόμενα διαγίνονται) Παραθέμενον, & παράθεσις dicitur Athen. lib. 5. Ἀλκίνους δὲ τὰς τραπέζας παραθέσεις φέροντας αὐτὸς εἰσήγαγεν.

Hebraicè

Digitized by Google

Hebraicè משאת Niseth leuanda, ferculum, donarium dicitur. 2. Sam. 19. An comedendo comedimus cum rege, aut ferculum accepimus: à נשא Nasa quod ferre, leuare significat. Italicè viuanda que si porta in tauola. Germanicè, Tracht: nimirum à tragen, hoc est, ferendo, vndè & Latinis ferculum, & etiam Gricht vocant. Quin etiam ein Gang proprie appellant, quoties simul fercula aliquot mensæ imponuntur: Gallicè aßiette dicitur: Tracht autem, siue Gricht ipsa fercula, siue cibos varios qui apponuntur, quos Galli mets appellant.

Cibi Latinè propriè apponi dicuntur, vt & mensæ. Cic. ad Atticum: Lancibus & splendidissimis canistris, non oluscules nos soles pascere, quid te in vasis fictilibus appositurum putem? Idem ad Atticum Epistola decimaquarta. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa apud Vesturium. Idem in Verrem: Is cænam isti dabat, apposuit patellam in qua sigilla erant egregia. Idem in Tusculan. Zenocrates adduxit legatos ad cænam in academiam, ijs apposuit tantum, quod satis esset nullo apparatu. Plinius libro trigesimo sexto. Extant leges Censoriæ, glandia, & glires in cænis apponi vetentes. Plinius iunior in Panegyr. Non ante medium diem distentus solitaria cœna spectator conuiuis tuis immines: nec ieiunius ipse eructans non tàm apponis, quàm obijcis cibos. Apud Plautum in Amphit.

Cœna apposita est, cœnauisti mecum, Hoc est,

Dapes in cœnam appositæ sunt. Sic in Triumno,

Apposita sit cœna, popularem quam vocant.

Inferre etiam cibos latinis idem est quod apponere. Continuare dapes, est nouas assiduè dapes apponere. Mensas epulis extruere, Cic. Mensa extructa, idem. Mensas extruere, Plautus.

Græcè παρατίθεναι Marc. 8. παρατιθεῖσις φέρειν Athen. lib. 5. Germanicè, auffstragen/ fürtragen/ fürlegen. Odyss.

Σίτον δ' αἰδοίην παρέθηκε φέρουσα
Εἴδατα πολλὰ ἐπιθεῖσα χαριζομένη παρεόντα.
Οἳδ' ἐπ' ὀνείατ' ἕτοιμα παρακείμενα χεῖρας ἴαλλον.

Εἰσπομπάζειν. Philo. ἵππα γὰρ καὶ πλείστις εἰσπομπάζοντες τραπέζαις. Vox τραπέζαις hîc ferculà videtur significare, vt etiam mensæ apud Latinos.

Exempta fames epulis, mensæque remota. Virgil.

Turnebus in Aduersa. intelligit fercula, magidas, lances, quæ saturis conuiuis remouebantur.

Hebraicè, שום Sum, apponere cibum significat, vt Gene. 45. Iussit, scil. Iosephus apponere panem, hoc est, cibum. Et paulò post: Et apposuerunt illi seorsim, & illis seorsim, Ægyptijs qui comedere solebant cum eo seorsim: non enim possunt Ægyptij comedere cum Hebræis panem, quia illud abominatio est. Hic videtur esse contradictio. Nam postquàm dixit, Ægyptios cum Iosepho comedere fuisse solitos, paulò post subiungit, Ægyptijs non est licitum cum Hebræis cibum capere. Respondeo: Iosepho de more Principum cibos seorsim fuisse appositos.

Hæc de nominibus, quò ad verò rem ipsam, hoc est, ipsam ferculorum, siue ciborum appositionem, tria videntur esse obseruanda. Primò à quo illa apponantur: secundò, quot, & qualia fercula: quo ordine, quæ primo, quæ secundo loco, & ita deinceps: tertiò, quo modo, quibúsue ritibus, atque cæremonijs. *In ferculorum appositione 3. notanda.*

Quò ad primum, apud Homerum ancillas ferè, atque famulos legimus munus hoc obijsse, vt passim ex illius scriptis apparet, exempla vide supra in titulo de ministerio conuiuiali. Athenæus libro quinto, eos, qui hoc ministerio funguntur, appellat διακόνους τοὺς τὰς παραθέσεις φέροντας; quos etiam λειτροφόρους: à Latinis dapiferi: à Germanis Truchsässen, à ferendis cibis: à Gallis panetiers nominantur, de quo supra. Suidas, λειτροφόρους αἱ φέρουσαι τοῖς καταπεπλημμύροις ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τὰ λείτουργα. Coquorum quoq; antiquitus id videtur munus fuisse. Abrahamus cum tres illos angelos hospitio, conuiuioq; excepisset, ipsemet butyrum, lac, & vitulum coctum apposuit, & iuxta eos sub arbore stetit, illis nimirum ministrandi causa, cùm Sara vxor eius esset in tabernaculo cibis parandis, atq; coquendis intenta. Gedeon coqui munere fungitur, apparauit hœdum caprarum, panes azymos confecit, carnes posuit in canistro, ius posuit in olla, eduxit ad angelum, & obtulit. Iudic. 6. Hîc offerre pro cibum apponere, auffstragen. In epulis illis admirandis, quibus Christus ingentem hominum multitudinem perexigua panis, atque piscium *Personæ cibum apponentes.*

portione pauit, ipsi discipuli cibos illos à Christo acceptos, atque benedictos, seu consecratos populo παρέθηκαν, id est, apposuerunt, atque distribuerunt, sicuti Marci 8.6. & Matth.14. scriptum est. Eius Theophilactus hanc rationem affert, vt nimirum discipuli cibos illos suis metipsis manibus attrectantes, tantò altius, ac firmius tantum miraculum animis, memoriæq; suæ imprimerent. Hodie ipse aliquando paterfam. siue conuiuij dominus, aliquando materfamiliâs, nonnunquam famuli, & ancillæ hoc apponendi cibos ministerio funguntur.

Ferculorum numerus.

Nunc secundo loco de ferculorum numero, qualitate, & ordine, interualloq; dicendum. Romæ olim magnificus apparatus erat, vt epulæ trinis ferculis distinguerentur: qui mos hodie durat in plebe, vbi tres adhibent missus, drey trachten: hinc ad sena, & plura itum est fercula, vt & hodie apud nobiles. In piscibus Romani summam luxuriam tripartito distinguebant, vt vna esset murænarum, altera luporum, tertia mixtionis, & ne frigescerent, focos quoque cum obsonijs transferri institutum est, quod hodie quoque videas: foculos enim patinis subijciunt ignitis carbonibus. Seruius in illud Virgil.

Fit strepitus in tectis vocem per ampla volutat
Atria, —— Tangit, inquit, Romanam historiem, nam, vt ait Cato, & in atrio, & duobus ferculis epulabantur antiqui. Augustus potentissimus Romanorum imperator, teste Suetonio, cœnam ternis ferculis, aut, quum abundantissimè, senis præbebat, vt non minimo sumptu, ita summa comitate. Antoninus Heliogabalus, teste Lampridio, exhibuit aliquando tale conuiuium, vt haberet viginti, & duo fercula ingentium epularum. Olim in Germania tria ferè tantummodo fercula apponebantur, ein vorässen/mittelässen/ vnd nachässen: hodie longè aliter fieri solet, ferculorum numerus quotidie augetur, & amplificatur.

Ferculorum ordo.

Quòd ad ferculorum ordinem attinet, quorum alia primo, alia secundo loco, alia deinceps apponuntur, de eo variæ & olim fuerunt, & hodie sunt multorum populorum consuetudines, varia item medicorum de eodem iudicia, atque sententiæ τοῖς ὀψοποιοῖς καὶ ξηροφαγικοῖς σφόδρα μέλει τὸ πρῶτον, ἢ τὸ δεύτερον, ἢ μέσον, ἢ τελευταῖον ἐπάξασι. Sympos. 1. probl. 2. Turnebus in suis Aduersarijs annotat in lautissimis cœnarum conuiuijs primos ferculorum missus, primosq; gustus, & tanquàm primam mensam antiquitus ante cœnam fuisse appellatam: Secunda autẽ fercula, ipsumq; veluti solidum corpus cœnæ, cœnam fuisse dictam: hoc duobus testimonijs probat. Primum est Macrobij, cuius hæc sunt verba. Ante cœnam, inquit, echinos, ostreas, crudas, quantùm vellent: deinde mox in cœna sumina, synciput, aprugnum, &c. Alterum est Petronij. Iussi ergô, inquit, discubuimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam Falerno inundabamur. Gustatio, inquit Turnebus, est ei prima pars cœnæ, gustus alijs, vt Martial.

Antecœnam, cœna.

Gustatio, siue gustus.

Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo,
Vtilis, & porris fila resecta suis.
Et quæ Picenum senserunt frigus oliuæ.
Hæc satis in gustu, cætera nosse cupis.
Mentiar, vt venias, pisces, conchylia, sumen.

Prandium pro gustu.

Nonnulli etiam eam cœnæ partem Prandium volunt ab Horatio dictam, quod, quam propriè cœnam vocabant, antecedat, cùm ita canit:

—— Ille salubres,
Æstates peraget, qui nigrum prandia mortis
Finiet. —— Hoc enim, vt vult Iustus Lipsius, dicere Celsus voluit, initio cœnæ mora ponenda esse, quòd Galenus, & medici probant, non autem nihil sumendum præter moram. Vocarunt ante cœnam etiam Promulsidem, vt Turnebus in suis Aduersarijs, & Iustus Lipsius lib. 3. Antiq. lect. annotant, ideò videlicet, quòd daretur ante mulsum. Nam antiqui in conuiuijs primum haustum è mulso ducebant, illoq; primam sitim sedabant, quòd vacuis, & inanibus venis initio dulcem esse potionem putarent infundendam. Itaque ex austero vino mulsum conditum reprehenditur. Aristippus, inquit Horatius, forti miscebat mella Falerno. Mulsum itaque principio cœnæ vel confectum apponi moris fuit, vel eius loco separatum vinum, & mel, vt conuiua quisque pro arbitrio id temporis mulsum sibi conficeret. Hinc apparet cur Varro scripserit lib. 3. de re rustica: Fanus venit in altaria, & mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam

Promulsis.

Mulsum initio cœnæ apponi solitum.

mensam administratur. Lusit in hac promulsidis voce nimiùm argutè scortillum illud apud Petronium, quæ protracto peculio pueri Gytonis: Hoc tam rude, inquit, belle cras in promulside libidinis nostræ militabit. Nam hodie posc asellum diaria non sumo. Significans videlicet illud pueri vasculum minutum, quasi in ante cœnam sibi fore ad libidinem solidam, & robustam irritandam, interprete Lipsio. Alij promulsidem interpretantur, quòd vice mulsi conuiuis ad appetentiam prouocandam daòatur. Athenæus lib. 4. prima fercula, siue missus eleganter cœnæ proœmium appellat ex Dromea parasito sic scribens. Is enim interrogatus in vrbe ne, an in Chalcide lautiores cœnæ fierent, respondit τὸ πρόοιμον τῆς ἐν χαλκίδι δείπνων χαριέστερον εἶναι τῆς ἐν ἄστει πάσης, τὸ πλῆθος τῶν ὀψέων, καὶ τὴν ποικιλίαν, πρόοιμον εἶπὼν δεῖπνου: Hoc est, Proœmium cœnæ in Chalcide illustrius esse, quàm totum Athenienſium apparatum: sub nomine prò æmij ostreorum copiam, & varietatem indicans. Tale est illud Alexidis poëtæ: Cœnæ diuisio. Cœnæ proœmium.

Πρῶτον μὲν ἔστι παρὰ νηρεῖ τινι ἰδεῖν
Γέροντι φυκίοισιν ἠμφισμένῳ
Ἔλαβον, ἐχίνους τινάς, ἐστὶ γὰρ πρόοιμον
Δείπνου χαρίεντος ταῦτα πεφυκότα.
In primis ostrea apud Nereum quendam intuitus
Senem fucis indutum
Accepi acerinaceos, nam initio
Cœnæ eleganter apparatæ hæc apponentur.

Primi ergò cibi siue fercula quæ fuerunt apposita antiquitus & principium cœnæ, & πρόοιμον, proœmium & antecœnæ, gustatio, gustus, prandium, promulsis fuerunt à veteribus appellata, vt ex testimonijs commemoratis liquet. Germani Vorẽssen. Hebraice פרפראות שלפני המזון Parperaoth Schaliphne Hamajon, quòd Galli vocant entree de table, introitum, hoc est, principium mensæ: at פרפראות שלאחרית Parperaoth Schalacharits, contrarium, quòd scil. Galli vocant sortie de table, hoc est exitium cœnæ. Quamuis, vt volunt nonnulli Rabbinorum hoc nomine פרפראות Parperaoth volunt significari quicquid vnà cum pane editur, (quòd Itali vocant companatico) vt sunt legumina, olera, & his similia: at קינוח סעודה Kinuach Seudah, esse omne id quòd post conuiuium editur, quòd Galli vocant la deserte, siue sortie de table. Omnino ergò secundùm antiquos cœna potest diuidi vel in tres partes: nimirum in antecœnam, gustationem, siue gustum, & in cœnam proprie dictam, & in mensam pomorum, siue mensas secundas. Vel in duas partes, in mensam primam, & mensam secundam. Mensa prima rursus in duo membra, nimirum in antecœnam, & cœnam. Cœna porrò propriè dictæ præcipuum ferculum, caput cœnæ dictum fuit. Exempli gratia: si gallina, pulli, oliua, rapula, capparis, & alia huiusmodi secundo loco fuissent apposita, hæc omnia simul cœna fuerunt dicta: caput autem illius cœnæ, gallina. Ita Martialis, Cœnæ capita quid.

Mulus tibi quatuor empeus
Librarum cœnæ pompæ caput fuit.

Cic. 3. Tuscul. negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Simili ratione Græci κεφαλλιὰ δεῖπνου appellant. Alexis:

Βοῤῥυδιόπτ χρεῖον ἐν ποτηρίῳ
Ἐτεπαίζεται, κεφαλὴ δ' ἐδείπνου γίνεται.

Veteres porrò in principio cœnæ ostrea præbere consuetisse, præ cæteris Plutarchus quoque videtur testari 8. Sympos. 9. his verbis: αἱ γὰρ καλούμεναι ψυχρὰ ξάπτειαι, τὸ πρότερον ὀστρέων ἔχειν ἀμὸν λάχανον, ὥσπερ ἔφησεν ὁ Πλάτων, ἀπ' ἄκρας ὅτι σῶμα μεταθεῖσαι, τῷ πρώτῳ αὐτὴ τῆς ἑκάστης τάξιν ἔχουσιν: Hoc est, Mensæ frigidæ, quòd ante ostrea olus crudum habent, vt dixit Plato, à cauda ad os translatæ, primum prò vltimo ordinem habent, ita locum hunc correxit, & vertit Mercurialis lib. 4. lect. variarum. Addit ibidem. Ex quo conijcere quoque licet, mensas frigidas vocatas, quas nunc acetaria Latini appellant, & antiquitus in vltimo mensæ ponebantur, tempore Plutarchi cepisse primo loco in mensas ferri. Cui etiam adstipulari videtur Martialis, qui lactucam prius vltimo loco positam, sua ætate ante alias dapes esitatam testatur hoc disticho: Ostrea apud veteres ante alios cibos comedebantur. Lactuca.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum.
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Vixit autem Martialis ijsdem temporibus, quibus Plutarchus: cùm alter sub Domitiano, alter sub Traiano, qui Domitiano posſ Neruam succeſsit, floruerit: vt hac ratione potuerit vterque vsum acetariorum eo tempore innouatum nobis significare. Huc quoque facit Pliniana illa conuiuij descriptio in epistola ad Erutium. Heus tu promittis ad cœnam, nec venis. Dicitur ius, ad assem impendium reddes, nec id modicum. Paratæ erant lactucæ singulæ, cochleæ ternæ, ouа bina, alica cum mulso & vino. Nam hanc quoque computabis, imò hanc in primis, quæ perit in ferculo, oliuæ, bætitæ, cucurbitæ, bulbi, etc. At tu apud nescio quem ostrea, vuluas, echinos. Ostrea porrò ante alios cibos comedendi vetus fuit consuetudo, sicut & herbas loco cœnæ vltimò antiqui ponere consueuerunt. Plutarchus itaque declarans nouorum morborum causas, inter alias commemorat τὴν περὶ τὰ σιτία, καὶ τὰ ὄψα, καὶ τὰς ἄλλας διαίτας τὸ σώματος διαλλαγὴν, hoc est, Nouum ciborum vsum, nouamq; victus siue diætæ rationem, & τὴν τάξιν ἐδεσμάτων, καὶ μεταθέσιν ἐλαχίστην ἔχειν διαφοράν, hoc est, ordinem etiam ciborum immutatum non leue discrimen afferre. Subiungit præter commemoratum exemplum aliud de propomatis, de quibus suo in loco dicetur, nunc enim de cibis tantùm agimus. Lactucam porrò antiquorum epulas finijsse ille quoque Moretti scriptor testatur hoc versu,

Lactucam antiquorum epulas finijsse.

Gratáq; nobilium requies lactuca ciborum.

Et Athenæus lib. 2. οἱ μὲν γοῦν τοι ἀρχαῖοι πάντες περὶ τοῦ δεῖπνεῖν ἐν παρέργου ἐλέγον μέρος, ὅτι θεῖδακας, ὅτε ἄλλοτε γὰρ τοιοῦτόν ὥσπερ νῦν γίνεται, vbi multa de eius viribus tradit inter alia: κοινῶς μὲν τοι ἡ θεῖδαξ (quæ etiam θεῖδακίνη dicitur) εὐστόμαχος, ψυκτική, εὐκοίλιος, ὑπνωτική, εὔχυλος, ἐφεκτικὴ τῆς πρὸς τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς, hoc est, Lactuca omnino stomacho confert, refrigerat, ventrem resoluit, somnum conciliat, bonum gignit succum, Veneris vim atque impetum sedat: vndè etiam εὐνοῦχος à Pythagoricis, vt ibidem atteſtatur, fuit appellata: & Callimachus finxit Venerem Adonim inter lactucas abscondisse, qua fabula significare voluit, ὅτι ἀφρόνητοι εἰσὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια οἱ σωφρόνως χρώμενοι θεῖδαξι. His adde quòd Aristoxenus homo voluptuarius, eodem teste libro 1. non dubitauit lactucas in horto suo vesperi, atque mane mulso irrigare, quas virides placentas appellabat è terra natas. Causam autem cur veteres cœnam lactucis claudere sunt soliti hanc putat esse Christoph. à Vega lib. 2. cap. 7. quòd antiqui vim quandam ventrem cohibendi, & ipsum roborandi tribuebant lactucæ: quæ verò talis naturæ sunt, ante reliquos cibos edi non debent, ne eorundem descensum inhibeant. Galenus tamen nouit lactucam nec astringere, nec laxare, ac facilè euinci à natura, ac perinde ad primas mensas ipsam ministrari præcepit, præter id quòd præparatio ex sale, oleo, & aceto ipsa per ventrē celerius demittit.

Cur veteres cœnam lactucis claudere sint soliti.

Ouа.

Ouа quoque olim in principio prandij apponebantur: vndè est illud Horatianum, ab ouo vsq; ad mala. lib. 1. Satyr. 3.

Si collibuisset, ab ouo *Vsque ad mala citaret.*

Hinc Lambinus, Prouerbium, inquit, est, quod valet, à prima mensa ad secundam. Cic. lib. 9. Epistola ad Varronem: Integram famem ad ouum affero. Apponebant enim veteres etiam ouа in prima mensa. Hinc latius apud Horatium cœnarū artem editurus, primum omnium de ouis tradit,

Longa quibus facies ouis erit.

Idem testatur Varro Endymionibus apud Nonium his verbis. Discumbimus mussati, dominus maturat ouа, ac cœnam committit. Ita legendum tribus Nonij locis Iustus Lipsius censet in suo lib. antiq. lect. aut certè. Dominus maturo ouo cœnam committit. Nonius enim ipse disertim explicat. Committit, id est, incipit: nimirum vt latinè committi dicuntur ludi. Idem ex Athenæo lib. 2. cognoscere licet, quanquam idem tradit lib. 14. etiam in secunda mensa apponi solita his verbis: ἐδίδοτο δὲ καὶ ὠὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ. Ouum cur in Bacchicis orgijs fuerit consecratum, & gallinané prius fuerit, an ouum, vide Plutarch. Sympos. 2. probl. 3. Horat. lib. 2. Satyr. 4.

— Ille salubres,
Æstates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet. —

Mora.

Leuinus Lemnius in explicat. Herb. biblic. Fructus, inquit, huius arboris (mori) salubriter expetitur in refrigerandi vsum, æstiuis præsertim men-

tim mensibus, quibus potissimùm viget: idq; in prima mensa, atq; ante cibum assumptus: nam peracto prandiò, aut cœna in corpus admissus putrescit, ac morbis ex corruptione excitatis seminaria ministrat, vt cerasa, pruna, corna, persica, vuæ recentes, &c. quæ ante cibum refrigerant, sitimq; sedant, ac calidam hepatis intemperiem mitigant, ac reprimunt. Nec verò grauatè post cibum admittere soleo, modò horum fructuum succus deglutiatur non admisso in corpus cartilagineo illo stamine, quod à pediculo, cui fructus adhæresit, per morum se porrigit. Sic enim vino exhilaratis fumos reprimit, vt poma succulenta, punica, arengia, limones, & mala citrea, quæ absoluto prandio hoc efficiunt, vt quis minus ebrietati succumbat, & mens illi minus fumo, ac vapore vini obnubiletur. Sic enim à naturali ratione non videri possit alienum, nec valetudini contrarium, quod Horatius de moris cecinit. Hæc Lemnius, quæ ad loci huius explicationem videntur facere. Lambinus in eundem Horatij locum. Non dicit, inquit, Catius eum salubres æstates traducturum, qui, posteaquam se obsonio expleuerit, prandium moris claudet, & terminabit (mea quidem sententia) sed qui nihil præter mora nigra, & matura ex arbore decerpta, in prandio comedet. Nam perspicuè Galenus docet, mora esse principio apponenda. Apud Venetos principium cœnæ olim fuisse gobium Martialis hoc disticho testatur, Gobius.

In Venetis sint lauta licet conuiuia terris
Principium cœnæ gobius esse solet.

Veteres cibum sumpturos rutam prius edisse, testis est Eras. in Adag. Ne festines. Ruta.

Porrò de ordine ferculorum, ac sumendi cibi quæ sit medicorum sententia, nunc videamus. Cibus, inquit Galenus lib. 3. de symptom. caus. cap. 1. parum conueniente ordine, aut intempestiuè sumptus concoctionem vitiat. Idem eodem in lib. & cap. Ciborum inconueniens ordo est, cùm fructus primò, deinde alia emollientia, vt oleum ex garo, sumuntur. Idem lib. 2. de Aliment. facul. cap. de Sycaminis: Ex cibis qui subducuntur, posteriores quidem sumendi, qui tarde permeant, omnium autem primi, qui celeriter peruadunt. Celsus lib. 1. cap. 2. Cibus, inquit, à salsamentis, oleribus similibusq; rebus melius incipit, tum caro assumenda, quæ assa optima, aut elixa est. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaq; hoc parum valet, palmulas, pomaq;, & similia melius primo cibo assumit. Hîc Paulin. Celsi interpres, Secũda mensa, inquit, quæ fructibus & bellarijs constat. Omnem enim cœnationẽ veteres in duas mensas partiebantur. Prior ouis, oleribus, salsamentis, carnibus adornabatur. Posterior fructibus, ac bellarijs. Idem paulò post: Cæterum fructus posterioris mensæ ex arboribus illi decerpebant, vti priorem mensam è villa, atq; agro eximebant. Vndè quod toto cœnationis tempore fieret, ab ouo ad mala factum dici solebat. Valleriola lib. 2. loc. com. cap. 6. Ordo, inquit, hic esse debet, vt quæ leuia sunt, & aluum subducentia, prius: posterius verò, quæ plenius alunt, ingerantur: nec dura mollibus, nec astringentia subducentibus, nec crassiora tenuibus, nec concoctu grauia facilibus præmittantur. Christophorus à Vega eadem de re adhuc diligentius & accuratius præcipit lib. 2. de art. med. quæ quoniam vtilia simul & iucunda sunt lectu subijciam. Ordo, inquit, est præscribendus, quo vti expediat in diuersorum alimentorum vsu in eadem mensa. Quidam enim voluerunt anteponenda esse alimenta quæ difficile coquuntur, ijs quæ facile: quoniã venter magis calidus est in fundo, ea parte qua carnosior, & iecori proprior. Ciborũ inconueniens ordo quis.

Tali igitur ordine alimenta erunt ingerenda, vt æquo tempore omnia coquantur, ne crudum cocto misceatur: id verò fiet, vbi quod difficilius coquitur antecedat, & imam ventris partem, quæ calidior est, præoccupet: quod verò facilius coquitur, superiorem, & minus calidam. Quidam contrarium asserunt, oportere dicentes alimenta ea primo loco assumere, quæ facilius coquuntur, vt cocta descendant, & reliqua deinde coquantur. Nam si ea antecedant, quæ difficilius coquuntur, ea quæ facilius coquuntur interim superata, & cocta non descendent, inferioribus nondum coctis, duæq; inde sequentur noxæ. Prima quòd coctum crudo miscebitur: secunda, quoniam retentum quòd iam coctum est, corrumpitur, non gubernatum à natura. Alij verò medio quodam modo respondent distinguentes. Nam si parum interest inter alimenta, ita vt facilitate coctionis non longè superentur, & superent, ea quæ difficilius coquuntur antecedere debent, reliqua subsequi, vt pari temporis interuallo à partibus ventris differentibus superentur. Quod si magna intersit, expediet ea præcedere quæ facilius coquuntur, vt cocta citius statim descendant, neq; ab alijs impediantur, aut eisdem misceantur, & confundantur. Nos verò ad euidentem veritatis assequutionem, & perspicuam Quo ordine alimenta ingerenda.

Alimentorum distinctio.

doctrinam hac vtemur distinctione. Alimenta quædam liquidam habent substantiam, quædam solidam: & ex solidis quædam citius, quædam tardius superantur à calore ventriculi: ventriculus autem non habet in partibus suprema, & infima parem calorem: siquidem infima crassior est, & carnosior, & iecori propius sita. Vbi alimenta eam habent differentiam, vt quædam liquida sint, tenuis substantiæ, quædam solida, si ingerantur simul, nihil omnino refert, siue præcedant liquida, siue sequantur. Exemplum est ius carnis, & caro, si quis hæc duo eadem mensa accipere debeat, nihil refert ius antecedere, aut subsequi: nam si antecedat, adueniente carne, facilè inuicem miscentur, & in vnam deducuntur substantiam, masticata, ac comminuta prius carne, quod in externis rebus conspicimus. Si namq; in vas fundas ius, aut aquam, deinde comminutam carnem, statim caro ius imbibet, nedum in ventre, vbi calor comminuens hæc eadem commiscere solet. Si verò caro præcedat, sequatur tamen ius, totam carnis substantiam ius peruadet, cui adamussim commiscebitur. Ea est ratio, ob quam sine manifesta noxa quidam ante, quidam post ius ingerunt, & potum (quamuis liquida substantia sit) cum cibis, & post cibos accipimus. Quòd si alimenta solida fuerint, sed disparis naturæ: aut liquida, sed crassa substantiæ, vti fercula, quæ facilius coquuntur præire debent, subsequi verò reliqua, quod Galen. docuit lib. 2. de Aliment. facult. cap. de Piscib. dicens, quia & huius communis edicti meminisse oportet, videlicet, omnia cibaria prauum succum cum humiditate obtinentia, ex facili descendere, ea prima mensa esse assumenda. Rursus lib. 3. de ratione vict. acut. comm. 22. inquit. Nam perpetuo prius ingerenda sunt, quæ & facilius corrumpuntur, & quæ subducuntur magis. Sed & ratio valida hanc comprobat sententiam. Cùm enim alimentum, quod facilè coquitur, præassumitur, prius coquitur, ac descendit, deinde aliud sequitur, quod eò diutius immoratur, quò longiore tempore eget ad coctionem. Non enim coctum alimentum in ventre momento temporis descendit, sed quod superiori parte continetur, tardius: decet igitur id tardius coqui, vti tardius descendit, vt diu retentum perficiatur: & tàm id quod facilè, quàm id quod difficile coquitur, parum à completa coctione descendat. Vbi verò vnum tantùm alimentum assumatur, quemadmodum pars superior tardius coquetur, ita magis immorabitur, donec perficiatur. Ex his excluditur opinio dicentium, quòd si pari interuallo distent ciborum naturæ cum caloribus partium ventris, is qui magis reluctatur coctioni antecedere debet, vt vno tempore omnino coquantur: nam inde fieret vt totum alimentum in breuissimo tempore descenderet, aut superior pars corrumperetur. Primum autem non fit, quoniam quiuis facile agnoscet, plus quàm duarum horarum tempore, ventrem onus in intestina deponere, quo tempore leuior sensim redditur venter. Secundum igitur, id est, alimentum in ventre corrumpi, accidet, si duarum horarum spatio coctum teneatur in ventre. Excluditur quoque aliorum placitum, qui dixerunt alimenta tardioris coctionis antecedere debere, eadem re validiore ratione.

DE MENSIS SECVNDIS. ILLARVM NOMINIBVS, MATERIA VARIA ATQVE MVLTIPLICI. DE ferculorum eduliorúmue varietate vitanda ceu valetudini aduersa. Gesneri iudicium de modo & ordine in ferculis adhibendo. De certis cum antiquis tùm recentibus ritibus, ac instrumentis in ciborum appositione adhibitis.

CAPVT II.

NVNC dicendum de secunda mensa, quæ quasi secunda pars est conuiuij, siue catastrophe, quam etiam conuiuij epilogon appellare possis, secundùm illa Dionysij Halycarnassei verba in lib. de arte Rhetor. ἡγοῦνται τὰς ἐπιλόγους ὥσπερ ἐν δείπνῳ ταγήνιζα εἶναι τῷ λόγῳ, hoc est, Existimant epilogos sermonum perinde se habere, atq; bellaria in cœna. Secunda mensæ nomine veteres intelligebant quosuis cibos, suaues præsertim, ac delicatos, qui vltimo loco conuiuiis iam cibo, potuq; expletis ac satiatis apponebantur, ad illorum famem, fitimq; iam extinctam, quasi rursus accendendũ, & irritandum. Hic enim fuit mensæ secundæ finis, vt & Galenus lib. 1. aliment. & Aristot. Sect. 21. probl. 6. testantur: vndè etiam non minus eleganter, quàm

Mensæ secundæ nomine, veteres quos cibos intellexerint.

Digitized by Google

ter, quàm verè ἡδυσμάτια ἡδονῆς, hoc est, voluptatis solatia, seu potius irritamenta à Platone fuerunt appellata, licet honesta ratione, & physica videantur introducta ad concoctionem, & digestionem ciborum. Athen. lib. 14. docet etiam apud veteres fuisse secundas mensas πολυτελῶς μεμελημένας, id est, eleganter, & accuratè apparatas, idq; confirmat Pindari testimonio. Vndè etiam quidam apud Athenæum lib. 14. ad mensas secundas accommodauit illud, αἱ δ' ὕστεραι φρενῶν σοφώτεραι, der Schlafftrunck ist besser dann das Nachtmal. Clem. Alexand. lib. 2. Pædag. cap. 1. οὐκ ἔχει δ' ὅσον παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἡ λιχνεία. καὶ γὰρ εἰς τὰ πέμματα, καὶ τὰ μελίπηκτα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ δεῖπνα ἐξώκειλεν ὑπὸ ὀψοποιῶν πλῆθος ἀφίσιμον παντοδαπὰς ἀπεφθύη ποιότητας, hoc est: Hominum ingluuies nullum habet modum. In liba enim placentas, & bellaria prouecta est, merendarum, & cœnæ appendicum multitudinẽ inueniens. Dicæarchus lib. 1. expeditionis Trophonij, teste Athenæo, de ijsdem sic scripsit. Accessit secunda mensa, quæ in cœnis magnum sumptum præbet: Corona, vnguenta, suffimenta, quæq; hæc consequi seu comitari consueuerunt. Dabatur ouum etiam in secunda mensa, nec non lepores, turdi, cum placentis mellitis inferebantur. Hinc etiam ille apud Athenæum existimat meritò de mensis secundis illud Euripidis posse vsurpari, ὀρθῶς τὸν εὐξάπιζον ὡς ἡδὺς ὁ βίος. Mensæ secundæ insigne luxus irritamentum, inquit Celius lib. 7. cap. 10. non alundè, quàm ab Ionia legimus irrepsisse. Verè dixit Alcetes in Polyclea, vt testis est Athenæus lib. 14. ὁ πρῶτος ἁρπὼν κόμψος ἦν ταγήματα, τῷ συμποσίῳ γὰρ ὀλίγῳβιῶ ἐξυρί πως, κἀργὸς ἦν μηδ' ἅπτεσθαι σιαγόνας, hoc est,

Scitus fuit is qui prior bellaria
Conuiuij moram venustam reperit.
Habere maxillas nec vnquam inutiles.

Mensas secundas etiam in honorem deorum exhibere consueuerunt. Ex his ergò adhuc commemoratis constat, mensas has secundas, minimè profectò secundas, sed aduersas potius, & inimicas hominum animis, atq; corporibus, ad voluptatem, ad luxuriam, ad gulam & ebrietatem totas esse comparatas: quas idcircò omnino ex hominum, præsertim Christianorum, consuetudine sublatas vehementer sanè esses optandum. Nam dici satis non potest, ac ne cogitari quidem quot, & quanta ex secundis his mensis mala atq; incõmoda proficiscantur: cùm tamen Pontanus lib. 2. de conuiu. cap. 4. secundam mensam magnum conuiuijs splendorem afferre dicat, cui etiã magnopere videatur esse studendum. Nam vt optimo cuiq; poëtæ, inquit ille, vltimus actus magnæ curæ est, sic ab ijs, qui conuiuia parant, magna secundæ mensæ cura est suscipienda.

Græca nomina mensam secundam significantia.

Hæ porrò mensæ secundæ varijs nominibus à Græcis insigniuntur. Dicuntur enim ξάπεζαι δεύτεραι, hoc est mensæ secundæ: & in singulari, ξάπεζα δευτέρα, mensa secunda, ad differentiam mensæ primæ, nam vt supra dictum, veteres suas epulas in has quasi duas partes distribuebant. ξάπεζας etiam simpliciter, hoc est, mensas, nimirum κατ' ἐξοχὴν à veteribus dictas fuisse Athen. testimonijs Archæi, & Aristophanis probat. Aristot. in lib. de Ebrietate, δευτέρας ξάπεζας vocat, teste Athenæo. Idem non malè dicit à primo δεύτεραν ξάπεζαν fuisse appellatas in singulari numero. Antiphanes, Εἶτ' ὄπισθέ γε χορείαν, ἣ ξάπεζαν δευτέραν, καὶ παρέθηκε γέμουσαν πέμμασι παντοδαποῖς, hoc est, Post introduxit choream, siue secundam mensam, & apposuit omnem bellarijs multiplicibus.

Appellantur etiam ξάπεζαι ὀπισθόρμιαι, ὀπισθορμίσματα, vt Athen. lib. 14. τούτων ἡμῖν παρεπιδημούντων ὀπισθορμιάτων, & μεταδόρπια, ὀπισθορμοὶ, ὀπισθορμῆσαι ἔλεγον τὸ ἐξαγεῖν, καὶ ὀπισθειπνῆσαι, quod Athenæus Archippi, & Herodoti testimonijs comprobat: ὀπισθειπνίδες, ταγήματα, Aristot. in lib. de Ebrietate ταγήματα dicit mensas secundas à veteribus appellari: τεφγάλια γὰρ ὀπισθορμοὺς εἶναι, hoc est, nam bellaria esse secundas mensas. ταγεῖν φαγεῖν Suidæ: nimirum, vt Eustath. tradit Od. Z. ἀπὸ τοῦ τράγειν aorist. 2. ἔταγον, vnde τράγος (hircus) ζῶον βορώτατον animal voracissimum: item ex τρώγειν, & ταγεῖν, τραγάλια, τράγημα, τραγηματίζω. τράγημα autem atq; βρῶμα perinde differt, atq; ἔδισμα, & τεφγάλιον, Ibidem, ὄντως γὰρ ὀπισθορμοὺς τραγηματισμοὺς τινες ἔφασαν δ' εἶπνον ἕτερον ὡραιθέλαι ταγήματα. Vnde φιλοταγήμων Athenæo ὁ χαίρων ταγήμασι; & opponitur φιλοδείπνῳ. Επύκλεια quoq; καλεῖσθαι τὰ μὴ τὸ δεῖπνον ταγήματα Athenæus Apionis, Diodori, atq; Pamphili testimonijs comprobat. ἐπύκλια & ὀπίσθια à barbaris ἀνάδειπνα vocari testis est Eustath. Od. M.

Dicuntur quoq; ὀψοφορήματα: cuius vocis hæc notatio ab Athenæo affertur ex Tryphone. Tryphon, inquit, antiquam fuisse consuetudinem, vt conuiuarum singulorum, priusquàm ingrederentur, μοῖραι, id est, portiones mensis essent appositæ: postea autem multa & varia inferri consueuisse, vnde ὀψοφορήματα, hoc est, illationes fuerint appellatæ, ab inferendo, quasi secunda fercula. Herodotus, σιτίοις δ' ὀλίγοισι χρέονται, ὀψοφορήμασι δ' ἐς πλοῖς, hoc est, cibis paucis vtuntur bellarijs autem multis. Hinc prouerbium, ἀβυδηνὸν ὀψοφόρημα τέλος τί ἐστιν καὶ ἐναμβίωσις (videtur in his verbis esse mendum) vt Aristides inquit lib. 3. Prouerbiorum. De hoc sic Erasmus in Adagijs: ἀβυδηνὸν ὀψοφόρημα, hoc est, Abydena illatio, seu irruptio: Dici solitum vbi quis obstrepit, aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus, & tumultu molestiam affert. Zenodotus ait extare prouerbium apud Eudoxum in fabula, cui titulus supposititius. Atq; hinc esse natum, quod olim Abydemi (Asiæ ciuitas fuit, ad Hellespontum sita, quæ & Milesiorum colonia fuit) mos fuerit, si quem ciuem, aut hospitem acciperet conuiuio: præterea in sacris, & in solennibus epulis, vt post vnguentum, & coronas, infantes à nutricibus inducerentur, circumferrenturq; suauiandi. Idem etiã hodie apud nos, præsertim in nuptialibus epulis, fieri cõsueuit. Vagientibus aũt, & clamantibus pueris, garrientibus item, & obstrepentibus nutriculis, conuiuium tumultuosum, & iniucundum reddebatur. Ergò cum amicis aliquot suauiter colloquentibus, interueniat rabula aliquis, & immodicè loquax, qui confabulationem sua loquacitate sit inamœnam redditurus, rectè dicemus ἀβυδηνὸν ὀψοφόρημα. Tametsi in quibusdam codicibus ὀψοφόνημα legi, id est, acclamatio, verùm, vt opinor, mendose: quandoquidem Athen. lib. 14. mentionem facit huius adagij, demonstrans plurium auctorum testimonijs, ὀψοφορήματα dici bellaria, siue secundas mensas ab inferendo, non ab acclamando. Stephanus similiter, Zenodotus, & Suidas ὠψοφόρημα legunt. Solus Hesychius legit ὀψοφόνημα, indicans & hoc dici in eos, qui hospites calumniabantur. Cæterum quòd in nonnullis codicibus legitur ἀβυδηνῶν pro ἀβυδηνὸν, minimum interest ad sensum.

Ἐπιξαπεζώματα quoq; οἷον τὰ ὀψιπαθήματα τοῖς ξαπεζαις βρώματα à Platone appellari mensas secundas Athen. testatur, cuius hæc sunt verba in Menelao. Εἶπέ μοι ὡς ὀλίγα λοιπὰ τῶν ὀψιξαπεζωμάτων. ὁ γὰρ θεοῖσιν ἐχθρὸς ὡς τὰ κατέφαγεν, hoc est, Dic mihi quàm pauca reliqua sunt epitrapezomata, id est, bellaria. Hic enim dijs inuisus ipsa comedit.

Bellaria Attica

Dicuntur etiam πέμματα. Vnde πέμματ' ἀττικά, id est, bellaria Attica, Erasmus in Adag. de lautitijs, & cupedijs quibusuis dici, & etiam ad quamcunq; rem valdè suauem, & iucundã transferri posse existimat. Plato Polit. lib. 3. Λέγεις καὶ ἀττικῶν πεμμάτων τὰς λοχύας εἶναι ἐυμαθείας, Id est, Damnas & Attica bellaria, quæ videntur ad lautitias pertinere. πέμματα Suida πλακέντια. Αρτύματα Eupolis pro bellarijs, seu pemmatibus posuit.

Εὔθρυπτα bellaria delitiose pasta dicũtur, quæ in sacris inferebantur: Vnde Apol. Εὔθρυπτος dictus. Hypatus mons in Bœotia (teste Pausania) supra Glissantem vrbem: In eo autem Iouis templum, ex quo Hypatus cognominatus. Ara in delubri vestibulo, quod Erechthion appellabant. Ad eam verò nihil, quod animatũ esset, immolabatur: verũ omnis generis tantũ bellaria, & libamenta.

Quin etiã κέρας ἀμαλθείας cornu Amaltheæ, nimirum ob suam lautitiam, mensas secundas à dijs fuisse appellatas vult Philoxen. apud Athen. His nominibus secundas mensas à Græcis olim fuisse appellatas Athen. testatur lib. 14. vbi etiam copiosè docet cuiusmodi nam illæ ciborũ, siue edliorum genere constiterint: nimirũ ouis, lacte, caseo, melle, Iouis cerebro, leporibus, turdis, conchis, inculis quibusdã, placentis varijs, præsertim ex melle confectis, rapis, fabis, malis, pyris, mespilis, nucibus, deniq; omni fructuũ genere. Iouis cerebrũ, quod Athen. l. 14. inter secundæ mensæ delitias numerat, pro epulis, atq; cibo opiparo, & suaui vsurpari docet Eras. in Adagio Iouis & regis cerebrũ. His accesserũt vinũ suaue, vnguenta, corona, musica instrumenta, & aliæ huiusmodi voluptatis illecebræ.

Iouis cerebrũ.

A Latinis appellantur mensæ secundæ, atq; bellaria: de quibus sic Gellius lib. 13. cap. 11. M. Varro in libro, qui inscribitur: Nescis quid vesper serus vehat, de secundis mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, præcepit. His enim verbis vtitur: Bellaria, inquit, ea maximè sunt mellita, (μελόπιτα) quæ mellita non sunt: πέμμασι enim cum πέπτει, hoc est, concoctione, societas infida. Quod Varro in hoc loco dixit bellaria, ne quis fortè in ista voce hæreat, significat id vocabulũ omne mensæ secundæ genus. Nam quæ ξαγήματα Græci, aut πέμματα dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulciora esse inuenire in Comœdijs antiquioribus hoc nomine appellata, dictaq;

Τεγήματα.

dictaq; ea esse liberi bellaria. Bellaria, teste Pompeio, olim dictæ res bellis aptæ, seu bellica instrumenta: vndè nonnulli bellaria omne secundæ mensæ genus volunt dicta, quòd vt illa belli, ita hæc mensarum sunt instrumenta: siue, vt alij volunt, à bonitate, quòdq; mensæ illæ secundæ belle splendi deq; essent instructæ, vti supra dictum est. Franciscus Patritius testatur bellaria dicta, quòd bellatoribus sint opportuna. Mihi potius bellaria videntur dici, vel, (vt etiam bellum) per antiphrasin, quasi minimè bella, ac bona, eò quòd corpori, animoq; valdè sunt pernitiosa: vel etiam quòd quæsi bellum habeant stomacho, atq; valetudini indictum, hoc est, ei plurimùm noceant, & obsint. Obseruabis igitur hanc vocem bellariorum aliquando latè accipi pro omni ciborum, atq; etiam vini dulcis genere, quæ mensis secundis inferuntur: aliquando angustius pro omnibus delicatis crustulis, placentis, libis, laganis, melle atq; saccharo conditis, quorum in mensa secunda est vsus, secundum quam significationem à fructibus distinguuntur. Seruius lib. 1. Æneid. in illa: Bellaria.

Postquàm exempta fames epulis, mensæq; remotæ.

Quia, inquit, apud maiores mensas apponebant pro discis: vndè est, Et mensæ grata secundæ. Duas enim habebant mensas, vnam carnis, alteram pomorum. Idem in eodem lib. in illa:

Postquàm prima quies epulis, mensæq; remotæ.

Licet sub extranea persona, tamen Romanorũ exequitur morem, apud quos duæ mensæ erant, vna epularum, altera pomorum. Hinc colligo, mensam secundam etiam dictam esse mensam pomorum. Vnde etiam Lampridius de Alexandro Seuero Imp. Rom. Pomis, inquit, vehementer indulsit, ita vt secunda mensa illi sæpius poneretur: vndè etiam iocus extitit. Non secundam mensam Alexandrum habere, sed secundum. Horat. Satyr. 2. lib. 2.

—— Tum pensilis vua secundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.

Dictæ sunt etiam alteræ mensæ ab Horat. Carminum lib. 4. Od. 5. Mensæ alteræ.

—— & alteris Te mensis adhibet deûm:

Quæ verba Turnebus in suis Aduersarijs ita explicat. Romani tui, Auguste, pro Deo te colunt, & in mensa secunda, in qua solet libatio fieri, & deorum precatio, te vt deum obsecrant, & tibi vt Baccho libant.

Germani mensas secundas vocant, nachricht / oder nachtisch. Galli desserte de table. Itali, messi secondi. Hispani, frutas de sanzen.

Constant autem hæ mensæ secundæ, vt olim veterum, partim iusculis quibusdam, partim lacte, atq; caseo: partim trageis mellitis, atq; saccharatis, partim frugibus, pomis, atq; nucibus, vel crudis vel coctis, vel etiam conditis: partim deniq; vinis quibusdam dulcibus.

Veteres porrò Romanos non habuisse bellaria ex saccharo concinnata, caruisseq; tanta voluptate, quanta est in edulijs ex saccharo confectis, quæ nostris temporibus multifaria, scitissimoq; sapore condita componuntur, Beroaldus his Plin. verbis 12. lib. probare conatur. Saccaron, inquit, & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimũ nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm vsum. Idem forsan Celsi etiam testimonio probare possis, qui mensæ secundæ nomine fructus tantùm, eosq; arboreos intelligit, cùm inquit lib. 1. cap. 1. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaq; hoc parum valet, palmulas, pomaq;, & similia melius primo loco assumit. Plinius quoq; eiusdem rei testis citari potest, qui lib. 12. cap. 2. de arborum vsu atq; vtilitate verba faciens: Arbores, inquit, postea blandioribus fruge succis hominem mitigauêre. Ex ijs recreans membra olei liquor, vireq; potus vini, tot deniq; sapores annui sponte venientes: & mensæ (depugnetur licet earum causa cum feris, & pasti naufragorum corporibus pisces expetantur) etiamnum tamen secundæ. His verbis apertè significat mensas secundas arborũ fructibus constitisse. Pollux bellaria dicit esse myrtidas, caricas, & mespilos. Græcorum etiam in conuiuijs pyra aqua mersa erant, quod apud nos in æstate rosacea fit. Plinius etiam sua tempestate per Hispaniã obseruari dixit, vt in secundis mensis glandibus vescerentur. Menedemo verò fuisse bellaria pyra, & mala punica, tùm matura, tùm præcocia, sæpè caricas, & huiusmodi memoriæ prodidit Laërtius. Plutarchus in Artaxerxe, reges Persarum de more regio imitandos pro bellarijs therebinthum degustasse scribit. Lacedæmonij bellaria non comedebãt: quamobrẽ cùm Thasij Agesilao regi esculentum obtulissent, ali- Menſæ secundæ materia. Saccharum. Fructus arborei. Therebinthus.

Digitized by Google

quos bobus, & pecudibus acceptis, reliqua renuit, inquiens, Date Ilotibus: hi Spartanorum serui erant. Veterum bellaria Amphis poëta Comicus uno quasi fasciculo his uersibus complexus est:

— ἢ ὅλῃ ποτ' ἤκουσας, βιον
Αλληλεμφόν αἰτῆ τυχεῖν ὅτι σαμῶς
Αμητες, οἶνον ἡδύς, ὠά, σησαμαῖ
Μύρον, στέφανον, αὐλητρίς, ὦ διοσκόρω
Ονόματα τῆς ὅλῃς δώδεκα θεῶν διελήλυθας. Hoc est,
Iam forte ubi audiuisti, victum
Victum posce. Palàm consequi licet
Ametes, uinum dulce, oua, sesamum,
Vnguentum, coronam, tibicina, ô Dioscuri
Nomina duodecim deorum percurristi.

Poma. Alij poma, & mel secundis mensis dedicarunt: alij semen papaueris quoq; cum melle, & lactuca ad conciliandũ somnum. Pertinent huc uuæ, ficus, pyra, arboreiq; fructus alij. Iberi glandem quoq; huc referebant. Græci oua cum turdis, leporinas carnes, mellitas placentas, linguas tostas tanquam sermonis symbola: alij uina dulcia huc inferebant, quæ Liberi bellaria dicebant. Plato ficus, cicereş, fabas, myrthi baccas, glandes de fago prunis tostas approbat. Has secundas mensas Attica delitia in primis extulêre, ut in his exquisita res. Hodie arborei fructus in usu sunt, ficus, pyra, poma, amygdala, caseus multiplex, Aretius. Legimus apud Athen. lib. 4. ueteres inter bellaria posse cœnam interdum etiam folia lauri adhibuisse. Quod Mercurial. lib. 4. cap. 6. lect. var. pluribus rationibus factum putat: sed potissimum hisce duabus, tùm ut foliorum ui exiccatoria fumi ad caput elati absumeretur: tùm etiam ut odor uini, ac ciborum, qui solet sæpenumero à saturis hominibus grauis emitti, absconderetur: id quòd Martialis in 5. facetè & clarè admodum significat.

Lauri folia.

Fœtere multo Myrtale solet uino,
Se fallat ut nos, folia deuorat lauri,
Merumq; cauta fronde non aqua miscet.
Hanc tu rubentem prominentibus uenis
Quoties uenire Paule uideris contra,
Dicas licebit, Myrtale bibit laurum.

Hæc de ferculorum ordine, & de prima, atq; secunda mensa. Interuallum quoque ferculorum, quæ apponuntur, si longum fit, ualdè & odiosum, & damnosum esse solet. Nam sic conuiuia in multum tempus protrahuntur cum magna temporis, atq; ualetudinis, ne dicam rei quoq; familiaris iactura ac detrimento. Nam & tempus, quod grauioribus, & utilioribus rebus debebat impendi, ita inaniter consumitur, ac perditur, & interim dum postrema alimenta mensæ apponuntur, priora sunt propè cocta, quò fit ut cocta crudis misceantur cum magno ualetudinis dispendio. Is mos est apud Germanos: at uerò apud Gallos, Anglos, Scotos, Hispanos, Italos, Turcas, breui tempore, ac omnia ferè fercula simul apponuntur.

Ferculorum uarietas ualetudini est inimica.

Ferculorum porrò, siue ciborum qui apponuntur uarietas quantum incommodi ualetudini hominum importet, cum unanimis medicorũ consensus, tùm experientia, tùm ipsa ratio satis superq; testatur. Vulgò dicitur, Varia delectant, Græcè ποικιλοτης τερπνότης. Verum ciborum uarietas atq; diuersitas licet in præsenti delectet, tamen in posterum dolores, molestias, nauseam, morbosq; innumeros gignit, atq; conciliat. Huc facit Hippocratis dictum lib. de flatibus. Cibos uarios, & dissimiles inter se simul assumere ad prauam uictus rationem pertinet. Seditionem enim mouent quæ sunt inæqualia, aliquaq; citius, aliqua tardius concoquuntur. Sic Galenus quoq; in com. de rat. uictus, ciborum uarietatem, præsertim ubi uarijs consistent facultatibus, nocentissimã esse testatur. Horatius similiter Satyr. 2. lib. 2. ubi uictum frugalẽ ac simplicem pro dignitate laudasset, hanc saporum, condimentorumq; coaceruationem ut pernitiosam his uersibus detestatur:

Accipe nunc, uictus tenuis, quæ quantaq; secum
Afferat: in primis ualeas bene, nam uaria res
Vt noceant homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit: at simul assis
Miscueris elixa, simul conchilia turdis,

Dulcia

Dulcia in bilem vertunt, stomachoque tumultum
Lenta feret pituita, vides, vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? quin corpus onustum
Hesternis vitijs animum quoq; prægrauat vnà,
Atq; affligit humo diuinæ particulam auræ.

Arist. Prob. Sect. 1. ποικίλη τροφὴ νοσώδης: ταραχώδης γὰρ, καὶ ἡ μία πέψις, *id est, cibus varius morbosus: tarbulentus enim est, neq; eius vna concoctio est. Christophorus à Vega lib. 2. In vnica præterea, inquit, mensa pluribus cibis vti in hominum est consuetudine non sine magno salutis dispendio. Licet quidem panem reliquis alimentis miscere, quoniam panis est materia alimentosa, vt cera, aut oleum materia medicamentosa: & quemadmodum ceram omnibus ferè sine noxa miscemus vnguentis: ita & panem omnibus alimentis, vti carnibus, piscibus, leguminibus, fructibus, & oleribus: at miscere legumina carnibus, aut has piscibus, aut omnia hæc eadem mensa, malũ est. Ex alimentis enim quædam sunt pituitosa, quædam biliosa, aut alterius naturæ: quædam etiam ex ijs citò, & quædam tardè coquuntur, ita vt coctum crudo misceatur. Quòd si retineantur amplius, id quod coctum est, corrumpetur, & putrefiet non gubernatum à natura: quòd si venter eadem expellere tentet, crudum cocto mixtum expelletur, ac per intestina deducetur, aut ad iecur etiã ipsum: inde verò ne enumerari quidem possunt qui oriuntur morbi. Hæc ille. Carnes & pisces simul edere pernitiosum est, ob diuersam admodum naturam, dispari namq; tempore coquuntur, & deinde digeruntur. Pisces quoq; & lac eadem mensa coniungere peßimum est: præter id enim quòd ventrem flatibus distendunt, lac breui corrumpitur, inde verò nausea, & vomitus sequuntur. Non vomentibus tamen vlcera cutis, impetiginem & scabiem inferre solent, nobis id quotidiano experimento probantibus. Idem: Caseum & carnes in eodem conuiuio edere vetitum Hebræis secundum legem. Paruulum in lacte, vel cũ lacte matris non edes, ex Misnaioth cholin f. 2. p. 2. col. 2. Clemens quoq; Alex. lib. 2. Pad. cap. 1.* pluribus docet cibum ἁπλοῦν καὶ ἀπερίεργον *maximè esse eligendum, quoniam is ad digestionem, & corporis leuitatem perquàm sit accommodatus: inde corporis augmentum, sanitas, robur iustum.* αἱ δὲ πολυειδεῖς ποιότητες ἀποπλυσίαι ποικίλας ἐντίκτουσι βλάβας, καχεξίας σωμάτων, καὶ ἀτροφὰς στομάχων, *&c. hoc est: Sunt autem multiplices qualitates respuendæ, quæ varia detrimenta pariunt, malas corporum habitudines, stomachorum subuersiones. Vide plura apud eundem hac de re. Plutarchus Sympos. lib. 4. Probl. 1. disputat,* εἰ ἡ ποικίλη τροφὴ τῆς ἁπλῆς εὐπεπτοτέρα, *hoc est, multiplex ne cibus, an verò simplex concoctu sit facilior. Primò sub Philini persona affert argumenta, quibus probat simplicem cibum concoctu esse faciliorem vario. Vt primò,* ὅτι τὰ θηρία τροφαῖς μονοειδέσι καὶ ἁπλαῖς χρώμενα, μᾶλλον ὑγιαίνει τῶν ἀνθρώπων, *id est, quòd bruta animalia, quia cibis vtuntur vnius generis, & simplicioribus, saniora sunt hominibus: quæ verò inclusa aluntur, procliuia sunt ad morbum, obnoxiaq; cruditati, quòd mixto & condito vtantur alimento. Deinde, quòd nemo medicorum fuit tàm temerarius, aut ad res nouandas audax, vt offerret febricitanti cibum varium, sed simplicem, &* ἄχνιστον, ὡς ὑπήκοον μάλιστα τῇ πέψει, *id est, nidoris expertem, vt concoctionis maximè patientem exhibent. Affici enim oportet alimentũ, mutariq; subactum ab ijs quæ insunt nobis facultatibus. Sed & tinctura simplicium colorum facilius inhæret: & fragrantissimum oleum maximè seplasiarijs mentis mutatur: & alimentũ simplex vniusq; generis facillimè à concoctione adficitur. Multæ autem & variæ qualitates inuicem nonnihil contrariæ, repugnando sese mutuò abolent (instar multitudinis conuenarum ac promiscuæ turbæ in ciuitate) neq; consentientem admittunt constitutionem, dum vna quæuis suapte natura alienis reluctans coitionem respuit. Vinum nobis euidens huius rei indicium suppeditat. Celerrimè enim inebriat diuersorum vinorum vsus, quas allœnias Græci dicunt. Similis autem est ebrietas cruditati à vino nõ cocto profectæ: ideoq; vitant mixtum vinũ potores: & qui miscent, clàm id faciunt, vt qui insidias struant. Mutatio enim & inæqualitas animum de statu suo deturbant. Quamobrem Medici quoq; magnam adhibent cautionem in multitudine neruorum agitanda: quibus nihil præter mixtionem & varietatem mali adest. Præter hæc argumenta cõmemorata, alijs quoq; rationibus vtitur ad idem probandum, necnõ Philonis auctoritate, atq; Socratis, qui dicere solebat ab illis cibis esse cauendum, qui non esurientes ad edendũ allicerent, quo quidem dicto nihil aliud quàm multiplicem ciborum varietatem vitandã esse præcipiebat. Deinde sub Marcionis persona, in eodẽ Probl.*

Digitized by Google

alia in contrariam partem argumenta afferuntur ad probandum nutrimentum multiplex simplici præstare, nec voluptatem omnino à sanitate esse segregandam, quæ inter se conferre poterus.

Macrobius similiter lib. 7. Sat. cap. Sub-Disarij medici, & philosophi nobilissimi persona iisdē ferè rationibus, quibus Plutarchus, vtitur, probat simplicem cibum præferendum esse multiplici, vt qui digestu sit facilior. Poterus vtraq; loca inter se conferre. Seneca ad Lucilium: Multos morbos multa fercula fecerunt. Antiphanes Delius medicus Græcus: Μία τῶ νόσω αἰτιώτατον ἡδυσμάτων ἡ πολυειδία, teste Clement. Alexand. lib. 2. Pæd. cap. 1. Plin. lib. 11. cap. 53. Homini cibus vtilissimus simplex: aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora. Auicenna 3. 1. doc. 2. cap. 7. Nihil deterius est, quàm si multa simul ac varia ciborum genera coniungantur, atq; iusto longius deinde in comedendo tempus protrahatur: cùm enim postremum accedit nutrimentum, primum iam aliquo modo confectum est, partes ergo in coquendo non adsimilantur. Atque inde sanè morborum scaturigo, qui ex repugnantium sibi humorum discordia nascuntur. Cùm diuersorum ciborum diuersa sit natura, efficitur, vt alij alijs celerius, tardiúsue conficiantur. Quod cum accidit, miram ingenerant in ventriculo cruditatem: ac proinde ciborum varietate in eadem mensa, copia, ac productione in longas moras nihil nocentius homini ad salutem esse, omnibus ex æquo medicis visum est. Sit itaque, vt Horatius, & Martialis monent, conuictus facilis, & sine arte mensa. His quæ adhuc dicta sunt de ferculorum numero, ordine, interuallo, varietate adijcere libet colophonis loco Gesneri piæ memoriæ censuram super conuiuio cuiusdam amici, quam D. D. Vuolphius obseruandus meus affinis, bibliothecæ illius ampliss. possessor, mihi communicauit: ea igitur est huiusmodi. Quum somnus cœnam tuam secutus minus integer esset, & nox molestior, quàm solet, cùm mediocriter cœno, succensere cœpi sumptibus tuis non inutilibus modò, sed etiam damnosis ijs, quos tu lautè, & benignè tractare voluisti. Itaque cogitaui non gratias quidem tibi agere, vt vulgò fieri solet, pro sumptuosis conuiuijs, sed hoc differre donec simplicius & frugalius aliàs me reciperes: in præsentia verò hac censura quo modo & ordine id facere debeas ex professionis medicæ penetralibus te docere. Quamuis enim vt in bello leges ciuiles silent, ita in conuiuijs medicorum, & sanitatis præcepta vulgò negligantur, non decet tamen virum sapientem ea, quæ vulgò malè & sine ratione fieri solent, imitari. Audi igitur æquo animo censuram, quam ego ingenuè & libere, nō tam ex mea sententia, quàm ex veterum, Græcorum præsertim, medicorum tibi proponam. Hanc si probaueris, communicabis etiam alijs amicis tuis, qui ad sua te conuiuia vocare solent: sin minus, rationibus, vel auctoritate ea dilui à te velim quæ non admiseris.

Gesneri censura super conuiuio cuiusdam amici.

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines, &c. Quem igitur conuiuij modum dicemus? An vt fercula non sint plura pauciorue duobus aut tribus, alioue numero? Non potest neq; ferculorum numero, neq; mensura aut pondere modus rectè præscribi: idem alijs parum est, quod alijs nimium, alijs mediocre. Respectus igitur conuiuarum habendus est. Studiosius duplici nomine minus conuenit quàm reliquis, cum & ingenij maiora, & corporis exercitia minora (pleriq; nulla propemodū) habeant. Quamobrem non egent copioso alimento, neq; id vincere & concoquere possunt, cū ventriculus eis non æquè vt laborantibus caleat, ideoq; copia alimenti vel omnino ab eis non coquitur, vel non rectè, vel nimis tardè: ἀπεψίαν, δυσπεψίαν, & βραδυπεψίαν vocant. Hinc vapores aut multi, aut mali, aut longo tempore ad caput feruntur, & exhalant, sensus & cogitationes opplentur, turbantur, & studijs ineptæ fiunt. Αυη ψυχὴ σοφωτάτη, monebat Democritus: Exercitia corporis quantò plus alimenti requirunt, tanto minus quæ ingenij sunt. Hippocrates verissimè tria salubberrima pronuntiauit, πόνε ἀρχίην, τροφῆς ἀχορίην, ἀπέρματι & σωτήρην. Rectè etiam Hesiodus celebrauit: ἔχειν δὲ μαλάχης τε καὶ ἀσφοδέλου μεγ' ὄνειαρ, quæ verba ad victus frugalitatem pertinent. Sed non opus est pluribus testimonijs, modum vt in quauis re, ita in victu etiam tùm communi, tùm conuiuali optimum esse, & in ijs etiam rebus seruandum, quæ præter quotidianam consuetudinem extendi solent. Hoc enim te minimè negaturum puto, in tua verò cœna modum non obseruatum negabis. Sed quomodo non immoderata est cœna vbi circiter tres horas continuò accumbitur, ferculis, poculis, & bellarijs semper appositis, atque variantibus, & vbi multa semper noua ponuntur, & multæ omnium reliquiæ supersunt? Nec aliud apponitur, donec omnes defessi, aut fastidiosi iam priora non amplius attingunt. Accedunt subinde repetitæ monitiones strenuè vescendum esse præsentibus, nec aliud sperandum ferculum, etsi plura sequantur. Iam cùm etiam in

Qvis modus in ferculis adhibendus.

Studiosis non conuenit copiosum alimentū, & cur.

vnius

vnius generis cibarijs modum excedere insalubre sit, (vt si pisces tantùm, siue omnes vna, siue diuersis apparati rationibus: vel carnes solùm, siue auium duntaxat, siue quadrupedum apponantur) longè insalubrius est, si cibaria non nimia solùm, sed diuersi quoque generis fuerint, & in hac ipsa varietate non melius dicam, sed minus noxiè ea coniungantur, quæ facilia sunt concoctu, minusq; alunt, præsertim si ordine certo ingerantur, vt si quis initio vel cerasa, vel butyrum, vel raphanum edat: deinde panem cum iusculo: tertio oua sorbilia, vel oryzã, vel aliud legumen: quarto loco piscem. Hic præter piscem omnia facilia sunt concoctu partim sua natura, partim ordinis causa, nam si is inuertatur, omnia difficiliora erunt. Quod si pisces carnibus misceantur, cum vtraq; vt multum alunt, ita concoctione multa indigent, longè insaluberrimum omnium hoc conuiuium iudico, idq; eò magis, quò magis ipsa etiam variant. Quid autem magis varium toto conuiuio esse potuisset? Elixi primùm pisces appositi, lacustres puto simul, & fluuiatiles: deinde carnes auium & quadrupedum assæ: mox iterum pisces assi. Caseus deinde, & opera lactaria, bellaria, nuces, persica. Rursus hanc cœnam secuta est cœnula, siue comessatio cum sumanalibus, raphanis, pane dulciario. Potula interim semper plena, nec expectabatur sitis, quæ infundi postularet, aut saltem poculi exiccatio. Hoc solum in conuiuio tuo laudauerim, quòd vnum genus vini appositum est, idq; neq; dilutius aut acerbius, neq; fortius, quàm studiosis conueniebat. Gallos, Italos, & Hispanos nunquam, aiunt, pisces simul, & carnes coniungere, quòd tamen non prorsus affirmauerim. Hoc sanè longè melius, & moderatius, quàm nos, faciunt, quòd licet plura fercula apponantur, singulorum tamen exigua copia est, vt vel vna, vel duabus vicibus omnia apponantur. Tàm longo tempore ne ditissimi quidem, & voluptuosissimi accumbunt. Vini genus vnum duntaxat, non sitienti nemo infundit. Sed hæc, & huiusmodi tu melius nosti, ego medicorum tibi sententias depromere pergo, quæ ad conuiuium tuum reprehendendum, & tuam, conuiuiarumq; tuorum valetudinem tuendam deinceps faciant. Et ne sim immodicus in laudando conuiuij modo, nunc dicam de ordine cibariorum.

Ordinem ciborum vulgarem tu quidem, & conuiuialem, quiq; mulieribus placet, sed planè insalubrem seruasti. Quam enim fecisti secundam mensam, prima esse debuit. Raphani, nuces, persica, vuæ, panis dulciarius, & quæ huiusmodi cibi cæteris præponi debent, nunquam postponi. De cibariorum ordine.

Persicum frigidum & humidum est, caro eius comesta facilè corrumpitur, omninoque noxam infert, ac propterea haud in secunda mensa, sicut nonnulli faciunt, sed ante reliquos cibos offerri oportet: fluitat enim, & statim putrescit. Illud obseruandum quod perpetuò verum est, cuncta vitiosi succi, quæ liquida, & lubrica sunt, & quæ promptè secedunt, præ cunctis obsonijs comedenda esse, ita enim & ipsa citò egeruntur, & cæteris iter parant. Quòd si posterius sumantur, facilè corrupta integris alimentis contactu suo putredinem inferent. De persicis ex Actio. Canon.]

Virens adhuc, humescensque nux, ad alui ductionem aridæ præstat, præcipuè si cum garo offeratur: si tamen aridæ iuglandes aqua præmaduerint, virentibus similes erunt. Debent igitur ex canone præcedente ab initio mensæ sumi tùm virides, quum aluum molliunt, tùm aridæ, quæ iam oleaginem, & pingue quippiam habent. Pinguia autem omnia, vt oleum, butyrum, &c. in prima mensa sumenda sunt: postremò enim sumpta supernatant, & vt Ægineta, Galenus quoque scribit, facilè in bilem vertuntur, nauseam cient, & exhalant, & os ventriculi claudi non patiuntur, cùm relaxent, capiti, & pectori nocent, (nux à nocendo, κάρυα δὲ τὸ βλάπτειν τὸ κάρας) eò plus autem nocebunt, quò eis viciniora sunt, quoque magis immorantur ventriculo: ab initio sumptæ non immorantur, sed promptè descendunt. Galli hodie ab initio apponunt nucleos decorticatos in aqua salsa. Non simul omnia in ollam iniiciuntur à coquis, sed prius quæ tardiora sunt coctu, posterius quæ faciliora, vt minus diu ignem ferant. In ventriculis diuersa est ratio, diutius enim immorantur, quæ posterius iniecta fuerint. Ab Aëtio lib. 1. cap. 262. inter alia quæ ante cibum sumpta aluum laxant, hæc numerantur. Malua, beta, caseus recens cum melle, atriplex, cucurbita, pepones, ficus, caricæ, vuæ dulces, præcipuè vbi humidæ sunt, mora, iuglans, pruna recentia, aut ficca mulso prius madefacta. De nucibus.

Non satis mirari queo crudam à nonnullis post cœnam comedi concoctionis iuuandæ gratia: id quidem se illi experimento comperisse contendunt, quorum tamen exemplum nemo adhuc impunè imitatus est. Dioscorides quidem in fine edi præcipit, sed reprehenditur à Galeno. Simeon Sethi conciliare eos conatur: sed nulla Simeonis, aut Dioscoridis in vicibus ciborum, aut medicamentorum De raphano.

Digitized by Google

apud medicos auctoritas est, Galeni maxima. Veteres etiam lactucam edebant in fine mensæ, secundæ posteriores melius in prima tantùm, vt scribit Martialis. Aloisius Mundella epist. 11. contra Dioscoridem, & Trallianum (qui puto ex illo descripsit) raphanos, siue radiculas (quas Amphis poëta aliàs μέθης φάρμακον, id est, ebrietatis medicinã appellat) in prima tantùm mensa sumendas docet, omnium huius ætatis medicorũ accedit consensus, & Galli, & Angli sic vtuntur. Simeon Sethi in Rhodacinis, sic enim vocant Persica: Δεῖ δ' ἐ ταῦτα πρὸ τῆς ἄλλης τροφῆς προσφέρεσθαι, καὶ ἄκρατον τούτοις ὑπιπίνειν· δεῖ δ' ἐ προπεῖσθαι τὸ ὑπιπίνειν τούτοις ὕδωρ, ἢ ὀξέλαιον προσφέρεσθαι τροφῆ.

Cibaria diuersa vitanda.

Diuersa cibaria non simul sunt ingerenda, præsertim cum viribus, & facultatibus pugnant: ventriculum enim & stomachum malè afficiũt. Gal. lib. 3. diætæ acutorum, Cõment. 37. & alibi. Ex multis composita citius corrumpuntur, quàm ex paucis. Rasis lib. 25. Continent ca. dicens. Refectionis tempus ne sit longũ, neq; diuersi cibi, &c. Auicenna. Olim contenti erant solius carnis esu in prandio, & solius panis vesperi. Apparet ergo nihil salubrius esse frugali, & simplici cibo: nihil in posterum esse iucundius, nihil studijs aptius. Epicurus pane & aqua solis aliquando vescebatur, voluptatis secuturæ magis gratia, quàm præsentis. Nos cœlum terræ miscemus, hoc est, quæ in terra crescunt, vt olera, & fructus arborum: quæ in aquis, piscium omne genus: & quæ in aëre volitant, vnũ in ventrem coaceruantur: & quarti elementi, hoc est, ignis loco, fortia vina, aromata, raphanos, nasturtia, synapi, &c. Ita confusis elementis tempestates varias, cõcussiones, & tanquam tonitrua toto corpore cieri nihil mirum est, vt ex continuis vaporibus catarrhos, fluente, refluente tanquam in euripis materia, *Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.*

De ciborum diuersitate, item de ordine Anton. Gazius cap. 60. & 61. in cœna florida. Pisces facilè solubiles sunt, & citius concoquuntur quadrupedũ carne præsertim assa: nos tamẽ carnibus etiã assis, eoq; durioribus, pisces præsertim assos componimus, vel postponimus. Pisces cum oleribus non comedendos præcipiunt medici (præcipuè Aëtius) quòd vlcerum, & scabiei diuersa genera inde oriantur. Nostri non modò coniungunt, sed olera etiam, quòd deterius est, postponunt, & pisces frixos sæpenumero addunt, qui vt per se insalubres sunt, ita cum oleribus insaluberrimi.

Lactaria.

Lactaria opera recentia (vt etiam lac ipsum) non modò ante reliquum cibum edi debent, cum pauco sale, & melle, vel saccharo, sed ita vt interuallum aliquod inter ipsa, & cibum post sumendum, interfit: quemadmodum & inter cætera quæ vel manifestè molliunt aluum (vt cerasa dulcia, pruna, &c.) vel facilè corrumpuntur: vbi verò neutrum contigit, vt in communibus iusculis immediatè reliquo cibo præponantur. Nostri & in medio, & fine apponunt. Inter Socratis virtutes numeratur, quòd nunquam in conuiuijs plus ederet, aut bibere solitus sit, quàm domi. Sed quia paucorum hæc virtus est, nec minus accusandi, qui materiam peccandi præbet, quàm ille qui peccat, frugale cõuiuium esse conuenit. Danda est opera vt eiusdem generis homines, & qui cibis etiam eisdem delectentur, ad conuiuium pariter vocentur, non chirotechnæ simul, & studiosi: non creophagi, & ichthyophagi. Caro super prunas assa non debet post alium cibum sumi, nec bibendum prius est, nisi modicum, si cogat necessitas.

Cæremoniæ quæ in ciborũ appositione adhibentur.

Nunc postremò de certis quibusdam cùm priscis, & antiquis, tũ recentibus cibos apponendi ritibus atq; cæremonijs dicendum. Fuit olim moris, Athen. teste lib. 2. vt conuiuij domino simul ac discubuisset traderetur γραμματίδιον, id est, scheda, quæ descripta ordine obsonia omnia haberet, vt iam tum sciri posset, quid primum, quid postremum coquus missurus esset. Hîc simul obserua coquus ipsos consueuisse cibos inferre. Porrò non singulos seruos, vt hodie ferè moris est, singula fercula, sed mensas ferculis onustas duos seruos conuiuis iam accumbentibus antiquitus apponere fuisse solitos, Bayf. probat in lib. de Vasc. de quo vide suprà in mensæ tractatu.

Notandum etiam quòd Erasmus in prouerbium illud, Ἀμαζόνων ἄσμα, hoc est, Amazonum cantilena, annotat, moris fuisse antiquitus, vt epulæ lautiores tibicine, præcedente inferrentur, vt acipenser. De consuetudine manus abluendi per singula fercula suprà dictum est. Heliogabalus, vt testatur Ælius Lampridius in eius vita, exhibuit aliquando & tale conuiuium, vt haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lauarent, & mulieribus vterentur & ipse, & amici. Celebrauit item tale conuiuium, vt apud amicos singulos singuli missus appararentur, & cum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter super aggerem, alter in Celio, alter trans Tyberim, &

rim, & vt quisq; manifisset, tamen per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur, iretur-
que ad omnium domos, cum & lauarent per singula fercula, & mulieribus vterentur. Turpis hic
fuit mos, cuius hîc postremò mentio fit, contrà pius & honestus fuit mos Iudæorum, de quo suprà, sin
gulis ferè ferculis atq; potionibus certas quasdam precationes interponendi, quemadmodum etiam
Christiani singulorum ferculorum appositioni benedictiones adhibere solent. Apud Germanos
qui cibos apponunt simul ita precantur, das gesägne Gott / hoc est, Deus hæc vobis benedi-
cat: respondent conuiuæ, Lon dir Gott / id est, hoc Deus tibi remuneretur, siue, agimus tibi
gratias. Moris quoque est apud nonnullos, præsertim literatos, vt singulis ferculis vel gratia-
rum actiones, vel lectiunculæ quædam sacræ interponantur. Apud Persas ἀθρόα πάντα τὰ ὀ-
ψία ὅτι τεὼ τράπεζαν ἐπατίθενται, hoc est, omnia simul edulia mensæ apponebantur, teste A-
thenæo lib. 4. qui ferè mos est apud Gallos, Hispanos, Italos & alias gentes. Idem auctor lib. 1
docet hunc antiquorum fuisse morem, vt toto conuentus tempore mensa plena, cibisq; onusta adesset,
quæ etiam nunc apud multos barbaros consuetudo obtineat, apud quos mensæ semper sint κατηρ-
φέες, παντοίων ἀγαθῶν, hoc est, variis bonis coopertæ secundùm Anacreontæ. Post conuiuarum
demum discessum famulæ cibum, mensam & pocula auferebant. Idem mos etiam hodie est apud
Germanos. Addit ibidem Athenæus panes cum canistris fuisse appositos: id quod ex multis Home
ri locis constat, & Eustathius quoq; Od. θ. annotat. Didymus etiam testatur hunc fuisse antiquorũ
morem, vt cænæ canistris (κανέοις græcè) inferrentur: vnde prouerbium ἀυτὸς κανοῦ, hoc est, vnà
cum ipso canistro, quod citatur apud Zenodotum; ἀνὴρ πάκας ἀπαξάπαντ' ἀυτὸς κανοῦ, hoc est,
ipso canistro cuncta rapuisti simul. Quadrat in vos, Erasmo teste & interprete, qui rem intemperan
ter profunditis, deuorant & abligurunt.

Vasa porrò fercularia, quibus cibi mensæ apponebantur vt hodie, ita olim fuerunt multiplicia.
Κάπιον nuncupabant vas magnum concauum ferculare, in quo pultem, aut iurulenti aliquid por- Κάπιον.
tabant (mußblatten) Persius Sat. 3.

——posita est algente catino Durum holus

Horat. ——laganiq; catinum.

Scribit M. Varro, Siculos vas, in quo ponebant esculenta, catinon appellare: vtebantur & Roma
ni catino in sacrificijs, vt scribit Apuleius. Dicitur & catinus & catinum, vt nonnulli volunt, à
capiendo.

Πίναξ quoq; est vas quo cibi apponuntur: vnde Marci 6. legimus sanctissimi illius viri Ioan. πίναξ.
Baptistæ caput in carcere amputatum, ceu ferculum quoddam ἐπὶ πίνακι patinæ impositum, ac im
positum, ac impurissimæ illi saltatriculæ datum fuisse. Extat elegans iocus incerti cuiusdam poetæ,
in quendam auarum, qui conuiuis suis argenteos quidem, sed πεινάλεις πίνακας, hoc est, famelicos, ciborum inanes catinos apponebat,

Αργυρέῃ λιμοῦ τις εἰς εἰλαπίνην με καλέσας,
Εκτανε πεινάλεις τοὺς πίνακας θεράπων.
Ορθήσας δ' ἄρ' ἔειπον ἐν ἀγυιᾷ φιγγείλιμός.
Πῶ μοι χορτασιὴ ὀστρακίνων πινάκων.
Εζήτουν πινάκων πόθεν ἔνομα τοῦτο καλέσω,
Καὶ παρὰ σοὶ πληθεὶς, εὗρον ὅθεν λέγεται
πείνης δ' ἐμὲ μᾶλλον, μεγάλους πίνακας παρίθηκας,
ὄργανα τῆ λιμῆ πεινάλεις πίνακας. Hoc est,

Argentea fame quidam inuitatum me ad conuiuium
Cruciauit, famelicos apponens orbes,
Suspirans autem dixi in fame argento corruscante,
Vt mihi saturitas est orbium fictilium.
Quærebam vnde πίνακες, hoc est, orbes nomen hoc haberent:
Et inuitatus à te etymologiam inueni.
Nam apposuisti nobis magnos orbes magnæ pinæ, id est, esuriei:
Famis instrumenta famelicos orbes.

Magida à magnitudine, quæ & patina, quod pateat appellatur. Magida.

Lanx. Lanx, quæ & langula, dicitur à latitudine. Tympanum patinis, & lancibus simile, sed magnitudine excellens. Concha vas oblongum concauum à conchæ similitudine. Paropsis patina genus aliquantum concauæ, in qua obsonia ponuntur. Iuuenal.

Tympanum.

Concha.

Paropsis.

Quàm multa, magnaque paropside cœnat.

Paropsis vnde dicitur. Dicitur autem παροψὶς à παρὰ præpositione, & ὄψον obsonium. Ferè in veteribus exemplaribus semper parapsis legitur, & Hesychius non tantùm paropsidem appellari, sed etiam parapsidem obseruat, vt Turnebus annotat in suis Aduersarijs. Io. Baptista Pius in suis Commentarijs in Sidonium, mendum esse, inquit, in peruulgatis exemplaribus, paropsis enim scribendum, non parapsis. Apud Horatium,

Tabulas cœnabat omasi, &c.

Tabulas more Græcorum (qui πίνακας vocant) paropsides vult intelligendas Turnebus in suis Aduers. In patella olim dijs apponebantur epulæ, cùm res diuina dijs penatibus, laribusq; fiebat, aut de cœna eis libabatur. Nonius in voce patella profert hoc ex Varrone in Eumenid. Patella esurienti posita prouocat Neapolitanas piscinas. Et hoc ex eodem in Manio. Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Hinc apud Plautum in Cistellaria patellarij dij appellantur dij minuti, vt lares & penates, vel ex eo quòd in patella epulæ apponebantur, & patellis, non pateris colebantur: vel à piscibus minutis, qui in patellis apponebantur, non in pateris, quemadmodum cibi tenuiores, & viliores vt oluscula, & terra nata, in patellis ponebantur. Vnde Horat. in epist. ad Torquatum,

Patella.

Nec modica cœnare times olus omne patella.

Verùm de huiusmodi vasis dicere infinitum esset, de quibus suprà in genere dictum est, & plura, si placet, videre poteris apud Bayf. & F. Marium de Partibus ædium lib. 2. cap. 3. Item Plinium lib. 33. cap. 11. Antonini Getæ Imperat. ingenio admodum venusto, atq; eleganti præditi lepidum sanè huiusmodi commentum à veteribus refertur. Is igitur consuetudinem hanc in parandis conuiuijs seruabat, vt ipsa fercula in appositis literis notari, atque intelligi vellet, scientibus idipsum seruis. Nam sicubi in prandio voluisset exhibere perdices, pauos, porcillos, pisces, ac pernas, tùm primæ dictionũ literæ ad hunc modũ p p p p p. Vel mutatis aliter literis f f f. Tum alia varij generis edulia pari literarum ordine de notabat, in quo visus est aliqua ex parte L. Luculli cœnas, & ordinem imitari. Hæc Crinitus de Discipl. lib. 14. cap. 11, ex Ælio Spartiano, cuius verba hæc sunt: Habebat etiam istam consuetudinem, vt conuiuia, & maximè prandia per singulas literas iuberet scientibus seruis, vel in quo erat anser, aprugnus, anas: item pullus, perdix, pauus, porcellus piscis, perna, & quæ in eam literam genera eduliorum caderent: item fasianus, farta, ficus, & talia. Huc alludere videtur Iuuenal. Satyr. 11.

Interea gustus elementa per omnia quærunt,

Hoc est, per singulas literas, quæ elementa dicuntur, quòd quemadmodum illa cœuntia omne corpus perficiunt, sic etiam literæ coniunctæ literalem vocem, quasi corpus aliquod componunt: Tametsi alij elementa hîc propriè accipiunt, vt nimirum significetur volatilia, aquatilia, & terrestria animantia queri ad epulandum.

DE MORE ANTIQVO CIBOS DIVIDENDI, DISTRIBVENDIQVE SINGVLIS CONVIVIS.

De partium epularium nominibus atq; differentijs, ac more conuiuas honoratiores partibus lautioribus honorandi, ac etiam absentibus de cœna mittendi. Quæ olim τῆς μαγειρικῆς disciplina, qui munus illud obire sint soliti. Mos nonnunquam animalia integra cocta in mensis apponendi.

CAPVT III.

CIBORVM;

Digitized by Google

CIBORVM, nec non poculentorum appositionem sequitur plarunq; consecratio, prægustatio, atq; distributio. De cõsecratione suprà dictum, nec non de prægustatione, nunc igitur de diuisione, atque distributione dicendum. Fuit sanè hic mos & antiquissimus, & plerisque gentibus cõmunis, vt ciborum poculentorumq; certas partes, seu portiones singulis cõuiuis distribuerentur. Hæc ab Heb. מנות פתים נתחים manoth pittim nethachim à Græcis μερίδες, μοῖραι, μιστοὶ (ἰδίως quoq; carnium particulæ dicuntur) à Latinis partes vulgò dicuntur. Strobila Vmbrorum lingua dicta sacrificiorum, epularumq; partes. Homero carnes victimæ exteriores σπλάγχνα interiores ἔγκατα dicuntur, Plut. Sympos. 5. Probl. 8. אשפר aschphar, frustum carnis, scilicet pulchrum à שפר Schaphar inquit Kimhi: at faciunt compositum ex tribus quasi אחד משישה בפר Æchad mischischah bapar. Vnum ex sex in tauro, hoc est, sexta pars tauri: alij ex אש æschigne, & פר par tauro, quasi frustum carnis bubulæ igni assatæ. Θετταλικὴ ἔνδεσις, vt Iunius annotat in suis Adagijs, Thessalica buccea, pro ingenti ponitur, Athenæo teste, & Polluce lib. 6. Hermippus in μοῖραις. ὁ Ζεὺς ξυνέπλατε τὴν Θετταλικὴν ἔνδεσιν, id est, Ait Iuppiter mansum efformabat Thessalum. Phileterus in Lampadigeris, Θετταλότμητον κρέας χοιροβαρὲς, suillæ carnis portionem Thessalico more sectam vocat, frustum ingens quantum manu tolli poterat, inde nata dicti gratia, quòd Thessali in prægrandia frusta carnes partiri solebant: vnde & Crates in Lamia, Ἐπεὶ τετμήκει Θετταλικὰς τετμημένα, id est, Nam sunt tricubita more secta Thessalo. Non absimiliter à gentis polyphagia, Frisonicum ferculum pro magno, vulgare dicterium appellat. Alioqui Thessali olim audiebant strenui gurgites, & insigniter edaces, vnde illud Antiphanis Comici, Αεὶ γὰρ ὀξυπεινᾷς ὅτι Θετταλὸν λέγεις, hoc est, vsq; esurit, nunquam satur, tu Thessalum depingis.

Mos distribuendi singulis conuiuis certã cibi atq; potus portionem apud Hebræos.

Apud Hebræos quidem hunc fuisse morem ex nonnullis sacræ scripturæ locis satis patet, apud quos partim coqui, partim ipsi patresfamiliâs, conuiuijque domini hoc diuidendi, distribuendique singulis conuiuis cibi atque potus munere functi sunt. Huc videtur alludere Christus Lucæ decimo, cum Mariam verbis Christi operam dantem, dicit elegisse ἀγαθὴν μερίδα, bonam partem, quæ ab illa non sit auferenda. Videtur metaphora ducta à partibus conuiualibus. Dauid Rex, quemadmodum 2. Samuel. 6. & 1. Paralipom. 16. scriptum est, postquam holocausta, & pacifica offerendi finem fecit, populo Dei nomine benedixisse, singulisque ex illo, tàm viris, quàm fœminis (cum nimirum omnes regio epulo excepisset,) certam placentæ, panis, carnis, atque pulpis portionem, nec non vnicuique lagenam vnam, scilicet vini distribuisse dicitur. Sic Elcanah, 1. Samuel. 1. versu 4. & 5. Samuelis pater, cum Deo pacificum sacrificium obtulisset, in epulo, quod quidem de more antiquo fuit consecutum, Peninnah vxori suæ, omnibusque eius filijs, atque filiabus certas partes tribuit. Hannæ verò alteri illius vxori מנה אחה אפים Manah achat appaim, partem maximè honorabilem dedit, propterea quòd illam singulari quodam amore complectebatur. Vocem quæ ibi ponitur אפים Appaim, aliqui vertunt honorabilem. אף aph vox Hebraica duo significat, nempe vultum, seu faciem, nec non iram: vnde afferuntur huius loci geminæ interpretationes. Prima est, Elcanam dedisse Hannæ portionem præstantissimam, & idcirco dualis numerus est adhibitus, quòd eius portionis duplex qualitas esset, vt quæ haberet pinguitudinem, & eadem ex altero latere careret, vt ea vesceretur pro vario appetitu, quam interpretationem secutus est R. L. Ben Gerson. Vel dicitur hoc nomine, quòd ea pars cùm pulchra esset, & honorabilis, alliciebat faciem, & vultum discumbentium ad se præ cæteris optandam, & expetendam. Germanicè commodè vertes, den aller ansichtigisten teil. Sin verò sequamur alteram significationem, nempe iræ, dicemus Elcanam eam partem dedisse Hannæ, vt eius mœrorem ac tristitiam, ex sterilitate conceptam, sedaret. Qui enim sunt in mœrore, dum se vident donis quibusdam honorari, vicunque leniuntur. Dedit ergo eam partem, quæ huc videbatur conducere. Quamuis ægritudinem, ac molestiam alij referunt ad ipsam Elcanam, nimirum quòd ipse dando suam partem Hannæ tristis, & mœstus fuerit, quòd eam doleret sterilem esse. Vtraq; interpretatio Martyri verisimilis, & ad verba historiæ posse accommodari videtur. Vox מנה Manah in plurali מנית Maneth portionem, partem, seu particulam ab alijs detractam significat, à מנה manah quod subtrahere, sequestrare, destinare, & deputare significat. Sæpè in sacris literis pro portionibus certis cibariorum in sacrificijs, & in epulis accipitur, vt Exod. 29. & pectusculum sit tibi in partem. Leuit. 7. Et eris

Manah.

Digitized by Google

ei armus dexter in portionem. Nebemiæ 8. Et mittite partes quibus non est paratum quicquam. Hic משמנים, id est, pinguium & partium nomine videtur sacrificij portiones significare, quæ familijs afferentium cedebant, & conuiuis eorum. Esth. 9. Et mißio partium quisque proximo suo.

Partes sacrificiorum.

Partes Leuitarum & Sacerdotum Nehem. 12. partes cantorum ibidem, & cap. 13. Esther 9. Et mittant sibi mutuò partes epularum, & ciborum. Quemadmodum apud Iudæos sacrificiorum pacificiorum pars Deo offerebatur, pars sacerdotibus, pars offerentibus cedebat: ita quoque in Ethnicorum sacrificijs fieri consueuit. Aristoph. interpres in Pluto, in voce κωλῆς (vbi de Mercurij sacrificio verba fiunt) κῶλα, inquit, τὰ ἐμπρόσθια μέρη τῷ ἱερείων, ὅτι δὲ ἱερὸν ἑρμοῦ, ὁ βραχίων τῆς ἀλόγων ζώων, hoc est, κῶλα, siue κωλαὶ vocantur anteriores partes victimæ: erat autem brachium animalium brutorum Mercurio sacrum. Aliter: τὰ ἐμπρόσθια μέρη τῷ ἱερείων τὰς ἀγκυλὰς, ὀστώδεις, διαβαλλει δὲ ὡς ὀστᾶ τοῖς θεοῖς προσφέροντας, id est, Anteriores partes victimarum, vt poplites, ossea. Perstringit itaque illos ceu ossa dijs offerentes. Idem Scholiast. paulò post in illa verba: ἃ δὲ τὰ νομιζόμενα σὺ τὰ πρὸς (sacrificiorum) λαμβάνεις (Carto ad sacerdotem Iouis) τοῦτο δ' ἐστὶν εἰπεῖν τὸ δ' ἔρμα, καὶ τὰς κωλάς. ἐπειδὴ νόμος ἦν τὰ προλειπόμενα τοῦ ἱερέως λαμβάνειν. Præsicia dicta sunt partes quæ dijs offerebantur. Porrò hunc morem antiquum partes conuiuis tribuendi manifestè quoque indicat locus ille Samuelis 1. cap. 9. versu 23. & 24. vbi Samuel coquo iubet certam partem, armum nimirum in conuiuio, quo illum vnà cum alijs exciperet, Sauli apponere. Hoc autem armo (quæ pars solebat esse sacerdotum) ceu symbolo Samuel illum monere voluit, vt nonnulli arbitrantur, vt rex factus cum Dei ministris coniunctè viueret, ita enim illum habiturum esse rempublicam florentem. Alij armum datum putant, quòd ea pars maximè valeat ad onera ferenda: ac si eum moneret Samuel, vt cogitaret, se non ad ludum, & ad voluptates, sed ad maximum reipublicæ onus sustinendum, regem deligi. Reges enim debent populum quasi humeris suis sustinere, ac sustentare. Vt autem hic armus Sauli, ceu regij honoris atque muneris symbolum, datum est: ita apud Græcos (de quo postea) regibus τὰ νῶτα, καὶ τὰ μήρια dari fuerunt solita. Obseruabis etiam hîc simul coquos apud Iudæos partes distribuisse, vt apud Græcos similiter μαγειρεῖοι dicti. Penes quos cibos diuidendi olim munus fuisse illud quoque Platonis est argumentum, qui in Phædro Dialecticæ, rationique diuidendi ignaros imperitis, & ineptis coquis comparat, qui carnes, quas scienter secare debebant, potius discerpunt, atque dilacerant. μαγειρεύειν itaque & mactare, & carnes diuidere atque distribuere significat, quod olim coquorum fuit munus, de quo plura suprà in tit. de ministris mensæ. Iosephus quoque in epulo illo, quod fratribus suis exhibuit, (Geneseos quadragesimo tertio, versu trigesimo quarto) partes illis, & Beniamino quidem, fratrum minimo, quintuplo maiorem, quàm reliquis, portionem dedisse dicitur. Ibi partes, siue fercula משאות meschaoth dicuntur, quæ vox etiam ponitur 2. Regum 11. & Hierem. 40. Dedit quoque ei magister militum cibaria, & munuscula. Ab hac porrò œconomia, siue more conuiuiali, quo vel patresfamiliâs, vel conuiuatores quicunque in epulis cùm priuatis, atque domesticis, tùm publicis, singulis certum dimensum, siue portionem cibi, potusque dare solebant, nonnulli volunt natas esse illas dicendi phrases in sacris literis vsitatas. Vt Psalm. 11. Hæc est pars, siue portio calicis eorum: & Psalm. 16. Iehouæ pars portionis meæ, & calicis mei. Hinc etiam frangere panem Hebræis est fractum distribuere. Isa. 58. Frange esurienti panem tuum, hoc est, distribue, sis liberalis, & ad eleemosynam dandam procliuis. Sic Christus cum alijs in epulis, tùm in vltima illa sua cœna panem fregisse, & distribuisse dicitur ex more Iudæorum, apud quos paterfamiliâs mensæ benedicens, discumbentibus conuiuis, panẽ frangere, ac cibos diuidere solebat. Itaq; Hebræis שבר Schabar frangere ac distribuere significat: vnde שבר Scheuer frumentum dictum est, quia, vt nonnulli volunt, frangitur molendo, vt inseruiat alimento hominis, & quia in alimentum distribuitur, item quia vendendo distribuitur. Hinc quoque Chaldæus Paraphrastes pro Hebræo יברך Iebareck, quod benedicere significat, vtitur his verbis חזא פריס Hu pharis, hoc est, ipse frangebat. Pro verbo etiam κλᾶν Matthæi decimoquarto, & κατακλᾶν Marci sexto, & Lucæ nono ponitur etiam verbum μερίζειν, hoc est, diuidere, siue partiri. Marci octauo. Habebant olim Orientales non panes eleuatos, vt nos habemus, ita vt ad scindendum gladio esset opus, sed latos pinsebant, atque subtiles instar placentæ: vnde manibus frangebant, atque indè frangere panem in sacris literis sæpe dicitur. Tales etiam azymi panes, & apud nos hodie panes Alpinorum

Coquorũ olim partes cõuiuis distribuere.

μαγειρεύειν quid significet.

Mos panes frangendi.

Panes Orientalium.

lasi, &

lati, & non ſpiſſi, qui facilè franguntur, non perinde ſcinduntur. Sibenthalerbrot/gerſtenbrot/Elepſen/ꝛc. *Fractio ſimiliter panis cùm pro quouis alio conuiuio, tùm pro cœna Dominica ſæpe in ſacris literis vſurpatur, de quo ſuprà. Vt ergo ab illa cibos diuidendi conſuetudine Græcis* Δαῖς, ἀπὸ τῦ δαίειν, *ita Hebræis ſimiliter fractio panis, quoduis conuiuium, cœna, aut refectio quæ cibo potuque conſtat, dici conſueuit. Obſeruandum etiam hîc obiter fractionem panis in cœna Dominica in Orientali Eccleſia, & in Africa diu olim fuiſſe in vſu, quemadmodum ex primitiuæ Eccleſiæ monumentis conſtat, quæ etiam hodie in quibuſdam eccleſijs eſt vſitata, vt panis azymus ſumatur, & frangatur. Ad illam conſuetudinem Paulus alludens, inquit, Panis quem frangimus, &c. Fractio hæc panis in cœna Dominica, Chriſti, & meritorum eius applicationem, eiuſdem mortem atque paſſionem, nec non noſtram cum Chriſto, & inter nos mutuam communionem: denique corporis, carnisque noſtræ mortificationem ſignificat, vt docent Theologi. Dionyſius Areopagita ſcitè admodum pieque hanc panis fractionem ac diſtributionem interpretatur in ſua Hierarch. cap. 3.* Fractio panis in cœna Dominica.

Apud Græcos porrò eundem, qui apud Hebræos, cibos diuidendi, ac ſingulis conuiuis certas cibi (de potione poſtea vberius dicetur) tribuendi conſuetudinem & antiquam fuiſſe, & valdè tritam, & vſitatam, paſſim ex auctoribus liquet. Apud Homerum certè plurima eius conſuetudinis veſtigia extant. Vt Οδ. ο.

Παρ' δὲ βοηθοίδης κρέα δαίετο καὶ νέμε μοίρας.

Hinc & Athen. libro primo, & eum ſecutus Euſtathius Οδ. α. *ſub finem* γ. ο. ρ. *& alijs multis in locis, nec non Suidas in voce* Δαίτη, Δαιτρὸς, Δαιτρεύειν, *& ipſas epulas celeberrimè ab Homero* Δαῖτας ἴσας ἀπὸ τῦ δαίεσθαι διαίρεσις, *ſiue* ἰσομοίρως, *æquabili partium diuiſione ac diſtributione olim vſitatiſſima volunt eſſe dictas, &* Δαιτρὸν τὸν ἴσην ἑκάστῳ μοίραν δαίμονον, *hoc eſt, æqualem cuique partem diſtribuentem: &* Δαιτρεύειν, *more* Δαιτρῦ *carnes diuidere, ac diſtribuere, ſiue* Δαιτρὸν ἄγειν, *coquum agere, &* Δαιτρὸν *Homero idem quod diuiſum, &* Δαιτροσύνη, *ipſa ars ſiue ſcientia cibos aptè diuidendi atque diſtribuendi, de quibus vocabulis ſuprà quoque eſt dictum. Eiuſdem conſuetudinis Clemens quoque Alexandrinus meminit lib. 2. cap. 3. Pædag. vbi inſtrumenta ad eiuſmodi ciborum diuiſionem idonea commemorat.* μαχαίριον, *inquit,* διατραπέζιον (tiſchmäſſer) ἢν μὴ ἀργυρόπλουν ᾖ, ἢ ἐξ ἐλέφαντος πεποιημένον τῷ λαβὴν ἔτμεν, ἢ ὅπῃ τῷ μοίραν τῦ κρέως ἐνδικὸν σίδηρον χαλκευτέον, *hoc eſt, Culter, ſiue gladiolus qui in menſa ponitur, ſi clauos non habuerit argenteos, vel non fuerit factus ex ebore capulus, non ſcindit, an ad carnem diuidendam Indicum ferrum nobis fabricandum? Culter Hebraicè* מאכלת *Maacælæth, ab edendo, ſeu conſumendo, &* מחלת *Machalaph, ab incidendo, ſiue commutando, à Rabinis* סכין *Saccin vulgò appellatur, qui è ferro cuditur, & cotibus pacatur ad conuiuiales & coquinarios vſus. Idem ſacrificijs adhibebatur. Silius, Centum cadat hoſtia cultris. Vnde cultrarij, victimarij, qui & popæ, victimarum immolatores, & cultro carnes lanij diuidunt.* Culter. Cultrarij.

De hac porrò carnium, aliorumque eduliorum in ſacrificijs, conuiuijſque æquabili diuiſione, atque diſtributione antiquitus vſitata, elegans extat Plutarchi Problema lib. 2. huiuſmodi. πότερον οἱ παλαιοὶ βέλτιον ἐποίουν τοὺς μερίδας, ἢ οἱ νῦν ἐν κοινῷ δειπνοῦντες, *hoc eſt, Laudabilius ne fecerint maiores certis portionibus, an recentiores communibus dapibus victitantes, de hoc diſputatur vtramque in partem. Ac primò quidem rationes afferuntur, cur ſatius eſſe videatur communibus epulis veſci ſecundum recentem conſuetudinem, non autem ſuam cuique portionem tribui, qui mos fuit antiquorum. Prima ratio ducta eſt ab ipſo conuiuiorum fine.* οὐ γὰρ τῷ φαγεῖν χάριν, οὐδὲ τῷ πίειν, ἀλλὰ τῷ συμπίειν, καὶ συμφαγεῖν καλοῦμεν ἀλλήλους, *hoc eſt, Non enim bibendi, atq; edendi, ſed vnà combibendi, atq; comedendi gratia nos mutuò ad epulas inuitamus. At iſta* κρεωδαισία, *hoc eſt, carnium in partes diuiſio, ſublata* κοινωνία, *hoc eſt, communione, multas cœnas, multosq; cœnantes facit, neminem alterius conuiuam, quando veluti* ἀπὸ κρεωπολικῆς τραπέζης (fleiſchbanck) *à lanij menſa pondere acceptam quiuis ſibi partem proponit. Confert huiuſmodi epulas Demophontidarum conuiuio, quo Oreſtem exceperunt, in quo appoſito vnicuiq; conuiuarum peculiari calice, atq; ſcutario vini pleno, nec non propria menſa, ipſe Oreſtes iuſſus eſt pro ſe bibere, neq; alios obſeruare. Præterea & ſermonis, & cantus, atq; muſicæ, & ipſius crateris communio (qui* δεῦρο ἐκ ἔχων ἐν μέσῳ προκειται πηγὴ φιλοφροσύνης ἄφθονος, *hoc eſt, nullis certis circumſcri-* Rationes cur cõmunibus potius cibis vtendum, quam ſuã cuiq; portio tribuenda. Demophontidarum epulæ.

Digitized by Google

ptus cancellis in medio propositus vberrimus mutuæ beneuolentiæ fons existit) nos ad communitatem inuitat, cum ista certa panis, carnisq; diuisio ἀκοινώνητόν τι, καὶ ἀπελεύτερον, hoc est, à communione alienum quid, atq; illiberale esse videatur. Secunda ratio ducta est à iustitia, siue iusta proportione, cui ista partium distributio videtur aduersari. Nam panis & carnis iniustissima portio æqualitatis mensura iniustissimè se venditat apud inæquales. Idem enim & ei qui paruo indiget, nimium est, & ei cui multo opus est, non sufficit. Hoc ipsum similis appositione illustrat ducto à re medica, quemadmodum is qui multis ægrotantibus æqualia medicamenta mensuris, & ponderibus exactis distribueret, esset valdè ridiculus, ita etiam haberi debet conuiuator qui homines neq; sitientes æqualiter, neq; esurientes æquali vniuersos modo, æquali modo curare vellet, mensuram iustamq; partem vnicuique debitam arithmetica, non geometrica ratione definiens. In cauponam quidem imus publica omnes mensura vna vtentes, ad cœnam autem quisq; proprium apportantes ventrem venimus, quem non æquale, sed id quod iustum est atq; sufficiens impleat. Neq; verò Homerica illæ cœnæ militares, atq; castrenses huc sunt transferendæ, sed æmulanda potius antiquorum humanitas, qui vt omnem venerantur communionem, non modò ὁμοφύλους, & ὁμογοφύλους, ἀλλὰ καὶ ὁμοτίνακας, καὶ ὁμοσίτους, id est, contubernales, & sub eodem tecto degentes, sed etiam coëpulones, atque commensales plurimi fecerunt. Valeant ergo Homericæ cœnæ, à fame, & siti non vsque adeò immunes, quibusq; præsunt reges Italicis cauponibus ad rem attentiores, qui in ipsis præliis præcisè commemorent quantum in cœna apud ipsos quiuis biberit. Pindaricæ nimirum meliores, in quibus heroës venerandam iuxta mensam permiscentur, ijsdemq; cum cæteris ferculis vtuntur. Ea enim vera est ἀνάμιξις καὶ σύγχυσις permixtio, cum omnia omnibus sint communia. Illud verò potius est diuisio atque distractio amicissimorum, cùm ne obsonio quidem eodem communicare possint. Hinc Plinius in epistola ad Auitum lib. 2. reprehendit quendam, apud quem cœnauit, ceu sordidum & sumptuosum, his verbis: Nam sibi, & paucis optima quædam, cæteris vilia & minuta ponebat. Vinum etiam paruulis lagunculis in tria genera descripserat, non vt potestas elegendi, sed ne ius esset recusandi. Et aliud sibi, & nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatim amicos habet) aliud suis, nostrisq; libertis. Animaduertit qui mihi proximus recumbebat, & an probarem, interrogauit: nequaquam. Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? Eadem omnibus pono, ad cœnam enim (videtur ad notationem nominis alludere) non ad notam inuito, cunctisque rebus ex æquo, quos mensa & toro æquaui. (qui ἰσοδαίτους eleganter à Luciano dicuntur) Etiámne libertos? etiam: conuictores enim tum, non libertos puto, &c. Hinc illud Epigram. poëtæ:

Cur sine te cœno, cùm tecum Pontice, cœnem?

Sic Suetonius testis est, C. Iul. Cæsarem pistorem pedibus constringendum dedisse, quòd alium sibi, quàm conuiuis panem subiecisset. Cato cùm in Hispaniã nauigaret, Non aliud, inquit, vinum bibi, quàm remiges. Xenophon quoq; in Pædia laudat Cyrum, quòd conuictoribus eadem, quæ sibi esculenta proponeret.

Cõmunioni in epulis maximè studendum.

Rationes cur æqualis portionum distributio magis probanda.

Contrà afferuntur, vt ad Plutarchi Problema redeamus, aliæ rationes ad illam æqualem portionum distributionem comprobandam, quæ & ipsæ petitæ sunt ab antiquitate, ab ipsa natura, à communione, & amicitia, ad quam illa videtur facere. Æqualitatem enim, quæ iuxta Euripidem sociorum est, atq; ciuitatum maximum vinculum, mensæ communio maximè requirit, cuius vsus à natura non lege necessarius est, neque ab opinione nouatus, atque introductus. Plura porrò de communibus edenti inimicus est, qui minus accipit, quique tanquam celeri fluctu incitatam nauem non potest assequi. Non enim φιλικὸν, οὐδ' ἐυμποτικὸν δεῖπνος προοίμιον, amicum, & conuiuio dignum epularum est exordium, ὑφόρασις, καὶ ἁρπαγμὸς, καὶ χειρῶν ἅμιλλα, καὶ ὀλεγκωνισμὸς, hoc est, suspicio, rapina, manuum concertatio, cubitorum pulsatio, sed absurda hæc sunt, & canina, & quæ plerunque in conuitia, atque rixas desinant, non conuiuarum modò inuicem, sed etiam aduersus conuiuiorum administratores, atq; conuiuatores. Quandiu autem ἡ μοῖρα, καὶ ἡ λάχεσις ἰσότητα (ἰσότης φιλότης, hoc est, æqualitas amicitiæ parens) τοῖς δεῖπνοις, καὶ συμπόσια κοινωνίαν ἐβράβευον, hoc est, quandiu Mœra, & Lachesis, cui à sorte nomen, in cœnarum, & conuiuiorum communione æqualitatem administrauerunt, nihil indecorum, atque illiberale videre licuit, sed & conuiuia δαῖτας, & conuiuas δαιτυμόνας, & τραπεζοκόμους, structores appellarunt, δαιτρὸς, diuisores, ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, καὶ δαίνυμι, id est, à diuidendo, atq; distribuendo. Lecedem ouiq

Digitized by Google

cedæmonij similiter κρεωδαῖτας, hoc est, carnium diuisores habuerunt non vulgares, sed primarios viros, quando id munus etiam Lysandro in Asia rex Agesilaus mandauit. Tum demum ai νεμήσεις, hoc est, distributiones è conuiuijs fuerunt eiectæ, cum nimirum placentæ, candyli, caricæ, aliaq; ὑποτεμμάτων καὶ ὄψων ἁδιαθέτους condimentorum, & obsoniorum fercula non poterant diuidi, sed deiecti istis delitijs, gulaq; studio τῶν ἰσομοιριῶν, hoc est, portionum æqualitatem abiecerunt. Argumento est, quòd etiámnum sacrificia, & publicas cænas ἀφορμὰς portionibus distributis agitant, ob victus simplicitatem, atq; munditiem, vt omnino qui νέμωσιν, hoc est, distributionem in vsum reuocat, simul etiam reducat frugalitatem. At obijciat aliquis, ὅπου τὸ ἴδιόν ἐστι, ἀπόλλυται τὸ κοινὸν, hoc est, vbi proprium est, ibi commune perit. Respondeo, id fit vbi non est æqualitas. ἡ γὰρ οἰκείας κτῆσις, ἀλλ' ἀφαίρεσις ἀλλοτρίας, καὶ πλεονεξία φέρει τὸ κοινὸν ἀδικίας ἄρξει, καὶ διαφορᾶς, ἵν' ὅρῳ, καὶ μέτρῳ τῷ ἰδίᾳ καταπαύοντες οἱ νόμοι τῆς ἴσης νεμήσεως εἰς τὸ κοινὸν ἀρχῆς, καὶ ἀνιάτου ἐπιθυμίας γεγόνασι, hoc est, Non enim propriæ rei possessio, sed alienæ ablatio, & id quod commune est sibi vindicandi libido initium extitit iniustitiæ atq; discordiæ, quam leges termino, atq; modo proprietatis tollentes ab illa quam habent commune æqualiter distribuendi vi & facultate nomen suum apud Græcos sunt sortitæ: νόμοι dictæ ἀπὸ τῆς νέμειν. Hæc denique partium æqualis distributio ad communionem pertinet, & pauperi quidem atq; humili animum addit: diuitem autem atq; potentem citra molestiam castigat, illumq; ad ferendam æquo animo æqualitatem condefacit. Hæc à Plutarcho in illo Probl. eleganter sanè de illa portionum æquali distributione in veterum sacrificijs atq; epulis vsitatissima disputantur, ex quibus etiam colligitur illam sorte (quam eleganter Euripides τὴς τύχης παῖδα, hoc est, fortunæ prolem appellat) olim fieri fuisse solitam. Hinc, teste Suida, ductum est prouerbium, quod est apud Aristoph. in Equit. πρὶν λαχεῖν τὰ κοινὰ κατεσθίειν, hoc est, priusquàm sortiaris, cõmunia deuoras, in eum qui non expectata partitione rem inuadit. Hinc tibiæ quoq; conuiuiales παρθένιοι dictæ, erant pares & æquales ad significandum æqualitatem conuiuiorum. Et Ceres iccirco non solùm spècifera, sed etiam legifera appellata, cui ob eam rem agerent θεσμοφόρια: vt eadem sit & ciborum, & iustitiæ inuentrix, vt tradit Scaliger lib. 1. Poët. Huiusmodi autem partium circumlationem à Xenophonte συμφοράν dici Cel. testatur lib. 28. cap. 1. Eiusdem vocis Clemens quoq; Alex. meminit lib. 2. Pædag. cap. 1. cuius verba hæc sunt: μὴ γὰρ ἀφαιρῶμεν τῷ συμποσίῳ συμφοράν, ἀλλὰ τὸν ὄλισθον τῆς συνηθείας εἰς συμφοράν (elegans alluſio συμποσίου συμφορᾶς, καὶ συμφορᾶς) ὑποπλεύσωμεν, hoc est, Non enim ferculorũ circumlationem tollimus, sed consuetudinis prolapsionem, vt calamitatem suspectam habemus.

Κρεωδαῖται Spartanorum.

Obseruandum est præterea, moris olim fuisse, vt qui erant inter conuiuas honoratiores lautioribus atq; præstantioribus partibus honorarentur. De more hospitibus primò, deinde magistratui dandi partes, vide lib. 1. de conuiuijs hospitalibus. Athenæus lib. 1. εἰσὶ δὲ καὶ ἀρίστοις κατὰ δεῖπνα τιμαί. Sunt etiam (apud Homerum) optimatibus in cænis honores: quales fuerint illi honores subiungit. Nam & Tydides carnibus, & pluribus poculis honoratur. Et Aiax νώτοισι διηνεκέεσσι γεραίρεται, longis decoratur tergoribus, quos honores etiam reges consequuntur, vt Menelaus, Idomeneus, & Agamemnon, qui poculo etiam copiosiore honoratur. Sarpedon similiter à Lyrijs ijsdem & sedis, & carnium honoribus afficitur. Eustathius in illa Homeri, νώτοισι δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γεραίρει (in sacris Ioui factis post partam ab Aiace victoriam in monomachia cum Hectore Ιλ. η.) Ideò, inquit, id factum est, aiunt, διότι ἔκλινεν εἰς τὰ τοῦ πολεμίου, ἢ καὶ τοῖς ἀντιφιλοτιμουμένοις ὁ βασιλεὺς δέξιται τὸν νικητὴν, id est, quoniam hosti dorsum non inclinarat, vel Rex amicè atque honorificè Aiacem excipit ceu victorem ferculis, quæ ipsi fuerunt apposita. Nam videntur ijs, qui in dignitate, atque principatu fuerunt constituti, τὰ νωτιαῖα κρέατα, (hochruckenstuck) carnes ex tergo fuisse appositæ. Herodotus quoq; testatur, Spartæ reges honoris loco in sacrificijs immolatorum tergora, atque pelles accipere fuisse solitos, primosq; sedere in conuiuio, omniq; illis duplo maiora fuisse tributa. Omnino autem passim apud alios etiam historicos, atq; poëtas honores leguntur optimatibus fuisse in epulis exhibiti. Apud Homerum quidem manifestum est, & Sarpedonem à Lyrijs sede atq; carnibus fuisse decoratum (Ιλ. μ.) & Tydidi honoris ergò plura, & pleniora fuisse pocula tributa (Ιλ. Δ. & Θ.) & Menelaum bouis tergora cuidam dedisse (Telemacho, & Pisistrato Οδ. Δ. ferè ab initio) τὰ ῥὰ οἱ (γέρα) πάρθεσαν ἀντῆ. Idem auctor in illa Ιλ. θ.

Mos conuiuas honorandi partibus lautioribus.

Partes quæ olim honoratiores.

Τυδείδη, πίεϊ μὴ σε τίον δόμεναοὶ ταχύπωλοι
Εδμεναι, κρειασίντι, ἰδ' ἐπὶ πλείοις δὲ πάεσσι.

Sic commentatur. ὅθεν καὶ τύδιος ὡς σμικρολογώτερον τὰ τῶν ἡρώων γέρα. οἷον θεοειδία καὶ κρέατα, καὶ οἴνου πλήρη ποτήρια. Sic Odyss. Δ.

Ως φάτο, καὶ σφιν ταῦτα βοὸς παρὰ πίονα θῆκεν
ὄπλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν, τὰ ῥα οἱ γέρα πάρθεσαν ἀυτῷ.

Menelaus hic apponit pinguia bouis terga regijs iuuenibus, quæ illi honoris loco apposita fuerant. Eustath. Hinc apparet, vt aiunt veteres, maiorem partem regibus fuisse appositam honoris ergò, vnde etiam alijs gratificandi facultatem haberent, vt hic facit Menelaus, qui hospitibus honorificum illud suum munus apponit: & Agamemnon in Iliad. tergoribus honorat Aiacem. Hinc etiam Lycurgus legibus sanxit Lacedæmoniorum regibus διμοιρίαν, hoc est, duplo maiorem partẽ præberi. Obserua hîc regiarum epularum frugalitatem. Non enim ei χλιδανόντι, sed bouis terga apponuntur, vt etiam apud alios fit, pinguia tamen, quo nimirum delicata esset regia portio. Hom. Odyss. θ.

Οὐδ' ἄδην μείρεσθ' ἔνεμον κεροων τότε οἶνον.

Eustath. hoc est, εἰλαπινατικὸν, hoc est, conuiuiale. Obserua autem quòd μερίδας appellat μοίρας κοινότερον γράψας. Deinde paulò post Vlysses præconem alloquens iubet illum τὸν δὴ θεοτα μόντα Demodocum cantorem lauta carnium parte honorare. Ibi Eustathius non terga solùm, verumetiam μηρὰ, hoc est, fœmora fuisse θεοπρέπεια, in pretio & honore, Posidonius, vti aiunt, indicat, dum scribit ex partibus præstantissimum fœmur (μηρὸν) accepisse: pro qua parte etiam sæpè ad mortem vsque depugnabant. Hercules ab Eurysthee conuiuio exceptus cum singulis conuiuis sua fuisset apposita portio, ei autem ab Eurysthei filijs ταπεινότερα fuissent apposita, vnum ex illis occidit, Athenæus lib. 4. ἦν δὲ φασὶ παλαιὸν ἔθος, ἵνα σον ἀεὶ τῆς αὐτῆς μοίρας δωρεῖσθαι οἷς ἐβούλετο. Huiusce cõsuetudinis & in sacris, & in prophanis literis crebra fit mentio. Sic Iosephus, vt suprà dictum est, partes à conspectu suo, hoc est, è paropside sibi apposita fratribus suis misisse, & Beniamino quidem quinduplò maiorem dedisse dicitur. Plura exempla ex sacris suprà reperies. Cyrus similiter rex Persarum, vt scribit Xenophon lib. 8. Paed. si quem ex amicis volebat à multis coli, & honorari, cibariorum partes de mensa ad eum mittebat. Illos enim suspicimus, ac veneramur, quibus viderimus aliquid mitti de regia lance, velut cariores illi sint, & amicorum intimi. Persici huius moris Plutarchus quoq; meminit in Sympos. lib. 7. Probl. 4. vbi tradit hunc honorem præcipuè deferri solitum amicis, ducibus, & corporis custodibus, quos σωματοφύλακας vocant. Apud Moscouitas similiter rex conuiuis suis, præsertim oratoribus, atque legatis, de mensa sua panis frusta, atq; salem, nec non aliorum obsoniorum particulas per dapiferos suos honoris ergò, & gratiæ atque honoris sui testificandi gratia certis quibusdam atq; solennibus verbis ad libitis mittere solet: illi quibus ea mittuntur consurgendo, & caput inclinando principi gratias agunt, vt testis est Sigismundus Liber Baro in suis Comment. rerum Moscouiticarum.

Mos partes absentibus mittendi de cœna.

Nec verò præsentibus tantùm, verumetiam absentibus partes de cœna mittendi antiqua fuit consuetudo, quæ etiámnum hodie obtinet, quæ quidem partes, bofessen *siue* beſcheidesſen/ *vernacula nostra lingua appellantur. Græci hoc appellarunt πέμπειν ἀπὸ ξαπίζης. Xenoph. Paed. 8. τούτοις ἔπεμπεν ἀπὸ ξαπίζης. Ibidem: οἷς ἂν ὁρᾶσιν πεμπόμενα ἀπὸ τῆς βασιλίως ξαπίζης Cic. quoq; dicit, De mensa mittere. Suetonius in Caligula: Equiti Romano contra se hilarius, assidenti, partes suas misit. Pertinax Imperator Rom. amicis si quando de prandio suo mittere voluit, misit offulas binas, aut omasi partem, aliquando lumbos gallinaceos. Fasianum nunquam priuato conuiuio comedit, aut alicui misit, teste Iulio Capit. Et paulò ante: Nisi quòd missum esset edulium, quotquot esset amici, nouem libras carnis per tres missus ponebat. Si autẽ plus aliquid missum esset, etiam in alium diem differebat. Ad eandem consuetudinẽ referenda illa Apul. lib. 7. Interdum tamen in simulatione promendi quæ poscebat vsus, ad puellam commeabat assiduè, partesq; subreptas clãculò, & prægustatas à se portiones, offerebat hilaris. Et lib. 2. Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta cœnas, & partes requiris. Beroald. in illa verba, singnificanter locutus est: Nam partes dicuntur eduliorum in mensa, quas amoris testificandi causa solent principes conuictoribus dare, vt apud Suet. & Xenoph. legimus. Græcè μερίδες dicuntur. Scribit Dicearchus, nõ fuisse moris apud antiquos in cœnis partes distribuere: postea obtinuit consuetudo, vt deficientibus edulijs partes viritim*

ritim darentur, cum prius potentiores infirmorum alimenta corriperent, & inde contingeret, vt ex voracitate suffocarentur: Vnde factum est proverbium, μείζις ἢ πνίγει, id est, Pars non strangulat. Ælius Spartianus in vita Antonini Caracallæ. Post hoc fratrem patruelem Afrum, cui pridie partes de cœna miserat, iussit occidi. Ex his patet hæc edulia mittendi consuetudo. Obseruandum hîc religioni, charitatiq; Christianæ valdè esse consentaneũ, vt de epulis nostris, præsertim lautioribus, non modò amicis atq; propinquis, verùm etiam pauperibus, mendicis, atq; ægrotantibus partes crebrò mittamus, ac ita illos nostræ mensæ participes faciamus. Hoc modo ipsum Christum habebimus ὁμοτράπεζον, imò conuiuij regem, atq; dominum, qui epulis nostris benedicet, illasq; ad animi, corporisq; nostri salutem diriget. In cœna Dominica olim panis, vinique distributio (quam Græci, vt Iustinus, δόσιν, & μετάληψιν vocat: Dionys. Areopag. δοχὴν μυστικὴν καὶ δοχὴν μεμυημένων) antiquitus per Diaconos fiebat, qui etiam absentibus partes afferebant, siue mittebant. Iustini verba hæc sunt: οἱ λεγόμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι δίδοσιν ἑκάστῳ παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ ἀποφέρουσι. Item paulò post: καὶ ἡ δόσις, καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς μὴ παροῦσιν διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. Ex his apparet antiquitus non modò in prophanis, verumetiam in sacris epulis partes absentibus de cœna fuisse missas. De consuetudine antiqua partes secum domum ex sacrificijs, atq; epulis deportandi suo in loco dicetur, cum de ijs agemus, quæ conuiuium consequi solent. NOTA.

Structores.

Apud Romanos porrò atq; Latinos cibos aptè incidendi, diuidendiq; accuratã fuisse rationem passim scriptores testantur. Eo munere qui fungebantur illi structores à Latinis fuerunt appellati. Iuuen. Sat. 5.

Structorem interea (ne qua indignatio desit)
Saltantem spectas, & chironomonta volanti
Culcello, donec pengat dictata magistri;
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert,
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Structorem vocat à struenda mensa: vndè est illud Virgil. Cura penum struere. Hunc appellat saltantem, hoc est, optimè agilem, quodam corporis tripudio ante dominum seruientem. Eundem præterea vocat chironomonta, qui quadam manuũ agilitate, & veluti lege obsonia incidit: à χεὶρ manus, & νόμος lege. Quòd autẽ ait donec, pengat, id est, persequatur, omnia dictata, id est, præcepta: magistri, hoc est præceptoris eiusmodi artis: notandum in vrbe fuisse qui artem incidendorum ritè obsoniorum docerent per varia animalia formata ex ligno, qua de re idem poëta Satyr. 11. sic canit:

Magistri τῆς διαιρέσεως.

——Cum ipsa manubria culcellorum Ossea: non tamen hîc vlla vnquã obsonia fiunt.
Rancidula, haud ideò peior gallina secatur.
Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atque aper, & pygargus,
Et Scythica volucres, & Phœnicopterus ingens,
Et Getulus oryx, hebeti lautissima ferro
Cæditur, & tota sonat vlmea cœna Saburra.

Ludus structorius.

Ex his manifestè apparet Romæ fuisse doctores, qui ludum structorium aperirent, vt Trypherus temporibus poëtæ, qui ludum iuxta Saburram (regio fuit vrbis celebratissima) vbi tradens discentibus præcepta scindendi obsonia, quæ ex ligno habebat formata, hebeti culcello docebat, quo gestu hæc vel illa secaret: & inde cœnam vlmeam nominat, quoniam ex ligno obsonia essent formata. Seneca de breuitate vitæ: Quùm videam quàm suspensi sint, quomodo aper à coquo cæsus exeat, quanta celeritate signo dato gladij ad ministeria decurrant, quanta arte scindantur aues in frusta non enormia. Plin. item lib. 10. Postea culinarum artes, vt clunes spectentur, vt diuidantur in tergora, vt à pede vno dilatata repositoria occupent.

Serui olim sodaliti cibos dissecare.

Illud autem officium seruis olim demandatum erat, qui secare solebant, quæ ad mensam offerebantur. Vndè Seneca lib. Epist. 6. Epist. 47. ad Lucilium sic scribit, vbi de seruis loquitur: Alius, inquit, pretiosas aues scindit, & per pectus, & clunes certis ductibus circumferens eruditã manum, & in frusta excutit. Subiungit deinceps. Infœlix qui vni huic rei viuit, vt altilia decenter ferat, nisi quòd miserior est, qui hoc voluptatis causa docet, quàm qui necessitate discit. Hodie varia est, &

multiplex apud diuersas gentes cibos incidendi, dissecandiq; ratio. Fit hæc ciborum dissectio, siue anatomia, quæ à Germanis zerlegen/oderfürschnyden dicitur, aliquando ab ipso conuiuatore, seu conuiuij domino, aliquando ab aliquo conuiuarum honoratiore, atq; digniore, vel certè eius artis peritiore, vt ferè in Germania fieri consueuit. Quibusdam in locis id iuuenum est, qui conuiuio intersunt, munus: in alijs seruorum, vt olim apud Romanos: In Anglia, & alijs in locis, puellæ atq; mulieres eius artis peritissimæ ministerium illud obeunt. Plerisq; in locis, vt quisq; videri vult lautissimus atq; ciuilissimus, ita vltrò solet officium illud (quod olim seruile erat) sibi desumere. Hinc fit vt qui artis istius sunt ignari, à reliquis ferè derideantur, minusq; ciuiles, atq; liberales habeantur: quemadmodum Themistocles, quum Lyram, quæ pro more in cœna circumferebatur, recusaret, seq; eius imperitum esse confessus esset, indoctior est habitus. Eras. de ciuilit. morum, Discenda est, inquit, à primis statim annis secandi ratio non superstitiosa, quòd quidam faciunt, sed ciuilis, & commoda. Aliter enim inciditur armus, aliter coxa, aliter ceruix, aliter cratis, aliter capus, aliter phasianus, aliter perdix, aliter anas: qua de re sigillatim præcipere vt prolixum sit, ita nec operæpretiũ. Illud in vniuersum tradi potest, Apitiorũ esse, omni ex parte, quicquid palato blanditur, abradere.

De modis incidendi copiosè disserit Michael Sauaronola tract. 2. Rubri. 51. nec nõ de partibus animalium, & earum qualitate, quæq; alijs præstantiores eiusdem tract. rub. 32. Vide etiã de partib. animalium pedestrium, volatilium, &c. Christoph. à Vega lib. 2. & Bruyneriũ de re cibaria. Oportet namq; eum, qui callidè, atq; ita vt decet, hoc munus vult obire, primò tenere aptam, & commodam singula obsonia incidendi rationem (quod Græcis est ὁρθοτομεῖν:) deinde nosse quæ partes vel internæ, vel externæ quadrupedum, pisciũ, auium, aliorumue obsoniorum, magis vel minus sint lautæ, ac delicatæ, quò honoratioribus semper meliores, ac præstantiores partes apponat. Qui ignarus est huius artis, caueat ne vel sua sponte, & vltrò munus hoc vsurpet, vel sibi oblatũ temerè recipiat, ne inepta, & agresti sua ciborum dilaceratione potius, quàm diuisione conuiuis reliquis irrisui sit, atq; ludibrio. In ciuile quoq; est, atq; illiberale aliquem rei istius gnarum atq; peritum, si cibaria incidere rogetur, illud obstinatè, atque contumaciter recusare.

Omnino vt in genere quædam de obsoniorum dissecatione dicamus, illa quodammodo videtur esse duplex. Vna, quæ est crudorum, antequàm coquuntur: Vt cum carnes crudæ partim in macello à lanijs in maiores, partim à coquis in culina minores in partes diuiduntur, quò facilius, atq; commodius ollis, alijsq; vasis coquinarijs imponi, atq; coqui possint. Altera est ciborum diuisio iam coctorum in minores adhuc partes, quò facilius comedi, ac concoqui queant, quæ rursus est bipertita. Nam primò carnes, atq; etiã alia obsonia iam cocta, vel antequàm mensæ conuiuiali imponantur, in culina, siue in abaco: vel mensæ iam imposita diuiduntur in maiores partes: Deindè conuiuæ partes sibi appositas minores adhuc in particulas secant, quò facilius illas manducare, atq; masticare possint. Sic enim senes, præsertim edentuli, vel etiam alij dentium infirmitate laborantes, carnes, aliosq; cibos in minimas particulas concidere, atq; comminuere solent.

Animalia nonnunquam integra apponuntur.

Notandum postremò, integra nonnunquã animalia coqui, atq; etiam in mensa conuiuis apponi fuisse solita. Sic enim apud Indos, testis est Philostratus, integros nõ modò pisces, atq; aues: verum etiam leones, capreas, apros fuisse appositos, ita vt quisq; conuiuarũ ex propria sede surgens, & particula ab ijs animalibus abscissa, aut auulsa in propriã sedem reuerteretur. Idem in Persarum natalibus fieri cõsueuit, teste Herodoto & Athenæo, lib. 4. Huc quoq; referendus bos ex myrrha, thure, & prætiosissimis aromatum generibus compositus, & spectatoribus distributus ab Empedocle Agrigentino in victoriali epulo. Athen. lib. 1. Macrob. lib. Saturnalium 3. cap. 12. refert Cincium in oratione, qua suasit legem Fanniam de moderandis sumptibus, obiecisse suo seculo, quòd porcum Troianum mensis inferrent. Erasmus in Adagijs: Gulæ, inquit, veteres architecti & hoc commenti sunt, vt bos, aut camelus totus apponeretur dissertus intus varijs animantibus. Hinc & porcus Troianus venit in populi fabulam, quòd ita varias animantium species vtero tegeret, quemadmodum durius equus texit armatos viros. Macrobij verba sunt. Quem illi ideo sic vocabant, quasi alijs inclusis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit. S. Rullus Romæ primus integrum aprum vna mensa apposuit. Huc referendus est bos ille, qui apud Germanos in Imp. coronationis epulo ex veteri consuetudine integer multis alijs animalibus fartus ligneo veru in foro torreri solet, ex quo pars aliqua ad inauguratum Imperat. delata, reliqua multitudini diripienda cedit.

Digitized by Google

DE CIBI SVMPTIONE, EIVS NOMINIBVS, GESTIBVS INCIVILIBVS, ET IN PRIMIS GVLA ATQVE ingluuie ceu animo, corpori, atq; fortunis pernitiosissima fugienda. De repletionis immoderatæ remedijs.

CAPVT IIII.

NVNC tandem ad ea accedamus quæ sunt de conuiuij, vt ita loquar, substantia. Illa autem sunt cibi, potusq; sumptio, & sermocinatio, siue colloquium mutuum, quod quasi alter quidam est mentis cibus atq; pabulum, conuiuijq; suauissimum, saluberrimumq; condimentum. In omni namq; conuiuio editur, bibitur, sermo cæditur, de quibus nunc ordine agemus, ac de quibus tribus etiam Ecclesiasticus cap. 31. & 32. breuia quidem, sed bona sanè, atq; vtilia præcepta tradit. Ac primò de esu, siue cibi sumptione dicatur, exordio à nominibus ducto.

Hebræis verba cibum capere significantia sunt אבל acal quod est generalissimum: ברה Barach, vnde בריח Biriach prandium cibus (quidam morsellum delicatum vertunt) בלע bala quod propriè est absorbere, &c.

Græcis edere est ἔδειν, ἐδίειν, βρώσκειν, βεβρωσείειν, βρύκειν, φαγεῖν siue φάγειδζ, vt est Luc. 14. ἀπὸ τῆς φηγῶν, id est, glandium cibo prisco, vt vult Eustath. Od. τ. in illa Penelopes verba prouerbialia ad Vlyssem, ἐδ' ἐ ἀπὸ δρυὸς ἐσσι παλαιφάτυ, ἐδ' ἀπὸ πέτρης: & Il. ε. de quo suprà. Hinc esculum quoq; quæ est è genere glandiferarum arborum, vocatam volunt ab esu, quo antiqui primum vsi fuerint. Item φαγεῖν & φώγειν (vnde φάγος animal voracissimum, teste Eustath. Od. Z. Hinc forsan gallica droges, & dragee. Ερίπτειν quoq; comedere Græcis significat, propriè de brutis. Pollux lib. 6. τὸ σωτόνως ἐδίειν, ἀδ δὴν ἐδίειν. ἀπὸ τηγανίζειν, apposita patella (quæ Græcis τήγανον, & τάγηνον, & λοπὰς dicitur) obsonium comedere, Athen. lib. 1. Γρᾶ etiam antiquis comedo, & δαφθείρω: vnde nonnulli & χράσιν volunt deductam, quàm etiam κράσιν veteres scribunt, τὸ ἡμίξηρον χόρτον τοῖς ἀλόγοις φίλον, & χηῦς, anus χρόνῳ διαφθαρμένη, & χράφειν. Il. ζ. φλαῦ idem quod comedere cum sono, Aristoph. Schol. schmatzen/ ὀψισπίζειν. τρίβειν idem quod ἐδίειν, Aristoph. Schol. & ἐγκάψαι Homer. idem significat.

Latinis est edere, comedere ἀπὸ τῦ ἔδειν, forsan hoc ab Heb. עץ ez, quod arborem, siue lignũ significat, vt φαγεῖν, siue φηγεῖν ἀπὸ τῆς φηγῶν, quoniam primus mortalium esus fuerunt arborei fœtus. Hinc edor ab antiquis appellatum fuit Far, quod postea ador vocauerunt teste Festo, eò quòd populus Rom. trecentis propemodũ annis ex omni frumenti genere solo fare vsus fuerit, vt ex Verrij sententia refert Plin. lib. 18. cap. 7. Cibũ capere, & capescere idem Cic. Vesci, quod ex ve, & esca voluent esse compositum. Cic. in Orat. Quæ est in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glandẽ vescantur. Idem de Nat. Deor. Dij nec escis, nec potionibus vescuntur. Hîc notabis vesci etiam de potionibus dici. Hinc vescum quicquid edibile. Virg. —Vescumq; papauer.

Vesci aliquando absolutè ponitur. Vergil. Vescitur Æneas simul, & Troiana iuuentus.

Esse etiam Latinis pro edere vsurpatur, forsan quia homo esse, hoc est, viuere non potest sine esu. Vndè sapienter ille monuit, Edere oportet vt viuas, nõ viuere vt edas. Mandere quoq;, & manducare (vnde, teste Varrone, manducum obsonium dicitur) Latinis idem est quod comedere, & vt Grammatici volunt, propriè ea quæ dura sunt, & dentibus reluctantur, quasi manibus cibũ ducere, hoc est, sumere, siue capessere. Hinc Gallicum & Italicum manger, siue mangiare. Manus namq; vt aliarum ferè actionũ omnium, ita comedẽdi quoq; præcipuũ est instrumentũ. Nam vt cætera animalia, quemadmodũ eleganter Cic. inquit, cibum partim oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate accipiũt, partim aduncitate rostrorum, ita homo manibus cibum apprehendit, illumq; ori admouet, atq; ingerit. Animalium tamen nonnulla, vt Plin. inquit lib. 11. cap. 43. vt manibus vtuntur, priorũ ministerio pedum, sedentq; ad os illis admouentia cibos, vt sciuri. Manus est, inquit Ambros. Hexam. lib. 6. ca. 9. quæ cibum ori ministrat. Hinc eleganter Gregorius Nyssenus in lib. de opificio hominis cùm propter alias causas, tùm etiam propter sermonẽ, homini maximè proprium, manus hominibus tributas esse hac ratione concludit. Nam nisi manus, quibus cibũ pararet, atq; in os mitteret, habuisset, necessariò os sumendis è terra cibis, vt in cæteris brutis, idoneum fabricare cogebatur: os autem eiusmodi loquelæ, atq; sermoni planè ineptum fuisset, vnde vt loqui posset, manus homini dedit.

Manus (vnde manducare) cibi capiendi instrumentum.

Digitized by Google

Cibi vtilitas.

Hæc de nominibus, nunc de re ipſa. Cibus propterea capitur, vt ſuſſultiat artus, inquit Lucretius. Vndè rectè cibus à Græcis ὄνειαρ dicitur, ὡς τῷ ὠνεῖν τὸ ὀφελεῖν, ὅτι ὀνήσιμον ἡ τροφὴ, vt Euſtath. docet. Odyſ. α. & τροφὴ. Philo medicus apud Plutarch. lib. 6. Sympoſ. prob. 2. nutrimentum vult dictum ἀπὸ τῦ τηρεῖν τὴν φύσιν, id eſt quod naturam conſeruet. Et Hom. Ιλ. ι.

Σῖτε, καὶ οἴνοιο, τό γε μέν τ' ἐστὶ καὶ ἀλκή.

Et ἤια παρὰ τὸ ἴέναι τὸ πορεύομαι, ſiue ἔειν τὸ ὑπάρχειν, eò quòd cibi ſunt cauſa τῦ εἶναι, ζῆν, καὶ ἐγείρεσθαι, teſte Euſtath. Et Hebraicè cibus & ſympoſion dictum eſt Sendah, quaſi dicas ſulcimentum à Saad, id eſt, ſuſtentare, qui hominis vitam ſuſtentat, atque fulcit. His vocibus pulchrè docetur homines menſæ aſſidere debere vt vitam cibo ſuſtentent, non vt crapulæ, & vino indulgeant. Nam cum tota corporis noſtri moles, vt Gal. lib. 1. de tuenda valetud. ſcribit, in perpetuo ſit fluore, cumq; niſi altera ſimilis ſubſtantia in eius, quæ defluxit, locum reponatur, vniuerſum diſſipari fuerit neceſſe, idcircò ſummus rerum artifex inſitas quaſdam vires deficientis ac deſyderati ſemper appetentes, ſtatim ab initio indidit. Non enim ſugere, veſci, bibere, vt etiam reſpirare à quoquam diſcimus, ſed ſtatim à principio facultates in nobis habemus, quæ hæc omnia citra docentem perficiant. Cibo igitur, quicquid ſolidioris ſubſtantiæ effluxit, reſtituimus: potione, quicquid humidioris. Cæterum cùm id, quod ſingulis partibus defluxit, tale ſit, qualis eſt ipſa particula, nihil autem eorum quæ eduntur, bibunturue, tale prorſus ſit, neceſſum fuit animanti ea primum aſſumere, deinde etiam retinere, tertiò immutare, atque concoquere, ac quàm maximè licet corpori alendo, reſtituendaque ſimilia efficere: & poſtremò excrementa, quæ neceſſariò has mutationes ſubſequuntur, expellere: adhæc itaque efficienda Deus ceu optimus artifex cùm externa, tum interna membra, nec non facultates quaſdam, vt ἑλκτικὴν, καθεκτικὴν, ἀλλοιωτικὴν, & ἀπεργαστικὴν eſt fabricatus, de quibus ſubtilius medici, atque philoſophi diſſerunt, nobis illa pingui, vt ita loquar, Minerua attigiſſe ſatis fuerit. Cicero libro ſecundo, de natura deorum perſpicuè ſanè, eleganterq; totam cibi capiendi atq; nutritionis rationem expreſſit.

Nunc de cibi capiendi partim ſalubri, partim ciuili, decoro, atque vrbano modo geſtuq; dicatur: de quo Eccleſiaſticus cap. 31. optimè ſanè, ſapientiſſimeq; præcipit. Horum ſumma eſt, in conuictu hominum, conuiuijſq; ſobrietati, temperantiæ, modeſtiæq; eſſe ſeruiendum: Contra ingluuiem, atque voracitatem, vt rem agreſtem, odioſam, animo, corporique pernitioſam, vitandam ſummopere eſſe, atque fugiendam. Ingluuies certè atque gula cùm animo, corpori, atque fortunis pernitiem, damnumq; maximum affert, tum omnium ferè geſtuum, atque morum in menſa illiberalium atque inciuilium, de quibus Eraſmus, & alij, potiſſima ferè eſt cauſa. Sed operæpretium fueris ipſius Eccleſiaſtici verba proponere, cumq; illis aliorum de ciuilitate morum præcepta, atque monita conferre. &c. Cum ad menſam magnificam, ſiue diuitis ſederis, ne aperias faucem tuam ſuper eam, hoc eſt, ne faucibus tuis illi inhies: nec dicas, id eſt, cogites animo tuo, multa eſſe appoſita, hoc eſt, quoniam ingens ferculorum copia ſuppetit, idcircò tibi eſſe helluandum. Quidam ſimpliciter ſic exponunt: Caue ne multũ loquaris ſuper menſa aliena: quod quidem bonum eſt præceptum ſecundùm illud: Εὔταχτον εἶναι τ' ἀλλότρια μὴ λίην τρέχειν. Alij ſic intelligunt, Non multa verba facias de cibis, qui apponuntur, ſiue multi ſint, ſiue pauci, ſiue boni, ſiue mali; ne in eorum, qui te inuitarunt offenſionem incidas, quin potius gratus taceas, & tibi appoſitis fruaris. Hoc primum eſt illius ſapientiſſimum ſanè præceptum, quo monet cùm in omni conuiuio, tùm verò atque in primis in diuitum, & potentiorum epulis ſplendidis, atque magnificis, ad quas vocati ſumus, nobis in primis modeſtiæ, abſtinentiæq; eſſe ſtudendum, ne in illorum odium, inuidiamq; incurramus. Hanc enim ſtatim rationem ſubiungit. Fac memineris ſiue cogites, quantum malum ſit oculus nequam, hoc eſt, inuidus. Ecquid nequius oculo creatum eſt, quippe qui ab omni facie ſua, hoc eſt, quacunque de cauſa, ſiue cuiuſuis rei moleſtæ obiectu lachrymetur, hoc eſt, contriſtetur, & offendatur, ita vt lachrymas effundat per oculos cupiditatis, triſtitiæq; indices, cùm nimirum viderit te ita cibos auidè deuorare. Prima igitur cauſa, ob quam Eccleſiaſticus gulam, atque ingluuiem in epulis vitandam eſſe cenſet, eſt, quoniam illa cùm ipſis conuiuatoribus, præſertim auaris, & inuidis, tùm conuiuiis eſt odioſa, id quòd etiam verbis ſequentibus copioſius docet. Ergò ne in conuiuatores pariter, atque conuiuarum contemptum, odium, inuidiamq; incidamus, in conuiuijs præſertim aſymbolis, voracitas vehementer eſt fugienda. Huc facit illud Comici,

In menſa alienа præſertim diuitum modeſtiæ ſtudendũ.

Εὖτακτος ἐ

Εὔταχτον εἶναι τ' ἀλλότρια λειπτύοντα δεῖ, *Hoc est,*
Modestum esse decet eum, qui alienis vescitur.

His quoque similia sunt illa Prouerb. 23. Quum sederis vt comedas cum principe, considerando consydera, hoc est, prudenter, diligenterq; aduerte quæ ante te sunt posita. Si tu gulæ tuæ indulgere voles, gutturi tuo cultrum intentabis, hoc est, tibi nocebis. Alij sic: gulæ tuæ modum pone, & si vis tempos tui manere, ne concupiscas cibos eius. Addit enim: Ne concupiscas pulmenta eius, quum cibus sit fallax. Et paulò post: Ne comedas panem malum oculum habentis, hoc est, inuidi neque concupiscas pulmenta, siue edulia eius. Quoniam vt æstimauit animo suo, sic est: comede, & bibe dicet tibi, cor autem eius non est tecum. Bucellam tuam, quam comedisti, euomes (**wirſtu wol müſſen kõuwen** *) & perdes verba tua dulcia. Quidam tamen, vt illud addam, hunc volunt esse illorum Ecclesiastici verborum sensum: Gulæ non esse indulgendum, propterea quòd oculus, id est, animi cupiditas, quæ obiectu aspectuq; rerum iucundarum excitatur (* vndè dicimus cupiditatis oculos, *ad rem aliquam adijcere) praua est, & incitata semel, non facilè coërceri rursus, ac reprimi potest. Liranus totum hunc locum sic exponit. Non dicas, id est, non quæras ferculorum varietatem: sed gratus accipe, quod proponitur, memineris malum esse illum oculum, qui minus impleri potest, quàm venter (sic nos Germanicè dicimus de guloso,* **man möcht jm den bauch füllen/ möchte man jm nun die augen erfüllen**. *) Ab omni facie lachrymabitur, id est, ægrè ferret si minus parata sint fercula delicatè, quàm cupiat appetitus.* Cibi alieni nõ anidè appeten di.

Addit Ecclesiasticus, μὴ ἐκτείνῃς χεῖρα, καὶ μὴ συνθλίβῃ αὐτὸς ἐν τρυβλίῳ, *hoc est, Ne extendas manum quocunque asperexeris, nec eam cum ipso in catinum inferas. Manus, vt paulò antea dictum, potissimum est cibi sumendi capidiendiné instrumentum, quo & cibum apprehendimus, contrectamus, & ori admouemus, atq; ingerimus. Huc facit tritum illud apud Homerum:* Manibus cibi decore sumendi.

Οἱ δ' ἐπ' ὀνείατ' ἐτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἄλλον, *id est,* ἔπεμπον, ἢ ἔβαλλον, *hoc est, In cibos coctos & appositos manus mittebant: & est periphrasis τῦ ἤδιον, interprete Eustath. Od. α. vbi plura de vocabulo ὀνείατα, & ἰάλλειν. Dicit autem τὸ δὲ χεῖρας ἄλλον ἀστείως, hoc est, vrbane dici, ὡς εἰπεῖν οἱ χεῖρες ὅτι ἔργον ἐπέμποντος οἷα καὶ τινες θεράπαιναι: hoc est, perinde ac si manus, ceu ministræ quædam siue famulæ, operi immitterentur, seu adhiberentur. Addit ibidem: aliud est χεῖρας ὅτι ἰάλλειν, τὸ χεῖρας ἀπὸ ἰάλλειν: illud enim esse, εἰς βρῶσιν ἄγειν, hoc est, cibo immittere: illud verò contrà, ἀπάγειν, siue ἀπάγειν, hoc est, amouere, siue remouere. Manus porrò, cum sit præcipuum organum, quo cibus capitur, illa in primis decenter est in conuiuijs regenda, atq; moderanda: id quòd Ouidius venustis his versibus est complexus:*

Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi,
Ora nec immunda, tota perunge manu.

Huc faciunt illa Erasmi: Quod porrigitur, aut tribus digitis, aut porrecta quadra excipiendum est: nam quod digitis excipi non potest, quadra excipiendum est. Item, Si quis è placenta, vel artocrea porrexit aliquid, cochleari, aut quadra excipe: aut cochleari porrectum accipe, & inuerso in quadrum cibo, cochleare reddito. Si liquidius est, quod datur, gustandum sumito, & cochleare reddito, sed ad mantile extersum. Digitos vnctos vel ore prælingere, vel ad tunicam extergere, pariter inciuile est, id mappa potius, aut mantili faciendum. Item, Digitos in iusculenta immittere agrestius est, sed cultello, fuscináue tollat, quod vult. Cibos igitur contrectamus, atq; accipimus vel solis manibus, vel adhibito etiam alio aliquo instrumento, vel cochleari, cultro, fuscinula, quadra, id quòd plerunq; ciuilius videtur esse, atq; vrbanius. Cochleare Martiali dicitur quo liquida sorbemus. Cochlearis vsus. *Græcè κοχλιάριον, ὑύσπον Athenæo, μυστιλάριον Polluci, κοχλίρυχον, δοῖδαξ eidem. Germ.* **löffel**. *Tudicula Columellæ est cochleare manus, quòd idem volunt esse, quod à Græcis φορύνη, ἀλιξίβαιον, λάκτις Nicand. Germ.* **kochlöffel**. *Cochlearium ligneorum, oricbalceorum, vel argentariorum in iusculis, & pulmentarijs apud Germanos frequentissimus est vsus: apud Gallos, Italos, aliasq; nationes non item, apud quas manibus solis, nullo adhibito cochleari, iuscula, siue panes in iure macerati, comeduntur. Leo Africanus testatur, Aphricanos illos, qui Numidæ olim fuerunt dicti, cauâ manu, ceu naturali instrumento, pro cochleari vti ad ius sorbendum. Horum autem apud veteres quoque fuisse in cibo capiendo vsum, vel ipsa nomina testantur. Idem docet illud Martialis distichon quod ab Isidoro citatur quo cochlearis etymon vsusq; ostenditur:*

Sum cocleis habilis, & nec minus vtilis oris
Nunquid scis potius cur cocleare vocor?

Omnino ergò decenter, & quadam quasi cum religione cibi apprehendi, atq; attrectari debent.

Cauendum porrò est, vt ecclesiasticus monet, ne omnia, quæ apposita viderimus, attingamus: cui similia sunt illa Erasmi: Ne ex toto eligas disco, quòd solent liguritores: sed quod fortè ante te ipsum iacet, sumas: quod vel ex Homero discere licet, apud quem creber est hic versiculus:

Οἰδ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἄλλον.

Id quoq; si fuerit insigniter elegans, alteri cedat, & quod proximum est accipias. Vt igitur intemperantis est in omnes patinæ plagas manum immittere: ita parum decorum patinam inuertere, quò veniant ad te lautiora. Si quis alius cibum porrexerit elegantiorem, præfatus excusatiunculam recipas, sed resecta tibi portiuncula reliquum offeras ei, qui porrexerat, aut proximè assidenti communices. Ecclesiasticus ergo, vt ad illum redeamus, similiter monet: primò, vt ne in omnia, quæ apposita sunt, manibus nostris inuolemus, eaq; alijs quasi præripere conemur: deinde, ne, quæ ante aliũ posita sunt, sed quæ ante nos, accipiamus: vel, vt alij interpretantur, ne vnà cum alio simul & semel manum in catinum immittamus, id quòd ipsum quoq; valdè inciuile est, atq; agreste. Rationem addit: Quæ sunt proximi ex te ipso considera, ac rem omnem perpende, hoc est, ex te ipso fac coniecturam, quid inuitus, aut volens ferat proximus tuus, & modestum te præbe in omnibus: quod ab altero tibi fieri nolis, id alteri ne feceris. Nolis autem alterum ea, quæ tibi sunt apposita, tibi præripere, ac vnà tecum manum in catinum quoquò versus inferre: noli ergo id alteri facere.

Addit Ecclesiasticus, φάγε ὡς ἄνθρωπος τὰ παρακείμενά σοι (*Homerus* προκείμενα *subinde vocat*) *καὶ μὴ λαμάσσῃ, μὴ μισηθῇς, hoc est, Comede quasi homo ea quæ tibi sunt apposita:* λαμασᾶσθαι. *nec te ingurgites, siue sis vorax, ne in odium incurras.* λαμάσσασθαι, *siue* λαμασᾶσθαι *componitur à* λά, *quod intendit, & μασᾶσθαι quod mandere siue manducare significat: vnde* λαμασᾶσθαι, *est vehementer, & auidè comedere, seu potius vorare: hinc* μασητῆρες (*inde forsan Gallicum maschoires*) *musculi oris, qui dum cibus manditur, mouentur: &* μάσαξ *esca, os oris:* λάμασημα *id quod ore mansum est,* μάσαλα, μάσημα, βόφον λέγεται, *καὶ τὸ στόμα καὶ τὸ μάσημα ὁμωνύμως. ὡς καὶ χοίνικα λέγομεν καὶ τὸ μέτρον, καὶ τὸ μετρούμενον.* λαμασησις *manditio, manducatio. Hoc quoque versu voracitatem fugiendam docet duplici de causa. Primò, quòd cibos vorare, seq; ingurgitare est* θηριώδες, *id est, belluinum, alienumq; à natura hominis, qui ex omnibus animantibus, vt rationis, ita etiam pudoris, modestiæ, temperantiæq; particeps est. Hinc sæpè homines voraces bestijs comparantur. Clemens Alexand. huiusmodi homines* ὅτι γαστέρα ἕρποντας, θηρία ἀνδρόεικελα κατ' εἰκόνα τῆς πάσης αὐτῶν τῆς λίχνου θηρίου, *hoc est, super ventrem serpentes, belluas hominibus similes, imò patris sui ceu bellua voracis imaginem referentes vocat. Deinde, quòd edacitas hominum odium parit, vt suprà quoque dictum, & mox rursus sequetur. His ergo verbis, Comede vt homo (in quibus tacita quædam est hominis atq; bestiæ antithesis) comprehenduntur ferè omnia, quæ de temperantia, atque sobrietate deq; morum ciuilitate, in mensa adhibenda, præcipi solent, atque possunt. Vt ergò in alijs actionibus, ita quoque in cibo capiendo, præsertim cum alijs,* Voracitas ab humana natura, rationeq; aliena. *meminerimus nos esse homines, ac proinde mentis, rationis, ordinis, pudoris, modestiæ participes. Comedamus ergo vt homines, humanæ naturæ congruenter, hoc est, modestè, temperanter, sobriè, adhibito pudore, ordine, atque modo. Non imitemur lupos, canes, feles, aliasq; bestias voraces, quæ sine intermissione vorant, seq; inuicem deuorant, de cibis acerrimè certant, illoq; sibi inuicem præripere conantur. Ethnici quoque philosophi hoc potissimùm argumento homines à gula, ebrietatis, voluptatumq; amore, atq; studio deterrere sunt conati, ducto à naturæ illorum dignitate atque præstantia, hoc est, cùm ab interna illorum forma, id est, ratione, tùm externa corporis figura, qua vtraque à bestijs differũt. Sallustius: Omnes homines, qui sese student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora, quæ natura prona, atq; ventri obedientia finxit. Cui similia sunt illa Ouidij:*

Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est. *Et paulò post:*
Proq; quum spectent animalia cætera terram,

Os homini

Os homini sublime dedit, cœlumq; videre.
Iussit (hinc ἀνθρωπος dictus) & erectos ad sydera tollere vultus.

Cicero in Paradoxis: Voluptatem summum esse bonum, vox mihi pecudum videtur esse, non hominum. Tu cùm tibi siue Deus, siue mater (vt ita dicam) rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinius, sic te ipse abijcies, atque prosternes, vt nihil inter te, atq; inter quadrupedem aliquid putes interesse? Aristot. teste Cic. lib. 5. Tuscul. disput. cum Sardanapali opulentissimi Syriæ regis epithaphium legisset, quod incidi iusserat in busto,

Hæc habeo, quæ edi, quæq; exsaturata libidò
Hausit: at illa iacent multa, & præclara relicta:

Quid aliud, inquit, in bouis, non in regis sepulchro inscriberes? Musonius de victu, vt citatur à Stobæo: Cùm ἀμετρία, hoc est, excessus nulla non in re sit vitiosus, tùm in victu maximè suam naturam prodit, dum ὀψοφάγας, id est, liguritores, & helluones ex hominibus in sues, aut canes, quò ad ingluuiem, transformans, omnis honestatis in manibus, visu, esuq; oblitos. Tantam ipsis insaniam cupediarum amor gignit. Quid autem turpius, quàm ita se præstare circa victum, vt bruti potius animalis, quàm prudentis hominis imago sit? Hæc ethnici senserunt, qui in summa veræ religionis ignoratione versati sunt, natura duce, atq; magistra: quantò magis id nos Christianos sentire decet, qui non modò nati sumus singulari Dei beneficio, sed etiã renati siue regenerati semine illo incorruptibili verbi diuini, atq; cœlesti spiritu. Ergò non modò vt homines, sed etiam vt Christiani homines, à voracitate belluina abhorrere vehementer, atq; abstinere debemus. Non enim est regnũ Dei (ad quod nos vocati sumus) esca & potus, vt sapientissimè Paulus monet ad Rom. 14. cap. sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Idem 1. Cor. 6. τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασι, ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. Non, vt bestiæ, ad edendum, & bibendum: sed potius ad Deum, secundùm illius voluntatem, colendum: & ad proximo, hoc est, cuiuis homini, qui ope nostra, auxilioq; indiget, inseruiendum, commodandũ à Deo formati, & in hisce terris collocati sumus. Gulosus dicit Clemens Alexand. cibos appetere, quos mox fimus excipit: nobis autẽ τοῖς θεομιμήτοις τῶν βρῶτιν τῶν ἐπουράνιον, ἄρχειν ἀναγκαῖον τῆς ὑπὸ τὸν θεῖον γαστρός, hoc est, cœlestem cibum venantibus, necesse est ventri, qui sub cœlo est, imperare. Idem lib. 2. Pædagog. cap. 1. vbi pluribus præcipit πῶς δεῖ τὰς ζοφὰς ἀναστρέφειν, hoc est, quomodo in alimentis versari oporteat, vbi non solùm voracitatem & ingluuiem cetera ab omni non modò diuina, sed humana quoq; ratione alieniſsimam, verumetiam omnes inciuiles, indecoros, illiberales, agrestes, planeq; belluinos membrorum corporis motus gestusque in cibo sumendo, vitandos esse docet, quæ cum illis quæ Erasmus & alij de ciuilitate morum scripserunt, conferri poterunt: hic breuitatis ergò prætermittuntur.

Porrò addit Ecclesiasticus adhuc quædam, quæ & ipsa ad morum ciuilitatem, qua in cibo capiendo vtendum, pertinent. Modestiæ, siue disciplinæ causa desiste primus, nec te insatiabilem præbeas, ne quid offendas. Etsi sederis inter multos, manum primus ne extenderis. In quibusdam exemplaribus additur, nec prior poscas bibere. His quoq; verbis moderationem, atq; modestiam in cibo capiendo adhibendam docet. Nam cum insatiabilis illa, quasiq; lupina, siue canina edendi cupiditas fœdissima sit, odioq; hominum dignissima, cibi potusq; modus est conseruandus, & vbi expletum est naturale desyderium, desinendum, non quò inexplebilis rapit cupiditas progrediendum. S. Martinus Dumiensis Episcopus, in libello ad Mironem Galliciæ regem inter alia de continentia hæc scripsit: Ede citra cruditatem: bibe citra ebrietatem. Nec præsentibus delitijs inhærebis, nec desyderabis absentes. Victus tibi ex facili sit: nec ad voluptatem, sed ad cibum accede. Palatum tuum fames excitet, non sapores. Desyderia tua paruo redime, qui hoc tantum curare debes, vt desinant, atq; quasi ad exemplar compositus diuinum, à corpore ad spiritum, quantum potes, te festina reducere: Epictetus: μέτρον ἔστω σοι παντὸς οἴτου, καὶ πότου, ἡ πρώτη τῆς ὀρέξεως ἔμπλησις: ὅπου δὲ καὶ ἡδονὴ, αὐτὴ ἡ ὄρεξις. καὶ ἔτι πλείονα τῶν δεόντων προσοίσει, ἔτι ὀψοποιῶν δεήσει, πρὸς τὸ τῆς ἀπαθείας ἀρκεσθήσεται. Hoc est, Prima repletio appetitionis, modus sit omnis cibi, potusq;. Ipsa autem appetitio, obsonij, & voluptatis loco sit. Sic enim neq; plura, quàm opus est, ingeres, neque instructoribus obsoniorum egebis, & potum quemuis approbabis. Hæc facit illud, Homeritum, quod crebrò occurrit:

Αὔταρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔεργ' ἔντο, id est, ἐξεπλήρωσαν, παρὰ τὸ ἔω τὸ πλήρω, τὸ ἔφεσιν τοῦ φαγεῖν, καὶ πεῖν, Eustath. interprete, Odyss. α. vbi addit: ὅτι αἰσχιστον ἐλλιθίεως μέχρι κόρου ἐδίειν, καὶ, ὡς οἱ παλαιοὶ φασὶ, δ' ὑλοφαγίας. τὰ γὰρ σιμὰ σώματα ὁ ποιητὴς ἐδίειν φησὶν ἕως ἂν ἔτι θυμὸς ἐδ' ἀνίη δαιτὸς ἔησιν, καὶ ἕως πόσιος καὶ ἐδητύος ἔξ ἔεργ' ἔντο. Addit ibidem, potum esui præponi vel forsan fortuitò, vel ὅτι βιαιότερον ἡ δίψα τῆς πείνης, διὸ καὶ τὸ τοῦ ἀναγκαίου θεραπευτικὸν τοῦ πόσιν τῆς ἐδητύος προέδωκε. His similia sunt illa Ouidij:

Néue diu præsume dapes, sed desine citra,
Et capias paulò, quàm cupis esse minus.

Sallustius testatur, cibum Numidis aduersus famem atque sitim non libidini, neq; luxuriæ fuisse, de bello Iugurth.

Adhuc Ecclesiasticus voracitatem ostendit esse inciuilem, illiberalem, brutam atq; belluinam: ab humana natura, rationeq; alienam: Deo, hominibusq; odiosam: nunc eandem animo pariter, atq; corpori noxiam vehementer, atque damnosam esse docet, ac proinde summopere vitandam: Quàm paruo, siue paucis homo bene institutus atque moratus, est contentus: quò fit vt in cubili suo non anhelet. Vigiliæ laboriosæ, & cholera, atque contorsio hominis intemperantis comes est. Somno salubri fruuntur viscera temperantis, manè is surgit, & est apud se, siue compos animi. Commemorat hoc in loco commoda, atque incommoda corporis, atque animi, quæ ex temperantia, aut ex gula atq; crapula consequi solent. Homo modestius & sobrius est paruo contentus, naturaq; desyderia cibo & potu facili, ac parabili explet: itaque hac victus moderatione ac sobrietate tuetur valetudinem tùm mentis, tùm corporis. Πλησμονὴν Philo δεῖ βίᾳ θεωρητικῇ, verè dixit ἐχθρὸν, καὶ ὑπόβουλον εἶναι ψυχῆς, καὶ σώματος, hoc est, inimicam esse, atque insidiari corpori, & animo. Huic simile est illud Clement. Alexand. ἡ ἐμφορβούλωσα τὸν αὐτάρκειαν διαιτᾶται τὸν αὐθέφορον κακοῖ· ὡθᾶ μὲν τὸν ψυχὴν, ὑποσφαλὲς δὲ, εἰς νόσον ἐργαζομένη τὸ σῶμα. Sic Hieron. Epularum, inquit, largitas & corpus frangit, & animum. Tria hîc corporis incommoda commemorantur, quæ ex immoderato cibo potuq; consequuntur: nempe, ἀγρυπνία πονώδης, hoc est, vigilia molesta atque laboriosa, secundùm tritum illud:

Ex longa cœna stomacho fit maxima pœna
Vt sis manè leuis, sit tibi cœna breuis.

Contra temperantis hominis somnus est quietus, sine anhelante spiritu, atq; dulcis, quo qui fruitur, is manè surgit impiger, & alacer ad opus suum. Huc facit illud Horatij 2. Satyr. 2.

Alter (qui parcè, & tenuiter viuit) vbi dicto citius curata sopori,
Membra dedit: præscripta ad munia surgit.

Sic Ion, teste Plutarcho Sympos. lib. 7. in præfatione, ξαπίζας ἀφελεῖς, καὶ ἀφλεγμάντους laudabat, cuiusmodi essent Platonis, quas dicebat sequi ὕπνους τε καθαροὺς, καὶ βεαχυοεέρους φαντασίας τοῦ σώματος ἀδίας, καὶ γαλήνην ἐχούσας, hoc est, somnum syncerum, visa somnijs breuibus occasionem præbentia, corpore quieto, & tranquillo. Vt autem somno animales facultates reparantur, coctiones alimentorum, atque crudorum humorum perficiuntur: ita contra insomnium, atque vigiliæ, quarum causa est immoderata cibi, potusq; ingurgitatio, animales vires frangunt, atque debilitant, cruditateq; pariunt ceu causas omnis generis morborum.

Secundum incommodum est cholera, morbus acutus, & valdè periculosus, estq; euaporatio, siue effusio fellis in pectore: eius notæ sunt, Ventriculi, & intestinorum morsus, quem sequitur fluxus ventris, & vomitus excrementorum variorum, quandoq; cum syncope, sudore, pulsu inæquali, & paruo, cum conuulsionibus crurum, & brachiorum. Sitis quoque accedit, quando morbus tam diu perseuerat, donec stercus per os excernatur.

Tertium est στρόφος, id est, tortus, siue contorsio intestinorum, quæ varia est, atq; multiplex.

Voracitas morborum mater.

Omnino autem voracitas, atq; ingluuies, cùm ipsa per se sit morbus, quem caninam appetentiam, atq; bulimon, siue μαλακίαν, & πίκραν secundùm medicos appellare possis: tùm omnis generis morborum parens est, atq; procreatrix, quemadmodum & medici, & ipsa experientia quotidiana satis superq; docet. Vbi cibus præter naturam, vt Hippocrates inquit. 1. Aph. 17. hoc est, plus æquo ingestus est, morbum facit. Nunquam enim ad satietatem, sæpè infra illam cibum sumpsisse profuit. Sic enim melior fit concoctio, & excrementorum minus gignitur. Hinc idem auctor lib. 6. Epidem.

Epidem.part.5. Aph.20. verissimè, sapientissimeq; dixit, ἄσκησις ὑγιείης: ἐκοείη ξοφῆς, ἀσκὴν πονω: :hoc est, Sanitatis studium est, non satiari cibis, & ad labores impigrum esse. Idem non minus eleganter, quàm verè εὐδειαν dixit εἶναι μητέρα τῆς ὑγείης, hoc est, indigentiam, seu temperantiam in victu matrem esse sanitatis: vndè ex contrario colligere licet, gulam matrem esse aduersæ valetudinis, atq; morborum. Continentia in victu, & tenuis apparatus vires à calore natiuo, & penitus insito imminutas & labefactatas reficit, resarcit, & recreat: nimia verò copia, & luxuria opprimit, obruit, atq; extinguit: quòd quidem his verbis confirmat Theognis:

Πολλοί τοι πλείονας λιμὸς κόρος ὤλεσεν ἤδη
Ανδρας, ὅσοι μοίρας πλεῖον ἔχειν ἔθελον.

Idem etiam à medicis crebrò vsurpari solet. Vbi ad cibum ventum est, inquit Celsus lib.1. de medic.cap.2. nunquam vtilis est nimia satietas, sæpè etiam inutilis nimia abstinentia. Tantum igitur, vt Cicero quoque monet, cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur, non opprimantur vires. Sumatur ergò cibus citra cruditatem, & potus citra ebrietatem. Hinc doctissimus ille Dissarius medicus, & philosophus idem præstantissimus apud Macrobium lib.7. Satur.cap.4. sapientissimè admonebat, & Socrates suadere solitus erat, illos cibos, potusue vitandos, qui vltra sitim, famemue sedandam, appetentiam producerent. Nocet namq; dolore empta voluptas: quam verissimè Plato omnium malorum escam dixit. Cruditates, vt eodem in loco Dissarius inquit, eueniunt aut qualitate succi, in quem cibus vertitur, si non sit aptus humori, qui corpus obtinuit: aut ipsius cibi multitudine, non sufficiente natura ad omnia, quæ congesta sunt, concoquenda. Eodem in capite pluribus docetur, cibum simplicem præferendum esse multiplici, vt qui sit digestu facilior. Hinc etiam legimus in Decret. Canon. distinct. vlt. de consecratione, quosdam morbo articulari & podagra laborantes, ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos, conualuisse. Constat eos qui escis vtuntur vilissimis esse robustiores, saniores, & generosiores, vt famuli dominis, coloni possessoribus: nec solùm fortiores, sed etiam prudentiores, vt philosophi diuitibus. Cicero, Sustentatur valetudo, inquit, notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ aut prodesse, aut obesse soleant: & continentia in victu omni, atq; cultu corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus: postremò arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Meritò itaq; Diogenes Cynicus eos irridere solitus est, qui pro bona valetudine Dijs rem diuinam facerent, & deinde cibo, potuq; contra sanitatem se ingurgitarent: afferens insanum esse ea à Dijs precari, quæ in nostra sunt potestate. Idem Persius Satyr.2. eleganter his versibus expressit:

Poscis opem neruis, corpusq; fidele senectæ,
Esto age, sed grandes patinæ, tucetaq; (genus est farciminis ex carnibus suillis minutim concisis: cibos regios Fulgentius interpretatur) crassa
Annuere his superos vetuere, Iouemq; morantur, Hoc est, impediunt ne te reddant robustum. His verbis similiter irridet eos, qui corporis vires sibi dari petunt, cùm ad eas assequendas immoderatus epularum luxus omnino obstet. Meritò ergo nos quoque Christiani irridendi sumus, & leuitatis, inconstantiæq; accusandi, qui cum bonam valetudinem, quæ non in nostra, sed in Dei est potestate, precemur, interea illam nostra ingluuie perdimus, atq; corrumpimus.

Nec verò minus animo atque menti, quàm corpori nimia hæc immoderataq; cibi ingurgitatio nocet. Temperantiam cibi, atq; potus rectè Græci σωφροσύνην appellarunt, quasi σώζουσαν τὴν φρόνησιν, hoc est, prudentiæ custodem, atq; conseruatricem: vndè etiam Democritus monebat, ἀνὴρ ψυχὴν εἶναι σοφωτάτην, hoc est, animam siccam, id est, sobriam, atque temperantem esse sapientissimam. Idem dicebat, satius esse mori, ἢ ἀχρασίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι, hoc est, quàm per intemperantiam animum obnubilare. Vide quæ in hanc sententiam scribat Iunius in suis Adagijs lectu dignissima. Huc quoque pertinet scitum illud Epicteti dictum: Ἐν ταῖς ἑστιάσεσι μέμνησο, ὅτι δύο ἐστὸν ἔχη, σῶμα καὶ ψυχὴν, καὶ ὅ, τι ἀνήκει σώματι δῶς, τοῦτο ἀθὺς ἀπέχεται, ὅτι δ' ἀνὴκει τῇ ψυχῇ, ἀεὶ παντὸς τηρεῖς: Hoc est, inter epulandum consydera duos tibi excipiendos conuiuas, corpus & animam. Tùm quod omne in corpus collatum repentè effluxurum sit: quod autem in animam, perpetuò seruandum. Contrà, vt verè Clemens Alexand. inquit, ἀνθρώποις τὰ μὲν πολλὰ βλάβην, καὶ λύπην ἐχαρίσατο ἡ ἡδονὴ: δυσπάθειαν δὲ, καὶ λήθην, καὶ ἀφροσύνην ἡ πολυτροφία ἐπήκτει τῇ ψυχῇ: Hoc est, Hominibus autem sæpenumero quidem damnum, & mole-

Gula menti inimica.

ſtiam procreauit voluptas: graues autem affectiones, & obliuionem, & inſipientiam in animo parit nimia alimenti copia. Hinc Eccleſiaſticus noſter illum qui moderato vtitur manè ſurgere & animi compotem eſſe dicit: vndè contra licet colligere, illum qui ſe cibo nimio obruit, in multum diem ſtertere, & animi, & mentis eſſe impotem. Muſonius in lib. de Alimentis dixit: ἀρχὴ καὶ καταβολὴ τῆ σωφρονεῖν εἶναι τὴν ἐγκράτειαν: hoc eſt, initium, & fundamentum ſapientiæ eſſe continentiam circa cibum, atque potum. Cic. lib. 5. Tuſcul. diſput. multa de victus frugalitate diſſerens, adde, inquit, ſiccitatem, quæ conſequitur hanc continentiam in victu: adde integritatem valetudinis. Confer ſudantes, ructantes, refertos epulis tanquàm opimos boues: tùm intelliges qui voluptatem maximè ſequantur, eos minimè conſequi, iucunditatemq; victus eſſe in deſyderio, non in ſatietate. Timotheum, clarum hominem Athenis, & principem ciuitatis, ferunt, cum cœnauiſſet apud Platonem, eoq; conuiuio admodùm delectatus eſſet, vidiſſeq; eum poſtridie, dixiſſe, veſtræ quidem cœnæ non ſolùm in præſentia, ſed etiam poſtero die iucundæ ſunt. Quid, quòd ne mente quidem rectè vti poſſumus multo cibo, & potione completi? Eſt præclara epiſtola Platonis ad Dionis propinquos, in qua ſcriptum eſt his verbis: Quò cum veniſſem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracuſanarumq; menſarum nullo modò mihi placuit, bis in die ſaturum fieri, nec vnquam pernoctare ſolum, cæteraq; quæ comitantur huic vitæ, in qua ſapiens efficitur nemo vnquàm, moderatus verò multò minus. Quæ enim natura tàm mirabiliter temperari poteſt? quomodo igitur iucunda vita eſſe poteſt, à qua abſit prudentia? abſit moderatio? Huc quoq; pertinet quod ſcripſit Theopompus lib. 5. Philipp. Multa edere, & carnibus veſci, rationis, & conſilij vſum adimit, animoſq; efficit tardiores, & eos immani quadam duritia, ac ſtultitia complet. Horatius lib. 2. Satyr. 2.

—— quin corpus onuſtum
Externis vitijs, animum quoq; prægrauat vnà,
Atque affigit (affligit Lambinus legendum putat) humo diuinæ particulam auræ.

Huic illud affine Sapientis: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animum, ac ſenſum deprimit multa cogitantem. Plinius ait, magis auidi ſunt ciborum, quibus ab aluo longius ſpatium, iidem minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. Hinc Perſius Satyr. 1.

Qui potes? vis dicam? nugaris, cum tibi calue
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Id eſt, cum ventri tantùm inſeruias. γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν οὐ τίκτει νόον. Prouerbium Hebræum, quod habetur in Talmud Beracoth. Venter plenus res malas (profert.) Gregorius 31. has quatuor gulæ filias tribuit, ineptam lætitiam, ſcurrilitatem, multiloquium, & hebetudinem mentis circa intelligentiam. Etſi ergò omnibus hominibus, tùm verò atq; in primis ijs, qui magna munera ſuſtinent, vel politica, vel eccleſiaſtica, quiq; res magnas atq; præclaras moliuntur, à gula, atq; inglunie, ceu certiſſima animi, corporiſq; peſte, rerumq; gerendarum impedimento maximo, ſibi cauere debent. Ciborum enim redundantia, vti iam dictum eſt, cruditatem efficit, vires debilitat, aciem mentis obtundit, languorem animis affert, deſidiam, ignauiam, ſtuporem, tarditatem ingenerat, atque poſtremò vitam breui temporis ſpatio conſumit. Illos autem, quos Deus vel reipub. vel eccleſiæ, vel vtriuſque cuſtodes conſtituit, oportet eſſe ſanos, atque valentes, ad mala præcauenda ſagaces, & ad pericula magna propulſanda magnanimos. Huc facit illud Eccleſiaſtici cap. 10. Væ tibi terra, quando rex tuus puer eſt (non tam ætate, quàm iudicio, atque mente) & principes tui manè comedunt. Beata ea terra, quum rex tuus filius eſt nobilium, & principes tui in tempore, hoc eſt, commodo & opportuno, cibum capiunt propter fortitudinem, & non propter potationem. Nam vt Muſonius apud Stobæum inquit, σκοπὸς τῆς ζοφῆς δεῖ ποεῖσθαι ὑγείαντε καὶ ἰσχύν, ὡς τύπον μόνον ἕνεκα βορτέον, ἄ δ' εἶται πολυτελείας ἀδεμιᾶς. Qui igitur minus conuenit quàm illos ei vitio inſeruire, quod morbos innumerabiles corpori, & tarditatem animo infert, adde etiam ignominiam inſignem, atque dedecus. Nihil enim profectò fœdius, & flagitioſius Reipub. procere, vel Eccleſiæ paſtore ructante, oſcitante, nauſeante, ſomno deſidiaq; languente. Cenſuit Plato non potuiſſe virtutem tradi Siculis, & Italis eo tempore, quo ille eas oras peragrauit, propterea quòd ſe bis in die extructis epulis ſatiarent, & rectè quidem cenſuit. Corpus enim cibis expletum, ſaginaq; grauatum,

Principibus ac magiſtratibus in primis gula eſt fraudi.

natum, vt paulò antea ex Horatio dictum est, non solum virtutis, rationisq; imperium minimè sequi potest, verùm etiam mentis altitudinem deprimit, indolemq; totius honestatis extinguit. Quomodo ergò quæso honestatis atque virtutis capaces, & ad res magnas, laudeq; dignas efficiendum apti & idonei esse possunt multi Christiani rerumpub. ecclesiarumq; præpositi, qui non bis, sed ter, quaterue in die saturi fiunt, imò qui dies noctesq; se tanquam anseres, aut boues cibis saginant, atq; infertiunt. Accedit etiam illa deformitas, quæ in corpus ex nimio adipe redundat: abdomen enim prodigiosè distenditur, labra tument, malæ fluunt, oculi obruuntur, aspectus hebescit, eoq; tandem species humana redigitur, vt non hominem, sed hominis monstrum te intueri putes. Adde ponderis grauitatem, quæ vix loco moueri potest. Is enim, qui ex nimia luxuria saginam contrahit, mole sua grauissimè laborat, neq; mancus solùm, & claudus: sed membris omnibus captus est. Quid dicam de misera seruitute? Ingluuies namq; adeò morosa, atq; difficilis domina est, vt eo tempore, quo vel vniuersi populi salus agitur, quamuis occasio rei benè gerendæ instet atque vrgeat, hominem tamen à studio communis salutis auertat, vt ventrem expleat, & turpissimæ cupiditati satisfaciat. Quomodo ergò alijs imperare, & munus aliquod honestum exequi poterit is, qui gulæ, ceu importunæ turpiq; dominæ, est mancipatus? In media namq; muneris functione insaturabilis abdominis imperio coactus, officium repentè deseret, totumq; se ad studium impurissimæ illius cupiditatis applicabit. Præterea vt olim Esau ille gula impulsus primogenituræ ius atque dignitatem, libertatemq; simul suam vendidit: sic hodie multi homines guloſi omnem dignitatem, libertatemq; suam alijs prostituunt: cuiusmodi sunt gnathones, atque parasiti aulici, qui ventris studio, ac cibi cupiditate perpetuæ seruituti sunt addicti: omniaq; ad aliorum voluptatem seu potius libidinem, nihil ad veritatem loquuntur, & faciunt. Diogenes Cynicus (alij tamen volunt Aristippum fuisse: nam de illo inter scriptores Græcos non satis conuenit) cum aliquando betas cœnæ gratia ablueret, Plato illum intuitus, summissa voce dixit: Si Dionysio obsecutus fuisses, olera non cœnares: cui ille, Atqui si tu olera cœnare didicisses, Dionysio tyranno non seruires: quo responso illi turpem seruitutem exprobrauit, cui se cibi lautioris gratia addixerat. Adhuc explicata sunt magna atque grauia animi, corporis, atque fortunæ mala & incommoda, quæ ex gula proueniunt, ex quibus constat illos, qui ei seruiunt, fine suo, quem sibi habent propositum, valdè frustrari. Illi enim voluptatem, iucunditatem, atque delectationem quærunt: at contra iusto Dei iudicio maximis, grauissimisq; animi, corporisq; doloribus atque laboribus implicantur.

Gula seruitutis causa.

His adde quòd Gula homines ad paupertatem, mendicitatemq; redigit. Multi namq; opes opimas, patrimonia lautissima breui temporis spatio abliguriunt, atque absumunt, tandemq; ad probrosam, ignominiosamq; inopiam atque paupertatem rediguntur. Hinc sæpè fit, vt quando abdomen quidem illud insaturabile, quo magnam opum vim absumpserunt, manet adhuc, atque durat: opes autem & facultates deficiunt, ad malas artes, ad omnis generis scelera atque flagitia impellantur. Ecclesiasticus 19. Caue asotiam, & ne assuefacias te ad helluationes, ne incidas in mendicitatis periculum, cùm destituat te crumena, & cogeris à fœneratoribus accipere. Sic Aristot. in Ethicis: ἄσωτοι καταπεπτωκόσιν γίγνονται πένητες, hoc est, Prodigi helluones exhausti fœnore fiunt pauperes. Nulla est vorago, nullum barathrum, quod magis absorbeat, magisq; præcipitet rem, quàm Gula, quæ quò magis impletur, magis esurit: quò melius prandet, melius cœnare studet. Quàm autem insatiabilis sit voracitas, eleganter sanè Ouidius his versibus expressit, Erisichthonis insanam ingluuiem describens:

Gula paupertatis parens.

Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aër
Poscit & appositis queritur ieiunia mensis.
Inq; epulis epulas quærit, quodq; vrbibus esse
Quodq; satis poterat populo, non sufficit vni,
Plusq; cupit, quò plura suum demittit in aluum,
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra,
Nec satiatur aquis, peregrinosq; ebibit amnes,
Vtq; rapax ignis non vlla alimenta recusat
Innumerasq; faces cremat, & quò copia maior
Est data, plura petit, turbaq; voracior ipsa est

Sic epulas omnes Erisichthonis ora prophani
Accipiunt, poscuntq; simul, cibus omnis in illo
Causa cibi est, semperq; locus fit inanis edendo.

Iuuenalis Satyra vndecima.

Et quibus in solo viuendi causa palato est.
Egregius (magis egregiè) cœnat, meliusq; miserrimus horum,
Et citò casurus (in paupertatem lapsurus) iam per lucenta ruina,

Hoc est, regestate apparente. Plura vide in illa Satyra in eandem sententiam.

Talibus à dominis (luxuriosis) post cuncta nouissimus exit
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo, &c.

Facetè Diogenes cum luxuriosi cuiusdam nepotis venalem domum proscriptam legeret: Sciebam, inquit, quòd vino, ciboq; oppleta quàm primum dominum euomeret. Idem cum nimio luxu ad inopiam redactus adolescens oleas in cœna esitaret, fortè præteriens, si sic prandes, inquit, esses, non ita cœnares. Non insulsè etiam Bion Borysthenites philosophus peracutus, & grauis ad quendam, qui possessiones suas vorauerat, inquit: Terra Amphiaraum absorbuit, tu autem terram. Non opus est hîc veterum quorundam luxconum exempla commemorarre, qui patrimonia sua per luxuriam subitò prodegerunt: cuiusmodi fuit Fabius ille, qui à deuorato patrimonio Gurges fuit cognominatus: C. Sergius cui oratæ nomen fuit, quòd id genus piscium magna auiditate vorauit: Abidius ciuis Rom. quem Cato proteruiam fecisse per iocum dixit: Æsopi tragœdi filius, qui quò maiorem pecuniæ vim citius in ventrem mergeret, liquefactos vniones prandio apposuit, & psittacos, & auiculas cantu commendabiles, & in delitijs habitas, magno quoque emptas, profice dulis condire non dubitauit. Quotidiana, pro dolor, experientia magnam eiusmodi exemplorum copiam suppeditat, vt auctiones, proscriptionesque quotidianæ testantur. Est igitur gula vitium omnium ferè vitiorum antiquissimum, omniumq; malorum principium, atque seminarium. Primi namq; illi nostri parentes cum partim superbia, partim gula incitati, & impulsi, auctore & suasore diabolo, contra Dei legem arboris illius, quæ boni & mali scientiam continebat, fructum attigissent, ac degustassent, se simul, atque nos illorum posteros, non in temporalem modò, sed æternam miseriam præcipitarunt. Hæc fuit origo humanæ miseriæ, hoc malorum omnium seminarium, hinc mortis initium natum est, quæ crudeli dominatu omnes postea homines oppressit. Ergo vel hac sola de causa meritò gulam cane peius & angue odisse, fugere, execrari: contra sobrietati, atque temperantiæ studere debemus. De gula vide Agrippam libro de vanitate scientiarum cap. de arte coquinaria, Thomam Aquinat. in lib. quæst. disputat. quæst. decimaquarta, in qua trifariam peccatur, nempe in cibi substantia, cùm exquisitus nimirum est, & delicatus: in quantitate, si nimius est, & non secundum leges sumptuarias: qualitate, si nimium delitioſè sit conditus, qui non τρεφῆ, sed τρυφῆ, non cibus, sed cupediæ dicuntur. Gregor. 30. Moral. docet nos 5. modis gulæ vitium tentare. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit: aliquando lautiores cibos quærit: aliquando quæ sumenda sunt, præparari accuratius appetit. Aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit. Aliquando ipso æstu immensi desyderij quis peccat: quæ continentur in hoc versu.

Præproperè, lautè, nimis, ardenter, studioſe.

Nunc reliqua Ecclesiastici, quæ ad cibi sumptionem pertinent, persequamur: Subiungit repletionis immoderatæ quædam remedia (medicum agens:) ex quibus ipsis colligere licet, quantum damni afferat immodica cibi ingurgitatio: Καὶ εἰ βιάσθης ἐν ἐδέσμασι, ἀνάστα μεσονυκτῶν, καὶ ἀναπαύσου, hoc est, Si fueris ad cibos coactus, exurge, obambula, vome, & conquiescas; (additur à nonnullis, nec morbum corpori tuo contrahas.) Præceptum hoc est ἰατρικὸν, de ingurgitatione violenta aut eijcienda, aut concoquenda. Nam deambulatio moderata, ac quies ad crudum cibum concoquendum valent: vomitus verò ad subleuandum, exonerandumque stomachum. Hinc Valler. li. 12. locorum com. Quòd si aut deprauato more, aut ciborũ illecta mentis quis se plusculum inuitarit, fatagat inedia longa, somno, quiete, vomitu, aut lenta in posterum diem deambulatione, tantam ciborũ molẽ deponere, & cruditati hac via mederi: Vnde est illud Celsi lib. 1. ca. 2. Qui bene cõcoxit, manè cibò surget: qui minus, quiescere debet, ac neq; se labori, aut exercitationi credere.

Quòd

Digitized by Google

Quòd dicit, si coactus fueris ad nimium edendum, hîc & conuiuator, & conuiua sui officij admoneri poterunt. Conuiua quidem, ne vel sua sponte, cupiditate illum impellente, corpus, stomachúmue suum immoderata ciborum copia repleas, nèue se à quoquã ad plus edendum, bibendúmue impelli patiatur, quàm pietatis sanitatisq; ratio patiatur. Conuiuator autem leniter quidem atq; humaniter conuiuas suos admanducandum inuitabit atq; alliciet, inuitũ autem ad plus, quàm ipse velit, edendum bibendúmue coget neminem. Est enim hoc non à decoro solum ciuili, sed pietate quoq; charitateq; alienissimum. Et tamen sunt quidam importuni, molestiq; homines, qui assiduis vocibus, quasi facibus, conuiuas ad immoderatam cibi potusq; sumptionem impellant, qui dum ciuiles atq; humani videri volunt, agrestes profectò vehementer sunt atq; inhumani, qui conuiuis suis maxima mala atq; detrimenta conciliant.

Repletionis immoderatæ remedia. 1. Maturè è mẽsa surgendum

Porrò immoderatæ repletionis quatuor remedia subiungit Syracides. Primò monet esse surgendum, quo monet non debere aliquem mensæ ita esse affixum, vt inde ceu à præsepi auelli amplius nequeat. Surgere cõmodo & opportuno tempore antequàm cibo nimio atq; potu ita onereris, vt vix tibi surgendi amplius sit facultas. Videre enim licet quosdam apud mensam ita se cibo nimio potioneq; saginare atq; implere, vt mouere se loco vbi sedent, atq; surgere amplius non possint: vel vbi surrexerint, statim recidant, huc illuc ruant atq; impingant, ita vt sint irrisui omnibus. Nonnulli etiam, quoniam neq; pedes, neq; manus amplius officium suum facere possunt, ceu truncí quidam atq; stipites, siue sacci pleni à mensa auferuntur, atq; asportãtur. De his sic eleganter Cic. lib. 2. de Finib. Asoti, inquit, qui in mensam vomunt, & qui de conuiuijs auferuntur, crudiq; postridie se rursus ingurgitant, qui Solem, vt aiunt, nec Occidentem vnquam vident, nec Orientem, qui consumptis patrimonijs egent.

2. Post cœnam deambulandũ.

Secundò monet esse deambulandum. De deambulatione à cœna seu cibo sumpto, multa benè atq; salubriter Medici præcipiunt, de quibus suo loco vberius dicetur. Plutarchus in libro de Sanitate tuenda Aristotelis auctoritate probat, deambulatione à cœna calorem naturalem excuscitari, somno autem suffocari atq; opprimi, tametsi alij quiete adiuuari concoctionem, motu perturbari, & idcirco quiesci potius, quàm deambulationi à cœna seruiendum esse existimant. Quid dicam de ijs, qui præ nimia cibi potusq; redundantia neq; loco consistere, neq; incedere amplius atq; deambulare possunt, hi certè Ecclesiastici consilio minimè parere possunt.

3. De vomitu.

Tertiò vomitus, siue vomitionis mentionem facit, quæ quidem ingluuiei atq; crapulæ comes esse solet, atq; pedissequa, secundum illud Isa. 28. v. 8. Quia omnes mensæ impletæ sunt vomitu, & sordibus: vbi tamen per vomitus metaphoricôs falsæ doctrinæ atq; blasphemiæ, quas impij temerè, sine iudicio atq; ratione impuro suo ore euomunt. Hi sunt asoti illi (quasi ἄσωτοι, Clem. Alexand. interprete, hoc est, salutis expertes) qui, vt paulò antea ex Cic. dictum, in mensam vomunt, & fruitis esculentis vinum redolentibus omnia replent. Plutarchus in lib. de Sanitate tuenda præclarè sanè, vereq; ἰμέτους, καὶ κοιλίας καθάρσεις ὑπὸ φαρμάκων μετὰ ὠδαμύδια πλησμονῆς appellat, hoc est, vomitus atq; purgationes ventris per medicamenta, turpia redundantiæ esse remedia. Vtrunq; igitur nisi magna vrgente necessitate non vult vsurpari, ac proinde communem multorum consuetudinem meritò reprehendit, qui & vacuationis causa corpus replent, & rursum repletionis gratia idem exinaniunt contra naturam, non minus repletionis, quàm vacuationis impatientes. Nam & πλήρωσιν ὡς κώλυσιν ἀπολαύσεως, hoc est, impletionẽ ceu impedimentũ fruendi voluptatibus molestè ferũt, & τὸ ὃ δὲ ἂν ὡς χώραν ἀεὶ ταῖς ἡδοναῖς παρασκευάζωσι, hoc est, vacuando semper receptaculum nouis voluptatibus parant: cum manifestũ sit vtrumq; esse damnosum, vtrog; enim corpus perturbatur & conuellitur. Vomitus autem hoc peculiare dicit esse malum, τὸ τὴν ἀπληστίαν αὔξειν καὶ τρέφειν, hoc est, quòd insatiabilem edendi cupiditatem alit atq; auget. Id in sequentibus probat, simulq; docet quid damni afferant crebri alui expurgationes. Ac paulò post: ἄμεινον μὲν οὖν τὸ μετρίᾳ διαίτῃ καὶ σώφρονι τὸ σῶμα ποιεῖν ἢ τὰ κενώσεις, καὶ πληρώσεις αὐτοτελεῖς ἀεὶ, καὶ σύμμετρον, hoc est, Optimum ergo fuerit moderatæ & temperatæ victus ratione corpus ita comparare, vt vltrò sit ad euacuationes, repletionesq; bene compositum. Optimè ergo, sapientissimeq; monet Plutarchus temperantiæ, sobrietatiq; esse studendum, ita vt vomitionibus, aluiq; purgationibus (quæ valetudini plurimum officiunt) non sit opus. Sed tamen si necessitate flagitante illis sit opus, citra mendicamenti vsum, & nimiam operam, nulla corporis cum conturba-

rione illas vult tentari, de quo præcepta subiungit. Postremò addit, quosdam medicamenta illa vomitionum atque purgationum corpus corrumpentia ac conturbantia ita arripere, quomodo libidinosæ mulieres σκβολίοις, καὶ φθορίοις, pharmaca abortum aut fœtus interitum efficientia arripiunt, vt impleri rursus, ac voluptates percipere possint. Celsus lib. 1. cap. 3. pluribus agit de vomitu, & deiectione. Vomitum ait ab Asclepiade esse reiectum in volumine quodam, quod de tuenda sanitate composuit. Hoc, inquit, non reprehendo, si offensus eorum est consuetudine, qui quotidie eijciendo vorandi facultatem moliuntur. Purgationes quoque dicit ab eodem fuisse expulsas, quas quidem pernitiosas esse fatetur, si nimis valentibus medicamentis fiant. Sed hæc tamen submouenda esse non est perpetuum, quia corporum temporumq; ratio potest ea facere necessaria, dum & modo, & non nisi cum opus est adhibeantur. Ergo ille quoque ipse (Asclepiades) si quid iam corruptum esset, expelli debere confessus est. Ita non ex toto res condemnanda est. Vomitus vtilior est hyeme, quàm æstate. Nam tùm & pituitæ plus, & capitis grauitas maior subest. Inutilis est gracilibus, & imbecillum stomachum habentibus. Vtilis est plenis, & biliosis omnibus, si vel nimium se replerunt, vel parum concoxerunt. Nam siue plus est, quàm quod concoqui possit, periclitari, ne corpus corrumpatur, non oportet. Si verò corruptum est, nihil commodius est, quàm id, qua via primùm expelli potest, eijcere. Itaq; vbi amari ructus cum dolore, & grauitate præcordiorum sunt, ad hunc protinus confugiendum est. Sed in primis obseruatu dignum, quòd ait: Itaq; istud (vomere) luxuriæ causa fieri non oportere confiteor: interdum tamen valetudinis causa rectè fieri experimentis credo. Commoneo tamen, ne quis qui valere & senescere volet, hoc quotidianum habeat.

4. De exercitationis vsu.

Quartò Ecclesiasticus de corporis exercitatione monet, quæ ad πλησμονὴν, cuius paulò antea facta est mentio, emendandam, & in vniuersum ad digerendos & expellendos humores superfluos atque noxios, & bonam valetudinem tuendam mirificè conducit. Verba eius hæc sunt: Ev πᾶσι τοῖς ἔργοις σῦ γίνου ἐντρεχὴς, καὶ πᾶν ἀῤῥόσημα ὲ μὴ σοι ἀπαντήσει, hoc est, In omni negotio promptum, alacrem, diligentem, solertem te præbe, nec vllus morbus te inuadet. Hinc Plutarchus libro de Sanitate: ὰ γὰρ ἀργίας ὤνιον ἡ ὑγίεια, καὶ ἀπραξίας, ἅγε δὴ μάλιστα γιγνόμεν καὶ ταῖς νόσοις παρέπεται, καὶ ὲδὲν διαφέρει τῦ τὰ ὄμματα τῆ μὴ διαβλέπειν, καὶ τὴν φωνὴν τῦ μὴ φθέγγεσθαι φυλάττοντας, ὁ τὴν ὑγείαν τῆ ἀχρηςίᾳ καὶ ἡσυχίᾳ χρῆζειν οἰόμενον, hoc est, Non enim otio, & inertia venalis est sanitas, quæ duo maxima sunt malorum morbos comitantium: & si quis bonam valetudinem quiete, & actionum abstinentia putat se paraturum, perinde facit, ac si quis nihil dispiciendo oculos, aut vocem non loquendo conseruare instituit. Ac paulò post: ἥκιστα δὴ τὴν ἀργίαν ὑγιεινὴν ὑπολητέον, ἡ τὸ τῆς ὑγείας τέλος ἀπόλλυσι, καὶ ὲδὲ ἀληθὲς ὄζι τὸ μᾶλλον ὑγιαίνειν τὰς ἡσυχίας ἄγοντας, hoc est, Minimè igitur putandum est, desidiam salubrem esse, quoniam sanitatis finem illa perimit, neque verum est quieti & otio deditos magis valere: id exemplis quibusdam appositis probat. Sic Cyrus apud Xenophontem ait, se ἐπονεῖν τὰ εἰσίοντα, ἵνα τὸ τὴν ὑγίειαν μᾶλλον ἀγαμφίειν, καὶ ἰσχὺν παρασκευάζειν, hoc est, Se elaborare cibum sumptum, ita enim & sanitatem conseruari, & robur corporis augeri. Huc facit nota illa Hippocratis sententia: πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, πάντα μέτρια, hoc est, Exercitia, cibus, potus, somnus, omnia mediocria. Idem inter præcepta saluberrima ponit ἀοχνίην πόνε, hoc est, impigrum esse ad laborem. Plura suprà de exercitationis vtilitate dicta sunt.

Subiungit Ecclesiasticus præceptum, de beneficentia, qua nostro pane, ac cibo alios sustentandos, reficiendosq; esse docet. Est enim huiusmodi benignitas maximè peculiaris, & laudabilis, vt cõtrà illiberalitas in cibo, potuq; prabendo maximè est odiosa. Possunt hæc etiam ad conuiuatorem referri. Nam quemadmodum conuiua, vt paulò antea Syracides monuit, se in cibo potuq; præsertim alieno sumendo, modestum, temperantemq; gerere debet, ita conuiuatoris est non restricte, atq; sordidè, sed liberaliter, atque copiosè cibum potumq; conuiuis suis communicare. Atque ita quæ & conuiuatoris, & conuiuæ sint, quoad manducationem, seu cibi sumptionem, partes, Syracides optimè, sapientissimeq; docuit.

Digitized by Google

DE ABSTINENTIA VEL AB OMNI, VEL A CERTIS CIBORVM GENERIbus, multiplicique eius forma, atque modo.

CAPVT V.

NVNC quoniam de nimia inordinata immoderataque ciborum appetentia, hoc est, de gula, ingluuie atque voracitate dictum est: consequens videtur esse, vt de Abstinentia quoque à cibis partim laudabili atque honesta: partim vitiosa atque vituperabili dicam.

Abstinentia à cibo in genere à Græcis appellatur Νηστεία, *à νὴ particula priuante & σθόμαι, quod est validum & firmum esse, quòd ea corporis vires eneruentur. Siue, vt alij volũt, à νὴ particula extensiua, quòd abstinentia à cibo res quædam sit firma atque robusta: quoniã is qui ea vtitur, dolorem perpeti, quàm ab hoc suo proposito discedere, mauult. Sunt qui νηστείαν & νηστδεῖν à νὴ priuato, & ἐδίειν siue σιτεῖσθαι volunt dictum esse. Vnde* νῆστις, *teste Suida & Eustathio, cum ἄσιτος siue ἄγαστος σίτου quasi νήσιτις Il. 2. 1242. 43. appellatur: tùm intestinum, quod est inter stomachum atque ventrem.* Κεστρῖνος νήστις *ab Athenienſibus vocabatur* ὁ τὰ πολλὰ ἀδηφάγος πειπαθῶν. *Eustathius Od. 374. 42. Dicitur etiam à Græcis,* ἀσιτία, ἀβεψσία, ἀπασία, ἀγαστία: ἄκμηνος ἢ παρὰ τὴν ἀκμὴν, ὅ ἐστὶ ἀσιτίαν *Æolicè,* ἢ ὡς μὴ πεπτικῶν ἐν τῷ στόματι ἐσθίοντι, *id est, qui nihil laborat in prandij apparatu. Et à cibo abstinens siue ieiunus inediaue laborans,* ἄσιτος, ἀπόσιτος, νήστις, ἄπαστος, ἄγαστος, *&c.* Ἄπαστος ἰδηνεύς *sæpè apud Homerum* ἄγαστος. *Il. a. Eustath. 104. 45.*

Hebraicè appellatur, צום *Zom, quod vt literarum transpositione: ita modo tantùm significandi variat à verbo* מוץ *Moz, quòd ieiunium emulgeat & exhauriat vires & pinguedinem corporis. Appellatur etiam ieiunium in sacris literis sæpè afflictio. Vnde Aben Ezra inquit: Vbicunque in sacris literis afflictio animæ inuenitur, ibi intelligitur ieiunium. Affinis huic alia vox* צמא *Zama, quæ significat sitire. Nam qui multum ieiunant, sitire consueuerunt: quia corporis humores inedia & ieiunio exiccantur. Hinc Plutarchi extat Probl. Sympos. lib. 6. Quam ob causam ieiunantes sitiant, quàm esuriant grauius: & Probl. 5. eiusdem libri: Cur famelici si bibant, fame liberentur: sitibundis verò si comedant, increscat sitis.*

Ieiunium, teste Isidoro, est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum: sic dictum ex quadam parte viscerum tenui semper & vacua: quod vulgò ieiunum vocatur. Vnde ieiunij nomen creditur deriuatum, quod sui inedia viscera vacua & exinanita existunt. Fasten *German. à fastidien dictum. Hæc de nominibus: nunc de reipsa.* Nomina.

Abstinentia à cibo omnino videtur esse quadruplex, nempe naturalis, voluntaria, miraculosa, violenta siue coacta. Naturalem voco, cum quis natura vel sana ac benè constituta: vel morbo aliquo vitiata atque corrupta à certis cibis abhorret: ac proinde ab ijs abstinet. Abstinentiæ diuisio. I.

Nam primò sunt, qui bona licet & inculpata valetudine sint præditi: tamen natura abhorrent à certis cibis, illosque minimè ferre possunt, quos si vel prudentes vel imprudentes sumpserint, illos statim eijciunt, quod ni fit, sæpè in morbos graues atque difficiles incidunt. Nam vt ad cibum aliquem naturali appetitu mouemur, vt amplectamur: ita alium naturali odio fugimus, & ab illo abhorremus. Quam hominum aliam atque aliam proprietatem in ciborum atque aliarum etiam rerum delectu Græci ἰδιοσυγκρισίαν *vocant. Hoc efficit, vt alius bubulam, suillam alius, caseum, poma vel impensè amet summaque auiditate prosequatur, illisque inuetur: vel extremè oderit.* Abstinentia naturalis & ea duplex.

Deinde morbida est à cibis abstinentia, cùm appetitus aut perijt, aut remissus admodum est atque languidus, quæ appetitus deiectio ciborumque auersio à Græcis ἀνορεξία & ἀποσιτία *Hippoc. &* ναυτία *siue* ναυτίησις, *à Latinis nausea & fastidium cibi appellatur. Dicitur autem* ναυτία, *Latinè nausea, à nauibus & nauigatione, quod nauigantibus præsertim in mari nausea oboriri soleat.*

Digitized by Google

Est autem nausea cùm vomendi appetitus, tùm fastidium ciborum, quæ ferè sunt coniuncta. Hæc abstinentia valetudinaria atq; morbida plærunq; pœna est intemperantiæ atq; gulæ iusta debitaq; ex illaq; promanat. Sic enim iusto Dei fit iudicio, vt homines ciborum præsertim delicatiorum nimium appetentes atq; auidi, postquam illis sese præter omnem modum rationemq; ingurgitauerint, eorundem tandem nausea atq; fastidio sanè molestissimo periculosissimoq; torqueantur. Et hæc de abstinentia naturali.

II. Abstinentia voluntaria, eaq; duadruplex.

Abstinentiam porrò à cibis voluntariam voco, quæ certa voluntate, ratione atq; consilio suscipitur, quæ quidem pro diuerso fine varia est atq; multiplex. Nam vel est medica, vel politica atq; ciuilis, vel religiosa, vel superstitiosa.

2. Medica.

Medicam appello, qua homines siue sani sint, siue ægroti valetudinis suæ vel tuendæ, vel recuperandæ causa de medicorum consilio atque sententia à cibis vel omnibus vel certis complexioni valetudiniq; suæ aduersis atque inimicis abstinent, sibiq; temperant, idque vel ad tempus quoddam, vel perpetuò. Hæc vulgò ab illis Diæta appellatur: de qua illi potissimum sunt consulendi.

2. Politica.

Abstinentia politica siue ciuilis est, qua honestatis vtilitatisue causa ad tempus aliquod vel ab omnibus, vel à certis atque peculiaribus cibis abstinetur. Sic enim sæpè homines vtilia aliqua atque necessaria negotia, quæ illis incumbunt, exequendi conficiendiq; causa ab omni cibo potuq; ad tempus aliquod abstinent, ac in animum suum inducunt non prius cibum capere, quàm illa fuerint excquuti. Ita Dauid cum persequeretur Palæsthinos & victoriam haberet in manibus, interdixit, ne quis cibum caperet ante vesperam. Sic Hebræi quidam vouerunt, se neque cibi quid, neque potus sumpturos prius, quàm Paulum interfecissent, vt in Actis Apostolorum scriptum est. Verùm vt hæc Iudæorum abstinentia in malo hoc proposito atque conatu vehementer fuit vituperanda: sic eadem si vel à singulis hominibus, vel à multis simul honesta quædam atque vtilia negotia tãtò facilius conficienda adhibeatur: quis dubitet, quin maximã laudem mereatur? Multi tamen hodie Christianorum ita gulæ crapulæq; sunt dediti, vt vel maximi momenti negotia siue priuata intermittere, quàm vel minimum à cibi potusq; sumptione publica, siue ingurgitatione potius sibi temperare malint. Huc quoque referenda illa abstinentia siue ieiunium, quod nonnunquam à Rebuspub. benè institutis pro tempore indici solet, quo carnis, vini, aliorùmue ciborum delicatiorum vsus ad tempus aliquod, vel etiam perpetuò prohibetur, fine politico. Sic Anglos audio quadragesimali tempore carnium vsum prohibere, quò nimirum & piscatores pisces suos vendere possint, & tantò maior postea atq; vberior supppetat carnium facultas. Apud antiquos quosdam populos vini delitiarumq; quorundam importatio, vsusq; fuit interdictus, ne ijs hominum corpora atque animi eneruarentur atq; molleſcerent.

3 Religiosa, eaq; duplex.

Sequitur tertia abstinentiæ voluntariæ species, quam religiosam appello, quæ nimirum ab ipso Deo instituta est atq; præcepta, & religionis ergò suscipitur atq; vsurpatur: quæ vel est moralis, vel cæremonialis.

1. Moralis, quæ est vel 1. Ordinaria.

Moralis rursus vel est ordinaria & quotidiana: vel extraordinaria, & ad tempus aliquod instituta.

Abstinentia ordinaria & quotidiana nihil est aliud, quàm temperantia siue sobrietas in cibo atque potu, quæ à Græcis σωφροσύνη, dicitur, quæ quidem virtus pijs religiosisq; hominibus est familiaris. Illi enim non solùm valetudinis honestatisq; ciuilis ergò (vt ab Ethnicis quoq; multis factitatum legimus) verumetiam multò magis religionis causa, diuinæ voluntati obsequendi, & actionibus meditationibusq; pijs tantò facilius incumbendi gratia tenui victu contenti, à ciborum præsertim lautiorum crebro immoderatoq; vsu abstinent, sobriè & temperanter cum gratiarum actione cibum sumunt.

2. Extraordinaria.

Abstinentia religiosa extraordinaria quouis tempore suscepta est, illa quæ ieiunium κατ' ἐξοχὴν Latinis dicitur, Hebraicè Tzom, quæ sic describi potest: Abstinentia non tantùm à cibo & potu ordinario, sed etiam ab omnibus alijs rebus corpus oblectantibus, præter modum vsitatum, quantum vires ferre possunt, profecta ab animo pœnitenti veraq; fide ad domandam carnis libidinem atque petulantiam effrænatam, & ad ambiendam precibus Dei clementiam, propter calamitates veliam prementes, veliam instantes. Hæc abstinentia cùm publica est, tùm priuata, cuius sanè in veteris nouiq; Testamenti literis, necnon primitiuæ Ecclesiæ monumentis plurima & præcepta &

cepta & exempla & elogia habemus, quæ nos meritò ad illam colendam crebroq; vsurpandum incitare atq; impellere debent, hisce præsertim nostris miserrimis periculosissimisq; temporibus. Verùm proh dolor, vt aliæ virtutes, mores, consuetudines Christianæ: ita hæc quoq; vt antiquissima, ita laudatissima sanè Christianaq; consuetudo ac disciplina inter nos planè languet, ac compotationum comessationumque quasi tempestatibus obruta iacet. Alij enim religiosè sibi videntur ieiunare, si abstineant certis diebus à carnibus, ab ouis & alijs huiusmodi, cùm interim eodem tempore piscibus alijsque cibis lautissimis, necnon vinis, poculentisque suauissimis sese inferciant atque obruant, & omni delitiarum voluptatumque generi indulgeant. Alij verò peruersum ieiuniorum abusum, qui hodie longè lateque dominantur, vnà cum eorundem vero, legitimoque abusu de Ecclesia planè sustulerunt. Et hæc de abstinentia morali.

Abstinentiam cæremonialem voco, qua à certis quibusdam cibis religiosè abstinetur, propterea quod illi à Deo fuerunt prohibiti, quæ ante Christi aduentum in Ecclesia Dei locum habuit, postea illum fuit sublata. Ac primò quidem ante lapsum primis illis nostris parentibus omnium quidem aliorum fructuum paradisi liberrimus vsus esusq; concessus fuit, ab vnius tantùm arboris fructibus vt abstinerent ijsdem seueriter, mortis pœna proposita, mandatum fuit, quod cùm illi impiè nefarieque violassent, se nosq; suos posteros in æternam mortem miseriamq; præcipitarunt, ex qua nos rursus Deus pro immensa sua misericordia vnigeniti sui filij morte liberauit. 2. Cæremonialis.

Deinde post fœdum illum lapsum, seu potius apostasiam, cùm ex amœnissimo illo horto fuissent pulsi, idem quidem, qui prius, illis victus fuit, ex arboribus nimirum terraq; nascentibus, sed eum ante peccatum sine illorum sudore atq; laboribus terra illis sponte proferebat: post peccatum autem laboriosissima terræ cultura illis fuit acquirendus. Tunc quoq; temporis ex communi ferè Theologorum consensu, carnium vsus erat prohibitus, quæ sacrificijs erant destinatæ, quo videbantur à Dei mensa submoti. Durauit hæc abstinentia ad Noahi vsq; tempora, ante quæ nulla esus carnium in sacra scriptura fit mentio. Iustinus Martyr contra Tryphonem manifestè inquit, Noacho primum edendi carnes datam esse licentiam. Iosephus similiter libro 13. & 18. Antiquit. vult populo Hebræo non statim post Adamis lapsum concessum fuisse carnium esum, & quidem non ante Noachi tempora.

Post diluuium liberrimus fuit ciborum vsus Noacho concessus, carnibus quoq; animalium in cibum concessis. Nam vt Theologi volunt, credibile est terræ fructus horrenda illa aquarum illuuione multis modis vitiatos fuisse, vt non tàm boni & salubres tunc extiterint, quàm fuerunt ante diluuium, quam iacturam in hominis alimento, Deus nouo priuilegio compensauit. Deinde tàm graues atque funestas pœnas humano generi inflictas singulari aliquo beneficio compensare voluit, Noacho ad consolationem. Et tamen in tanta ciborũ licentia, abstinentia à sanguine ex Dei mandato religiosè fuit seruanda. Genesis nono: Omne reptile quod est viuens, vobis erit in escam, sicut germen herbæ, dedi vobis omnia: veruntamen carnem cum anima eius quæ est sanguis eius, non comedetis.

Durauit ista licentia vsq; ad Mosen, sub quo ex seuero Dei præscripto ciborum vsus certis terminis circumscriptus, & accuratior eorum delectus institutus fuit. Animalia itaq; lege diuina quædam fuerunt munda, quorum vsus illis in cibum erat concessus: alia immunda, à quorum carnibus illis religiosissimè erat abstinendum.

Munda erant primò viua, deinde ex quadrupedibus vngulam habentia & simul ruminantia, vt sunt bos, ouis, capra, ceruus, caprea, bubulus, capricornu, dama, vrus, alce, &c. Ex piscibus pinnulas & squamas habentes: Ex auibus mundæ, non reptantes. Immunda erant primò aut à feris rapta, lacerata, aut sponte mortua. Deinde ex quadrupedibus ruminantia & non findentia vngulam, vt sunt camelus, lepus (vide Plutarchum Sympoſeon libro 4. Problem. 5.) cuniculus: aut findentia vngulam, sed non ruminantia, vt sus. De Iudæorum abstinentia à porcina carne, vide Plutarchum Sympos. lib. 4. Probl. 5. Iustinum lib. 36. Tacitum lib. 21. Oros. lib. 2. cap. 8. Iuuenalis Satyra 6. Leuit. 11. Deut. 14.

Obseruant vbi festa mero pede Sabbata reges
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Idem Satyra decimaquarta:

Digitized by Google

Quidam ſortiti metuentem Sabbata patrem.
Nil præter nubes & cœli numen adorant.
Nec diſtare putant humana à carne ſuillam.
Qua pater abſtinuit: mox & præputia ponunt.

Huc quoq; pertinet facetum illud Auguſti Cæſaris dictum, quo tempore Herodes Iudæorum rex Chriſto recens nato mortem meditabatur. Nam cum audiuiſſet inter pueros quos in Syria Herodes intra bimatum iußiſſet interimi, filium quoq; eius occiſum, ait: Melius eſſe arbitror Herodis porcum eſſe, quàm filium. Auctor eſt Macrobius lib. 2. Satur. cap. 10. Tum ex piſcibus, pinnulas & ſquamas non habentes. Deniq; ex auibus, aquila, accipiter, mergus, miluus, vultur cum alijs rapacibus, corui omnis generis, ſtruthiocamelus, vlula, cuculus, niſus cum ſuo genere, noctua, bubo, veſpertilio, onocrotalus, ciconia, cycnus, ardea, graculus, vpupa & hirundo, reptantes omnes.

Hæc abſtinentia ab immundis illis animalibus, pij de virtutum officijs fuerunt admoniti, qua de re ſic ſcitè admodum ſcribit Strigelius in argumento in Deutero. Non ſimus tenaces iniuriarum vt cameli: non timidi, vt lepores: non labefactemus doctrinam rectè explicatam, ſicut cuniculi fundamenta ædium conuellunt: non volutemus nos porcorũ ritu in cœno vitæ flagitioſiſſimæ. Abhorreat etiam natura noſtra à crudelitate: quam tyrannicæ aues exercent: & ab ἀστοργία ſtruthionis, qui deſerit oua & pullos ſuos: non ſimus cuculi ingrati erga benemeritos: non vpupæ contaminantes nidum Eccleſiæ: non hirundines garrulæ, hoc eſt, arguti ciues ſine virtute. Eadem de re vide plura egregia ſcripta à Thoma Aquin. Prima ſecundæ Quæſt. 102. De præceptis cæremonialibus Vet. leg. quantum ad ſuas cauſas. Euſebium de Præparat. Euang. libro 8. cap. 3. Huc quoque referenda abſtinentia à certis animalium partibus, vt à ſanguine. De abſtinentia à ſanguine, eius cauſis, vide Martyr. 1. Sam. 14. Leuit 7. & 17. Deut. 12. ab hœdo cum lacte matris cocto. Exod. 25. ab adipe bouis, ouis, capreæ in ſacrificijs. Leuit. 7. Erat præterea illis religio veſci neruo contrahente, qui eſt in cauo femoris, quoniam in eo perſtrictum fuit cauum femoris Iacobi patriarchæ, cum luctatus eſſet cum angelo. Gen. 32. Huc poſtremò refer abſtinentiam à fermento in diebus Paſchatis. Denique abſtinentia à טרפת *teriphot, id eſt, carnibus diſcerptis atque dilaceratis lege diuina Iſraelitis fuit mandata.* טרפה *tereph a autem, id eſt, rapta aut diſcerpta caro cuius eſus eſt vetitus: complectitur etiam id cuius pulmo eſt perforatus, & id genus, etſi alioqui non ſit diſcerptum neque in eo agnoſcatur inciſio. Elias autem notat in Tisbe ſignificari hoc nomine omnes cibos interdictos. Hæc ſunt eius verba in Latinam liguam translata,* טרפה *terephah, quo veſci lex prohibet, abſolutè poſitum carnem iumenti aut feræ, quæ à lupo vel vrſo, vel ſimili beſtia diſcerpta ſignificat. Veruntamen Rabini vtuntur translatè & pro reliquis vetitis cibis. Vocant item* טרפה *ſi pulmo foramen habeat, & id genus alia. Item faciunt octodecim genera* טרפות *terephot, nomen* טרפה *terephah ſignificat in genere cibum, cuius eſus vetitus.*

Abſtinentia hæc cæremonialis in Eccleſia veteris Teſtamenti firmiſſimè religioſiſſimeque ſeruata fuit, propterea quod ab ipſo Deo fuit præſcripta, cui in omnibus ſine vlla exceptione recuſationeq; eſt obediendum. Daniel itaque ne lege diuina prohibitos cibos animalium comedere cogeretur, leguminibus potius veſci, quàm regijs Nabuchodonoſoris dapibus frui maluit. Daniel. 1. Tobias ſimiliter in vrbe Niniue captiuus nunquam ſe gentilium cibis inquinari paſſus eſt. Et Iuditha Holofernis cibo potuq; vti noluit. Machabæus cum ſeptem filijs & Eleazaro ſub Antiocho porcinas carnes contra legem diuinam guſtare noluerunt: maluerunt mortem oppetere, quam ea in re legem diuinam violare. Sic mater cum ſeptem filijs mori maluit, quàm ſuillas guſtare carnes. Et Petrus Act. 10. religione quadam ductus, inquit: Domine, nunquam quicquam immundum intrauit in os meum.

Cæremonialis abſtinentiæ abrogatio.

Abſtinentia hæc cæremonialis, quam violare nefas erat Chriſti aduentu, cum alijs Moſaicis ritibus antiquata atq; ſublata fuit, & ciborum vſus ad priſtinam libertatem, quam Apoſtoli quoq; conſtanter docuerunt, quæq; Noacho data fuerat, à Chriſto fuerit reuocatus. Matth. 15. Quod intrat per os, non inquinat hominem. Act. 10. Petro dicitur: Quod Deus ſanctificauit, tu ne immundum dixeris. Rom. 14. Regnum Dei non eſt cibus aut potus. Coloſſ. 2. Nemo vos iudicet in cibo & potu. 1. Cor. 10. Omne quod in macello venditur, emitte, nihil interrogantes propter conſcientiam. Idem conſtat Act. 15. cap. Tit. 1. Omnia munda mundis. 1. Timoth. 4. Dæmoniorum doctrina dicitur.

citur ciborum prohibitio. Hanc libertatem Ecclesiæ quoque orientales retinuisse ac conseruasse videntur, id quod Canon Apost. testatur Can. 53. Si Episcopus, presbyter aut diaconus diebus festis noluerit vesci carnibus & vino, fastidiens non propter corporis exercitium, deponatur tanquam propria conscientia iniustus & causa scandali multis factus. Similis huic est Canon 51. Idem ex Euseb. lib. 5. cap. 3. in historia Attali & Alcibiadis lib. 1. cap. 10. Tripart. de Spiridone & similibus. Eleutherius vanas hominum obseruationes tollendi studiosus fuit, contra Seuerianos hæreticos, vt ne quis Christianus ab illis abstineret cibarijs, quæ consueuissent mortalibus vsui esse. Quod & contra Iudæos est, qui ex præscripto legis, porcina ac quorundam aliorum animalium carne non vescuntur, id quod in Leuitico fusius proditur. Citra ieiunium nefas est Christiano homini cibum aliquem, quo vescuntur mortales, abominari, idq; seruator mandauit, dicens discipulis suis: In quamcunque vrbem intraueritis & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis. Apostolus item Timotheo iussit, vt prædicaret, nihil ex cibis, quibus homines vescerentur, esse reijciendum, &c. Item ad Corinthios, Esca vos non commendat Deo, &c. Omnis enim cibus, bonus est, si cum gratiarum actione sumatur: sanctificatur per verbum Dei & preces, &c.

Hæc tamen ipsa libertas quomodo sit charitate moderanda, & nonnunquã cùm vitandi scandali, tùm domandæ carnis causa à cibis etiam licitis sit abstinendum, egregiè Apostolus Paulus docet 1. Cor. 8. & 10. Rom. 14.

His postremò adde quòd Apostoli Spiritus sancti instinctu Christianis fui temporis abstinentiam cùm ab idolothytis, tùm à sanguine suffocato præceperunt. Hoc Apostolorum præceptum quidam, teste Thom. Aquin. voluerunt intelligendum esse non secundum literam, sed secundum spiritualem intellectum, vt scilicet prohibitione sanguinis suffocati, idolothytorum, ipsius homicidij, violentiæ atque rapinæ, idololatriæ prohibitio mysticè intelligatur. Alij, eodem teste, volunt hæc cibaria esse prohibita, non propter legalium obseruantiam, sed gulæ comprimendæ causa. Tertia est opinio eorum, qui volunt ista ad literam fuisse prohibita non cæremonias obseruandi causa, sed quò facilius Iudæi atque gentiles victus communione in vnum coalescere possent. Iudæis enim propter antiquam consuetudinem sanguis & suffocatum erant abominabilia. Immolatorum autem esus in Iudæorum animis potuisset gignere suspicionem de gentilibus, quasi illi ad idololatriam redijssent. Itaque hæc ad tempus aliquod fuerunt prohibita, donec Iudæi atque gentiles in vnum coaluerunt. Postea autem cessante causa cessauit effectus, patefacta nimirum Euangelicæ doctrinæ veritate: quoniam Dominus docuit, nihil eorum quæ os intrant, hominem inquinare. Matth. 15. Hæc Thomas. Et hæc satis sint dicta de Abstinentia cæremoniali eiusq; abrogatione.

Sequitur nunc quarta species Abstinentiæ voluntariæ, superstitiosa nimirum, quæ præter Dei verbum atque præceptum ab hominibus veræ religionis expertibus quadam Iudæorum κακοζηλία olim culta fuit, & adhuc hodie colitur. Huiusmodi fuit cùm antiqua illa gentilium, tùm hæreticorum quorundam Ecclesiæ primitiuæ, tùm denique Mahumetanorum, aliorumq; populorum nostris temporibus vera religione carentium à certis cibis seuera rigidaq; abstinentia, cuius exempla quædam illustria proferam. 4. Superstitiosa abstinentia.

Pythagorici ab omnibus carnibus abstinebant, quòd metuerent animarum in similes animantes, quas edissent, transmigrationem. Horum auctor fuit Pythagoras Samius, qui vixit tempore captiuitatis Babylonicæ, teste Augustin. lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 2. Et lib. 18. cap. 25. quiq; fuit eodem teste lib. 7. cap. 35. & lib. 8. cap. 4. Hydromanticus & Necromanticus. De Pythagoricorum abstinentia ab esu animatorum, nec non de ipso Pythagora & eius symbolis, vide Plutarchum lib. 8. Sympos. Problem 7. Pythagoricos de marinis mullo maximè vrticaq; abstinuisse & gallum album coluisse, testis est Plutarchus Symp. lib. 4. Prob. 5. Idem lib. 4. Probl. 3. testatur Orphicis & Pythagoricis statutis deditos non modò cor & cerebrum, vt ortus principia, sed oua quoq; eandem ob causam abominatos fuisse. Hinc versu illo: Pythagoricorum.

(Ισόν τι κυάμους ἐσθίειν, κεφαλάς τε τοκήων; Id est,
Siue fabam comedas, caput aut genitoris, idem sit:)

Volunt Pythagoricos per κυάμους innuisse oua, διὰ τὴν κύησιν, id est, à generatione, cum sentirent perinde esse vesci ouis, atq; animalibus, quæ oua gignunt. Hinc ergo constat Pythagoricos ouis quoque abstinuisse. Quæritur illo Problem. Gallina priusnè fuerit, an ouum. Sic Apollonius ille Tia-

næus abstinuit à carnibus. Empedocles Agrigentinus Pythagoricus, ac proinde ab animantibus abstinens, equis victor in Olympico certamine bouem myrrha, thure, alijsq; aromatibus impletum distribuit spectatoribus. Athenæus lib.1.cap.1.

Aegyptiſacerdotum.

Similiter antiquos illos Ægypti sacerdotes, ex quo cœperunt fictitio illi suo cultui diuino inseruire, carnibus & vino semper abstinuisse, testatur Hieronymus libro secundo contra Iouinianum, citans ex Chæremonte Stoico illorum descriptionem. Rationem ibidem addit Hieronymus, his verbis, Propter tenuitatem sensus & vertiginem capitis, quam ex prauo cibo patiebantur & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis atq; potu nascuntur. Idem pane quoque varò vescebantur, & si quando comedebant, simul sumebant hyssopum, vt escam graviorem illius calore tantò facilius possent concoquere. Oleum tantum in oleribus nouerant, verum & ipsum parum propter nauseam & ad gustus asperitatem leniendam. Quid loquar, addit Hieronymus, de volatilibus, quum omnium quoq; pro carnibus vitauerint, & lac, quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse docebant colore mutato? Hæc S. Hieronymus de Ægyptiorum sacerdotum abstinentia. Herodotus lib.2. vbi pluribus agit de infinitis Ægyptiorum cæremonijs, inter alia testatur, apud illos nefas fuisse vel pisces vel fabas gustare. A porcinis carnibus non minus quàm Iudæi, Ægyptij quoq; olim abstinuerunt. Suillum pecus detestati sunt adeò, vt si quis porcum vel attigisset solùm, is cum omnibus indumentis flumine ablueretur. Eandem ob causam subulcis templorum omnium aditu fuit interdictum. De Iudæorum Ægyptiorumq; abstinentia à suilla carne eiusq; causis vide plura apud Plutarch. lib.4. Sympos. Probl.5. Ibidem testatur Iudæos leporum quoque esu abstinuisse, verisimile esse dicit, propterea quòd illos ceu pollutos & impuros auersentur. Iouis quoq; prophetæ in Creta non solùm à carnibus, sed & ab omni cibo cocto abstinuisse, S. Hieron. eodem libro Euripidis testimonio confirmat. Polyd. Verg. Priscis, inquit, temporibus nec carnibus vescebantur, nec animalia dijs immolabant, sed liba & fructus cateraq; huiusmodi sacrificia pura dijs offerebant. Nam vesci carnibus, vt inquit Plato lib.6. de Leg. & deorum aras polluere sanguine impium videbatur.

Mysos legimus, inquit Cælius Rhodig. lib.18. cap.23. deorum cultui adeò mancipatos, vt estan dis animantibus eximiè abstineant: quo nomine pecora etiam ab ijs declinari omnia. Viuendi ratio illis in lacte, melle, caseo. Barceas mulieres gustu vaccinæ & suillæ carnis abstinuisse, testis est Ioan. Rauisius.

Athenienſium.

Apud Athenienses in templo Cereris Eleusiniæ inter leges Triptolemi tria quoq; hæc extabãt præcepta: Honorandos parentes, venerandos deos, carnibus non vescendum, vt idem Hieron. Xenocratis testimonio comprobat. Apud eosdem prohibitum fuit gustare agnum ἄπυρον intonsum, cum eiusmodi animal aliquando apud eos defecisset.

Babyloniorũ.

Babylonios olim piscibus tantùm victitasse Herodotus scribit, & Persarum magos excepta farina & olere nihil in cibum admisisse idem testatur. Orpheus in carmine suo carnium esum detestatur. De carnium esu impuro, vide Philostrat. lib.1. Augustinus de Ciuitat. Dei scribit: Porphyrium docuisse abstinendum esse à carnibus & cibis crassioribus. Volaterranus lib.4. cap.7. Anthrop. scribit Indorum magos, quando ad Solis sacerdotium euecti erant, carnibus penitus abstinuisse. Et cap.7. Qui Isidis sacris erant initiandi decem dies à carnibus & vino abstinebant. Idem solitus est facere Numa Pompilius pro frugibus sacra facturus. Plutarchus in libello de Iside & Osiride ait sacerdotes Heliopoleos prorsus abstinuisse ab omnibus cibis, qui carnis petulantiam alere & augere possent, & vinum in templum dei sui nunquam intulisse. Iuuenal. Satyr.15.

— Lanatis animalibus (quibus) abstinet omnis
Mensa, nefas illic fœtum iugulare capellæ.

Carnibus humanis vesci licet. Irridet Saitas & Thebanos, qui oues colebant, ac proinde ab illarum esu abstinebant, quòd hi pariant, & lanicio velamenta corpori, lacte verò & caseo alimenta præstent.

Britanni olim leporem & gallinam & anserem gustare fas non putabant. Hæc tamen alebãt animi voluptatisq; causa. Auctor est Cæsar Cõment. lib.5. de Bello Gall. Sic Lybes orillam non gustabant: erat enim apud eos facinus inexpiabile, si quis edisset.

De Ægyptiorum, Syrorum, Græcorum, Pythagoreorum abstinentia à piscibus, vide Plutarchum lib.

chum lib.8. Sympos. Probl.8. Quare Pythagorici de animalibus maximè pisces pro cibo sint auersati. De symbolo Pythagoreorum: Pisces non gustato, vide Reuchlinum lib.2. Cabalæ. De Ægyptiorum abstinentia à piscibus, vide Herodot. lib.2.

Porrò à certis quoq; animalium partibus Ethnicos olim superstitione quadam abstinuisse auctores testantur. De Ægyptiorum sacerdotum abstinentia ab ouis, atq; lacte suprà ex Hieron. dictum est, quos postea imitati fuerunt Manichæi, vt infrà dicetur. Plutarch. lib.8. Sympos. Probl. 8. testatur veteres nefas duxisse vel vuluam, vel cerebrum, vel polypodis caput gustare: miratur quoq; veterum à cucumere, pepone, malo Medico, pipere omnino abstinuisse. Plutarchus apud Gellium testatur, Aristotelem scriptum reliquisse, quòd Pythagoras μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἐγκεφάλου καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπείχετο, id est, vulua, corde & marina vrtica, atq; id genus quibusdam alijs abstinuerit. Ethnicorum

Indi, teste Philostrato lib.2. tigrium non nisi clunes comedebant, cæteris animalis huiusce partibus vesci prohibebantur. Ferunt enim hoc animal, cùm primùm nascitur, priores pedes versus Solem attollere, quem illi ceu deum adorabant.

Huc quoq; referenda illa Pythagoræ symbola: Cor ne edito, id est, ne te excrucies. Et, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, id est, ne gustes ea, quibus est nigra cauda. Ii sunt, Reuchlino interprete, falsi fratres, quos atratos vocant. τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν ἐσχάτοις μέρεσι μελαίνεται: vt scripsit Tryphon Grãmat. id est, Falsum enim in extremis nigrescit. Plutarch. in lib. de Liberis instituendis, hoc symbolo vult prohiberi consuetudinem cum improbis. De his & alijs Pythagoræ symbolis, vide plura apud Reuch. lib.2. Cabalæ, & Eras. in Adag.

Hæc sint dicta de abstinentia Ethnicorum superstitiosa ab animalibus, quam hæretici, vt postea dicetur, fuerunt imitati, de quo antequam verba faciam, prius de Ethnicorũ abstinentia à quibusdam frugibus atq; fructibus quædam sunt dicenda. Ethnicorum abstinentia à quibusdam frugibus.

Alanos Scythiæ populos carnibus quidem vesci, non autem panem manducare fuisse solitos, testis est Ioannes Rauisius. De Pythagoreorum abstinentia à fabis, passim multa occurrunt apud auctores Græcos & Latinos.

Horat. inquit Lambinus, facetè cognatam Pythagoræ fabam dixit, quasi Pythagoras existimarit fabam animal esse, vel certè in fabis mortuorum animas inesse, atq; idcirco ab hoc cibo abstinuerit, veritus ne in fabam aliquam animus paternus immigrasset. Tertullianus Pythagoram quem Samium Sophistam, desidem & imbellem, Geometriæ, Astrologiæ & Musicæ deuotum vocat, dicit ne per fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidisse. Lib. de Anima.

Pythagoras cunctis animalibus abstinuit qui — Horat. in Sat.5. lib.2.
Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen
O quando faba Pythagoræ cognata, simulque
Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo.

Variæ tamen causæ adferuntur, cur Pythagoras voluerit à fabis abstinere, quas refert Laertius ex Aristotele. Aristoteles, inquit in libro de fabis Pythagoram scribit iubere à fabis abstinere, aut quod partibus virilibus inhonestè similes sunt (vnde κυάμους quidam volunt appellatos, quasi sint εἰς τὸ κύειν δεινοὶ, id est, ad ferendum vterum efficaces) aut quod Orci portis (sterile enim quiddam est faba) aut quod corrumpit, aut quod naturæ vniuersi similis est, aut quod ad paucorum principatum pertinet: fabis enim sortiuntur magistratus. Hoc postremùm etiam Reuchlinus approbat lib.2. Cabalæ. Plutarchus libro de Liberorum educat. hoc symbolo vult significari, Abstinendum esse à tractandis Reipub. muneribus, propterea quòd antiquitus in creandis magistratibus suffragia per fabas vice calculorum ferebantur. Quanquam idem in Problem. diuersam adfert causam, nempe quòd omnia legumina ventum & humorem impurum adferant, atque hanc ob causam ad Venerem incitent. Ex quo etiam Pythagoræis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod res habet inflammationem magnam. Plinius ob id existimat à Pythagora damnatam fabam, quòd hebetet sensus, & pariat insomnia, vel quod animæ mortuorum sint in ea. M. Tull. Cic. libro.1. de Diuinat. eandem ferè causam adfert, his verbis: Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam is cibis tranquillitatẽ

mentis quærentis vera contrariam. Idem lib. 2. Iam Pythagoras & Plato, locupletissimi auctores, qui in somnis certiora videamus, præparatos quodam victu atq; cultu profiscisci ad dormiendum iubent. Faba quidem Pythagorici vtiq; abstinuere: quasi verò eo cibo mens, nõ venter infletur. Tertull. libro de Anima: Præsumptio vt cum Pythagorici ob hanc quoq; speciem fabam respuunt, ocnerosum & inflatui pabulum. Aristoxenus tamen apud A. Gellium contra affirmat, Pythagoram nullo legumine sæpius vsum, quàm fabis, quòd is cibus & aluum sensim subduceret & leuigaret: porculis quoque minusculis, & hœdis tenuioribus solitum vesci. Plinius tradit fabam existimatam esse hebetare sensus, insomnia quoque facere. Festus ait fabam nec tangere, nec nominare Dialis Flamini licuisse, quòd ea putetur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus iacitur laruis, inquit, & parentalibus sacrificijs adhibetur, & in flore eius luctus literæ apparare videntur. Varro quoque idem testatur & Plinius. Herodotus libro secundo, & Theon Grammaticus apud Plutarchum in Sympos. testantur apud Ægyptios tantam fuisse fabarum religionem, vt eas neq; ferre neque comedere fas fuerit, imò ne aspicere quidem sacerdotibus licuit. Hinc Pythagoras, qui in Ægyptum discendi gratia profectus, sacerdotum arcana mysteria cognouerat, fabas videtur damnasse.

Ferunt Romanos, ante Antonium Musam, ob religionem lactucas minimè commanducasse: cuius causam aliqui voluerunt esse, quoniam Venus Adonim ab apro interemptum sub lactuca condiderit, qui antea id olus quoq; ederat. Lactucas libidinibus Venereis refragari non est dubium.

Brassicam Ægyptios non edisse, testis est Herodotus: eosdem à sale quoque abstinuisse, idem auctor testatur. Plutarchus quoque libro 5. Sympos. Problem. 10. Ægyptiorum sacerdotes cùm sint castissimi, sale in vniuersum abstinuisse testatur, adeò vt pane quoque insulso vesci fuerint soliti. Eius causa afferuntur, vel quod ob calorem sal ad rem Veneream incitet & ad generandum haud parùm facere credatur, cùm ipsi sese castitati dicauerint: vel quod sit condimentorum iucundissimum. De Salis diuinitate atque præstantia, vide ibidem plura. Et Sympos. libro tertio, Problem. quarto.

Pelusiotæ Ægypti sacerdotes cepis abstinuerunt, quia solum olerum contrarias Lunæ vices habet minuendi atq; augendi: vt testis est Gellius. Hinc S. Hieron. Impelle, si vales, Pelusioten, vt edat cepe. Adde, quòd allium & cepas inter Deos iureiurando habet Ægyptus, vt testatur Plin. lib. 19, cap. 6. Vnde Poëta ille Satyrographus:

Porrum & cepe nefas violare & frangere morsu:
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina. ——

Cepis aliàs caput grauatur, cerebrum infestatur, somnusq; grauis inducitur. Tradit Diodo. Siculus Ægyptios vtilitatis causa abstinere alios faba, lente alios, nonnullos caseo, alios cepis & porris. Hæc de Ethnicorum abstinentia superstitiosa à certis cibis, satis sint dicta.

Hæreticorum à certis cibis abstinentia.

Porrò hæretici quoq; multi partim Iudæorum, partim Ethnicorum peruersa præposteraq; imitatione religionis specie atq; simulatione superstitiosissimè à certis cibis abstinuerunt, & ab ijs abstinendum esse docuerunt.

Essæorum.

Essæorum (vt ab illis exordiar) quidam coluerunt vitam practicam, quos Iosephus descripsit. Alij verò circa θεωρίαν fuerunt occupati, qui vulgò θεραπευταὶ fuerunt appellati, quorum vitam Philo peculiari libello descripsit. His, eodem teste, fuit τραπέζαν ἀθῦτον τῶν ἐμψύχων, id est, mensa pura à dapibus cruentis, hoc est, animantium, quæ sanguinem habent. Rationem addit, quòd obsonia opipara τῶν θρεμμάτων, id est, ex animantibus iudicarent διεγείρειν τὴν ἐπιθυμίαν, id est, irritare concupiscentiam. Similiter à vino abstinuerunt, quod οἶνον sit ἀφροσύνης φάρμακον, id est, dementiæ venenum seu irritamentum. Hæc scribens Philo, inquit Sozomenus libro 1. capite 12. significare voluit illos Hebræos, qui sua ætate religionem quidem Christianam profitebantur, adhuc tamen morem Iudæorum ἰουδαϊκώτερον in vita sequebantur, & eorum instituta seruabant. Idem repetit Nicephorus, & Sophronius quoq; testatur in vita Marci. Philo, inquit, videns primam Ecclesiam Alexandriæ Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ de eorum conuersatione scripsit.

Encratitarum.

Ex Tatiani schola circiter annum Domini 181. progressi fuerunt, qui se appellarunt Ἐγκρατεῖς

κρατεῖς, sicut Irenæus apud Eusebium loquitur: vel ἐγκρατήτας, sicut Epiphanius loquitur. Hi iuxta Irenæi descriptionem τῷ ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, id est, abstinentiam à carnibus animantium introduxerunt. Epiphanius dicit ἐμψυχοφαγίαν ἀπαγορίυσι, id est, animantium manducationem prohibent. Iidem ne in mysterijs quidem vino vti voluerunt, sed aqua: vnde dicti sunt ὑδροπαραστάται. Et de Seuerianis idem dicit, οἵνου παντελῶς ἀπέχονται, id est, à vino omnino abstinent. Rationem abstinentiæ à vino Encratitarum atq; Seuerianorum hanc proponit Epiphanius. Vinum enim θολεῖν (macht toll) turbare mentem hominis, & iam ad libidinem, iam ad iram, iam ad insaniam excitare, id quod probarunt exemplis Noe, Loth, &c. Dixerunt autem inde hoc fieri, quia serpens seu diabolus terræ comminatus vitem produxerit, & venenum illius draconis in vino ita turbare mentem, & ideò vinum esse diabolicũ, illicq; vtentes esse ἐκθέους & ἁμαρτάδας, id est, iniquos & peccatores. Sed Epiphanius rectè respondet, non vini, sed intemperantiæ hanc esse culpam, quæ in alijs etiam rebus rectè prohibeatur.

Abstinentiæ autem à carnibus Encratitæ hanc rationem reddiderunt, sicut Epiphanius scribit. Dixerunt enim se βδελύσσειν καὶ ἀπαγορέυειν, id est, abominari & prohibere manducationem animantium κατὰ φόβον καὶ ὑπόλημμα, propter metum & imaginationem quasi spectri, ne damnarentur ob perceptionem carnium animantium. De Tatianis & Encratitis, vide Eusebium Ecclesiastic. historia libro quarto, capite vigesimo octauo, Irenæum libro 1. cap. 34. Epiphanium libro 2. Tom. 1.

Nazaræi etiam nefas putabant carnibus vesci, quod quò facilius persuaderent discipulis suis, reijciebant libros Mosis post diluuium.

Ebionitæ quoq; vt testatur Epiphanius Tom. 2. lib. 1. carnium esum damnarunt. Hanc autem suam à carnibus & animatis omnibus abstinentiam tueri conabantur, partim S. Petri exemplo, quem & ipsum ab animatis & carnibus, omniq; edulio ex carnibus confecto abstinuisse nugabãtur: partim quod talia vt ex coitu & corporum commixtione nata, immunda esse dicerent. Iuxta has, vt rectè addit Epiphanius, illorum nugas, quas ore suo euomunt, ipsi quoq; toti erant abominabiles, vt qui ex viri & mulieris permixtione sunt procreati. Idem Ebionem hæreticũ (quod nomen Hebraicè inopem significat) & mente & spe & ope inopem esse dicit, vt qui Christum nudum hominem putet, ac proinde veræ fidei atq; spei sit inops. Ebionitarum.

Marcion, quem Tertullianus in catalogo hæreseon natione Ponticum, Episcopi filium fuisse testatur, dicebat eos non posse saluari, qui carnibus vescerentur. Hunc Tertullianus hoc nomine hæreticum accusat, quòd sanctitatem aliquam in piscibus constitueret. Marcionitarũ.

Montanistarum quoq; notæ sunt ξηροφαγίαι. Nam, vt Tertullianus auctor est, vescebantur solùm pane, sale & leguminibus: bibebant aquam: abstinebant certis temporibus à carnibus & vino. Hæc ex Tertulliano libro de Ieiunio aduersus Psychicos colligi possunt. Fuit autem Tertullianus sectæ illi addictus. Videtur igitur is in libro de Cultu fœminarum Montanistas, his verbis expressisse. Quidam ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino, & animalibus exulantes (sic in libro de Resurrectione carnis, carnis exules vocat) quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant. Sic enim idem de Montanistarum sub Psychicorum, id est, Christianorum persona, quos loquentes introducit, verba facit: Arguunt nos Montanistas (Psychici) quod ieunia propria custodiamus, quod etiam Xerophagias obseruemus siccantes cibum ab omni carne (en cur Xerophagiæ dictæ, id est, siccorum esus) & omni iurulentia & vuidioribus quibusq; pomis, nec quid vinositatis vel edamus vel bibamus: lauacri quoq; abstinentiam congruentem arido victui, &c. Et paulò post: Xerophagias verò nouum adfecti officij nomen & proximum Ethnicæ superstitioni, quales castimoniæ Apim, Isidem & magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant, cum fides libera in Christo ne Iudaicæ quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat, &c. Idem Montanicas hasce suas Xerophagias defendens eodem in libro: Sed de prouidentia (inquit) Spiritus sancti, prædamnans iam hæreticos perpetuam abstinentiam præcepturos ad destruenda & despicienda opera Creatoris, quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Iouem hodiernum de Pythagora hæreticum, non apud Paracletum. Quantula est enim apud nos interdictio ciborum? duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet Sabbatis Montanistarũ.

& Dominicis afferimus abstinentes ab ijs, quæ non reijcimus, sed differimus. Ac omnino sanctus ille pater, hac in re humanum quid passus, in toto hoc suo libro Montanica illa ieiunia, Xerophagias, ieiunationes, stationes, cibi disciplinam, carnis viniq; abstinentiam, victus castigationem, παρακλητοφορίαν appellat, acerrimè cum Paracleti, hoc est, aduocati, Spiritus nimirum sancti inspiratione, tùm sacræ scripturæ testimonijs & exemplis, tùm traditionibus non scriptis defendit atque confirmat aduersus Psychicos, vt vocat, hoc est, Christianos, qui eas cùm nouitatis, tùm Iudaicæ atque Ethnicæ superstitionis nomine damnabant, ab Apostolo Paulo prædictas & damnatas esse dicebant.

Manichæorum abstinentia à carnibus, ouis, lacte, vino.

Manichæi à Manete Persa (qui etiã Manichæus & Mannichæus & Cubricus fuit dictus) sic appellati circa annum Domini 247. inter multos alios errores impios & impuros abstinentiam quoq; à certis cibis tradiderunt. Hi enim, vt testis est August. lib. 6. contra Faust. c. 6. & lib. 3. cap. 5. & lib. de Hæresibus, non vescebantur carnibus, tanquam de mortuis vel occisis fugisset diuina substantia, tantumq; ac tale inde remansisset, quod iam dignum non sit in electorum ventre purgari. Nec oua saltem sumebant, quasi & ipsa, cum franguntur, expirarent, nec oporteat vllis mortuis corporibus vesci, & hoc solum viuat ex carne, quod in farina, ne moriatur, excipitur. Sed nec alimonia lactis vtebantur, quamuis de corpore animantis viuentis mulgeatur, siue fugatur, non quia putarent diuinæ substantiæ ibi nihil esse permixtum, sed quia ipse sibi error non constabat. Nam & vinum non bibebant, dicentes fel esse principum tenebrarum, cùm vescantur vuis. Nec musti aliquid vel recentissimi sorbebant. Iidem coniugia quoque atque fœtus damnabant. Obseruandum autem est, quod solis electis suis (perfectioribus & sacris initiatis) simpliciter vsu carnium, ouorum, lacticiniorum & vini interdicebant. Auditoribus verò suis (hi erant similes catechumenorum apud Catholicos) tanquam imperfectioribus secundum veniam illa edenda concedebant, sicut scribit Augustinus contra Faustum lib. 30. cap. 5.

Priscillianistarum.

Postea sub annum Domini 300. à Priscilliano quodam in Hispanijs & Gallijs eadem hæresis renouata fuit, carnes scilicet esse execrandas, & immundas, atque ideo ab vsu earum abstinendum. De his vide Bernardum Sermone 66. in Cantica: Superstitiosa hæc Manichæorum & Priscillianistarum à carnibus abstinentia Synodo Ancyrana circa annum Domini 308. Can. 14. Toletana prima Can. 21. Braccarensi celebrata in Hispania, anno 690. Can. 14. & 32. Gangrensi, Can. 2. damnata fuit. Augustinus passim contra Manichæos damnat istam carnium abstinentiam, nisi sobrietatis & dilectionis gratia fiat. Vide Augustinum lib. 2. ad Ianuar. cap. 19. 20. 21. lib. 2. de Moribus Manichæorum, vbi docet abstinendum nonnunquam à carnibus partim ad delectationem atq; lasciuiam coercendam, partim charitatis ergo ne infirmi offendantur. Hæc de superstitiosa hæreticorum antiquorum abstinentia.

Mahometanorum & Moscouitarum.

Nostris temporibus Mahometani cùm à carnibus porcinis, tùm à vino abstinent. Apud Moscouitas metropolitæ, episcopi & archiepiscopi carnibus perpetuò abstinent. Tamen cùm illi inuitant hospites laicos, aut sacerdotes eo tempore, quo carnibus vescuntur, habẽt hanc prærogatiuam, vt carnes illis in suo conuiuio apponant, quod Abbatibus, quos Igumenos: & Prioribus, quos Archimandritas vocant, prohibitum est: testis est Sigismundus Baro in Comment. rerum Moscouiticarũ. De eorundem ieiunijs solennibus & abstinentia cùm à carnibus, tùm etiam à piscibus, vide plura apud eundem. Extra tempus ieiunij die Sabbato vescuntur carnibus, Mercurij verò abstinẽt. Iidem, quicquid mulierum manibus suffocatur, siue gallina sit, siue aliud aliquod animalium, ab eo tanquam impuro abhorrent. Itaq; cum viris absentibus fortè & seruis, gallinas iugulare volunt, stant pro foribus, gallinã aliudue animal manibus tenentes & cultrum, prætereuntesq; viros, vt ipsi iugulent, vehementer rogant.

Calecutiensiũ.

Rex & optimates vrbis Calecutij inconsultis sacerdotibus non audent carnibus vesci: cæteris autem licet quibuslibet vesci carnibus, exceptis vaccis, quæ Nirani & Doliar dicuntur. Vescuntur quoq; Calecutienses muribus & piscibus Sole exustis, testis est Lud. Rom.

Atq; hæc quidem satis sint dicta de superstitiosa ciborum certorum prohibitione & abstinentia ab ijs, de qua Paulus Apostolus vaticinatus est 1. Timoth. 4. Et hæc satis sint dicta de abstinentia voluntaria, quam fecimus partim medicam, partim politicam, partim religiosam, partim superstitiosam.

Sequitur

Digitized by Google

III. Miraculosa abstinentia.

Sequitur abstinentia miraculosa, quæ humanas vires superat, & à Deo nonnunquam mirabili ratione ad doctrinam veram commendandam atque confirmandum sanctis viris fuit concessa. Huiusmodi fuit & Mosis & Heliæ & Christi ieiunium seu abstinentia ab omni cibo 40. dierum spatio. Hoc nobis mirari potius, quàm imitari licet.

IIII. Violenta seu coacta abstinentia.

Postrema est abstinentia violenta seu coacta, qua homines cibo potuq; destituti, ab illo necessariò abstinere coguntur: vt in annonæ caritate & inopia fieri consueuit. Hac abstinentia Deus hominum partim fidem atque patientiam explorare atque examinare: partim impietatem, intemperantiam, libidinem, lasciuiam atq; petulantiam coërcere atque punire consuevit: quemadmodum egregiè Lauaterus in suo libello de Fame docet.

Hanc sequitur fames, quæ etiam esuries, esuritio & esurigo à Latinis, à Græcis λιμὸς, & si sit vehementior, βυλιμία: ab Hebræis רעב Raab & רעבון Raabon appellatur. Sunt autem apud Hebræos tria nomina famem significantia, quæ ab illis sic distinguuntur. רעב Raab, inquiunt, est, quum nulla extant frumenta בסן Caphan, quum sunt frumenta, sed carè & magno pretio venduntur: & בצרת Bazoreth, quum neque pecunia adest, neque frumenta, quam duplicem penuriam innui volunt litera ב beth, sit quasi duplex afflictio. Fame rectè Cicero ad Atticum libro quinto, nihil miserius esse dixit. Horatius, Od. 21. Illam miseram appellauit. Homerus quoque Od. μ. ait mortes omnes esse hominibus tristes & acerbas, sed omnium miserrimum esse fame mori. Verba eius hæc sunt:

Πάντας μὲν σὺν ἐοὶ θάνατοι λειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἀλιᾶσθαι,

DE POTATIONE CEV ALTERA SVBSTANTIALI CONVIVII PARTE, DE POTATIONIS NOMINIBVS, fine septuplici, materia varia. De aquarum vtilitate ac differentijs. An aqua nutriendi vim habeat, & quæ potu sit saluberrima. De aquæ niuatæ, frigidæ, calidæq; vsu antiquo in epulis, de varijs modis aquæ refrigerandæ.

CAPVT VI.

SYracides porrò sapientissimus vt aliorum ita conuiuialium quoque morum officiorumq; magister optima sane, maximeq; naturali methodo, postquam de manducatione, eiusque iusto, salubri, atque ciuili modo disseruit, nunc de potatione (quæ quasi secunda est conuiuij pars substantialis, vnde etiam multa conuiuiorum nomina apud Hebræos, Græcos, atque Germanos denominantur,) præcipit, de qua similiter nobis nunc videtur scribendum. Ac potu quidem in epulis post cibum sumptum (ὡς δεῖ τὸ πλεῖστον) non autem antè vtendum esse passim medici præcipiunt, ac monent. Hinc Hippocrates in illo aureo suo aphorismo πόνοι, στία, ποτὰ, ὕπνοι πάντα μέτρια, cibum ponit ante potum, vt qui præcedere debeat. Et iàcirco edendi verbum in authoribus plerunque præponitur, vnde intelligitur ab esu non à potu esse incipiendum. Homerus Od. α.

Καὶ φαγέμεν πίεσθαι.

Idem Od. ι.

Αἶψα φαγέμεν, καὶ πίεσθαι.

Isocrates in areopag. ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν, ἢ πεῖν οὐδεὶς οὐδ' ἂν οἰκέτης δειπνῆς ἐτόλμησεν. *Æschines in Ctesiph.* καὶ δεῖ τῆς αὐτῆς τραπέζης ἔφαγες, καὶ ἔπιες, καὶ ἔφαγεσας. *Gene. 24. Et comederunt, & biberunt. Est. 4. Et ne comedatis, neque bibatis, Exod. 32. Et sedit populus ad comedendum & ad bibendum.*

Quòd ad illud Scholæ Salernitanæ,

Vt vites pœnam; à potibus incipe cœnam;

Digitized by Google

Interpretes potuum nomine cibos liquidos intelligunt. Sed non vt humida cibaria siccioribus præire debent, sic & potus cibum præcedet. Quin contra & prandium & cœna semper à cibo, nunquam à potu auspicanda, neque vnquam committendum, vt ieiuno ventriculo potui locus detur. Nec verò vinum vacuo ventriculo ingestum vnquam salutare esse potest. Quare nec illa quorundam consuetudo probanda, qui mane vel domi, vel œnopolia accedentes, offas vino maceratas comedunt, roborandi, vt ipsi sibi persuadent, ventriculi gratia. Non enim sic tenorem eius conseruant, sed potius dissoluunt.

Bibendi porrò actionem (vt primò de nominibus, deinde de re ipsa dicatur) Hebræi duobus ferè nominibus exprimunt, vt שתה *Scatha, &* שבר *Schakar, quod plærunq; in malam partem vsurpatur inebriari significans, vnde* שכור *Schichor ebrius, siue temulentus, & in fœm.* שכורה *siue* שכורה *ebria, 1. Reg. 1. Esa. 31. &* שכרון *Schikaron ebrietas, & deniq;* שבר *Sechar, sicera siue omnis potus inebrians. Nonnunquam tamen idem verbum bonam in partem accipitur pro liberaliter se inuitare, siue potare, item expleri, siue saturari potu, vt Gen. 43. vbi vtrunq; vocabulum coniungitur,* וישתו וישכרו *Iistu, Veiscru, biberunt (fratres Iosephi) & inebriati sunt, siue potius liberaliter potarunt ad satietatem vsq; citra ebrietatem.* סבא *Saba potare vinum, seu siceram absumere, seu haurire: quod verbum & sono & significatione cum nostro vernaculo* sauffen / *id est, potare congruit.* סבא *Sobe potator,* ein sauffer. *Rabini hoc nomine etiam cauponem vocant, qui vinum vendit.*

Βρέχειν *quoq; quod propriè irrigare significat, metaphoricè κατὰ τὸ πίνειν εἴρηται, teste Antiphane apud Athen. lib. 1.* Δεῖ γὰρ φαγόντας ἁπαλῶς βρέχειν. *Inde* βεβρεγμένος, *id est, bene potus quasi benè irrigatus, apporus, qui plurimũ se bibendo inuitauit. Hesych.* κεκομμένων. *Sic Heb.* שקה *sacah, & potum dare, siue propinare, & irrigare significat Iob. 21. Psalm. 64. Visitasti terram, & inebriasti eam, id est, irrigâsti. Metaphora ducta est eleganter à plantarum irrigatione. Nam quemadmodum (vti Antisthenes apud Athenæum docet) plantæ diurnis, nocturnisq; aquis irrigatæ crescunt, atq; florent, quibus si destituantur, illas exiccari, atq; emori est necesse, sic animalium vita potione vtili sustentatur, sine qua illam extingui est necesse.*

Bibere autem vocabulum Latinum videtur vel à Græco πίνειν esse deriuatum, vel à βίος, id est, vita, vt bibere dicatur quasi viuere, quod nimirum animalium vita absq; potu constare non potest, vt paulò ante dictum est. Tametsi in nimium bibaces siue ebriosos rectè tritum illud vsurpatur. Queis nihil est aliud viuere, quàm bibere, qui nimirum viuunt vt bibant, non bibunt, vt viuant. Inuenitur etiam passiuum huius verbi bibo in tertia persona. Idem præterea hoc bibendi verbum, cum suis compositis sæpe & sacris, & prophanis in literis pro cuiusuis tam bonæ, quam malæ rei haustu, perceptione, fruitione, perpessioneue accipitur. Vt Horat. lib. Car. 2.

Pugnas, & exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.

Id est, cupidè, studioseq; audit, cognoscit, percipit. Sic combibere artes. Cicero de finibus, Sed tamen inficiendi debet his artibus, quas si, dum è teneris combiberit (didicerit, perceperit) ad maiora veniet paratior. Aurelius, vt poëta optimus maximus teneris imbibitus annis non facile elaberetur. Contra ebibere pro obliuiscì videtur accipi apud Plautum Amphit. Non ego cum vino simul ebibi imperium tuum, id est, oblitus sum imperij tui, (nam vinum est memoriæ mors.) Et memor sum, & diligens, vt quæ imperes, compareant. Sic in sacris literis Iob 15. Bibere iniquitatem, id est, discere percipere. Et trigesimo quarto, bibere subsannationem, id est discere, aut assuefieri sceleribus, & derisioni hominum. Sic Prouerb. 9. bibere pro discere accipitur. Apocal. 18. De vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, id est, ab ea didicerunt idololatriam. Sic idem verbum in sacris literis per Metaph. spiritualium atq; diuinorum bonorum perceptionem, fruitionémue significat. Vt bibere sanguinem Christi, Ioan. 6. Bibere aquam quam Christus Samaritanæ illi mulierculæ, & omnibus eam sitienter appetentibus præbet, ac pollicetur. Ioannis quarto, Isaiæ quinquagesimo quinto, Prouerbiorum quinto, & nono, prima Corinthiorum decimo. Bibere spiritualem potum. Deinde bibere & simpliciter, & cum adiectione poculi, siue calicis Domini, cladis quoque & calamitatis, siue crucis (quæ calix & poculum dicitur) perpessionem significat. Vt Matthæi vigesimo cap. Potestis poculum bibere, id est, perferre, & perpeti eam calamitatem, quæ mihi est subeunda:

Digitized by Google

cunda. Innumera huiusmodi dicendi formæ in sacris literis exemplа occurrunt, vt Ierem.25. 49. Matthæi vigesimo sexto, Ioannis decimo octauo, & alibi. Sic, vt Erasmus annotat in suis adagijs, eodem bibere poculo, est iisdem affici incommodis, communibusque malis esse obnoxium. Plaut. Cassina. Vt senex eodem hoc poculo quo bibi biberet. Paulo diuersius est quod ait Aristophan. in Equitibus:

ὅποτ' ἂν ταυτῷ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίῳ.
Ille nobiscum haud eodem potat vnquam poculo.

Taxat fellatorem. Huiusmodi autem dicendi formæ videntur translatæ vel à bibendi certaminibus, vbi coguntur conuiuæ ebibere certas mensuras non sine fastidio, & corporis, valetudinisque læsione: vel ab ijs qui metuunt venena: vel denique quod sicuti patres famil. soliti sunt olim singulis familiaribus suum dimensum cibi, atque potus distribuere: sic & Deus summus paterfamil. non tantum beneficia, sed etiam pœnas certa mensura atque pondere hominibus dispertitur pro sua vel clementia, vel iustitia.

Potare quoque Latinis est quod bibere, quod à Græco deducitur.

Item haustum facere apud Latinos eleganter dicitur pro potare vt annotauit Sipontinus. Ouid.3. Fastorum inquit, exiguis haustibus bibere. Veteres, quemadmodum etiam hodie populariter fit, haustum vocabant potum vna vice factum. Vnde etiam hausto frequentatiuum, & compositum ex haurio, quod est, euacuo, à quo similiter frequentatiuum exhausto. Potare. Haustum facere.

Hausit spumantem pateram, 2.Æneid.

Item ducere eleganter accipitur pro bibere, vt calicem siue poculum ducere. Horatius Od.3. libro tertio: Ducere.

Ducere nectaris succos: & Od.12.lib.4.
Ducere Liberum: Od.17.lib.6.
Innocentis pocula Lesbij ducere. Ita lib.2.Satyr.
Ducere obliuia vitæ solicitæ.

Id est, quodammodo potare seu exhaurire obliuia curarum. Sic Germanis quoque züchen/id est, ducere, siue trahere idem est quod potare, & eum qui multum potis est potare dicunt vulgò, eum posse bene ducere, Er mög wol züchen. Græci similiter verbis, ἑλκειν, & σπᾶν in eadem significatione vsurpant. Vina etiam liquare pro bibere apud Horat.lib.1.Car. Vina, inquit, liques, ex antecedente consequens significat, id est, vinum bibas, & tibi indulgeas: ex antiquorum consuetudine, qui vinum vt defæcarent, & liquidius redderent, minusq; nocens fractis velut viribus, antequam biberent, colo transmittebant, Tertullianus. Conquirito altilium enormem saginam, defæcato senectutem vini.

Germanicum trincken à triclinijs videtur deriuatum, in quibus maximè bibitur, ædificijs compotationibus destinatis. Hæc de nominibus.

Nunc ad rem ipsam accedamus, exordio ducto à fine, qui quidem omnibus in rebus, & actionibus primò atque potissimum videtur spectandus. Est autem bibendi, siue potationis varius, & multiplex finis atque vsus. Bibendi finis & vsus.

Nam primo quidem omnium bibitur sitis sedandæ, seu extinguendæ gratia, qui potus vulgò à medicis sedatiuus dicitur, quem illi circa prandij siue cœnæ finem naturæ maximè congruere affirmant, quippe cum tunc ob calidi, siccique cibi æstuationem vera sitis maximè nos vrgeat. Hinc potum ijdem augendum minuendumue esse præcipiunt pro ipsius sitis ratione. Est autem sitis bibendi desyderium, siue vt Athen. definit lib.3. ἐπιθυμία θερμοῦ ποτοῦ, ἢ ψυχροῦ, id est, appetitus calidæ frigidæue potionis, vel vt idem paucis definit, cupiditas qualiscunq; potionis. Et paulò post, διψῆν ἐπιθυμία τοῦ πώματος, sitire est appetitus potionis, vt esurire cibi. Quemadmodum igitur sagax prouidaque natura ad cibum sumendum cibi appetentia animantia excitauit, Sic ad potionem humidi desyderio, hoc est, siti. Et vt cibo quicquid sicciores substantiæ effluit restituimus, sic potione quicquid humidioris periit resarcimus, teste Galeno libro primo, de tuenda sanitate. Atque hæc quidem potionis præcipua est vtilitas, siccitatis nimirum ablatio, & humidæ in nobis substantiæ pereuntis, & collabentis instauratio, ac veluti renouatio quædam. Etsi autem grauis est famis affectio tamen sitim multo impotentiorem, ac tolleratu difficiliorem esse Sitis quid. Sitis tolleratu difficilior fame

tùm ipsius, vnde fit, causæ consyderatio, tùm experientia arguit. Ipsa enim cum frigido, & humido reprimatur, ignea est, & ob id efficacior celeriorq; censenda videtur. Vnde & animalia siti affecta vehementius, etiam, importuniusq; vrgentur, & ad restinguendam procurrunt. Quò facit illud Dauidis Psalm. 42. Sicuti cerua desyderat ad fontes aquarum, sitiuit anima mea ad te. Quoniam itaque sitis vis vehemens & acris animalibus valde est molesta, importuna, atque noxia nonnulli δίψαν (quæ etiam δίψος dicitur) Græcè sitim volunt vocatam quasi ἴψαν, id est, noxam, ἀπὸ τοῦ ἴπτειν, quod βλάπτειν, id est, ladere, siue nocere significat.

Quò autem malum hoc grauius est, & funestius humano generi, tanto maior est Dei Opt. Max. & benignitas erga nos, quibus tam varios, & multiplices potus quasi remedia quædam ad tantum corporis incendium restinguendum suppeditat, & illius iustitia atque seueritas erga eos, quos nonnunquam iusto iudicio importuno hoc malo grauissimè affligi, atque vexari, vel certè omnino opprimi atque suffocari patitur. Vt autem fames cibi, ita sitis potus optimum est suauissimumque condimentum: vnde Dario Persarum regi bis ab Alexand. Magno acie superato, ex fuga defesso, atque sitienti legimus aquam turbulentissimam, & cadaueribus inquinatam suauissimam fuisse visam. Ex huius denique finis primi ac principis consyderatione colligi potest, quanta sit illorum peruersitas, atque dementia qui vel non sitientes libidine tantum illos impellente bibunt, vel etiã immoderata potus ingurgitatione sitim non modo non depellunt & extinguunt, verum etiam illam magis magisq; accendunt, & inflammant, vnde morbi maximaque valetudinis incommoda consequuntur.

Sitis potus optimum cõdimentum est.

2. Potus primatiuus.

Secundò bibitur cibos sumptos tantò facilius, atque commodius commiscendi, concoquendi, eliquandi, atque ex ventre in totum corpus deducendi gratia. Hinc duplex alius à medicis potus statuitur, vnus quem commixtiuum, seu permixtiuum, alter quem delatiuum vulgò nominant. Prior est qui vna cum cibis ingeritur, iisque alteruatim ac modicis interuallis interponitur sæpius, ac permiscetur ad eorundem & commixtionem, & eliquationem faciens. Hunc non vel ad prandij siue cœnæ finem, vel eò vsque donec sitis vrgeat differendum, sed cibis assumptis sæpius, & ἐναλλάξ, id est, alteruatim interponendum esse medici docent, quoniam cibi permistione huiusmodi alternæ potionis molliores redditi per membra nutritioni inseruientia facilius atque commodius peruehuntur. Ad hunc referri debet vulgatum illud,

Inter prandendum sit sæpe parumq; bibendum.

Potus delatiuus.

Alter potus à medicis delatiuus ideo dictus est, quia ad cibum prima coctione iam peracta, atque etiam paulò antequam aliud quippiam edatur, ex ventre in totum reliquum corpus deferendum distribuendumque bibi debet. In vtroque vinum cæteris omnibus potionibus præferendum, ob facilem quam efficit in membra omnia distributionem, vnde scite admodum ὄχημα τῆς τροφῆς, hoc est cibi vehiculum ab Hippocrate nuncupatur, tametsi contra hodie potatoribus magnis cibus potius est ὄχημα τοῦ οἴνου, vini vehiculum, à Germanis vulgò wynleiterly vocatur, cibos enim ingerunt quò plus potare possint. Verum de vtroque hoc potu multa egregia medicorum præcepta extant, mihi hæc perstrinxisse breuiter satis fuerit, de quibus alio quoque in loco plura forsan dicendi sese offeret occasio.

3. Tertius bibendi finis, atque vsus in medicina latissimè patet, cùm nimirum bibitur morbos quosuis, siue humores crudos, vitiosos, atque varios, ex quibus morbi nascuntur depellendi, & euacuandi, sanitatisque recuperandæ causa. Huc referuntur omnes illæ medicatæ potiones, quæ bonitate valde insuaues, acerbæ, amaræ, atque odiosæ solent esse, quas qui effugere cupit, is cibi potusq; temperantiæ studeat. Verum de illis hic non est dicendi locus.

4. Quartò bibitur non modo necessitatis atque sanitatis, verum etiam voluptatis honestæ gratia, vt cum nonnunquam quis vel se vel etiam alios plusculum inuitat animum tristem lætificandi, exhilarandique, ac tristitiæ depellendæ causa. Id si fiat moderatè, atque intra modum, non fuerit contra officium, cùm sacræ quoque literæ vinum non modo ad necessitatem, sed etiam ad voluptatem, siue lætitiam nobis à Deo tributum, atque concessum esse testentur. Huc facit illud Prouerb. 20. Date vinum his qui amaro sunt animò, bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Item Ecclesiastici 3. Vinum ad iucunditatem creatum est, & non ad ebrietatem ab initio. Sed de hoc postea pluribus quando de vini commodis disputabitur.

Quintò

Quinto bibitur etiam religionis siue superstitionis ergò, & huc cùm religiosi illi & mystici cœnæ dominicæ potus, nec non libationes veteris testamenti, tùm superstitiosæ gentilium libationes, atque compotationes in deorum honorem factæ referri debent. 5.

Sextò amicitiæ vel ineundæ, & contrahendæ, vel etiam firmandæ stabiliendæq; gratia bibi solet, qui idem in vniuersum iustius, legitimusq; conuiuiorum finis censeri debet, de quo supra pluribus. Hinc Athenæus lib. 5. de hospitalibus conuiuijs verba faciens, eleganter sane vinum dicit videri ἑλκυστικὸν πρὸς φιλίαν, id est, ad amicitiam attrahendi vim quandam habere: & alius quidam, vinum amicitiæ fomitem, & sodalitatis metropolim appellauit. Huc referendi potus siue potationes illæ, quæ fœderis contrahendi, sanciendiq; causa suscipiuntur, inter quos principem facile locum obtinet mutuus ille Christianorum in epulo Dominico potus, de quibus supra dictum est. 6.

Septimò non tam vtuntur, quàm abutuntur sæpe homines potu sibi à Deo ad salutem concesso, ad mutuam perniciem atque exitium. Huiusmodi sunt venenatæ potiones, quas impij & nefarij homines alijs propinant illos vel subita, ac repentina morte, vel lento, diurnoq; morbo conficiendi, interimendiq; causa: cuiusmodi toxicarum potionum omissis Theramenis, Socratis apud Atheniensis, & aliorum antiquis exemplis, quotidiana, proh dolor experientia, nobis plurima & tristissima exempla suppeditat. Huiusmodi quoque sunt amatoriæ illæ potiones quæ alios ad sui amorem, seu libidinem potius pelliciendi causa parari atque præberi solent, quas tamen plærunq; vel mors repentina, vel lenti ac diuturni morbi consequuntur. 7. Abusus potationis. Potiones venenatæ.

Denique hisce commemoratis potionibus merito annumerari debent, celeberrimæ illæ, ac frequentissimæ, diurnæ ferè nocturnæq; hominum ebriosorum perpotationes, atque propinationes, quæ multis licet speciosis honoris, amicitiæq; titulis tegantur, reuera mortiferæ sunt, atque veneficæ. His namq; homines innumera animi, corporis, atque fortunæ mala, & detrimenta, ac tandem mortem quoque non modo temporalem, verum etiam (nisi resipuerint) æternam, funestissimamq; sibi inimicem accersunt, atq; conciliant. Verum de hoc suo loco vberius. NOTA.

Hæc de potationis fine, nunc de eius materia exordio ducto à nominibus. Potationis igitur materia, siue id quod bibitur Hebraicè generatim dicitur, שתי Scheti. Itẽ שקוי Schicui, id est, potus, vel poculum aut irrigatio. Psal. 101. Et poculum meum cum fletu miscebam. Oseæ 2. Oleum meum, & potus meos. Ibi potus non solum pro vino dixit, sed pro omni quod ex quauis reparatur poculo, siue ex pomis, siue ex ordeo, vel quacunque id natura humida efficiatur. סבא *Soba potus scil. vini, vel ficeræ Isa. 1. Oseæ 4. Conficiebantur enim pons apud Hebræos ex frumentis, piris, malis punicis, cornis, mespilis, sorbis, moris, nucleis pineis: ex herbis, asparago, cumila, origano, quæ omnia quamuis vini nomen non propriè sortiantur, sicera tamen, & potus in sacris libris dicuntur: de quibus passim in antiquis deuterosibus mentio fit. In libro Misraioth de decimis. Hinc* משקה *Masche potum dans, vel pincerna, & potus vel poculum. Leuit. 11. Et omnis liquor qui bibitur, id est omnis potus. Esa. 32. Et potum sitienti auffert.* Potus materia. Nomina Hebraica.

עסיס *Aasis similiter significat omnium rerum humidarum succum ad potum idoneum, vt quæ ex malis, aut pomis, aut caricis, aut alijs rebus pocula parantur, quæ aut seorsim bibuntur, aut vino permixta suauiores reddunt potiones. Deriuatur à* עסס *Aasas, id est, conculcare, comprimere, eo quod fit conculcatione, aut compressione. Cant. 8. Et mustum malorum granatorum meorum. Isa. 29. Et quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Idem vocabulum reperitur Ioel. 1. & 3. Kimbi testatur hoc vocabulo vinum significari, & omnem potum qui contusione, & calcatione exprimitur. Ionath. reddit vinum merum, Rab. Selom. vinum bonum.*

Græcè potus dicitur πόμα, πόσις, ποτὸν, ποτὸς ητ (quod est potticum) πότημα, πόσημα Dioscorides. Nomina Græca.

Latinè dicitur potus, & potio, quæ secundum Grammaticos ita differunt. Potus nimirum vini, aquæ, similiumq; dicitur: potio verò à medicis datur ægrotanti, quod Græci dicitur φάρμακον. Nonnunquam tamen potio pro potu accipitur, & confunditur hæc à Latinis differentia. Vt Cicero pro Cluentio. Iam vero illud quam non probabile, quàm inusitatum iudices? quam nouum? in pane datum venenum facilius ne potuit, quàm in poculo? latius patuit abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset. Idem de finibus, Cum cibo, & potione fames, sitisq; depulsa est. Ibidem, Demus scutellum dulciculæ potionis. Item poculenta potus dicuntur. Antiqui- Potus, potio, posca, Latina nomina.

Digitized by Google

Posca. tus quoq; vt esca pro cibis, ita posca pro potibus fuit vsurpata, quando, vt notat Barbarus in antiquissimis Festi codicibus, & in Ferentini vetusto monumento poscolenta pro poculentis leguntur. Aliâs posca dicta fuit vinum acidum aquæ mixtum quòd pro vili plebecula antiquitus venale extiterit, vt annotat. Hier. Mercur. lib. 3. obseruat. Cæl. lib. 30. cap. 11. Oxycratum, inquit, aqua est aceto temperata, Latinis poscam dicere moris est.

Potus quotuplex statuatur. Potus à nonnullis triplex statuitur, Non nutriens, vt aqua: nutriens vt vinum & ζythũ, quod ceruisia hodie dicitur: nutriens simul & alterans, vt vinum absynthites, nectarites, hyssopites, & ceruisia herbis condita. Potus porrò apud omnes ferè homines sunt aqua, aut succus vuarum, vinum appellatus, aut succus pomorum appellatus Sidra, aut succus ordei appellatus ζythum, ac ceruisia.

Aquæ potus antiquissimus. Potus antiquissimus maximeq; simplex, communis, & naturalis est aqua secundum illud Boëtij de prima ætate.

Somnos dabat vmbra salubres
Potum quoque lubricus amnis.

Clemens Alex. lib. 2. pæd. 2. cap. φυτικὸν καὶ νηφάλεον, ποτὸν ἀναγκαῖον διψῶσιν ὄζιν ὕδωρ, id est, potus naturalis, sobrius, sitientibus necessarius est aqua. Idem paulò infra aquam ceu σωφροσύνης φάρμακον, id est temperantiæ medicamentum appetendum, vinum autem ceu πυρὸς ἀπεναντίον, id est, ignis minas esse fugiendam docet. Obseruandum etiam vt vox panis apud Hebræos pro quouis cibo accipitur, ita vocem Maim, id est, aquarum pro quouis potu accipi in sacris literis. Nam vt panis est cibus, ita aqua est potus omnium gentium communissimus, atque naturalissimus. 1. Reg. 13. Non comedam panem, neque bibam aquam in loco isto. Isa. 3. omnem baculum panis, & omnem baculum aquæ. Oseæ 2. Dant panem meum, & aquam meam. 2. Reg. 6. ver. 22. Quin appone eis panem, & aquam, vt comedant, & bibant, & mox sequitur versu sequente, Apparauit itaque eis apparatum magnum, & comederunt, ac biberunt: vnde colligitur panem & aquam pro quouis cibo potuq; generatim poni. Huiusmodi autem synecdochica dicendi forma S. Spiritus videtur homines frugalitatis atque sobrietatis admonere. Aquæ etiam in scriptura sacra significant bonum absolutum, quo desyderium & animæ & corporis satiari potest. Scaturigo talis solus Deus est supremum & consummatissimum bonum. Hoc deserto Israelitæ foderunt, id est, maximis laboribus & impensis pararunt sibi lacunas, hoc est, alienos deos, ad creaturas nimirum se conuertentes, ad eos qui non sunt dij, neq; desyderia eorum exaturare potuerunt.

Aqua pro quouis potu.

Aqua pro summo bono.

Aquarum vtilitates. Porrò aquarum innumeræ sunt vtilitates, atque commoditates ad bibendum, medendum, lauandum, purgandum, coquendum, incendia restinguendum, agros hortosq; irrigandum, nauigandum, ita vt non sine causa Pindarus poëta μελιφωνότατος, vt eum Athenæus appellat, carminum suorum exordium ab aquæ laudibus duxerit, ἄριστον μὲν ὕδωρ, id est, optima quidem est aqua. Quare Philosophi quoque nonnulli veteres, vt Thales Milesius, aquam omnium rerum principium, & originem esse dixerunt. In eadem sententia nonnullis Hesiodus quoq; videtur fuisse: dum Chaos omnium rerum initium statuit. Nam per Chaos illum nihil aliud volunt intellexisse, quàm aquam, quam ille Chaos appellarit ἀπὸ τῆς χύσεως, id est effusione, quippe cum aqua sit χυτὸν καὶ ῥυτὸν, id est, res quædam fusilis, atq; fluxa. Hanc illi opinionem ex sacra historia de mundi creatione hausisse videntur, in qua statim ab initio aquarum fit mentio, quibus incubans Spiritus sanctus, varias animalium, atque plantarum formas ex ea finxisse videatur: vnde rectè etiam aqua videtur dicta quasi à qua omnia nascantur, alantur, atque foueantur. Hinc apud Ægyptios quoq; cum illorum sacerdotes docerent omnia liquoris vi, ac potestate consistere, legimus in more fuisse positum, vt hydria ad templum summa cum religione deferretur, ac postea in terram procumbentes manibus ad cœlum sublatis gratias diuinæ bonitati pro tanto munere agerent. Cel. lib. 27. cap. 5. Aquarum præconium egregium vide apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Aquæ potus antiquissimus maximeq; communis. Verum nos omissis innumeris alijs aquæ commodis, nunc de ea tantum quatenus potui seruit quædam dicemus. Aquæ potus omnium est antiquissimus, & maximè communis, ac peruagatus, & reliquarum potionum ferè causa & origo, vnde recte ab illo exordium ducitur. Omnium antiquissimum esse aquæ potum, sicuti & cibum glandium antiquitas credidit. Hinc Virgilius in Georgicis,

Liber

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit aristâ,
Poculáq; inuentis Acheloia miscuit vuis.

*Certè secundum sacram quoq; historiam ante Noachi, & horrendi illius diluuij tempora non nisi aquæ potus videtur in vsu fuisse. Plinius omnes terræ vites aquarum beneficio esse dicit, & Athenæus similiter lib. 2. ἐκ τοῦ ὑδάτων, inquit, οἶνος φύεται, ex aquis vinum nascitur. Plinius lib. 34. cap. 22. Naturam dicit aquæ nobis liquorem ceu saluberrimum ad potum dedisse, tametsi Celsus aquæ potionem omnium imbecillissimam appellat lib. 2. cap. 18. Aquam medici docent ad tres vsus bibi, nempe vt sitim sedet, vt calorem extinguat, vt alimenta elixet atque diducat. Sitim quidem sedat, vbi illa ex intemperie calida orta est, aut simul cum siccitate sine humore. Nam si bilis in ventre adest, aqua ibi diutius commoratur atque corrumpitur. Elixationi ciborum ita prodest, vt sine ipsa elixari non possint solida alimenta, nisi vinum aut liquor alius vires eiusdem impleat. Diductioni vero ciborum inseruit tumea quæ cum cibis ad elixationem bibitur, tùm ea quæ iam coctis assumitur. Defert hæc cibos in vniuersum corpus, quibus delatis iterum in renes & vesicam recurrit, inutilis enim est alitioni, teste Gal. lib. 3. de ratione victus acut. com. 39. inquit enim: Neque prorsus imas partes penetrat, neque siccitatem humectat. Plistonicus, teste Athenæo, aquam affirmauit esse πεπτικώτερον, hoc est, magis digerere, quam vinum. An (ibi annotat Gesnerus) quod ipsa facilius concoquitur, an quod iuuet aliorum concoctionem? quod placet. Idem Athenæus aquæ bibendæ rationem valetudini accommodatam sic describit. Oportet igitur sanitatis studiosos exercitationibus mediocribus vti, ne nimium sudent, & lauacris ita, vt corpora madefaciant, ac mollia reddant. Postea aquam bibere, προπίνειν, (Gesnerus, an simpliciter pro πίνειν, an vel ante cibum, vnde forte propomata dicta?) vtilissimum, vt quæ hyeme quidem & vere sit ferè calida, æstate frigida, ne stomachum lædat, denique mediocri oportet quantitate bibere. An, inquit Gesnerus, his verbis mane primum iubet se exercere, deinde lauare, postea aquam bibere, & demum prandere? Ad hidroposian ergo salubrem tria secundum hæc Athenæi verba requiruntur: primo aquæ qualitas bona, de qua postea, deinde quantitas mediocris, & temperata (nam, vt idem inquit, illis qui ἀπιτταμβώως, id est, nimis multum aquæ bibunt stomachus minus benè afficitur, atque vitiatur, vnde ciborum corruptio) postremo ordo, nempe post exercitationem, & lauacra. (Quando aqua bibenda an cum cibo an post, vide Cardanum lib de aqua pag. 15.) Addit deinceps Athenæus, Quod si quis nostrum id difficulter facit, aquam dulcem, aut calidam (hic Gesnerus rectè vinum dulce, atque calidum legit) præassumito, maximè vinum proropon appellatum dulce Lesbium, quod est δυσόμαχον, id est stomacho conducit. Nam vinum γλυκάζον dulce, minus caput aggrauat, vt testis est Hippoc. lib. de diæta, ὁ γλυκὺς minus est καρηβαρικὸς τῷ οἰνώδει (nota hic γλυκὺν καὶ οἰνώδη opponi) vinum dulce minus caput grauat, quam vinosum, minus mentem captat, & est διαχωρητικώτερον per viscera melius, quam reliquum digeritur. Ibidem Athenæus ex Dioclis atq; Protagoræ sententia aquæ vim & facultatem in genere describit. ὕδωρ ἰσχυρὸν πεπτικὸν, id est, digerendi vim habet, est ἄφυσον, id est non inflat (Gesnerus, per accidens forte quosdam inflat calore ventriculi imminuto) ψυκτικὸν τε μέτριως, mediocriter refrigerat, est ὀξυδρακὲς, id est, visum acuit (**macht lutere ougen**/ vt nos vulgo dicimus) καὶ ἥκιστα καρηβαρικὸν, id est, caput minimè grauat, denique est κινητικὸν ψυχῆς καὶ σώματος, id est, corpus animumq; mouet. Hæc de ὑδροποσίας, id est, potionis aquæ vsu & vtilitate Athenæus dissert lib. 2. Porrò in aquæ potu quæ obseruanda, & aquæ commoda in bibendo vide egregia apud Cardan. de aqua. Addit ibidem Athenæus Eubulum affirmare fuisse solitum solam aquam bibentes esse δριμυκὲς, id est, solertes & ingeniosos rerum inuentores, contra vinum βλησιοτεῖν τε φρενῖτιν, menti caliginem offundere. Contra, eodem teste, Amphis comicus dixit quosdam aquam bibentes esse ἀβελτέρους stupidiores. Subiungit etiam exempla quorundam ὑδροποτῶν, hoc est, qui vel per totam vitam, vel per quoddam temporis spatium non nisi aquæ potu vsi fuerunt. Vt Theodorus Larissæus, Glaucon, Anchimolus, & Moschus philosophi, Matris Athenienſis, Lamprus musicus, Moschion, Polemon Academicus, Diocles Peparethius, Demosthenes. Iberi qui quamuis omnium hominum essent ditissimi, tamen ob parsimoniam & aquam tantum bibere, & semel in die cibum capere soliti sunt, vestibus verò splendidissimis indui. Apud Massilienses similiter, vt idem testa-*

Vites.

Aquæ vsus.

Aqua iuuat digestionem.

Ratio aquæ bibendæ.

Ad hydroposiã vtilem 3. requiruntur.

Potionis aquæ vtilitas.

Aquam bibentes solertes sunt.

ὑδροπόται.

Mulieres ὑδροπότιδες.

tur lib.10. mulieres lege iussæ fuerunt ὑδροποτεῖν. Idem author lib.2. tradit exempla quorundam regum qui certis quibusdam aquis ceu summis delitijs ita fuerunt oblectati, vt vel ex longinquis regionibus magnis cum sumptibus illas sibi adferri, ac secum vehi curarint. Sic enim Persarum siue Parthorum reges ex Choaspe fluuio Susam præterfluente, & Eulæo tantum biberunt, vt etiam testis est Plinius lib.31. cap.3. Secundus item Ægypti rex Philadelphus cognomento cum filiam suam Berenicem Assyriæ regi despondisset, magnis impensis curauit Nili aquam asferri, vt solius huius fluminis aquam filia sua biberet. Eorum qui absq; cibo aquæ potu vitam sustentarunt exempla tradit Cel.lib.3.cap.14.

Reges.

An aqua nutriendi vim habeat.

An aqua alendi vim habeat quæstio est. Aquam esse ξόφιμον, id est, alere inde ait Athenæus patere, quod animalia quædam hac sola nutriantur, vt cicadæ. Homerus, eodem teste ὕδωρ ξοφιμώτατον esse testatur, maximam habere vim alendi, vbi meminit nemoris quod plenum sit aluearum ὑδατοτρόφων, id est, aquis nutritarum. Huiusmodi arborum in sacris literis crebra fit mentio, vt Psal.1. & alibi. Cur arbores & plantæ pluuijs potius, quam affluentibus aquis nutriantur, & cur marina non alantur Plut. docet in quæstion. physicis. Galenus multis in locis negat aquam alere vt lib.3 de ratione victus, com.39. lib.4. de vsu partium.4. sect. aphoris.13. Aristoteles tamen probl. 13. sect.1. quærit cur mutationem aquarum grauem, aëris vero non grauem esse affirment, & addit, An quod aqua corporibus alimento est, quo iam habito complexoq; peregrinamur, aër autem nullo est alimento. Dicunt aliqui Aristot. hic fuisse loquutum de aquis medicatis, quas ipse dixit multarum specierum vt anisi, aut fœniculi, atq; has nutrire. Alij, vt Christoph. à Vega, volunt Aristot. aquam alere dixisse, quoniam alimentorum conducit coctioni, & ductioni. Sic Cardanus quoq; lib. de aqua, contra Galenum aquam vult nutrire: Mirum est, inquit, quod Galenus concesserit aërem nutrire, & neget illud de aqua quæ longè corpulentior est. Solida igitur membra ex terreis nutriri videntur, & liquida ex potibus vino, atq; aqua, spiritus ex aëre. Sedat autem aqua sitim non solum nutriendo, sed etiam temperando membra supercalefacta. Vnde aqua frigida melius sitim sedat, quam calida, aut tepida: Cum enim vtraq; sitim sedet, constat quod enutriendo sitim sedat, non sola qualitate. Videmus etiam pisces aqua sola nutriri, quod & Rondelet. expertum se testatur. Et animalia si bibant aquã serius ex fame pereunt, quã si omnino nihil bibant.

Quæ aqua potui sit aptissima.

Cum autem aqua, quæ potui est apta, Græcè πότιμος dicta, plures sint differentiæ à loco vnde manant, à substantia, & illius qualitatibus sumptæ, in genere dicendum, quæ nam ex medicorũ sententia optima sit ad potandum saluberrimaq; aqua: Ea nempe quæ à Græcis ἄποιος, hoc est, qualitatis omnis expers dicitur, hoc est, quæ nec gustu, nec olfactu alienã vllam qualitatem præ se ferat, nec dulcis, nec salsa, nec acida, nec acris, nec malè olens, nec putris, nec alio quouis modo est insuauis. Est eadem etiã pellucida, leuis, quæ ne minimo quidem tempore in præcordijs commoratur, facileq; in illa fertur via, & citra molestiã, nec inflationes parit, cito calefit, & cito refrigeratur, & si qdin ea calefit seu coquitur, id similiter fit citò, hyeme calet, æstate friget, etc. Huiusmodi aqua Gal. Hippoc. Paulo, Plutarch. Vitruuio, Athen. & alijs medicis optima videtur esse atq; saluberrima.

Aquæ potabilis species.

Aquæ porrò potabilis quinq; sunt in vniuersum species, nempe aqua pluuia, fontana, putealis, fluuialis, palustris, Græcè ὕδωρ ὄμβριον, πηγαῖον, φρέατιον, ποτάμιον, λιμναῖον. Has sic breuiter & generatim complexus est, Celsus lib.2. Aqua leuissima pluuialis est, deinde fontana, tùm ex flumine, tùm ex puteo, post hæc ex niue, aut glacie, grauior bris ex lacu, grauissima ex palude. Harum singularum explicatione omissa, de niuatis, quas ἀπὸ χρυσάλλου καὶ χίονος & ὕδατα vocant, quædam dicemus. Hæ quidem omnium vt crassissimæ, ita perniciosissimæ quoq; habentur. Niuem quidem, inquit Plin. lib.31. cap.3. glaciemq; subtilissimam elementi eius videri miror, apposito grandinum argumento, è quibus pestilentissimum potum esse conuenit. Nec vero pauci inter ipsos è contrario ex gelu, ac niuibus insaluberrimos potus prædicant, quoniam exactum sit inde quod tenuissimum fuerit. Hæc ille. Niuatæ autem aquæ (vt eam Theodorus Priscianus libro secundo, capite decimo tertio, vocat) creberrimum fuisse antiquissimis temporibus vsum satis Athenæus ex Alexi, Strali, Dexicrate, Euthyele, & Xenophonte libro tertio, probat, vti etiam nines potasse, easque in fossis magnis, quibus quernos ramos super injiciebant, conseruare consueuisse, memoriæ mandauit. Idem Plutarch. quoque sexto Sympos. acon fieri solitum fuisse scribit cum paleis, & rudibus pannis niuibus circunductis, easque ab aëre tuentibus; & frigiditatem acquisitam conseruantibus.

Niuatæ aquæ veterum deliciæ.

Vadi

Vnde & D. Augustinus lib. 1. de ciuit. Dei, Quis dedit, inquit, paleæ tam frigidam vim, vt obrutas nives seruet? vel tam feruidam, vt poma immatura maturet? (cur niuem paleis & vestibus inuolutam veteres fuerint conseruare soliti vide Plut. lib. 6. Sympos.) Hinc Alexander M. cum præclaram Indorum ciuitatem Petram obsideret, 30. subterraneas scrobes effodit, quas niue ad infrigidanda militum pocula adimpleuerat: ita luxuria potus commenta est reponendæ niuis officinas. Plinius in huiusmodi niuium atq; glaciei potus his verbis inuehitur lib. 19. cap. 4. Heu, inquit prodigia ventris: Aquæ quoq; separantur, & ipsa naturæ elementa vi pecuniæ discreta sunt. Hi niues, illi glaciem potant, pœnasq; montium in gulæ voluptatem vertunt. Seruatur algor æstibus, excogitaturq;, vt alienis mensibus nix algeat. Decoquunt alij aquas, mox & illas hyemant. Nihil itaque homini sic quomodo rerum naturæ placet. Heliogabalus quoq; Rom. Imperator, vt testis est Lampridius in eius vita, in viridario domus suæ montem excauauit, in quem hybernas niues, & glaciem ad æstus refrigerium reconderet. Ante eum Nero excogitauit aquã decoquere, vitroq; demissam in niue refrigerare, & in piscinis niue refrigeratis sub caniculæ æstu seruare. Nec nivis algore contenti eius aquam per vas ex lapide velut pumice percolatam (colum niuarium vocat Bayff. vas quo aqua ex niuibus colari solebat) bibere ingeniosa sitis illecebra Romanos, & Græcos docuit. Vnde Martialis,

Non potare niuem sed aquam potare rigentem
De niue commenta est ingeniosa sitis.

Seneca lib. 15. ad Lucil. Quid tu illam æstiuam niuem non putas callum interioribus obducere? appellat niuem æstiuam, quæ decocta refrigerabatur. Nam, vt idem inquit, didicerunt Romani monstrante luxuria niues ad tempus æstatis locis subterraneis custodire. Alexis poëta comicus.

Καὶ χιόνα μὴν πίνειν παρασυνασκόμεθ', *Id est,*
Et ad bibendum niues nos accingimus.

Hinc niuaria cola, quibus niues attenuabantur, vt Martialis scribit. Ad antiquam hanc consuetudinem videtur Salomon alludere. Prou. 26. cum inquit, Sicut frigus niuis tempore æstatis, legatus fidelis mittentibus eum. Eadem tamen similitudine eodem in capite vtitur ad significandam rem qua minus conuenit, cum inquit, Sicut nix æstati, ita stulto gloria scil. minimè conuenit. Nostris quoque temporibus niuem ad vini refrigerium Schlesitæ, Boemi, Vngari, Moraui in subterraneis scrobibus recondunt. Hanc autem niualis aquæ potionem quamuis Galenus 7. Methodi ad curandos æstuantis ventriculi affectus plurimum conferre dicat, tamen frigidæ potionem in libello de boni & mali succi alimentis, & in lib. de affectibus eisdẽ verbis testatur adolescentibus primùm insensibilem, sed morbidam tamen in præcordijs altercationem parere, & inde ingraueſcente ætate, affectus in articulis, neruis, visceribus incurabiles afferre. Christoph. à Vega lib. 2. de arte medendi testatur in Hispania hanc eandem pernicioſissimam consuetudinem exortam esse apud quosdam æstate tantùm, apud alios omnibus anni temporibus vinum niue diluendi, cum tamen ex frequenti niuis vsu aut solius, aut vino mixtæ maximum immineat periculum hydropis, aut mali habitus exiecoris, & ventris imbecillitate & coli dolore. Quod sic eorum quispiam ab his, & similibus morbis liberetur, hac vna tantum ratione id sibi euenisse putet, quod pari ratione incontinentes sunt in vsu calidorum, vt piperis, zingiberi, cinnamomi, & mellis, quæ omnia niuis malitiam aliquatenus corrigunt, sed vtrumq; excessum vt mortiferum damno. Apud Athenæum tamen sunt quibus aquæ ἐν χιόνι, id est, niuata vtiles admodum videntur esse, nec non pluuiæ, quæq; sunt ex glacie, lib. 2.

Aquarum præterea differentiæ statuuntur secundum saporem, colorem, odorem, loci situm, quas hic breuitatis causa prætermitto.

Sunt præterea aquarum differentiæ quatenus miscentur cum vino. Est aquæ quædam in Cranore paulùm calida, quæ duos vel tres dies vinum sibi admixtum conseruat, teste Ath. lib. 2. In Teno contra fons est, cuius aqua vino non miscetur, vt idem testatur. Hinc aquam etiam ἄκρατον, id est, indilutam dixere veteres, vt Sophron. ὕδωρ ἄκρατον εἰς τλὼ κύλικα, id est, aquam indilutam in calicem. Ibid. Aquæ ex locis editioribus atq; collibus defluentes minimum vini sufferre possunt. Athen. ex Hipp. in hunc locum (vinum paucum ferre possunt) Gesnerus sic annotat, Sic & Comarius, vt hic legitur transtulit. Gratarollus putat optimã aquam, vt salubriter bibatur pauco vino indigere, malæ vero multum vinum miscendum. Sed forsan hæc loquutio multa, vel pauca aqua indigere ad vinũ pertinet, vnde & oligophoron, & polyphoron dicimus, non aquam. Hæc ille.

Aquarum quatenus miscentur cum vino differentia.

His addamus quod Athenæus tradit quosdam etiam fontes vino miscere fuisse solitos, vt Antiochum Epiphanem, & Medam Phrygium. De aquis inebriantibus, & vel fœcunditatem, vel sterilitatem afferentibus (vnde illæ πολύγονοι, seu πολυγόνοιοι, hæ ἄγονοι appellantur) aliisq; admirandis multarum aquarum viribus, atq; effectis vide Athen. lib. 2. Plin. lib. 31. cap. 2.

Aquarum differentia ex frigore & calore.

Plures quidem aliæ aquarũ differentiæ afferri possent, sed postrema sit nobis illa, quæ maximè ad conuiuia pertinet, secundum frigus & calorem diuisio seu differentia. Est itaq; alia aqua frigida, ὕδωρ ψυχρὸν à Græcis dicta, alia calida, quæ ὕδωρ θερμὸν, alia deniq; medio in loco, egelida, atq; tepida, quæ à Græcis ὕδωρ χλιαρὸν, γαλακτώδες, lactis modo tepida, atq; etiam μεταξύ (vt Athen. lib. 3. multis testimonijs probat) ab Atheniensibus fuit appellata. Fuit autem olim in antiquis illis Græcorum, atq; Romanorum mensis atque cœnis tum frigidæ, tùm calidæ aquæ maximus vsus.

Aqua frigida.

Primò igitur de frigida dicamus, vt de illa quæ ad potandum maximè est apta, atq; idonea, secundum illud etiam Christi Matth. 10. ἐαν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ, id est, Aquæ frigidæ potum qui dederit vni ex minimis istis in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. Pontianus apud Athenæum lib. 3. veteres dicit nouisse τὸ τῷ πάνυ ψυχρῷ πόσιν, id est, valde frigidæ potionem, idq; probat Alexis testimonio, qui dicit in Parasito, se belle summaq; cum voluptate bibere aquam putealem, quæ quidem est frigidissima. Est autem aqua vel suapte natura frigida, & quidem alia alia frigidior, vel arte adhibita niue, glacie, sale, nitro. Veteres enim, vt Athen. eodem in loco multis testimonijs confirmat, varijs rationibus atq; artibus aquam vel frigidã conseruare, atq; refrigerare fuerunt soliti. Vsitatissima fuit ratio per niues, de qua supra dictum est.

Aqua quomodo frigida sit?

Aquæ refrigerandæ ratio.

Protagorides lib. 2. comicarum historiarum huiusmodi quoddã aquæ refrigerandæ artificium commemorat, quo regis Antiochi milites vsi fuerunt. Aquam interdiu in aprico loco ponebant, & quod crassum erat sub noctis principium excolantes, reliqua noctis parte in hydrijs fictilibus sub dio in aditioribus domus partibus exponebant. Per totam deinde noctem duo pueri ipsa vasa exterius irrigabant, & diluculo incipiente purgantes rursus, fœcemq; subtrahentes, & tenuem ipsam aquam maximè sanitati aptam facientes, inter paleas hydrias ipsas collocabant, sicq; demum illa vtebantur, nullam niuis inopiam cognoscentes. Non admodum ab hoc diuersus erat ille refrigerandi aquam

Galenus.

modus, quem Galenus in Alexandria, atq; vniuersa Ægypto seruatũ se vidisse testatur, 4. comm. 6. epid. vbi occidente sole prius aquam calefactam testaceis vasis inijciebant, eaq; vasa fenestris ad ventos expositis, vt tota nocte refrigerarentur, suspensa, deinde ante solis exortum humi depositæ frigida aqua conspergebant, ac interdum ipsis folia frigida vitium, lactucæ, & similium circumponebant, vt frigus aquæ noctu acquisitum conseruaretur. Semus Delius, teste Athenæo, lib. Nesiadis 2. in insula Cimolia loca refrigeratoria excauata scribit, in quibus æstatis tempore vasa fictilia tepida aqua plena deponebant, postea aquam nulla re niuibus differentem exportabant. Alium re-

Plutarchus.

frigerandi modum fuisse tradit Plutarchus ex Aristot. 6. sympos. 6. vbi cotibus, & silicibus, nec non plumbeis laminis aquæ iniectis eam refrigerari docet. In puteis quoq; vinum refrigerandi morem habuisse veteres Athen. authoribus quibusdam probat. Celebratur præterea cùm à Græcis, tùm à Latinis Neronis aquæ refrigerandæ inuentum, de quo sic Plin. lib. 31. cap. 3. Neronis principis inuentum est decoquere aquam, vitroq; demissam in niues refrigerare, illa voluptas frigoris contigit sine vitijs niuis: Omnem vtiq; decoctam vtiliorem esse conuenit, item calefactam magis refrigerari, subtilissimo inuento. Sed Nero pro aqua sua decocta tãdem coactus fuit bibere aquam cœnosam, vt

Vitiosæ aquæ remedium.

autor est Sueton. Vitiosæ autem aquæ remedium est si decoquatur ad dimidias partes. De eadem sic Iuuenalis, Satyr. 5.

Cum stomachus domini feruet ciboq; potuq;
Frigidior Geticis petitur, decocta pruinis.

Eiusdem Martialis quoque his verbis meminit in apophoretis,

Spoletina bibis, vel Marsis condita cellis
Quò tibi decoctæ nobile frigus aquæ.

Suetonius, Nero aquam è subiecta lacuna potaturus manu hausit, & hæc est, inquit, Neronis decocta, vnde Martialis.

Niuea custodia cocta.

De huius

De huius decoctæ frequenti apud Romanos vsu Athen.lib.3. testatur, vbi Mercurialis in suo lib. obseruationum, vt & Cæl.lib.27.ca.6.notat conuiuas illos erraſſe, qui apud illum authorem probare nitebantur antiquiores Nerone decocta fuiſſe vſos. Nam cum Cynuleus iuſſiſſet aquam decoctã afferri, Vlpianus illum increpuit, quod Romano barbaro verbo vſus eſſet. Galenus quoq; eadem de aqua ſic ſcribit lib.7. Method. ὧν ἐνίοις μὲν ἐ μόνον τὸ ϖεόσφατον ἔδωκα πηγαῖον, ἀλλὰ καὶ τὸ δὶς χιόν& ἐψυγμένον: ὡς ἐν ῥώμῃ σπανίζειν ἔθ& ἔχουσι ϖεοθερμαινοντες πλὴ καταϰλίνῃ, λίθῳ αὐτοὶ ϖεόσαγορεύουσι δικοκταν, vbi male Linacer vertit bis coctam, pro decoctam, quæ vox Latina à Græcis fuit vſurpata. Ibidem Galenus refert ſe interdum ſtomachi, & membrorum intemperiem aqua niuibus refrigerata curaſſe. Plutarch.8. Sympoſ. eiuſdem aquæ calefactæ prius, ac deinde refrigeratæ mentionem facit, vbi dicit homines etiam τῇ ψυχρότητι, id eſt, frigidate luxuriari, Omnis aqua, inquit, prius calefacta magis refrigeratur, vt ea quæ imperatoribus paratur igni admota dum ferueat, vaſe deinde multa niue accumulata circundato frigidior redditur. Eius rationem reddit ſimili ducto à corporibus noſtris. Nam quemadmodum noſtra corpora vbi lauerimus facilius frigeſcunt, quia lauatio à calore accidens corpus multis meatibus patens rarius facit, ita vt iam externũ aërem confertim recipiens vehementius mutetur: ſic aqua dum è puteo hauritur icta, eaq; agitatione præcalefacta celerius refrigeratur. In illo problemate docet aquã è puteo hauſtam, ſi in ipſo aëre in vaſe ſuſpenſa pernoctet, frigidiorem reddi ea, quæ recens eſt hauſta.

Aquæ frigidæ frequens potus noxius eſt.

Aquæ porrò frigidæ potum, ſi is frequens ſit atq; copioſus, obeſſe potius, quam prodeſſe ſanis medici docent. Calorem enim innatum extinguit, pectus offendit, ciborum appetentiam deijcit, & neruoſis omnibus aduerſatur partibus, vt teſtis eſt Hippoc.lib.5. aph.18. & 24. Aquæ quò frigidiores eò deteriores. ſunt enim σκληροὶ, γωδέστεροι, ac proinde δυσπατεργαστότεροι, id eſt, difficilioris digeſtionis, nimirum ob frigiditatis exceſſum, vt Athen. docet lib.2. Legimus etiam nonnunquam homines intempeſtiuo frigidæ aquæ potu repentina morte fuiſſe extinctos. Hinc Scaliger exercit.33. Aqua epota frigida, inquit, homini labore, & ſole æſtuanti nocet. Meſſorem enim à meridiana tritura ſitibundum primo ad fontem hauſtu vidimus extinctum. Athenæus ſimiliter lib.2. ſcribit ex Ariſtophane Tireſiam cum ex Tilphoſa fonte Boeotiæ ſimiliter frigidiſſimo bibiſſet, frigeuſq; ob ſenectutẽ ferre non poſſet, ſubitò fuiſſe mortuum. Aſclepiadem tamen medicum teſtis eſt Plin. lib.29.cap.2. mentes hominũ traxiſſe admirabili artificio, vinum promittendo ægris, dandoq; tempeſtiuè, tùm frigidam aquam, quò vulgi gratiam venaretur. Aquæ tamen temperatæ frigidæ maximus eſt & ſaluberrimus vſus, de quo multa medici, in primis Cardanus lib. de aqua. Hæc de aqua frigida, nunc de calida.

Aquæ calidæ.

Calidum potum contra naturam eſſe Plinius probat argumento brutorum, quæ frigidum perſequuntur, & neq; ipſe, neq; Galenus, vllam ferè huiuſce potionis niſi in ægrotis mentionem fecerunt. Crebra tamen in antiquis Roman. cœnis non modo frigidæ, ſed calidæ quoque aquæ fit mentio, vnde vtramq; in vſu fuiſſe conſtat. Hinc Iuuenalis,

Aquæ calidæ frequens apud veteres vſus fuit.

Quando vocatus adeſt calidæ, gelidæq; miniſter? Martialis,
Caldam poſcis aquam, ſed nondum frigida venit
Alget adhuc nudo clauſa culina foco. Et iterum:
Frigida non deſit, non deerit calida petenti.

Eandem Plautus intellexerat. Perſ. verſu illo à Lipſio correcto,

I. Ite foras, hic volo ante oſtium, & ianuam meos participes bene accipere
Statuite hîc lectulos, ponite hic quæ aſſident, hic ſtatui volo primum
Aquilam (ſiue aquulam) vnde ego omnes hilares, ludentes, (alij lubentes) lætificantes faciam vt fiant mihi.

Athenaus lib.3. Eupolis, Alexis, Philemonis, & Antiphanis teſtimonijs confirmat caldæ potum à veteribus in conuiuijs fuiſſe vſurpatum. Seneca de ira lib.1.cap.12. Iraſcuntur, inquit, boni viri pro ſuorum iniurijs, ſed idem faciunt, ſi calida non bene præbeatur, ſi vitrum fractum, ſi calceus luto ſparſus eſt. Idem eodem in lib.2.cap.25. Parum agilis eſt puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorus, aut menſa negligentius poſita, ad iſta concitari inſania eſt. Paullus I.C. l.18. de inſtr. & inſt.leg. Nec multum refert inter cacabos & aënum, quod ſupra focum pendet: his aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur:

Miliarium.

Posteriori seculo vas huic aquæ proprium repertũ, quod Miliarium dixerunt. Id erat ex ære, ponebaturq; in mensa cuius formam Seneca his verbis describit quæst. Natural. lib. 3. cap. 24. Facere solemus dracones, & miliaria & complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus per declive circundatas: vt sæpe eundem ignem ambiens aqua, per tantum fluat spatij, quantum efficiendo calori sat est. Frigida namq; intrat, effluit calida. Nominat iterum lib. 4. cap. 8. Quemadmodum minora balnearia, & minora miliaria citius calefiunt, si hæc foramina, &c. Hoc miliarium, inquit Lipsius in suis elect. lib. pertinuisse ad calidam, fortasse primi obseruauimus, & confirmamus ex Athen. lib. 3. Εἰσὶ τοι πνὲς εἰσιν, ὥ ἑταῖροι, οἱ ἐλπαίειοι σοφισαὶ, οἱ καὶ τὸ μιλιάριον καλέμενον ὑπὸ ῥωμαίων, τὸ εἰς θερμὸ ὕδατ & κατεργασίαν κατασκευασμένον, ἱπνολίβητα ὀνομάζυσι, *Lego, inquit Lipsius, & in priscis glossis Miliarium θερμίζον, quasi dicas calfactorium. Varro lib. 4. Calix à caldo, quod in eo calida puls apponebatur, & calidam eo bibebant. Etiam apud Græcos idem mos fuit, Lucianus,* τράπεζα δ' ἐστὶ τῇ κλίνῃ παρεστήκει ποτήριον ἔχυσα, καὶ ὕδωρ ἕτοιμον καὶ ψυχρόν, καὶ θερμὸν. *Athenæus lib. 2.* θερπίνειν ὕδωρ, ἐν μὲν χειμῶν, καὶ ἔαρι θερμὸν ὡς μάλισα, ἐν δὲ τῷ θέρει ψυχρὸν. *Apud eundẽ lib. 3. quæritur vtrum aqua calida, an frigida potui sicus bibenda sit, & vtranque in partem afferuntur rationes. Nec in vsu tantum calida, sed, quod*

Thermopoliũ.

mirum, in delitijs fuit. Inde apud Plautum thermopolij fit mentio, cum bilarior inuitatio describitur, aut solutior luxus, vt Curculione de ebriosis,

Quos semper videas bibentes esse in thermopolio

In Trinumo

——Satin' in thermopolio

Condalium ex oblitus, postquam thermopotasti gutturem.

Id est, Satis ne annulum tuum in thermopolio oblitus es, postquam gutur potione calida demulsisti. Thermopolium taberna vbi dulces potiones venibant. Idem Rudente,

Ne thermopolium quidem vllum ille instruit Ita salsam præbet potionem, & frigidam.

Vbi thermopolia vult Lipsius non aliud esse quam cauponas in quibus hæc calida venirent, calida, inquam, pura puta, non potio nescio quæ dulcis & confecta, quod sine authore veteri, & vulgus interpretum, & eximiũ dicit affirmare Turnebum. Verum in thermopolijs non aquam tantum calidam puram putam, sed alias quoque potiones dulces, atque calidas vendi solitas fuisse locus ille Plauti manifestè videtur indicare Pseudulo,

Ps. Quid si opus siet, vt dulce promat indidem (ex pectore) ecquid habet?
Ch. Rogas? murrhinam, passum, defrutum, mellinam, me l quoiusmodi.
Quin in corde instruere quondam cœpit thermopolium.

Dulcium legato apud Iurisconsl. hæc continentur, mulsum, passum, defrutũ & similes potiones: item vuæ, fici, palmæ, caricæ. l. Vlti. ff. de trit. vin. Item Paul. lib. sentent. 3 Dulcibus legatis sapa, defrutum, mulsum, dulce etiã vinum, palmæ, caricæ, Vuæ passæ debebuntur. Rectè ergò, quod pace Lipsij viri doctissimi dixerim, & Lambinus thermopolium locum definit, vbi dulces potiones vendebantur, quas calidas bibere solebant, & eximius Turnebus idem sensit, qui etiam locum hunc restituit, cum in libris manuscriptis scriptum esset thermopolium, in vulgatis Oenopolium.

Thermopolia sublata.

Thermopolia porrò Romæ à Claudio fuisse sublata, & calidam in cauponis prostare ab eodem interdictum esse Dio Cassius his verbis significat, τότε καπηλεῖα ἐς ἅ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε μήτε κρέας πω ἑφθὸν, μηθ' ὕδωρ θερμὸν πωλεῖσθαι, ἢ τινὰς ὅτι τοῦτο μὴ πειθαρχήσαντας ἐκόλασεν. *Caius similiter Caligula cauponem quendam interfecit, quod per dies funeris Drusillæ calidam vendidisset. Idem Dio* τὸν, *inquit,* πωλοῦντα θερμὸν ὕδωρ ἀπέκτεινεν ὡς ἀσεβοῦντα. *scil. quasi impium, & luxuriæ siue lasciuiæ administrum in publico luctu. Illustris quoque est Dionis locus de Druso Tiberij filio, quem ebrietatis accusat, quod aliquando cum Prætorianis ad ignem restinguendum è conuiuio excitatus, aquam illis poscentibus, calidam infundi iusserit, nimirum quasi conuiuij res esset, non incendij. Hinc Tiberius quoque imperator cognominatus Biberius Caldius Mero. Caldius videlicet à frequenti calidæ potu. Calidæ huiusmodi potionis à Plinio quoque videtur mentio fieri lib. 7. cap. 4. his verbis, Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur, cõmœdiarum histrione, cum populo admodum placuisset natali die suo, conuiuiumque haberet, ædita cœna calidam potionem in pulsaria poposcit, simulque personam eius diei acceptam intuens, coronam è capite suo in eam transfulit,*

tali ba-

Digitized by Google

tali habitu rigens nullo sentiente, donec accubantiũ proximus tepescere potionem ammoneret. Tacitus quoque Annalium 13. calidæ mentionem facit, his verbis, Illic epulante Britannico, quia cibos, potusque eius dilectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum, aut ne morte vtriusque proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc, & præcalida, & libata gustu potio traditur Britannico: dein postquam feruore aspernabatur, frigida in aqua diffunditur venenum. Pollux quoq; lib. 9. cap. 6. scribit caldam chalco (quæ Mercuriali lib. 1. Obseruat, quadrantis Italici, vel paulò plus mensura videtur esse) vendi solitam, quæ paucitas, vt idem obseruat, non lotioni, sed potui inseruire potuit. Sic Philemon apud Athenæum, qui vtilitatem & copiam caldæ demonstrauit, eam scribit quadrante vendi.

Aqua calida, quam antiquè potabant, fuerit ne per se calida, an igne, soleue calefacta.

Huiusmodi porrò aqua calida, quam antiqui potabant, quamq; medici frequenter sub vocabulo θερμοῦ nominabant, qualisnam fuerit, calidane per se, an igne soleue calefacta, & puráne an mixta, cur denique adhibita fuerit, meritò quis cum Mercuriali, atque Lipsio viris doctissimis miretur. Equidem & per se calidam, & calefactam adhibitam existimauerim, tametsi Mercuriali nunquam inter conuiuia veteres aquam calefactam bibisse visum fuerit, quod ea potius ad vomitum concitandum, quàm ad voluptatem sanitatémue faciat, & Plinius quoq; naturæ inimicam tradat, & neq; ipse neq; Galenus vllam huiusmodi potionis, nisi in ægris mentionem fecerint. Verùm calefactam aquam in conuiuijs fuisse adhibitam, cùm alia superius commemorata, tùm illud Martialis epigramma, vel ipso Martiali teste satis arguit,

Caldam poscis aquam, sed nondum frigida venit
Alget adhuc nudo clausa culina foco.

Puráne an mixta aqua in conuiuijs adhibita fuerit.

Item illa Paulli l. C. Nec multum refert inter cacabos, & ahenum, quod supra focum pendet, his aqua ad potandum calefit, in illis pulmentariũ coquitur. Hinc manifestè videtur posse colligi aquæ igni calefactæ vsum in veterum conuiuijs fuisse. Deinde quæritur puráne, an mixta fuerit adhibita, atque adeò in delitijs habita. Equidem Lipsio facilè assentior, qui duplicem calidæ vsum agnoscit, & cùm solitariam, tùm & vino infusam vult bibi fuisse solitam. Idem tamen gulonibus expeti tam maximè, & laudatam cum vino se comperisse scribit, cuius causam affert, quod procliuius & iucundius potio feruens, quam frigida iret in bulgam, id quod seipsum aliquando expertum nõ abhorrere dicit. Addit deinceps huiusce aquæ calidæ vsus apud veteres clara testimonia. Athenæus lib. 11. ex Aristot docet, ollis Rhodianis aquam, qua vinum miscebatur, calefieri olim fuisse solitam iniecta in ea myrrha, masticbe, croco, balsamo, amonio, cinnamomo, & alijs aromatibus cùm ebrietatis, tùm Veneris coêrcendæ gratia. Apud Apuleium Fotis accipit poculum, & desuper aqua calida iniecta porrigit vt bibat. lib. 2. Beroaldus, Mixtura aquæ calidæ pocula temperabantur: omniem decoctam aquam vtiliorem esse conuiuijs: item calefactam magis refrigerari subtilissimo Neronis inuento. Martialis,

Me conuiua leget misto quicunque, sed ante
Incipiat positus, quam tepuisse calix. Alibi,
Iam defecisset portantes calda ministros
Si non portares Sextiliane merum.

Hi versus disertè probant mixtionem. Sed clarissimè Plautus, qui vinum ita mixtum intelligens, calidi nomine vti, non calidæ voluit, Curculione:

Vbi quid surripuêre operto capiculo calidum bibunt.
Tristes atque ebriosi incedunt.

Et Milite eleganter potionem eam exprimit puer ebrius,

Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum
Neque ille hic calidum exhibit in prandio.
Pa. Neque tu bibisti? Lu. Dij me perdant, si bibi,
Si bibere potui. Pa. Quidiam? Lu. Quia enim absorbui
Nam nimis calebat, amburebat gutturem:

Et quæ sequuntur, neq; enim est vt scena ea intelligatur sine hoc more.

Calda porrò (vt veteres loquebantur) siue calida cur vsi fuerint veteres, meritò nonnulli miratur, cuius vsum Plinius his verbis damnauit; Notandum, inquit, nullum aliud animal (præter ho-

Cur à veteribus calidæ potus usurpatus fuerit.

minem scilicet) calidos potus sequi, ideoq; non esse naturales. Aquæ calidæ potus, inquit Christoph. à Vega, frequens catharros efficit, ventriculi imbecillitatem atq; hecticã. Possunt tamen afferri probabiles quædam rationes, cur à veteribus calidæ potus cùm meræ, tùm vinò mixtæ fuerit vsurpatus. Ac primò quidem sanitatis ea in re videtur habita ratio. Plato enim lib. 1. de Rep. aquæ calidæ mentionem faciens, illa dicit intestina refrigerari, & appetentiam concitari. Hinc medici quoque Græci, teste Mercuriali, ad reprimendum renum feruorem caldæ potum ante alios cibos summopere cõmendant. Verisimilis est quoq; illa Mercurialis coniectura, ad remittendam cùm vinorum, tùm aquarum vehementiorem frigiditatem calidam fuisse adhibitam: quando rationi est consentaneum inter multos conuiuas fuisse, qui frigidissimo potu, alios qui subfrigido, egelidóue delectarentur, rursus aliquos qui ab omnibus frigidis læsi calidum amarent, solitam fuisse aquam calidam vel etiam calefactam & refrigeratam apponi, vt vnicuiq; quod magis optaret potus temperamentum, efficere liceret. Certè hodie quoq; in conuiuijs alijs frigidissimam potionem, alijs subfrigidam, vel etiam calefactam præberi videmus, prout quisq; hac vel illa delectatur, atq; etiam iuuatur. Adhæc cùm Orientalium hominum ob aërem quo fruũtur calidissimum ventres sint frigidissimi, quod multis rationibus naturalibus probari posset: verisimile est illos ad temperandam ventriculi frigiditatem tantò frequentiore calidæ aquæ vel puræ, vel vino infusæ potu vsos fuisse. Verisimile præterea vt Mercuriali, ita mihi quoq; videtur, quosdam luxuriæ quoq; causa calefacta illa aqua vsos fuisse, qui nempe vomere cupiebant, vt tantò copiosius & maiori fame rursus sese ingurgitarent. Id Antiphanes in Omphale hisce versibus probat:

—— ἐν χύτρᾳ δὲ μοι
ὅπως ὕδωρ ἔψον, (aliter scriptum, ἕψοντα μηδ' ἰν forsan legendum ἐφθὸν) ὄψομαι
ἐὰν δὲ κακὸν ἔχω μηδ' ἔχοιμ' ἰαν δὲ ἄρα
στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρα, ἢ τὸν ὀμφαλὸν
παρὰ φερτάτου δακτύλιόν ἐστί μοι δραχμῆς.
—— In olla autem mihi
Aquam coctam non contingat cernere.
Non enim malè mecum agitur, nec agatur precor. Sin autem
Turbent meum tormina ventrem vel vmbilicum
Paratus ex optima mihi annulus drachma est.

Et Strabonicus apud Athenæum 8. Dipnos. idem testatur. Is enim Rhodios appellauit albos Cyrenæos, quod vt his colore dissimiles, sic lasciuia similes forent, colligens autem illud ex consueto ipsis calidæ potu perspicuum fecit, Rhodios non ob aliud calidam potasse, quàm vt eius ope acceptos cibos reuomerent, sicq; iterum impleri possent. His postremò addam quod Philo quoq; calidæ potionis mentionem facit, quæ refrigeraretur, lib. περὶ φυτουργίας, his verbis, νῦν μὲν γὰρ ἄχει τῷ σώματι καὶ ψυχὴν παρεθῆναι, πίνουσι ἀθρόως, καὶ ἀπνευστὶ χαίοντες ἔτι καὶ προσφέρειν τοῖς οἰνοχοεῖν μέλλουσι κελεύοντες, κἂν ὀλιγώσωσιν ἀγανακτοῦντες. ὅτι τὸ θερμὸν λεγόμενον παρ' αὐτοῖς ποτὸν περιψύχουσι. Non enim vsq; ad animi corporisq; languorem potant absq; respiratione bibentes, & vltrò pincernas vrgentes, indignantesq; illis cessantibus, dum caldam, quam vocant, frigefaciant. Hinc colligi videtur posse illos calidam aquam prius refrigerasse, antequam illam vino miscerent, vel etiam puram biberent, calefaciebant autem prius ad illius cruditatem mitigandam, quò minus stomacho noceret. Quin etiam vinum calidum aquæ similiter calefactæ commiscere prius, ac postea refrigerare rursus, veteres consuetisse, ex illa Aristæneti epistola videtur posse colligi, vbi hæc verba ponuntur, ὁ γὰρ ἐμμετρος οἰνοχόος ἐξεπίτηδες τοῦτο θερμότερον τοῦ δέοντος τὸν οἶνον συνέμιγνυ ὕδατι θαπύρῳ. ὅσον ἔμελλεν ὁ ψυχρότατος ὅλκὸς ὑπιπτάζων, αὐτὸ τὸ κραδὲν ὑπὸ ψύχειν. ὅπως ἀμόνησε τῆς ἀμέτρου θερμῆς τοῦ ψυχροῦ μεμιγμένης τὸ σύμμετρον καταλάβοιτο. Hæc de aqua calida vsu antiquo in epulis.

DE VINO, EIVS DEFINITIONE, NOMINIBVS, ORIGINE, AVctore, commodis.

CAPVT VII.

OMNINO autem duo sunt præstantissimi saluberrimiq; potus humano generi à Deo tributi atq; concessi, aqua nempe & vinum: quorum illa quidem homini cum cæteris animantibus est communis, hic verò hominis quasi proprius est potus. Ac quoniam de aqua dictum est, nunc dicendum de vino, cuius vim, naturam, vsum, commoda, & incommoda, Syracides noster (vt ad illum redeamus) egregie hoc in loco demonstrat. Primò igitur de vini nominibus illius vim significantibus, deinde origine atq; authore, tùm effectis bonis pariter, atq; malis, quorum Syracides hic meminit, disseremus.

Vinum propriè dictum est succus vuarũ, siue succus in vite, qui feruendo vires è musto sibi fecit, quod & dulcescit primo calore proprio & acquisititio. Siue vt alij illud definiunt, *Vinum* est substantia liquida ex vuis expressa, quæ ebullitione vires acquisiuit. Quia ergo vinũ est succus vuarũ, siue vitis, hinc elegãter & Ho. ἐριςάφυλον Od. ι. & Euripid. in Bacch. ἀμπέλου ὀπὴν, vitis succũ, & Pind. ἀμπέλου γόνον vitis fœtum: & ipsam vitem Græci vulgò ἄμπελον οἰνοφόρον viniferam, & οἴνηρον, Hippoc. οἰνάδεον, Astydamus apud Athen. οἰνομήτορα, id est, vini matrem nominant, sic gæphen iain, id est, vitis vini, seu vinifera legitur Num. 6. Imò ἄμπελον, id est, vitem Aristoph. interpres vult dictam ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἔχειν τὸν πηλὸν, id est, quod vinum (nam πηλὸς vinum significat) in se contineat. Vinum propriè quid.

Vinum ab Hebræis יין, siue ין *Iain*, siue *Ien* dicitur, vnde verisimile est *Iacchi* nomen, qui idem qui Bacchus fuisse dicitur, deriuatum. Verbũ autem hoc *Iain* ferè semper Chald. Paraph. transtulit חמר *chamar*, id est, vinum rubrum, vt Hom. οἶνον αἰθοπα ferè semper nominat, forsan quia tunc temporis vina rubra præstantiora iudicabantur albis. Eustath. Ιλ. α. p. 102. 24. αἰθοπα dicit vinum ab Homero appellari οἷον ὑποκεκαυμένον τὴν ὄψιν, ἤτοι μέλαν ἢ ἐρυθρὸν, ἢ καὶ θερμὸν καὶ καλαίοντα, παρὰ τὸ αἴθειν: & idem p. 806. 24. Nomen hoc, inquit, vino nigro est impositum laudis ergò. Est nanq; vinum nigrum efficacissimum, quodq; in bibentium habitu diutissimè moratur. Sunt qui nomen hoc significatione volunt cognationem habere cũm voce יון *Iauan*, id est, lutum liquidum seu fax, à turbiditate, quod in terra Chanaan omnia vina fuerint turbida, & fæculentæ, rubriq; coloris. חמר *chamar*, vini rubedo, aliqui turbationem seu turbiditatem aut feruorem exponunt, quod vinum rubrum etiam potum efferuescat & cerebrum turbet. Kimhi vinum lutosum & turbidum rubrum esse intelligit, & ita dictum putat quod in terra Israël præstabilius sit. De voce עסיס *basis* suprà est dictum. Vini nomina Hebræa.

תירוש *thirosch* propriè mustum seu vinum nouum significat, à ירש *Iarasch*, id est, possedit, quod vinum omnium optima sit possessio. Sunt qui illud volunt deriuari à ירש *Iarasch* altera significatione, hoc est, ad paupertatem miseriamq; redigi, eò quòd vini abusus immoderatus plerunq; paupertatis est causa. Chaldæi thirosch vocant מיארית siue מרית merit siue merat vinum prodromum, quod deriuatur ab eodem themate, à quo Hebræum scilicet à ירת *Iarath* mutato schin in thau, tametsi non desunt, qui à Latina voce merum Chaldæum volunt deriuatum, forsan contrà merum à Chaldaico vocabulo promanauit.

Græci vinum οἶνον appellarunt, quasi οἰόνευν, ἀπὸ τοῦ οἰήσεως ἡμᾶς τὸν νοῦν ἐμπιπλᾶν, id est, quod mentem nostram vanis & elatis opinionibus (hoc enim οἴησις propriè Græcis) impleat, vel ὅτι οἴεσθαι τοῦν ἔχειν ποιεῖ τὸν πίνοντον τοὺς πολλοὺς οὐκ ἔχοντας, id est, quòd multos illud bibentes facit opinari sibi mentem esse, qua carent, vt Pluto voluit in Cratylo, & qui eum secutus est Plutarchus lib. 7. Sympos. Item Eustathius Ιλ. β. p. 500. παρὰ τὸ αἴτιον εἶναι οἰήσεως τὸν οἶνον τοῖς πίνουσι, φρονιματίζειν γὰρ ἀλαζονικῶς ὁ οἶνος τοὺς ἀμέτρως φιλοῦντας αὐτὸν, id est, quod causa sit vanæ opinionis illud bibentibus, gignit enim vinum in ijs, qui immoderato eius amore sunt capti, superbas, vanasq; opiniones. Idem author eodem in loco nõnullos ait existimare, οἶνον dictum παρὰ τὸ οἴω τὸ νομίζω, καὶ τὸν νοῦν, id est, quòd mentem afferat, idq; conuenienter Athenæi opinioni, & Co- Græca nomina. Vini etymon.

mici illius dicto, ἁρδιδαι οἴνῳ τὸν νῆν ὡς λέγειν τὶ δεξιὸν, mentem irrigari vino, vt dextri quid, seu opportuni proferat. Huc faciunt illa Platonis lib. 1. de Leg. Homo, ὁπόσῳ πλέον αὐτὸ γέμηται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦται, καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν· καὶ τελουτῶν δὲ πᾶσης ὁ τοιοῦτος παῤῥησίας, ὡς σοφὸς ὤν, μεστοῦται, καὶ ἀλαζονείας, πᾶσης δὲ ἀφοβίας, ὥστε εἰπεῖν τε ἀόκνως ὀπιῦν, ὡσαύτως δὲ καὶ ᾄδειν. Quo quis illud copiosius hauserit, tantò maiori spe impletur, tantoque animosius de se sentit, idemq; præsentia quadam atque liberalitate tanquam sapiens repletur: pellitur omnis metus, vt intrepidè quidvis pariter & dicat, & agat. Fuerunt etiam, qui οἶνον voluerunt denominatum ἀπὸ οἰνέως Oeneo vini inuentore, vt Nicanor Colophonius, & Melannipedes Milesius senserunt, teste Athenæo libro secundo. Alij, vt refert Eustathius (id quod Athenæu quoque magis probatur) οἶνον volunt dici ἀπὸ τοῦ ὀνεῖν, ὃ ἔστι ὠφελιμεῖν, siue ἀπὸ τῆς ὀνήσεως, id est; eius vtilitate, ad quam etymologiam Homerus videtur aliquando alludere, vt Il. secunda.

ἔπειτα δὲ αὐτὸς ὀνήσεαι ἄσκε πίνδα.
Si biberis magnum referes mihi crede iuuamen. Et Od. τ.
ἔπειτα καὶ αὐτὸς ὀνήσεαι πιὼν.

Sic idem cibos quóque ὀνείατα appellauit ἀπὸ τοῦ ὀνίσκειν ἡμᾶς, id est, quod nos iuuent. De οἴνου etymologia, vide plura apud Eustathium Od. 29. 34. Quid si potius & ὄινυ, id est, vini, & οἴνης nomen (quo antiqui, teste Athenæo lib. 2. vineam appellarunt) dicamus à Iain, siue Ien Hebræo profluxisse. ἴουσιν & boni vini terra, ὐδροις & suaue vinum ferens, πολύοινος & locus vini ferax, πολυοινία vini copia, ἀπὸ τοῦ ὄινυ dicuntur. Vini seruandi reponendiq; in cellis vinarijs modus à priscis seruatus, pluribus explicatur à Galeno lib. 1. de Antidotis.

Iones. *Iones, teste Hesychio, vinum πηλὸν vocarunt ἀπὸ τοῦ πάλλειν καὶ σείειν ἡμῶν τὰς φρένας. id est, quod mentes nostras vibret atq; commoueat: nam idem vocabulum πηλὸς propriè cænum siue terram aqua irrigatam significat. Simile quid de voce Iain, & Iauen suprà dictum est. Hinc καπηλος ὁ πωλῶν τὸν οἶνον caupo, vini venditor, sed potius corruptor. Nã Scholiast. Aristoph. in Pluto, καπηλον vult dictum esse παρὰ τὸ καπύειν τὸν πηλὸν, quod vinum corrumpat, qui mos est cauponum. Ad quem alludens Paulus 2. Cor. 2. eleganter per metaphoram dixit, καπηλεύειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, id est, cauponari sermonem Dei, hoc est, sermonem Dei ceu vinum salutiferum cænosis, turbulentis, atque pestiferis humanarum opinionum, atque traditionum aquis lucri causa corrumpere, quod cap. 4. vocat δολοῦν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. Ἀμπελος quoque dicta vitis, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἔχειν πηλὸν, de quo suprà.*

μέθυ. *Dicitur etiam vinum Græcè μέθυ, quod verbum Poëtis duntaxat est vsitatum: vt μέθυ ζωρὸν apud Apollon. & μέθυ ἄζωρον apud Euripid. id est, vinum meracum. Hom. Od. ν.*

πρὸ τόνοι κρητῆρι μέθυ γλυκὺ, πᾶσιν ἄνακτι
μίγαιον.

Homerus Od. ν. μέθυ, & Od. ξ. γλυκὺ, id est, dulce vocat. Potest tamen hoc censeri non pro perpetuo epitheto (quoniam aliquod vinum potest esse, quod non sit dulce) sed pro epitheto certi vini, cuius in illis locis fit mentio. Plutarch. in Sympos. lib. 3. Probl. 2. vult μέθυ propriè esse τὸν ἄκρητον ἄκρατον. Hoc porrò verbum à μεθίημι deductũ esse Eustath. sæpè testatur, vel quod nos μεθήμονας, id est, negligentes reddit, vel quod eius vsu homines μεθίενται εἰς ἀφροσύνην καὶ ἄνεσιν, id est, recreantur ac relaxantur, in fine Il. 2. & Od. ν. Eadem reperiuntur apud Athen. quo teste, & Bacchus Methymnæus ac μεθυδότης, & vrbs Thraciæ vitibus abundantissima Methona, & alia vrbs Lesbi insulæ πολύοινος Methymna fuit ab eodem nomine appellata.

Temetum. *Temetum quoq; Latinum Hen. Stephano videtur inde originem suum habere, ita vt ex μέθυ primùm Methum: deinde verò temethum præfixa vna syllaba dictum fuerit, quod & in alijs quibusdam vocibus Latinis, quæ è Græcis factæ sunt, videre licet, tandem & mutationem spiritus in tenuem accessisse.*

Vini etymon. *Vinum Latinè nonnulli volunt esse dictum à vi, quod menti vinũ vim inferat, siue quod magna sit eius vis & ad bonum, & ad malum pro diuerso nempe eius vsu. Varro, Vitis à vino, idque à vi, huic vindemia, quod est vini demia, aut vitis demia. Vinum potius à Græco οἶνος videtur esse deriuatum. Veteres vinum appellarunt temetum, quod esset grauius. Vnde temulenti ebrij dicuntur, &*

tur, & temulentia vbrietas, & abstemij, qui temeto, id est, vino carent. Ab hoc nonnullis, & temerè, id est, stultè, siue inconsyderatè, & temerarius, id est, audax, & temeritas, id est, audacia, & denique temerare, & contemerare (quod propriè de sacris dicitur) id est, violare, siue contaminare, videtur esse deriuata. Vinum enim immoderatè sumptum homines temerarios & audaces reddit, & ad sacra pariter atque prophana temerandum, hoc est, polluendum, violandumq; impellit. Alij tamen, vt paulò ante dictum est, temetum à Græco μέθυ volunt esse deriuatum. Sunt etiam qui temetum dictum volunt, quod tentet & labefactet nimium mentem, deinde membra.

Merum. Merum propriè dicitur vinum solum, purum sine aqua, quod etiam vinum meracum appellatur. Nam merum Latinis in genere significat modo id quod est solum, siue solitarium, secundum illud Terentij, Nil habeo nisi spem meram, vnde merulam auem quidam dictam existimant, quod solitaria incedat. Modo purum significat siue syncerum. Plaut.

Nescio quid est non merum quod gemit.

Hinc & merendam, de quo suprà, & meridiem vult dictum Isidorus. Nonnulli, vt suprà dictum est, merum à Chaldæo mera, id est, vinum seu mustum significante volunt promanasse. Hæc de nominibus quorum explicatio & iucunda est, & ad vini vim atque naturam intelligendam apprimè conducit.

De vini origine atq; inuentione. Nunc de vini origine atque inuentione dicatur. Vinum Syracides dicit κτισθῆναι, id est, conditum esse, sed nec à quo, nec quando additur, id quod ex alijs sacræ scripturæ locis nobis sit manifestum. De vitium viniq; origine, inuentione atq; inuentoribus primis variæ fuerunt olim Ethnicorum fabulæ, de quibus vide Athen. lib. 2.

Noachus primus vitisator. Sed nos omissis fabulis, sacris literis edocti, scimus vitium viniq; vsum post horrendum demum illud vniuersæ terræ diluuium cæpisse: vnde Deucalionis temporibus Dionysium finxerunt Ethnici hospiti suo in terra Africa ostendisse, vt ex August. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 13. docet. Noachus enim, vt Gen. 9. scriptum est, cum egressus esset ex Arca terram studiosè coluit, vineamq; manu sua seuit, ex qua cum primum fructum cepisset, lætus factus bibit ad ebrietatem vsq; somnoq; profundiore correptus, nudus summo cum dedecore atq; ignominia iacuit, vnde maledictio postea, atq; seruitus fuit consecuta. Hic ergo primus ἀμπελουργὸς seu vitisator extitit, qui, vt inquit Lactantius lib. 2. cap. 14. non modò Liberum, sed etiam Saturnum, atque Vraniam multis anteceßit ætatibus. Cuius deinceps filij, atque nepotes qui hinc inde per totum terrarum orbem dispersi, cæteris mortalibus vitis serendæ atque colendæ artem à patre acceptam tradiderant, innumeris procul dubio huiusmodi fabulis occasionem dederunt.

Deus vini author & largitor. Principalis tamen, vt omnium bonorum, ita vini quoque dator, autorq; agnoscendus celebrandusq; est Deus Optimus Maximus, qui Noacho ceu ministro ad tantum bonum hominibus impertiendum, illosque vites serendi, viniq; conficiendi rationem docendum vsus est. Meritò itaque Hoseas capite secundo suarum concionum, grauiter Israëlitas reprehendit, quòd panem, aquas, linum, oleum, vinum, cæterosque potus, quorum copia abundabant, non, vti par erat, soli Deo ceu fidißimo suo marito, sed Ethnicorum nimirum more, atque imitatione, commentitijs, fictitijsque quibusdam dijs (quos illorum deamatores, & amasias appellat) impiè, nefarieque acceptos ferrent. Idem sub finem Cap. 2. elegantißima sanè gradatione demonstrat, frumenti, vini, atque olei, id est, omnium frugum atque fructuum terra nascentium principem causam esse Deum Optimum Maximum, qui idem omnium bonorum, tàm corporeorum, quàm spiritualium fons est vberrimus. Causas verò secundas & instrumentales esse cœlos, atque terram. Deus, inquit, exaudiet cœlos, cœli terram, terra frumentum, vinum, oleum, hæc deniq; Israëlem. Impiè ergo Manichæi vinum fel principem tenebrarum esse existimarunt, à quo etiam ceu re impura omnino abstinuerunt.

Vini vis & vtilitas multiplex. Vini porrò vt & plurimorum medicorum, atque physicorum literæ, & ipsa experientia quotidiana ceu testis locupletißima docet, magna vis & efficientia, multiplex vsus atque vtilitas, ita vt rectè & vinum Latinè à vi, seu virtute, & οἶνος Græcè ἀπὸ τοῦ ὀνεῖν, id est, iuuando dictum esse videatur, de quo suprà. Asclepiades medicus de vino dando volumen ædidit, in quo vini vtilitatem mirificè laudibus extulit, idq; vix deorum potentia æquari posse dicere ausus est. Mirum itaque profectò non est Ethnicos olim Bacchum, quem vini primum esse autorem sibi falsò persua-

Aesculapius & Bacchus quo nomine in honore sint habiti.

Vinum deorũ donum optimũ

serant, ceu deum coluisse. Æsculapius & Bacchus, inquit Galenus in Exhortatione ad bonas artes, siue quondam homines fuerint, siue dij ab initio summos honores promeruerũt, alter ob monstratam artem medendi, alter quod nos docuerit vitium colendarum rationem. Vinum, teste Athenæo lib. 2. optimum deorum donum esse, dixit Mnesitheus, similiter affirmans à dijs illud datum esse hominibus ceu maximum bonum, si eo rectè vtantur, sin minus, ceu maximum malum. Cum autem innumeræ sint vini commoditates ad coquendum, ad lauandum, atque purgandum (vnde vino legimus olim infantes à mulieribus ablutos, vt etiam hodie fieri solet, de quo Cel. lib. 8. cap. 1.) deniq; ad medendum, vlcera siccandum, glutinandum, atq; sanandum (vnde Luc. 10. Samaritanus ille saucij illius vulneribus oleum, vinumque infudit) tamen ijs omnibus omißis, de illo nunc tantummodo quatenus potui inseruit, pauca quædam atque selectiora ex innumeris antiquorum scriptis delibando proferemus.

Vini sobrio potu hominis vita sustentatur.

Ac Syracides quidem noster, vt ad illum redeamus, vini commoda simul & incommoda breuiter quidem, sed perfectè videtur esse complexus: sed de incommodis post, nunc de commodis. Cum igitur duæ sint hominis partes ex quibus est constatus, virius que sanitatem, ac proinde totam hominis vitam vini sobrio potu constare, Syracides his verbis docet, Vinum vitæ humanæ accommodatum est, si moderatè bibatur. Et quæ hæc est vita vbi deest vinum? Vini, inquit Theogenes, immoderata potio mala est, moderata autem non solùm non mala, verumetiam bona, commodaq; existit.

Cur Bacchus medicus fuerit appellatus.

Hinc Bacchus passim medicus, & sanitatis author olim fuit appellatus, & etiam oraculo quodam præceptum fuit, vt Bacchus ὑγιάτης, id est, sanator cognominaretur, quemadmodum Athenæus lib. 3. Mnesithei testimonio confirmat. Hoc autem cognomine, vt Eustathius inquit in Ιλ. ρ. 347. 16. significatum fuit, τὸν οἶνον ὑγιαστικὸν εἶναι, id est, vinum sanandi vim habere.

Vinum alendi & medẽdi vim habet.

Est enim vinum hominis alimentum pariter atque medicamentum. Hinc Eululus apud Athen. Bacchum sic loquentem inducit, Prudentibus viris ego tres misceo crateras, primum quem sanitatis, secundum quem amoris & voluptatis, tertium quem somni ergò bibant, quo epoto sapientes ad conuiuium inuitati domum se recipiunt.

Vini cõmoda.

Vinum quemadmodum medici vnanimi consensu affirmant, probè, celeriterque nutrit, humectat, calefacitque solidas partes, vires corporis omnes roborat atque confirmat, succorum, coloris q; bonitatem facit, concoctionem distributionemq; ciborum adiuuat, vrinam & sudores promouet, corporis habitum calefacit, & aduersus senectutis duritiam, & frigiditatem summum remedium est. Sicut enim igne ferrum, ita vino corpora senũ molliuntur, atque temperantur. Adhæc somnum conciliat, spiritus, & sanguinem fouet, bilis amaræ acrimoniam mitigat ac frangit, natiuum calorem accendit, & conseruat, membris robur addit, fœminis fœcunditatem creat, vomitionem sistit, putredini resistit, cicutæ atque veneni optimum est antidotum. De his quæ breuiter perstrinxi, pleni sunt Galeni, Hippocratis, Dioscoridis, aliorumq; medicorum libri.

Augustinus.

Augustinus libro ad Sacras virgines cap. 1. accuratè admodum vno quasi fasciculo has vini vires atque commoda complexus est. Est quidem in multis, inquit, vitæ mortalium vinum necessarium. Debilem stomachum reficit (vnde Paulus Timotheo hydropotæ ob stomachi imbecillitatem, & frequentes morbos vini modicum vsum ceu ὄπιον φάρμακον, vt Clem. Alexand. inquit lib. 2. cap. 2. medicamentum corroborans atque confirmans suadet) vires deficientes reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infusum medetur. Sic Plutarchus lib. 3. Sympos. Problem. 5. medicos vino & languenti stomacho atque ob imbecillitatem confirmationis indigenti mederi, & fluxus ventris & sudoris eruptiones sistere testatur. Ibidem etiam vinum potum post haustam cicutam veneni vim retundere scribit, quo signo nonnulli vini calorem monstrari aiunt.

Galenus.

Galenus lib. Quod animi mores, &c. Vinum liberalius haustum malum, modicè bonum esse dicit, quo si commodè quis vtatur, & concoctioni, & digestioni, & sanguinis generationi, & nutritioni abundè confert. Idem lib. 3. de Temper. Vinum tùm roborat, tùm nutrit celerrimè, quod vt assimiletur mutationem requirit minimam. Vinum ergo ad corporis non sanitatem modò, verumetiam robur, vires q; facit. Hinc Hom. Ιλ. ζ.

Homerus.

Ανδρὶ κεκμηότι μάλ' μέγα οἶνος ἀέξει

Vinum viro defatigato magnum robur addit.

Idem Ιλ. τ. dicit, Virum cibo, vinoq; repletum παντημέριον πολεμίζειν, vel per totum diem pugnare posse. Hinc vinum ab Euripide eleganter ἀρεσίγυον, id est, membrorum confirmator appellatur.

Nec verò

Nec verò corpori tantùm, verumetiam animo mentiq; moderatus vini potus plurimum prodeſt. Ac ipſam primò mentem ingeniumq; acuit, atque confirmat. Chæremon Tragœdus apud Athen. lib.2. vinum eo rectè vtentibus, σοφίαν, ἐμφρόσυνον, εὐβουλίαν, id eſt, ſapientiam, docilitatem, prudentiamq; conciliare dicit. Apud eundem νηφαλίνων, id eſt, temperatè vinum bibens, φρενοπλιχὸς fieri dicitur. Hinc οἶνον quoq; à Græcis nonnulli dictum volunt, quòd homini mentem afferat, de quo ſuprà. Huc quoq; facit lepidum illud Græcorum epigram. Vinum quid animo cõferat.

Οἶνός τοι χαρίεντι μίγας πίλνει ἵππος ἀοιδῷ
ὕδωρ δ' ἐς πίνων, χρηστὸν οὐδὲν αἶ τέχνης. Id eſt,

Vinum lepido magnus eſt equus Poëtæ.
Aquam verò bibens, nihil paries boni.

Huc quoque facit illud Propertij lib.4. Eleg.6.

Ingenium potus irritet Muſa poëtis. Et mox:
Sic noctem patera, ſic ducam carmine, donec
Inijciat radios in mea vina dies.

Apud Macrob. lib. Saturn.2. Euangelus, Agite, inquit, antequam ſurgendum nobis ſit, vino indulgeamus, quod decreti Platonici authoritate faciemus, qui exiſtimauit fomitem quendam & incitabulum ingenij virtutisq;, ſi mens & corpus hominis vino flagret. Idem ſenſiſſe videtur ille, qui dixit, Vinum modicè ſumptum, intellectui videtur acumen afferre. Huc quoq; faciunt illa Horat.

Fœcundi calices quem non fecêre diſertum.

Item Epiſtola ad Mœcenatem:

Nulla placere diu nec viuere carmina poſſunt
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus, &c. Item lib.1. Car. Od.18.
Siccis omnia nam dura Deus propoſuit, &c.

Hinc Rufus teſtatur Perſas, atque Helenos volentes diſſerere, ratiocinari, conſilium dare Reip. gerendæ, verſus condere, muſicam exercere, vino prius vſos fuiſſe, ſeq; experientia didiciſſe vino mentem hilarem reddi, veritatem pandi, ingenium acui & rationem. Idem teſtatur Plutarchus lib.7. Sympoſ. Problem.9. & idcirco antiquiſſimos Dionyſium εὐβουλον, id eſt, bonum conſiliarium, & ipſam noctem Σοφόννν, id eſt, prudentiæ aptam fuiſſe appellatam. Et Probl. ſequente 10. pluribus diſſerit de vini moderatè ſumpti commodis, vnde inter pocula conſultationes de rebus grauibus fieri poſſe docet. 1. Mentem & ingeniũ acuit.

Vinum præterea quoniam nutriendo copioſum generat ſpiritum, & ſolo etiam ſæpe odore ſpiritum recreat (ſecundum illud Ouidij,

Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi
Vt ſolet infuſo vena redire mero.)

hinc magnam hominis animum lætificandi, & exhilarandi, triſtificis contra tabificisq; curis atq; mœroribus liberandi vim habet. Vnde Syracides noſter, καὶ αὐτὸς ἔκπαλαι εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις. Ἀγαλλίαμα καρδίας καὶ εὐφροσύνη ψυχῆς οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτάρκης, id eſt, Ipſum (vinum) ad exhilarandos animos creatum eſt. Lætitiam cordis animiq; hilaritatem parit potus vini iuſtus atque opportunus. His verbis vini vſum iuſtum duabus rebus oſtendit, tempore, atq; modo, ſiue ea moderatione, qua nõ plus aut minus vini quàm natura poſtulet, ſumatur: debet igitur potus vini eſſe cùm εὐκαιρος, id eſt, tempeſtiuus ſeu oportunus, tùm αὐτάρκης, id eſt, iuſtus, moderatus. Qui bibunt alieno tempore, vt illi, quos Iſa.c.4. dicit manè ſurgere ad potandum, aut plus ſumũt quàm naturæ vires ferre poſſint, ij nõ vtuntur optimo dono Dei, ſed abutũtur, ac proinde iuſto Dei iudicio non lætitiam, ſed triſtitiam potius, atq; mœrorem ſibi accerſunt. De hoc porrò vini moderatè ſumpti, optimo effectu multa quoque alia in ſacris & prophanis literis, pulcherrima teſtimonia extant. Iudic.9. Vinum Deum hominesq; lætificare dicitur. Prouerb.23. Vinum iubetur ijs dari, qui amaro triſtiq; ſunt animo, quò ſuæ miſeriæ, egeſtatis, inopiæ, dolorum, atque laborum obliuiſcantur. Pſalmo ſimiliter 104. Pſaltes Deum canit cùm alias fruges, atq; fructus, tùm vinum quoque (vnde eleganter in ſacris & prophanis literis terræ ſanguis dicitur) producere ad cor hominis exhilarandum, quod Buchananus ſic reddit, 2. Animum exhilarare. Syracides.

Vini iuſtus vſus duabus rebus conſtat.

Quæque hilarent mentes iucundi pocula vini.

Digitized by Google

Syracides noſter cap. 40. Hominis, inquit, ad vſum vitæ neceſſaria ſunt aqua, ignis, ferrum, ſal, farina, mel, lac, vinum, oleum, veſtes. Hæc omnia pijs cedunt in bonum, impijs verò ad damnum. Et cap. 41. Vinum, inquit, & muſica exhilarant cor, at ſapientia iucundior eſt vtroque. Deniq; Eſd. 3. legimus vinum ſecuritatem, iucunditatem, triſtitiæ, debitiq; obliuionem afferre. Hinc Auguſtinus libro ad Sacras virgines cap. 1. Vinum, inquit, triſtitiam remouet, omnes animi languores delet, lætitiam infundit, conuiuas honeſta colloquia miſcere facit. Hæc ſacræ ſcripturæ teſtimonia, ac vini præconia de vino ὀρθαίρως, μετρίως, καὶ ὑπερμάχως ſumpto intelligi debent. Hic autem agnoſcenda nobis atque prædicanda ſummi, atque cœleſtis illius noſtri patris familiâs clementia, atque benignitas, qui nos non tantùm alit ex dimenſo, vt olim diligentes patres familiâs ſuos domeſticos, ſed etiam liberalius pro paterna ſua indulgentia tractat. Atque idcircò non aqua tantùm, quæ ſufficere poſſet ad ſedandam ſitim, & ad refrigerandas, & humectandas partes in corpore hominis calore aſſiduo exhauſtas, & vrefactas, vti nos voluit, ſed vini vſum poſt diluuium addidit, primum vt ſeneſcentis, & deficientis naturæ vires conſeruaret: deinde vt animum à laboribus, moleſtijs, & ærumnis, quibus hæc vita ſcatet, (de quo vide Syracidem noſtrum cap. 40.) auocatum interdum recrearet, & exhilararet. Vnde colligitur Deum non delectari perpetua triſtitia, miſeria, & ſqualore hominum, quos ad nominis ſui gloriam condidit, & in agnoſcendo, ac celebrando ſuo conditore vult nos eſſe animo placido, læto, tranquillo, & compoſito.

Auguſtinus.

NOTA.

Illis porrò commemoratis ſacrarum literarum teſtimonijs pulchrè conſentiunt atq; congruunt multa prophanorum authorum teſtimonia, quæ operepretium fuerit ſubiungere. Ac ipſum quidem primo vinum Athenæus lib. 8. & eum ſecutus Euſtathius (vt ſuprà dictum eſt) idcirco μέθυ volunt à Poëtis Græcis fuiſſe vocatum, quod eo vſi homines μεθίενται εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν, id eſt, ſeſe demittunt ad hilaritatem, animiq; recreationem. Hinc ipſe Bacchus quem antiquitas vini inuentorem credidit, à Græcis εὐΘς & ἰήϊΘς dictus eſt eodem Athenæo teſte. Eandem ob cauſam à Marone lætitiæ dator, & vulgò à Græcis atq; Latinis Lyæus ἀπὸ τῦ λύειν, & Liber à liberando dictus eſt, teſte Seneca libro de Tranquillitate vitæ, quod nimirum animum à ſeruitio curarum liberet. Eandem ob cauſam Homerus vinum & ἐυήνορα Od. 4. hoc eſt, interprete Euſtathio 190. ἀνδρίας ὡφελιμοποιὸν, id eſt, fortitudinis incitamentũ, et crebrò ἔυφρονα καρπὸν ἀρόρης, hoc eſt, interprete Euſtath. Il. γ. p. 312. ἐυφραντικὸν, lætificantem telluris fructum appellat. Idem,

Bacchus ἔυιΘς & ἰήϊΘς.

οἶνὸν τοι μενέλαε θεοὶ πόιησαν ἄρειον
θνητοῖς ἀνθρώποισι δόσιν δ' ἄσαι μελεδώνας.
Iucundum Menelae dij fecere iuuamen
Vina Dei, curasque virûm diſperdere prauas. Euripides in Bacchis;
βότρυΘς ὑγρὸν, πομπὸν ἔυρε κ' εισενέγκατο
θνητοῖς, ὅ παύει τὰς ταλαιπώρυς βροτὰς
λύπης, ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλυ θεῦς
ὕπνον τε λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν
δίδωσιν, ὀυ' ἔστιν ἄλλο φάρμακον πόνων.
Lyæus vſum vitium mortalibus
Inuenit, vt curas mero depellerent.
Obliuionem ferret & malis ſopor
Quæ ſingulis diebus hic nos obruunt:
Non efficacius mali eſt pharmacum.

Theognis apud Athenæum libro ſecundo,

πᾶσας δ' ἐν κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει
πινόμΘς κατὰ μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χαρείων.

Galenus in libro in quo docet animam ſequi corporis temperaturam, λύπης, inquit, ἀπάσης, καὶ δυθυμίας κωφίζει οἶνΘς πινόμΘς, id eſt, Triſtitiam, & mœrorem vinum alleuat omnem. Idem eodem in libro inquit, Vino animus noſter & mitior ſimul & fidentior redditur. Sic Socrates apud Xenophontem in Sympoſio, Ἀλλ' πίνειν μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ παν δοκεῖ· τοῦ γὰρ ὅτι οἶνΘς ἄρδων τὰς ψυχὰς τὰς μὲν λύπας ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. At vt bibamus, viri etiam mihi valdè placet. Reuera enim

inim vinum rigans animos, curas quidem, non secus atque mandragora homines, sopit: hilaritatem autem velut oleum flammam excitat. Citatur ab Athen. lib. 2. Panyasis,

Οἶνος γὰρ πυρὶ ἶσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ
ἐσθλὸν ἀλεξίκακον πάσῃ συνοπηδὸν ἀνίῃ
ἢ μὲν γὰρ θαλίης ἐρατὸν μέρος ἀγλαΐσται, &c.
Est cibus igni par vinum mortalibus ipsum
Cuiusvis medicina mali, medicina dolorum
Maxima lætitiæ pars, & splendoris in ipsis, &c. *Theognis,*
πῦ πίνειν ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεισ μελεδῶνας
θωρηχθεὶς δὲ ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος.
Bibendo dispelles multas graues curas
Potus erit multò hilarior. *Idem.*
Εἰ πίομαι πεύκης θυμοφθόρα μελεδήματα
ὅτε κακὸν ἀνδρῶν οἱ μὲν λέγουσι κακὸν.

Cui simile est illud Horatij libro Carm. 1. Od. 18.

Quis potis vina grauem militiam, aut pauperiem crepat?

Hoc est, Quis potus militiæ, aut paupertatis incommoda queritur, & habet in ore? Anacreon,

—— σκεδάσαι θέλω μερίμνας, *id est,*

Dispellere valo curas scilicet vino. *Idem,*

ὅταν πίω τὸν οἶνον ὑπνοῦσι αἱ μέριμναι.
Quando vinum bibo, dormiunt curæ. *Idem,*
ὅταν ἐγὼ πίω τὸν οἶνον ἀπορίπτονται μέριμναι, παλυφρονηδὸν βυλαί.
Quando vinum bibo abijciuntur curæ.

Vide apud Iunium proverb. Helenæ crater. Plato lib. 1. de Legibus, Vinum, inquit, haustum continuò hominem sepso latiorem, atque hilariorem reddit. Idem vinum eleganter αὐστηρότητος, austeritatis senilis φάρμακον, & φάρμακον appellat, quod senes faciat quasi repubescere, & mœstitiæ obliuionem capere, ita non secus atque ferrum igni impositum mollius fiat, & tractabilius, ita hominum mores vino emolliuntur, atque mitescunt. Simile ferè est illud Xenonis philosophi dictum, vt lupini amarissimi crebra aquarum aspergine macerati dulcescunt, ita animos tristes & amaros vino irrigatos mitescere. Macrob. lib. 2. Saturn. Ἀναμυθεῖται ὁ οἶνος τὴν τῆς γήρως δυθυμίαν, *inquit Theoph. Quod & Poëtæ significarunt, Baccho hederæ semper virentis coronam tribuentes, quod corpus vino moderatè bibito, quasi in perpetua viriditate conseruetur. Clemens quoque Alexandrinus libro Pædag. capite secundo, Senibus Christianis liberaliorem vini potum permittens, addit vinum ab alijs loco medicinæ propter solam sanitatem adhiberi, ab alijs verò, ἐν ἀνέσει, καὶ ἀλαχύσι, id est, vt se relaxent, & exhilarent.* Οἶνος γὰρ πρῶτον μὲν αὐτὸν αὐτῷ ἵλεων ποιεῖ τὸν πόντα μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ τοῖς συμπόταις μειλίχιον, καὶ τοῖς οἰκέταις ἀνεπίτηδες, καὶ φρονιμώτερον τοῖς φίλοις, *Vinum enim primum quidem facit eum, qui plusquam ante bibit, ipsum sibijpsi æquum, & clementem, & conuiuis suauem, & famulis mitiorem, & amicis iucundiorem. Huc faciunt multa Græca vini epitheta, quæ passim apud authores antiquos occurrunt. Homerus,* οἶνον εὐφρονα, λαθικηδέα, λυσιμέριμνον, *eleganter dixit Il. γ. hoc est, interprete Eustathio 1355.* παυσίλυπον, καὶ εἰς λήθην παντὸς βλάβους ἄγοντα: *cui simile illud,* κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. *Item,* ὑπνοδότας. *Sic Charemon Tragicus apud Athenæum lib. 2. Vinum* γάλωτα, *Mnesitheus similiter idem moderatè sumptum, & aqua temperatum* εὐθυμίας *afferre dixerunt. Sophocles,* τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον, *noxæ solutionem esse dixit. Euripides in Bacchis vitem eleganter* παυσίλυπον *vocat, vinoque sublato nihil iucundi hominibus relinqui dicit. Astydamas similiter vitem,* ἀκαιφόρον λύπης, *id est, ceu tristitiæ antipharmacum mortalibus monstratum esse ait. Simonides apud eundem Athen. οἶνον vocant* ἀμύντορα δυσφροσυνάων, *id est, insipientiæ depulsorem.*

Vinum & medicinæ & relaxationi seruit.

Vinū tristitiæ antipharmacū.

Similes his Græcorum multæ apud Horatium, aliosq; Latinos poëtas elegantissimæ sententiæ reperiuntur. Horat. Od. 7. lib. 1.

Digitized by Google

—— O fortes peioraque passi
Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas.
Tale est illud Carm. libro secundo, Ode vndecima,
—— Dissipat Euius
Curas edaces, &c. *Et Epod. nona,*
Curam, metumque Caesaris rerum iuuat
Dulci Lyaeo soluere.
Hic eleganter alludit ad Graeci nominis etymon, de quo suprà. Idem epistola ad Vall. lib. 1.
Ad mare cum veni generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret.
Et libro secundo Carminum, Ode decimatertia,
Illic omne malum vino cantuque leuato.
(sic Ecclesiast. 41. Vinum & musica cor exhilarant.) Item Satyra 7. lib. 2.
Nunc vino quaerens, nunc somno fallere curas.
Idem Ode 7. Vinum Massicum obliuiosum vocat, quia aegritudinum & molestiarum obliuionem parit siue per se, siue propter somnum, qui liberaliorem potum subsequitur. Sic idem lib. 2. Satyr. 5.
Ducere sollicitae iucunda obliuia vitae.
Quod, interprete Lambino, idem quodammodo valet, quod potare, seu haurire obliuia curarum, nunc veterum libris, nunc somno. Eiusmodi est illud Virgil. Aeneid. 6.
—— Lethaei ad fluminis vndam
Securos latices & longa obliuia potant.
Idem Horatius libro primo Carminum Ode decima octaua,
Sicçis omnia nam dura Deus proposuit, neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines. *Et iterum Od. 27.*
Natis in vsum laetitiae scyphis
Pugnare Thracum est.
Huc quoque faciunt elegantes illi Varronis versus,
Vino nihil iucundius quicquam cluet
Hoc continet coagulum conuiuia
Hoc hilaritatis dulce seminarium
Hoc aegritudinem ad medendum inuenerunt.
Sic Tibullus libro tertio, Eleg. septima:
Odit Lenaeus tristia verba pater. *Et Ouidius,*
Vina parant animos faciuntque caloribus aptos
Cura fugit multo diluiturque mero
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit
Tunc dolor, & curae, rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes auo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo,
Illic saepè animos iuuenum rapuêre puellae
Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.
Sic apud Lucianum in Dialogis Deorum, cùm Iuno Ioui exprobrasset, quod filium haberet effeminatum, & mollem, Bacchum scilicet significans, qui tamen suo inuento multorum malorum esset author, respondit Iupiter in hunc modum, Nihil hoc est, quod ais, Non enim vinum haec, neque Dionysius facit, sed excessus potationis indecorus. Qui verò modicè biberit, hilarior fit & iucundior.

Digitized by Google

DE EBRIETATE, EIVS NOMINIBVS, DIVISIONE, INCOMMODIS animi, corporis atque fortunæ.

CAPVT VIII.

PORRO quemadmodum vini temperatus, moderatus, & opportunus vsus corpori, animoq́, ficuti dictum est, apprimè vtilis est, & salutaris: ita contra eiusdem immoderatus vsus, seu abusus potius, qui hodie, proh dolor, passim in orbe Christiano regnat, atque dominatur, seterrimâ sanè est funestissimaq́ animi, corporisq́ pestis, atque adeò omnium malorum causa, quemadmodum Syracides noster hoc ipso in loco breuiter quidem, sed luculenter, atque perspicuè docet. Hic verò vini turpis, indecorus, inhonestus, ac detrimentosus abusus, siue intemperantia, Latinè ebrietas, Græcè μέθυ appellatur, vt & ipsum vinum eius subiectum μέθυ dicitur. Hic operæpretium fuerit nomina prius, quibus ebrietas, ebriosi, ipseq́ inebriandi actus ab Hebræis, Græcis, atq́ Latinis exprimitur, proponere, ex quibus ipsis vitij huiusce fœditas, ac turpitudo aliquo modo elucebit. Hebraicè שבר Schacar, cùm immoderatam vini alteriúsue potus ingurgitationem, tùm liberaliorem potum nonnunquam significat: inde שברון Schicaron, id est, ebrietas Ezech. 23. cap. 39. de qua voce suprà.

Viri abusus exitialis.

Ebrietatis nomina.

Græci, & quia illorum lingua valdè copiosa est, & locuples, & quia olim natio illa huic vitio maximè fuit dedita, plurimis vocabulis hoc vitium, eoque laborantes significantibus abundant. Maximè commune nomen, quo ebrietas à Græcis insignitur, est μέθη, quod nonnullis videtur esse derivatum à μέθυ, quod vinum significat, eò quòd ebrietas vino maximè committitur. Athenæus, Eustathius, & alij eandem veriusq́ nominis notationem afferunt, ἀπὸ τῦ μεθύειν, de quo suprà satis. Quibus addere libet Philonis testimonium, quod extat in lib. de Plantatione Noe. Quidam, inquit, μέθην volunt dictam, ὅτι τῆς μεθύσεως τῆς ψυχῆς αἰτία γίγνεται: quia causa est remissionis animi. Relaxatur autem insipientium quidem ratio ad peccandum licentius: rectè sapientium verò ad fruendum tranquillitate bilaritateq́. Alij tamen ἀπὸ τῦ μετὰ τὸ θύειν, id est, post sacrificia μέθην, & μεθύειν volunt denominari, propterea quòd peractis sacrificijs in deorum honorem olim liberaliori potui indulgere fas esse existimabant, vt testis est Athenæus lib. 2. Idem habes apud Philonem loco paulò ante citato: vbi docet prisci sæculi homines, non nisi peractis votis, & sacrificijs placato numine, post corporum & animarum purificationem, aquis ablutos, & sacrarum legum cognitione imbutos, lætitiæ genioq́ indulsisse. Etymolog. μέθην vult dictam παρὰ τὸ μὴ θεῖν, quoniam οἱ μεθυσθέντες sæpe sunt ἀκίνητοι, id est, immobiles, donec ἀμεθυσθῶσιν. Hinc μεθύειν ebrium esse, nonnunquam inebriare. μεθύσειν ebrium reddere, passim μεθύεσθαι μεθύσκεσθαι, & ἐμμεθύσκεσθαι inebriari, quod tamen verbum, vt & Hebræum Schacar, non modò in malam partem pro immoderata vini ingurgitatione, sed etiam pro liberaliore potu nonnunquam vsurpatur, vt Ioan. 2. ὑπερμεθύσκεσθαι supra modum inebriari, contra ἀπομεθύσκεσθαι exinebriari, vt ita loquar, id est, ebrietate liberari. μέθυσος ebrius, interdum ebriosus, quod etiam in fœmineo genere vsurpatur à Libanio, ἐὰν ἦ γυνὴ μοι μέθυσος, id est, μεθύων Atticis apud Aristoph. in Vespis, & Nubibus, μεθύστρια Polluci, id est, ebriosa, μεθυστικὸς ebriosus, ad ebrietatem proclivis, item quod inebriandi vim habet: μεθυσοκότταβος temulentus propriè de eo, qui iam ebrius cottabo, siue cottabis ludis, de quibus suo in loco. ἡμιμέθυσος semiebrius Polluci. μεθυλλὴξ. Eustath. ιλ. 148. 14.

Ebrietatis nomina.

μέθυ.

A vino præterea seu præcipuo ebrietatis subiecto plurima huiusmodi verba atq́ nomina synonyma ad ebrietatẽ pertinentia derivantur, vt φίλοινος, id est, πρὸς οἶνον ἐπιμος, interprete Athen. lib. 2. ad vinum propensus, & inde φιλοινία, id est, vini amor. Item οἰνομανὴς, id est, vini amore insaniens. Eustat. ιλ. 21. p. 484. Sic & ἔξοινος (quod tamen aliquando sobrium significat) κάτοινος, οἰνωμφὸς, διοινωμφὸς, καταινωμφὸς, ἐποίνος, πάροινος, quæ voce Paulus vtitur Tit. 1. 1. Timoth. 3. vnde παροινία ebrietas, & quæ eius comes, petulantia, & παροινιάσαι, id est, contijs & contumelijs afficere, παρόινιον & παροίνημα conuitium, calumnia, & ἐμπαροινεῖν temulentum alicui contumeliam aut iniuriam inferre.

οἴνωσις bene potum seu appotum esse, incipere inebriari, minus quam μέθη. Graeci enim μέθην ebrietatem, quae mentem de sede sua deturbat, οἴνωσιν verò eam, quae liberalis est, vocant, vt Gal. οἴνωσις, ἤτοι μέθη. Plutarchus de loquacitate cùm citasset hos Hom. versus ex Od. 2. de vino,

ὅστ' ἐφέηκε πολυφρονέων περ μολπῆς τε ἐρατῆς
καί θ' ἁπαλὸν γελάσσαι καὶ τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,
καὶ πῆμ' ὃ προφέηκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.

Stribie videri ibi poëtam exprimere differentiã inter οἴνωσιν & μέθην, quae à philosophis inuestigatur, οἰνώσεως μὲν ἄνεσιν, μέθης δὲ φλυαρίαν: nam μέθη est λήρησις πάροινος, id est, garrulitas vinosa. Idem initio lib. 3. Sympos. citatis iisdem Homeri versibus subiungit, οἰνώσεως ἐνταῦθα τὸ ποιητῆ, καὶ μέθης (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) διαφορὰν ὑποδεικνύτ. ὠδὶ γὰρ, καὶ γέλως, καὶ ὄρχησις οἰνομυθίας μᾶλλον ἔπεισι. τὸ δὲ λαλεῖν, καὶ βλέπειν ἀβέλτερον, ἢ σιωπᾶν, παροινίας ἤδη καὶ μέθης ἔργον ὄζει. Similiter Zeno dicit hominem sapientem debere quidem οἰνῶδαι, sed non μεθύσκεσθαι. Idem tamen sine discrimine vtrunq; verbum copulat, vt lib. 2. de Alex. fortuna, in quo nõnulli reprehendunt μέθην καὶ οἴνωσιν. Philo in illa quaestione, εἰ μεθυσθήσεται ὁ σοφὸς, ἔστι δοῦναι τὸ μὴ θύειν διττὸν, τὸ μὲν ἴσον τι τῷ οἰνῶδαι, ἕτερον δὲ ἴσον τῷ ληρεῖν ἐν οἴνῳ: Quaeritur vtrum sapiens inebriabitur. Est igitur duplex ebrietas, altera vino madere significat, altera vino delirare. Οἰνοπότης praeterea Pli. vini potor, & οἰνοπότις in fe. gen. Anacreonti, οἰνοτόῳ, οἰνοποτὴρ, οἰνοποτάζων, Hom. Poll. vnde οἰνοποσία, id est, vini potio, seu potatio. Item οἰνοφλὺξ, & οἰνοφλυξωγὸς, qui vino bullit, qui vinum eructat, vinosus. Xenoph. Polluci: vnde οἰνοφλυγία, id est, vinolentia & οἰνοφλυγεῖν, id est, vino esse deditum, siue vino se ingurgitare: οἰνόφλυκτ quoq; temulentus dicitur Basilio. Eustath. Ιλ. ζ. 959. 3. φλῶ γὰρ τὸ ὁρμὴν ἔχω impetum habeo, vnde nonnullis οἰνοφλὺξ videtur derivatum. Idem Ιλ. φ. p. 330. τῷ δὲ φλύω φλύξω, φλύκτης καὶ οἰνοφλὺξ, καὶ οἰνοφλυγία, ὅτι τὸν οἶνον φλύει τις, ὡς οἷον αἰωρεῖσθαι ἐν τῷ λαλεῖν, quoniam etiam secundum Herodotum, οἶνος καπόντ αἰωρεῖσθαι ἔφη. οἰνοβαρὴς, id est, vino grauis Ιλ. α. (Ouid. Graues vino somnoq; iacebant) & οἴνῳ βεβαρηὼς Hom. Od. ζ. & τ. vino grauatus, vnde οἰνοβαρεῖσθαι, id est, vino sum grauis, siue sepultus, Hom. Od. φ. cui simile οἰναχθὴς Hesych. vino grauis. οἰνόλημπ quoq; vino quasi captus Plutarcho, & οἰνοπλὴξ sicuti etiam μεθυπλὺξ quasi vino percussus dicitur, hoc est, ebrius. Sic Tibullus Eclog. 2.

Nequicquam multo percussum tempora Baccho ... Excitat, &c.

Aliquando & ebriosum significat. Praeterea οἰνοπλανήτ vino errans Euripidi, οἰνοφρὴς ad vini potum proclivis Hesych. οἰνοκάλαρ temulentus, & οἰνοκάλη vino gaudens seu vinosa Polluci, χαλιμὰς à veteribus dicta fœmina ἡ ὑπὸ μέθης χαλωμένη τὸ σῶμα Eustath. Od. 132 5. οἰνοπίπης qui circumcirca vagis oculis inuestigat quid bibat (Aristoph. ἀπὸ τοῦ πιπίζειν, id est, sugere, pipire) vt γυναικοπίπης, παρθενοπίπης, ab ὀπιπεύειν circumspicere, vel obseruare, ὅπη τρῆσαι intentis oculis captare.

A vini quoq; meraco potu huiusmodi quaedam nomina ebrietatem significantia promanãt. Huiusmodi est vocabulum θώρηξις, quod peculiariter ἀκρατοποσίαν, id est, vini meracionis potum significat, quod eo pectus incalescere, & quasi armari putetur, vt placet omnibus qui Hippoc. aphoris 21. lib. 2. (λιμὸν θώρηξις λύει) interpretati sunt, teste Corn. Eadem de voce vide plura apud Hen. Steph. Ἀκροθώρηξ siue ἀκροθώραξ leuiter appotus, quasi pectore tenus, vt ait Bud. (mauult tamen Hen. Steph. summo pectore tenus, ἀπὸ τοῦ ἄκρου, & θώραξ. Eras. Chil. Cal. lib. 3. c. 39. Erotianus apud Hippoc. exponens vocabulum θωρῆαι scribit ἀκροθώρηκας ad suam vsq; aetatem vocari solitos, τοὺς μὴ ὅλῃ πλέον οἰνομύσας. At Scholiast. Aristoph. & Suidas exponunt, ὀκρομίθυσ ἀκρατοπότης, ἀκρατοχώδων, ἀκροχάλιξ. quod Camer. interpretatur, qui incipit inebriari, siue qui incalescit potu. Sed expressius redderetur, Cui pectus incalescit potu meratiore. Aristot. Probl. sect. 3. Prob. 2. τοὺς σφόδρα μεθύοντας, id est, valdè ebrios, & ἀκροθώρακας inter se opponit, scribens, διὰ τί οἱ σφόδρα μεθύοντες παροινοῦσι, ἀλλ' οἱ ἀκροθώρακες μᾶλλον, id est (Camer. interprete) Non debacchantur prorsus iam ebrij, sed incalescentes potu. Idem οἱ δὲ ἀκροθώρακες κινοῦσι μὲν, διὰ τὸ μὴ σφόδρα μεθύειν, κακῶς δὲ, διὰ τὸ μὴ νήφειν, id est, qui autem sunt ἀκροθώρακες indicant quidem, quod non valdè sunt ebrij, sed malè indicant, quia non sunt sobrij. Plutarch. quoq; in 3. Sympos. Problem. 8. hanc Aristot. sententiam examinans, idem quod is omnino sentire videtur.

ἀκροθώ-

ἀκρηθώρηκας scil. corpus non adeo dissolutum habere, vt & moueri, & secundum ipsum aliquatenus operari non valeant, at eorum discurrendi vim minime liberam esse, nempe cum iuditium phantasias, & non rationem sequuntur. Hac eadem de voce, qua & Clem Alexand. & Philo vtuntur, vide Mercurial. lib. 2. Var. Lect.

Ακρατοπότης merobibus, ἀκρατοποτεῖν mero dedittum esse apud Aristot. in probl. ἀκρατὴς quoq; Aristot. idem qui ἀκρατοπότης in prob. sect. οἱ ἀκρατίστερον πίνοντες, ἢ ὅλως ἄκρατον μᾶλλον κεκαπλῶσι, id est, qui dilutiusculũ bibunt, quàm qui merum ex toto magis crapulam sentiunt, ἀκρατοποσία vini intemperantia, meraca vini potio. Dioscor. lib. 5. ἀκρατοποσίας certamen Alexander edidit in India, id est, certamen temulentiæ, Plutarch. in Alexand.

Ζωροπότης quoq; merobibus, Suid. Hesych. ἀκρατοπότης μεθυστὴς, ζωροποτεῖν merum bibere in epigram, Eustath. Appollonides lib. 2. epig. Καὶ ζωρότερον πίνειν idem quod ἀκρατοποτεῖν meracius potare. ζωρότερον (inquit Hesych.) ἀκρατίστερον. ζωρότερον πίνω intemperantius bibo pro ζωρότερον ait Phryn. Orator dicit εὐζωρος. Εὔζωρον bene mercatũ & particula vim intendente, Eurip. Καὶ ζωρον μέθυ, οἶνος εὔζωρος apud Aristoph. in concion. εὔζωρος κύλιξ apud Plut. Theseo: inde comp. εὐζωροτερον, siue irregularius εὐζωρέστερον Athen κέρασον εὐζωρέστερον lib. 9. Sapius apud Homerum ζωρότερον πίνειν, item κεράσαι (siue subintelligendo οἶνον siue ποτὸν, aut πόμα) sicut apud Latinos quoq; meracius bibere. ζωρὸν merum meracum, ζωρὸν μέθυ merum apud Appollon. in epigram. & ζωρὸν δέπας potus meracius ibidem in epigram. Quidam (vt author est Plutarch. 3. Sympos. prob. 4.) apud Homerum ζωρὸν exponunt non ἄκρατον, sed θερμὸν ἀπὸ τῆς ζωτικῆς, καὶ τῆς ζέσεως ita Soficles, alij deriuantes hoc vocabulum à ζα significante illis magnitudinem quandam, & ὥρος significante annum ζωρὸν exposuerunt quasi ζαωρον, id est, πολυετῆ vt annosum vinum intelligatur. Comparatiua autem loco positiuorum vsurpari non est nouum aut insolens. Quidam etiam quasi ζωηρὸν dictum voluerunt, vt viuacior potus, & cuius vis mixturæ nondum extincta sit, accipiatur, quæ etymologia superioribus est tolerabilior: Eustath. verò mauult ζωρότερον idem esse quod ἀκρατέστερον. ζωρὸς quidam exposuerunt etiam εὔκρατος & contraria planè significatione, vnde scribit Athen. lib. 10. Theoph. ἐν τῷ περὶ μέθης tradere ζωρότερον εἶναι τὸ κεκραμένον adducentem hoc Empedoc. ζωρότητι τὰ πρὶν ἄκρητα vbi ζωρὰ, & ἀκρητα sibi opponuntur.

Ακρατοκώθωνας similiter vocant τοὺς πλέον ἄκρατον πίνοντας qui multũ meri hauriunt, merobibos ἀπὸ τοῦ κώθωνος & cothone poculo Laconico ad militiam idoneo, quasi dicant, vini meri pocula. Athen. lib. 1. Cel. lib. 7. ca. 27. Pollux. ἀκρατοκώθωνος & Hyperides dixit. Hesychio quoq; κώθων non tantum genus est poculi, sed etiam ἄτακτος, μέθυσος & ebriosus. φιλοκωθωνιστὴς ὁ μάχης μέθης Athen. lib. 10. item πολυκώθων Arcadion à Polemone in quodam epithaphio dictus fuit eodem teste lib. 10. Hinc κωθωνίσαι potare, seu compotare, siue cothone certare, & ludere, & κωθωνισμὸς, id est, compotatio, siue lusus, & dimicatio, quæ fit cothone., Athen. lib. ex Eubulo βεβρεγμένος & ἄκρατος καὶ κεκωθωνισμένος, id est, ebrius. Et Aristot. in prob. κωθωνιζόμενοι ταῖς μεγάλαις amplis & fœcundis poculis se proluentes, & ὑποκωθωνίζειν Polluci τὸ περαιτέρω πίνειν, vltra modum bibere: Sic μεθυσόκοτταβοι similiter dicuntur ebrij, à cottobo poculi genere, de quò infrà.

Επισκυθίζειν, ὑποσκυθίζειν, ὑποσκύθισαι, siue σκυθίσαι πεῖν, ἀκρατοπεῖν, ζωρότερον πεῖν, siue ζωροποτεῖν Callimacho, & inde σκυθικὴ πόσις, id est, ἀκρατοποσία, id est, meri potio, & intemperantia, siue ebrietas, quia Scythæ erant multibibi, & merobibi, vt Plautinis verbis vtar, ac vinolenti, indeq; σκυθίσαι, id est, μεθῦσαι, Herod. lib. 6. Lacones quando volũt ἀκρατέστερον πίνειν ὑποσκυθίσαι dicunt Athen. lib. 10. pro quo homines ficti & temperantes solebant ὑπόχυσον, id est, dilue, & aquã infunde. Et apud ipsum Achæus in Æthone Satyrico ægreferentes Satyros inducit, quod dilutius biberent. καλῶς μὲν ἔν ἄγειν σκυθιστὶ πεῖν. Phliasius Timon, teste Athen. lib. 10. τοὺς τὸν πολλὸν ποτῶντας οἶνον ἄκρατον vocauit ἐρρυθμοπότας. incomposite & intemperanter bibentes. Eodem in libro ebriosi eleganter calicum remigies appellantur.

Verba quoq; βαπτίζεσθαι & βρέχεσθαι vsurpantur pro inebriari. Philo. πρὶν τελέως βαπτισθῆναι antequam omnino inebriati fuerint, & βεβαπτισμένοι apud eundem idem quod βεβρεγμένοι, ἁλιλῶς βρέχειν apud Athen. ὑπερβρέχθαι Polluci, Sic vita temulenta ὑγρὸς καὶ ἄσωτος βίος dicta apud Philonem. θάξαι quoq; Hesych. μεθύσαι, id est, ebrium esse.

A verbo deniq; πίνειν multa huiusmodi nomina formantur, vt οἰνο πότης, οἰνοπότηρ, οἰνοπο-τάζων, οἰνοποσία, οἰνοποτεῖν, οἰνοποτάζειν, φιλοπότης de quibus supra, ποτικὸς Athen. 10. πολυπότης, πολυποσία, δυνατὸς πεῖν. Item ἀμυστὶ πεῖν, ἀμυστίζειν (de quo suo in loco) χανδὸν πίνειν, εἶνον χανδὸν ἐλεῖν, Od. λ. θεμιστία θέπωσις, σπυδικὴ θέπωσις, ἐξαθρμαίνεσθαι, σιστεῖος Pollucis, quae omnia significant mercatiorem intemperantioremq; potum. Apud eundem μαχάλην αἴρειν, maschalam tollere à more siue gestu in ebrietate vsitato, vnde Homerus χεῖρας ἀίσσοντες γέλῳ ἔκθανον. de quo Eras. in adagijs.

Κραιπάλη. Vox quoq; κραιπάλη crapula, pro ebrietate Metonymicôs vsurpatur, cum tamẽ propriè ebrietatis sit effectus, capitis nimirum lucta, fluctusq;, & agitatio, quando ex vinolentia caput tremit. Suidas κραιπάλην definit ἐκ τῆς πολλῆς οἰνώσεως παλμὸν. Galenus in aphor. scribit omnem noxam ex vino factam, à Graecis κραιπάλη nominari παρὰ τὸ κάρηνον siue κάρη siue κρᾶτα, id est caput, & πάλλειν, id est, concuti, Ger. huiusmodi dolores capitis τὰς πάλλοντας κρᾶτα eleganter trôſcher & ſchmidknächt appellant, Thomas putat κραιπάλην propriè dici ebrietatem ex pridiana die, seu hesterna, μέθην ex praesenti, vt Ammonius quoq; sentit. Hinc Alexis:

Εἶτ' ἔχ ἁπάντων ὀξὺ τὸ μεθύειν κακὸν
Μέγιστον ἀνθρώποισι, καὶ βλαβερώτατον
Ἐχθὲς γὰ πίνεις, εἶτα νυῶ κραιπαλᾶς
Κατανύσασον παύσει γὰ: εἶτά σοὶ δότω ῥαφανὸν τὶς ἐφθὸν.
Iam verò nonne malorum omnium est ebrietas
Maximum hominibus, & nocentissimum,
Heri subbibisti, ideò nunc crapula vexaris
Obdormito, ac leuaberis: deinde tibi det Radiculam quis elixam.

Κραιπαλεῖν, & αὖ, & κραιπαλίζειν est ex ebriatate laborare: & κραιπαλόκωμος ἡ μέθην γίνομένη ὕμος, ἰωλοκρασία. Poll. hesternae repletionis grauedo, & incõmoda temulentia pridiana.

A poculis quoq; amplis, quae σκύφαλα dicuntur, appellatus est ebriosus homo πατταλοχάρων gaudens amplis poculis. Eustath. Il. 1. 73. 27. Sic κυπελλοχάρων. Od. 567. 42. Diotimus Athenaeus χώνη, id est infundibulum fuit cognominatus, eo quod infundibulo in ore posito bibebat ἀπαύστως sine interuallo, seu intermissione vinum infusum, teste Athen. lib. 10. cap. 12.

Ebrietas & ebriositas quomodo differãt. Latinè ipsa nimia immoderataq; bibendi auiditas ebrietas, & ebriositas appellatur, quae tamen duo vocabula Cic. 4. Tuscul. ita vult differre à se inuicem, vt amator, & amans. Ebriositas itaq; propriè est affectatio, vel habitus, cum quis libenter, sæpè, citò & facile fit ebrius: ebrietas verò est ebriosi status, cùm scilicet quis actu est ebrius, sic ira differt ab iracundia, inuidia ab inuidentia. Eodem modo ebrius, & ebriosus non secus differunt atq; inuidus, & inuidiosus. Ebriosus enim propriè dicitur ad ebrietatem procliuis, vel qui sæpe ebrius est, vt Cic. de Fato, Stilphonem Megaricum philosophũ scribunt ipsius familiares & ebriosum, & mulierosum fuisse. At ebrius, qui actu est ebrius. Potest enim quis esse ebrius, qui tamen natura & consuetudine ab hoc vitio maxime abhorreat, & contra quis ebriosus esse potest etiam cum vini nihil gustauerit. Ebriolus quoq;, & ebriacus (vnde Ital. imbriaco) veteribus teste Nonio, dictus est ebriosus. Huic opponitur sobrius qui in cibo & potu temperans est, quasi sine ebrietate, à quo sobrietas, & sobrie sobrius etiam dicitur, qui non est actu ebrius. Vnde non sobrius pro ebrio accipitur. Ebrius porrò (vt de illius notatione dicamus) videtur dici quasi ebiberius ab hauriendo potu, nam multa pocula siue mulsum vini ebibendo homines fiunt ebrij. Nisi forsan quia teste Marcel. prorsus omnia inebra appellantur, quae tardant, vel morantur agentem (vnde aues inebrae, quae in augurijs aliquid fieri prohibent) ebrietas similiter dicta quasi inebra, id est, mora, & impedimentum ad quidvis benè, rectè commodeq; agendum.

A bibo bibax dicitur, biboſus, bibaculus, bibulus, merobibus, bibacitas. A potando, potus, appotus, potator, perpotare, perpotatio. A vino, vinoſus, vinolentus, vinolentia. A temeto, temulentus, temulentia. Crapula quoq; apud Latinos propriè omnem noxam à vinositate proficiscentem significans, sæpe metonymicôs pro ebrietate vsurpatur, vnde crapulari est ebrietati indulgere.

Madere similiter vino, & madidum esse pro ebrio ponitur. Plaut. Mostell. Madet homo, id est, ebrius est. Madere & madidi vnguento, vinoq; dicũtur, qui vnguẽto sunt illiti, & vini pleni. Tib.

Vina diem celebrent, non festa luce madere Est rubor, errantes & male ferre pedes.

Mudidi

Madido opponitur siccus quod sobrium sæpe significat. Hæc de nominibus, ex quibus ipsis vitij huiusce fœditas pestifera, atque pernitosa apparet. Siccus.

Nunc vt de re ipsa dicamus: sciendum est primo ebrietatis vocabulũ in sacris atq; etiam prophanis authoribus esse πολύσημον hoc est, modo propriè, modo metaphoricè cùm in bonam, tùm etiam malam in partem vsurpari. Duplex itaq; omnino est ebrietas, vna quidem animi & metaphorica, altera vero corporis corporea ac proprie dicta. Ebrietas duplex est, animi & corporis.

Metaphorica porrò siue spiritualis ebrietas, quæ est animi, rursus est bipertita, alia quidem bona, alia verò mala. Ebrietas animi bipertita est.

Bona est quam Marsilius Ficinus in argumento dialogi 2. de iusto, ebrietatem super lunam ceu cœlestem appellat, excitatam nectaris potione, per quam animus extra se, & supra se positus, morborum mortalium obliuiscitur, & diuina suspicit, quorum splendore primum caligat, sed illorum saporem gustans, calore nouo è priori habitu permutatus, vnde mox perspicue cernit Spiritualia, & illa dum salubriter gustat, summo cum fructu nutritur. Vnde in Psalmo scriptũ est inebriabimur ab vbertate domus tuæ, & Hier. 3. Inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus saturabitur bonitate terræ. De bona hac & sancta ebrietate etiã Dauid canit Psal. 22. Calix siue (vt Ambrosius legit) poculum inebrians quam præclarum? Eandem Paulus diserte his verbis exprimit, atq; definit ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxus, sed repleamini spiritu sancto loquentes vobis inuicẽ in Psalmis & hymnis. Hinc S. Ambrosius quoq; de Helia & ieiunio ca. 16. Est, inquit, ebrietas culpæ, est & gratiæ. Et forte hæc naturæ, quæ gratiæ, quia ad similitudinem & imaginem Dei facti, Spiritu sancto repleti esse debemus. Cyprianus de Sacramento Domini calicis, in locum illum Psal. 22. Calix tuus, &c. de eadem ebrietate spirituali pulchrè disserit. Huius quoq; luculenta fit mentio in prouerbijs Salomonis, vbi sapientia homines inuitat ad vinum bibendum, quod in mensa sua copiosè & affatim miscet. Quin & à Christo, qui vera est sapientia, nobis tale vinũ promittitur in regno cœlorum. Ergo spiritualis atq; cœlestis hæc ebrietas est, qua animus Spiritu sancto ceu lætissimo saluberrimoq; vino repletus, Dei rerumq; diuinarum, atq; cœlestium amore flagrat, in Deo ceu summo suo bono non modo acquiescit, verum etiam gaudet, atq; exultat, illum debitis meritisq; honoribus atq; laudibus afficit ac celebrat: quæ quidem ebrietas in hoc mundo inchoata, in altero seculo perfecta est, & absoluta. Bona & sancta ebrietas.

Altera vero ebrietas animi praua atq; vitiosa, quæ à Græcis ἄοινος appellatur, à Marsilio ebrietas sub luna, & mundana appellatur, quæ, vt idem docet, læthæo potu: hoc est, carnali excitatur, per quam anima extra se posita, & infra se diuinarum rerum obliuiscitur, & delirat. Siue vt aliter definitur, mala est animi vertigo, & amentia, qua seductores & seducti ita sunt fascinati, & quasi incantati, vt temerè leuiq; momento huc, & illuc sententijs atq; cogitationibus suis impellantur, atq; ruant, nescientes quid dicant aut faciant. De hac vide Isa. 26. Sic omnes gentes dicuntur inebriatæ vino scortationis Babylonicæ meretricis Apocalipseos 17. 18. 19. Theophrastus, teste Plutarcho lib. 7. Sympos. prob. 10. τὰ κωφεῖα ἄοινον μέθην, hoc est, tonstrinas ebrietatem vini expertem solebat appellare propter garrulitatem nimirum quæ, vt hodie, ita olim quoq; in illis locum habebat. Nam illic desidentes homines non secus atq; ebrij inter pocula voces effutiunt temere per iugulum non nunquam, vt ait Plinius, redituras. Sic insolentia atq; superbia morumq; licentia panaria ebrietas appellatur, quæ secundis rebus comes esse consueuit. Vnde Horatius, Fortuna dulci ebria. Hæc autem ebrietas ἄοινος periculosior est, quam ebrietas illa vinosa. Nam vini æstus pauculis horis, aut somno deferuescit, hæc diu, ac per omnem ferè vitam durare consueuit. De gemina hac ebrietate vide plura apud Cæl. lib. 7. cap. 13. Ebrietas animi praua & vitiosa. Panaria ebrietas Cæl. lib. 28. cap. 32.

Ebrietas porrò corporea, de qua hic nobis est sermo, nihil est aliud quam intempestiua immodica, immoderatáue vini, vel cuiusuis etiã potionis ingurgitatio. Thomas in 2. 20. quæst. 150. Ebrietas, inquit, quæ μέθη à Græcis dicitur, status est hominis, qui mentis suæ non est compos ob nimiũ vinum sumptum. A medicis sic ferè definitur, Ebrietas est mentis turbatio, iudicij, atq; rationis exfumis, siue exhalationibus ad caput elatis à vino hausto, alióue potu vaporoso ob immoderatum calorem. Clemens Alexand. lib. 2. pædag. cap. 2. μέθην, παροινίαν, & κραιπάλην (quæ tria pro ebrietate vsurpantur) ita definit simul atq; à se inuicem distinguit, μέθη μὲν ἐστιν ἀκράτου χρῆσις σφοδροτέρα: παροινία δὲ ἡ ἐκ τῆς χρήσεως ἀκοσμία: κραιπάλη δὲ ἡ ἐπὶ τῇ μέθῃ δυσαρέστησις, καὶ Ebrietas corporea quid?

Digitized by Google

ἀνδία, ἀπὸ τῆς τοῦ κάρα πάλλειν, *Ebrietas meri vsus est vehementior: debacchatio vero, quæ Græce est* παροινία, *indecorũ quod ex illo vsu promanat: crapula autem dicitur molestia, & fastidium, quæ propter ebrietatẽ existit, sic dicta quod caput vibret, & exagitet. Hæc de ebrietatis definitione.*

Ebrietatis incommoda.

Nunc porrò de eius incommodis agendum, quæ quidem tot & tanta sunt, vt nullius vel cogitatione comprehendi, vel oratione enumerari possint. Nullum hodie vitium magis est tritum, commune ac peruagatum, quodq; magis in orbe præsertim Christiano regnet, atq; dominetur, quàm tetrum, immane, atq; funestum hoc ebrietatis vitium sane vitiosissimum, cuius quasi sinu gremioq; omnia reliqua vitia continentur. Et vt olim terra tristissimo funestissimoq; illo aquarũ diluuio tota fuit obruta, quo omnes eius incolæ, paucissimis exceptis, internecione deleti atq; extincti fuerunt, ita quoq; postremis hisce nostris perditissimis temporibus, atq; moribus vniuersum ferè mundum paucis exceptis, (sicuti etiam à Christo prædictum fuit Luc. 21.) hoc quasi vini, ebrietatis, atq; compotationum cataclysmate siue diluuio obrutũ, oppressumq; videmus esse, quo plurimi quotidie mortales absumuntur, atq; perduntur. Ab hoc vitio nos sacræ veteris & noui Testamenti literæ, seu ipse potius Spiritus sanctus per illas grauissimè, vehementissimeq; dehortatur, propositis nobis innumeris malis, incommodis, ac detrimentis quæ ex illo promanant: quæ quidem nos merito, nisi σκληροκαρδία quadam planè ἀμετανοήτῳ obduruissemus, ac callum, vt ita loquar, ad omnem impietatem obduxissemus, meritò ad illud non modo vitandum atq; fugiendum, verum etiã toto pectore execrandũ commouere atq; impellere debebant. Ipse in primis Christus de nostrorum temporũ desperata deploratáq; intemperie, morumq; extrema impietate ac corruptela (quam ille diuinæ suæ mentis acie præuidebat, nos, prob dolor, quotidie experimur) cùm verba faceret, quàm sapienter, quam fideliter nos monet, ne mundi huiusce immundi exemplo, & imitatione corda nostra aggrauemus, & obruamus crapula & ebrietate. Sed plerique hodie Christianorum, prob Dei hominumq; fidem, Christi, à quo nomen suum tàm augustum habent, quo etiam superbissimè gloriantur, seruatoris, ac præceptoris sui optimi optimis fidelissimisq; hisce consilijs monitisq; neglectis atq; contemptis dies noctesq; crapulæ ebrietatiq; indulgent, ita vt nihil vel homine solum, nedum Christiano homine dignum cogitare, dicere, aut facere possint, sintq; brutorum potius quam hominũ similes, quorum vita, vt Clementis Alexandrini verbis vtar, nihil est aliud quam comessatio, crapula, balnea, temetum, matulæ, otium, potus, κῶμοι κραπάλη, βαλανεῖα, ἄκρατος, ἄμιδες, ἀργία, πότος. Mirum itaq; profecto non est tot hodie in Christiano nostro orbe mala, clades, & calamitates cum publicas, tum priuatas grassari tot ac tam horrenda futurarum scilicet maiorum adhuc grauiorumq; calamitatum signa, prodigia, atq; portenta in cælo terraq; ædi, cùm nos, qui Christiani dici & haberi volumus, intemperantissima hac nostra luxuriosissimaq; vitæ morumq; consuetudine (vt de cæteris innumerabilibus sceleribus atq; flagitijs, quæ inde promanant, taceam) nullũ diuinæ, & quidem iustissimæ iræ, atq; furoris diuini prouocandi, ac incitandi finem faciamus. De ebrietate legantur quæ scripta sunt Prou. 20. 21. Oseæ 7. Amos 6. Ioelis 1. Luc. 21. Ephes. 5. & alijs multis in locis sacræ scripturæ, quæ quoniam Syracides noster hoc ipso in cap. 31. in quo conuiuialia dat præcepta, breuiter atq; summatim est complexus, illa, Deo iuuante, explicare, & cum sacrorum, tum prophanorum etiam autorum, atque scriptorum testimonijs selectioribus illustrare studebimus.

Quare Syracides de vino modice sumendo præcepta det.

Non mirum est autem, vt de illo primum dicam, sapientissimum hunc nostrum magistrum in conuiuiali hac sua præceptione, de vino quoq; tempestiue, modiceq; sumendo præcepta dare, vini modicè immodicéue bibiti commoda, atq; incõmoda recensendo, cùm in omnibus conuiuijs potus, ac inprimis vini potus principem videatur locum obtinere: eiq; magis, quam cibo homines indulgeant. Citius enim & facilius cibo, quam potu homines implentur, vt inquit Hipp. lib. 2. Aphor. Deinde cùm in conuiuijs maximè requiratur animorum hilaritas, sermonisq; festiuitas (quæ si absint quasi mortua videntur esse, ac proinde ne conuiuiorum quidem nomine digna) ad illam profecto excitandam, atq; gignendam plus momenti atq; ponderis afferre moderatum potum vini præsertim, quam cibi sumptionem, satis est manifestum. Vnde etiam mirum non est ipsa conuiuia ab Hebræis, Græcis, & alijs quoq; in linguis à potatione potissimum denominari. Verum vt moderatus vini præsertim potus ad conuiuas exhilarandum, totumq; conuiuiũ ornandum ac decorandum pertinet, (vnde eleganter ἐυθύμων συμποσίων ῥύτανις, id est lætorum symposiorum moderator ab Ione Chio appellatur apud Athen. lib. 10. cap. 16.) ita contra nihil est, quod conuiuium quòduis magis deturper, atq;

Digitized by Google

pet, atq; deformet, quàm vini, alteriusue potionis inebriandi vim habentis immoderata ingurgitatio, quam multi turpes, indecori, & inhonesti gestus, dicta, atque facta consequuntur. Itaque meritò ebrietatem conuiuiorum quorumuis fœdissimam labem, atque maculam, imò pestem atq; perniciem appellabimus, fini conuiuiorum, qui est mutui amoris conciliatio atq; confirmatio, maximè contrariam atque inimicam. Ebrietas conuiuiorum labes & pestis.

Hæc porrò Syracidis παραίνεσις duas habet partes, vna est dehortatio, altera ἀπολογία, siue ratio. Quod ad primã, οἴνῳ inquit, μὴ ἀνδρίζῃ, id est, in vino ne viriliter agas, siue ne te virum exhibeas, hoc est, ne vires tuas ostentes, sicut Isa.cap.5. huic generi hominum væ imprecatur, væ vobis qui robusti estis ad potandum. Sunt enim multi qui magnam vini vim exhauriendo, seu potius perdendo (secundũ illud Homeri οἶνον φθινύθουσιν ὑπὲρ βίον ἐξαφύοντες Od.ζ.) virtutis, ac fortitudinis laudem captant, quorum hæc est oratio, quæ Panyasidis illius apud Stobæum: Admonitio Syracidis est bipertita.

Ξεῖν' ἄγε δὴ καὶ πῖνε· ἀρετὴ δ' ἐστὶ τίς ἔσθ' καὶ αὐτή
Ὅσσ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖσον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ
Εὖ, καὶ ὄφρα μάλ' ἥνως, ἄμαχ' ἄλλον φῶτα κελεύῃ.
Ἰσὸν θ' ὅστ' ἐν δ' αἰτὴ καὶ ἐν πολέμῳ θοὸς ἀνὴρ
Τσμίνας δι' ἑπὼν ταλαπενθέας, ἐν θ' ἅτε παῦροι
Θαρσαλέοι τελέθουσι, μάχουσί τε θοῦρον Ἄρηα
Τῷ μὰ ἐγὼ θείμην ἴσον κλέος, ὅστ' ἐν δ' αἰτὴ
Τέρπηται παρεών, ἅμα τ' ἄλλον λαὸν ἀνώγῃ. Id est,
Age dum hospes, quin bibis? Hoc enim virtutis est,
Si quis in virorum conuiuio plurimos calices exiccauerit
Rectè, sciteq;, aliumq; simul prouocauerit.
Tam inter epulas fortis vir esse potest, quam qui in bello
Pugnas sequitur luctuosas, in quibus pauci
Animosi sunt, ac Martem impetuosum excipiunt:
Huic ego illum æquali laude contulerim, qui epulis
Assidens gaudet, aliumq; pariter cœtum incitat.

Alludit ergo Syracides noster ad immania illa poculorum certamina, quibus alij alios roboris ac fortitudinis suæ ostentandæ gratia cum magna suæ valetudinis, omniumq; bonorum animi atq; corporis iactura, deniq; cum magno non modo temporalis, sed etiam æternæ mortis periculo vincere, ac superare conantur. O infelix certamen, ô tristem atq; luctuosam, vereq; Cadmæam victoriam. Nascitur, inquit August. lib. ad sacras virg. cap. 1. ex hac potandi infœlicitate inter prouocatos & prouocantes ignominiosa certatio, & vincenti est turpitudo deterior. Huiusmodi παροίνιον ἀγῶνα, vt à Philone appellatur, siue ἀκρατυποσίας certamen olim Alexander ille magnus in India proposuisse fertur, in quo primum præmium erat talentum, secundum minæ triginta, tertium vero decem: nec non Dionysius Syciliæ tyrannus Athenis in festo choum, cuius præmiũ erat corona aurea teste Athen. lib. 10. cap. 12. Mithridates similiter Bacchus cognominatus similia bibacitatis, voracitatisq; certamina, atq; præmia proposuit, teste Plutarcho lib. 1. Sympos. probl. 1. Sed hodie, proh dolor, potatoria huiusmodi certamina atq; pugnæ inter Christianos quotidie ferè exercentur magno cum Christiani nominis dedecore, atq; ignominia, quorum graphicam plane & elegantem descriptionem videre licet apud D. Ambrosium lib. de Helia & ieiunio cap. 13. in qua totũ illud caput consumitur. Fit autem plærunq; iusto Dei iudicio, vt vinolenta, violentaq; illa certamina non modo verborum, verum etiam pugnorũ atq; telorum dimicationes, ac tristes tandem tragicæq; cædes consequantur. Præterea strenui illi potatores dum se multum vini potando, seu potius perdendo vires suas iactare & ostentare conantur, quauis vel mollissima muliere molliores, infirmioresq; animo pariter, atq; corpore redduntur. Nam vt vinum moderatè sumptũ animo corporiq; vires addit, vnde οἶνον ἀνίορα Homerus appellat, hoc est Eustathio interprete, ἀνδρίας ἐμποιητικόν, ἢ πίνοντος συμμέτρως, ita contrà ἀμέτρως, καὶ ὑδ' ἐν καιρῷ προσφερόμενον, ἀπογυῶσαί τε ἔχει, καὶ ἀνήνορα θιάσαι (vt Eustath. inquit Od.Δ.) hoc est immoderatum, ac intempestiue sumptum animi, corporisq; vires frangit, atq; debilitat. Non ergo ἄνδρες sed ἀνήνορες, & ἀνάνδροι, atq; adeò ἀνδριάντες, hoc est, non viri, atq; fortes, sed molles, effœminati, ac quasi statuæ quædam seu idola illi ποτηριομάχοι sunt existimandi.

Rationes cur fugienda sit ebrietas.

Subiungit secundo loco Syracides rationem cur fugienda sit ebrietas, primò generatim, deinde in specie enumerando animi, corporisque incommoda quæ ex ebrietate nascuntur. Primo ergo in genere inquit, πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσεν ὁ οἶνος, scilicet ἀμέτρως, καὶ ἀκαίρως πινόμενος. Multos enim perdidit vinum immoderatè, ac intempestiuè haustum, quemadmodum contra supra dixit vinum ἐν μέτρῳ, id est, συμμέτρως πινόμενον vitæ humanæ proficuum esse, siue accommodatum. Sic Dionys. Halicar. lib. 2. antiquit. μέθην dicit esse φθορᾶς ἀρχὴν, id est, corruptionis principium. Et Pontianus apud Athen. lib. 10. vinum, scilicet intemperanter haustum, omnium δεινῶν malorum metropolim non minus eleganter, quàm verè appellat, ebrietas ibidem maximum malorum omnium dicitur. Hinc vinum impiorum Deut. 32. felli draconum, & veneno aspidum insanabili comparatur. Lucretius quoq; & alij vinum crebro virus, siue venenum eleganti paranomasia appellarunt. Vnde Augustin. lib. ad sac. virg. cap. 1. Rusticanum, sed sanum est dictum, Vinum medicamentum, plus iusto sumptum venenum cognoscitur. Sic apud Senecam lib. 12. ep. 84. vinum veneno, opio, elleboro comparatur, quia mortiferum, somniferum, secreta aperit. Sic Prou. 23. Vinum colubro venenato, atque mordenti comparatur. Ne contempleris, inquit Solomon, vinum quando rubet, & cum in phiala colorem suum diffundit, postremum enim eius veluti serpens mordet, & velut regulus. Atq; hac quidem de causa Spiritus sanctus, væ illud creberrimè intonat, & imprecatur ebriosis hominibus. Isa. 5. & 28. Eccles. 10. Amos 6. Hab. 2. qua particula omnium malorum cumulus significatur. Igni quoque ebrietas sæpe in sacris & prophanis literis comparatur, propterea quod ignis instar παμφάγου hoc est edacis, breui tempore plurima bona conficit, atque consumit. Vnde illud tritum: Ignem in gremio gestare, qui assiduo vratur potu, de quo Cel. lib. 28. cap. 31. Eandem merito illi Pandoræ pixidi comparabimus ex qua omni tempore innumera mala in terram eruperunt, & adhuc erumpunt, atque redundant: quibus homines miserrimè grauissimeq; affliguntur, atq; vexantur. Sic ebrietatem publicorum malorum omnium causam dixit Seneca lib. 12. epist. 84. Rectè ergo Syracides vinum perditionis, exitij, atq; interitus multorum causam statuit: Perdit enim primò animum & illius bona, hoc est, mentem, rationem ingenium, iudicium memoriam, docilitatem, virtutes omnes, affectus, atq; sensus corrumpit. Deinde perdit corporis sanitatẽ, robur, formam, atq; pulchritudinem. Perdit hominis authoritatem, dignitatem, gloriam, decus, opes, atque fortunas. Perdit non singulos modo homines, sed totas nationes, regna, imperia, respub. atq; ecclesias. Nec vero temporalis modo, verum etiam æternæ perditionis est causa, vt sacræ testantur literæ. Et vt bona quæuis perdit, ita, id quod est consequens, contra causa est, radix, atq; scaturigo omnium malorum. Mala autem alia sunt, vt à theologis appellantur culpæ, id est, vitia, scelera, atq; flagitia, alia pœnæ, siue pœnalia: mala pœnæ rursus alia sunt temporalia, alia æterna, vt æterni illi tartarorum cruciatus. Mala temporalia rursus vel sunt animi, vel corporis, vel fortunæ, vti vulgò appellantur. Horum omnium malorũ parentem, ac procreatricem esse ebrietatem cum sacræ atq; prophanæ literæ, omniumq; seculorum historiæ, tùm ipsa experientia quotidiana locupletissimè testantur.

Vinum immoderatè sumptũ hominem corrumpit.

Ebrietas multis perditionis, exitij, & interitus causa.

Ebrietas malorum omnium causa.

Ebrietas animi corporisq; corruptrix & pestis.

Sed quod in genere dixit Syracid. id deinceps in sequẽtibus speciatim probat, atq; cõfirmat à partium enumeratione. Nam cum duæ sint principes partes hominis ex quibus est compositus, animus scil. atq; corpus, vtriusq; partis, ac proinde totius hominis corruptricem pestemq; certissimam esse ebrietatem demonstrat. Primò ergo inquit, χάλυβα δοκιμάζει σώμασι ἐν βαφῇ, οὕτως οἶνος καρδίας ἐν μέθῃ (in quibus dã exemplaribus est ἐν μάχῃ) ὑπερηφάνων, id est, Caminus probat aciem gladij in tinctura, vinum in corde superborum in ebrietate siue in pugna: hoc est, vt fornax probat duritiem mucronis, dum mergitur: ita vinum cor superborum, quum inebriantur: vel dum poculis certant. Similis planè huic est illa Eratosthenis sententia,

Vino corda aperiuntur.

Οἶνός τε πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, ὅν τε καὶ εἰς ἄνδρα
Ελθῃ, κυμαίνει δ' οἷα λίβυσσαν ἄλα
Βορρῆς ἢε νότος. τάδε καὶ κεκρυμμένα φαίνει
Βυσσόθεν, ὃς δ' ἀνδρῶν παντ' ἐτίναξε νόον.
Vinum igni æqualem habet vim: vbi hominem
Subierit, quem conturbat, vt Lybicum mare
Aquilo, vel Auster: itaque prodit latentia

In men-

Digitized by Google

In mentis receſſu, animumq; vniuerſum concitit

His conſentanea ſunt illa Theognidis,

Εν πυρὶ μὲν χρυσὸν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἀνδρὶς
Γιγνοσκω̃ ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον.
Καὶ μάλα περ πινυτῶ, κακόητα δὲ πάσα ἐλέγχει
Ως τε καταιχύνειν καὶ φρὶν ἐόντα σοφὸν.

Igne aurum, argentumq; viri periti
Dignoſcunt, at vino animus humanius arguitur
Licet admodum ſapiens, vitium omne detegitur
Ita vt qui prius videbatur ſapiens pudore ſuffundatur.

Philochorus ſimiliter, teſte Athenæo lib. 2. dicere ſolebat bibentes nimium non modo ſeipſos ἐμφανίζειν, id eſt, patefacere, ſed alijs quoq; poſtquam dicendi libertatẽ ex vino ſunt adepti, αἰσχαλύπτειν, id eſt, detegere, atq; reuelare. Huc facit illud Æſchyli, κάτοπτρον εἶδος χάλκος ἐστὶ, οἶνος δὲ νῶ, Æs formæ ſpeculum eſt, vinum mentis. Sic Alcæus οἶνος ἀνθρώποις δίοπτρα, id eſt, vinum hominibus eſt inſtar dioptræ, qua cognoſcuntur eorum mores, διὸ καὶ καλῶς, vt eſt apud Athenæum lib. 10. οἱ παροιμιαζόμενοι λέγουσι, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια, vnde rectè quidam prouerbij loco dicunt: Vinum caret clauo, de quo vide Eraſ. Adag. Hinc Plutarch. τὸν οἶνον τῆς παῤῥησίας, καὶ δ' ἀντλῶ ἀληθείας γονιμώτατον vocat, hoc eſt, libertatis dicendi, ac per eum veritatis fœcundiſſimum eleganter vocat Sympoſ. probl. lib. 7. prob. 10. τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ νήφοντος ὅτι τῆς γλώττης ὄξι τὸ μεθύοντος, quod enim eſt in corde ſobrij, id eſt in ore ebrij, vt idem ait de Garrul. Voller mund/ſagt deß hertzen grund. *Clemens Alexand. li. 2. pædag. ca. 5. μάλιστα ἐν οἴνῳ καθορᾶται τὰ ἤθη τῶν ὑπύλων συμβέβηκε τῆς ἀκολασίας ἀπογυμνούμενα δι' ἀνελεύθερον παῤῥησίαν τῆς παροινίας: δι' ὧν κατακομίζεται μὲν ὁ λόγος ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ καρηβαρήσας τῇ μέθῃ. τὰ δ' ἐπιβάπελα ἐπιγείρεται πάθη, καταδυναστεύοντα τῆς ἀθυμείας τὸ λογισμῶ, id eſt, Fraudulentarum hominum mores in vino maximè perſpici ſolent, vt qui ſint omni ſimulationis inuolucro nudati propter illiberalem loquendi licentiam obortam ex ebrietate, qua quidem ratio ipſius animæ ſopitur vino oppreſſa, atq; grauata, & affectus illiberales atque ſcurriles excitantur, qui animum infirmum & imbecillum impotenti dominatu oppreſſum tenent. Plato ſimiliter in vino ceu ſpeculo multorum ingenia videri, atq; cognoſci poſſe dicebat vt citatur à Plutarcho lib. 3. Sympoſ. Sic Antiphanes, duobus exceptis, inquit, poteris omnia celare, vino nimirum & amore. Vtrunq; enim viſu atq; ſermone prodit homines licet negantes, & diſſimulantes. Itaque Pittacus, teſte Athenæo lib. 10. Periandrum Corinthium monebat ne fieret ebrius, neq; laſciuiret, ne noſcatur, inquiens, qualis ſit, neq; etiam qualem te eſſe ſimiles, cum vt ſpeculum æreum formæ, ita vinum mentis ſit index. Huc quoq; facit illud οἶνος καὶ ἀλήθεια, id eſt, vinum & veritas, ſiue ἐν οἴνῳ ἀλήθεια in vino veritas quod Athen. citat lib. 2. Durat & hodie vulgo tale prouerbium, non audiri verum niſi à tribus hominum generibus, pueris, ebrijs, & inſanis. Hinc Cicero in Topicis inter ea quæ certam faciunt fidem commemorat puerilitatem, ſomnum, imprudentiam, ebrietatem, inſaniam. Non ineptè ergo ille Æſopum increpauit: Quid quæris, ridiculum caput, illas feneſtras, per quas alterius cogitationes quis intueri poteſt? vinum enim nos aperit, & oſtendit, nec ſinit nos latere, ſed ſpeciem atq; laruam detrahit, lege tanquam pædagogo longiſſime remoto. Vnde & Dioniſij templo, vt idem teſtatur, victoriæ inſigne fuit tripus, nam ex tripode loqui eos dicimus qui vera loquuntur. Plato lib. 1. de legib. in extremo ſcitè admodum vereq; dixit οἶνον βάσανον τῶν τρόπων εἶναι vinum eſſe morum tormentum, imo nullum tormentum eſſe minus ſumptuoſum, minusq; noxium, ac periculoſum, quam vinum ad explorandos, & exquirendos hominum affectus, & mores. Recte hæc Plato & ſenſit, & ſcripſit. Prodit enim ſemetipſum homo vino ſaburratus, & mores ſuos oſtendit, arcana etiam in apricum proferens, quæ ab illo ſobrio vix vllis tormentis & quæſtionibus accerbiſſimis extorqueri potuiſſent, οἶνος γὰρ καπόντος ὅταν πλώσιν ἔπεα, id eſt, ſubſidente vino ſupernatant verba. Nam ſobrios aut metus, aut pudor cohibet, quò minus effutiant ea, quæ ſatius putarint ſupprimere. At vinum & pudorem diſcutit, & timorem abigit. Platonem ſequutus Horatius vinum & ipſe leue tormentum appellat, Od. xi. lib. 3.*

Διόπτρα

Vinum ſpeculum mentis.

Vinum ſpeculum ingeniorũ.

Plato in Alcibiade, veritatẽ eleganter vini filiã appellat.

Digitized by Google

Tu leue tormentum ingenio admoues
Plærunque duro. *Idem lib. de arte poëtica ad Pisonem,*
Et torquere mero, quem perspexisse laborent
An sit amicitia dignus. *Et Epist. ad Loll. 1. lib. 4.*
Commissumq́ teges & vino tortus, & ira.

Idem poëta, quem admodum vinosum fuisse constat, alibi quoq; disserit de hac vini, quam habet, vi, hominum naturas quantumuis tectas, ac reconditas explorandi, atq; experiendi, vt lib. 1. Sat. 4.

Condita cum verax aperit præcordia Liber. *Hoc est, Interprete Lambino, cum Bacchus veritatis amator, & simplex aperit consilia in præcordijs condita, Catullus condita pectoris appellat. Idem. Horat. Od. 11. epod. 11.*

Simul calentis inuerecundus Deus
Feruidiore mero arcana promorat loco. *Idem Od. 18.*
Arcaniq́ fides prodiga, pellucidior vitro.

Id est, vt Lambinus interpretatur, fides non continens clausa consilia sibi commissa, sed ea omnibus aperiens, & indicans. Aptissima autem vitri similitudine vsus est ad significandam eorum leuitatem, ac perfidiam, qui consilium alioqui occultum sibi commissum continere, & tegere non possunt. Quemadmodum enim vitri natura, quæ pellucida est, nihil earum rerum, quibus imponitur occultare aut tegere solet, imo eas perspicuas, & aspectabiles, omniumq́ oculis expositas relinquit: sic ingenia vana, & futilia nihil rerum occultarum clausum habere possunt, sed eas non solum lingua, verum etiam fronte, ac vultu aperiunt, & declarant. Horat. lib. 1. Epist.

Quid non ebrietas designat? operta recludit?

Ouidius lib. 1. de arte idem testatur,

Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Huc quoque faciunt illa Propertij lib. 1. Eleg. 9.

Ipse Deus tacito permisit lene ministro
Ederet vt multo libera verba mero
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
Iussit, & inuitos facta tegenda loqui.

Plinius lib. 14. cap. 22. Tunc animi secreta proferuntur, alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, redituraq́ per iugulum voces non continent, quàm multis ita interemptis. Vulgoq́ veritas iam vino attributa est. Verissimè ergo Syracides noster superborum corda vino non secus atq́ ferrum igne explorari, examinari, aperiri, ac detegi scribit. Quod autẽ ille de superborum, seu arrogantium corde dicit, idem de cæteris quoq; affectibus animi atq́ cogitationibus verissime affirmari potest & debet, quæ quidem per vinum siue ebrietatem ceu per fenestram quandam facillimè cognoscuntur. Superbiæ autem potissimum mentionem facit, propterea quod affectus ille omnium est vitiosissimus, magnamq́ cum ebrietate cognationem atq́ affinitatem habet, vnde sæpenumero ebrietatis metaphoricôs pro superbia seu arrogantia in sacris atq́ profanis literis vsurpatur.

Qua ratione homines temulenti se prodãt.

Produnt autem homines temulenti suam mentem, naturam, ingenium, mores, affectus, consilia, arcana suæ fidei commissa atq́ concredita cum fronte, atq́ vultu (qui tacitus quidam mentis est sermo) tùm gestibus (qui corporis sunt sermo) atq́ factis ridiculis, turpibus ac inhonestis, tùm denique atq́ in primis oratione, siue sermone, qui mentis est interpres ac sermo.

Ebrietas loquacitatis & vanæ & turpis causa.

Est enim ebrietas loquacitatis, garrulitatisq́ non modo temerariæ, inconsyderatæ, vanæ atq́ ridiculæ, verum etiam turpis, inhonestæ, atq́ impiæ causa, ex qua plurima sæpe damna, atq́ mala proficiscuntur. Plutarchus in libro περὶ ἀδολεσχίας τῇ οἰνώσει, *id est liberaliori potationi exhilarandi, recreandiq́ vim,* τῇ μέθῃ *autem, id est, ebrietati* φλυαρίαν καὶ ἀδολεσχίαν, *id est, futilem, inanem, & importunam quiduis quod in buccam venerit effutiendi licentiam tribuit. Idem libro tertio Sympos.* τὸ δὲ λαλεῖν, καὶ βλέπειν ἀβέλτερον ἢ σιωπᾶν πανοῦργος καὶ μέθης ἔργον ὄζει, *id est, garrire atque circumspicere temerè atque stultè, ebrietatis opus est. Idem in libro de garrulitate,* τῆς μέθης ἐν οἴνῳ κατηγορῶσιν, ὡς τὸ φωνὴ τοὺς λόγους ἀκράτους, καὶ ἀόριστον, *id est, ebrietas nullo nomine magis culpatur, quam ob immoderatam & infinitam loquendi libidinem. Bias in quodam*

connuuio

conuiuio cum sibi tacenti à garrulo quodam stoliditas obijceretur, Quis verò stultus, inquit, inter pocula posset tacere? Athenis autem quidam conuiuium regijs legatis præbens operam dedit, vt ijs hoc cupientibus philosophos eòdem vocaret: Ibi cum reliqui colloquio instituto vltrò citroq; pro sua quisq; persona disseruissent, Zenonem qui tacitus sese continebat comiter allocuti hospites cum salutassent poculo, de te vero aiebant, quid dicemus regi? Respondit Zeno: Aliud nihil, quam esse senem Athenis, qui inter pocula silere sciret. Idem ἡ σιγὴ βαθὸς τι κὴ μυστηριῶδες, καὶ νηφάλιον, ἡ δὲ μέθη λάλον, ἄνευ γὲ, καὶ ὀλιγόφρον δηλέ, τοῦτο κὴ πολύφωνον. Hinc Philosophi definiunt ebrietatem λήρησιν πάροινον. Idem in Sympos. οἶνον πολύφωνον vocat quia homines reddit loquaces. Idem lib. 1. Sympos. prob. 1. πάντων ὡν ὁ Διονύσιος λυσιὸς ὀξὶ, κὴ λύδιος, μάλιστα δὲ τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινὰ, καὶ πλείστην ἐλευθερίαν τῇ φωνῇ δίδωσι, id est, Bacchus dictus est Lysius, siue Lydius eò quod omnia soluat, sed linguam potissimum soluit frænis, plurimumq; libertatis voci concedit. Idem lib. 7. Sympos. prob. 10. πολύφωνος ὁ οἶνος ὀξὶ, καὶ λαλιᾶς ἀκαίρου, καὶ φρονίματος ἠγεμονικῆς καταπίμπλησι. Athen. lib. 1. vinum γλωσσαλγίας, id est, nugacitatis causam esse dixit, apud eundem Alexis testatur vinum reddere homines φιλολόγους, id est, loquendi cupidos. Hinc Philoxenus, eodem teste, οἶνον, eleganter appellauit εὐῤῥείταν, καὶ πάμφωνον, id est, bene fluens, omniaq; dicens. Et Homerus etiam Ιλ. ξ. ait hominem etiam πολύφρονα, id est, valde prudentem ac sapientem à vino impelli, vt cantet, & molliter rideat, & saltet, & nonnulla loquatur, quæ tacere præstitisset. Homeri verba hæc sunt,

Οἶνός δὲ πολύφρονα περ μάλ' ἀεῖσαι
Καιθ' ἁπαλὸν γελάσαι, καίτ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκε
Καὶ ῥ' ἔπος ἐφέηκεν, ὅπερτ' ἄρρητον ἄμεινον
Nam vinum vel prudentem cantare coegit
Et tenerum ridere, pedesq; inferre choreis
Atque tacenda loqui, nec idonea dicere dictu.

Theognis in eandem sententiam sic eleganter canit,

Ὅσσ' αἴ ὑπερβάλλῃ πόσις μέτρον, ἀχέτ' ἐνείνης
Τῆς αὐτῆς γλώσσης καρπὸς, ἐδὲ νόου
Μυθεῖται δι' ἀπάλαμνα, τὰ νήφουσιν γίνεται αἰσχρὰ.
Quisquis bibendo modum superauerit, is non amplius
Suæ linguæ compos est, neque mentis
Verba effatur balba, quæ sobrijs dedecori sunt.

Omnino ebrietatem causam esse ἀθυροστομίας, γλωσσαλγίας, πολυλογίας, ἀδολεσχίας, φλυαρίας, μωρολογίας, αἰσχρολογίας, λογομαχίας experientia quotidiana testis est locupletissima.

Addit porrò Syracides alia quibus significat quantam perniciem ebrietas animo afferat πηρεία ψυχῆς οἶνος πινόμενος πολύς ἐν ἐριτισμῷ, καὶ αἰτιάσματι. Πληθύνει θυμὸν μέθυ ἄφρονος εἰς ὀργὴν, ἐλαττῶν ἰσχὺν, καὶ ὀργὰς ποιεῖ ξαύματα, id est, vinum copiosius sumptum acerbitatem animi parit cum rixis, & contumacia. Animum stulti maiorem efficit ad offendiculum, vires enervat, infertq; vulnera. His verbis Syracides primò quidem docet ebrietatem verè esse θυμοφθόρον, hoc est, animum, quæ melior est hominis pars, depravare atque corrumpere, deinde etiam corpori quanto eadem sit damno paucis attingit. Quoad primum, animum hominis (quem Syracides hic καρδίας, ψυχῆς, καὶ θυμῷ nominibus exprimit, quorum medium quidem est generale, duo vero extrema magis sunt specialia) à Platonicis tres in partes seu facultates fuit distributus, nempe in rationem, iram, atque cupiditatem, quarum primam ceu principem, atq; reginam reliquarum in capite veluti in arce, secundam in corde, tertiam subter præcordia locarunt. Alij, quos secutus est Cic. lib. 1. off. & lib. 1. Tusc. quæst. aliisq; multis locis, eundem in duas partes diuiserunt, quarum vna sit particeps rationis, altera rationis expers, in qua quidem sint appetitus, siue motus cùm iræ, tùm cupiditatis. Syracides autem noster licet, vnius tantum partis, quæ irascibilis dicitur, præcipuè mentionem faciat, illiusq; incõmoda quæ ex ebrietate in illam redundant, vt sunt πηρεία, ἐριθισμὸς, θυμὸς (quæ quidem à philosophis vel species iracundiæ, vel etiam effectus statuuntur) tamen reliquas quoq; animæ partes, seu facultates simul perstringit, quas quidem omnes ebrietate vitiari atque corrumpi satis superq; constat. Irascibilis autem potissimum mentionem videtur fa-

Stultus inter pocula tacere nequit.

Inter pocula silere,

Platonici animum in 3. partes seu facultates distribuerunt.

tere, propterea quòd vinum immoderatum seu ebrietas in illam potissimùm animi partem seu facultatem immanem suam exitialemq; vim depromit, manifesteq; exerit. Nam cum ira & vini præsertim immoderatè hausti (vnde vtrunque crebrò in sacris & prophanis literis igni comparatur) ignita quædam vis sit atque ardens, necesse profecto est, vt quando vinum immodicum irę, ceu igni igni, aut ceu oleum camino additum fuerit atque suffusum, magnum inde atque horrendum existat furoris insaniæq; incendium, vnde plurima animi corporisq; mala, ac detrimenta proficiscuntur. Interim verò reliquis quoque animi partibus ebrietas minimè parcit, sed vna eademq; opera illas quoque infestare solet, atque funestare. Nam postquam caput potissimum atque cerebrum calidissimis suis vaporibus impleuit, ipsam primo mentem rationemq; ceu principem ac planè diuinam humani animi partem, qua sola brutis animalibus præstamus, proximeq; ad Dei angelorumq; similitudinem accedimus, tyranni instar immanissimi, de sanitatis dignitatisq; suæ statu deijcit, atque deturbat, hominemq; non modo quadrupedi, sed trunco etiam, atque stipiti simillimum reddit. Hinc Gal. lib. Quod animi mores, &c. Vinum totum corpus, ac præsertim caput calidis vaporibus implens, cùm motus immoderatiores efficit in cæteris animæ partibus, tùm consilia præcipitat rationalis partis. Huc facit illud Clement. Alexand. lib. 2. cap. 2. pædag. Quemadmodum Elpenor fregit calcaneum cùm cecidisset propter ebrietatem, ita ebriosorum cerebrum caligine offusum in epar, & in cor, hoc est, ὅτι τῶν φιλοδονίαν, καὶ τὸν θυμὸν, id est, voluptatem & iram maiori casu decidit, quàm fingunt poëtæ Vulcanum cælitus à Ioue in terram fuisse deiectum. Vnde colligi potest magna nefariaq; ebriosorum hominum erga Deum ingratitudo, qui mentem, & rationem sibi à Deo tributam atque concessam ad benè agendum atque contemplandum, & ad æternam illam, & immortalem vitam æssequendum intemperantissimis illis suis potationibus perdunt, ac labefactant. Huc facit illud Æpictet. Αἰσχρὸν τοῖς τῆς μελίτης δωρήμασι γλυκάζοντα τὸν κατάποσιν τοῦ τῆς θεῶν δώρου λόγου πικράζειν τῇ κακίᾳ, id est, Turpe est muneribus apum potionem edulcorare: rationem autem deorum munus vitiorum amaritudine inquinare.

Ebrietas rationem hominis perturbat insaniæ causa.

Deinde in inferiores quoque illas animi partes in quibus appetitus, affectus motusq; iræ, atque cupiditatum continentur impetum facit, iisq; horrendam quandam stragem, atque vastitatem infert, omnes affectus quasi furia quædam violento impetu concitat, perturbat, ac in transuersum rapit, secundum illud Lucretij

—— vehemens violentia vini
Conturbare animum consueuit corpore in ipso

Hinc itaq; toto animo, intellectu nimirũ, & affectu, quæ duæ principes eius sunt partes, corrupto ac perturbato, stuporem quendam immanem, memoriæ mortem, brutam atque belluinam omnium diuinarum, humanarumq; rerum ignorantiam, errores turpissimos, opiniones monstrosissimas, cupiditates denique & appetitus feros, atque ferocès, omne rationis imperium, atque regimen repellentes, furorem denique & insaniam dæmoniacum consequi est necesse. Quamobrem non immeritò vinum & ebrietas ab Hosea cap. 4. cor auferre, à Christo cor aggrauare, à Plinio mentem mutare, ac furorem gignere, à Sthenelo apud Athenæum καὶ φρονίοντας εἰς ἀφροσύνας ἀναβάλλειν dicitur. Hinc eadem non minus eleganter quàm verè à Pythagora μανίας μελέτη, id est, insaniæ meditatio, à Theodoreto, Augustino, & Seneca, insania voluntaria, à Philone αὐτοάστως, καὶ παραφροσύνης αἰτία nec non ἀφροσύνης φάρμακον, à Chrysost. & Basylio, ἀυθαίρετος καὶ ἑκουσίος δαίμων; ab Augustino dæmon manifestarius fuit appellata. Plato lib. 6. de legibus. Qui vino, inquit, refertus est, tàm animi, quàm corporis rabie concitatus, quòuis & trahit, & trahitur, & est ebrius tanquam mente captus. Seneca lib. 2. natural. quæst. cap. 20. Ebrietas donec exigatur, dementia est, & nimia grauitate fertur in somnum. Idem epistola 60. ad Lucillum circa finem, Ebrietas, inquit, vnius horæ liberam insaniam longi temporis tædio pensat. Apud Athenæum multa in hanc sententiam extant atque citantur testimonia, vt lib. 1. cap. 9. Vinum multum atque meracum trudentibus mentem eripere, & lib. 10. cap. 9. dementiæ atque nugarum esse causam, imò ipsam esse insaniam, & cap. 12. Bacchum insanum insaniæ esse authorem, & cap. 15. merum multum mentem auferre, & cap. 16. ex vino ψευδεῖς δόξας promanare dicuntur. Idem lib. 1. cap. 4. Homerum probat εἰς τὸν αὐτὸν τιθέναι πλάστιγγα τὸν μέθην τῇ μανίᾳ ebrietatem insaniæ facere similem. Plutarchus de garrulitate μανίας ὁμόσοιχος μὲν ἡ ὀργὴ (inquit) κατ' ἐνίους, ἡ δὲ μέθη σύ-

τοιχος

ροικ☉, μᾶλλον δὲ μανίᾳ, τῷ μὲν χρόνῳ ἥττων, τῷ δ' ἐκουσίῳ, ὅτι τὸ αὐθαίρετον αὐτῷ προσεστι, id est, *Insaniæ ira est comes, ebrietas contubernalis, imò vt insaniæ cedit duratione, ita eam hoc superat quod vltro asciscitur. Philo dè phytvrgia* μανομένῳ appellauit ἀρετὴν τὴν περὶ τὸν οἶνον ἐργασίας, καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς κατασχέτους γενομένους βακχὰς, μανιάδας· ὅτι μανίας καὶ ἀφροσύνης αἴτιος τοῖς ἁπλήστως ἐμφορημένοις ὁ οἶνος. *Huic simile est illud Prou.20. Subsannatores facit ebrietas, & tumultus parit ebrietas, Quisquis illa delectatur non erit sapiens. Sic Theognis,*

Ος δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτι κεῖνος
Τῆς αὐτῆς γλώσσης κάρτιος, οὐδὲ νόου.

Quisquis bibendo modum superauerit, is non amplius
Suæ linguæ compos est, neque mentis. *Vel sic,*
Sed quicunque modum superauerit, ille nec vltra
Consilij compos, is neque mentis erit. *Idem,*

Αφρονος ἀνδρὸς ἄγαν, καὶ σώφρονος οἶνος, ὅταν δὴ
Πίνει ὑπὲρ μέτρον, κοῦφον ἔθηκε νόον

Tam stolidi, quam sapientis vinum
Immoderatè potum leuissimum reddit animum.

Hesiodus idem eleganter docet his carminibus apud Athenæum lib.10.

Οἷα Διόνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα, καὶ ἔχθος
Ὅσις ἄδην πίνει, οἶνος δὲ οἱ ἐπλετο μαργὸς
Συν δὲ πόδας χείρας τε δίει, γλῶσσαντε νοόντε
Δεσμοῖς ἀφράστοισι, φιλεῖ δὲ ὁ μαλθακὸς ὕπνος.

Gaudia quanta viris Bacchus dedit, atque laborem
Si quis multa bibit fiunt insania vina
Illa pedes, mentemq; ligant, linguamq;, manusq;
Non fractis vinclis, somnus demulcet & illum

Hinc Græci & μεθύω ἀπὸ τοῦ μεθίεναι, *quod mentem de statu suo deturbet (vt illi contraria virtutis sobrietas* σωφροσύνη *quasi* σώζουσα τὸν φρόνησιν, *id est prudentiæ custos, & conseruatrix dicta est,) &* οἶνος *vinum* ἀπὸ τῆς οἰήσεως, *id est, vana, & superba opinione, qua animum implet, & ipse Bacchus* μανόλης, *eiusq; comites Bacchæ* μαινάδες *ab insaniendo à poëtis dictæ fuerunt, & illius festa Bacchanaliorum quoque vt olim ab ethnicis, ita hodie quoque à Christianis summo quoque cum furore, atque rabie celebrantur. Hinc Bacchari circa fana seruum Vlpianus dixit pro furere, quasi Bacchi numine afflatum in l.1. §. idem ff. de ædil.* παρὰ τὸ βακχεῖν, *quod in Bacchanalibus clamores ab ebrijs tollebantur, quasi Bacchi spiritu afflatis.*

Ebrietas ergo omnium virtutum animi expultrix, vitiorumq; proseminatrix, &, vt Augustini verbis vtar in lib. ad saras virg. cap.1. flagitiorum omnium mater, culparum materia, radix criminum, vitiorum omnium origo, homines ad Dei imaginem fictos, & formatos non modo belluis, atque feris, sed immanissimæ furiosissimæq; illi bestiæ infernali, hoc est, Diabolo quàm simillimos reddit, sicuti quotidiana experientia satis superq; testatur. Huiusce ergo impuri dæmonis (sic enim Theodoretus, Basilius, Augustinus, ebrietatem ipsam appellant) tetro funestoq; afflatu & instinctu in rabiem acti, ad omnis generis vitia, scelera, atque flagitia præcipiti quodam impetu rapiuntur, secundum illud poëtæ. ἐμεθύσθην, ἵνα μὴ φόφασις εἰς ἁμαρτάνειν, *id est, Ebrius fui, idonea videtur hæc esse omnis peccati excusatio. Hinc enim opiniones, cogitationes vanæ, inanes impiæ, ac inhonestæ, quæ deliria potius, atque somnia, quam cogitationes dici merentur. Hinc audacia, temeritas, impudentia, inuerecundia, hinc socordia, securitas atque ignauia, hinc leuitas, & inconstantia, hinc petulantia atque libido, hinc iræ ardentes, odia acerbissima, inimicitiæ, & simultates grauissimæ, hinc inuidia liuor, atque æmulatio, quibus affectibus ceu facibus quibusdam tartareis homines incensi, & inflammati perniciem sibi inuicem verbis factisq;, cùm apertè, tùm occultè moliuntur atque machinantur. Hinc dicta atq; verba temeraria, vana, stulta, intempestiua, & importuna, quibus homines partim stultos animi sui sensus atque affectus abstrusos, atque reconditos produnt, & omnibus irridendos propinant, partim sua aliorumq; secreta atque arcana publica atque priuata fidei suæ commissa in apertum proferunt, vnde plurima postea & in ipsos,*

Ebrietas virtutum animi expultrix, & vitiorum seminatrix.

& in alios, atq; adeo sæpe in Remp. totam atq; ecclesiam dedecora, atq; damna redundant. Hinc præterea rixæ sanguineæ, iurgia, conuitia, contumeliæ, calumniæ, opprobria, blasphemiæ, quas homines ebrioſi vel in ipſum Deum, veram religionem, eiuſq; antiſtites, vel in alios quoſuis homines cùm præſentes, tum etiam abſentes, tam viuos, quàm mortuos eiaculantur, atque euomunt, vnde plurima damna atque detrimenta proueniunt. Hinc verba impudica, obſcæna, libidinoſa quibus auditorum animi præſertim puerorum atque puellarum offenduntur, & ad impuras libidines incitantur. Hinc clamores, cauiiunculæ, voceſq; ineptæ, ridiculæ, impiæ, beſtiales, atq; furiales. Hinc vultus, totiusq; corporis geſtus indecori, inciuiles, incompoſiti, agreſtes, furioſorum planè geſtibus ſimillimi. Deniq; nullum eſt ſcelus, nullum facinus, atq; flagitium tàm graue, tàm atrox, tetrum atq; funeſtum, ad quod ſuſcipiendum ac perpetrandum homines ebrietate nõ impellantur. Alij enim vino, quod iræ eſt incitamentum, incitati ad pugnas, ad verbera, ad pulſationes, ad cædes deniq; non hoſtium tantum ſuorum, atq; alienorum, verum etiam propinquorum, atq; amiciſſimorum proſiliunt. Hinc Salom. Vbi eſt væ? vbi dolor? vbi contentiones? vbi murmur? vbi vulnera ſine cauſa? apud eos nimirum qui vinum ſectantur. Alij eodem incenſi, ac inflammati ad ſtupra, ſcortationes, adulteria, inceſtus deſignandos furibundo quodam impetu feruntur, atq; ruunt. Nam, vt Tertull. ait lib. 2. in Marcionem, ebrietas eſt ſcortationis comes, &, vt Auguſt. caſtitatis naufragium, &, vt Hier. vinum eſt libidinis incendium, &, vt Plin. lib. 14. cap. 22. inquit, ebrietatis ſummum præmium eſt libido portentoſa, ac iucundum nefas. Hinc Horat. ſcitiſſimè craterem Veneris ſodalem, & Apuleius lagenam Veneris gladiatoriæ antecœniam appellauit, propterea quod ſit præludium & præparatio quædam ad Veneris palæſtrã exercendam. Hinc vinum lac Veneris vulgò dicitur, ὃν πολλὸν ἀπῶντες, vt Ariſtop. ait apud Athen. li. 10. ἔνιοι δὲ τῶν νόμων ἀφροδισίων ὄρεξιν λαμβάνουσι, hoc eſt, quo nonnulli intemperanter hauſto portentoſis atq; nefandis amoribus inflammantur. Nam, vt eſt apud Terentium, ſine Cerere & Bacchо friget Venus. Cui ſimile illud Euripid. οἶνος δὲ μὴ παρόντος ἔρως ἔνι κύπρις, &, quod legimus in Græcorum monumentis, Νεκρὸν ἀφροδίτη διονύσου δίχα καὶ δήμητρος: & apud Athen. 6. Ἐν τῇ χειμῶνι γὰρ τῆς κριθῶν ἕψεως ἔνδοξοι, πεινῶσιν δὲ ἡ νύκτωρ πικρά. Cibus enim, & potus irritamenta ſunt libidinis, peculiariter autẽ vinum irritat libidinem. Sic Apuleius Veneri ebriam cœnam affingit, cum interim eſuriat Pſyche. Et certe magna eſt Bacchi Veneriſq; cognatio, vnde apud Oſeam quoq; cap. 4. vinum atq; ebrietas cum ſcortatione coniungitur, quorũ vtrunq; mentem auſſerre dicitur, ad quem locum illuſtrandum, & ſimul vtriuſq; vitij vim pernicioſam atq; peſtiferã breuiter exprimendam. Virg. illud pertinet.

Vinum rixarum & diſſidiorum cauſa.

Vinc inflammatur libido.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore;
Vno nanq; modo vina, Venuſq; nocent.
Vt venus eneruat vires, ſic copia vini
Et tentat greſſus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe parit ferus exitiale cupido
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello
At Lapithas bello perdis Iacche graui.
Compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum
Ne te muneribus lædat vterq; ſuis.

Hæc quæ adhuc dicta ſunt non opus eſt exemplis antiquis comprobare, experientia quotidiana plurima, prob dolor, vel luctuoſiſſima exempla nobis ſuppeditat.

Incõmoda corporis quæ ex ebrietate oriuntur.

Ebrietas ſanitatem & robur corporis labefactant.

Iam vero corpori quoq; quot & quanta damna ebrietas interdum importet, nemo eſt qui vel cogitatione, nedum oratione conſequi queat. Hæc Syracides noſter breuiter perſtringit, dum vinum ſine modo ſumptum vires dicit imminuere ſcil. corporis: nam eleganti antitheſi dicit illud animum quidem inſipientis augere, vires autem, ſcil. corporis, imminuere. Corporis ergo & ſanitatem, & rõbur, & formam quoq; conuellit, atq; labefactat. Ebrietas enim ſtomacho cruditatem inducit, epar inflammationibus accendit, pulmones putrefactos diſſoluit, corpus totum tremore concutit, caput vertigine rotat, pedes tertiis greſſibus incedere prohibet. Hæc ipſa dum ſpiritus violenti ſuperna petunt,

petunt, & inde repercussi venas implent, atq; obstruunt frequenter morbi comitialis, sæpe etiam mortis repentinæ causa est. Adde his oculorum lippientium rubedinem, anhelitus fœtorem intolerabilem, dentium putredinem atq; scabriciem, aurium vndosum spiritum, linguæ balbutiem atq; hæsitantiam, manuum tremorem, & ineptas gesticulationes, pedum incertos lubricosq; gressus, turpes ventris causa ronchos & motus, alui & vesicæ vinculorum relaxationem, frontis rugas, narium mucorem, nasi rubedinem coctili cantro similem, acutissimos calculi dolores, lentos podagræ, & chiragræ cruciatus, aquæ intercutis fœdissimum fluxum, & infinitos alios morbos, qui ex isto semente instar segetis luxuriantis enascuntur. Hinc Lucret. sic canit,

Consequitur grauitas membrorum præpediuntur
Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens
Nant oculi, clamor, singultus, iurgia gliscunt.

Seneca ad Lucil. de ebrio. Adijce illum ignorantem sui, dubia & inexplanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum. His similia illa Iuuenalis sunt Satyr. 6.

Quum bibitur concha, quum iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.

Ex ebrietate pulmones vstione vini quotidiana putrescunt, & per ora veluti mortuorum spiritus tetros emittunt. Aug. lib. ad Sacr. virg. cap. 1. His similia sunt illa Clemen. Alexand. lib. 2. Paed. cap. 2. Οἶνῳ δὲ ἀμέτρῳ ἡ γλῶττα μὲν παραδίδοται (vnde etiã tempestas linguæ ab Augustino vocatur) παρεῖται δὲ τὰ χείλη, ὀφθαλμοὶ δὲ παντρέπονται, οἷον κολυμβώσεις τῆς ὄψεως ὑπὸ τῆς πλήθους τῆς ὑγρότητος, καὶ ψευδάδην βεβιασμένοι, κύκλῳ μὲν ἡγοῦνται φερόμενα τὰ πάντα. ἀριθμεῖν δὲ οὐ δύνανται τὰ τόρρω ὡς ἔστι μόνα. Ἐς αἰβάσεις καθάπερ ῥεύματι ὑποφέρονται, λυγμοί τε, καὶ ἔμετοι, καὶ παραφροσύναι, id est, Vino immodico lingua præditur, labia solluntur, oculi detorquentur, ac diuertuntur (cum præ humiditatis multitudine visus tanquam in piscina natitet) & mentiri coacti existimant quidem omnia in orbem circumagi, numerare autem non possunt quæ procul sunt, tanquam sint vnica, gressus tanquam fluctu impellente subsidunt, nec possunt locum tenere, ructusq; ac singultus, vomitusq; atq; deliria pro ludo & delectamento subeunt. Eosdem postea vocat σφαλλομένους, ἀνχμάντας, ὠχριῶντας τὰ πρόσωπα, πελιδνούς, id est, cespitantes, sordidatos, vultu pallido, & liuido præditos, hesternæ temulentiæ aliam infundentes. Plin. quoq; quantũ ebrietas noceat corpori, his verbis docet lib. 14. cap. 22. Hinc (ex ebrietate) pallor, & genæ pendulæ, oculorum vlcera, tremulæ manus effundentes plena vasa, & (quæ sit pœna præsens) feriales, somni, & inquies nocturna. Postera die ex ore halitus fœtidi, &c. Valleriola libro 2. Loc. com. Quid vino, inquit, pernicios ius? quid pestilentius? cùm id immodicè sumptum vitam, ac valetudinem perdat, paralysim, stuporem, apoplexiam, neruorum incontinentiam, furorem, rabiem, conuulsionem, vertiginem, arthritidem, cæcitatem, malum habitum, omniumq; frigidorum morborum colluuiem tandem inferat? &, vt in summa dicatur, verissima sit homini pestis? Vinum ἄκρατον, inquit Mnesitheus apud Athenæum lib. 1. efficit παράλυσιν τῷ σωμάτων. Ennius articulari morbo fuit consumptus, quem ex immodico vsu vini contraxerat, teste Sereno. Vinum morborum esse causam, Plutar. quoq; docet lib. 1. Symp. Prob. 1. Idem 3. Symp. Prob. 3. eadem ebrietatis quæ senectutis dicit esse manifestissima symptomata, nempe τρόμους ἄρθρων, ψελλισμοὺς δὲ γλώσσης, πλανασμοὺς δὲ λαλιᾶς, ὀξύτητας δ' ὀργῆς, λήθας τε καὶ παραφορὰς διανοίας, id est, tremorem membrorum, linguæ hæsitantiam, garrulitatem, iras acres, oblitionem, & errorem mentis: ac proinde mirum non esse, si senes facilè inebrientur, nihil seni tam esse simile, quàm iuuenem temulentum. Idem eodem in lib. Prob. 5. quo quæritur an vinum facultate sit frigidum, eadem quæ à frigore, ab ebrietate quoq; corpori accidere scribit incommoda, nempè τρόμους, βαρύτητας, ὠλιγασίας, σάλους τῆς περὶ τὰ γύα πνεύματος, ἀσάφειαν γλώττης, ἔντασιν τῶν περὶ τοῖς ἄκροις νεύρων καὶ ὀπονάρκησιν: τοῖς δὲ πλείοσι εἰς πάρεσιν αἱ μέθαι τελευτῶσι, hoc est, Tremorem, grauedinem, pallorem, agitationem spiritus in membris, linguæ titubationem, contentionem extremitatum in neruis ac torporem. Plerisq; ebrietatem in resolutionem desinere, vbi merum calorem omnino profligauit & exsinxit. Hæc porrò incõmoda corpori à temulentia illata sanari dicit tegmine ab initio iniecto atq; deinbitu: postridie lauacro, vnguento, cibisq; sensim calorem corporis vino profligatũ reuocantibus;

Dioscorides libro 5. capite 7. similiter testatur, omnem ebrietatem præsertim iugem, ac continuatam valdè esse pernicioſam, quoniam nerui copioſo vino diebus ſingulis obſeſſi trucidant manus, & tius q; corporis compago ſoluitur. Seneca ad Lucilium, Epulæ cruditates afferunt, ebrietates neruorum torporem, tremoremq;, & libidines, pedum, manuum, articulorumq; omnium depranationes. Quare Propert. lib. 2. Eleg. 4. eleganter canit,

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.

Hac de re vide plura apud Auicennam 3. 1. doc. 2. cap. 8. vbi testatur ſex morborum genera in humanis corporibus excitari, vino immodicè ſumpto, quæ etiam Galenus libro 3. de Temperamentis confirmat. Auicenna tamen loco ante citato, non parum emolumenti ex eo conſecuturum putat, ſi quis ſemel in menſe inebrietur, quo videlicet per ebrietatem vomitus excitetur, vt qui maximè ab ægritudinibus chronicis, hoc eſt, longis ac malis tueri nos queat. Sed Rabbi Moſes Tractatu quarto ad Solianum Babyloniæ hanc illius ſententiam ceu falſam, his verbis conuellit, Nocet, inquit, ebrietas omnis, & maximè aſſidua. Errauit ergo, qui eſſe putauit vtilem ebrietatem ſemel in menſe. Quin eadem etiam à Gulielmo Plantino libro 1. cap. 8. de Curatione membrorum, & Gerdonio parte 2. l. 4. cap. 21. & à Valeſco libro 1. Philonij cap. 8. redarguitur, vt quibus præſeruari, quàm curari melius eſſe videatur. Vt ergo ſobrietas, atque temperantia mater eſt, atque nutrix ſanitatis, ita contrà ebrietas parens eſt, atque procreatrix, & nutricula blanda, ſed perniciosa omnis generis morborum, nec animum tantùm, verumetiam corpus ſua ſanitate priuat, atque ſpoliat. His adde, quòd per ebrietatem externis quoque multis modis violentis, vt caſu, lapſu, offenſione, percuſſione corporis membra grauiſſimè læsi, vel etiam totum hominem ſubita morte interire ſæpiſſimè contingit. Hinc ergo apparet, quam graui ſcelere ſeſe obſtringant ſtrenui iſti potatores, qui dum & ipſi ſeſe vino nimio ingurgitant, & alios ad idem faciendum impellunt, atque cogunt, non ſe modò, verumetiam alios innumeris morborum, mortisq; vel lentæ, vel etiam repentinæ periculis exponunt, ſuum, aliorumq; animum, corpusq; perdunt, ita vt ἀνοσφορίας merito, atque ἀνοσφορίας nomine ſint accuſandi. Non vinum profectò, ſed virus potius, atque venenum & animi & corporis, immaniſſimi illi potatores ſibi innicem propinant, atq; ita ſeſe mutuò, ceu Cadmæi fratres conficiunt atq; conſumunt.

An vtile ſit nõ nunquam inebriari.

NOTA.

Nec verò animum tantùm atque corpus, ſicuti dictum eſt, & vtriuſque bona, quæ animi corporisq; bona appellantur temulentia perdit, verumetiam in opes, & facultates ad vitam hanc corpoream ſuſtentandam neceſſarias graſſatur, & illas quoque abſumit atque perdit, vnde egeſtatem, mendicitatemque ignominioſam conſequi eſt neceſſe. Nulla profectò eſt peſtis, qua rei domeſticæ tantùm obſit. Nam quod per multos dies toti familiæ alendæ ſufficere poterat, vno die, aut etiam pauculis horis ebrioſus paterfamiliâs abſumit, neque pecuniæ modò, verumetiam temporis iacturam facit, quod in opere faciendo debebat impendi, & familiam totam negligens, tàm vxorem, quàm liberos egeſtate perire ſinit, ita vt non in alios melius, quàm in ebrioſos illud Apoſtoli conueniat, 1. Timoth. 3. Si quis ſuis, & maximè familiaribus atque domeſticis, non proſpicit, ac conſulit, is fidem abnegauit, & eſt infideli deterior. Vnde Auguſtinus libro ad Sacras virgines capite 1. Ebrietas, vt cernimus, quotidie amplarum familiarum plurimas labefacit, & cura gubernationis deſtitutos, parentum auorumque ſuorum bene diuq; congregata, atque ingenti pretio comparata, vili nummo diſtrahere fecit. Hinc Diogenes Cynicus cùm videret hominis vino deditiſſimi ædes, venales eſſe, ex ianuæ inſcriptione, Sciebam, inquit, te præ vini crapula tandem domum euomiturum, author eſt Bruſo. libro primo, capite nono. Hinc rectè Solomon, Qui vinum amat, & pinguia, non diteſcet. Idem capite 23. ſic ſcribit, Non ſis inter potatores vini, & cum illis qui deuorant carnes. Potator enim & comeſſator ad inopiam redigetur, & lacerus veſtibus induet ſe, qui aſſuescit dormitationi. Nec verò priuatæ tantùm, verumetiam publicæ inopiæ, egeſtatis, caritatisq; cauſa eſt ebrietas. Nam quò plus vini abſumitur, ſeu perditur potius atq; corrumpitur, tanto magis vini & annonæ caritatem & inopiam creſcere atq; augeri neceſſe eſt. Tanta itaq; mendicorum turba alienis opibus inhiantiũ hodie inter Chriſtianos paſſim graſſari atq; vagari cum maximo rerumpub. dedecore, damno, at periculo, mirum profectò non eſt eiusq; cauſam ebrietati potiſſimùm atq; luxuriæ effrænatæ, atq; indomitæ eſſe aſcribendã, nemo credo, qui ſanæ ſit mentis, inficiabitur. Nec verò egeſtatem tantùm, verumetiã dedecoris atq; ignominiæ notas plurimas hominibus ebrietas inurit,

Ebrietas etiam bona quæ dicuntur fortunæ perdit.

Ebrietas publicæ inopiæ cauſa eſt.

propter

Digitized by Google

propter multa turpia dicta atque facta, quæ ab ijs ebrietate excæcatis designari solent. Nullum profectò est vitium quod hominis honorem, famam, existimationem, dignitatem, authoritatemque magis deformet atque minuat. Quid dicam, quod tempus quoq; quo nihil pretiosius, quodq; honestis atq; vtilibus actionibus, laboribusq; impendi oportebat, similiter vt & alia pretiosissima quæq; bona perdit. Vnde Augustinus ebrietatem temporis amissionem vocat, & illam tempora furari, dies surripere dicit. Huc quoq; pertinent hæc eiusdem patris verba, obseruatione dignissima. In ebriosis, inquit, non ratio vlla, non vllum vitæ gerendæ consilium, non gestorum aut lectionum memoria, nec vlla artium, aut industriæ prouidentia: vtpote quem prandio accumbentem Solis occidentis videt occasus, & cœna pernoctantem insperatus occupat dies: & dum iugi amentia dies noctesque discumbendo dormitat, bibit, in hac vita adhuc positus sepelitur. Ebriosos, dicit Paulus, noctu ebrietati indulgere, at hodie Christiani diurnum nocturnumq; tempus in immanissimis illis suis helluationibus atque potationibus consumunt. Denique quod cumulus est omnium malorum, ebrietas homines cœlestis illius regni hæreditate æterna priuat, & in tartaream illam æternarum miseriarum regionem præcipitat, secundum illud Pauli, Ebriosi regnum Dei non possidebunt. Et quis miretur Deum ebriosis hominibus æterni illius ignis, mortisq; pœnam comminari, atque etiam, sine fide atq; pœnitentia hinc decesserint infligere, cùm ebrietas omnis quasi impietatis, improbitatisque sit epitome, diuinarum, humanarumque legum, atque iuris violatrix, vitiorum, flagitiorumque omnium procreatrix, atque nutrix, Deo hominibusque infesta atque inimica. Ebrietate namque potissimum lex illa diuina, ab ipso Deo multis ante sæculis in monte Sinai & promulgata, & literis, memoriæque consecrata, quæ omnium legum mater est & origo, æquitatis, officijque, quo Deo, hominibusque sumus obstricti, epitome atque compendium, impiè nefarieque violatur, quemadmodum pluribus facilè demonstrari posset. Ebriosi namque, vt rem paucis perstringam, primo in ipsum Deum grauiter peccant, atque iniurij sunt, dum idolo illi suo siue dæmoni, ceu deo alieno, hoc est, Baccho dediti, atque mancipati (qui multa in illorum mentibus idola, hoc est, errores, atque opiniones peruersas atque præposteras gignit) Deum verum, eiusque cultum iustum atque legitimum negligunt, imò etiam despiciunt, contemnunt, atque irrident. Deinde nomen, numenque illius augustum, ac sacrosanctum suis blasphemijs atque deierationibus, quas inter immania illa sua pocula eructant, polluunt atque contaminant. Præterea Sabbathum aliosque dies festos, diuino honori consecratos, nefarijs illis suis potationibus, multisque quæ illat comitantur, ac consequuntur, non modò vanis, verumetiam impijs actionibus violant, ac conspurcant. Iam verò quantum damni & detrimenti homines ebriosi proximo suo inferant, nemo est qui verbis explicare possit. Nam primo parentes, aliosque, qui illis parentum loco esse debebant, vt præceptores, tutores, patronos, magistratus suos, homines denique senili ætate, atque prudentia præditos, non modò debito iustoque honore defraudant, sed etiam ignominia, dedecore, plurimis contumelijs atque iniurijs afficiunt. Deinde sunt ad cædes, ad stupra, & adulteria, ad mendacia, atque periuria procliues atque propensi, quibus proximi vita, fama, atque fortunæ læduntur. Denique cupiditatis suæ, quam in illis ebrietas accendit, nefaria oculos ad proximi seruos, ancillos, vxorem, opes, atque fortunas adijciunt, illisque potiri omni virium suarum contentione moliuntur. Meritò ergo ebriosi ceu manifestarij totius legis diuinæ violatores in Deum homines q; iniurij, contumelioſi, atque ingrati, non temporalibus modò, verumetiam æternis pœnis à Deo mulctantur.

Ebrietas æterni exitij causa.

Ebrietate tota lex diuina violatur.

Ebrietas idololatria est.

Ebrij Sabbatha violant.

EBRIETAS POPVLIS VNIVERSIS, AC OMNIS AETATIS, SEXVS, ORDINIS CONDITIONIsue hominibus exitialis, omnis societatis officijq; perturbatrix. De vinis factitijs, quorum duo sunt præcipua zythum atq; sidra, de quibus pauca.

CAPVT IX.

Digitized by Google

SYRACIDES porrò noſter in generali illa propoſitione non ſimpliciter dicit vinum homines perdere, ſed addit multos, quod ipſum quoq; conſyderatione dignum eſt, nam inde quam latè pateat, atq; diffuſa ſit vis ebrietatis peſtifera, quamq; non paucis tantùm, ſed vniuerſo hominũ generi infeſta atq; noxia ſit, manifeſtius adhuc patebit. Primò ergo conſtat totas populos, huiuſce vitij contagione ceu peſte atq; lue quadam infectos deuaſtari atq; perdi. Populi φιλοινοι καὶ πολυποτικαι ab Athen. lib. 10. cap. 4. hi commemorantur. Tapiri, qui vini adeò fuerunt auidi, vt nullo alio vnguento niſi vino vſi fuerint. Phigalenſes, qui in cauponis ſemper habitarũt, timidi atq; imbelles. Bizantij, qui mercaturæ quoq; dediti, totam noctem perpotare fuerunt ſoliti. Tirynthij atq; Argiui, qui inter pocula pugnaces fuerũt, in prælijs ſtrenuè fugerunt. Mileſij ebrioſi ſimul & ὑβρισταὶ, id eſt, iniurij. Elienſes vinolenti, atq; mendaces. Thraces omnes bibaciſſimi extiterunt. Chalcidenſes, qui neglectis optimis inſtitutis totos ſe potationib. ignauiæ atq; intemperantiæ dediderunt. Methymnæi, qui à Cleomene tyranno atq; Periandro contumelioſiſſimè vnà cum ſuis vxoribus tractati fuerunt. Aſſyrij, qui mulieres quoq; vnà ſecum in cauponas atq; conuiuia publica ducere conſueuerunt, quas cuiuis præſentium ad potandum prouocare liberum erat, atq; conceſſum, ipſiq; tandem à mulieribus domum abducebantur, vnde καχόβιοι ob inſignem luxuriam fuerũt appellati. His addit, Ariæos, qui ſingulis diebus inebriari atq; epulari fuerunt ſoliti, tandemq; à Celtis fuerunt victi. Item Ægyptios, qui deſtituti vino, hordaceum vinum conficiunt, quo poto non ſecus atq; vino obruti lætari, canere, ſaltare conſueuerunt. De Parthis vetere prouerbio dictum eſt, quò plus biberint, eò plus ſitire. Habet enim hoc temulentia, vt poſteaquam obſurduit palatum, magis ac magis cupiant haurire. Sic & veteri prouerbio, Leontini ſemper iuxta pocula vel crateras dicuntur. Hos enim vbi Phalaris expugnaſſet, ne quando rebellionem pararent, ademptis armis ad compotationes & voluptates reiecit. Indorum quoque φιλοινίαν Athen. lib. 10. cap. 12. deſcribit apud quos Alexander Magnus ἀκροτοποσίας certamen inſtituit, vt idem teſtatur. Hinc ἐνδικοὶ κῶμοι καὶ μέθαι, ad quas Antiochum Epiphanem conuerſum ſcribit. Clemens Alexand. lib. 2. Padag. ca. 2. ebrietate maxime vti dicit Scythas, Celtas, Iberos atq; Thraces gentes bellicoſas, quibus pulchrum hoc, ac beatæ vitæ ſtudium, & inſtitutum videtur eſſe, ἡμεῖς δ' ἐ, addit ibidem, τὸ εἰρηνικὸν γένος, εἰς ἀπόλαυσιν, οὐκ εἰς ὕβριν ἐσιώμφοι, νηφαλίους πίνομεν φιλοποσίας, Nos autem qui ſumus genus pacificum, ad vſum, non ad petulantiam, & contumeliam conuiuantes, ſobrijs hauſtibus amicitiæ ergò bibimus, vt vero, & conuenienti nomine amicitiæ pocula appellentur. De Thracum porrò atq; Scytharum ferociſſimarum gentium vinolentia ſimul atq; violentia multa veterum teſtimonia extant, quam Plato lib. 1. de Legibus, his verbis notat, σκύθαι μὲν καὶ θρᾷκες ἀκρήτῳ παντάπασι χρώμενοι γυναῖκες τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τὴν ἱματίων καταχόμφωσιν καλὸν καὶ ἔυσχημον ὁπωσδήποτε γιγνώσκουσι. Ad hanc & Anacreon, & Horatius in ſuis carminibus ſæpe alludunt. Hinc Scythicæ atq; Thraciæ potationes pro meracibus atq; luxurioſis olim prouerbij loco fuerunt vſurpatæ. Apud Germanos, teſte Tacito, diem, noctemq; continuare potando nulli probrum. Crebræ vt inter vinolentos rixæ, rarò conuitijs, ſæpius cæde, & vulneribus tranſiguntur. Et paulò poſt, Aduerſus ſitim non eadem intemperantia. Si indulſeris ebrietati ſuggerendo quantum concupiſcunt, haud minus facilè vitijs, quàm armis vincentur. De Græcorum quoq; bibacitate plenæ ſunt veterum hiſtoriæ. Vnde græcari, pergræcari, Græcorum more bibere, pro intemperanti more potare. Horat. lib. 2. Sat. 2.

Militia aſſuetum Græcari, ſeu pila velox.

M. Tul. Cic. Verrin. 3. Fit ſermo inter eos, & inuitatio, vt Græcorum more biberetur. Plautus Moſtell.

Dies noctesque bibite: pergracamini
Amicas emite, liberate, paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter.

Idem Bacch. Atq; id pollicetur, ſe daturum aurum mihi,
Quod dem ſcortis, quodque in luſtris comedam, & congræcem pater.

Populi ebrioſi.

Quod ſi quis autem & harum, & quæ commemoratæ ſunt, & aliarum gentium antiquarum, quæ quidem ebrietati inſeruierũt, hiſtorias euoluat atq; conſyderet, reperiet præcipuam illarum exitij atq; interitus cauſam extitiſſe ebrietatem atq; luxuriam, quæ, teſte Paulo, ebrietatis eſt comes, & vi

Digitized by Google

& vt scitè Hieronymus in illum locum inquit, Primogenita est ebrietatis filia. Vnde contra alios populos legimus vinum ad se importari prohibuisse, ne illo effœminarentur, ac seueris legibus atque pœnis ebrietatẽ coërcere fuisse solitos, vt de Lacedæmonijs, Locrensibus, Epizephyrijs, Massilien-sibus, alijsq; populis literis memoriæq; proditum est, de quo Athen. lib. 10. cap. 9. & 10. Hodie, proh dolor, Christianorum gens, atq; natio, ebrietatis studio, & amore reliquas ferè gentes omnes, quantumuis barbaras, crudeles, immanes, à vera religione abhorrẽtes, & alienas logè vincit ac superat, ac proinde iusto Dei iudicio ab ijsdem quotidie ferè armis vincitur, illarum rapinæ, direptionibus, atq; depopulationibus est exposita, illarũ deniq; imperio atq; tyrannidi magis magisq; subijcitur. Vt igitur veteres illi Bizantij atq; Thraces sua ebrietate atq; intemperantia libertatem, imperiumq; perdiderũt, sic noui isti Bizantij atq; Thraces, hoc est, Turcæ truces atq; feroces, partim sua sobrietate, partim nostrorum ducum, militumq; intemperãtia (id quod vel inuiti cogimur fateri) Christianorum libertatem, imperiumq; magis magisq; imminuunt, ac labefactant, contrà sui imperij fines atq; terminos latius indies extendunt.

Populi abstemij.

Christiani cur Turcis bello inferiores sint.

Ebrietas omnis ætatis sexus atque cõditionis hominibus noxia & exitialis est.

Ebrietatem porrò omnis ætatis sexus, conditionis atq; ordinis hominibus exitialem esse nemo sobrius credo, sanæq; mentis negabit. Quoad ætatem Plato in lib 2. de Leg. senibus quidem liberalio rem vini potum vsumq; concedit, ὡς φάρμακον ὥστε αἰηβᾶν αὐτὺς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι, μᾶλλον δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα μαλθακὸν καὶ ἥττους ἀπλαστότερον εἶναι, id est, ceu auxiliare aduersus senectutis austeritatem pharmacũ, quo reiuuenescere videantur, & mœstitiæ illos capiat oblitio, ipseq; habitus animi mollis è duro factus, vt ferrum igni impositum, tractabilior fiat. Idem docet Clem. Alex. lib. 2. c. 2. Pæd. vbi senibus eousq; permittit vino indulgere, dum & rationem, & memoriã habuerint adhuc vigentem, & corpus immotum & inconcussum. Vide Gal. lib. Animi mores temperaturam corporis sequi, & lib. 5. de Sanit. tuenda, vbi vinum senibus aptissimũ esse dicit. Senes mero magis delectari & quæ eius causa, vide Plutarch. Symp. lib. 1. Prob. 7,

Senibus quatenus indulgere liceat.

Pueris autem & adolescentibus non absq; ratione vini vsum Plato interdicit ad 8. vsq; ætatis annum, ad furiosum iuuentutis habitum coërcendum: deinde vt vino moderatè vtantur ad annum vsq; 20. suadet, ab ebrietate verò, immoderataq; vini intemperantia abstineant, cum absurdum simul sit & periculosum πῦρ ὅτι πῦρ ὀχετεύειν, id est, ignem igni addere. Immoderatus verò vini vsus non iuuenili tantùm, sed etiam senili ætati indecorus est, turpis atque pernicios us. Idem docet Clemens Alexand. lib. 2. cap. 2. ab initio, vult enim pueros & puellas omnino à vino abstinere: ex quo ceu igne igni addito erumpant, ὁρμαὶ πάγεται, καὶ φλεγμαίνουσαι ἐπιθυμίαι, καὶ δεινὸν πῦρ ἦθος, agrestes & immanes appetitiones, cupiditates ardentes, mores ignei, &c. Plura ibidem quomodo potus singulis ætatum gradibus sit accommodandus, docet. Idem ex Platone docet, & confirmat Galenus libro, Quod animi mores, &c. Idem libro 5. de Sanitate tuenda, vinum pueris alieniss imum, senibus aptiss imum esse docet. Pueris & nutricibus non esse dandum vinum Aristoteles monet de Somno & Vigilia. Et Auicennas, Vinum pueris, inquit, dare est ignem igni addere lignis debilibus. Sed quod de immoderato vini vsu dictum est, illum non modò iuuenili, sed etiam senili ætati esse indecorum, turpem, & pernitiosum, de vtroq; sexu est intelligendum. Apud Massilienses vini vsus mulieribus fuit interdictus, teste Leont. lib. 3. c. 87. & 88. nec non apud Romanos, de quo vide plura apud Athenæum lib. 10. cap. 13. ex Polybij lib. 6. Valerium Maximum lib. 2. Dionysium Halycarnass. in Romulo. Gellium libro 4. cap. 14. Ælianum lib. 2. Variæ historiæ. Ciceronem libro tertio & quarto de Repub. vt citatur à Carolo Sigonio in Fragmentis. Plinium libro 14. cap. 13. Dionysius Romulum mulieribus vinum prohibuisse scribit. φθορὴν μὲν δυνοίας ἀρχὴν νομίσας, μέθην δὲ φθορέως. Mulierum contrà vinolentarum præsertim Græcarum exempla antiqua, vide apud Athenæum libro 10. capite 13. Sed non opus est recitare temulentarum mulierum exempla antiqua, hodierna habemus inter nos Christianos plurima. Quam verò mulieribus vitanda sit ebrietas, vide multa apud August. lib. ad Sacras vigines cap. 3. Hiero. in lib. de Virginit. conseruanda, Adolescentulas dixit, ita vinum debere fugere vt venenum, ne pro ætatis calore feruenti bibant, & intereant. Inde est, inquit Isidor. lib. 20. cap. 4. quod apud veteres Romanos fœmina non vtebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus. Mulier quippe ebria, vt

teſtatur Eccleſiaſt.cap.26. verſ.11. ac mente alienata animum grauiter offendit: vt quæ turpitudinem ſuam non celet. ὀργὴ μεγάλη γυνὴ μέθυσος, ὁμοίως χόλος θεῷ οἰνομάχλη γυνή. ὁπαίχνιον γὰρ αὐτῆς ἡ συγκαλύπτει. Ira magna eſt mulier ebria, tanquam ira Dei mulier temulenta. Ignatius Metellus, vt teſtatur Valer. Max.lib.6. cap.3. Vxorem quod vinum bibiſſet fuſte percuſſam interemit. Idq; factum non accuſatore tantùm, ſed etiam reprehenſore caruit, vnoquoque exiſtimante optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe. Et ſanè quæcunque fœmina vini vſum immoderatè appetit, & virtutibus omnibus iauuam claudit, & delictis aperit. In triclinio choa prouerbium de muliere biboſa, nimiſq; garrula, de quo vide Iunium in Adag.

Regum temulentia quanta rebuſpub. damna inferat.

Præterea cuiuſcunque homines ſint ordinis, atque conditionis, ebrietas illis omnibus ceu certiſſima peſtis ſemper eſt fugienda. Eorum autem in primis periculoſa valdè, & cum illis ipſis, tum alijs & dedecori, atque ignominiæ, & noxæ, atque fraudi maximæ eſt, quos Deus in excelſiore aliquo honoris, ac dignitatis gradu locauit, quoſque alijs hominibus præfecit, cuiuſmodi ſunt cum regnorum, atque rerumpublicarum, tùm eccleſiarum rectores, ſacrorumq; antiſtites. Hi in primis rebuſpub. atque eccleſijs, maxima damna, ac detrimenta important. Vnde veriſſimè Solomon dixit Eccleſiaſt.10. Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius principes manè comeſſantur. Et idem Prouerb.31. Regibus vinum dare prohibuit, hanc addens rationem, ne iuris obliuiſcantur. Sic Oſeæ quoque 7. & Amos 6. ebrietas in regibus regniq; proceribus grauiſſimè damnatur. Hinc Solon legiſlator ſapientiſſimus principem morte mulctandum cenſuit, ſi ebrius deprehenderetur. Nec inſcite mulier illa, quæ à Philippo rege temulento iniuſtè damnata fuerat, Prouocarem, inquit, ad Philippum, ſed ſobrium. Nec enim Philippum verum, vel regem eſſe arbitrabatur, qui per ebrietatem mente alienatus pro tribunali ſedebat. Auguſtus ergo Imperator laudandus, qui rebus bellicis incumbens, ter inter cœnandum tantùm bibebat, teſte Suetonio. Plato, Ariſtoteles, Euſebius, & maximus medicorum Galenus, laudant legem Carthaginenſium, qua nullus in militia, & caſtrenſibus rebus occupatus, vinum vllo tempore guſtare permiſſus eſt, ſed toto militiæ tempore aquam bibebant. Apud Indos regi minimè licebat vllo tempore ebrium fieri, at apud Perſas vno tantùm die, quo Soli ſacra faciebat, & inebriari, & Perſico more tripudiare erat conceſſum, vt teſtis eſt Athenæus lib.10.cap.11. Multa in hiſtorijs antiquis extant regum atque principum temulentorum exempla, quos conſtat omnes ſua temulentia maxima regnis, atque rebuſpublicis, quibus præfuerunt, vulnera inflixiſſe, horrenda ſcelera, atque flagitia deſignaſſe, ac tandem tragicum, ignominioſumq; vitæ exitum fuiſſe ſortitos. Sic enim Ela rex Iſraëlis in Thirſa potans, & temulentus occiditur, 3.Reg.16. Holofernem Iuditha vino ſomnoq; ſepultum trucidauit, Iudith.2. Balthaſar rex Chaldæorum poſtremus per temulentiam & crapulam ſacra vaſa ſuperbia violauit, quapropter regno ſimul & vita ſpoliatus fuit, ſicuti ſcriptum eſt Dan.5. Horribile temulentiæ facinus à Cambyſe Cyri filio deſignatum fuit in Paraxaſpis amici paterni filium, qui eum admonuit ebrietatis fideliter quidem, ſed infœliciter, teſte Seneca lib.3. de Ira. Alexander ille Magnus multis rebus præclarè geſtis, multis potius victorijs, totoq; ferè Oriente in poteſtatem ſuam redacto, intemperantia, temulentiaq; in Cliti, aliorumq; amiciſſimorum fideliſſimorumq; hominum cædem prolapſus eſt, tandemq; magno poculo, quod Proteas illi propinarat exhauſto, vitam turpiſſimè finiit. Vnde Seneca, Alexander Magnus ſcypho Herculano victus eſt, antea inuictus, lib.12.epiſt.84. De quo vide Q. Curtium, & Athenæum lib.10.cap.11. vbi plura de inſana illius φιλοποσία tradit, quem etiam ob ebrietatem ἀνάφροδυτον, id eſt, minus in Venerem propenſum fuiſſe ſcribit, cum aliàs vinum Veneris ſit lac, id eſt, irritamentum, vt vulgò dicitur. Eadem de Alexandri Magni πολυποσία etiam Plutarch. habet lib.1. Sympoſ. Prob.1. & 6 in libro de Sanitate tuenda, vbi inquit illum, qui non auſus eſt aduerſari illum cogenti ad bibendum interiiſſe. Vt autem Proteæ ceu pernicioſiſſimi adulatoris damnanda fuit propinatio illa, qua regi illi mortē immaturam attulit, ita contrà laudanda & imitanda Calliſthenis ſobrietas, qui tanto regi ſe ad illas ſpecie humanas & amicas, reipſa autem immanes atq; pernicioſas inuitanti parere noluit, vt teſtis eſt Athenæus ibidem, nec non Plutarchus 1.Sympoſ.Probl.1. qui addit idcirco illum craterem ſibi propinatum recuſaſſe, ne Æſculapio ſibi eſſet opus, quemadmodum ibidem docet Plutarchus, vinum morborum eſſe cauſam. Quàm paucos, prob Deum immortalem, hodie in regum & principum aulis Calliſthenes, quàm multas autem Proteas, ſeu potius Proteos, hoc eſt, pernicioſiſſimos aſſentatores reperire

reperire licet, qui se in omnes formas vertunt, ac principum suorum libidinibus, atq; cupiditatibus nefarijs turpissimè obsequuntur. Athenæus eodem in libro plura profert regum vinolentorum exempla, vt Philippi patris Alexandri, qui cùm natura, tùm ob ebrietatem furiosus, & in pericula temerarius, ac moribus intemperans fuit, scurras, atque tibicines semper secum habuit, multaque per temulentiam indecora, & à maiestate regia aliena gessit. Item Dionysij iunioris Siciliæ tyranni, qui per dies aliquando nonaginta continuos potare fuit solitus, & ob ebrietatem ἀμβλυωπότερ& πρὸς ὄψεις, id est, hebetiore visu fuit, vnde illius adulatores Διονυσοκόλακες dicti, se nihil cernere, neque epulas, neque calices appositos agnoscere, & ab illo manu duci fingebant, de illius monstrosa bibacitate, vide plura ibidem. Item Nisæi regis Syracusanorum, & Appollocratis (qui ambo Dionysij prioris filij fuerunt) quorum ille quidem intemperantissimus simul & libidinosissimus extitit, ac veluti in morte fuisset deprehensus, cognouissetque se paucos menses victurum, ebrietati, ventrique indulgebat: illum autem adulatorum quidam à patre alienissimum fecerat. Tertius eiusdem Dionysij filius fuit Hippatinus tyrannus, qui & ipse ob temulentiam iugulatus fuit. Arcadioni quoque, qui Philippi fuit inimicus, ebrietas mortem attulit, vt epitaphium quoddam illius à Polemone conscriptum, testatur. Cleomenes Lacedæmonius ἀκρατοποτὴς, cultro sibimet ipsi mortem consciuit, teste Herodoto. Amasis quoque rex Ægyptiorum, & Nicoteles mirificè ebriosi fuerunt, teste Phania Eresio in libro qui inscriptus fuit τυράννων ἀναίρεσις ἐν πομωρίαις, id est, Tyrannorum interitus ex vltione. Scotta quoque Creontis filius ebrietati valdè fuit deditus, ex symposio sedens in throno à quatuor domum gestari solitus. Antigonus quoque rex valdè bibax, post epulas dormire consueuit, vesperique è somno excitatus ad potationes rediit, ius rarò sobrius dixit, ac proinde Aristus, & Themison duo fratres Cyprij illi semper assistebant, regnumque gubernabant. Huiusmodi Antigonos hodie inter Christianos plurimos inuenire licet, qui aliorum arbitrio seu potius libidini summa rerum permissa, illi interim vino, Veneri, ventrique indulgent, nulla habita salutis suorum ratione. Antiochus ἐπιφανὴς, & ob furorem ἐπιμανὴς cognominatus, bibacissimus simul & prodigalissimus extitit, multaque Romæ, vbi obses fuit, tum alibi turpia, inhonesta, regiaque maiestate indigna gessit. Talis fuit etiam alius Antiochus, qui ab Arsace in Media victus, & occisus fuit, in cuius funere talia Arsaces dixisse fertur, Fefellit te, ô Antioche, audacia, & ebrietas, sperabaras enim te in magnis poculis regnum ebibiturum. Antiochus similiter ille Magnus, quem Romani debellarunt, vinolentissimus fuit, qui cùm duo maxima opera Græcorum, nempe liberationem, bellumque aduersus Romanos suscepisset, ob ebrietatem spe, conatuque illo suo frustratus fuit. Ab his autem vinolentissimis simul violentissimisque regibus populus Dei grauissimè afflictus, atque vexatus fuit, vt Iosephi & aliorum historiæ testantur. His adde Darium Persarum regem, de quo Athenæus libro 10. capite 11. (de Persarum regum ebrietate memorabili, vide Crinit. libro 6. capite 2.) Agronem Illyriorum regem, qui ebrietati atque compotationibus deditus, tandem laterum dolore fuit consumptus, nec non alium eiusdem gentis (quæ, vt suprà dictum est, ipsa quoque ebrietatem sectata est) regem Thentionem nomine, qui per temulentiam multa ἀσελγῆ designauit, Pleuratum fratrem suum occidit, in subditos crudelissimus extitit, vt idem testiu est libro eodem. De Mithridatis regis bellicosissimi bibacitate, voracitateque, qui idcirco Bacchus fuit cognominatus, & ebrietatis, edacitatisque certamina instituit præmijs propositis, vide Plutarchum Sympos. libro 1. Problemat. 1. & Muretum Lectionum variarum libro 2. Quantum præterea damni & M. Antonij consulis, & Tiberij, Neronis, Caligulæ, Bonosi, aliorumque Imperatorum Romanorum ebrietas, Romano Imperio dederit ex historijs satis constat, qui ferè omnes vt non fuerunt sicci, ita nec sicca morte hinc ad inferos migrarunt. Fliolmus Gothorum rex milites suos non solùm commilitones, sed combibones effecit, ad exemplum Saturnaliorum, quæ seruos dominis in mensa coæquant, vnà cum eis comedere, & in longam noctem potare solitus. Cum solito more noctem cum suis potando duceret, ab ipsis ebrietate suffusis, in ingens dolium cereali liquore repletum, quod pro explenda bibacium gula in media aula collocatũ erat, per ludibrium præcipitatus interijt, testis Ioan. Magnus libro septimo, capite decimo septimo. Ex his & alijs huiusmodi exemplis constat, quam calamitosa, ignominiosaque sit regum, principum, atque magistratuum ebrietas non ipsis tantùm, verumetiam vniuersæ Reipublicæ, quæ illorum fidei & custodiæ à Deo est commissa, atque concredita. Multis

Philippus pater Alexandri Magni ob ebrietatem furiosus.

Digitized by Google

ergo nominibus Christiani magistratus, si ebrietati crapulæque studeant, sunt vituperandi. Primo quod cum Deus illos ad tam excelsam atque sublimem honoris & dignitatis sedem euexerit, illosq; cæteris hominibus præfecerit, sui & nominis, & honoris participes fecerit, illi insano hoc ebrietatis & gulæ studio committunt, vt in sues, atque bestias immanes deformentur. Deinde quod temulentia hac sua somnolenta, somnolentiaq; temulenta, Rempublicam negligunt, illius aut prorsus nullam, aut perexiguam curam gerunt. Tum quod ebrietate ceu insana consultrice, rationi, consilioque inimica impulsi, plurima sæpe committunt atque designant, vndè non in ipsos tantùm, sed in vniuersam Rempublicam dedecora atque damna redundant. Denique voluptuariæ, luxuriosæque huiusmodi suæ vitæ exemplo subditos suos ad eandem vitæ morumq; consuetudinem suapte sponte atque natura satis proclives, atque propensos incitant, quo fit vt totum Reipublicæ corpus hoc quasi contagioso insanabiliq; morbo correptum tandem consumatur, atque intereat. Nec vero in pace tantùm, sed multò etiam magis in bello periculosa est ebrietas, cùm militum, tùm verò atque in primis ducum, atque imperatorum. Hannibal fælicissimus Pœnorum imperator, tùm primum vinci cœpit, cum & semetipsum, & exercitum suum Campano luxu, atque temulentia eneruari passus est, vt testatur Liuius 3. Dec. 3. Hinc Plato quoque, quod citatur à Galeno libro, Quod animi mores, &c. vinũ prohibebat militibus in castris, iudicibus, ac gubernatoribus, & magistratibus, & seruis, & viris, ac mulieribus liberis operam daturis. Ibidem, Vinum, inquit Plato, vt inimicum censet vitandum, quod si semel corpus inuasit, & gubernatorem vetat, quo minus nauis clauos, vt conuenit, verset, & milites in acie sobrij sint. Iudices quoque cum exercenda est iustitia, errare facit, & præsides omnes male moderari, nihilq; sani iubere. Non sine causa igitur Carthaginenses militibus suis vini vsu olim interdixerunt. Vnde rectè Iuuenal. Sat. 14.

Adde quod & facilis victoria de madidis, &
Blæsis, atque mero titubantibus, &c.

Omissis veteribus exemplis, quid causæ est, quamobrem Christiani Turcis plærunq; succumbunt, nisi quod ipsi ebrietatis, atq; gulæ amore insaniunt, quo illorum animi corporisq; vires eneruari est necesse: Turcæ autem sunt abstemij, tenui viliq; cibo & potu contenti, famis atq; sitis patientissimi, & consilijs corporisq; viribus plurimum pollent?

Ebrietas religionis & sacrũ præsulibus in primis ignominiosa & damnosa.

Porrò in ijs potissimum qui ecclesiæ, religioni, rebusq; sacris præsunt, valdè turpis, inhonesta, & cùm ipsis, tùm vniuersæ ecclesiæ ignominiosa, atque damnosa est ebrietas. Non sine causa igitur in vetere Testamento olim Deus mortis pœna interposita vetuit Aaroni, & reliquis sacerdotalis ordinis, atque dignitatis viris, ne in rei sacræ atque diuinæ procuratione vinum biberent. Sic enim Leuit. 19. scriptum est, Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu, & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatisq; filios Israël omnia legitima eius, quæ loquutus sum ad eos per manum Mosis. Idem Ezech. 45. cap. repetitur his verbis, Et vinum non bibet vllus sacerdos, quando ingressus est atrium interius, in hæc loca vide Augustinum lib. ad Sacras virgines capite primo: Sic Nazaræis, qui Domino erant consecrati, præcipit Moses Numeri sexto, vt à vino, & ab omni quod inebriare potest, abstineant, nec quicquam quod ex vua expressum est bibant. Vuuas præterea neque recentes, neque siccas gustent omni eo tempore, quo voto fuerint Domino obligati. Isaiæ capite vigesimo octauo grauiter acriterq; sacerdotum, & prophetarum temulentiam reprehendit, qui cùm reliquorum libidines, continentiæ, sobrietatisq; exemplo frangere, nec non verbis illos ab ebrietate deterrere debuissent, illi contrà sese similiter vino ingurgitabant, & multo vino meracius sumpto obruebantur, vel ad vomitum vsque. Itaq; mens illorum ebrietati alijsq; flagitijs atq; libidinibus, quæ inde oriuntur, obscurata, & à statu suo deiecta, minimè verum cernere rectèq; iudicare potuit. Similis in hoc genus hominum ob ebrietatem & quidem grauissima inuectiuæ extat cap. 36. In nouo Testamento Paulus episcopis, presbyteris atq; diaconis ebrietatem vehementer fugiendam esse docet, nec ad tam augustũ munus eligendos esse, qui vitio illi sint dediti, 1. Tim. 3. & ad Tit. c. 1. Enumerat ibidẽ multas egregias virtutes, quibus ecclesiæ pastorem ornatũ esse deceat, quarũ quidẽ omniũ exterminatrix est ebrietas, ex quo ipso cõstat, quã illa sit ecclesiæ antistiti fugiẽda. S. Hier. ministrũ institutes ecclesiasticũ, Nunquã vinũ, inquit, redoleas. Vinolentos sacerdotes & Apost. damnat, & vetus lex prohibet, Qui altari seruiũt, vinũ & siceram

Sacerdotum & prophetarum ebrietas reprehenditur.

non bi-

non bibant. Concilij Agathensis Canon extat, dist. 35. Ante omnia clericis vitanda ebrietas, quæ omnium vitiorum comes atque nutrix est. Itaque is quem ebrium fuisse constiterit (vt ordo patitur) aut 30. dierum spacio à communione submoueatur, aut corporali subijciatur supplicio. Extat eadem de re Canon ex Concilio Naueton. distinct. 44. Nullus presbyterorum, quando ad anniuersarium diem, trigesimum, aut septimũ, aut tertium alicuius defuncti, aut quacunq; vocatione ad collectam, se inebriari vllatenus præsumat, nec precatus amore sanctorum, vel pijus animæ, bibere aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus, & ritus inconditos & fabulas inanes ibi referre aut cantare præsumat. Item ex eadem ibidem, Quando autem conueniunt presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat & cibum benedicat, & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Post refectionem similiter hymnum dicant ad exemplum Domini, sicut in Cœna fecisse legitur. Et se contineant omnes presbyteri (maximè in talibus locis) vt non vituperetur ministerium eorum. Hinc olim cùm in Oriente, tùm in tota Græcia clericis fuit prohibitum, ne cauponas, & popinas ingrederentur, nisi peregrinarentur in aliena regione, de quo Sozomenus libro 3. capite 36. & Socrates lib. 5. capite 18. Tripartita historia libro 6. capite 29. Extat eadem de re decretum Concilij Laodiceni cap. 24. Deniq; Canon, Non oportet, & Can. sequ. distinct. 44. Non opus est rationes alias afferre, propter quas ebrietas ecclesiæ pastori sit fugienda, nam qui illas non per se videt, is omnis rationis, imò cõmunis sensus videtur esse expers. Petrus Rauennas grauiter sanè vereq; hac de re ita disserit. Ebrietas, inquit, in laico crimen est, in sacerdote sacrilegium, quo alter animam suam præfocat, alter se prophanat, & spiritum sanctitatis extinguit. Ebrietas enim mater est litium, furoris genetrix, petulantiæ magistra. Huic qui obnoxius est, homo non est, hac qui laborat non modò peccatum facit, sed ipse est peccatum. Hæc enim est rabies voluntatis, iuuitatus hostis, pernicies honestatis, & pudoris iniuria. Vbi enim regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, consilia deuiant, & iudicia subuertuntur. Sic in Canon. decret. distinct. 35. ministris templi vinum prohibetur ac siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, & vigeat perpetuo sensus, ac tenuis sit, vel quia venter mero æstuans despumat in libidines. Extat Canon Apost. 42. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος οἰνοβοσίαις χολάζων καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. His adde, quòd Ethnici quoque quasi tacito naturæ instinctu sacerdotibus suis vel omnino, vel certè quando rei diuinæ vacabant, à vino abstinendum esse iudicabant. Ægyptios sacerdotes à carnibus, & vino semper abstinuisse, testis est Hieronymus libro secundo aduersus Iouinianum. Volaterranus libro 13. capite 4. scribit Amphiaraum summum vatem iussisse sacerdotibus, qui responsa clara accipere & reddere vellent, integrum diem à cibo, à vino autem triduò abstinere. Hinc apud Træzenios, teste Alexand. ab Alexand. libro 6. capite 2. qui ad Aridati aram rem diuinam facere volebant, & deorum responsa petere, ij paulò ante commemoratum Amphiarai præceptum obseruabant. Essæos quoq; scribit Iosephus in Antiquitat. Iudaic. nec non in libello peculiari, quem de illorum vita composuit, à vino abstinuisse, cuius hanc rationem Philo addit, quod vinum sit ἀφροσύνης φάρμακον, id est, dementiæ venenum. Legimus præterea & Seuerianos, & Tatianos, qui se ἐγκρατεῖς, siue ἐγκρατῖτας, id est, continentes appellabant, & à carnibus, & à vino omninò abstinuisse, ita vt ne in mysterijs quidem vino vti voluerint, sed aqua, testis est Epiphanius. Encratitas erroris conuincit Clemens Alexandrinus libro 2. Pædag. capite 2. exemplo Christi, qui & vinum bibit in conuiuijs (vnde vini potor fuit per contumeliam appellatus, Lucæ septimo) & cœnæ mysterium vino instituit, vinumque ipse bibit, vide locum. Manichæi similiter vinum non bibebant, cùm illud dicerent fel esse principis tenebrarum, cum vescantur vuis. Nec musti aliquid vel acerbissimi sorbebant, vt testis est Augustinus de Hæresibus. Sic Plutarchus quoque in Sympos. scribit nefas olim fuisse mustum gustare. Verùm vt damnata est superstitiosa hæc Ethnicorum atq; hæreticorum quorundam abstinentia à vino, ita contrà colenda est summopere omnibus ecclesiæ, rerumque sacrarum administratoribus atque doctoribus temperantia in cibo, atque potu, dandaque opera vt vino modicè, sobrieque vtantur, ebrietatem ceu anguem venenatum, atq; pestiferum fugiant, oderint, execrentur: & ab illa cùm vitæ sobriæ exemplo, tùm verbis grauissimè auditores, atq; discipulos suos deterreant, ac dehortentur.

Clericis cauponæ & popinæ prohibentur.

Ebrietas in sacerdote sacrilegium.

Digitized by Google

Ebrietas omnia officia, quibus alij alijs sunt obligati, violat

Verùm vt tandem hunc de ebrietate locum concludam, de cuius turpitudine atque pernicie nè cogitari quidem satis, nedum dici potest, illa constat non modò commune nostrum officium, quo omnes sumus Deo, atque proximo obstricti, verumetiam propria, atque peculiaria officia, quibus alij alijs pro varia vitæ conditione, statu, societate sunt obligati, perturbari, atque violari. Sic enim, exempli gratia, & magistratus, vt paulò ancea dictum est, senatores, iudices, cæteríque Reipublicæ proceres, præ temulentia sui plærunque muneris, & officij in puniendis improbis, defendendis innocentibus, legibus sartis tectis tuendis, iure denique suo cuique tribuendo, obliuiscuntur, & omnem ferè Reipublicæ curam abijciunt. Et contrà subditi magistratus suos, quorum temulentiam imitantur, non eo quo par est amore, honore, obseruantia, atque obedientia prosequuntur, quin potius illos ceu vinosos homines, suíque similes contemnunt, atque despiciunt. Nam vinum, vt ille verè dixit, facit omnes æquales. Deinde verbi diuini ministri (quos vini ministros seu mancipia potius verius dixeris) atque præcones, quibus ecclesiæ animarumque salus à Deo commendata est, ebrietati inseruientes, sacrosanctum & augustum suum munus, quod in verbi diuini præconio, legitima Sacramentorum administratione, vitæ honestæ, piæ, sanctæque actione consistit, vel negligenter admodum, & oscitanter obeunt, vel etiam turpiter cum funesta suæ, aliorumque salutis iactura produnt, ac deserunt. Et vicissim, id quod est consequens, auditores, atque discipuli horum suorum pastorum, seu impostorum potius, atque compotorum exemplo ad ebrietatem, ad quam suapte natura sunt propensi, magis inflammantur: deinde non illos modò, verumetiam, quod est horrendum, sacras illorum conciones, ceu sonoras quasdam cantiones, atque fabulas, atque adeò ipsum verbum Dei, sacramenta, totam denique religionem despiciunt, ac pro ludibrio habent, vel certè non tanti faciunt, quanti facere meritò debebant. Præterea linguarum & artium tàm sacrarum, quàm prophanarum doctores, atque magistri ebrietati indulgentes, non quo par erat studio, opera, diligentia, assiduitate, iuuentutem suæ curæ fideique commissam, quæ quidem totius Reipublicæ ecclesiæque est seminarium, cùm bonis artibus atque literis, tùm honestis atque ciuilibus moribus instituunt, atque erudiunt, quin imò hoc officium suum turpiter negligunt. Et vicissim discipuli præceptorum suorum temulentiam imitantes, in illorum monitis, dictatis, atque præceptis percipiendis, repetendis, memoriaque, (cuius mors est vinum) infigendis, valdè se negligentes præbent, ac omnino debitam, iustamque præceptoribus suis obseruantiam, obedientiamque minimè præstant. Adhæc in matrimonijs, quæ omnium ciuitatum sunt seminaria, ebrietatis vitio, atque culpa multifariam, & quidem grauissimè, periculosissimeque peccatur. Nam primo mariti ebriosi vxores suas, quas secundum Apostoli præceptum tanto amore, charitateque complecti debebant, quanta Christus ecclesiam consponsam, corpusque suum complectitur, ebrietate efferati, ac veluti furiarum tædis ardentibus exagitati, contumeliosissimè crudelissimeque verbis, verberibusque tractant. Et contra vxores temulentæ pudorem omnem exuunt pudicitiamque suam plærunque præstituunt, remque familiarem negligunt, atque perdunt. Hinc dissidia grauissima, diuortia funestissima, familiarum labes; atque naufragia calamitosissima. Deinde parentes temulenti suorum liberorum iustam & honestam institutionem, educationemque negligunt, illis sua illa temulentia omnium malorum sunt authores: & vicissim liberi à vinosis parentibus proseminati, ac proinde paternæ maternæque temulentiæ strenui plærunque imitatores, effractis ruptisque omnibus pudoris, atque pudicitiæ repagulis, non modò illos, qua par erat obseruantia, non colunt, verumetiam contemnunt, irrident, multis contumelijs iniurijsque onerant, tandemque patrimonia vel lautissima breui tempore dilapidant, id quod Deus illa Noachi, & illius liberorum historia nos docuit. Hinc constat coniugum ebrietatem cùm ἀτεχνίας (nam homines ἀτεχνοτέρους reddit) tùm κακοτεχνίας, id est, malorum & improborum liberorum esse causam, idque cùm ob exemplum, tùm generationem vitiosam. Et huc facit illud Diogenis ad adolescentulum quendam desipientem & insanum, Pater ebrius te seminauit, teste Plutarcho libro de Educatione liberorum. Plutarchus similiter eos qui multum meri bibunt, segniores ad coitum esse, nihilq; validi aut benè temperati gignere scribit, sed ob seminis frigiditatem ac prauitatem inanes esse eorum cum mulieribus coitus. Sympos. 3. Prob. 5.

Subditorum animos reddit feroces & contumaces.

Denique & domini erga seruos & ancillas suas præ ebrietate sæpenumero vel nimis sunt remissi, molles atque dissoluti, vel plus æquo duri, sæui, & contumelioſi: & vicissim serui, atque ancillæ suæ

Digitized by Google

cillæ ſuis patribus, atque matribus familiâs, non modò legitima iuſtaque officia & miniſteria non præſtant, verumetiam illos ſæpè maximis iniurijs, contumelia, atque dedecore afficiunt, rei familiari maxima damna, ac detrimenta important. Hinc ergo conſtat ebrietatem & Reipublicæ, & eccleſiæ, & ſcholæ, & matrimonij, atque priuatarum familiarum, atq; adeò omnis cùm generalis, tùm ſpecialis atque priuatæ hominum ſocietatis, atque communionis, omnisque officij capitalem atque fatalem eſſe peſtem. Hæc de ebrietate ſint dicta, de qua, teſte Athenæo libro decimo, ſcripſit Theophraſtus, & Chamæleon Heracleota. De eadem vide plura apud Athenæum libro decimo ferè toto, & paſſim alibi. Philonem in libro περὶ τῆς φυτουργίας ſub finem, & libro peculiari περὶ τῆς μέθης. Chryſoſtomum Homil. 13. in 1. Timoth. 5. Ambroſium libro primo de Offic. capite 20. & libro de Helia & Ieiunio. Auguſtinum in libro ad Sacras virgines. Baſilium qui peculiarem contra ebrietatem librum conſcripſit. Clementem Alexandrinum libro 2. Pædag. capite 2. Baſilium de ebrietate. P. Martyrem in Iudicum caput 9. Gualtherum in caput 2. Habac. 7. caput Oſeæ, Ioelis primum. &c. Senecam 83. epiſt. Hæc de vino propriè dicto, eius differentijs, commodis & incommodis.

Vina factitia, & arte parata ad medicinæ potius, quàm ad vitæ vſum ferè ſunt innumerabilia, quæ alienam habent cum vino admixtam vnius cuiuſpiam ſimplicis, aut fructus, aut herbæ ſubſtantiam, vnde etiam nomina ſua ſortiuntur. Vt vinum ſcyllitium è ſcylla paratum, Thethalaſſomenon, id eſt, marina aqua conſtans. Cydonites, abſinthites, Hyſſopites, Penanthinum, Rhoites, Rhodites, Melomeli, hydromeli, omphacomeli, Aromatites, Nectarites, &c. penè infinita, quæ magis ad varios corporis affectus leuandos, quàm ad quotidianum vſum ſunt excogitata: quibus etiam ſæpè ebrioſi homines ad crapulam, aliaque corporis incommoda, atque morbos ex immoderata potatione obortos diſcutiendum, mitigandúmue vtuntur: quò deinde alacriores ad belluinas illas ſuas potationes redeant. De his vinis vide plura apud Dioſcoridem libro 5. & Plinium libro 14. capite 6. Bruyerium & alios. Sed duo ſunt præter vinum cùm olim, tùm hodie quoque triti & vſitati apud populos, illos præſertim, qui vitibus carent, potus, qui tamen etiam vinis factitijs annumeratur, vinum nimirum latius pro quouis potu inebriante accepto. Vina factitia quæ ſint.

Primus eſt, qui ex hordeo conficitur, quo Ægyptij olim fuerunt vſi. Ægyptij, inquit Herodotus libro ſecundo in Euterpe, vino vtuntur facto ex hordeo, deſunt enim in ea regione vites. Hecataeus, teſte Galeno, de Ægyptijs ſcribens, illos & ἀρτοφάγους εἶναι, & τὰς κριθὰς εἰς τὸ πόμα καταλύειν, panis eſſe voraces, & hordeum in potum conijcere: Et idem in periodo Europæ, Paonas ait bibere βρυτὸν ἀπὸ τῆς κριθῆς, brytum bibere ex hordeis, & parabiam ἀπὸ κέγχρου, καὶ κονυζῆς, id eſt, milio, & conyza. Zythum Ægineta, & recentiores Græci Phucam vocant. Strabo libro 17. de Ægypto ſcribens, Ceruiſia, inquit, quanquam propriè apud illos fiat, tamen communis eſt, & apud quemque diuerſo modo conficitur. Multus eius in Germania, Britania, Neuſtria, Picardia, & Belgica Gallia eſt vſus. Conficitur ex hordei & tritici ſucco, cum lupo ſalicta-rio, quem lupulum nominant, Galli du hobelon, aqua multa feruefactis, & deſpumatis, vehementerque agitatis. Potus vulgò Biera, & Ceruoyſe, (Cereuiſia à Cerere, hoc eſt, à fruge dicta, quod ſit potio ex ſeminibus frumenti vario modo confecta) à Germanis & Gallis appellatur. Galenus zythum vocat. Dioſcorides tamen libro ſecundo capite 311. Duo huiuſmodi ex hordeo potionum genera confici ſcribit, alterum quod zythum nuncupatur, alterum quod Curmi (ζυκάδιον vulgò Græci vocant) & à poëtis quandoque Peluſiacus potus. Hermolaus, ſed dubitans, Curmi vult idem eſſe quod cereuiſia: eodem teſte Ariſtotele, pinum vocat vinum, quod ex hordeo fit. Suidas, ζῦθος, inquit, οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος, vinum ex hordeo confectum: quod Sophocles, & Æſchylus βοῦτον vocarunt. Eius authorem primum apud Ægyptios aut Dionyſium Hammonis filium, aut Oſyridem, quem ille ſibi in filium adoptauit, cuius vxor Iſis fuit, vt eſt apud Diodorum Siculum, omnes ferè fatentur. Quare à loco primæ inuentionis Peluſiacus potus à Peluſio Nili Ægyptiaci oſtio nominatur, inde ad alias nationes vini natiui copia carentes fuit propagatus, & diuerſis nominibus appellatus. Ariſtoteles quoq; πῖνον nuncupauit, nempe vinum hordeaceum, quo tenulentos aut prono: decumbere, aut ſupinos idem teſtatur. Eiuſmodi vinum ex frumento decoctum Græcis eſt πυελιγενὲς. Athen. lib. 10. cap. 16. Sed, vt Ariſtoteles inquit, libro de Ebrietate teſtatur, εἰς τὸ ναστὸν καταπίπλωσι οἱ τὸν κρίθινον πεπωκότες οἶνον πῖνον καλοῦσι, id eſt, retrorſum ſiue in tergum Zythum. Cereuiſia. Curmi. Peluſiacus potus.

cadunt, qui bibunt hordeaceũ, quod πῖνον vocant. Citat deinde Aristot. verba, quorum hic est sensus: Nam qui reliquis potionibus inebriandi vim habentibus implentur, in omnem partem, & in dextrã & in sinistram, & proni, & supini cadunt, sed soli qui vino sunt inebriati, retrorsum, atq; supini decumbunt. Vinũ autem κρίθινον etiam βρῦτον à nonnullis appellari, Sophoclis atq; Æschyli testimonijs probat. Hellanicus eodem teste, βρῦτον etiã ex radicibus confici scribit, cuius hæc sunt verba, πίνουσι δὲ βρῦτον ἐκ τῆς ῥιζῶν, καθάπερ οἱ θρᾷκες ἐκ τῆς κριθῶν. Plin. lib. 14. cap. 22. luculentam huiusmodi potionis mentionem facit, his verbis, Est & occidentis populis, inquit, sua ebrietas, fruge madida, pluribusq; modis per Gallias, Hispaniasq;, nominibus alijs, sed ratione eadem. Hispaniæ iam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque è fruge sibi potus similes excogitauit, nullaq; in parte mundi cessat ebrietas. Meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo vt vina mitigant. At hercule illic tellus fruges parere videbatur. Heu mira vitiorum solertia, inuentum est quemadmodum aqua quoque inebriaret. Hæc ille. Cornelius Tacitus de Germanorum victu verba faciens cap. 31. Potui, inquit, est humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus. De Cereuisia siue hordeacea, siue triticea Germaniæ communi, vide plura apud VVilichium in Comment. in Taciti Germaniam. Vina porrò huiusmodi hordeacea, siue ex cerealibus facta, valdè Dioscorides atq; Galenus damnant, vti flatuosa, praui succi, & ex putredine genita. Vnde partim acrem, & calidum potestate fieri eius generis potum, partim frigidum, aqueum, & aridum volunt, hæc enim Galeni verba sunt, lib. 6. de Simplic. facult. c. de ζυθα. Dioscorides verò vrinas eò impelli, neruosq; affici, cerebri membranas tentari, elephantiasim contrahi, malosq; succos eo potu gigni affirmat lib. 2. cap. 311. & 312. Zythum siue Cereuisiam irridens cauillatur etiam Græcum illud Epigramma,

Τις; πόθεν εἰς Διόνυσε; μὰ γὰ τὸν ἀληθέα βάκχον
ἐς σ' ὀπιγινώσκω. τὸν Διὸς οἶδα μόνον
κεῖνος νέκταρ ὄδωδε. σὺ δὲ τρέγις; ἦ ῥα σε κελτοὶ
τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ὀσταχύων
τοῦ σε χρὴ καλέειν δημήτριον, ἠὲ Διόνυσον
πυροφόρῃ μᾶλλον, καὶ βρόμον, ἠὲ βρόμιον,

Id est, Erasmo interprete:

Bacche quis? vnde venis? verum tibi dicerò Bacchum
Te haud noui, tantum est cognitus ille Ioui
Is nectar redolet, hircum tu, Dic age num te
E spicis finxit Gallia vitis inops?
Non igitur Bacchũ te dixero, sed Cerealem (vnde cèreuisia quasi Cereuisia)
Et frumentigeram, nec Bromium, immò Bromum.

Verum licet & Epigramma hoc Græcum, & antiquorum medicorum authoritas reprobare eos potus videatur, qui ex hordeo constant, experientia tamen constat Britannos, Belgas, Germanos, Pannonas, aliosq; Septentrionis incolas, Zythi potores & pulcherrimos & saluberrimos, & robustissimos esse. Neq; enim fieri posset, si tam damnosa atq; insalubris hæc hordeacea potio esset, quam illam prisci authores, atque medici faciunt, quin ex illius assiduo potu, non in grauem valetudinem, qui eo vtuntur incideret, cùm contrà nulli sint præ his aut forma, colore, aspectuque pulchriores, nulli valetudine firmiores, aut corporis habitu salubriores. Hoc & Valleriola libro Locorum comm. & Manardus libro Epistolarum 5. epistola 2. & libro 17. Epist. 5. Antonius Niger de Tuendâ valetudine testantur. De Cereuisiæ autem conficiendæ ratione, temperamento, differentijs variis, quæ petuntur ex modo coctionis, consistentia, colore, sapore, odore, ætate, dolijs, seu vasis, de eusdem vsu, commodis & incommodis, conditura, vide VVillichium in Taciti Germ. Omnino vt hic quoq; potus ingens est Dei beneficium, ita ingens est hominum, ac impia planè, improbaq; ingratitudo erga Deum, qui illo ad ebrietatem, & ad animi corporisq; perniciem abutuntur, vt hodie in multis Christiani orbis partibus fieri videmus.

Sidra. Quartus potus multis nationibus vsitatus est, qui ex pomorum succo conficitur, eo modo ut dolijs seruatur, & sidra vulgo, ab Hebr. secar appellatur, cuius duo sunt præcipua genera: Vnum quod ex pyris fit, quod à Normannis du pere vulgo appellatur, à Græcis apios, siue apijtes, Latinè pyraticum

pyraticum nimirum à pyris. Liquaminis è pyris conficiendi rationem ad fœminarum ieiunia, quod castimoniale dicebatur, vide apud Benedictum Curtium lib. 23. hort. cap. 16. ex Palladio. Alterum genus est, quod ex pomis conficitur, quod Galli vulgò du Cydre appellant. Vtrumq; genus à Germanis hochbaumer & bärlymost appellatur, hoc est, potus arboreus, siue pyraceus.

Apud Hebræos potus ex omni pomorum genere confici solebat, qui quidem Secar fuit appellatus, de quo supra. Hieron. in illud Leuit. 10. Vinum & siceram non bibes, &c. annotat hac voce comprehendi quicquid inebriare potest, quod tametsi verum est, tamen magis propriè ab alijs videtur definiri, qui hac voce volunt notari omnes potiones è fructibus expressas, quarum eadem ferè est suauitas, atque illecebra quæ vini. Apud Orientales certè hodie tam ex dactylis palmarum, quàm ex alijs fructibus suauissimi, delicatissimiq; potus conficiuntur.

Secar.

DE BIBENDI MODO PARTIM MEDICO, PARTIM LIBERALI ET CIVILI, PARTIM ILLIBERALI & inhonesto. De propinationum nominibus, origine, fine, vsu & abusu.

CAPVT X.

ADHVC de bibendi fine, & materia dictum est, nunc de bibendi modo dicamus, qui quidem duplex in genere videtur posse statui. Vnus quidem iustus, honestus, legitimus, sanus atque salubris, qui partim ad necessitatem, sitim nimirum depellendam, partim ad sanitatem, partim etiam ad voluptatem liberalem atque honestam refertur. Alter verò modus bibendi est immoderatus, immodicus, immodestus, inhonestus, turpis illiberalis, pernicioſus, voluptuarius plane, atque epicureus, non humanus, sed belluinus, qui ad ebrietatem refertur, qui quidem varius & multiplex & olim fuit apud gentes barbaras atque feroces, & hodie, proh dolor, est apud Christianos, qui quidem bibendi modus atque ratio, modi rationisq; omnis est expers, à modo rationeq; vera alienissima. Modus bibendi duplex.

Non incommodè etiam forsan triplicem statuemus bibendi modum: vnum quidem, vt ita loquar, medicum, qui partim ad necessitatem, partim ad sanitatem refertur, alium liberalem atque ciuilem, qui voluptatis honestæ amicitiæq; ergo suscipitur, tertium deniq; illiberalem atq; seruilem, imò belluinum, qui modum omnem excedit. Ad hos tres bibendi modos accommodari possunt tres, quatuor, plureſue illi Eubuli, Asclepiadis, Apulei, & aliorum cratêres. Eubulus enim apud Athen. lib. 1. (quod etiam citatur à Cœlio lib. 15. cap. 16.) sub Bacchi persona monebat tres tantum prudentibus viris crateras miscendos, primum sanitatis, secundum voluptatis, tertium somni, quo epoto sapientes, qui sunt vocati, domum abeunt. Quartum verò dicit non nostrum esse, sed ὕβρεως iniuriæ, seu contumeliæ, quintum βοῆς, id est, vociferationis, sextum κώμων, id est, lasciuiæ, septimum ὑποπίων, suggillationum, octauum κλῆρος vocantis, nonum χολῆς, id est, bilis, decimum μανίας, id est, insaniæ. Primo ergo cratere sanus, & necessarius, secundo & tertio liberalior, reliquis septem illiberalis & immoderatus potus significatur, eiusq; simul incommoda enumerantur. Asclepiades similiter apud eundem, calicem primum ad sitim, secundum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam pertinere dictitabat. De simili Apulei dicto supra dictum est.

Iam verò quoad primum illum bibendi modum, de illo diligenter & accuratè medici præcipiunt, ac disputant, illumq; cum ipsius potus substantia, qualitate, quantitate, tum bibentis natura, habitu, ætate, sexu, consuetudine, tum denique temporis loci, alimentorum quæ sumpta sunt, aliarumq; rerum circumstantijs probè definiunt: de quibus omnibus ipsorum libri, qui extant plurimi, sanitatis suæ studioſis sunt consulendi, nos, quantum instituti nostri fert ratio, breuiter dicemus. Ac primum quidem hoc illorum est saluberrimum, maximeq; naturale præceptum, vt ad necessitatem, non ad voluptatem, aut intemperantiam vinum, aquam, aliumue potum sumamus, parcitas adhibeatur atque modus, intemperantia omnis vitetur. Deinde, vt inter edendum ad cibi commixtionem, & commodam delationem atque distributionem bibendum esse suadent, ita vel ieiunè

bibere, vel à cibo dum concoctio perficitur nocentissimum esse docent. Nam à cibo potasse concoctionem euertit, flatusq; multos, & cruditates gignit. Ieiuno vero ventre vinum sumpsisse, neruos, caputq; lædit, & multorum malorum seminarium existit. Nec etiam post fructuum esum, malorumue ciborum ingerendum potum existimant, præsertim multum, & generosi vini: efficit enim, vt præcipiti lapsu vitiosus succus in vasa permeet, & incoctus putredinem, & malum motem recipiat. Si tamen fructus horarij sint, humidi, & putredini obnoxij, vt cerasa, mora, persica, melones, & huiusmodi, aut nihil prorsus bibendum, aut exiguum meri potentis. Sic enim Isaac in diætis particularibus, particul. 1. cap. de persicis, ac persicorum esu vinum vetus, & odoratum bibendum iussit, sed modicum tamen. Valleriola tamen si à cibo malo (fructibus præsertim) bibendum sit, aqua, quàm vino vti salubrius existimat, ne & vini potu feruor, & ebulitio accedat: præcoxq; cibi in viscera transitus (est enim vinum penetrator summus, vt vulgò dicitur) & putredo, obstructio, cruditas, aut corruptela sequuntur, quod facere vinum haustum solet. Aqua vero frigiditate sua, & feruorem, & putredinem inhibet. Præstiterit tamen ad celerem fructuum subductionem, post illorum esum iusculum optimæ carnis calidum sumpsisse, vt facilius mali succi cibus labatur & paucam contrahat in ventriculo moram. Dormituris porrò, & à cœna (nisi valida admodum sitis vrgeat) nocentissimus est ex medicorum sententia potus, & ob id recte illud dicebat Hippocrates, 5. Aphoris. 27. Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitientibus, si superdormierint, bonũ. Somnus enim sitim eam (quæ falsa, atque mendosa vt plurimum est) sedare solet. Potio item aut vini, aut aquæ, si frigida sunt, & mox ab exercitio, aut balneo sequantur, exitialis esse solet. Vnde est illud Cels. lib. 1. cap. 3. A labore sudanti aduersissima frigidæ potio & illa Dioscoridis lib. 6. c. 33. aqua frigida abunde pota, aut meracum vinum liberalius epotum præsertim à balneo, aut cursu, aut vehementi exercitatione strangulatus, & dolores infert. In quibus (subdit) sanguinis missio protinus, & vacuatio, imminentia soluunt pericula. Nec minus regionis natura varias bibendi leges præscribit. In frigida regione liberalius vinum potandum (quod probe facere Germani, Belgæ, Poloni, & aliæ nationes norunt) & in calida parcius bibendum. Sic & consuetudo, multo enim potui assueti facilius pleniores haustus tolerant, vt insueti minus, iuxta illud Hyppocratis lib. 2. aphoris 50. Quæ ex longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Qui imbecillum cerebrum habent, vinum non tolerant. Signum enim fortitudinis cerebri ac bonitatis eius (inquit Auicenna) est à vini generosi vaporibus non lædi, viniq; potentiam sustinere. Quod si quis vini immodico haustu temulentus fiat, consilium fuerit vomitum ciere, inediam, somnumq; imperare, & succum malorum punicorum, vel oxicratum potandum dare, aut caulium succum. His enim remedijs ebrietas sanari solet, vel omnium authorum testimonio. Hæc Valleriola lib. 2. loc. com. cap. 7. de congruo potionis tempore, mensura, ordine, atque modo, valetudini per quam accommodato.

De his vide Leuin. Lem. lib. 2. de occult. nat. miraculis c. 21.

Leuinus quoq; Lemnius lib. 2. de occult. nat. miraculis cap. 38. quis modus, ac mensura sit in potione adhibenda docet. Principio sanis existimat non posse certò aliquid, aut determinatè præscribi, cum plerisq; diuersæ potandi consuetudini sint assueti, quam citra valetudinis iacturam mutare nemini sit facile. Deinde optimum, ac securissimum bibendi modum pro sua cuiq; ætate, pro temporum ratione, pro inueterata consuetudine, pro vini natura ac viribus decernendum putat. Præterea potu vtendum ad desyderio satisfaciendum, & vt cibus in ficco nec sit, nec fluitet, sed moderato poto madescat. Subinde itaq; modicisq; interuallis corpus potione refocillari, ac cibum super infuso liquore identidem macerari oportere, quo comodius peracta concoctione venas subeat, atq; in corpus digeratur. Ebrietatem, potumq; vel inter initia, primoq; mensæ accubitu, vel inchoata iam ceptaq; concoctione noxium esse docet. Consultum quoq; arbitratur inter edendum non confertim, nec auide, sed sensim, ac paulatim bibendum, quo commodè vtraq; misceri queant, pariq; concoctione perfici. Qui verò ea vtantur edendi consuetudine, vt ad prandij medium potu sibi temperent, affatim illis bibendum esse monet, quo potus penetret, ac per cibũ vndiq; diffundatur. An expediat mensas claudere potu, an cibo vide Christoph. à Vega lib. 2. Sect. 3. sub finem. Veteres potu cœnas suas & inhibere, & terminare, atq; claudere videntur fuisse soliti. Clemens quoq; Alex. lib. 2. pæd. cap. 2. quædam medica & salutaria dat potus sumendi præcepta pro sexus, ætatis, atq; temporum ratione. De cibi potusq; capiendi ratione salubri vide Celsum lib. 1. cap. 2. & 3.

Nunc

Nunc consequens est, vt de reliquis duobus bibendi modis dicamus, quorum vnum liberalem, atque ciuilem, alterum illiberalem, inciuilem, barbaricum, atque violentum appellare possumus. Ad vtrunque referuntur προπόσεις, vt à Græcis appellantur, siue, vt à Latinis, propinationes, vt olim ita hodie quoq; in conuiuijs præsertim solennioribus vsitatissimæ, de quarum origine, vsu, & abusu hîc proprius videtur esse dicendi locus exordio ducto à nominibus.

Hebraicè השקה *in hiphil potare, propinare, potum præbere, irrigare significat, & cum pro terræ irrigatione, tùm potu, qui vel hominibus, vel animalibus etiam brutis præbetur, crebro sacris in literis vsurpatur, vt Genes. 2. Et irrigabit omnem superficiem terræ, Gene. 29. Potum præbuit ouibus. Num. 5. Et potauit mulierem aqua. Ierem. 35. Potabis eos vino. Iob 22. Non lasso aquam propinasti, neque famelico præbuisti panem. Esther. 1. Propinabant in vasis aureis. Haba. 2. Væ qui propinat, siue potum præbet socio, &c.* Nomina propinationem significantia.

Græcis προπίνειν teste Athenæo lib. 14. propriè est τὸ ἑτέρῳ πρὸ ἑαυτοῦ δ' ἕναι πεῖν, alteri pro se dare bibere, ad quam significationem probandam allegat illud Homeri, Οδ. υ. Vlysses: προπίνειν.

Ἀρήτῃ δ' ἐν χερσὶ τίθει δ' ἑπὰς ἀμφικύπελλον,

Et illud Ιλ. ι.

Πλησάμην δ' οἴνοιο δέπας δ' εἶδεκτ' ἀχιλῆα,

Addit Athenæus, πληροῦντες γὰρ προύπινον ἀλλήλοις μετὰ προσαγορεύσεως. Adducit idem author illud Anacreontis, ἐγὼ δ' ἐ ἔχων σκύπφον ἱρξίφωνι τῷ λαλοκόλῳ ἐξέπινον, αἰτὶ τοῦ προέπινον. Eustath. quoque Οδ. υ. p. 503. *in illum versum Homeri ἀρήτη δ' ἐ, &c.* προπόσις *quædam est id quod Vlysses hic facit,* προπείνει γὰρ τῇ ἑτοίμῃ δέπας, *ὥστε πεῖν, vt idem in Iliade Achilli, & postea seruo Eumæo. Nam etiam illud* Ιλ. ι. πλησάμην, *&c. erat* προπόσεως *καθ' ὣ πληροῦντες δέπας, ἐδίδουν τινί, id est, secundum quam implentes poculum illud alicui tradebant, vt etiam hic Vlysses Aretæ, & hoc est propriè* προπίνειν τὸ πρὸ ἑαυτοῦ διδοναὶ τινὶ πίνειν *aliquando autem significat etiam* τὸ ποτήριον δοχαρίζεσθαι. *Sic Pindari Scholiastes* προπίνειν *exponit* τὸ ἅμα τῷ πόματι καὶ τὸν φιάλην χαρίζεσθαι. *Ergo antiquitus* προπίνειν *Græcis idem erat, quod poculum tradere, seu porrigere, antequam quis biberet, item poculum donare. Verum non seruatam fuisse posterioribus seculis antiquam illam verbi huiusce significationem (mutatis enim consuetudinibus mutantur etiam verborum significationes) vel illa Athenæi verba satis manifestè indicant,* προύπινον δ' ἀλλήλοις ὥσπερ ἡμεῖς (τοῦτο γὰρ προπιπεῖν ἔστιν,) ἀλλὰ μᾶλλον τὸν σύπφον. *Budæus* προπίνω σοι *reddit etiam Poculo te prouoco, afferens illud ex Athen.* Ἀλέξανδρος ἐν αἰτήσας ποτὲ ποτήριον δ' ἴσχυσε, καὶ πιὼν, ῥῦψε τῷ προπότῃ, *& addit eum semper sic vti. Ex eodem præterea affert illud* προπίνω σοι κύλικα, *& etiam illud,* προπίνω σοι κύλικα πλήρη. *Apud eundem Athenæum legimus etiam* προπίνειν φιλοτησίαν, *& apud Demost. in plural.* προπίνειν φιλοτησίας *propinare pocula amicitiæ,* ἢ δὲ Δημάρητος συνεπαινίζει φιλίππῳ, καὶ φιλοτησίας ῥῦψε, *scil.* κυλικα. Προπίνειν, *inquit Suidas, est δηλοῦν τῷ οἴνῳ τιμᾶν, καὶ προδιδόναι. Sic Demost. patriæ proditores dicebat* προπίνειν τὰς παρῥησίας τοῖς ἐχθροῖς. *Sic Aristophanis illud citans* προπίνομαι *interpretatur* ἀλλήλους ἐδεξιώμεθα. *Et rursus filiabus pharmacum porrexit, & ipse quoque bibit* δυσχεῖς κοινωνήσας προπόσεως καὶ φιλοτησίας.

Latinis propinare (quam vocem à Græcis mutuati sunt) est prægustato leuiter vino poculum alteri offerre. Beroaldus in illa Iuuenal. Satyr. 5. Propinare.

—Quando propinat
Virro tibi, sumitq; tuis contacta labellis
Pocula: quis vestrum temerarius vsq; adeo, quis
Perditus, vt dicat regi bibe?

Propinare, inquit, propriè est poculum porrigere, & præbere ad bibendum.

Martialis, Qui nulli calicem tuum propinas
Humanè facis, Herme non superbe?

Tranquillus in Tiberio, Ignotissimum quæsturæ candidatum nobilissimis antepositi ob eptam in conuiuio propinante se vini amphoram, hoc est, porrigente, & præbente. Nec solum propinare

Digitized by Google

ad potionem refertur, sed etiam ad alia: vnde Iulius Capitolinus in M. Antonio: vt parte cuiusq; veneno lita vuluam inciderit, venenatam partem fratri edendam propinans. Vnde & Terentius metaphoricôs dixit in Eunucho,

Hunc ego vobis comedendum, & deridendum propino, Hoc est, trado & præbeo, sicut pocula præbentur bibenda.

Idem quoque Latinis est præbibere. Apuleius lib. 10. Heus, ait, puer lautum diligenter tece illum aureum cantharum mulso contempera, & affer parasito meo: simul quod ei præbiberim commoneto. Hîc quoq; præbibere idem est, quod propinare, siue προπίνειν, siquidem ex ritu conuiuali solebat archisympostarcha, siue dominus conuiuij ante bibere, & mox alij subsequebantur, quasi ille describat conuiuis bibendi legem. Dido Virgiliana cum præbibisset, & summo tenus ore poculum attigisset,

Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

Sic phormio Terentianus ex procacitate parasitica inquit, Prior bibas, prior decumbas. Gargilio Plautinus, Propino, inquit, militi magnum poculum, ille ebibit. Hæc de nominibus.

Propinãdi mos antiquus.

Est autem propinandi consuetudo antiquissima, olim & ab Hebræis, & à Græcis, & à Romanis siue Latinis vsurpata. Apud Hebræos, vti iam antea dictũ est, paterfamiliâs solebat cum primum mensæ accubuisset cum domesticis suis, poculũ vino refertum dextra manu tenendo, huiusmodi precatione vti, Benedictus sis tu Domine Deus noster, rex mundi, creator fructus vitis. Hac oratione finita, prior vinum degustabat, idemq; mox omnibus mensæ accumbentibus degustandum porrigebat, & hæc erat illius propinatio. Aliquando non ipse paterfamiliâs, sed alius aliquis ex conuiuis honoratior, cui hunc honorem paterfam. defert, illa & oratione, & propinatione cœnam inchoat. Propinationum etiam sed inhonestarum, atq; turpium, quales pleræq; ferè esse solent, mentionem descriptionemq; luculentam habes apud Habac. cap. 2. de qua suo loco pluribus. Apud Persas quoq; atq; Medos vsitatas fuisse propinationes conuiuij illius regis Assueri historia Esteræ. cap. 1. satis indicat.

Propinationes Græcorum.

Sed in primis apud Græcos & antiquas, & valde vsurpatas fuisse propinationes, præter ea quæ fuerunt commemorata, alia quoq; plurima authorum testimonia satis testantur. Athen. lib. 1. id Homeri testimonijs comprobat, ἵνα δ' ἐς τὰς, inquit, αὐτοῖς καὶ δηὸ τὴς προπόσιος ἀσπασμὸς, οἱ γὰρ θεοὶ χρυσέοις δεπάεσι δειδέχατ' ἀλλήλους (Il. δ.) ἤτοι ἐδέχοντο προπίνοντες ἑαυτοῖς ταῖς δεξιαῖς, καὶ τὰς δ' ἐδίδοτ' ἀχιλλέα, αὐτὶ τοῦ ἐδέξατο, ὁ δὲ προέπινεν αὐτῇ, τῇ δεξιᾷ δι-δοὺς τὸ ποτήριον. Idem paulo ante docet heroas solitos fuisse se inuicem poculis honorare, secundum illud καὶ ἀγαμέμνονα πλείοσι δεπάεσι τιμᾷ. Item τυδείδης γὰρ καὶ κρίασι, καὶ πλείοις δεπάεσι τιμᾶται. Plutarch. Sympos. li. 1. λέγως προπόσεις, φιλοφροσύνας. Epigram. 1. ὅτ' ἂν χρόος ἄελιος ἡμῖν. πάντα χάλλιω ἔσω, ἁλμὸς, ἔφης, προπόσις. Sed præter Athenæum & alios, Suidas propinationum Græcanicarum originem atq; vsum his verbis lutulenter describit, verbi προπίνειν significationem explanans, εἰ ἀρχαῖοι βασλεῖς ὅπιτελοῦντες ἑορτὴν πάνδημον, ἐν φιάλαις χρυσαῖς, ἢ ἀργυραῖς κιρνῶντες ἐδέχοντο μὴ παρὰ τ οἰνοχόου, αὐτοὶ ἀπίνιον δ' ἐκ μικρὸν τῆς κύλικος, ὡς συμβόλου ὄντος τότε φιλίας πολλῆς, καὶ τότε παρείχοντο ὧ αὖ ἐβούλοντο καὶ τὴν κύλικα, καὶ ἐκαλεῖτο προπίνειν, ἡ δὲ ἡμέρα φιλοτησία, hoc est, Græcia reges, siue principes solenni die, quem Philotesium appellabant, miscentes aureis, atq; argenteis poculis vina, calicem primum à pocillatore sumebant, ac parum ex eo præbibentes, quod magnæ amicitiæ erat symbolum, illũ deinde cui volebant, porrigere solebant, atque hoc quidem illis erat προπίνειν. Idem author eadem de re sic disserit in voce φιλοτησία. Φιλοτησία, inquit, φιλία, δεξίωσις. Ælianus, δοκεῖ τοῦ δήμου δεῖν μετέχειν φιλοτησίας τὴν δὲ, φιλοτησία ἡ φιάλη ἡ διδομένη ἐν τοῖς πότοις: ἐν δὲ τοῖς συμποσίοις φιλοφρονούμενοι ἀλλήλους, ἐπεδίδοσαν οἶνον κύλικα, ἵνα φιλοτησίαν σπένδωσιν, ὡς Ἀρίδης φησι, καὶ Ἄλεξις, καὶ Ὅμηρος, δειδέχατ' ἀλλήλους: καὶ αὖθις ἐγχεῖτο τὸ τότε φιλοτησίαν: καὶ φιλοτησίας τὰς δεξιώσεις δηὸ τῆς φιλίας, καὶ φιλοτησίαν προπίνειν ὅτιν, ἡνίκα τὸ ἐν ἀείσω ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῷ φιάλης πιὼν μέρος, τὸ λοιπὸν παρέχῃ φίλῳ, καὶ τῷ φιάλῳ χαρισάμενος, hoc est, Philotesia est amicitia, salutatio, Ælianus, videtur populo philotesiam istam dimetiri, Philotesia est phiala quæ in compotationibus datur. In ijs enim amicitia ergò humaniter semper excipientes

Φιλοτησία.

xcipientes vini calicem sibi inuicem porrigebant, quem philotesiam appellabant (metonymicôs nimirum, quia symbolum erat amoris, & amicitiæ, quo nomine verissimè quis illud sacrosanctæ Domini Cœnæ poculum insignierit) vt Hyperides inquit, & Alexis. Homerus item, excipiebant se inuicem, & rursus, Infundat quis huic philotesiam. Philotesias item appellabant ipsas inuitationes quæ amicitiæ ergò fiebant. Et philotesum propinare est quando quis in conuiuio ex phiala sibi data partem quandam bibens, reliquum amico porrigit, ipsam phialam illi donat. Idem addit, φιλοτησίας, τὴς φιλικῆς δεξιάσεως: οἱ αἰτωλοὶ εἰς ἀθήνας τὸν οἶνον ἐκόμιζον. φυλοτησίας τῆς ἐν τῷ θεῷ κοινωνῆσαι καὶ τοῖς τῆς ἀθήνας ἐφοίμοις βουλόμενοι, id est, Philotesia est amica inuitatio. Ætoli vinum Athenas deportabant, cùm philotesias ex deo Athenarum alumnos vellent facere participes. Hesychius indicat hanc philotesiam adhiberi post cœnam, cùm in signum amicitiæ ex eodem poculo de eodem vino bibant omnes, qui mos etiam hodie inter Christianos obtinet, antiquitus ἀγαθοῦ δαίμονος crater, hodie à Christianis vulgo S. Ioannis benedictio appellatur. φιλοτησία ergo cum pro ipsa propinatione, seu inuitatiuncula ad bibendum, quæ amicitiæ beneuolentiæque ergo fit accipitur, tùm pro die festo & solenni, quo illa olim celebrabatur, tum pro poculo quo huiusmodi fit inuitatio. Hinc κρατὴρ quoque φιλοτήσιος dictus est, ad quem Plutarchus in lib. de fortuna Alexandri, egregie alludit, dum docet Alexandrum barbaros quidem armis, Græcos autem ciuilibus institutis conatum esse ad humaniorem sanctioremque vitæ rationem traducere, ὥσπερ, inquit, ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ μίξας τὰς βίους, καὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς γάμους, καὶ τὰς διαίτας, id est, velut in philotesio (hoc est propinatorio cratere, qui amicitiæ conciliandæ causa alteri præbibi solet) miscens vitas, mores, coniugij ac viuendi rationes. Lucianus φιλοτησίας προπίνειν ἐκάστῳ τῶν παρόντων. Demost. φιλοτησίας προπίνειν, amicos ad potandum inuitare. Aristoph. in Acharn. πῖνε, κατάκεισο, λάβε τὴν δὲ φιλοτησίαν, vbi interpres, φιλοτησίαν appellabat, τὴν φιάλην τὴν διδομένην ἐν τοῖς συμποσίοις. Catachresticus huius vocis vsus est apud Athen. lib. 6. de Clearcho tyranno, vbi per iocum φαρμάκου, id est, veneni φιλοτησία dicitur, & exponitur inuitatio ad potandum, posùs etiam poculum interpretari. Huiusmodi certè sunt immoderatæ illæ, violentæque propinationes, seu inuitationes ad bibendum, quæ licet amicitiæ specie atque prætextu fiant, tamen noxiæ sunt, ac quasi venenatæ, ac proinde rectè φαρμάκου φιλοτησίαι possunt appellari. Et huc facit illud Clement. Alexand. libro secundo, pædag. capite secundo, vbi ebriosorum mores describens, quosdam illorum, inquit, videre licet ἡμιμεθεῖς, σφαλλομένους, καὶ τοῖς τραχήλοις ἔχοντας στεφάνους ὥσπερ τὰς ἀμφορεῖς ῥαντίζοντας ἀλλήλοις τὸν ἄκρατον. φυλοτησίας ὀνόματι, semiebrios, cespitantes, in collis coronas habentes, non secus ac amphoras merum sibi inuicem quasi spurco irrorantes, seu affundentes amicitiæ nomine.

Crater philotesius.

Apud Romanos quoque huiusmodi propinationes, quas etiam inuitationes nominant, in vsu fuisse passim apud authores videre licet. Herodian. lib. 1. ὁ δ' ὡς συνήθη φιλοτησίαν, κατὰ πολλὰ λυθρὰ, καὶ γυμνάσια τὰ περὶς θηρία δηλῶν ὅπιν αἰμοθήτας, Politianus vertit poculum de more propinatum, alij vertunt poculum ab amica temperatum, Martia videlicet, nam paulò ante de hac ipsa dixerat. Solebat ipsa & miscere & porrigere primam potionem, quò ad amicos maiore cum voluptate biberet. Hodie apud Christianos quam tritæ & vsitatæ sint hæ propinationes, vt de alij nationibus barbaris taceam, quid opus est multis verbis, experientia quotidiana id satis testatur. Constat ergo propinandi morem antiquum, multisque populis vsitatum, olim hospitij, amoris, amicitiæque symbolum fuisse, id quod φιλοτησίας nomen satis declarat. Et certè vt cibum, ita potum quoque in conuiuio alteri porrigere, ac propinare amoris, amicitiæque ergò, si id fiat cum modo, atque ratione, minimè videtur esse reprehendendum. Nam mutua huiusmodi cibi potusque communicatio valde liberalis, ciuilis, amica, atque humana videtur esse. Quemadmodum contra inciuile, illiberale, inurbanum, ἀνελεύθερον, καὶ ἀκοινώνητον videtur esse, si quis mensæ accumbens vnà cum cæteris ipse solus per se edat, ac bibat, nec conuiuas suos cibi, potusque participes facere studeat. Valde quoque laudabilis esse videtur ille Heluetiorum mos, quo peregrino primum aduenienti, & in triclinium ingredienti à conuiua vno, atque altero poculum vini porrigitur, de quo in primo libro dictum est in tit. de conuiuijs hospitalibus. Atque hæ sunt illæ salutationes ἢ προπόσεως.

Propinationes Romanorum.

Propinationũ vsus liberalis.

Verum vt nihil est tam bonum, tàm honestum, atq; laudabile quod non deformet, atq; deturpet hominum abusus, ita hæc quoq; propinandi consuetudo & antiqua, & per se amoris amicitiæq; plena, ac proinde honesta, atq; laudabilis, iam à multis seculis in turpissimum pernicioſissimumque abusum degenerauit, qui hodie passim in orbe Christiano regnat, atq; dominatur. Nam vel ad Platonis vsq; cancellos, vt ita loquar, hodie Christiani sibi inuicem specioso amoris atq; amicitiæ obtentu propinare, seq; vel blanditijs, vel etiam vi aperta ad plus, quam illorum officij atq; salutis ratio postulet bibendum cogere solent, quæ quidem propinationes ἀναγκοποσίαι potius, quam φιλοποσίαι dici merentur, cum magna animi corporisq; pernicie, & æternæ salutis periculo coniunctæ. Ac mihi quidem merito optimoq; iure partim cum antiquis illis diaboli, ac primorum nostrorum parentum, partim cum meretricis illius, cuius in apocalypsi fit mentio propinationibus luctuosissimis sane, funestissimisq; videntur posse comparari. Nam primo quidem quemadmodum tartareus ille Draco Euam primùm, illa deinde Adamum maritum suum ad fatalia illa poma contra expressum Dei legem degustanda blandissimis verborum illecebris, atq; lenocinijs inuitauit, vnde mors animi atq; corporis, omniumq; malorum cumulus in illos, nosq; illorum posteros redundauit: sic quoq; vini isti gurgites ad immania illa sua πώματα, atq; pocula se inuicem quasi serpentinis quibusdam cum blanditiarum, tùm minarum sibilis, ac plurimis tortuosis flexuosisq; fraudibus, atq; fallacijs inuitant atq; impellunt. Deinde quemadmodum nobilis illa meretrix in Apocal. cap. 17. sanctorum atque martyrum sanguine ebria, poculo illo suo aureo, quod manibus tenebat, pleno abominationis, immunditiæ, atq; libidinis, cum reges, tùm alios terræ incolas inebriauit, & ad turpissimas libidines, amores, atque stupra pellexit: sic quoq; turpissimi isti potatores, ac propinatores quauis meretrice audaciores, & impudentiores sese inuicem immanissimis & quasi Circæis illis suis propinationibus ad amentiam, insaniamq; redigunt, & ad turpissima quæuis scelera, atq; flagitia designandum incitant, & impellunt. Harum autem ipsarum propinationũ graphicam & illustrem descriptionem habemus apud prophetam Habac. cap. 2. qua potatorũ istorum cùm propinandi mos, studium, propositum, atque finis, tùm pœna grauissima, iustissimaq;, suis vt ita loquar, coloribus depingitur. Propheta namq;, seu potius Spiritus sanctus per prophetam Chaldæorum populo, atq; regibus partim vinolentiam, & ebrietatem, partim violentiam, atq; tyrannidem immanem exprobrans, huiusmodi grauissima sanè oratione, atq; apostrophe vtitur. Væ, inquit, qui potum præbes, siue propinas socio, siue sodali tuo, seu qui socium ad potandum inuitas. Primo particula Væ dira, atq; funesta, quam alijs quoq; in locis, vt Isa. 5. & 28. Ecclesiast. 10. Amos 6. Spiritus sanctus ebriosis intonat, significatur potatores istos insanos omni infortuniorum, atque malorum genere mulctari, atq; mactari, id quod ipsa experientia quotidiana satis docet. Contra tamen Epicuri illi de grege porci inter insanas illas suas compotationes, atq; propinationes sibi inuicem gratulantur, bona atq; fausta quæuis pollicentur, augurantur, atq; precantur. Spiritus sanctus væ inquit illis qui & se & alios vino immoderato ingurgitant, at impuri illi atq; mendaces Spiritus væ inquiunt, hoc est, malè sit siccis, atq; sobrijs, qui genio, ebrietatiq; indulgere nolunt, cõtra Euge, bene sit illis, qui strenuè potant. Addit sodali, socio, siue proximo suo. Et si omnes homines scelerati, atq; flagitiosi suorum & scelerũ, atq; flagitiorum, & malorum cupiunt habere socios, tamen id ebriosorum hominum maxime est proprium. Non enim contenti semetipsos immoderata vini copia obruere, alios quoq; quamplurimos in sui huiusce sceleris, atq; flagitij societatem protrahere conantur. Quærunt igitur dies noctesq; bonos socios (vti vulgo appellantur gůt gſellen, *bons compagnons) cum quibus potent, helluentur, plurimumq; ex eo voluptatis capiunt, si illos quoque vini quam plurimum ingurgitare videant. Agrestis, immanis, infida, atq; turpis est istiusmodi gregalium societas, cum antiqua illa vel Lupercorum, vel Lapitharum, atq; Centaurorum sodalitate meritò comparanda, licet hodie Christianorum plærisq; hæc maximè honesta, fida, ac sacrosancta societas esse videatur. Nulla quoq; hodie societatis vel ineundæ, ac contrahendæ, vel conseruandæ, atq; tuendæ melior commodiorq; ratio videtur esse, quam per immanes istas propinationes. Quod autem in genere propheta dixit, id speciatim magis explicat, luculenterq; vinolentorum istorum seu violentorum potius hominum mores, studium, atq; finem exprimit, coniungens, siue addens, inquit, feruorem tuum. Vox* חמתך *Hamatheka quadrifariam ab interpretibus exponitur, quæ quidem significata omnia potatoribus, atq; potationibus illis vesanis optimè quadrant atque conueniunt. Alij interpretantur vtrem tuum, hoc sensu, vel*

Propinationũ abusus inter Christianos.

NOTA.

Propinationis impia graphica descriptio apud Hab. 2.

vtres

vtres totos vini plenos socijs tuis propinas, ad illos vino nimio obruendum, cui simile est illud Oseæ 7. Regem ægrotare faciunt vtre vini. Vtres hic, quibus Orientales olim, & hodie quoq; vina sua recondere, atque asseruare consueuerunt his in locis synecdochicôs pro quibus suis amplis, & capacibus poculis vsurpantur, quæ ebriosi homines sibi inuicem propinant, ac perinde est ac si nos diceremus, vel integra vini dolia sibi mutuo propinant. Alij hanc vocem exponunt iram seu incandescentiam, quæ à calore similiter atq; feruore apud Hebræos nomen suum habet, est enim cordis feruor, vt etiam à physicis definitur. Sensus ergo est, qui addis siue intendis iram tuam. Solent namq; violenti isti potatores ira accendi, atq; inflammari, quando illi quos ad bibendum inuitant, nolunt vel etiam non possunt libidini suæ satis facere, atq; obtemperare. Ac omnino ebrietatis comitem esse iram, atq; iracundiam notissimum, ipsoq; vsu quotidiano exploratissimum est, quæ tandem in insaniam atq; furorem desinit. Hinc rixæ, iurgia, verbera, cædes. Sunt qui hanc vocem interpretantur venenum, quasi diceret: addens venenum tuum. Non enim vinum, sed virus potius, atq; venenum epicurei illi potatores sibi inuicem propinant, ac proinde veneficij rei sunt, cum immoderatum vini vim, ad quam hauriendam sese mutuo cogunt, veneni instar corpori maximè noxiam atq; pestiferam esse constet. Deniq; nonnulli hac voce simpliciter calorem, siue æstum intelligunt, quo significatur acre, incitatum, incensum, ac inflammatũ istorum potatorum studium, quo ad se alioq; inebriandum rapiuntur. Sequitur porrò propinationum istarum atq; propinatorum finis impius, quem sibi habent propositum. Et etiam inebrias, inquit, vt aspicias turpitudinem eorum. Propinationis iustæ moderataq; iustus legitimusq; vsus censeri debet charitas, amor, atq; amicitia mutua, cuius vel ineundæ, vel fouendæ, atq; confirmandæ causa nonnunquam à pijs probisq; viris illa olim adhibita fuit, vt etiamnum hodie adhiberi potest, ac debet: ac proinde recte φιλοτησία à Græcis fuit appellata. In primis autem optima, laudabilissima, charitatiq; Christianæ conuenientissima est illa propinatio, qua quis vel peregrino, vel alteri alicui sitienti lassoq;, præsertim pauperi, inopi, ægroto potum præbet, quam Deus amplissimis præmijs remunerabitur. At verò immoderatarũ istarum atq; Cyclopicarum propinationum, quibus hodie plærique Christianorum quotidie ferè vtuntur, finis non est amor, charitas, amicitia, honor, obseruantia, (quam tamen helluones isti verbis bellè simulant, ac præ se ferunt) sed ebrietas, & quæ illam necessario sequitur, turpitudo, dedecus, ignominia, quam sibi inuicem inurunt. Et certè constat, teste experientia quotidiana, plærosq; acrium illorum potatorum hoc tantum spectare, vt illos, quos vel amicitiæ, vel honoris specie, atq; simulatione ad immoderatè bibendum inuitant, atq; cogunt, cunctis irridendos propinent, de quò suprà quoq; in explicatione hospitalium conuiuiorũ pluribus fuit dictum. Nec verò temporalis tantum, verum etiam æterni dedecoris, atq; ignominiæ illis authores existunt. Quàm ergo propinationes istæ intemperantes à Christiana charitate sint alienæ, vel hinc quoq; satis fit manifestum, quod qui ijs vtuntur, si vel tota vini dolia alijs infundere possent, ad illorum animum corpusq; perdendum, id facere minime recusarent, cum interim peregrinis, pauperibus, viduis, puerperis, ægrotis, & quibuscunq; alijs fame sitiq; laborantibus vel pauxillũ cibi potusq; porrigere, atq; præbere mirum in modũ grauentur.

Vtres.

Propinationis legitimus finis.

Propinatio laudabilis quæ.

Sequitur nunc secundo loco pœna cum iusta, tùm grauis & atrox quæ violentos istos potatores manet, quæ similiter in Babyloniorum persona nobis proponitur. Satiatus es, id est, saturaberis, inquit, ignominiæ magis, quàm gloria. Potatores illi intemperantissimis illis suis propinationibus sibi quidem gloriam, atq; decus, hominumq; gratiam, atq; fauorem, contrà verò alijs ignominiam, atque dedecus conciliare, atq; conflare conantur, sed iusto sit plerunq; Dei iudicio vt ipsi contra perpetuæ ignominiæ, atq; dedecoris notis inurantur. Addit per sarcasmum, bibe etiam tu ac denudare, quasi diceret: Tu qui alios ad immoderatè bibendum atq; adeò ad vomendum impulisti, atq; coëgisti, quò illorum animi corporisq; nuditatem, extremamq; ignominiam atq; dedecus cum magna animi tui voluptate intueri, atq; ita oculos, animumq; tuum pascere posses, tu quoq; cogeris bibere calicem amarum, & acerbum, calicem, inquam, iræ atq; furoris diuini, quem dominus sua dextera, id est, iusto suo iudicio tibi propinabit, vnde vomitus ignominiosus erit super gloriam tuam, id est, gloria tua ignominiæ labe, atq; macula deformabitur. Hunc calicem vindictæ diuinæ, (cuius etiam mentio fit Isa. 51. & Iere. 25. 49. & 51. & Apoc. 14. Psal. 11. 73.) si strenui isti calicum remiges sibi ante mentis oculos proponerent, non tanta profectò audacia, atq; impudentia se, & alios ad vini calices assidue exitiosos inuitarent, atq; allicerent. Verum, prob dolor, nos Christiani furiosis illis nostris, &

Pœna potatorum.

assiduis propinationibus Deum quoq; ad dirum illum atq; triſtem iræ, atq; furoris ſui calicem nobis propinandum, ſeu, vt eſt in Apocal. cap. 16. adſeptem illas iræ ſuæ phialas ſuper nos effundendum, hoc eſt, ad innumeras clades atq; calamitates nobis infligendum prouocamus. Obſeruanda etiam hic dicendi forma qua Habac. vtitur (circundabit, ſiue circundabitur ſuper te calix dextræ domini) qua mihi videtur ad antiquum propinandi morem alludere, quo pater familiâs dextra ſua poculum vini plenum tenendo, ac illud prælibando, atq; precando proximo porrigebat, ex quo deinceps ſinguli conuiarum ex ordine bibebant, de qua ἐγχυλοποσίᾳ ſuo loco pluribus dicetur.

PROPINATIONVM QVIBVS HODIE CHRISTIANI VTVNTVR, CVM ANTIQVIS ILLIS GRAECORVM, ROMAnorum, Scytharum, Thracum, aliarumq; nationum barbararum comparatio, atq; deſcriptio, certis quibuſdam conſtans circumſtantijs, ſiue capitibus. Huiuſmodi ſunt primò certæ quædam corporis exercitationes ceu progymnaſmata, nec non antidota ſiue antipharmaca, partim eſculenta, partim poculenta (quæ propomata appellantur) quibus homines ſe ad dirum illud propinandi certamen quaſi præmunitiunt. Deinde perſonæ ipſæ à quibus certamen illud exercetur, tum vinum quo potiſsimum propinatores multifariam ad ſeſe inebriandum abutuntur. De vini vel meraci, vel diluti atq; temperati vſu. De varijs veterum vini temperaturis.

CAPVT XI.

De propinationibus Chriſtianorũ aliorumq; populorum hodie vſitatis.

His præmiſſis nunc ſtatui de Chriſtianorum, aliorumq; populorum propinationibus, quæ hodie ſunt in vſu, paulò latius ſcribere, illasq; cum antiquis illis Scytharum, Thracum, Sybaritarum, Græcorum, aliarumq; nationum barbaricis, luxurioſiſq; propinationibus conferre, quæ collatio cùm ad antiquos quoſdam ritus atq; cæremonias cognoſcendum, & id quod eſt conſequens, ad multa ſacrorum, prophanorumq; ſcriptorum loca tanto melius intelligendum, tum ad deploratos hoſce noſtros perditoſq; mores non tam cognoſcendum, quàm deplorandum, execrandumq;, vti ſpero, conducet. Pudeat, pudeat, inquam, tandem aliquando nos, qui Chriſto nomen dedimus, illius ſacris initiati atq; imbuti ſumus, ac proinde Chriſtiani dici atq; haberi volumus, illas antiquas Thracum, Scytharum, aliarumq; gentium à Chriſtiana religione alieniſſimarum propinandi conſuetudines monſtroſiſſimas tàm ſtrenuè imitari, quibus profecto animi corporiſq; noſtri non temporalem modo, ſed æternam etiam noſtram ſalutem, pro qua Chriſtus vitam, ſanguinemq; ſuum profudit, perenni atq; perpetuo illi noſtro hoſti perdendam propinamus, atq; prodimus. Hæc porrò mea deſcriptio atq; comparatio certis quibuſdam circumſtantijs definietur, de quibus ordine agam.

NOTA.

Progymnaſmata ad propinationum certamina ſuſtinenda.

Ac prima quidem circumſtantia, ſeu primus locus ſunt cùm exercitationes, & quaſi progymnaſmata, tùm antidota ſeu antipharmaca quæ præſumi ſolent. Nam primò quemadmodũ Athletæ atq; pugiles ad futurum certamen ſeſe præparant progymnaſijs quibuſdã, ſic etiã multi ad infelix hoc atq; funeſtum propinationis certamen infœliciſſimè certandum, vel certè ſuſtinendum corpora prius quibuſdam exercitationibus vtuntur. Ad ſudorem vſq; ſe exercent, vt deinde ad ſudoré vſq; potare, ac plurimum vini haurire, ſeu perdere potius poſſint. Huc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cæno, & pectoroſa cervicis repandæ oſtentatio, per quæ omnia præſtatur ſitiri quæri, vt ait Plin. li. 14. cap. 22. Impius hic eſt ac perniciоſus exercitationis finis, qui non ad corporis robur & ſanitatem (qui quidem iuſtus, & proprius corporeæ exercitationis finis cenſeri debet) ſed potius & ad animi, & ad corporis peſtem perniciemq; refertur. Deinde antidotis quibuſdam vtuntur ad ebrietatem vel arcendam, vel etiam irritandam. Sybaritas ferunt olim crambem prius eſitaſſe, quo plus deinde bibere poſſent. De hac Eraſmus in Prouerb. Crambe bis mors eſt. Plinius inter braſſicæ ſpecies tertio loco refert & crambem, quam Dioſcorid. tradit, præterquam quod aliàs ad multa remedia efficax ſit, etiam ebrietatis & crapulæ incommoda tollere, ſi cruda edatur ante cœnam ex aceto, vt indicauit M. Cato. Inueſt autẽ peculiaris quædam vis Crambes obſiſtendi vino,

Antidota ad ebrietatem vel arcendam vel irritandam.

vt ſi in

vt si in vineto seratur, vinum proueniat dilutius. Proinde apud Ægyptios & Sybaritas solenne erat ante omnia sumere cramben coctam: quibusdã mos erat ex amethystino vasculo crambes semen ante compotationem capere, quo citra periculum ebrietatis vino indulgere possent. Suidas scribit illam antiquitus in conuiuijs adhiberi solere; verum recoctam adeò nauseam afferre, vt Græcis in fastidij prouerbiũ abierit. Eadem de re vide Angel. polit. miscell. cent. 1. cap. 33. Sic Christiani quoq; multis vtuntur antipharmacis, quibus se munire conantur ad ebrietatẽ propulsandam, ac vt tanto largius bibere possint. Huiusmodi sunt amara potissimũ, & ea omnia quæ humores aquosos per vrinam expurgant, quibus præsumptis fit vt fumi aliò quàm ad caput deferantur, ac vinũ venas subire prohibeatur, exiccante etiam amarore humiditatem. Vt sunt amigdalæ amaræ, persicorum nuclei, foliorum persici arboris succus expressus, absinthij Pontici dilutum; nux muscata; oleum ex vuis expressum, sesami semina. Item panis bucella copioso melle imbuta, quibus omnibus præfertur brassica Catoni ad fastidium vsq; nobilitata, quæ vulgo Caulis appellatur, de quibus Leuin. Lemn. lib. 2. cap. 17. Drusi (qui Tiberij Cæsaris fuit filius) medicum bibacissimũ ferunt, 5. aut 6. amygdalas amaras subinde ante compotationem comedere solitum, ne inebriaretur, testis est Plutarchus, 1. Symp. prob. 6. Christoph. quoq; à Vega lib. 3. de arte medendi ebrietatis cum præcauendæ, tùm arcendæ quædam præcepta tradit cap. 5. de capitis doloribus. Mercurial. lib. 4. cap. 6. Lect. variarum veteres vt euitarent ebrietatem, ac interim multum biberent interdum lauro, hedera, anetho, simili busq; alijs eos coronatos inter potandum fuisse testatur, de quo infra pluribus. Ebrietatẽ quæ antidota arceant.

Huc referenda sunt antiquorũ πεσπόματα, de quibus sic Hen. Stephanus in suo lexico. Πέσπομα, quasi diceret, propinamentum, potus qui propinatur. Sed peculiariter de certo quodam potionis seu potus genere dictum fuit πέσπομα, siue quod eo in propinando vterentur, siue etiam, quod illum cæteris præbiberent (quum πέσπομα præcedat τὸ ἄειστον apud Plutarchum). Erat autẽ hic potus ex vino, & melle confectus, quum vini sextarijs quatuor mellis despumati vnus misceretur citra quidem coctura, sed longa insolatione. Verum fuerunt & alij πεσπομάτων conficiendorum modi, vtpote quæ ad varios vsus comparata essent. Vide Aëtium, qui vina purgantia vocat πεσπόματα, & alibi rosatum flauæ bilis purgatorium itidem πέσπομα. Quinetiam sub nomine κονδίτου videtur πέσπομα comprehendere, cum scribat lib. 11. cap. 10. μετ' οἶνου ἢ κονδίτου, ἢ ἑτέρου πεσπόματος. Apud Athen. legimus εἰς πέσπομα (intellige autem de eo quod voluptatis gratia vtebantur) iniijci hæc fuisse solita, πίσσι, σμύρναν, κύπειρον, μύρον αἰγύπτιον. Discimus ex eodẽ in anticœnijs (vt loquitur Apuleius) πεσπόματα locũ habuisse. Scribit enim ille, vel potius Phylarchus apud illum πέσπομά τι περὶ τὸ δεῖπνον φέρεσθαι καθὼς εἰώθει τὸ πρῶτον. Non dubiũ est autẽ, quin & in anteprandijs (liceat enim hanc vocem ad illius exemplum fingere) idem fuerit πεσπομάτων vsus. Imo vero anteprandium quoddam videtur Plutarcho fuisse, seu potus quidam anteprandianus (& hoc nomine vti fas mihi esto) Sympos. lib. 1. quæst. 6. à quodam Heraclide pugile. Hic alios vocabat ad πέσπομα, alios ad ἄειστον, alios ad δεῖπνον, alios ad κῶμον. Sed siue anteprandium, siue ante cœnam πεσπόμασι vtebantur, hoc constat fuisse quædam potus genera à quibus compotationis initium faciebant, vel quæ compotationis quasi præludium erant. Nisi potius ad illam verbi πεσπίνειν respicientes significationem, de qua dictum est, & ad illum verbalis πέσποσις, inde πεσπόματα nomen accepisse putemus, quod essent veluti propinamenta, id est, quod ea potus genera propinationibus primum fuerunt destinata. Hæc Stephanus in suo lexico. Apud Plutarch. 3. Sympos. prob. 7. Aristæneetus Nicæus quibusdã in libris se legisse ait, dulcia vino admixta reprimere ebrietatem, & medicorum nonnullos præcipere ebrijs, vt dormituri panem melli intinctum gustent. Hinc mustum quoq; non inebriare, vt in illo problem. pluribus probatur. Illi tamẽ irrisores Act. 2. discipulos Christi varijs linguis differentes de mysterijs cœlestibus γλεύκους, id est, musti plenos esse dicebant. γλεῦκος propriè vinum nouum dicitur. Musti autẽ tempus, non est tempus certè Solstitij. Sed γλεῦκος vocarunt & γλεῦκιν, vinũ dulce, quod & Σίραιον, & ἕψημα & γλυκὺ, quod coquendo ea dulcedo pararetur, vt annotat Camerarius in illum locum. Antiquorum πεσπόματα. πεσπόματα in anticœnijs.

Legitur apud Trallianum 11. lib. fuisse apud Romanos propomatis genus, quod illi Recentatum nuncuparunt, quodq; vt in eo bibendo magis delectarentur, peculiari quadam arte refrigerabant. Id nomen quid significaret, quodue potionis genus esset, multos diu ambiguos tenuit, nec defuerunt qui Alexandri codicem corruptum esse crediderint. Mercurialis verò vir doctissimus Recentatum quid.

lib.1.cap.5.lect.var.textum minime corruptum esse existimat, recentatumq; Romanos vocasse vinum antiquum musto, vel lixiuio, vel tortiuo commixtum, quasiq; renouatum, quomodo plerosque hodie factitare conspicimus. Recentare enim apud veteres in vsu fuisse pro renouare author est Nonius: quod etiam ex Gn. Mario testatus est Gell. lib.15. cap.25. Vnde etiam quod à Varrone in libris de lingua Latina vinum vetus nouum nuncupatum inuenitur hoc ipsum recentatum fuisse arbitratur, quod caupones pro vetere interdum vendere solitos memorat Galenus lib. de cibi boni & mali succi. Hanc autem potionem ceu valetudinarijs optatam existimat nõ communi, & vsitato, sed diuerso aliquo modo fuisse à Romanis refrigeratam, ita vt egelida potius, aut saltem modice frigida, quam verè gelida fieret, non autem vel lamina, vel glarea, vel glacie, vel niue, qui fuerunt antiquis vsitati aquam vinumue refrigerandi modi. Vel, vt idem coniectatur, recentatum forsan fuit, quod Græci ἀειγλύκου, Latini semper mustum, & semper dulce vocarunt, ita vt refrigerandi consuetudo non ad bibendi tempus, sed ad recentati conficiendi modum referatur. Sic enim de hoc loquitur Columella lib.12. cap.29. Mustum vt semper dulce tanquam recens permaneat, sic facito: Antequam prælo vinacea subijciatur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eamq; oblinito, & impicato diligenter, ne quicquam aquæ introire possit. Tunc in piscinam frigidæ, & dulcis aquæ totam amphoram mergito, ita ne qua pars extet. Deinde post dies XL. eximito. Sic vsque ad annum dulce permanebit. Columellæ astipulatur Plinius lib.14.cap.9. nec non Florentinus inter Geoponticos lib 6. cap.16. Idem porrò author de veterum propomatis in genere sic scribit. Scribit Paulus Ægineta cap.15. lib.7. propomata mixtiones quasdam extitisse factas ex mellis despumati sextario vno, & vini quaternis. Vt verò Alexand. Trallianus lib.1. cap.10. & 11. & alibi sæpe meminit propomata nulla alia erant, quam vina factitia diuersorum generum, de quibus plura leges apud Plinium, & Columellam magnos linguæ Latinæ authores, & quæ Aëtius interdum θεσποτικὰς vocat. Hæc autem sic appellata ea ratione tredendum est, quod ante reliquos potus, atque cibos sumerentur. Quam huiusce modi vina bibendi consuetudinem sub Tiberio Claudio principe inuectam medicorum placitis, nouitate aliqua se commendantium scribit Plinius lib.14. cap.20. Post quem Plutarch.8. Sympos. problem.9. dum queritur, tempore suo propomatum vsum, qui nouis morbis occasionem præstaret, inductum, nil aliud intellexit, quam quod Plinius antea detestatus erat, hac scil. factitia vina bibendi morem. Quamuis προπόσεως vti antiquæ consuetudinis apud Athenæum est mentio. Cur verò ita à medicis commendatum, opinor quòd, vt principibus ac nobilibus viris largiorem bibendi copiam facerent, ea vina excogitarint, quæ variè affectos stomachos curarent, confirmarent, & ad bibendum impunè magis excitarent, quando etiam non deerant, qui vt copiosius potare & edere possent, vina prauа, quæ ipsis incitarent vomitum, præpotabant. De qua re sic Iuuen. Satyr.7.

Mustum vt semper dulce maneat, quomodo conficiendum.

——tandem illa venit rubicundula, totum
Oenophorum sitiens plena quod tenditur vrna
Admotum pedibus, de quo sextarius alter, id est, duo sextarij
Ducitur (id est bibitur) ante cibum rabidam facturus orexim
Dum redit, & terra luteo (alij luto, id est, fructus esculentis vinum redolentibus) ferit intestino.
Marmoribus riui properant (sola & pauimenta marmorea vinorum riuis natant) aut lata Falerno.
Pelvis olet (vomitus vini pelui excipitur) nam sic tanquam alta in dolia longus.
Decideris serpens, bibit, & vomit.

Vinum admotum pedibus, siue à pedibus hic vocat vinum pessimum, quod seruis (qui à pedibus dicuntur) apponi fuit solitum, quod ἔμπιον & ἐμπόριον, id est, versionem appellabant, quod stomachum subuerteret, ac perturbaret. Huiusmodi igitur vinum bibebant vomitus ciendi gratia, vt sic euacuato per vomitum stomacho tantò maior esset edendi, bibendiq; orexis, id est, appetentia. Vnde Seneca, Vomunt vt edant, edunt vt vomant. Idem Seneca ad Lucilium loquens de intemperantia mulierum, Non minus inquit, potant, & oleo, & mero viros prouocant. Æque inuitus ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt. Hinc ergo apparet veteres illos vini

gurgites

gurgites non modo posſ, ſed ante cœnam quoque cùm vinis malis, tùm alijs rationibus vomitus ciere fuiſſe ſolitos, quò exinanito ſtomacho edendi bibendiq; appetitus excitaretur. Et huc facit illud Martialis:

Nec cœnat prius, aut recumbit,
Quam ſeptem vomuit deunces.

Propomatum porrò, vt ad illa redeam varia genera, quæ ex abſynthio, aromatibus, & alijs ſunt confecta, videre licet apud Nicolaum Mirepſum ſect. 38. numero 46. & in ſequentibus. Vide etiam Ætium lib. 3. cap. 57. & lib. eodem cap. 72. Cæl. lib. 7. cap. 26. Sunt & propomata, inquit, velut antecedentia pocula, vt ſint bibendi proœmia. Eſt apud Palladium caput lib. 3. quo pacto ſponte naſcantur propomata, id eſt, vina condita, cuiuſmodi eſt roſatum, & violatum. Huiuſmodi autem propomatum hodie apud Chriſtianos quoque maximus eſt, & frequentiſſimus vſus, quibus potatores maximi ceu proœmijs quibuſdam atque præludijs vtuntur, ad dirum illud ſuum propinandi certamen. Ac maxime quidem commune eſt propoma abſynthites, quod, vt Trallianus teſtatur, vim habet στόμαχον ῥῶσαι, καὶ λιπῦναι, καὶ ἀπωθῆσαι τὸ φλεγμῶδες ἐν αὐτῷ φλεγμαῖνον ſtomachum corroborandi, & extenuandi, expellendiq; excrementa quæ in eo continentur. Hoc fere propomate (vt taceam innumera alia vina factitia) potatores hodie maxime ab initio cœnæ vtuntur ceu pharmaco cùm heſternæ, atque præteritæ, tum futuræ ebrietatis, atque crapulæ. Fit autem iuſto Dei iudicio vt impijs iſtis potatoribus qui vino tàm nefariè abutuntur, omnis cibus potusq;, qui moderatè ſumptus illis non modo ſalubris, verum etiam ſuauis, atque iucundus eſſe poſſet, in fel, atque amaritudinem conuertatur. Nam amara primo ſunt plæraque illa quæ præſumunt propomata, atque cibi, vti dictum eſt, deinde amaræ & acerbæ ſunt illæ ipſæ ad quas ſe mutuo cogunt, immoderatæ violentæq; potationes, denique amariſſimæ ſunt potiones medicatæ, quibus tandem ſtomachi cruditates immoderato cibo potuq; collectas expurgandi cauſa vti coguntur. Sic igitur fit vt voluptuarij iſti homines quorum ſummum bonum eſt voluptas, quique voluptatem cum alijs in rebus, tùm maximè in cibo atq; potu conſectantur, multiplici atque moleſtiſſima nauſea faſtidioq; afficiantur. Quanta præterea eſt ſtultitiæ, imo inſaniæ, antidotum, vt eſt in prouerbio, ante venenum ſumere? Perinde bi faciunt atque ſi quis, poſtquam in animum ſuum induxiſſet venenum bibere, antidotum prius aliquod ſumeret: Sic enim iſti quoque vt vinum immoderatum, ceu venenum auidius atque largius haurire poſſint, antipharmaca illa præſumunt. Quantò ſatius eſſet illos veneno abſtinere, ita vt medicamento illis nihil ſit opus. Optima ac præſtantiſſima ebrietatis antipharmaca ſunt timor Dei, ſobrietatis ſtudium, ebrietatis, atque intemperantiæ odium. Cogitare deinde quàm turpe, quàm fœdum, quàm pernicioſum, quàm Deo hominibusque pijs inuiſum ſit ebrietatis vitium, quàm ſit à natura humana, à Chriſtiani hominis officio, à tua perſona quam Deus tibi impoſuit alienum. Quanta illud mala animi, corporis, atque fortunæ ſecum trahat. Proponas etiam tibi ante mentis tuæ oculos & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui ſalutis noſtræ ſitientiſſimus cruci affixus acerbiſſimam ſitim perpeſſus eſt, & illius membra, hoc eſt, plurimos homines inopes, pauperes, ægrotos, qui grauiſſima fame ſitiq; torquentur, ad quam reſtinguendã vix minima ſæpe vini guttula illis ſuppetit. Hæc ſi homines Chriſtiani diligenter, vt par erat, animis ſuis ſecum reputarent, nihil profectò illis opus eſſet illis vel laborioſis exercitationibus, vel amaris antipharmacis ad ebrietatem arcendam, ab ebrietate enim ſua ſponte toto pectore abhorrerent, nec ad illam ſe vllo pacto cogi, impelliq; paterentur. Plinius lib. 14. cap. 22. cum alia ebrietatis irritamenta à ſuæ ætatis hominibus excogitata fuiſſe ſcribit, tùm venena etiam bibendi cauſa confici fuiſſe ſolita cùm alij cicutam præſumerent, vt bibere mors ipſa cogeret, (en quo dementiæ ebrietas homines adigat) alij pumicis farinam, & quæ referendo pudet docere.

Propomatum varia genera.

Propoma abſynthites.

Antidotũ ante venenum ſumere.

Ebrietatis antipharmaca optima quæ ſint.

Secunda circumſtantia in propinationibus conſyderanda ſunt perſonæ, & eæ triplices, nempe conuiuij magiſtri, miniſtri, atque ipſi conuiuæ. Quoad primos attinet, iam antea dictum eſt apud Hebræos patremfamiliãs dextra manu poculum tenentem præmiſſis certis quibuſdam precibus propinationem fuiſſe auſpicatum, quem deinceps reliqui conuiuæ ſunt ſecuti, ac ſibi inuicem ex ordine propinarunt. Apud Græcos, & qui illos fuerunt imitati, Romanos moris erat aliquem è conuiuis ſorte eligi, qui bibendi leges (quas Græci συμποτικὰς νόμους leges conuiuiales, Horatius me-

Perſonæ ſibi inuicem propinantes.

ritò insanas appellauit) ferebat, quibus cæteros omnes parere necesse erat. Hic ergo, qui Symposiarcha, conuiuij rex, dominus, magister, bibendi arbiter fuit appellatus, ceu præsultor siue promachus propinationem inchoabat, quem mox alij subsequebantur ad illius imperium atque dictata bibere coacti. Ad certam enim mensuram atque numerum conuiuas bibere cogebat, & ceu ἐργοδιώκτης instabat, vrgebat. Hinc illorum imperia ab Horatio vini regna, à Cicerone magisteria fuerunt appellata, & illorum leges quibus conuiuæ ad insanas potationes, atque adeo ad insaniam adigebantur merito ab Horatio insanæ fuerunt dictæ Sat. 6. lib. 2. ad quas Cicero quoque eleganter alludit Verrina 5. Est enim imperator seuerus, & diligens, qui populi Rom. legibus nunquam paruisset, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. Huiusmodi quoque fuerunt illi οἰνόπται qui diligenter inspiciebant, num omnes ex æquo biberent. Verum de his antiquis Symposiorum magistris, illorum nominibus varijs, atque munere, quoniam supra copiosius est dictum, idcirco nunc sum breuior. Apud Christianos similiter hodie conuiuatores, siue conuiuij domini qualescunque illi sint, plærunque bibendi initium faciunt, cæterosq; conuiuas suo exemplo, ac quibuscunque possunt verborum stimulis ad insanas potationes incitant & impellunt. Ipsi quoque plærunque & primi fiunt ebrij, & præ cæteris conuiuis vino maximè implentur, cùm & ipsi alios inebriare conentur, & conuiuæ confertim in illos impetum faciant. Hinc fit vt multis vel ineptis nugatorijs atque ridiculis, vel obscœnis atque fœdis, vel etiam contumelioſis gestibus atque dictis conuiuas suos grauissimè offendant, ac in illorum vel odium atque offensionem grauissimam, vel certè contemptum incidant, quorum tamen gratiam, fauorem, atque amorem aucupari sunt conati: atque ita vt vulgo dicitur, operam & oleum perdunt. Non est ergo rarum illud quod vulgò à Germanis iactatur.

Viniregna.

Der Wirt der ist der aller best/ Dann er ist völler dann die gest.

Hoc est, hospes, seu conuiuator is est optimus, qui præ cæteris conuiuis vino maxime est plenus. Conuiuator ergo qui non modo conuiuarum (quæ certè illius sunt partes) sed etiam suæmet ipsius saluti, famæ, atque existimationi optime vult consultum, ab intemperantissimis huiusmodi potationibus sibi temperet, ad bibendum plus iusto nec ipse quenquam cogat, nec cogi se à quoquam alio patiatur.

Conuiuiorum ministri.

Secundum personarum genus sunt ministri, qui vinum vel recondunt, atque depromunt è cella vinaria (vnde promi, atque cellarij dicti) vel ex maioribus vasis in pocula infundunt (vnde οἰνοχόοι & ἐπιγχύται sunt dicti) vel aqua miscent, ac temperant (vnde pincernæ videntur appellari ἀπὸ τοῦ πίνειν, καὶ κιρνᾶν, à Suida ἐπικέρναι) vel pocula prægustant (vnde προγεύσαι Græcè, Latinè prægustatores) vel denique pocula conuiuis porrigunt, atque tradunt, quod Græcis est ὀπίγειν. De horum nominibus atque officio supra quoque multa dicta sunt, nunc dicenda ea quæ ad nostrum hoc propositum pertinent.

Ministrorum dura conditio.

Horum igitur dura, difficilis, & inquieta est in isto propinationum certamine conditio. Nam sine vlla ferè intermissione diurnis nocturnisque laboribus agitantur, vexantur, atque defatigantur potatorum assidue vina flagitantium summa importunitate. Deinde ipsi quoque dominis suis iam defatigatis, & languentibus sæpe συμμαχεῖν coguntur, & cum ab illis, tùm à conuiuis ad ebrietatem incitantur, atque coguntur, ita vt tandem illi quoque huic certamini succumbant, & neque pes, neque manus amplius suum officium faciat, ministerijque sui planè obliuiscantur. Quin imò plærunq; isti ministri quasi tubicines, atque buccinatores, classicum canunt, & vel sua sponte, vel dominorum suorum iussu atque impulsu cùm verbis, tùm propinationibus conuiuas ad strenuè potandum impellunt.

Ministrorum fraudes.

Quid dicam de varijs eorundem fraudibus, atq; fallacijs, quibus miseros conuiuas sæpe decipiunt, dum alijs pleniora, alijs minus plena, alijs meraciora, alijs diluciora pocula: alijs vina validiora, alijs tenuiora porrigunt, atque ministrant, sæpe etiam iuramentis falsis de manifestis suis fraudibus atque dolis se excusantes? Eò denique tandem res redit vt ministri dominis suis, atque conuiuis exequentur, atque adeò illis insultent, illos multis contumelijs, conuitijs, atque iniurijs afficiant, multis damnis sua ebrietate mulctent. Quam illud etiam absurdum & à ratione alienum principes prægustatoribus vti, veneni nimirum arcendi gratia, cum ipsi & sibimetipsis, & alijs venenum propinent, dum se, alios q;, ad vinum immoderatum, quod veneni instar obtinet, hauriendum inuitant?

Venio

Venio ad ipsos conuiuas, quorum in propinatorio hoc agone nobis cùm qualitas, tùm quantitas est consyderanda. Qualitas, dum nimirum vel amici amicis, noti notis, familiares familiaribus propinant, quò fit, vt sæpè tandem sibimetipsis inimicissimi reddantur. Vel ignoti ignotis propinant notitiæ, amicitiæque contrahendæ causa, sed tandem euenit, vt neque intueri se inuicem amplius, nedum nosse possint. Innotescit etiam illis sæpè mutua animi stultitia, atque improbitas, vnde musuus postea contemptus, atque odia nascuntur. Propinant etiam sæpè inimici inimicis, non tam inimicitiæ deponendæ, quàm vel tegendæ astutè, atque occultandæ, vel etiam magis inflammandæ gratia, atque hoc est, quod vulgò dicitur, auff hoffrächt trincken/ *aulico more bibere, quoniam simulare, atque dissimulare aulicorum est proprium, quam artem, qui ignorat, is exeat ex aula, in qua omnia fucata sunt, & simulata. Propinant præterea sæpè ætate, dignitate, authoritateq; superiores inferioribus, vt magistratus suis subditis, ecclesiarum pastores, scholarumq; moderatores suis auditoribus, atque discipulis, parentes suis liberis, seniores iunioribus, atque ita pessimo suo exemplo præter & contra omne decorum atque officium suum eos, quos regere, moderari, & in officio continere, quibus sobrietatis, omniumque virtutum exemplo prælucere debebant, corrumpunt, atque deprauant. Hinc fit vt se tandem illis contemnendos, atque irridendos propinent, nam æqualitas, vt vulgò dicitur, parit contemptum. Illi itaque vicissim omni deposito, abiectoque pudore, atque obseruantia, illos sine vlla sæpe honoris præfatione, ad idem bibendi certamen prouocant, id quod ipsum quoque ab omni decoro, non dico Christiano, sed ciuili quoque atque liberali est alienissimum. Tales erant illi potatores (quorum hodie inter Christianos numerosissimus est numerus) Hoseæ temporibus, qui, vt propheta ille testatur cap. 7. reges suos illorum die scilicet natali, siue inaugurationis atq; coronationis, vtre vini ægrotare faciebant (vt ille loquitur) hoc est, immoderatis suis capacissimorum poculorum (quæ vtrium nomine Synecdochicôs intelligenda) propinationibus ad ebrietatem compellebant, quæ corporis mentisq; sanitatem labefactat, quo nimirum deinde illis cùm corpore debilitatis, tùm animo effœminatis atque dementatis facilius pro suo arbitrio abuti possent. Illi enim, vt mox sequitur, vino & ebrietate ad insaniam redacti, manus suas ad illusores extendebant (alludit ad ebriosorum ineptas, & indecoras gesticulationes) hoc est, impijs illusoribus, Dei hominumque contemptoribus (tales enim, teste Salomone, vinum reddit) sese coniungebant, illos in delicijs habebant, ferebant in oculis, osculabantur, familiariter, atque hilare amplexabantur, in manibus habebant (qui mos est ebriosorum hominum) atque ita suam illis authoritatem, dignitatemque sibi à Deo tributam turpiter prostituebant, quam singulari morum probitate, grauitateq; tueri debuerant. Annon quæso illorum regum multi hodie Christianorum reges, atque principes simillimi reperiuntur; ita vt Hoseas non tàm suorum temporum reges descripsisse, quam de nostræ ætatis principibus, atq; magistratibus plurimis vaticinatus fuisse existimari possit.* Conuiuæ.

Præterea & viri mulieres non suas modò, verumetiam alienas, & mulieres vicissim oblitæ omnis pudoris, atque verecundiæ naturalis, viros non suos modò, verumetiam alienos, & ipsæ mulieres se inuicem ad ebrietatem prouocant. Denique pares cum paribus vt facillimè, secundum tritum prouerbium, cõgregantur, ita se quoque inuicem maximè ad immanes illas propinationes lacessunt atque impellunt. Sæpe etiam numero fit (vt illud quoque addam) vt conuiuæ postquam neminem conuiuarum vident, vel velle, vel etiam posse voluntati seu potius libidini suæ satisfacere, atque morem gerere, ad seruulos atque ancillas vel vilissimas decurrant, illis propinent, illis compotoribus vtantur, id quod cùm apud antiquos, tùm etiam hodie apud populos quosdam valdè indecorum videtur esse, atque inciuile, cum tamen idipsum hodie multis humanissimum, liberalissimumque esse videatur. Seruis vel ancillis labore nimio defatigatis, atque sitientibus cibum, potumque nonnunquam præbere illos reficiendi, recreandiq; causa humanitatis videtur esse, sed eosdem ad ebrietatem cogere, vt hodie plærunque fieri solet inter Christianos, valdè cùm inciuile est, tùm inhumanum.

Quoad quantitatem, vel vnus vni propinat, quod monomachiæ cuiusdam siue duelli instar obtinet. Aliquando vnus, dum vult ἀνδρίζεσθαι, vt Syracides loquitur, hoc est, corporis sui vires, roburq; ostentare plures, vel simul conuiuas omnes ad bibendum prouocat, qui ferè Gallorum mos est, dum illud suum aloius, hoc est, agedum vsurpant. Nonnunquam plures, vel conuiuæ omnes in

Digitized by Google

vnum aliquem, vt conuiuij dominum, peregrinúmue aliquem impetum faciunt, & si illum propinationibus suis prostrauerint, egregiam laudem, & spolia opima sibi videntur retulisse. Demq; plures sæpe pluribus, vt qui sedent in vna mensa, alijs qui sedent in altera mensa certam vini mensuram propinant. Hæc de personis, ex quarum ipsarum consideratione propinationum istarum indignitas, atq; fœditas magis apparet.

Tertia propinationum circumstantia, vinum.

Sequitur tertia circumstantia in propinationibus consyderanda, vinum nempè quo illa potissimum exercentur. Quæ autem de vino dicentur, eadem ferè ad ceruisiam, & alios potus inebriandi vim habentes, referri possunt. Vinum ergo, vt inde potissimum exordiar, vel purum, seu meracum bibitur, vel aqua dilutum, & quasi fractum, vt Germani vocant, quoniam vis eius frangitur, atq; debilitatur. Antequam verò de antiquorum vini temperaturis dicam, operæpretium erit de nominibus quædam præmittere. Hebraicè מסך *masak* & vinum miscere aqua, & infundere sæpe significat. Vt Isa. 5. Prou. 9. Rabbini interpretantur ערב *aarab*, & ברבל *cercel* (vnde forsan κεφᾶν Græcum) id est miscuit. Hinc מסך *masek*, Psal. 75. mixtio, & מבסך Prouerb. 23. vinum mixtum. מזג *masag* quoq; Hebr. idem quod miscere, vnde מזג *masag* poculum mixtum seu temperatum, Cant. 7. & יין מזוג *iain masug* vinum aqua temperatum. Græcis similiter κεραύνειν, siue κεᾶν, κίρναι, κεραίειν, κερνύειν, &c. cùm οἶνον μίσγειν τῷ ὕδατι, id est, vinũ aqua miscere, tùm simpliciter ἐγχεῖν, & διδόναι πιεῖν, id est, infundere, & poculũ ministrare significat, vt Eustath. & alij Grammatici docent. Cùm itaq; hæc vinũ aqua miscendi consuetudo apud Orientales fuerit usitatissima, non est mirum & Hebræis, & Græcis vnum idemq; vocabulum cùm vinum aqua diluendi, tùm infundendi significationem habere, cùm vinum non nisi aqua dilutum infundere sint soliti, cùm vina haberent fortia. Hinc & κέρας, & κρατὴρ, & pincerna denominatur, & vinum hodie vulgari lingua Græca κρασὶ appellatur. Vinum autem purum, seu meracum à Græcis appellatur ἄκρατος, quod aliquando coniungitur cum οἶνος, aliquando sine adiectione οἶνος ponitur, vt merum apud Latinos: & οἶνος ἀκήρατος, vinum purum, non adulteratum, cuiusmodi est cauponum. Huic opponitur οἶνος κακεραμένος, vinum aqua temperatum. Item οἶνος δικήρατος, siue δύκρατος, ευκρας, & ινκρανὴς Polluci, & alijs Græcis est vinum aqua temperatum, atque dilutum, cui opponitur δύσκρατος, malè temperatũ. Item οἶνος αὐτοκήρας, αὐτόκρας, αὐτοκρανὴς, αὐτακρὴς Ionice, & αὐτόκρατος ὁ μηδεμιᾶς προσθήκης δεόμενος, (cuiusmodi est vinum cauponum) per se mixtum, quod eius temperiei est, vt admixtione nulla illi sit opus. κρᾶσις mixtura Hippocrati significat aquæ mixturam, qua aquæ frigiditas calidiore addita frangitur, vt annotat Galenus Com. 3. εἰς τὰ περὶ διαίτης. κρᾶμα vinum propriè aqua mixtum, seu dilutum significat. Plutarchus de Sanitate tuenda, τὸ κρᾶμα καίτοι ὕδατος ἰσχύον πλέιονος, οἶνον καλεῖσθαι. Hac voce Clemens Alexandrinus libro 2. Pædag. capite 2. sæpe vtitur. κρᾶσις mixtio mixtura peculiariter de ea mixtura dicitur, qua aqua vino miscetur, de qua postea. πόκρατος, siue νεοκρας Polluci. ὁ νεωστὶ κακεραμένος, vinum recens mixtum seu dilutum. Latini vinum miscere, & temperare dicunt. Tibul. lib. 1. Eleg. 7.

Temperet annosum Martia lympha merum.

Idem libro secundo Eleg. prima,

Mistaque securo est sobria Lympha mero.

Miscere Latinis similiter, & aqua temperare, & infundere significat.

De authore primo temperaturæ vini varia traduntur. Alij enim Staphylum Sitheni filium, vt scribit Plinius, vinum aqua miscere primum cœpisse volunt, alij, vt vult Staphylus apud Athenæum, Melampum id primum fecisse tradunt. Philochorus apud Athenæum libro quarto, vini κρᾶσιν συμμετρον ab Amphyctione rege Athenienses primum edoctos fuisse testatur, & idcirco templum siue aram Dionysij ὀρθᾶ, id est, rectè condidisse, quoniam tunc ὀρθὸς ἦν τῷ ὄντι καὶ σώφρων, ὅταν συμμέτρως, καὶ κακεραμένως πίνηται. Polyphemus contrà vt barbarus, & temulentus, increpat Vlyssem vinum aqua temperantem, cùm illud sic corrumpi existimaret, de quo vide Eras. in Adag. Perdidisti vinum infusa aqua. Plato contrà monet, vt Bacchum temulentum deum Nymphis sobrijs deabus temperemus.

Huiusmodi porrò mixtio longis temporum interuallis non exiguam varietatem accepit, tùm à natura vini, tùm à natura bibentium, tùm etiam à tempore quo potabatur. De quo sic Mercu-

rialis

ridis ex Athenæo & alijs, libro 1. Lectionum variarum, capite 18. *A natura vini primum varia-ta est mixtio, quando Maroneum vicies tanto aquæ addito ob eius vim miscendum esse voluit Homerus: cuius generis vini facultas vigorque indomitus etiam Mutiani ter consulis tempore durabat, qui eius sextarios singulos octonis aquæ misceri comperit. Sic enim Falernum indomitum vocauit Iuuenalis, quod vix & ipsum multa aqua domaretur: vt Galenus aliud ὀλιγοφόρον, quod pauca aqua vincebatur. Atqui communes vini temperaturas tres extitisse, ex Prouerbio antiquo,* ἢ πέντε πίνειν, ἢ ἕξ ἢ μὴ τέτλαφι, *monstrat tertiò Symp. Plutarch. vbi ait: Qui Dionysij harmonias callebant, eos tres vini cum aqua consonantias aspexisse, sesquialteram, diapasôn, & diatessaron.* πέντε *namque hemioliam denotasse, quæ efficiebatur tribus aquæ partibus duas vini addendo.* τρία *indicasse diapasôn, quæ fiebat, vni vini parti duas aquæ immiscendo.* τέτλαφι *diatessaron significasse, quæ nascebatur ex tribus aquæ partibus, & vna vini simul temperatis. Addit idem Plutarchus, postremam & sesquitertiam portionem tanquam remissam & sobriam ijs in vsu fuisse, qui in Prytaneo dominabantur, & qui Philosophiæ aut contemplationibus incumbebant: nempe quos mente præditos atq; sobrios esse conueniebat. De qua etiam temperatura Ion poëta apud Athenæum sermonem faciens, dicebat:*

A natura vini quomodo varia sit mixtio.

Tres cõmunes vini temperaturæ.

Εὑρὼν ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο
Πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσι τρεῖς.
Πρὸς ἕνα κυάθους.

Huiusce temperaturæ Hesiodus quoque meminit lib. 2. Op. & Dier. his versibus:

Κρήνης δ' ἀενάου, καὶ ἀθρῴσσοντος ἀθόλωτου
τρὶς ὕδατος ἀρξάμενος, τὸ δὲ τέτρατον ἐμβάλ' οἴνου. *Id est,*
Et fontem perennem & defluentem, qui sit lympidus
Tres aquæ partes infundas, & quartam immittas vini.

Alios verò à prædictis eam mixtionem effugisse: vnde Menander apud Athenæum,

——Οὐ γὰρ αὔποτε
Ἐπινον τρεῖς ὕδατος, οἴνου δὲ μόνον.

Temperaturam porrò, quæ ex duabus aquæ partibus, & vna vini mixtis conficiebatur, mentem turbare, & leuem quandam ebrietatem inducere creditum: eam autem, quæ ex duabus vini partibus, aquæ tribus mixtis sub πέντε *complexa contemperabatur, somnum inducere, curarum obliuiones parere, passiones sedare, dictum. Sed illud* πέντε πίνειν *secus intelligi debere, Athenæus censuit, qui hanc mixtionem ex duabus vini partibus & quinque aquæ factam fuisse scripsit, atque ad id comprobandum nonnullorum poëtarum testimonio vsus est. Qui meracius bibere volebant, præter dictas mixtiones ex aduerso quinque vini partes duabus aquæ miscebant. Id quod Athenæus idem Anacreontis authoritate comprobat:*

Ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν ὦ παῖ
Κελέβην, ὅπως ἄμυσιν
Προπίω, τὰ μὲν δύ', (alij legunt τὰ μὲν δὺ') ἔγχει
Ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου
Κυάθους, ὡς αὖ ὑβρίσωσιν,
Agedum affer nobis puer
Celeben, vt amystin
Propinem, decem quidem (siue duo) infunde
Aquæ, quinque autem vini
Cyathos vt insolescentem.

Eustath. Od. ν. aliter prouerbium illud est interpretatus, vbi ait, τρία significasse vnius vini cyathi cum duobus aquæ confusionem, πέντε *duorum vini cum tribus aquæ:* τέτλαφι *totidem vini quot aquæ: quod dicitur & ab Hippocrate, & apud Athenæum:* ἴσον ἴσῳ. *Ab his verò extitisse & quartam bibendi rationem, vt si quis merum bibere maluisset, quam* παράλυσιν *afferre, sicuti superiorum trium mixtionum, duas priores hominum sanorum esse, & tamen bilarorum, postremam insanorum, scripsit. Potest alia fortasse non inepta prouerbij,* ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτλα-

& explicatio afferri: quod illo vetaretur quartum cyathum, siue vltra quintum potari, sed vl tertium duntaxat, vel vsq; ad quintum. Scribit Plinius à Democrito conditum esse volumen, quare cyathi quaterni & sextarij non essent potandi. Eubulus quoq; apud Athenaeum quartum cyathum ὕβρεως, sextum κώμων & post hunc alios aliorum vitiorum esse maiorum fecit, vt intelligere possimus, quartum cyathum nunquam laudatum. A natura bibentium quoq; variata fuit vini temperatura: quoniam iam & natura calidi ac desides maiorem aquæ mensuram adhibebant: ex aduerso frigidi, debiles, & exercitati minorem. Et propterea senes (vt disputat Plutarchus) qui magis mero gaudent, meraciorem mixtionem semper secuti inueniuntur: idq; Achilles apud Homerum animaduertens, cum Phœnicem & Vlyssem senes esse, ac in armis tota die occupatos, ob idq; non aquoso, sed meraciore vino, quemadmodum cateros senes, gaudere sciret, vinum paucum aquæ misceri iubet, sub hisce verbis, ζωρότερον ὀπάραρε. Qua voce vsus est quoque Hippocrat. libro de Exectione, item de Nat. mulieb. & alibi. Etsi non defuerint, quibus apud Plutarchum hanc Homericam sententiam in diuersos trahere sensus placuerit. In anxietudine, oscitatione, & horrore dicebat Hippocrates. οἱ δ' ἴσοις ἴσῳ πυκνῷ δ' ἐλέειτλῳ νοῦσον; videlicet vinum pari aquæ portione epotum soluit morbum, quum mixtionem appellans meraciorem Galenus, sub his verbis, ἐχρῆν οὖν τῷ εἰρημένῳ οἴνῳ πόσιν θερμοτέρην ἀκρατίσειν demonstrat similem vini temperiem magis mero cæteris accessisse. Denique secundum tempus vini mixtiones diuersas fuisse constat, cùm præter medicorum præcepta, qui dilutius æstate, meracius hyeme bibendum voluerunt, etiam veterum mores attestentur. De liberis & ingenuis loquor: quoniã me non latet, Catonem præcepisse, vt mancipia, & vniuersa ruris familia hyeme aquosius & parcius, vere & æstate, quando magis laborarent, largius ac meracius potarent: quomodo Hesiodi sententiam interpretandam puto, qui meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidemq; postea vti suadet. Hactenus Mercurialis de varijs vini temperaturis, de quo etiam consulere poteris Erasmum in Prouerb. Perdidisti vinum infusa aqua. Item aut quinq; bibe, aut ter, aut ne quatuor. Athenæum ipsum vide lib. 1. & lib. 2. de Inuent. primo mixtionis Amphyctione, de Nymphis nutricibus Bacchi: de ἀκράτου Iouis seruatoris. Lib. 10. περὶ τῆς κράσεως οἴνου, Scytharum ἀκρατοποσία. Vas (vt hoc quoque addam) quo aqua vinum miscebatur, & misturius à Lucilio poëta fuit dictum, à miscendo, & luter, à luto siue loto, quòd pro diluo veteres vsurparunt. A Græcis κρατὴρ ἀπὸ τῆς κράσεως.

Anatura bibentium mixtio variatur.

Mixtiones diuersæ secundũ tempus.

Meri potatio quondam probroducebatur.

¶Meri potatio quæ ἀκρατοποσία dicitur, olim probro ducebatur, qua quoniam Scytharum gens fera, atq; barbara delectata fuit, idcirco σκυθικὴ πόσις, siue θέποσις, id est, Scythica propinatio siue potatio dicta est Polluci & Athenæo. Vnde Anacreon:

Ἀγὲ δ' ἄστυ, μηκέθ' ἕτω	Agite date, ne amplius ita
Πατάγῳτε κἀλάλητῷ	Strepitu & fremitu
Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ	Scythicam potationem inter vina
Μελετᾶμεν, ἀλλ' καλοὺς	Exerceamus, sed pulchros
Ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις.	Potantes inter hymnos.

Et ὀλισθυρίζεσθαι Lacedæmoniorum adagio dicitur, pro eo quod est vinum merum intemperantius bibere. Et Achæus in Æthone Satyrico σκυθοπεῖν, siue σκυθιστὶ πεῖν dixit, pro eo quod ἀκρατοπεῖν meracius bibere. Hæc Athen. lib. 10. Idem refert Cleomenem regem Spartanorũ cum Scythis agentem, consuetudinẽ & illorũ ἀκρατοποσίαν imitantem, ad insaniam fuisse redactũ, quemadmodum interpretantur Spartani. Hinc natum (Herodoto teste) apud eosdem Spartanos vulgare dictum, vt si quando velint ζωρότερον, siue ἀκρατίσειν πίνειν, id est, intemperantius bibere, dicant ὀλισθύδιον, hoc est, minimum infundito aquæ, pro eo quòd dicendum erat ὀλίγυδρον, id est, infunde aquam. Athenæus quoq; dubitat, num à Scythis scyphus (poculi genus) habeat nomen, vt σκύτος & dictus sit, quasi σκυθος. Scythæ igitur atq; Thraces ἀκρατοπόται dicti sunt, id est, merobibi, vnde plærunq; conuiuia illorum sanguinolenta fuerunt atq; tumultuosa. Atque vinum hic mos plusquam barbaricus intra Scytharum & Thracum fines constitisset, nec ad nos vsque diuanasset. Non enim solùm bibimus intemperanter, verumetiam cogimus alios ad bibendum, & recusantem ferro adorimur, quum inhumanius penè sit cogere ad bibendum qui non sitiat, quàm sitientem submouere à potu, quemadmodum eleganter apud Athenæum dixit Sophocles, Τὸ μὴ θέλοντα πίνειν, ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῶντι μὴ πιεῖν. Sed Scythicæ illæ propinationes Christianos hodie sunt familiariss-

Scythæ & Thraces ἀκρατοπόται.

Scythica Christianorum propinationes.

Digitized by Google

miliarissima, quibus vtuntur ad se inuicem conficiendum. Quod si quando aqua vinum miscent, id non fit temperantiæ, sed vel ebrietatis, vel auaritiæ causa. Nam & bibones vino nonnunquã vtuntur dilutο, quò plus vini haurire & absorbere possint, dãtq; operã vt sibi quidem vinũ dilutius, alijs verò meracum infundatur. Caupones præterea pro antiquo more, & consuetudine lucri, & quæstus causa vinum aqua diluũt, seu corrumpunt potius, atq; adulterant, vnde sæpenumero sacræ literæ eiusmodi cauponum mixturis dolosis veræ doctrinæ, verbiq; diuini corruptelam adumbrant, de quo suprà. Vnde etiam spurcum vinum, teste Festo, dicebant antiqui, cui aqua erat admixta, quod sacris adhibere non licebat. Eodem nomine etiam dicebatur defrutum, aut igne coctum mustumue antequam deferuescat. Obseruandum quoq; vinum nonnunquam non aqua, sed alio vino efficaciore misceri, vnde prouerbium, Thasium infundis. Nam Thasia vina laudatissima quondam fuisse testatur Apul. Apol. 1. Sæpe quoq; conuiuis imponitur, dum illis aqua vinum miscere volentibus, pro aqua vinum album aquæ colore simillimum supponitur. De vino meraco post cibum, degustari solito, quod boni Dæmonis poculum fuit appellatum, & de vino temperato aqua, quod postea biberũt, quodq; poculum Iouis Seruatoris fuit dictum, vide Athen. lib. 2. de quo infrà pluribus.

Spurcum vinũ.

Thasium infundere.

Quoniam autem veteres à meri potationibus abhorruerunt, mirum non est in cœna Dominicà antiquitus à Christianis non vinum meracum, sed aqua dilutum fuisse adhibitum. De consec. dist. 2. legimus quosdam lacte vsos esse, alij etiam aquam adhibuerunt, quorum consuetudo mox explosa atq; reiecta fuit. Aquarios diligenter refutat Cyprianus epist. 5. ad Cæcilianum, idemq; probat mixtionem quam Græci κέρμα vocant, affert etiam rationem probabilem, quia ex latere Domini fluxit sanguis, & aqua. Iustinus similiter in 2. Apol. pro Christianis ὕδατος, καὶ κέρματος facit mentionem. Et Cyprianus epist. 68. ad Cæcilium hac de re ex professo disputat, cuius hæc sunt inter alia verba, Admonitos autem nos scias, vt in calice offerendo dominica seruetur traditio, neq; aliud fiat à nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecit, vt calix, qui in commemoratione eius offertur, mixtus vino offeratur, &c. Eadem de re vide Clement. Alexand. lib. 2. Paed. cap. 2. statim ab initio, vbi similiter illam vini mixtionem in cœna Domini κέρμα vocat. Hæc mixtura varias postea disputationes peperit: an scilicet aqua illa simul cum vino mutetur in sanguinem Christi: an verò vinum in sanguinem, aqua in phlegma mutetur. Quidam disputarunt, aquam sine mutatione accidentibus vini circumfusam in aëre pendere. Hæ disputationes extant Extra, de celebrat Missarum ca. cùm Martha. Hæc de vini temperatura sint dicta.

Veteres cur in cœna Dominica non merum, sed vinũ aqua dilutum adhibuerint.

Aquarij refutantur à Cyp.

Vinis porrò vinolenti isti homines in suis propinationibus vtuntur non modò meracis, verumetiam conditis, atq; factitijs quàm plurimis, de quibus suprà dictum est. Iis multa iniiciunt, quæ partim ad ebrietatem arcendam, partim ad sitim inflamandam, partim etiam ad nauseam stomacho ex improuiso mouendam videntur facere. Quin imò solent nonnulli sal quoq; & fœda alia poculis aliorum injicere ad vomitum illis concitandum, atq; ita illos aliorum ludibrio, ignominiæq; exponendum. Persarum multi farinam in vinum iacientes bibunt, alij ouorum lutea, vt author est Athen. lib. 10. cap. 9. Plutarch. lib. 1. Symp. Prob. 1. docet veteres buglossam vino injicere fuisse solitos, quod hac conuiuis εὐθυμίαν, καὶ εὐφροσύνην, id est, hilaritatem, comitatemq; conciliare existimaretur. Græci vinum vnguento mixtum bibebant, & supra quam satis esset, aut necessitas postularet, hac mixtione vtebantur, vt testis est Athen. lib. 15. cap. 18. Plin. 31. ita scribit, At Hercules iam quidam etiam in potu addunt (vnguenta) tantiq; amaritudo est, vt odore prodigo fruantur ex vtroq; corporis parte, exteriore & interiore. Hinc Iuuenal. Satyr. 6.

Vina adulteria.

Quum perfusa mero spumant vnguenta Falerno.

Athen. quoq; tradit nonnullos olim vinis coctis vsos fuisse, vnde vinum ἀπύρηνον Arcadino dixit id est, non coctum. Hodie vina arte parata, & sacchanta (quorum plurimus apud Anglos est vsus) quæ videlicet peregrinis aromatum saporibus in saccos additis, transmittuntur, ac percolatur, maximo sunt in vsu, quæ vini genera vulgò Clareti, & Hippocras nominibus appellantur. Vinis præterea potatores isti insani vtuntur, partim validis, partim tenuibus, & vtrumq; ebrietatis gratia.

Vina olim meliora atq; validiora ab initio cœnæ apud Hebræos quidem fuisse apposita, ex illius architriclini Euangelici verbis videtur posse colligi, Ioan. 2. qui postquam degustauit aquam illam in vinum à Christo conuersam ad sponsum inquit, Omnis homo primò apponit bonum vinum, postquam autem conuiuæ vinò se expleuerint, tunc id quod est deterius affert: tu verò bonum vi-

num ſeruaſti vſq; adhuc. Apud nos contrà vina meliora, atque validiora poſteriore loco, priore autem minus bona apponuntur. Fit tamen ſæpè vt ſtrenui iſti potatores iam vino onuſti, quo diutius certamen illud ferre, ac ſuſtinere poſſint, poſtremò tenuiſſima vina poſtulent, quæ vulgò in minora pocula infunduntur, vt præſtantiora in meliora. Quid dicam, quod non contenti vno vini genere, vel etiam duobus, in vna cœna multa ac diuerſa vini genera apponuntur. Res olim apud Romanos inuſitata habebatur, quod in triumphali cœna quatuor vini genera à Iulio Cæſare, tanto Imperatore, nempe Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum, fuerant appoſita, cum hodie in quibuſuis, & quotidianis vel tenuiſſimæ ſortis atque conditionis hominum compotatiunculis tot, vel plura etiam vini genera apponantur. Vt autem ciborum, ſic vinorum quoque varietas, atque diuerſitas dubium non eſt, quin valetudini plurimum officiat. Plutarchus quoque Sympoſ. lib. 4. Probl. 3. teſtatur, diuerſorum vinorum vſum ad ebrietatem plurimum habere momenti, αἱ ἀλλοιίαι, inquit, λεγόμεναι τάχιστα μεθύσκουσι, id quod vel ipſa experientia quotidiana teſtatur. Quid dicam, quod non contenti plærique vinis patrijs, atque domeſticis, quæ nobis Deus ſua gratia largitur, quæq; valetudini noſtræ maximè ſunt accommodata, importatis, & aduentitijs, plærumq; propolarum, negotiatorum, atq; cauponum fraudibus adulteratis cum maxima non pecuniæ modò, verumetiam valetudinis noſtræ iactura vti malumus? Vt olim Romani non contenti ſuo Falerno, quod optimum erat & ſaluberrimum vinum, nauibus vindemiam condebant, vt M. Varro loquitur, ex inſula Coa & Chia. Eo nomine Clemens Alexand. lib. 2. Pæd. cap. 2. ſuæ quoq; ætatis Chriſtianos grauiter his verbis reprehendit, Non ergo, inquit, vinum Chium magnopere requirendum, ſi abſit, nec Arethuſium, ſi abſit. Sitis enim eſt ἐνδείας τινὸς πάθος, id eſt, indigentiæ alicuius affectio, ad quam explendam quærendum conueniens auxilium, non autem vinum ardens, ac fumoſum. Langueſcentis autem, & imbecillæ propter intemperantiam appetitionis ſunt tranſmarinæ vini importationes, deſipiente in deſiderijs animo vel ante ebrietatem. Nam & Thaſium ὠδὲς, id eſt, odoriferum, & Lesbium εὔπνουν, id eſt, bene ſpirans, & Creticum γλυκὺ, id eſt, ſuaue, & Syracuſanum ἡδὺ, id eſt, dulce, & Mendeſium quoddam Ægyptiacum, & inſulare Naxium, & aliud aliquod εὐθυμίας, id eſt, bene flagrans ex Italia. Multa quidem hæc nomina. Moderato conuiuæ vinum vnum, quod ex vnius Dei agricultura prouenit. Quid enim, an non vinum in ſua patria natum cuique ſufficit ad ſuam explendam cupiditatem? Niſi fortè etiam aquam ſint importaturi quemadmodum ſtulti reges. Choaſpes, qui ſic dicitur, eſt fluuius India, cuius eſt ad potum optima aqua Choaſpia. Quemadmodum autem vinum vinoſos, ita quæ inuehitur aqua diuites miſeros efficit in delitijs. Hæc ille. Similis hodie eſt Chriſtianorum luxuria, qui vina patria faſtidientes ſæpè omnium optima, atque ſaluberrima, peregrinis ſupra modum gaudent, atque delectantur, licet deterioribus, cum magno & rei familiaris, & ſanitatis ſuæ diſpendio. Ac omnino Chriſtiani hodie vino ad duo maximè contraria vitia abutuntur, nempe cùm ad ebrietatem, atque luxuriam, tùm ad auaritiam, vt propolæ, monopolæ, atque caupones. Prætereà inſani illi potatores quo plus vini abſorbere poſſint, illud quoque vel calefieri, vel refrigerari curant. De quo vini calefaciendi, refrigerandiq; modo ſuprà dictum eſt, cum de aqua calida ageremus. Sic illi non modò vinorum ſapore, odore, atque colore, verumetiam cùm calore, tùm in primis frigiditate ad ebrietatem abutuntur.

Vinorum varietas in epulis

Vina aduectitia.

Vini duplex abuſus.

DE POCVLIS CEV PRAECIPVIS PROPINATIONVM INSTRVMENTIS, DE EORVM nominibus, materia, atq; forma multiplici.

CAPVT XII.

SEQVITVR tertia & quidem latiſſimè patens propinationum circumſtantia, pocula nimirum, quæ quidem maxima & potiſſima ſunt propinationum, luxuriæ, atque ebrietatis inſtrumenta. Hæc enim ſunt veluti tormenta atq; tela bellica, quibus Cyclopici illi potatoris

Cyclopici potatores.

potatores se inuicem torquent, petunt, atque prosternunt. Hinc eleganter Ambrosius libro de Helia & Ieiunio cap. 13. Cernas poculorum diuersorum ordines, aciem ordinatam putes: vasa exposita aurea, & argentea, pompam arbitreris, cornu in medio vini plenum. (hic est crater) Non epularis, sed præliaris instrumentum buccinæ, quod discumbentes in certamẽ accendat. De poculorum primo nominibus generalioribus, deinde substantia atque materia, tùm quantitate, postremo forma dicemus.

Poculorum nomina. Hebræa.

Hebræis commune est nomen כוס Cos in plurali כוסות Cosoth. Gen. 40. Psal. 10. Hierem. 35. Ab hoc nonnullis χὰς (quod est mensuræ genus heminarum octo, siue duorum cantharorum) videtur promanasse: & χεῖις quod videtur esse diminutiuum à χὰς continens duos sextarios seu vnum cantharum. Est etiam χοῖνιξ Græcis dimensum continens tres cotylas. Cotyla

Græca nomina poculorum. Amorgus poeta

Græci vasa ex quibus bibitur generatim ποτήρια vocant, cuius nominis primus inuentor dicitur Amorgius poëta ἀπὸ τῆς πόσεως, hoc est, à potatione, siue vt nonnulli volunt, ἀπὸ τοῦ πρεῖν τὴν πόσιν, vnde Ceres ποτηριοφόρος, hoc est, poculifera, siue poculorum gestatrix dicta est, quæ in Achaia culta fuit, κατὰ τὴν Ἀνθείων χώραν, vt ex Antocrate probat Athenæus: hinc ποτηριογλύπτης poculorum sculptor siue celator. ποτὴρ etiam Euripidi est idem quod ποτήριον; Hesychio autem est μέτρον ποιόν.

ποτήριον.

ποτὴρ.

Πότημα quoq; est poculum, si Hesychio credimus, qui scribit πότημα, ποτήριον, ἢ ὁ τόπος αὐτὸς, vbi Stephanus pro τόπος putat reponendum πότος. Σκάφματα quoq; Græcis, præsertim Athenienſibus generatim pocula dicta sunt. Sunt & alia quoq; apud Græcos plurima vocabula, vt κύαθος, κύλιξ, σκῦφος, &c. quia licet speciatim certa poculorum genera significent, tamen generatim sæpe pro quouis poculo vsurpantur. πίναξ quoq; cùm pro esculento, tùm poculento vase vsurpatur. Apud Homerum crebrò πινακες χρειοῖ, πινακες σίτου. Dicuntur etiam πίνακες οἴνου, & quidem Eustathio teste Od. Π. magis propriè ἀπὸ τοῦ πίνειν nimirum nomine deducto.

πότημα.

σκάφματα.

Pocula.

Latinis hæc bibendi instrumenta generatim pocula dicuntur, nimirum à potu, siue potando (quæ nomina à Græcis sunt deriuata) inde diminutiuum pocillum, hoc est, paruum poculum, & pocillator, id est, pincerna. Potoria quoque à Plinio & alijs nominantur. Poteria Plautus vocę Græca vtitur in Trinumo. Habent quoque innumera vocabula cùm propria, tùm à Græcis deriuata, quæ cùm certa quædam & peculiaria poculorum genera denotant, tùm generatim pro quibuslibet poculis accipiuntur, vt est scyphus, calix, patera, trulla, cupa, cantharus.

pocillum.

Potoria.

Poteria.

Scyphus.

Calix.

Manus naturalia est maximè propria hominis pocula.

Nunc dicamus de poculorum substantia, atque materia. Pocula, vt inde exordiar, hominis maximè propria atque naturalia sunt manus, quas natura, seu Deus potius naturæ author, homini soli ceu animali & erecto, & excelso, & mentis, rationisq; participi, ad rationis, prudentiæq; suæ munera exequendum tribuit, vt Aristoteles & Galenus testantur. Diogenes itaque cum vidisset puerum aquas manibus haurientem, abiecit poculum, quod habebat ex ligno, dicens; Nesciebam, quod natura haberet poculum. De hoc poculo naturali eleganter dictum est illud à Calphurnio in Bucolicis,

Concauat ille manus, palmasque in pocula vertit.

Hoc poculo sæpè milites, & ipsi quoq; duces in bello, aliorum poculorum inopia, vti coguntur. Deus quoq;, sicuti scriptum est Iudic. 7. hoc poculo naturali explorare voluit Gedeonis milites, qui aduersus Madianitas erant pugnaturi. Illos enim à Gedeone ad pugnam illam voluit deligi, qui manu ad os reducta aquas bibebant, canumq; instar lambebant, contrà illos reijci, qui flexis poplitibus, se se ad aquam bibendum abiecerant. Nero quoque Imperator crudelissimus, atq; luxuriosissimus (id quod sæpè eiusmodi hominibus accidere solet) in misera illa sua fuga, cum ad necem quæreretur, extrema siti afflictus, aquam cœnosam (pro delicata illa sua decocta) ex subiecta lacuna potaturus, manu (cum antea sumptuosissimis poculis vsus esset) haurire fuit coactus, vt testis est Suetonius in eius vita. Item Dario, & alijs sæpè potentissimis, ac superbissimis principibus accidit. Manibus potatores multifariam in immanissimis illis suis propinationibus abuntur, vt experientia quotidiana testatur, quò fit, vt illæ iusto Dei iudicio plerunq; tremore corripiantur, Deo sic manifestè fœdissimum manuum abusum puniente ac vindicante.

Suetonius in Nerone.

Capitibus siue cranijs humanis Scythæ olim, alijq; populi Barbari vsi sunt, quibus etiam nunc hodiè nonnulli vtuntur, de quo primo in libro dictum est, in explicatione epularũ funebrium. His

Pocula ex craniis. Scythæ usurpauerunt

Digitized by Google

adde quod Sigismundus Baro in suis Commentarijs rerum Moscouiticarum tradit, Suuatoslaum principem Rhutenorum anno mundi 6480. Cures princeps Pieczenigorum ex insidijs interfecit, & ex cranio eius poculum confecit auro circundato, cum hac inscriptione. Quærendo aliena, propria amisit.

Athenæus lib. xi antiquos ex cornibus bouillis bibisse.

Poculæ ex cornibus.

Iam verò partes quædam animàlium ad poculorum vsum destinantur. Ac cornuum quidem ad eam rem antiquissimum vsum fuisse legimus. Athenæus libro 11. tradit antiquos ex cornibus bouillis bibere fuisse solitos, & idcirco Dionysium κεραστὴν cornutum fingi, & Taurum à pluribus nuncupari, & ταυρόμορφον, id est, taurina facie conspici in Cyzico. Eiusdem moris ex cornibus bibendi id quoque esse indicio, quod & vinum aqua miscere κεραννύναι dicatur, & vas ipsum in quo huiusmodi mixtio fiebat, κεραστὴρ appelletur ἀπὸ τῶν κέρατος quasi κεραστὴρ, ἀπὸ τῶν εἰς κέρατος ἐγχεῖν τὸ πόμα, id est, quod potus in cornu infundatur. Hinc Ambrosius quoque loco paulò ante citato, Cornu, inquit, in medio vini plenum. Addit Athenæus ibidem, Nostris quoq; temporibus cornuum apparatus cernitur, quæ ῥυτὰ Rhyta nonnulli appellant. Poëtæ præterea multi antiquos inducunt ex cornibus bibentes. Profert etiam exempla Centaurorum, Thracum, Paphlaganorum, Perhæborum, Philippi regis Macedonum, regum Pæoniæ, qui ex cornibus (quorum labra nonnunquam vel auro, vel argento operiebant) bibere consueuerunt. Athenienses autem argentea cornua facientes ex ijs bibebant. Ælianus author est Ptolomæo Secundo ex India cornu bubulum allatum, quod tres amphoras caperet. Quidam autem cornua aurea vsurpabant, alij osculum poculi aureum, vel argenteum faciebant. Pæonios aiunt boues educare, qui cornua gestent tantæ magnitudinis, vt ea pere possint tres, aut quatuor choas, & idcirco ex ijs facere pocula, quorum labia auro, argentoue circumducebant, Athenæo teste. Philostratus quoque in libro de vita Apollonij Thyanei refert, regum pocula olim fuisse cornua. Esse autem in vicinis locis Phasidos fluuij asinos, qui vnum in fronte cornu haberent, quo cum elephantis fortiter pugnant, ex illorum cornibus Indi pocula conficiebant, asseruntq; qui ex tali poculo biberit, eo die nullo morbo, nec vulneris dolore, aut ignis flamma offendi, nec veneno intaxari posse. Hoc verò animal non Rhinocerota, cui vnum ex naribus cornu prominet, sed Monocerota Plinius appellat. Vnicornes Indiæ boues, duos vinos Sultano ex Æthiopia muneri missos, ac circa templum Mechæ septis inclusos, Ludouicus Romanus Patritius se vidisse gloriatur. At non solùm monocerotis cornua, sed ceruorum quoque cornua contra virus esse efficacia experimentis constat, quorum etiam nidore fugantur serpentes, & scobe eorundem vermes infantium enecantur, teste Plinio lib. 8. cap. 27. Virg. in Georg. Non temerè igitur veterum quoq; medicorum instrumenta fuerunt cornea. Cornibus enim liquores mensurabant, cornibus in scarificatione pro curcubitulis modò ex aurichalco, vel etiam vitro conflatis vtebantur, cornibus clysteria administrabant, teste Gal. lib. 1. & 2. de Compos. medic. & lib. 13. Methodi. Atq; hanc quidem ob causam cornibus quoq; veteres ceu saluberrimis poculis vsi fuerunt, vt etiam anno tat Langius epist. medic. 29. de salubriore poculorum materia, vbi ex lauigatis ceruorum cornibus, quum monocerotis desint, confecta sibi non improbari tradit. Nicandri quoq; Scholiastes memoriæ mandauit veteres cornibus potare fuisse solitos. Samogithas vrorum cornibus pro poculis vti, testis est Sigismundus Baro in Comment. rerum Moscouit. De hoc cornuum vsu antiquo Mercurialis quoq; scripsit in lib. 1. Gymnasticæ, eiusdem meminit lib. 1. Variar. lect. vbi verisimile sibi aut videri veteres cornibus vsos fuisse tùm ob rudes eorum mores, tùm fortasse quod putarent, inde potandi maiorem securitatem accedere, vnde teste Æliano, Indorum reges ex asini Indici cornu bibere voluerunt, sperantes se à morbo epileptico, & venenis inde tutos euasuros. Cæl. quoq; lib. 28. cap. 27. & lib. 3. cap. 1. eiusdem rei meminit. Hodie quoq;, licet rarior, huiusmodi poculorum κεραστῶν, id est, ex cornibus est vsus. Vidi ipsemet huiusmodi cornu bouinũ ingens, cuius labium argento est obductum. Conueniens profecto est cornupetis illis Bacchi mancipijs huiusmodi poculi genus.

Cornua argentea vrbemens.

Ælianus.

Cornu bubulum tres continens amphoras.

Cornua aurea.

Choas

Regum pocula quondam fuerunt cornua.

Monoceros.

Cornu aduersus pericula. Vnicornes boues

Veterum medicorum instrumenta fuerunt cornea.

Pocula ex ouis struthionum.

Oua quoq; Struthionum propter amplitudinem pro quibusdam habebãtur olim vasis, teste Plinio lib. 10. cap. 1. ex transuerso secta fiunt vasa potoria, author de natura rerum. Caput enim infantis magnitudine referunt, rotunda, cum senescunt ebur effingunt. Suspendi solent in templis, quod durissima sint, humoreq; exempto quasi osseu reddantur.

Pocula lignea.

Præterea ex varijs plantis, arboribus, pocula conficiuntur lignea. Ex fago olim, sicus & hodie pocula fuerunt confecta. Ouidius,

Fabrica-

——*Fabricataq; fago Pocula.* *Item Fast.5.* Fagina pocula.
Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Et Virgilianus pastor ait,

Insanire libet, quoniam tibi pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis. *Tibullus,*
Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

Gutti etiam ex ea materia conficiebantur, quo genere vasorum antiqui ad sacrificia fuerunt vsi. Vnde M. Curius ille iurauit è præda se nihil aliud attigisse, præter faginum guttum, quo litaret.

E Buxo olim, vt etiam hodie, cùm alia vasa, tùm pocula quoque conficiebantur. Nam cùm torno materies probetur, cui non omnis apta est, verum ea tantùm, quæ prædura, atque solida, & minimè crispa est, cuiusmodi est buxi, nulla alia torno vtilior, præstantiórue. Quare Virgilius, Pocula è buxo confecta.

——*Aut torno rasile buxum.*

Quare ex buxo & vas, in quo sal terebatur, teste Polluce, & elementa ad pueros literis imbuendos in eo formabantur, quæ tabula pyxion dicebatur, Herodoto teste. Pictores etiam artem in buxo docebant: liquidis medicamentis è buxo etiam pyxides fiunt, quod maximè Dioscorides probat, vnde etiam nomen suum sunt sortitæ, quòd frequentius ex ea materia fieri solitæ. Turbo etiam in oui similitudinem tornatus è buxo apud antiquos fuit. Persius Satyra 5.

Neu quis callidior buxum torquere flagello.

Ex terebintho apud antiquos Thericles calices torno facere solitus est, qui ex nomine authoris Thericlei fuerunt appellati, teste Polluce, (Thericlei amicus, prouerbium in bibosum) quemadmodum Antigonides, Seleucides, quibus Antigonus, & Seleucus nomina dederunt, authore Plutarcho in Æmilio. Pocula ex terebintho.

Plinius lib.16. cap.31. lagenas tradit, id quod est memorabile, è radicum filis tùm fici, tùm etiam syluestrium fieri fuisse solitas. Lagenæ è filis radicum.

Hederacea porrò pocula apud veteres magno fuerunt in vsu atque pretio, cuius duplex ratio videtur posse afferri. Vna quod ebrietati frigore suo obsistunt, ac discutiendis capitis doloribus ex temulentia contractis sunt accommodata, foliis etiam aut ramusculis foris capiti admotis, & ob id corollæ quoque conuiuiales ex hedera potissimum confici fuerunt solitæ ad temulentiam arcendam. Deinde quod cauponum fraudes, qui vinum aqua miscent, eo poculo deprehenduntur. Nam, teste Catone libro de Re rustica, capite decimo, mira hæ est hederæ vis atque natura, vt si vinum lymphatum in vas hederaceum effundatur, illud continuò per poros resudet atque effluat, atque interne per lignum diffundatur, aqua verò ob grossiorem substantiam remaneat. Tanta enim est inter hæc antipathia, hoc est, discordia, vt alterum alteri admisceri non sustineat, sed vasculum hederaceum vinum respuat. Fuit hæc arbor Baccho sacra, ac ob id cùm sacerdotes, tùm alij sacra illius celebrantes hederaceis coronis erant redimiti, id quod etiam ex 2. Machab. capite 6. constat. Mirum itaque non est pocula quoque ex hedera potissimum antiquitus confecta fuisse, quæ quidem à Græcis κισσίβια fuerunt appellata, quorum ab Homero crebra fit mentio. Cyssibium, inquit Pollux, κίσσος, id est, hedera ambiebat, vnde poculo inditum nomen. Athenæus lib. 11. de hac voce varias sententias refert. Philemoni est κυασίβιον, ποτήριον μονώτον, id est, poculum habens vnicam aurem. Neoptolemo Pariano videtur esse κίσσινον ποτήριον, id est, hederaceum poculum, quod Euripides in Andromeda pastorum mentione facta, κίσσινον σκύφον, id est, scyphum hederaceum vocat. τὸ δὲ κισσύβιον, ait idem, ὅπου συνέδραι ἀγορικῆς λέγεται. ἔνθα μάλιστα φορητὸν ἦν τὸ ξύλινον ποτήριον. Eumolpius dicit genus esse poculi, quod forsan ab initio ex ligno hederaceo fuit confectum. Nicander Colophonius, Foliis hederaceis antiquitus libabant, vnde antiqua pocula Homerus κισσίβια appellat, vt Od.1. Hederacea pocula.

Κυασίβιον μέγα χαρὸν ἔχων μέλανος οἴνοιο.

Asclepiades Myrleanus, Scypho, & Cyssibio in vrbe, eorum quibus vel mediocres opes, nullus vtebatur, sed bubulci, pastores, atque ruricolæ. Sic Polyphemus Cyssibio vsus est, & Eumæus. Dionysius Samius libro sexto de circulo putauit κυασίβιον, & κύμβιον vnum idemq; fuisse poculum. Nam Vlysses, inquit, eum impleuisset κύμβιον (pro κυασίβιον legit) mero, porrexit illud Cyclopi:

Digitized by Google

κυασίβιον igitur alij ἀπὸ τῆ κισσῦ, id est, hedera, ὅτι εἰκάσειε αὖ τὶς τὸ κυασίβιον τὸ φρύνι ἐμπαθῆναι ὑπὸ ποιμένων ἐν κισσίνῃ ζίλῃ. Alij tamen volunt dictum ἀπὸ τῆ χεῖσθαι, τὸ δ' ὄζει χωρεῖν. Hæc ex Athenæo. Eustathius Od. Ξ. κυασίβιον ποτήριον ἀγεσπιὸν, quod postea σκύφος & in neutro genere appellatur.

Verùm ex alijs quoque lignis cùm olim, tùm hodie pocula confici solent. Cumque præclare medendi vires plærisque lignis insint, vt thamarisco, fraxino, quorum hæc venenis, & calculo, illud verò splenis obstructo præclare medetur, lignis ex illis compacti calices non videntur improbandi. Ex ligno quoque Guaiaco pocula torno excauata vtilia valdè, atque salubria videntur esse. Babylonij ex arundinibus varia genera vasorum contexuere, quæ etiam liquida continerent. Pocula ex cupresso, ex iunipero, ex nucibus moscatis ob odoris fragrantiam hodie frequenti sunt in vsu. Poculum ex subere confectum D.D. VVolffius habet. Ac omnino olim cum sobrietati atque frugalitati adhuc locus esset in antiquorum conuictu, tum catinus, scyphus, ac cyssibium, ex ligno confecta pocula in censu vasorum nobilium quoq; erant, de quo suprà quoq; dictum est. Hodie Christianis pocula lignea sordent, nisi multo sint auro, argentoq; obducta, miro artificio, magnisq; impensis elaborata. In Martinalibus apud Germanos, quibus noua vina degustantur, ligneorũ poculorum frequentissimus est vsus.

Pocula thamariscina, & fraxinea.

Pocula arundinea.

Vt autem ligneorum, sic figlinorum quoque, siue fictilium simulachrorum, vasorum atq; poculorum (quæ κεραμεια, & κεραμινα Græcis dicuntur) olim apud Græcos, atque Romanos tàm in sacris, quàm in conuiuijs celeberrimus fuit vsus ad Macedonum vsque tempora, quæ ferè ex terra Samia fingebantur. Horum crebra apud authores Latinos fit mentio. Plautus in Stricho,

Pocula fictilia.

—Quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis
Batiolis bibunt, nos nostro Samiolo poterio.

Cicero Fragmen. libro sexto de Repub. Oratio extat, Læli, quam omnes habemus in manibus, quàm dijs immortalibus grata sint sympina, seu sympima Pontificum, Samiæque, vt is scribit, capedines. Et pro L. Murena, Et exposuit vasa Samia, quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus. De ijsdem vide Isidorum libro 20. caput 4. Lacedæmonios figlinis vsos in epulis nuptialibus virginum, & sacrificijs traditur, cum in alijs conuiuijs alijs vasis potarent. Quin & Argiui in quibusdam cœnis figlina vsurpabant. Fama est (inquit Ausonius) fictilibus cœnasse Agathoclea regem: qui ex plaste Syracusanorũ rex designatus, noluit pocula, quæ ipse olim ex luto finxerat, aspernari, cum tamen amicis, & in suis cõuiuijs aurea præberi curaret. Romanos quoq; antiquos cùm in sacris, cùm in epulis figlinis vsos fuisse, passim ex historijs cõstat. Non alijs vasis Numa Pompilius dijs litabat, quam vt Cicero refert in Paradox. 2. & libro de Nat. deorum, fictilibus vrnulis, capeduncolis, ac sypullis, quæ erant vasa fictilia, quibus in sacrificijs sacerdotes dijs prælibabant. Hinc Tibullus lib. 1. Eleg. 1.

Adsitis diui: nec nos è paupere mensa
Dona, nec è puris spernite fictilibus
Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitque luto.

Iuuenalis Satyra quinta,

Pugna Saguntina feruet commissa lagena.

Id est, Fictili, à Sagunto ciuitate Hispaniæ, vnde vasa fictilia pulcherrima mittebantur. Martialis.

Ficta Saguntino Cymbria mala luto. Idem,
Quæ non sollicitus teneat, seruetque minister,
Sume Saguntino pocula facta luto. Martial.
Arretina nimis ne spernas vasa monemus,
Lautus erat Tuscis Porsena fictilibus.

Plinius refert lib. 33. cap. 12. Catum Elicium (quem alij Catum Ælium vocant) cum Ætholorum legati ei ex fictilibus prandenti vasa argentea obtulissent, ea non acceptasse. Et tamen consul, & victor vsq; ad supremum vitæ diem nec plura, quàm duo habuit argenti pocula, quæ L. Paulus socer ei ob virtutem deuicto Perseo rege donauerat. Dolia veterum, vt Turnebus annotat in suis Aduersarijs,

Aduersarijs, erant fictilia: vnde prouerbium figlinam à dolio incipere: Græcum dolium dicit Cumanum. Nam & Cumanam patellam in Lemmatis memorat Martialis,

Hanc tibi Cumano rubicundam puluere testam.
Municipem misit casta Sibylla suam.

Et Varro calices Cumanos, cum ait, Dolia atque apothecas triclinares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calices.

De fictilium porrò vasorum vsu apud Romanos priscos Iuuen. quoq; testatur Satyr. 6.

Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Idem Satyr. 11. simulachra quoq; Iouis fictilia fuisse docet,

Hanc rebus Latijs curam præstare solebat
Fictilia, & nullo violatus Iuppiter auro.

Et tamen Romæ aliquando eò peruenit luxuria, vt fictilia pluris vanirent, quàm murrhina, vnde & collegium figulorum illis fuit constitutum. Verùm de his vide plura apud Plinium libro 35. Romanorum luxuria. *capite 12. Apud Athenæum libro 11. capite 2. quidam fictilia vitanda esse dicit, propterea quod, teste Cteſia, apud Persas fictilibus illi vtebantur, quos rex honore priuauerat. Idem tamen addit iucundißima se sæpius pocula fictilia cognouisse, vt erant illa, quæ ex Copto vrbe Ægyptiaca asportabantur, quæ ex terra multis irrigata aromatibus coquebantur, de quibus etiam Leonic. scribit lib. 3. cap. 93. Aristoteles quoque in libro de Ebrietate testatur, ollulas χυτρίδας etiam quæ Rhodiacæ dicebantur,* Ollæ Rhodiacæ. *cùm ad voluptatem in conuiuijs fuisse adhibitas, tùm quia vinum calefaciunt, & ebrietatem arcent. Nam si myrrha, masticbe, resq; eiusmodi in aquã iniecta coquantur, ac mox vino misceantur, minus qui bibunt ebrios fieri. Et alibi idem, Fiunt, inquit, ollulæ Rhodiacæ myrrha, lentiscij q; floribus, croco, balsamo, amomo, ac cinnamomo simul coctis, ex quibus quæ vino mista fuerit aqua, ita sistit ebrietatem, vt vel Venerem sedet, surgentque etiam spiritus digerat. Stoeflerus in suo Cõm. in Sphæram p. pocula fictilia ebrietatem prohibentia, hoc modo fieri præcipit. Redigatur brassica in puluerem, similiter rostra hirundinum, item myrrha cõteratur, quoad fieri potest. Hæc omnia argillæ immisceantur & interantur, atq; ita arte figlina parentur. Ibidem videre licet explicationem quorundam poculorum, vt sunt gyalæ, dinon, dactilota, amphora, elephas, cantbari, siue cantharia, carchesia, ceras, scythia, tinæ, moroëcpoma, monachoëcpoma, &c. Porrò Athenæus lib. 6. ex Ioba probat. Romanos vsque ad Macedonum tempora figlinis vasis in cœnis vsos fuisse. Æginetas, tradit Herodotus, tantùm ὠμ χυτρίων ὀπχωρίων, id est, vrceolis aut ollis in Ægina factis bibere fuisse solitos. Poll. lib. 6. cap. 16. Langius epist. med. 29. se dicit fictilium vsum vt insalubrium minimè repudiare, modò non sint ex terra palustri quæ putrilaginem oleat, aut mineris participet, sed ex terra pingui, & spissa, quæ ignis in fornace coctura lapidescit, confecta, qualia sunt in Hispanijs Valentiniana, in Germanijs Colonienſia, valdè opportuna pharmacopolis (ad seruandos liquores, electuaria, & eclegmata) vasa. Verùm in his eligendis id tibi maximè proderit, quod, vt D. Hieron. ait, calix, & vrceolas fictilis probantur prius, quàm emuntur, sola vxor non ostenditur, ne antea displiceat, quàm ducatur. Quare empturus fictilia, si vinum infusum saporem, aut colorem mutauerit, vel terram respit, illa quoq; facilius quàm vxorem semel ductam repudiare poteris. Quod si ita exactè concocta ac præparata fuerint, tum minus admirabimur Vitruuium lib. 5. cap. 7. vasa fictilia melius saporis integritatem, quàm argentea retinere & conseruare affirmantem.*

Nunc reliqua poculorum genera persequamur, quæ ex metallis atque metallicis conficiuntur. De poculis ex metallis & metallicis confectis. *Huiusmodi pocula vno quasi fasciculo comprehensa ponuntur ab Apul. libro 2. in descriptione magnifici epuli: Ampli calices variæ quidem gratiæ, sed pretiositatis vnius. Hic vitrum affabre sigillatum, ibi crystallum impictum, argentum alibi clarum, & aurum fulgurans, & succinum mirè canatum, & lapides vt bibas, &c. Exordium igitur ducemus à vitreis. De vitri origine & conficiendi ratione, & de obsidiano vitro, & multis alijs vitri generibus vide Plin. lib. 36. cap. 26. De illius* Pocula vitrea. *verò vsu ad pocula is sic disserit. Sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte, quos modicos calices duos, quos appellabant pterotos H-S. sex millibus venderet? Et paulò post, Vsus vetò vitri scilic et ad potandum argenti metalla, & auri pepulit. Iuuen. Sat. 5. v. 7.*

Beneuentani sutoris nomen habentem Siccabis calicem naforum quattuor,

Id est, Calicem vitreum & deformem, cuiusmodi calices habuit Vatinius quidam Beneventanus sutor vitrearius, cuius Cor. Tacit. meminit in Nerone. Naforum, ait, 4. id est, quatuor rostrorum. Nam ita protensis quatuor rostris instar naforum fingebantur. Vnde est illud Mart. Distich.

Vilia sutoris calices monumenta Vatini,
Accipe, sed nasus longior ille fuit.

Addit Iuuenalis, ——*Aciam*
Quassatum, & rupto poscentem sulphura nitro.

Nam vitrea rupta sulphuratis permutebantur. Vnde Martialis,

Qui pallentia sulphura fractis,
Permutat vitreis.—— *Stat. in Sylvis lib. 2.*
——*Quique comminutis,* *Permutat vitreis gregale sulphur.*

Vitreorum diuersitate, atque operositate vehementer delectatum esse Verum Imperatorem, Fl. Vopiscus testatur. Ex his constat vitrea pocula olim apud Romanos vsitata valdè magnoq; in pretio fuisse. Nostra quidem aetate nulla ferè alia materia elegantiora praestat potoria, tùm magnatibus, tùm pauperibus. Cumq; vitro, vt testatur Plinius, nulla sit materia sequacior, aut etiam pictura accommodatior, vitrum sit omnibus ferè coloribus. Rarò tamen sic picti & coloribus infecti calices ad potandum vsurpantur à vitae elegantioris hominibus, tantum ad ostentationem habentur, eiq; quae margines inauratos habere visuntur, aut raras lineas in calicis orbe rectas transuersas. Alij ad escaria vasa, hoc est, tragematum, & saccharatorum vitro picto vtuntur, aut rubro, aut ceruleo, aut hyacinthum imitante, aut saphirum. Inopia ligni vitreorum annonam flagellat. Hodie potatores nullo ferè poculorum genere magis gaudent ac delectantur, quàm vitreis, id quod vel illorum cantiunculae, quibus se mutuò ad potandū incitant, satis testantur, in quibus vitri plausus fit mentio. Id forsan fit, quia vini color, quo maximè capiūtur, in vitro maximè resplendet. Vnd Solomon Prou. 23. Noli, inquit, contemplari vinum quum rubet, & quum phiala (quidam vitrum vertunt) colorem suum reddit rectà procedentem. Est autem vitrum ebriosorum hominum moribus, atq; ingenio accommodatum. Nam primo quemadmodum vinum, resq; aliae per vitrum resplendent, sic etiam ex vino intemperanter hausto ebriosorum mores, ingenia, atq; affectus elucent, atq; apparent. Deinde quemadmodum vitrum licet valdè splendeat, tamen est fragile (vnde illa, vitrea est fortuna, dum splendet, frangitur) sic quoq; ebriosorum hominum vita, omniaq; animi, corporis, fortunarumq; bona quantumuis splendida, valdè fragilia sunt atq; caduca. Deniq; quemadmodum vitrum virus in se continere creditur, & fractum valdè est virulentum, sic quoq; vinum immoderatè sumptum virus est atq; venenum nocentissimum. Galienus Imp. aspernatus fertur calices vitreos, dicens, Nihil vitro communius. Rectè tamen vasa ex vitro conflata Langius in epist. medic. eo nomine metallicis salubriora esse dicit, quod nulla sulphuris, aut argenti, plumbi, ac ceruse virulentia participent, & suo congenito frigore saporem vini quamuis nitae, & glacie melius conseruent. Clem. tamen Alex. lib. 2. Ped. c. 2. vasorum poculorumq; vitreorum luxuriam, his verbis perstringit, τοὺς μὲν γὰρ ὑάλῳ θερμῷ & ἐφ' ὑέλῳ κενοδοξίᾳ εἰς θεᾶσιν διὰ τέχνης ἑτοιμότερα, διδύναι ἄμεμπτα, καὶ πίνειν διδύσκουσα, θερμότητα τῆς ἀνομίας ἡμῶν, id est, Quinetiam curiosa & superflua ornatorum in vitro (Apul. vitrum fabrè sigillatum, id est, eleganter celatum) vana gloria adfingendum propter artem paratior, quae simul docet & timere, & bibere, à bonis Christianorum legibus est exterminanda

Vitrea pocula apud Romanos fuerūt vsitata.

Vinum fit omnibus ferè coloribus.

Potatores poculis vitreis maximè delectantur.

Vitrum ebriosorum mores & formam refert.

Pocula crystallina.

Vitreis similia sunt crystallina sculpta ex crystalli glacie hyberno frigore sub niuibus immanes concreta, quae olim magno fuerunt in pretio, atq; delicijs, ait Plin. lib. 33. cap. 1. Abiecta sunt deinde haec, & sordere coepere, & auri argentiq; nimium fuit. Murrhina & crystallina vasa ex cadente terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa frugalitas. Hoc argumentum opum, haec vera luxuriae gloria existimata est habere quod posset statim totū perire. Idem lib. 37. c. 1. Alius, inquit, hic fuerat H-S-C L M. trullam vnam non ante multos annos mercatum à matrefamiliâs nec diuite. Item, Nero amissarum rerum nuncio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Haec fuit ratio saeculum suū puniendi, ne quis alius ex his biberet. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Mirè ad similitudinē accessere vitrea. Sed prodigij modo, vt suum pretium auxerint crystalli, nō diminuerint. Suetonius eiusdem rei meminit in illius vita, his verbis, Nunciata etiam interim ca-

terorum

terorum exercituum defectione, literas prandenti sibi redditas concerpsit, mensam subuerit, duos scyphos gratissimi vsus, quos Homericos à cælatura carminum Homericorum vocabat, solo illisit. Ex his apparet quanto olim in honore vasa crystallina à Romanis habita fuerint. Itaq; cum Pollio Augustum imperatorem ad conuiuium quoddam inuitasset, seruum à crystallinis ob confractum vas crystallinum murenis obijci iussit. Apud Apuleium inter alia vasa potoria ponitur etiam crystallum impictum, hoc est, interprete Beroaldo, vel quasi non pictum, & syncerum, quale dicitur asyntheton: vel quia pingi solitum est, quod & Plinius refert scribens ex crystallo tingi smaragdos, aliasq; translucentes gemmas. In frigido potu maximè crystallina commendantur, cum materia illa sit caloris impatiens. Martialis 10. Epigram. crystalla pro crystallina dixit:

Candida septini rumpant crystalla nitentes. Idem,
Candida nigrescant vetulo crystalla Falerno.

Verus imperator teste Iulio Capitolino, inter alium luxuriæ apparatum (fuit enim luxuriosissimæ vitæ) habuit calicem crystallinum nomine volucrem, ex eius equi nomine quem diluxit, humana potionis modum supergressum.

Porrò vasa murrhina olim apud Romanos non secus atq; crystallina (vt paulo ante ex Plinio dictum est) frequenti fuerunt in vsu, magnisq; in delitijs habita. Plin. lib. 37. cap. 2. Pompei testatur victoriam (Mithridaticam) primùm in vrbem murrhina inuexisse, primumq; Pompeium sex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicasse, quæ protinus ad hominum vsum transiere, abacis etiam escarijsq; vasis inde expetitis. Excrescitq; indies eius rei luxus, murrhino LXXX. sestertijs empto, capaci plane ad sextarios tres calice. Potauit ex eo ante hos annos consularis, ob amorem obroso eius margine, vt tamen iniuria illa pretium augeret, neq; est hodie murrhini alterius præstantior indicatura. T. Petronius consularis morituras, inuidia Neronis principis, vt mensam eius exheredaret, trullam murrhinam CCC. sestertijs emptam fregit. Sed Nero, vt par erat principem, vicit omnes CCC. sestertijs capidem vnam parando. Memoranda res, tanti imperatorem, patremq; (parricidam verius dixeris) patriæ bibisse. Oriens murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec insignibus, maxime Parthici regni, præcipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos: crassitudine rara quanta dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus, nitorq; verius, quàm splendor. Sed in pretio varietas colorum subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoremq;, & tertium ex vtroq; ignescentem, velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Has maculas in murena pisce videre est teste Iano Lascari. Sunt qui maximè in ijs laudent extremitates, & quosdam colorum repercussus, quales in cælesti arcu spectantur. His maculæ pingues placent, translucere quicquam aut pallere vitium est. Item sales, verrucæq; non eminentes, sed vt in corpore etiam plærunq; sessiles. Aliqua & in odore commendatio est. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Nec alibi certè reperitur, quàm vbi maximè hybernæ niues rigent, glaciemq; esse certum est, vnde & nomen Græci dedere. Hæc Plinius de vasis atque potorijs murrhinis quorum crebra apud authores fit mentio, quæ cum ob coloris nitorem tum odoris suauitatem veteribus fuerunt expetita. Hinc Martialis in Apophoretis,

Si calidum potas, ardenti murrha Falerno
Conuenit & melior fit sapor inde mero.

Laudatur Augustus Cæsar quod Alexandria capta, nihil sibi præter vnum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuerit, & mox vasa aurea assiduissimi vsus conflauerit omnia, author est Seneca in eius vita. Scribit Iabolenus Iurisconsultus, murrhea vasa, quæ ad vsum edendi, & bibendi causa parata sint, esse in supellectili. Cassius iurisco. murrhina vasa (sunt Græcorum κάλλαια ὃς ἔστιν hodie corruptè vocãtur Porcellana) in gemmis nõ esse scribit, in quo dissentit à Plinio, qui murrhum inter gemmas numerat. Poculorum murrhinorum Lucanus meminit his verbis,

——Non auro, murrhaq; bibunt.

Murrhinorum simul, & crystallinorum meminit Iuuenalis Sat. 6.

Grandia ponuntur crystallina, maxima rursus
Murrhina, deinde adamas notissimus, & Berenices
In digito factus pretiosior. Idem Sat. 7.

Vasa murrhina.

Porcellana

Empturus pueros, argentum, murrhina, villas. Martial. 3. Epigram.
Opimianum morionibus nectar,
Crystallinisq; murhinisq; propinas.

Pocula ex succino, seu electro conflata.

Murrhinis atque crystallinis adiungi possunt pocula ex succino, siue electro conflata, quibus veteres vsi fuerunt, de quibus Plin. lib. 37. cap. 2. Proximum locum in delitijs fœminarum tamen adhuc tantum succina obtinent, eandem omnia hæc quam gemmæ authoritatem, sanè maiorem aliquibus de causis crystallina, & murrhina, rigidi potus vtraque. In succinis causam ne delitia quidem adhuc excogitarunt. Subiungit deinceps multas Græcorum fabulas de succini ortu. Apuleius lib. 2. inter alia vasa seu pocula pretiosa ponit etiam succinum mirè cauatum, scilicet in pocula electrina in quæ sic commentatur Beroaldus, Prisci crediderunt succum arboris succinum esse, & nomen argumento est, vt author est Plinius. A Germanis appellatur glessum, & ob id insularum vna in Septentrionali Oceano Glessaria nominata. Liquidum primo destillare, indicio sunt quædam intus translucentia, vt formicæ, culices, lacertæ. Candidum odoris præstantissimi, fuluo maior authoritas, summa laus phalerno, ita à vini colore dicto. Attritu digitorum accepta vi caloris, attrahit in se paleas, & folia arida, vt magnes lapis ferrum, vnde harpaga à rapiendo vocitarunt. Taxatio succini in delitijs maxima est, in tantum vt hominis quamuis parua ex succino effigies, viuorum hominum vigentiumque pretia superet. Domitius Nero princeps capillos vxoris suæ Poppeæ succinos appellabat. Alio nomine electrum appellant à sole, ex fabula vulgatissima. Iuuenalis Satyr. 5. de poculorum luxuria sui temporis:

—— ipse capaces
Heliadum crustas, & inæquales beryllos
Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum.

Per Heliadum crustas intelligit potoria ex electro facta. Heliadum, id est, sororum Phaetontis, quæ in arbores populos fletu nimio mutatæ sunt, ex quibus electrum fluat, & inde calices fiant, secundum poëtarum fabulas. Vocant & electrum metallum ex auri argentiq; mixtura, cui authoritas fuit apud priscos, Homero teste, qui Menelai regiam electro fulgere tradit. Helena in templo Mineruæ sacrauit calicem ex electro mammæ suæ mensura. Cum enim auro insit argentum vario pondere, alibi nona, alibi octaua parte, vbicunque argenti quinta portio inest, electrum vocatur, vt scribit Plin. lib. 33. cap. 4. vide de electro multa etiam lib. 27. cap. 2. Iurisconsul. Si quis, inquit, electrum ex alieno auro, argentoq; miscuerit. Iulius Capitolinus author est Cor. Macrum patera electrinam habuisse, quæ per conuiuas circumferretur, in cuius meditullio effigies Alexand. Magni expressa videbatur, quod idcirco posui, quia dicuntur iuuari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant, vel argento. Hæc ille. Poculum ex electro naturali, inquit Langius in suis med. epistol. quod auro, & quinta eius parte constat conflatum, quia stridore, & maculoso in superficie interna arcu, quo nitor eius obsolescit, virus infusum prodit, cæteris etiam ex auro obrizo metallicis poculis præferrem.

Pocula ærea.

Æreorum quoque poculorum antiquissimum fuisse vsum ex veterum monumentis constat. Æreis enim poculis diis libabant, & bibebant, eorumque quoque repositoria χαλκοθηκας appellabant. Herodotus Ægyptiorum sacerdotes ex æreis tantum poculis bibisse author est lib. 2. Ac omnino ethnici in suis sacris æreis ferè instrumentis vsi fuerunt, id quod Iudæorum imitatione, seu χαλκοζηλια potius videntur feciisse, quorum similiter instrumenta sacra ærea fuerunt, vt literis sacris proditum est. In agro Tigurino paucis ab hinc annis vrna fictilis effossa est, in qua cratercula fuit ærea opere vermiculato. Apud Romanos vasa Corinthiaca χαλκωματα dicta, quanto fuerint in pretio passim authores testantur. Illa aurum tum primum ex ære fieri cæperunt, cum Corintho à L. Mummio deuastata incendio, simulachra ex omnisarijs æris, argenti, & auri metallis conflata in vnam massam confluxerunt, vt testis est Plin. lib. 34. cap. 2.

Pocula ex lapidibus pretiosis atq; gemmis confecta.

Porro ex lapidibus pretiosis, atq; gemmis (quæ gemmata potoria Plinius vocat) calices olim conflatos fuisse ex authoribus constat. Plin. lib. 33. cap. 1. de suorum temporũ luxuria verba faciens, Nec hoc fuit satis, inquit (scil. ex crystallinis, & murrhinis vasis potare) turba gemmarũ potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam iuuat, & aurum iam accessio est. Hoc ipsum Virgilius quoq; seuerè admodum, & verè reprehendit carmine suo Georgico cum ait,

Hic

Hic petit excidijs vrbem, miseroſq; penates
Vt gemma bibat, & Serrano dormiat oſtro.

Cypr. in epiſtol. ad Donat. *ſuſpirat illo in conuiuio, bibat licet in gemma.* *Martialis,*

Gemmarum Scythicis vt luceat ignibus aurum
Aſpice, quot digitos exuit iſte calix.

Et Satyrographus Satyr. 5.

—— Et in æquales beryllos,

Id eſt, calices beryllis, & alijs lapidibus pretioſis diſtinctos. Inæquales dixit, quia, vt teſtatur Plinius libro trigeſimo ſexto, ſexangula figura poliebantur, vt color repercuſſu angulorum excitaretur. *Idem:*

Qui numeret gemmas (gemmatos calices) vngueſq; obſeruet acutos
Da veniam, præclara illic laudatur iaſpis
Nam Virro (vt multi) gemmas ad pocula transfert
A digitis.——

Partim ergo calices potorios lapidibus, & gemmis ornabant, partim ex lapidibus pocula fingebant. Vnde Plinius tradit ex onychite lapide, & ex murrha eſcaria facta: aliorum quoque lapidum meminit, ex quibus pocula fierent. Cic. 6. in Verrem, conuiuium deſcribens quo rex Siciliæ Verrem prætorem exceperat, Exponit, inquit, ſuas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ, vt mos eſt regius, & maximè in Syria, gemmis erant diſtincta clariſſimis. Erat etiam, addit, vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Ex marmore Zeblicio (vt Agricola nominat ab oppido Miſſenæ iuxta quod effoditur: videtur autem Ophitæ cognatum eſſe: nam vulgò etiam ſerpentariam nominant) cochlearia & pocula faciunt Miſſenæ, quod veneno reſiſtere perſuaſi ſint. Geſnerus in libro de figuris lapidum. Idem, Pocula, inquit, fiunt ex metallis diuerſis, auro, & argento præcipue vulgaria è vitri materia funduntur, vel luto argillaceo à figulis tornantur. Ex gemmis verò murrhina, Iaſpide, Cryſtallo: item è marmoribus, Alabaſtrite in primis, quæ pellucent (quale pulcherrimum doctiſſimus medicus ciuis meus Caſpar Vuolphius Venetijs olim emptum dono mihi dedit) ex ophite quoque, & ei cognato apud Miſenos Zeblicio marmore, Salina quoque duo ex Alabaſtrite habet Caſpar Vuolphius.

Nunc poſtremo dicendum de poculis aureis, atque argenteis, (ספית בסת *Sippoth cæſaph* *trateres argentei vocantur, 2. Reg. 12. 14.*) *de quibus Athen. lib. 6. & 4. multa habet. Athenæus apud Græcos rarum antiquitus auri, & argenti vſum fuiſſe pluribus docet. Vnde Duris Samius refert Philippum regem Macedonum Alexand. M. patrem, vnam tantum ex auro phialam habuiſſe, quam noctu ſub puluinari celare ſolitus fuit. Res videbatur admiranda, ſi quis poculum argenteum in Græcia conſpexiſſet, cum ditiſſimi quique ex æreis poculis biberent. Plura in hanc ſententiam ibi videre poteris. Apud Romanos ſimiliter auri & argenti vſum antiquitus rarum fuiſſe pluribus docet Plinius. lib. 33. cap. 4. Tam rarus olim auri, atque argenteæ ſupellectilis Romæ vſus fuit, vt Fabricius imperator Rom. plus quam vnam ex argento pateram, & ſalinum habere vetuerit. At poſtea & apud Græcos, & apud Romanos, poſtquam illi Aſia fuerunt potiti, tantus auri & argenti vſus inoleuit, vt nihil in conuiuijs magnificentius haberetur, quam pleno ſe auro proluere, & Poppea Neronis vxor ſoleas iumentis ſuis aureas induceret, templa, triclinia, ac mulierum cellæ, & boſtiarum cornua auro fulgerent. Verus imperat. teſte Fl. Vopiſco, argentum menſale quod priuatus habuerat, miniſterijs conuiuiorum, quæ in templis fierent, dedicauit. Apud Hebræos Salomonis regis temporibus auri atque argenti omnia fuerunt plena. Nam & templum auro fulgebat, omniaque vaſa ſacra ex auro atque lapillis pretioſis erant conflata, & regia Salomonis, atque ſupellex tota aurea erat, nec non gemmis atque lapidibus pretioſis diſtincta, ſicuti ſcriptum eſt, 1. Reg. 11. Et in primis verſu 21. ſcribitur omnia regis Solomonis potoria fuiſſe aurea, omnia item vaſa domus ſaltus Libani ex auro puro fuiſſe, ita vt argentum præ auri copia pro nihilo fuerit reputatum. Ioſephus quoque addit, multa etiam vaſa, nec non pocula gemmis torno elaboratis, & expolitis quàm artificioſiſſimis conſtitiſſe. Magna autem illa auri atque argenti, nec non eboris, aromatum aliarumque rerum pretioſarum copia ex Tharſis, atque ophir*

Pocula aurea & argentea.

Luxuria Romanorum.

Salomonis regis magnificentia.

(quam nonnulli Peru hodie dictam insulam auro abundantissimam esse existimant) Hiramirẽgis beneficio in Iudæam aduehebatur. Multi præterea qui singulis ferè annis ex omnibus orbis terrarum partibus ad Solomonem, illius Sapientiæ fama commoti, confluebant, munera secum pretiosissima, vt vasa aurea, & argentea, vestes, arma, aromata, equos, mulos afferebant, vt testes sunt sacræ literæ. Inter hos principem facile locum tenet regina illa Sabæorum, quæ magnam aromatum, auri atque gemmarum vim Salomoni attulit. In conuiuio Assueri regis Persarum atque Medorum, quod dedit populo Susis (ciuitas ob loci amœnitatem sit dicta, nam Susum Hebr. voce est lilium in quo reges Persarum hyemare solebant, vt in Ecbatanis æstatem degebant, Athen. libro duodecimo, capite tertio) potabant omnes ex vasis aureis, quæ assiduè mutabantur, vinum regium & quidem copiosum iuxta manum, id est, imperium, siue opes regis, sicut Ester primo scriptum est statim ab initio. Sic Ptolomæus, vt testatur Athenæus libro vndecimo capite quarto, nec non Varro, Pompeio res gerente circa Iudæam mille conuiuas totidem vasis aureis (cum vasa mutarentur cum ferculis) saginauit vt scribit etiam Plinius libro trigesimo tertio, capite decimo. De scypho aureo in Claud. Imperat. Rom. conuiuio à T. Iunio viro prætorio (alij Quiniam fuisse prodiderunt) surrepto, & quomodo imperator furtum illud vltus sit vide Crinit. libro duodecimo, capite nono, de honest. descript. & Corn. Tacit. Eiusdem Suetonius quoque meminit, qui pro aureo scypho, fictilem postero die illi appositum fuisse scribit in vita Claudij, nec non Plutarchus eiusdem in Galba meminit.

Assueri regis Persarum & Medorum magnificentia.

Sed quid opus est plura antiqua luxurioſi vsus auri atque argenti exempla proferre, cùm hodie apud Christianos non modò templa, altaria, simulachra, aliaq; vasa sacra, verùm etiam prophanæ ædes, vestes, pocula, vasa atque supellex omnis auro, argento, ebore, marmore, gemmis atque margaritis resplendeat, cum illi interim, qui illa possident, plurimis vitijs, sceleribus atque flagitijs sordidi sint atque squalidi. Ac in primis aureorum argenteorumque poculorum hodie tàm communis est vsus, vt nullus ferè tàm vilis abiectæq; conditionis homo reperiatur, qui non argenteum aliquod vas atque poculum possideat. Huiusmodi autem potoria, quæ hodie vulgò ex argento conflata parantur argento viuo, nonnullis videntur valdè esse noxia vitæ humanæ, idque probabili sanè ratione. Nam vix fieri potest, quin tempore atteratur aurum, & reliquiæ argenti vini potibus admisceantur, quæ quidem viscera exedant, atque perrumpant tabe dira. Constat certè aurificum & artificum inaurantium corpora tremore pertentari.

De eodem hoc pretiosorum poculorum luxuria, vide Clement. Alexand. libro secundo Pædag. capite tertio, vbi aliquot poculorum sumptuosorum genera enumerat, vt sunt Thericlei calices, antigonides, cantbari, labronij, lepastæ, pssetteres & oenochoæ, &c. De his alijsq; innumeris poculis vide Athen. lib. 11. totus ferè ille liber in poculorum descriptione consumitur.

Hæc de poculorum substantia atque materia, in qua ipsa Christianorum monstrosa luxuria atque libido hodie passim se prodit. Nam primò quidem lignea, fictilia atque vitrea pocula (nisi sint valdè sumptuosa) plurimis sordent, qui quidem nisi ex auro & argento bibere nolunt, idque non sanitatis, sed luxuriæ atque superbiæ causa. Deinde immanes illi potatores in immanissimis illis suis propinationibus eò tandem insaniæ atque furoris progrediuntur, vt contemtis abiectisque vsitatis poculis quantumuis splendidis atque pretiosis, quibusuis vasis, instrumentis atque etiam vestibus nonnunquam fœdissimis ad potandum abutantur. Huiusmodi sunt vasa vinaria in quibus vina reconduntur & asseruantur, vt cantbari siue oenophora, idem vasa escaria, aquaria atque coquinaria, aliaque instrumenta ad longè alios vsus destinata. Pileis quoque atque calceis immundis sæpè immundi illi porci ad impuras illas suas propinationes vtuntur. Solent etiam nonnunquam in nuptijs ex sponsæ calceis sibi inuicem propinare. Quid dicam quod pelues quoque atque matulas, quibus sæpè in medio triclinio positis fœda illorum excrementa excipiuntur, tandẽ ad propinandum quoque adhibent, quod quidem planè Sybariticum est. Sybaritas enim primos matulas in conuiuia inferre solitos fuisse testatur Athen. libro duodecimo, capite sexto. Annon quæso horrenda hæc est planè potatorum illorum libido, quæ horrendam pœnam atque vindictam diuinam mereatur? Denique vina noua sibi inuicem in fictilibus poculis (quæ crusulæ vulgò appellantur) propinantes, ipsa quoque tandem pocula fracta atque comminuta sæpenumerò sibi inuicem propinant.

Nunc

Nunc de poculorum forma atq; figura dicamus, quæ vt olim, ita hodie varia est atq; multiplex, non tàm ad vsum necessarium atq; honestum, quàm ad luxuriam atq; temulentiam comparata. Alia enim ventrosa & patula: alia angustiata & strictiora. Plin. lib. 33. in præmio. Heu, inquit, prodidiosa ingenia, quot modis auximus pretia rerum? Accessit ars picturæ, & aurum argentumq; cælando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare, auxere & artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines calare iuuit, ac per obscœnitates bibere. Idem lib. 14. cap. 22. Iam verò quæ vasa adulterijs cælata, tanquam per se parum doceat libidines temulentia, ita vina ex libidine hauriuntur. Huiusmodi fuerunt phallostrobuli apud Iulium Capitolinum, id est, vasa potoria ex vitro propriè (licet & ex alia materia) oblonga, & instar priapi, Vnde Iuuenal. Satyr. 2. Pocula formæ.

Vitreo bibit ille priapo. Huiusmodi pocula, prob dolor atq; pudor hodie quoq; inter Christianos visuntur. Apud Græcos multa fuisse poculorum genera à re nauali cognominata, vt carchesia, cymbia, quæ fuerunt pocula procera, & nauibus similia, Macrobius testatur lib. 5. cap. 21. Saturnal. Cantharum quoq; libero patri dicatum (vt Scyphus Herculi) & poculi & nauigij genus fuisse, & Herculem secundum antiquam historiam poculo tanquam nauigio immensa maria transisse ibidem tradit. Hodie quoq; apud Germanos multa nauigiorum forma pulcherrima pocula conficiuntur. L. Crassius orator confessus est duos Scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertijs C. emptos habuisse, nunquam tamen se his vti propter verecundiam ausum fuisse, testis est Plinius lib. 33. cap. 11. Propertius lib. 1. Eleg. 14. Lesbia Mentoreo vina bibas opere. Variæ olim in poculis figuræ atq; imagines excidebantur, vt Deorum, hominum, animalium, stellarum, aliarumq; rerum. Hoc indicat celebre illud & quidem elegans atq; venustum Anacreontis carmen, quo eroticôs, exprimitur, cuiusmodi poculum fieri sibi expetat, vt in eo videlicet non armatos duces non, cæli signa, Pleiades vel Bootem requirat, sed ventres, sed amores, sed racemos & Bacchū. Vide Crinit. lib. 9. cap. 4. Huc alludit Iuuenal. Satyr. 1.

Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum, hoc est, pocula argentea, antiquis (vt ait Seneca) nominibus artificum nobilia, quæ & archetypa dicebantur. Notandum, cùm alias figuras, tùm maximè caprum in poculis excisum fuisse, quod animal sit Baccho infensum. Vnde Martial. in 13.

Stat caper in phiala Thebani vellere Phrixi,
Cultus ab hoc mallet vecta fuisse soror.

Sic hoc loco stantem extra caprum vocat, id est, extantem & cælatura eminentem. Sic Ouidius in Metamorph.

Sed altius extantem signis, multæq; in pondere massæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus.

Pocula literis & carminibus præsertim Homericis, insignire solebant, cuiusmodi poculorum genera Grammatica fuerunt à Græcis appellata. Athen. lib. 11. cap. 4. Huiusmodi poculum argenteum literatum in Capua Campaniæ Palladi depositum visebatur. Suetonius testatur Neronem duos habuisse scyphos gratissimi vsus, quos Homericos à cælatura carminum Homeri vocabat. Apud Achæum Tragicum grammatici poculi fit mentio. Huiusmodi fuit & illud, in cuius ambitu verba hæc legebantur: Διὸς σωτῆρος, id est, Iouis seruatoris. De ijsdem Cælius lib. 7. cap. vltim. Poculi astrologici, quod inter alia munera Ferdinandi Imperator. legati Constantinopolitano Cæsari attulerunt, descriptionem habes apud P. Iouium. Excelsum erat Germanico more ex auro poculum lectissimus exornatum gemmis, eruditaq; insuper admirationis argenteam machinam, in qua non horarum modo spatia, sed errantium etiam syderum motus, menstruiq; Solis ac Lunæ coitus, exactissima ratione monstrabantur: intus scil. dentatis rotis, certisq; ponderibus, admirabili momento, vel in multum ævum minutissimas temporum mensuras dispensantibus: quin inter celeres, tardosq; orbes, in tam vario inæqualiq; polorum ordine, audaci quadam supremi motoris æmulatione coniuncta cõgruerent. Ea à peritissimis astronomis excogitata perfectaq; Maximiliani Cæsaris fuisse dicebatur. Hæc ille. Scyphi sigillati dicti à Cicerone, id est, sigillis ornati, in 6. in Verrem. Cum, sederem, inquit, domi tristis, accurrit Venerius, iubet me scyphos sigillatos ad prætorem statim afferre. Signa & sigilla dicuntur simulacra deorum vel heroum, vel alterius alicuius rei, quæ Græcè ἀγάλματα & ἀγαλμάτια & εἴδη θεῶν appellantur. Huiusmodi sigilla vasis & scyphis illigabantur cælatorum & vascularioriorum artificio, quæ idcirco sigillata fuerunt dicta, vt Bayfius

Pocula Grammatica.

Pocula sigillata.

Pocula emblematis & crustis ornata.

in libr. de vasculis annotauit. Ornabantur etiam pocula aliaq; vasa emblematis dictis ἀπὸ τῦ ἐμπε βλεῖσθαι, quod vasis adijcerentur & reuellerentur, cum libitum erat, de quibus copiosè Budæus in annotat. Illigabantur & aureis crustis vasa, vt est apud Paulum in l. Pediculis, infra eodem in hæc verba: Cymbia argentea crustis aureis illigata. Quarum crustarũ meminit Cicero in 6. in Verr. his verbis: Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant, quæ probarant, ijs crustæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis delitijs cum argento puro domũ reuerterũt. Vasa pura dixit Iureconsult. non cælata in l. Si in rem, supra de rei vindicat. A crustis autem huiusmodi dicti crustarij, quorum artificij vasa crustis illigabantur. Plin. lib. 33. Habuit & Teucer crustarius famam. Incrustare quoq; dicimus. Horat. Serm. 1. Syncerum cupimus vas incrustare. Huiusmodi crustarum meminit & Iuuenal.

—— Ipse capaces
Heliadum crustas, &c.

Vasa aureis crustis illigata etiam Chrysendela à Martiale dicuntur in 6.

Ponuntur semper Chrysendela Calperiano
Siue foris, seu cum cænat in vrbe domi.

Dicuntur & lances Chrysendelæ ab eodem in apophor. De vasis auri puri, & de crustis & emblematibus poculorum vide etiam Turnebum in Aduers. lib. 8. cap. 10.

Pocula speculis figurata.

Figurabantur etiam pocula exsculptis intus ceu crebris speculis, vt vel vno intuente, totidem populus imaginum fiat, quod euenit figura materiæ. Calicis nasorum quatuor meminit Iuuenal. quem amplum fuisse verisimile est, cum obijciat quendam posse siccare calicem nasorum quatuor.

Imagines in poculis exsculptæ

Solebant veteres etiam mortuorum imagines, quos charos habuerunt, memoriæ causa in poculis exsculpere. Sic Corn. Macer, teste Iulio Capitolino, pateram habuit ex electro, quæ per conuiuas circumferebatur, in cuius meditullio effigies Alexandri expressa visebatur. Sic Epicurei amoris memoriæq; ergò Epicuri imaginem in poculis suis sculpi curabant, vt quoties biberent, toties illius recordarentur, vt testis est Cic. lib. de finibus. Hieronymus refert quosdam etiam Apostolorum imagines in vasis excidisse, cuius hæc sunt verba in Ion. proph. cap. 4. Timuit videlicet (scil. Cantheius Rom. (à quo se reprehensum & sacrilegij accusatum dicit, quod pro cucurbita hederam tum stulerit) ne si pro cucurbitis hederæ nascerentur, vnde occultè & tenebrosè biberet, non habere. Et reuera in ipsis cucurbitis vasculorum (quas vulgo Saucomarias vocant) solent Apostolorum imagines adumbrare, à quibus & ille non suum sibi nomen assumpsit.

Christianorum pocula multiformia ad luxuriam comparata.

Nunc vt ad nostra tempora veniamus, hac quoq; in parte Christianorũ sese prodit luxuria, quæ antiquam illam Græcorum atq; Romanorum luxuriam non modò æquasse videtur, sed etiam longè superare. Nam cum multæ sint variæ atq; multiplices poculorum formæ atq; figuræ, quas enumerare operosissimum foret: tamen nouæ ferè quotidie excogitantur, ita vt nihil ferè in rerum natura esse videatur, ad cuius imaginem atque similitudinem illa non effingantur. Quemadmodum igitur ebrietas ipsos homines vera sua forma, hoc est, ratione exutos in varias ac portentosas animalium brutorum formas conuertit atque commutat: sic eosdem ad varias & nouas quotidie poculorum formas excogitandum impellit. Alia morionum laruis, alia draconibus, alia ocreis similia fieri curant. Habent etiam nonnulli ad diaboli imaginem formata, vt ita nimirum se illius mystas esse testentur. Sic in poculis quoq; suam petulantiam produnt.

Sunt autem plæraq; illæ formæ non tàm ad necessitatem aut commoditatem aliquam, quàm ad luxuriam atque ebrietatem comparatæ. Sunt pocula αὐτόματα, quæ certo modo in mensa collocata ad eum, cui illa sunt exhaurienda, mouentur. Sunt pocula ἄποδα, vt ita loquar, quæ fisti ac collocari non possunt, sed ab eo, qui illa accepit, vini plena vel manibus semper sunt cum molestia tenenda, vel exiccanda, & huiusmodi verè sunt illa hospitalia pocula, seu potius inhospitalia, vulgò à Germanis willkom̃ dicta, quæ peregrino siue hospiti primùm aduenienti proponuntur necessariò exhaurienda, quæ plærunque ita ampla sunt atque capacia, vt illis epotis hospes ille bonus, vbi terrarum sit, nesciat. Vtuntur etiam nonnunquam scyphis quibusdam siue trullis ore angusto præditis, in quas vina per infundibulum infunduntur. Has qui eius rei sunt periti, tàm citò epotant, atque alia vasa, quæ sunt ore amplissimo, & in eo nonnulli artem suam ostentant: alij, qui idem tentant, facillimè inebriantur. Huiusmodi potoria Germanicè Guttruff vocantur, forsan à guttis illis

antiquis

antiquis sic dicta, quæ fuerunt cum vasa vnguentaria, tùm pocula sacra, sic appellata, quòd guttatim ex illis liquores fluerent: vnde etiam vox gutteren *videtur deriuata. Multis etiam in locis certi quidam conficiuntur calices, in quorum pede alea vitro est inclusa. Hunc qui exhausit, vitrum illud cum alea mouet, quòd si iecerit vnitatis notam, calix illi denuò est ebibendus: sin autem aliam numeri notam, tunc secundum eam, qui post eum à sinistra parte in mensa sedet, calicem illum vini plenum in manus accipere & exhaurire cogitur: quo epoto, deinceps eodem modo alium quærit aleæ iactu. Denique innumera pocula ab illis potatoribus finguntur, quibus non modò socios suos ad bibendum inuitant, sed etiam fallunt atque decipiunt, ita vt plus bibere cogantur, quàm ipsi illis propinauerint. Vt ergo materia, sic forma quoq; poculorum accommodatur ad ebrietatem.*

DE POCVLORVM QVANTITATE. DE MORE AD CERTAM POCVLORVM MENSVRAM ATQVE NVmerum propinandi. De precatiunculis quibusdam, atq; etiam imprecationibus inter propinandum adhiberi solitis. De more pocula ad summum vsq; implendi, certam vini poculorumue mensuram conuiuis præscribendi. De poculo illo Christo in cruce propinato disputatio.

CAPVT XIII.

NVNC *de poculorum quantitate dicatur, quæ quidem potissimum in propinationibus est spectanda. Athenæus libr. 11. statim ab initio Dicearchi Messenij (qui Aristot. fuit discipulus) testimonio probat Græcos antiquitus* μικροῖς ἐκπώμασι κεχρῆσθαι, καὶ ὑδαρέστερον πεπωκέναι, *id est, minoribus poculis fuisse vsos, & dilutius bibisse. Eiusdem rei testis est Chamæleon Heracleotes in libro de ebrietate, qui docet magnorum poculorum vsum apud Græcos non antiquum, sed nouum esse, à populis barbaris primò inuentum & in Græciam translatum, qui* ἀπεστερημένοι τῆς παιδείας ὁρμῶσιν ὅτι τὸν πολὺν οἶνον, καὶ πορίζονται ξοφὰς περίργους, καὶ παντοίας, *id est à disciplina alieni ad largiorem vini potum epularumq; magnificentiam immani quadam cupiditate rapiuntur. Hinc postea inquit:* τὰ μεγάλα τῶν ἐκπωμάτων ὀπιχώρια γέγονε τοῖς δυνάσταις, *id est, maiora pocula principibus seu optimatibus cæperunt esse vsitata. Notanda ratio, quam addit:* Εἰδὲ οἱ ταῖς ἐξουσίαις χρώμενοι καὶ τοῦ πλουτεῖν, προτιμῶσι τοῦτο μᾶλλον τούτου, οὐδὲν θαυμαστόν. οὐκ ἔχοντες γὰρ ἑτέραν ἡδονὴν πάντες καλλίω, οὐδὲ μᾶλλον εὐχερῆ, καταφεύγουσι εἰκότως ὅτι τὸν οἶνον.

Pocula ampla & capacia.

(*Iudicum cap. 5. phiala fortium pro poculo peramplo ac patente accipitur.*) *Præterea addit ibidem passim in Græcia neq; in picturis, neq; in antiquorũ scriptis magnum poculum inueniri præter Heroica. Nam* ῥυτὸν *potorium sic appellatum, teste Theoph. dabatur solis Heroibus & bibacioribus: quod ipsum nonnulli volunt* διὰ τὸ ὀξύτητα τῆς ὑποφανείας τῶν δαιμόνων, *hoc est, ob celerẽ dæmonum apparitionem demonstratum fuisse. Illos enim* χαλεπὰς καὶ πλήκτας, *id est, difficiles & percussores esse existimant, idq; magis noctu, quàm interdiu. Ne igitur moribus potius & consuetudine, quàm ebrietate tales esse videantur, faciunt illos magnis poculis bibere. Rhyton porrò capiebat 2. choas, cuius meminit Martialis. Nestoris quoq; poculum apud Homerum celebratur insigni magnitudine, quod vix iuuenis aliquis gestare poterat, at ille tollebat illud* ἀμογητὶ, *id est, facillimè, nulloq; labore. Præterea potorium illud datum Cyclopi ab Vlysse, quod* κυάθιβιον *vocat poëta, alij* κύμβιον, *nequaquàm paruũ extitisse indè apparet, quòd eo ter poto monstrum illud horrendum, quod vertice feriebat sydera, ebrius iacuit per antrum. Hoc quoq; nonnullis visum est barbaricum fuisse quoddam poculum, ex Cyconum præda allatum: Possit tamen etiã quis illam Cyclopis ebrietatẽ non tàm poculi magnitudini, quàm vel vini viribus tribuere, vel quod Cyclops lactis, non autem vini potui assueuerit. Hæc Athenæus. Ex quibus constat Græcos antiquitus paruis pocillis vsos fuisse & quidem benè dilutis, poculorumq; magnorum vsum esse barbaricum. Idem tamẽ postea amplis & capacibus poculis fuerunt vsi. Magnum poculum Athen. lib. 11. putat eleganter dici posse* φρεὰρ ἀργυρᾶν, *id est, putcum argenteum. Huiusmodi fuit carchesium dictum, & alia innumera.*

Rhyton.

Nestoris poculum.

Putcus argenteus.

Pocula magna apud Hebræos.

Apud Hebræos reges atque optimates capacioribus poculis fuisse vsos constat ex illo, Hos. 7. reges faciunt ægrotare vtre vini, vbi vtris nomine ampla pocula intelliguntur. Sic Amos 6. cap. populi principes dicuntur vinum bibisse in phialis aut pateris. Nam vox Mizrak, qua Amos vtitur, derivata à spargendo, vas proprie patulum (σπονδεῖα Græcis sunt latiora pocula. Cel. lib. 28. cap. 6.) amplum & capax significat, vt volunt grammatici: quod Latinè craterem sive phialam recte verteris.

Exempla poculorum capacit.

Πατιλλια dicta sunt pocula perampla, teste Eustath. ιλ. Cælius lib. 15. cap. 6. (quæ ab Homero σπονδεῖα appellantur) vnde πατιλλοχαίεσν ebriosus, qui poculis amplis gaudet. Amphiteum erat poculi genus ita factum, vt quasus ex parte positum staret, nullumq; certum haberet fundum. Probabilius est, quod inter varia addit Hesychius, Amphiteton esse poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur ac reponitur. Id Hollandi nautæ vocant busam. Hinc prouerbium: Ex Amphichito bibisti: in eum, qui meracius & largius potaret. Eras. in Prouerb. Cicero in Verrem nominat pocula Heraclea sive Heraclia magna & capacia, quæ Herculis tanti herois, qui in potoribus maximis numerabatur, sitim extinguere & satiare posset: quorum poculorum etiam apud Athen. fit mentio. Nec Elephantus ebiberit: prouerbium. Erasmus vult dici de poculo prægrandi, quum elephantus proboscide magnam aquarum vim qualibet hauriat. Fundo carens calix: Prouerbium, quod etiam de prægrandi poculo intelligi potest. Vide Iunium in prouerbijs. Athen. lib. 4. de Cestis: Ἀποῤῥοῦσι δὲ τῶν αὐτῶν ποτηρίων κατὰ μικρὸν οἱ πλεῖον κυάθου, πυκνότερον δὲ τῶν ποιοῦσι.

Pocula magna apud Romanos

Romanos quoque magnis & capacibus poculis vsos fuisse cùm multa alia literarum monumenta, de quibus postea forsan pluribus: tùm illa Galeni verba satis testantur. libro 1. Methodi Therap. statim ab initio, vbi de Romanorum luxuria, ebrietateque verba faciens, dicit illos in cœnis solitos fuisse προπίνειν ἀλλήλοις καὶ ἁμιλλᾶσθαι περὶ μεγέθους ἀκρωμάτων, id est, sibi inuicem propinare & de magnitudine poculorum certare, ita vt is optimus censeretur, non qui plurimis instrumentis musicis aut etiam sermone philosophico vti nouit, sed qui multos eosq; maximos calices exiccarit. Cicero in sua interrogatione Pisoni obijcit maximos calices, quibus ille vtebatur & hos Placentinos. Idem exprobrat Antonio: Quod si inter cœnam in immanibus illis tuis poculis accidisset, &c.

Hodie Christiani, sed in primis germani poculorum magnitudine Græcos & Romanos videntur longè superare: monstrosæ certè magnitudinis poculis vti consueuerunt, de quo vide plura apud Cornarium in libello de conuiuijs Græcorum & Germ. Horatius Od. 9. Capaciores affer huc puer scyphos. In quem locum sic Lambinus: Affer maiores calices, vt bibamus liberalius. Sic Satyra 7. lib. 2. Et calices poscunt maiores, quod Græci dicunt αἰτεῖν μείζους subaudi κύλικας. Athen. lib. 2. Αἰτεῖντο δὲ τῷ γραμματικῷ λεωνίδᾳ μέζον ποτήριον, &c. M. Tullius autem Verr. 3. fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur, hospes hortatur, poscunt maioribus poculis, ibi Pædianus poscunt, id est, prouocant. Sed mihi videtur hoc quoq; loquendi genus à Græcis expressum. Sic enim loquuntur: Αἰτεῖν πεῖν μεγάλην κύλικα. Athen. lib. 15. διὰ τοῦτο ὁ ἀλκιβιάδης ἤτει πεῖν μεγάλην κύλικα, &c. Ita Plautus in Rudente non ineptè: Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit. Iuuenalis Satyra sexta. Quum bibitur concha, id est, grandi poculo, ὑπερβολικῶς. De poculis magnis, quibus mulieres vtebantur, vide Pherecratis carmina.

De mensuris, & numero poculorum. Mensurarum nomina.

Hic porrò de bibendi mensuris poculorumque numero, quem veteres ferè in suis propinationibus obseruarunt, dicendi erit locus. Ac varijs quidem mensuris veteres potasse constat. Hinc apud Romanos vocabula sunt inuenta, Triens, Quadrans, Quincunx, Septunx & reliqua, quæ non magis pocula, quàm mensuras significant, à quibus tamen calices potorij fuerunt nominati: id quod ex illo Martial. lib. 8. constat: Dat numerum cyathis, &c. In illo septuncem pro hausti 7. cyathorum, trientem pro hausti 4. Quincuncem pro 5. Bessem pro 8. cyathis posuit. Præ cæteris autem tres potissimum videntur obseruandi: Sextans, Deunx & Triens: quarum duæ rarius, tertia frequentius & à pluribus in quotidiano vsu videtur vsurpata, Sextante temperatos ac valetudinarios: Deunce intemperatos & bibaces potasse valdè est verisimile. Nam Suetonius auctor est, Augustum Cæsarem sextante bibisse, eumq; sexies tantùm in conuiuijs publicis ori admouisse, eius verba hæc sunt: Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum

Sextans.

super

Digitized by Google

ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Poſtea quoties largiſſimè ſe inuitaret, ſenos ſextantes non exceſſit: aut ſi exceſſiſſet, reijciebat. Et maximè delectatus eſt Rheſico, neque temerè interdiu bibit. Romani, vt Budæus vult, ſextantem ſiue ſextarium, quaſi legitimam & quotidianam virilis potus menſuram ſtatuentes, ab eo quaſi ab aſſe incipientes, reliqua vocabula quaſi eius partes fecerunt. Auguſtus itaque, vt idem Suetonij verba interpretatur, ita plærunq; ſibi temperabat ſuper cœnam, vt ternos ſextantes, id eſt, dimidiatam aliorum menſuram biberet, & cum licentius bibere propoſuerat, ſextarium non excederet, ac ne excedere quidem poſſet citra reiectionem, quippe qui infirma valetudine fuerit. Verùm ſimiliter Imp. vitæ fuiſſe parciſſimæ, ita vt ſextarium vini tota die nunquam potauerit, ſæpè intra heminam, teſtatur F. Vopiſcus Sic Martialis de ſemetipſo & Cinna:

Sextantem poto, tu potas Cinna deuncem,
Et quereris quod non Cinna bibamus idem.

Idem de Luſco bibone ad Aulum:

Potator nobilis, Aule, lumine vno
Luſcus, Phryx erat alteroq; lippus.
Huic dicit medicus, Bibas caueto.
Vinum, ſi biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx oculo, Valebis, inquit,
Miſceri ſibi protinus deunces.
Sed crebros iubet: Exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Ex his videtur poſſe colligi, Deuncem ſiue vndecim vnciarum calicem ebrioſorum potius & intemperantium hominum: Sextantem verò temperatorum menſuram extitiſſe. Cæterùm in communè ferè omnium vſu extitiſſe calicem quinque paulò plus minuſue vnciarum, Trientem appellatum, Mercurialis (qui hac de re diſſerit lib. 1. antiq. lect. cap. 22.) inde videtur poſſe colligi, quod poëtæ qui omnibus alijs auctoribus melius veterum, in edendo præſertim & bibendo, mores expreſſerunt, cum de huiuceſmodi potus menſuris vaſiſq; loquuntur, ferè ſemper trientes nominant. Deunx. Triens.

Propertius libro tertio.

Cum fueris multis exacta trientibus horis.

Perſius Satyra tertia.

Sed tremor inter vina ſubit calidumq; trientem.

Martialis qui cæteris copioſius de his rebus luſit, lib. 1.

Crebros ergò bibas licet trientes. Et lib. 4.
Sed nec poſt primum legat hæc, ſummumue trientem.
Sed ſua cum medius prælia Bachus amat. Et lib. 9.
Septem poſt calices Opimiani
Denſa iam iaceam triente blæſus Et lib. 10.
Candida Setini rumpant cryſtalla trientes
Dormiat in pluma nec meliore venus. Et
Cum potes amethyſtinos trientes. Item lib. 11.
Miſce dimidios puer trientes Et
Et numerat noſtros adſtricta fronte trientes
Tanquam de cella ſit cadus ille ſua. Et lib. 14.
Setinos moneo noſtra niue frange trientes,
Quando ego vos medico non prohibente bibam?

Hinc colligere quiuis poteſt, calices quotidianos & à cunctis ferè pro potu vſitatos, trientes fuiſſe, quæ erat quarta ſextarij pars. Vnde etiam fit veriſimile (vt Budæus quoque vult) Sextarium eam forſan fuiſſe potus menſuram, quam in cœna quotidie ſumebant, quamque in quatuor partes ſiue in trientes quatuor diuidebant. Obſeruandum magnos potores ſæpè ab ipſis poculis ſiue menſuris, quas ebibere conſueuerant, cognomina ſuiſſe ſortitos, vt Cotyla, Methretes, Amphorum, Tricongius. Potatores magni à menſuris cognominati

Conuiuæ coacti ad certum poculorum numerum & mensuram bibere.

Veteres porrò cùm Græcos, tùm Romanos, qui Græcos imitabantur, in conuiuijs solennioribus atque splendidioribus ad certum poculorũ & quidem æqualem numerum atq; mensuram, quam conuiuij magister plærunque præscribebat, potare, seq; inuicem ad bibendum inuitare fuisse solitos, passim ex veterum monumentis constat. Asconius in 3. Verrina Cic. in illa verba: Fit inuitatio vt Græco more biberetur. Primò reprehendit eos, qui grandibus (inquiunt) poculis & meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis, & hoc putant Græco more potare. Addit deinceps:

Græco more bibere.

Est autem Græcus mos (vt Græci dicunt) συμπεῖν κυαθιζομένους, cum merum cyathis libant, salutantes primò deos, deinde amicos suos nominatim: nam toties merum bibunt, quoties & Deos & charos suos nominatim vocant. Κύαθον *Athen.* αἰτλητῆρα, *Suidas* αἰτλητήριον μέτρον ὑγρῶν *vocat,* ἐγχιῶν β. ἢ κοχλάριον, *dictũ* ἀπὸ τῦ χύω, *quasi* χύαθος. *Vox licet græca, tamen Latinis quoque vsitata. Fuit vasculum paruum, quo partim ad bibendum vtebantur, partim eo modum potionis metiebantur, & certis cyathis vini certos cyathos aquæ miscebant, quod qui faciebant, ad cyathum stare & cyathissare (qua voce Plautus vtitur) græcè* κυαθίζειν *dicebantur. Nam cyatho hauriebant vinum & aquam è vasis, & in pocula fundebant, quod* κυαθίζειν *græcè appellant, noto Marcelli ioco, cuius naues machinis Archimedis leuatæ in puppim aut proram, deinde illisæ mari, aquam cùm plurimam haurirent, aut grauibus libramentis depressæ acciperent aquam, ludens dixit: Archimedem suis manibus pro cyathis vti. Turnebus in suis Aduersarijs. Hinc cyathi etiam dicti* ἀρύσαναι, *nec non* ἀρυστῆρες & ἀρύστιχοι *dicti* ἀπὸ τῦ ἀρύσασθαι, *id est, hauriendo, teste Athenæo libro decimo, capite quarto. Hinc* κυαθίζειν, *vt vult Erasmus in suis Adagijs, etiam dicebantur ij, qui poculis indulgebant, vt* κωδονίζειν: *vel potius videtur hoc in eos conuenire, qui parcè bibunt, nec sextarios hauriunt, sed cyathis subinde repetitis, tamen inebriantur. Solent enim quidam ita proponere: Quisque bibet heminam non amplius, & sæpenumerò fit, vt paulatim incalescente libidine plus bibant. Idem in illa verba Militis apud Plautum in Pœnulo: Proh, nebulæ, cuius ego cyatho septem noctes non emam. Loquitur, inquit, miles ille non absque specie prouerbij de muliere fastidiosa, sed non perinde formosa, & cyathum dixit pro minimo pretio, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, crater amplius. Lambinus illum locum ex veteribus suis libris sic legit: Quoius ego vel nebulæ cyatho septem noctes non emam, hoc est, eodem interprete, quam ego ita contemno, vt eius noctes septem cyatho nebulæ, id est, cyatho rei futilis & friuolæ nolim emere: quam lectionem etiam Turnebus libro Aduersar. 20. capite primo probat. Fortassis, inquit Turnebus, summa potio decem cyathorum erat, quibus se inuitarant, & Græcam cantionem cecinerant: Quinque bibe, tres bibe & semiquatuor: quæ summa decem cyathorum est. Et sic putant nonnulli illa Plauti verba intelligenda: Volo ego nos pro summo bibere, nulli relerimus postea hoc sensu: Volo nos pro summo bibere, vt modum quem dicemus, ne superemus, isque sit cyathorum summus modus in potando: vel potius, hoc summum sit & vltimum quod bibimus, nullique postea relinamus è cado, sed finem potandi faciamus. Sed Turnebus mauult ibi legi, Nolo, hoc sensu, Nolo nos bibere immanibus hauſtibus: nulli postea relinamus, cadum aperiamusque summis hauſtibus bibituro: subitò enim cadus verti posset, vt ait, quod est exhauriri, si tàm magnis poculis nos ingurgitaremus: vt apud Horatium:*

——Inuertunt Alifanis vinaria tota,

Id est, exhauriunt. Nam cadus, qui inanitur, inuertitur, Vberstürtzen.

Propinaturi Deum aut hominem aliquẽ præfabantur.

Erat mos apud veteres, vt propinantes aut bibituri, Deum quempiam aut hominem omnes causa præfarentur, eumq; gignendi causa proferebant. Sic apud Lucianum in Lapithis Alcidamus Cynicus sponsæ Herculis nomine propinat. Eras. Hinc Horat. Od. 19. lib. 3.

Da Lunæ properè nouæ
Da noctis mediæ, da, puer, auguris
Murenæ (subaudi cyathum aut poculum) tribus aut nouem
Miscentur Cyathis pocula commodis
Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet.
Vates: tres prohibet supra
Rixarum metuens, tangere Gratia.

Id est

Id est, Poëta Musarum amore flagrans nouies bibet, si volet insanire, sed Gratiæ vetant eum, qui à rixis & conuitijs abhorreat, plus quàm tres vini cyathos haurire. Quod autem prohibet græca tantio, ne 4. biberent, ad veterum superstitionem pertinet, qua creditum est impares numeros ad omnia efficaciores esse. Vnde illud: Numero Deus impare gaudet. Et Democritus, teste Plinio lib. 28. cap. 6. numerum quaternarium condito volumine improbauit, rationemq; reddit, quare quaterni cyathi, sextarijúe non essent potandi. Septenos cyathos Toxitus apud Plautum in Persa vult propinari, cuius hæc sunt verba: —— Age puere, A summo septenis cyathis committe hos ludos, mone manus, propera, &c. Hæc de Cyatho dicere volui, propterea quod Græcis atq; Romanis hæc vsitatißima fuerit mensura, ad quam bibere fuerunt soliti, quaq; potus suos dimetiebantur.

Solebant ergò veteres cùm in deorum, tùm in amicorum & amicarum honorem atq; gratiam certum cyathorum numerũ in suis illis inuitationibus, siue propinationibus exhaurire. Ac primò quidem obseruandum veteres Græcos in cœnis tres crateras (est autem crater, quem Latini craterem vocant, vas in quo veteres vinum aqua temperabant) in Deorum gratiam statuere solitos fuisse: primam Mercurio, alteram Gratijs, tertiam Ioui Seruatori; quam δι᾽ σωτῆρ᾽ votabant: sed & earum vna postepulas remotis mensis statuebatur ad libationem & inuitationem. Præterea ad numerum Musarum nouem cyathos propinare solebant, vel in Gratiarũ honorem tres duntaxat. Vnde in prouerbium consuetudo abijt: Aut ter bibendum, aut nouies: quod Ausonius his verbis expressit. Tres crateres. Mos vel 9. in Musarum, vel 3. in gratiarum honorem ebibere.

Ter bibe, vel toties ternos, sic mystica lex est.
Vel tria potandi, vel ter tria multiplicanti.

Idem in epistola nuncupatoria ad Symmachum, præposita grypho, eiusdem consuetudinis meminit his verbis. Super mensuram meam facta est inuitatio, non illa de ludibrij conuitio, vt Græco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem & nouam Lunam & Murenæ auguratum ternos ter cyathos attonitus petit vates. Hunc locum de ternario numero illicò nostra illa poëtica scabies cæpit exculpere. Et paulò post: Cæptos inter prandendum versiculos ante cœnæ tempus absolui, hoc est, dum bibo & paulò antequam biberem.

Vt autem in Deorum, sic in amicorum quoque & amicarum cùm præsentium, tùm absentium gratiam bibere, & quidem ad certum cyathorum numerum solitos fuisse ex antiquis scriptis colligi potest, ad illorum memoriam inter bibendum recolendum ac renouandum. Huius moris exemplum est apud Theocritum. Eid. 14. Mos in amicorum & amicarum gratiam certa vini poculà propinandi.

Ιδη δ᾽ ἐ θεῶντ᾽ ἴδος ὄπιχεῖσθαι ἄκρατον
Ωινῶ ἥδιστ᾽ ἔχας᾽· ἴδ᾽ εἰ μόνον ὤινῶ εἰπεῖν.

Et Eid. 11. ——Ατὰρ τόσον αἰὲν ἔρωτ᾽ Ακρήτω ὄπιχεῖτο.——

Id est, semper amoris vinum fundebat seu bibebat. Amoris vinum est (inquit interpres) quod quis bibit amicam suam aut amicum memoria repetens. Quod ipsum ex illo quoq; eiusdem Theocriti versu colligere licet. ——θαλυς

Καὶ πόμαι μεγαλαιῶς μεμνημένῳ Αγιδιαντ᾽. *Horatius;*

Vultis seueri me quoque sumere
Partem Falerni? dicas Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua perbat sagitta.

Item Tibullus Eleg. 1. lib. 2.

Sed benè Messallam sua quisq; ad pocula dicat
Nomen, & absentis singula verba sonent.

Horatius iterum Od. 19. lib. 3.

Da noctis mediæ, da puer auguris *Murenæ, &c.*

Heic vinum Murenæ dixit, vt ille Syculus οἶν᾽ ἔρωτ᾽. Turnebus in illa verba in suis Aduers. sic scribit: Tres cyathos vini petit sibi dari. Puerum enim ad cyathum habebant, qui quot petebant cyathos vini, admetiebatur, in poculumq; fundebat. Sic & Græci, quos Flaccus videtur imitatus esse, cyathos sibi nomine eorum miscerí petebant, quos charos habebant. Alexis apud Athenæum: Καὶ τῷ μεγάλῳ δ᾽ ὀς ὑποχέας φιλίας κυάθων τῷ παρόντων τέτταρας τὰς ἑξῆς δ᾽ ἔρωτ᾽, ἀφεσταποδώσεις ὕστερον καὶ Αντιγόνῳ τῷ βασιλίσσῃ νίκης καλῶς· καὶ τῷ ναυάρχῳ

κύαθον Λημνίαν, φέρε τὸν τρίτον φίλης ἀφροδίτης.

Mos bibendi tot cyathos quot sunt in amici aut amicæ nomine literæ.

Quin & illud erat moris, vt in honorem amici aut amicæ tot cyathos haustibus singulis biberent, quot litera in eo nomine essent. Hunc morem festiuum hoc Martialis epigramma testatur libro primo.

Næuia sex cyathis (Lesbia sex cyathos, alij legunt) septem Iustina bibatur,
Quinque Lycæa, Lyde quattuor, Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica Falerno:
Et quia nulla venit, tu mihi somne veni. *Idem lib. 11.*
Nunc mihi, dic quis erit, cui te, Calatisse, deorum
Sex iubeo cyathos fundere? Cæsar erit.
Sutilis aptetur decies rosa crinibus, vt sit
Qui posuit sacræ nobile gentis opus.
Nunc bis quina mihi da suauia, fiat vt illud
Victor ab Odrysio quod Deus orbe tulit.

In hoc carmine cyathorum, rosarum, basiorum numerus respondet his tribus nominibus, Cæsar Domitianus Dalmaticus. Huc quoque pertinet illud Plauti in Sticho:

Sag. Vide quot cyathos hos bibimus? St. Tot, quot digiti sunt tibi in manu.
Cantio Græca est, ἢ πίνε πίν', ἢ τρία πίν', ἢ μὴ τέτταρα.
Tibi propino decuma fonte, tibi tute inde, si sapis.
S. Benè vos, benè nos, benè te, benè me, benè nostram etiam Stephanium.
Bibe, si bibis. St. Non mora erit apud me.

Turnebus in suis Aduersarijs in eadem Plauti verba sic scribit: Legem bibendi proponit seruus, vt olim solebat in conuiuijs, vt tot cyathos bibant, quot digitos habent in manu, id est, quinque.

Mos tot cyathos bibendi, quot in manu digiti.

Tot enim in manu sunt digiti. Itaque subijcit græcam cantionem: Aut quinque bibe, aut ter bibe, aut ne quatuor. In Athenæo legitur: ἢ πίνε τρία, id est, tria bibe, quod integrius puto: cantionemq; interpretatur de vini temperatione, quinque vini cyathorum ad duos aquæ, aut trium ad vnum, quo sensu non videtur accepisse Plautus: sed ad quinque tantum cyathos vini retulisse, quibus non duos aquæ cyathos, sed semicyathum miscere iubet. Nam quinque cyathorum decima est semicyathus. Sequitur autem protinus: Tibi propino decima fonte, quod valet aquæ decima parte.

Obseruandum autem est in hoc Plauti loco Stichum (quem alter seruus conuiuij strategum, hoc est, magistrum fecerat) velle pro illo suo imperio bibi decem cyathos, quot literis constet nomen amicæ suæ tunc absentis Stephanij. Et solebant amicarum suarum & eorum, quos amabant & venerabantur & colebant nomina commemorare, antequam biberent. Deinde obseruanda hic trita illa & vsitata Græcorum in propinationibus cantio: Aut quinque bibe, aut tres, aut non quatuor. Quidam tamen pro ἢ μὴ τέτταρα legunt, καὶ ἡμιτέτταρα, id est, Et semiquatuor. Semiquatuor autem, id est, duo. Plautus igitur hanc cantionem ad numerum cyathorum vini refert, quemadmodum etiam nonnulli eandem cantionem volunt pertinere ad illum locum Horatij, Od. 19. lib. 3. Tres prohibet supra, &c. Verùm Athenæus lib. 10. & Eustathius Od. 1. nec non Plutarchus hanc cantionem aliter intellexerunt, nimirum de vini & aquæ temperatione, non de cyathorum vini numero, quos quis ebibit, de quo suprà.

Precandi formulæ inter propinandum adhibitæ.

Notandum postremò in hoc loco precandi formula in propinationibus vsitata. Benè vos, benè nos, benè me, benè nostram etiam Stephanium. Simili salutatione vtitur Toxilus in Persa Lemniselenæ propinans. Pægnium tardè cyathos mihi das: cedò sanè: benè mihi, benè vobis, benè amicæ meæ. Fuit & hic mos (inquit Lambinus) antiquorum illorum Græcorum & Romanorum benè precari sibi & suis, ad quem hæc verba pertinent. Est enim Græca loquendi consuetudine dictum à Plauto: Benè vos, benè nos, & subintelligitur εὔχομαι, id est, precor seu opto, quòd latinè dixeremus precor vt vobis benè sit, benè nobis, benè mihi, benè tibi, benè nostræ Stephanio. Vel benè vos viuere precor, &c. Inter libandum etiam benè eodem modo precari solebant. Ouidius libro secundo, Fastorum.

Et benè vos, benè tu patriæ pater optime Cæsar
Dicite suffuso per sacra verba mero.

Sed &

Digitized by Google

Sed & propter ſuos, aut amicorum ſucceſſus bibere conſueuerunt, vt Horat. Da puer augurijs Murenæ: quod eſt Græco more dictum, cauſa ſubaudita. Id eſt enim propter auguratum Murenæ: vel interprete Auſonio, qui ita ſcribit, in qua propter mediam noctem & nouam Lunam & Murenæ auguratum ternos ter cyathos attonitus petit vates. Huc referendum quod Romanos olim legimus in Liberalibus tot cyathos exhauſiſſe, quot alicui annos precabantur, id quod Ouidius pulchrè oſtendit, his verbis, lib. 3. Faſtor.

Sole tamen vinoq; calent, annosq; precantur
Quot ſumunt cyathos, ad numerumq; bibunt.
Inuenies illic qui Neſtoris ebibat annos
Quæ ſit per calices facta Sibylla ſuos.

Mos bibendi pro abſentium ſanitate.

Hanc porrò antiquam Græcorum & Romanorum conſuetudinem propinandi in honorem ſeu pro ſalute eorum, quos amabant atque venerabantur, cùm præſentium, tùm abſentium D. Ambroſius ſuis quoque temporibus vſitatam fuiſſe docet libro de Helia & Ieiunio cap. 17. Quid autem obteſtationes, inquit, potantium loquar? Quid memorem Sacramenta? quæ violare nefas arbitrantur. Bibamus inquitant, pro ſalute Imperatorum, & qui non biberit, ſit reus in deuotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro eius ſalute non biberit. (piæ deuotionis obſequium) Bibamus pro ſalute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum ſanitate. Et hæc vota ad Deum peruenire iudicant. Sicut illi qui calices ad ſepulchra martyrum deferunt, atque illic ad veſperam bibunt: & aliter ſe exaudiri non poſſe credunt. O ſtultitia hominum, qui ebrietatem ſacrificium putant, &c.

Mos Chriſtum inuocandi inter bibendum.

Videtur etiam olim apud Chriſtianos moris fuiſſe, vt in compotationibus ſuis bibituri, Chriſtum inuocarent, ſeq; crucis ſignaculo ſignarent, id quod illa Gregorij Nazianzeni verba videntur innuere, quæ extant in Oratione prima in Iulianum apoſtatam, vbi de militibus Chriſtianis diſſerens, qui miris artibus à Iuliano decepti, & ad idololatriam inducti fuerant: λέγονται τοι τῶν ἑλόντων τινὲς ὀξ ἀγνοίας, ἐπειδὴ τοῦτο παθεῖν, καὶ ἀναχωρήσαντες οἴκαδε, τοῖς συσσίτοις κοινωνεῖν τραπέζης, εἶτα τῷ πότῳ παρελθόντ& εἰς τὴν συνήθη ψυχροποσίαν, ὡς ἡδὺν ὄντ& αὐτοῖς πιεῖν, τῇ ψυχροφόρῳ κύλικι χρισὸν ἐπεισπεῖν μετὰ τῆς σφραγίδ& ἀναβλέψαντας. τῶν συσσίτων δὲ τινὸς θαυμάσαντ&, καὶ τί τοῦτο εἰπόντ&, χρισὸν ὑπηλείφθαι κατὰ τὴν ἄρνησιν; hoc eſt, Feruntur quidam eorum qui imprudentes & per ignorantiam erant capti (id eſt, ad idololatricum quid deſignandum Iuliani fallacijs erant impulſi) poſtquam in hanc calamitatem incidiſſent, ac domum reuerſi cum ſodalibus ad menſæ participationem conſediſſent (en exemplum ſyſſitiorum militarium) & inde bibendi conſuetudo ad frigidam proceſſiſſet compotationem, tanquam nihil moleſti fuiſſent perpeſſi, ad frigidi calicis hauſtum Chriſtum inuocaſſe, ac crucis ſignatione in altum aſpexiſſet. Hic cùm quidam contubernalis admiratione captus, dixiſſet: Quid hoc rei eſt? Chriſtum poſt abnegationem inuocatis? &c.

Hunc verò pro abſentium ſanitate bibendi morem Moſcouitis quoque vſitatiſſimum eſſe, Sigiſmundus Baro de Rebus Moſcouiticis, ceu oculatus teſtis, luculenter docet, quem quidem hoc modo deſcribit: Sciunt pulchrè homines inuitare ad bibendum, & quum nullam aliam habent propinandi occaſionem, incipiunt tandem bibere pro ſanitate Cæſaris, fratris eius Principis, aliorum denique incolumitate, quos videlicet in aliquo dignitatis & honoris gradu conſtitutos eſſe exiſtimant. Illorum nomine quenquam recuſare poculum non debere, nec etiam poſſe exiſtimant, &c. Sed quid dico de antiquis Græcis, Romanis, Scythis illis ſiue Moſcouitis? hodie Chriſtiani multis in locis ad illorum imitationem tandiu pro ſua & aliorum ſalute bibere conſueuerunt, donec tandem omnem & animi & corporis ſanitatem amittant, atq; adeò æterna quoq; illa ſalute noſtri Chriſti morte atque ſanguine parta ſpolientur. Et hæc ſatis ſint dicta de antiqua illa (quæ hodie quoque eſt in vſu) in deorum hominumque gratiam & honorem tot vel tot pocula propinandi conſuetudine.

NOTA.

Imprecationes inter propinandum adhiberi ſolitæ.

Vt autem precibus olim atq; precationibus: ſic etiam diris contra imprecationibus ſeſe inuicem ad bibendum plus æquo inuitarunt, ſeu coëgerunt potius. Deorum indignationem atq; iram minitabantur ijs, qui bibere recuſabant, id quod ex illis Tibulli carminibus de Libero patre, colligi poteſt, vbi ſic canit:

Iam venit iratus nimium, nimiumque seuerus:
Qui timet irati Numinis magna bibat.
Quales his pœnas Deus hic, quantasque minetur
Cadmææ matris præda cruenta docet.

Idem hodie à Christianis fieri solet, qui similiter minis, deierationibus atq; execrationibus horrendis se inuicem ad potandum cogunt.

Mos conuiuis certam vini & poculorũ mensuram præscribendi.

Hanc autem certam vini siue poculorum mensuram, ad quam conuiuæ singuli adstringebantur, ipse conuiuij dominus, vti suprà iam aliquoties attigimus, pro conuiuiali illo suo imperio seu dictatura præscribebat, illamq; à singulis conuiuis importunè solebat exigere. Hinc Ambrosius cap. 13. de Helia & Ieiunio: Ac ne immoderatum hoc arbitreris, mensura proponitur, certatur sub iudice, sub lege decernitur agonotheta. Illic furor est, stipendium debilitatis, victoriæ præmium, culpa, &c. Huc facit illud Agesilai regis Spartanorum apophtegma, quod Plutarchus refert, statim ab initio apophteg. Lacon. Is enim sorte quadam in conuiuio magisteriũ nactus, pincernæ interroganti quantum cuiq; conuiuarum vini iuberet apponi: Si multum, inquit, vini in promptu est, cuius quantum poscat, fundito: si parum, æqualiter inter omnes distribue. Hac ille dexteritate mirè prospexit, ne vini copia deesset, quibus placeret largior potatio: vel ad bibendum cogerentur, quibus placeret sobrietas.

Deus quoq; suũ cuiq; calicem præscribit.

Ad hanc porrò & antiquam & valdè tritam ac peruulgatam suam cuiq; conuiuarum certam cibi potusq; & quidem plærunque æqualem portionem atq; mensuram in conuiuijs distribuendi consuetudinem (quæ distributio per patremfamiliâs conuiuijq; regem facta est) crebrò alludunt Sacræ literæ illa calicis siue poculi Domini Metaphora, qua cùm bonorum, tùm verò atque in primis malorum atque pœnarum diuinarum distributio atque collatio in homines intelligitur, quæ quidem certa fit iustaq; mensura, numero atque pondere, non secus atque vel patersamiliâs dimensum cuique seruo assignabat, ac inter liberos portiones distribuebat, vel bibendi arbiter conuiuijq; præses suam cuique vini portionem, quam hauriret, statuebat, atque dimetiebatur. Exempla metaphoricarum huiusmodi locutionum habes. Psalm. 16. Ezech. 23. Psalm. 75. Isa. 21. & 50. Hierem. 25. Matth. 26. Hieronymus in Commentarijs Oseæ 2. exponens illud Psal. 75. Calix in manu Domini, &c. Duos, inquit, calices legimus, & inclinauit ex hoc in illum, de iustitiæ calice in calicem misericordiæ: & rursum de calice misericordiæ in calicem iustitiæ. Si iniquitates, inquit. obseruaueris Domine, quis sustinebit?

Tuo sunt Dei calices.

Etsi igitur plærunq; ad certam mensuram olim in suis illis propinationibus bibere consueuerũt, à conuiuij magistris præscriptam: nonnunquam tamen nullam esse seruatam in bibendo mensurationem legimus, ita vt libere cuiuis tot, quot vellet, pocula ebibendi potestas permitteretur: quemadmodum inuitat Martialis Caium Proculum lib. 11.

Quincunces (quinq; cyathos) & sex cyathos, besseq; (octo cyathos) bibamus.
Canis vt fiat Iulius, & Proculus.

Huius illustre exemplum habemus in magnificentissimo illo Assueri epulo, quod Esther cap. 1. describitur. Ibi potatio dicitur fuisse secundum legem, ita vt nemo cogeretur plus bibere, quam vellet, sed bibendi modus erat in cuiusque voluntate positus. Sic enim rex suis aulæ magistris præceperat, vt singulorum voluntati obsequerentur, neminem ad bibendum cogerent.

Mos à minoribus poculis progrediendi ad maiora.

Obseruandum est præterea antiquissimam hanc fuisse Græcorum & Romanorum consuetudinem, vt ab initio cœnæ minoribus, deinde maioribus poculis vterentur. Hanc consuetudinem nonnulli significari volunt illis Ciceronis verbis in 6. Verrin. Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. Hospes hortatur, poscunt maioribus poculis. Anacharsis Scytha hunc Græcorum morem ceu absurdum & à ratione alienum reprehendebat, quod cum initio minoribus poculis biberent, postea iam saturi & vuidi se maioribus prouocarent: vt testis est Lertius. Immeritò ergo ab Asconio videntur reprehendi, qui illud Ciceronis, Græco more bibere, interpretantur grandibus & meracis potionibus. Eiusdem moris, quo quasi methodo synthetica à minoribus poculis progrediebantur ad maiora, Philo de Ebrietate expressam mentionem facit, his verbis: Πίόντες γὰρ ἔτι διψῶσι, καὶ ἄρχονται μὲν ἀπὸ τῶν βραχυτέρων κυάθων: προϊόντες δὲ τοῖς μείζοσιν οἰνοχοαῖς ἐγχεῖν προσγέλωσι: ἐπειδὰν ἀκροθώρακες γενόμενοι χλιαροῖσιν ἢ οὐκέτι κρατεῖν ἑαυτῶν

ἑαυτῶν δ' ὠνάμβυοι; τὰς δὲ οἰνηρύσεις καὶ τὰς ἀμυστεῖς καὶ τὰς κρατῆρας ὅλως θορυβημάμβυοι, ἀκράτους πίνουσιν ἀθρόως, μίσχους αἰ ἢ βαθεῖ ὕπτιοι διαμαδῶσιν, οὐκέτι κρατεῖν ἑαυτῶν δ' ὠνάμβυοι, ἢ τῷ ὄγκῳ ὑπερπλησθέντων, ὑφ' βλύσῃ τὸ ἐπεισχεόμβυον. *Bibendo enim, inquit, sitiunt (docet ebrietatem esse ἀκόρεστον, id est, inexplebilem) incipientes à minoribus cyathis: procedente verò potatione iubent pincernas in maiores infundere calices, postquam incaluerũt iam parum sui compotes, infundibula, crateras, amystides integras exhaurientes & merum ingurgitantes, donec profundus somnus occupet, nec seipsos, nec quæ ingesserunt continere valentes, regurgitante potu nimio, &c. De eodem more sic eleganter Ambrosius disserit libro de Helia & Ieiunio cap. 13. Primò minoribus poculis velut voluntarijs pugna præluditur. Verùm hæc non sobrietatis est species, sed bibendi est disciplina. Etenim vt Tragœdiarum actores primò sensim vocem excitant, donec viuæ vocis aperiant iter, vt postea magnis possint personare clamoribus: ita isti quoque in principio proluſorijs seſe exercent poculis, vt irriteut sitim: ne fortè restinguant eam, & satiati postea bibere non possint. Ergo vbi recalere cœperint, poscunt maioribus poculis, feruor inardescit, arctius cibus siti exæstuat, & vbi imminui vasa cœperint, potu meratiore reparantur. Certant pocula cum ferculis, & inter moras sæpè geminantur. Deinde procedente potu longius, contentiones diuersæ, & magna certamina quis bibendo præcellat. Nota grauis si quis se excuset, si quis temperandum fortè vinum putet. Et hæc donec ad mensas perueniatur secundas. At vbi consummata fuerint epulæ, putes iam esse surgendum. Tunc de integro instaurant potum suum, & cum consummauerint, tunc inchoare se dicunt, tunc deferuntur phialæ, tunc maximi crateres quasi instrumenta bellorum, &c. Alexander similiter Trallianus libro 1. Problem. institutum esse refert, vt contrarijs poculis vterentur, in principiò scilicet minutis, in fine verò amplioribus: cuius instituti hæc ratio affertur: Vt enim epularum gratia, in quibus frequentius bibere decebat, veteres crebrius potarent, à paruis calicibus inchoabant, & in capaciores desinebant, quippe cum parua implere satis, vbi potare liberaliſsimè liberet, nequirent. Quod si ab amplioribus incœpissent, ocyus repleri necesse erat & subinde minus potare. Siquidem natura à largo protinus hausſtu accepto veluti expleta, copiam omnem subsequentem contemnit: ex aduerſo, si paruis poculis assueta paulatim ampliora exhibeantur, facilè copiam quamcunque sustinet. Cicero tamen in libro de Senectute, se poculis, sicut in sympoſio Xenophontis, minutis & rorantibus delectatum fuisse scribit.*

Apud Indos quoq; hoc in more fuisse positum, Philoſtratus lib. 2. testatur, vt vbi iam propemodum saturati fuerant, aurei argenteiq; crateres afferentur, quorum singuli potoribus decem sufficere videbantur, atq; ab his tanquam ex flumine potantes incuruati bibebant. Hodie inter Christianos hic quoq; mos est valdè vsitatus, vt primò minoribus poculis cum præluſorijs certẽt, deinde vbi iam vino incaluerint, amplioribus sibi inuicem propinent.

Mos poculasingula singulis conuiuis apponendi.

Notandum porrò aliquando conuiuis singulis singula fuisse apposita pocula, vt Homerus tradit in Heroum illorum veterum epulis fuisse vsitatum. Apponitur, inquit Athenæus libro 1. capite 1. singulis Homeri conuiuis caniſter, mensa & poculum, vt bibant quando volunt. Et hic ferè mos est apud Germanos: singulis enim conuiuis singula apponuntur pocula in ipſa mensa. Aliquando autem ex vno & eodem poculo omnes bibunt. Adhæc pocula aliquando in ipſa mensa epulari apponuntur plena: aliquando (qui magis videtur veterum mos fuisse) in abaco, vnde conuiuarum aliquis bibere volens, à miniſtro poculum aliquod sibi miſceri, impleri ac porrigi iubet, qui hodie mos est Gallorum, Italorum & aliarum nationum. At Germani pocula ante se posita plena semper habent, ita vt si quis vel parum ex poculo biberit, illicò illud rursus à pincerna impleatur, quasi nefas sit pocula vel vacua, vel semiplena in mensa stare. Hic quoque notandum veteres solitos fuisse paria pocula in mensa Delphica ponere, quam quidem multis poculis onerabant. Hinc Flaccus:

——Et lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet.

Idem declarat Agretius sic scribens, Cicero, iubeo promi vtroſq; binos vt habeam, quia in Delphica comparia vasa semper sunt, vnde & ipse Cicero dicebat, Scyphorum comparia plura. Turnebus Aduerſ. lib. 4. cap. 10.

Præterea pocula vel ad summũ vſq; implentur, quod nos appellamus gestrichen voll/ *vel pau*

lò minus. Hinc Stichus apud Plautum in Stycho: Vbi illic biberit, vel seruato meum modum, vel tu dato. Nolo ego nos pro summo bibere, nulli relerimus postea. Namq; edepol, quamuis de subito vel cadus verti potest. In quem locum sic Lambinus: Nolo ego nos bibere quàm maximo modo & quàm plenissimis poculis: nolo ego nos bibere, quàm maximis haustibus bibi potest, quare nulli postea cadum relinamus, id est, neminem, qui pro summo bibere velit, vinum ex cado depromere sinamus, (relerimus pro releuerimus positum.) Namq; edepol ita effusè & immaniter bibendo, quamuis subito etiam cadus inuersus exhauriri potest. Ita ferè Turnebus explicat aduers. lib. 4. cap. 21. Vide Lambinum in Od. 29. lib. 3. Horat.

Tyrrhena regum progenies tibi, Non ante verso lene merum cado, &c.

Et Satyr. 8. lib. 2. Inuertunt Alphanis vinaria tota.

De hoc pocula ad summam vsq; oram implendi consuetudine, vide etiam suprà quædam ca. 21. lib. 2.

Pocula porrò ad summas vsq; oras implere nonnullis idem videtur, quòd vinæ coronare Latinis, Græcè ὅλης ἐπιστέφειν. Alij verò vtrumq; verbum interpretantur de more veterum pocula coronis floreis cingendi atq; ornandi, de quo infrà pluribus.

De poculo Christo in cruce propinato.

Secundum hanc consuetudinem Romani quoq; illi milites, qui Christum crucis supplicio affecerunt, poculũ illud aceti atq; fellis, quod Christo sitienti propinarunt, hyssopo per ludibrũ cinxisse atq; coronasse videntur: de quo sic scriptum est Ioan. 19. Σκεῦος ἔκειτο ὄξους μεστὸν, id est, vas autem illic positum erat aceto plenum (Græci, teste Athenæo lib. 2. ὀξύβαφον vocant ἀγγεῖον τὸ δεχόμενον ὄξος. i. vas aceti receptaculum) οἱ δὲ (milites) πλήσαντες σπόγγον ὄξους, id est, cùm spongiam impleuissent aceto. Marc. 15. Vnus militum accurrens καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, impleta spongia aceto. Et paulò ante vers. 23. cum ad locum Caluariæ peruentum esset, dicuntur illi dedisse οἶνον ἐσμυρνισμένον, vinum muratum siue myrrhatum. Theophilactus, quoniã Matthæus vocat acetum felle mixtum, ita hæc conciliat, quòd Marcus generaliter acerbum vel potius amarum potum muratum vinum vocarit, cum myrrha sit admodum amara: ἴσως ὁ οἶνος ὀξύνης ἦν, ἡ δὲ σμύρνα πικρὰ ὡς χολὴ, id est, fortasse erat vinum iam acescens, myrrha autem amara est instar fellis. Vel forsan quoniam omnia ibi confusè & perturbatè agebantur, vt idem vult, alius quidem ei acetum simplex, vt Lucas scribit: alius acetum felle mixtum, secundum Matthæum, alius acetũ hyssopo coronatum, secundum Ioannem: alius vinum myrrhatum, secundum Marcum. Quid si his potio fuerit Christo data: prima, quando in locum supplicij venit, antequam cruci fuit affixus, quam vinum myrrhatum Marcus vocat: altera illi iam in cruce pendenti, quam idem acetũ vocat. Luc. 23. Καὶ ὄξος προσφέροντες αὐτῷ, id est, offerentes ei acetũ. Matth. 27. Dederunt ei bibere ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, id est, acetum mixtũ felle. Syriaca versio habet: מרירתא Merartah, quæ vox & fel & absynthium significat propter vtriusq; amaritudinem insignem. Nam, teste R. Dauid Kimhi in lib. Rad. morte plectendis potio ex succo absynthij præberi fuit solita, mortis acceleranda causa. Vnde Theophilactus Marc. 15. acetum illi dederunt, ἵνα συντομώτερον αὐτὸν ἡ δριμήτης τοῦ ὄξους θανατώσῃ. Addit Ioan. Καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ σώματι, id est, circumpositam siue tinctam & coronatam (scilicet illam spongiam) hyssopo (Syr. סרבא) admouerunt ori eius.

Impij ergo illi milites, quemadmodum sacrosanctum illius caput corona spinea cinxerunt: sic nunc per summam contumeliam atque ludibrium spongiam illam seu calicem aceto felleq; mixtum Christo propinantes, eum hyssopo cingunt atq; coronant, idq; ex communi illo pocula coronandi more atq; consuetudine. Sic Rodolpho Gualthero viro doctissimo & acutissimo videtur hic locus intelligendus. Nonnus poeta acetum illud oblatum Iesu mistum hyssopo fecit: vocat enim ὑσσῶπον κεκερασμένον, id est, hyssopo temperatũ, quemadmodũ igitur olim, vti suprà dictũ est, coronæ floreæ vel ipsi flores soluti, atq; etiã omnis generis herbæ, buglossus in primis poculis iniici fuerũt solita: sic Nonnus poëta voluit milites poculum illud Christo oblatum hyssopo herba miscuisse. Theophilactus similiter aceto, quod reis mortis offerri fuit solitum, additam ait esse hyssopum, ὡς φλεγματικὸς, ceu venenatum quid siue mortiferum. Nonnulli, addit idem, volunt hyssopum appellari calamum, propterea quòd ἡ τῆς καλάμου κόμη, calami coma talis est. Spongiam itaque calamo apposuerunt, propterea quod os Christi erat sublime. Hinc Marc. 15. Syriaca versio habet: Et spongiam alligatam בקניא Bekania arundini, &c. Camerarius, si cõiecturis relinquitur locus, suspicatur in

tur in archetypo fuisse ὑσσὸν περιθέντες, vt sit, suprà pilum spongiam ibi circundatam Iesu fuisse oblatam. Nam pilum Romanæ militiæ peculiare telum Græci appellarunt ὑσσὸν (vnde verisimile est hastæ vocabulum fuisse deriuatum) de quo fortasse Matthæus arundinis nomine vsus est telorum generali. Sed, pace tanti viri dixerim, periculosæ sunt huiusmodi coniecturæ. Omnino hoc poculo, quod milites illi libidine quadam petulantiaq; impulsi nihil tale quicquam cogitantes Christo propinarunt, mortis passionisq; Christi cùm acerbitas & amaritudo, tùm vis salutaris egregiè sanè fuit adumbrata. Nam primò acetum, fel, myrrha ingentes animi corporisq; dolores, quos Christus exantlauit, mortemq; duram & acerbam significant, secundum vaticinium Psalm. 65. Vnde & ipse Christus hunc calicem, siquidem ita ferat Dei voluntas, à se remoueri petijt, ne illum haurire cogeretur. Hyssopus autem qua calix ille fuit coronatus, mortis passionis, sanguinisque Dominici in cruce profusi vim & efficaciam salutiferam egregiè denotat. Hyssopi namque in veteri illa Lege Mosaica atque cæremoniali frequentissimus vsus fuit. Primùm in aspersione superliminaris & vtriusque postis, &c. Exod. 12. Secundò in mundatione leprosi, Leuit. 14. Nam leprosi aspergebantur sanguine passeris fasciculi hyssopi, & viuo passere in sanguinem immolati intincto. Tertiò, in sacrificio pro peccato & aspersione lustralis aquæ, quæ conficiebatur ex cinere combustæ vaccæ & pro peccato oblatæ. Numer. 19. Fuit ergo hyssopus ille cæremonialis typus & figura sanguinis Christi, qui omnes fideles verè purgat, mundatque ab omni peccato, illosque peccatorum suorum conscientia iudicijque diuini metu perculsos, & consternatos reficit & recreat. Hyssopus namque, vt volunt medici, & purgandi vim internam habet, maximè pulmonem, & animi deliquium passos recreandi erigendique vim habet. Vnde Dauid Psalm. 51. versu 9. Expiabis me hyssopo & mundabor, lauabis me, & præ niue dealbabor, id est, ablues & mundabis me à reatu filij tui sanguine, quo verè expiantur & tolluntur peccata. Vnde Augustinus libro 2. de Doctr. Christ. capite 16. Hyssopus herba quidem humilis, sed magna eius est vis: Sic mors Christi humilis quidem illa videtur, & abiecta, sed magna est eius virtus. Suidas, Hyssopus, inquit, est βοτάνη ῥυπτική: & citans illud Dauidis: Asperges me hyssopo, &c. Hyssopus, inquit, nullam peccatorum remissionem efficiebat: τύπος δ' ἐκεῖνα τῆς σωτηρίου παθημάτων, αἷμα γὰρ ἐνταῦθα καὶ ξύλον σωτηρία. Hæc de mystica calicis illius Christi propinatione coronationeq; dicere volui. His adde illa Cypriani verba de bono Patientiæ: Christus felle cibatus fuit, qui cibum cœlestem dedit: aceto potatus, qui salutare poculum propinauit.

Poculi illius mystica explicatio

Hyssopi vis.

DE PROPINANDI METHODO ATQVE MODO MVLTIPLICI. DE ANTIQVIS GRÆCORVM ET Romanorum propinationibus in orbem fieri, & à dextris inchoari solitis, quæ hodie Christianis quoq; sunt familiares. De variis loquendi formulis, salutationibus, cantiúnculis, gratulationibus, acclamationibus, gesticulationibus, ludis, præmijs atq; pœnis, quibus potatores inter propinandum vtuntur. De amystismis vt olim, ita hodie quoq; vsitatissimis. De varijs vini effusionibus inter potandum fieri solitis, cùm superstitionis, tùm amoris ergò, cuiusmodi fuit cottabus antiquus Siculorum ludus.

CAPVT XIIII.

QVARTA circumstantia propinationum est methodus, qua potatores vtuntur. Huc referri potest illa antiqua, quæ hodie quoque in vsu est, à minoribus poculis ad maiora & capaciora progrediendi consuetudo, de qua suprà satis est dictum. Deinde aliquando in orbem fit propinatio, aliquando in transuersum, kreutzweyß/ vt Germani vocant. Propinatio illa in orbem & antiquissima est, & vt olim, ita hodie vsitatissima. Græci id vocãt ἐν κύκλῳ πίνειν, id est, in orbem bibere: & vt cibi, ita poculi circumlatio in orbẽ φορὰ, & συμφορὰ poculũ circumferre φέρειν à Græcis appellatur: de quo more sic Athen. lib. 11.

De propinatione in orbem.

cap.28. *Plutarchus, inquit, phialam sibi dari iussit, qua postquam Musis earumq; matri Mnemosyne libauit,* προέπινε πᾶσι φιλοτησίαν ἐπειπὼν φιάλαν, *id est, omnes inuitauit amicitiæ poculo, vti appellabat, ἀ μόνον νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς φιλτάτοις, ἔδωκε τῷ παιδὶ περισοβεῖν ἐν κύκλῳ κελεύσας, τὸ κύκλῳ πίνειν τοῦτο εἶναι λέγων, id est, neque iuuenem solùm generum inuitans, verùm etiam omnes eius amicos, pueroq; dedit vt in orbem circumferret, quod in orbem bibere esse dicebat. Adducit deinde illud Menandri:* Οὐδὲ μίαν ἡ γραῦς ὅλως κύλικα παρῆκεν, ἀλλὰ πίνει τὴν κύκλῳ, *id est, neque enim vel vnum calicem vetula prætermisit, sed bibit in circulum. Idem.* Καὶ ταχὺ πάλιν τὸ πρῶτον περισοβεῖ, Ποτήριον αὐτοῖς ἀκράτου, *id est, Rursus statim primum meri poculum in circulum fecit circumferri. Huc facit etiam illud Euripidis in* Κρήσσαις: τὰ δ' ἄλλα χαῖρε κύλικι ἑρπύσης κύκλῳ, *id est, In cæteris gaudens cum poculum serpit in orbem. Eiusdem* ἐγκυκλοποσίας *mentio fit apud Athen. lib.8. vbi citatur illud Sophronis:* περιφερε κύκλῳ μεστὸν τὸν σκύφον, *id est, Circumfer scyphum plenum.*

Propinationes in orbem à dextris inchoari solitas.

Porrò à dextris propinationes has in orbem incœpisse auctor est Athen. lib.11. vbi sic scribit: Τρόποι εἰσὶ πόσεων κατὰ πόλεις ἴδιοι, *id est, Bibendi consuetudines atque modi ciuitatibus peculiares sunt, vt scribit Critias in libro de Lacedæmoniorum politia:* Ο μὲν χῖος, καὶ θάσιος ἐν μεγάλων κυλίκων δεξιὰ ἐξία, ὁ δὲ ἀττικὸς ἐν μικρῶν δεξιὰ ἐξία: ὁ δὲ θετταλικὸς, ἐν ποτήμασι προπίνει ὅτῳ ἂν βούλωνται μεγάλα. λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν παρ' αὐτοῖς ἑκάστου πίνει, ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ, ὅσον ἂν δοκιμάσῃ, *id est, Chij & Thasij in symposijs suis magnis calicibus ad dexteram bibunt: Athenienses similiter ad dexteram, verùm minutis poculis potare consueuerunt. Thessali autem nullo penitus ordine cuicunq; cõuiuarum libuisset, grandes apposítos calices propinant. Apud Lacedæmonios verò conuiuis singulis singuli solent apponi calices, quibus astantes pueri quantum fuerit vini ebibitum, tantũdem illicò refundunt. Eundem morem* δεξιὰ ἐξία πίνειν, *Anaxandridis quoq; testimonio confirmat:*

Τίνα δὴ παρεσκευασμένοι πίνειν τρόπον
ἐς τὸ νυνὶ λέγετε, πῖα τρόπον πίνειν
ἡμεῖς; τοιοῦτον οἷον αὖ καὶ σοὶ δοκῇ
βούλεσθε δῆτ' οὖν τὸν δεξιὰ ἐξία, πάτερ,
λέγειν. δεῖ τῷ πίνοντι τὸν δεξιὰ ἐξία
λέγειν, Ἀπόλλον, ὡς ἀστρεῖ τὸ θυμικόν.

Vt in veneratione Deorum dextrorsum circumagi solebant, vt Athenæus libro quarto de Celtis testatur: ita in hac quasi sacra symposi moris fuit pateram in dextrum circumferre. Hom. Il.a

Μετὰ δ' ἄσπασα παιδὸς ἑλέξατο χειρὶ κύπελλον
Αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοις, θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν
Οἰνοχόει γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων. *Et in Epigram.*
Πᾶσι δ' ἁμπομπεύσῃ προπόσεις τ' ἐπὶ δέξιον ἦμεν.

In Platonis conuiuio sub finem Agathon, Aristophanes & Socrates biberunt ἐν φιάλαις μεγάλαις δεξιὰ ἐξία, *id est, ex magna phiala ad dextram biberunt. Eiusdem consuetudinis idem Athenæus luculentam mentionem facit, lib.10. cap.11.* προπόσεις δὲ τὰς νομιζομένας ἐν τοῖς συμποσίοις λακεδαιμονίοις οὐκ ἦν ἔθος πιεῖν, οὐδ' ἀπὸ φιλοτησίας δὲ τούτων πρὸς ἀλλήλους πιεῖσθαι, *hoc est,*

Propinationes Lacedæmonijs probibitæ. Propinãdi mos eleganter descriptus.

Propinationes, quæ in symposijs fieri consueuerunt amicitiæ ergò apud Lacedæmonios non fuerunt in vsu: de quo sic eleganter Critias in Elegijs:

Καὶ τὸ δ' ἔθος Σπάρτῃ μελετημά τι κείμενον ὄξι.
Πίνειν τὴν αὐτὴν οἰνοφόρον κύλικα.
Μὴ δ' ἀποδωρεῖσθαι προπόσεις ὀνομαστὶ λέγοντα
Μὴ δ' ὅτι δεξιτέραν χεῖρα κυκλεῖν θιάσῳ.
Καὶ προπόσεις ὀρέγειν δεξιὰ ἐξία, καὶ προκαλεῖσθαι
Ἐξονομακλιδὸν ᾧ προπιεῖν ἐθέλει.

His verbis Critias eleganter sanè propinationum huiusmodi circularium morem describit,

Hoc studium Sparta, mos hic seruatur in illa,
Ipse suum siccet vinifer vt calicem.
Vel potum donare vocato nomine cuiquam

Inuitas

Digitized by Google

Inque manum dextram vasa tulisse vetant.
Porrigere à dextris potum, vel dicere nomen
Conuiuæ cui quis præ cupiat bibere.

Subiungit deinceps auctor cùm incommoda immoderatarum huiusmodi propinationum, tùm commoda moderatæ potationis, quæ quia sunt elegantia, libuit ea addere:

Propinationis immoderatæ incommoda.

Εἶτ' ἀπὸ τοιούτων πόσεων γλωσσὰς τε λύουσι
Εἰς αἰσχρὰς μύθους, σῶματ' ἀμαυρότερον.
Τὸ δ' ὄμμα ἀχλὺς ἄμβλωπ' ἐφίζει.
λήσις τ' ἐπήκει μνημοσύνην ἀπαμείρων.
Νοῦς δὲ παρέσφαλται, φρένες δ' ἀκέλαστον ἔχουσι
ἦθος, ἐπεὶ πίπλει δ' οἰκοτρίβης δαπάνη.
Hoc potu linguam soluunt in turpia verba:
Hoc etiam potu corpora debilitant.
Inuaditque oculos cæca caligine nubes
Curas lethæo pocula more fugant.
Mens fit hebes, seruosque capit lasciuia multa,
Ac impensa grauis multa domum aggreditur.

Sequuntur deinceps Laconica moderatæq; potionis commoda:

Potationis moderatæ commoda.

Οἱ λακεδαιμονίων δὲ κόροι πίνουσι τοσοῦτον,
Ὡστε φρὴν εἰς ἱλαρὸν ἀπίδμεν πάντ' ἀπάγειν.
Εἴστε φιλοφροσύνην γλώττων, μίτριόν τε γέλωτα
τοιαύτη δ' ἐστὶ πόσις σώματί τ' ὠφέλιμος.
Γνώμητε, κλήσειτε καλὰς εἰς ἔργ' ἀφροδίτης
Πρόσθ' ὕπνου ἥρμωσαι τῆσδε καμάτων λιμένα.
Πρὸς τὴν περπνοτάτην τε θεὸν θνητοῖς ὑγίειαν
καὶ τὴν εὐσεβίης γείτονα σωφροσύνην.
At Lacedæmonij tantùm potare solent, vt
Non vellant mentem pocula, at exhilarent.
In blandam soluunt linguam, risumque modestum
Pocula conducunt talia corporibus.
Ac menti & Veneri capiendis fructibus aptè
Ad somnumque parant, meta laboris vbi est.
Efficiunt sanos, quæ iucundissima diuûm
Dona, modestos haud religione procul.

Deinde subiungit:

Αἱ γὰρ ὑπὲρ τὸ μέτρον κυλίκων περιπόσεις, ὦ ξεῖνε,
τέρψασαι, λυπεῦσ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.
ἡ λακεδαιμονίων δὲ δίαιτ' ὀμαλὰς ἀφίκεται
Εὖ εἶναι, καὶ πίνειν σύμμετρα πρὸς τὸ φανέν.
Καὶ τὸ πονεῖν εἶναι δυνατούς.
Pocula plus æquo nam quæ fœcunda bibuntur
Mox faciunt læsos, tempus in omne nocent.
At Lacedæmonios victus mensura gubernat:
Namque palàm comedunt & moderata bibunt.
Obscurum non est posse hos perferre labores.

Ἐγκυκλοποσία etiam Romanis familiaris.

Circularis porrò hæc propinatio Romanis quoq; perquàm familiaris fuit, quam quidem Circumpotationem appellarunt, cum nimirum pocula de manu in manum tradebantur, & in circuitum redibant. Eius Cicero meminit libro de Leg. Hæc præterea sunt in legibus de vnctura, qua seruilis vnctura tollitur, omninoq; circumpotatio. Quod autem Graci vocant περιφέρειν, id Plautus vocat dare circum. Sic enim apud illum loquitur Philocbares in Mostellaria: —*Age tu*

Digitized by Google

Interim da ab Delphio (initio facto à Delphio) citò cantharum circum.

In quæ verba sic commentatur Lambinus: Solebat dominus in conuiuijs remissioribus & bilarioribus iubere poculum ab vno ex conuiuis initio facto in orbem per alios circumferri, ex quo συμποσιφοραὶ à Græcis dictæ sunt tales poculi circumlationes, & περισοβεῖν dicunt ijdem Græci, & Pollux, τὰς κύλικας ἐν κύκλῳ περιλαύνειν, in orbem bibere, vt docet Athenæus libro 11. & refert Budæus in Comment. linguæ Græcæ. Notat & Turnebus Aduers. lib. 19. cap. 15. Plauto quoque à summo dare vel bibere idem est, quod Græcis ἐν κύκλῳ πίνειν, ab eo conuiua scilicet, qui summus accumbit ad imum. Plautus Persa:

Age puere
A summo septenis cyathis committe hos ludos.

Quæ verba Lambinus sic exponit: Age puer, à summo loco præbe pocula singulis conuiuis septenos cyathos. Erat autem apud veteres lex hæc in coquiuijs rata & solennis, vt à summo ad imum pocula circumferrentur, idq; certo cyathorum numero præfinito, vt inter omnes conuiuas æqualitas quædam seruari videretur. Idem Plautus Asinaria:

Da puere ab summo, age tu interibi ab infimo da suauium.

Pertinet huc illud Ciceronis in Catone: Et is sermo, qui more maiorum à summo (magistro vox quæ in vulgatis additur, Lipsio videtur exturbanda) adhibetur in poculis. Ad huiusmodi in orbem propinandi consuetudinem Ieremias quoque capite 25. videtur alludere, in descriptione vindictæ diuinæ, omnibus gentibus inferendæ, quæ calicis vini omnibus circumquaq; gentibus propinari imagine eleganter exprimitur.

Patera in propinationibus vsitata.

Notandum porrò certum poculi genus, pateram nimirum huic potioni à summo fuisse sacram. Varro: Præterea in poculis erant pateræ, eò quòd pateant latius, sic dictæ. Hisce etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendæ causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur, & in sacrificando hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Hoc ergo in loco circumferri potionem Varroni idem videtur esse, quod in orbem præberi A summo: id quod Plauti quoque illud docet Persa:

Age circumfer mulsum bibere, da vsq; plenis cantharis.

Christianorum circumpotationes.

Huiusmodi porrò cirtumpotationes hodie inter Christianos valdè sunt vsitatæ, quas Galli vocant boire à tour de rolle, Germani, ein rund trunck/ *quæ quidem ad conuiuas omnes æquabiliter inebriandum plurimùm valent. Toties in orbem bibitur, donec tandem illis omnia in orbem verti atque rotari videantur. Nec verò in orbem tantùm, sed etiam in transuersum alij alijs propinant, qui Thessalorum mos fuit, vt suprà ex Athenæo dictum est.*

Minimè etiam videtur hic silentio prætermittenda mimbilis Armeniorum propinandi mos, cuius Xenophon libro 4. Cyri αἰαβ. his verbis mentionem facit: ὁπότε δέ τις φιλοφρονοῖτο τῷ εἰ βούλοιτο προπιεῖν, εἶλκεν ὅπῃ τὸν κρατῆρα, εἶτα κύψαντα ἐλθεῖν προσφέροντα πεῖν ὥσπερ βοῦν, hoc est, Quando quis amicitiæ ergò alteri volebat propinare, illum oportebat ad craterem accedentem, seseq; incuruantem forbendo bouis ritu inde bibere. Idem de Celtis tradit Athen. lib. 4. & de Indis Philostratus, de quo suprà.

Variæ loquẽdi formæ in propinationibus adhiberi solitæ.

Quinta circumstantia. In propinationibus consyderanda sunt verba, atque dicendi formæ variæ atque multiplices, quibus potatores se inuicem ad immodestè immoderateq; bibendum prouocant. Hæc autem vel sunt sacra, vel prophana, vel blanda, vel minacia. Aliquando enim verbis vtuntur blandissimis, dum sibi inuicem amoris, honoris, boni omini ergò propinant. Prodignitate atque sanitate siue salute cùm præsentium, tùm absentium, mortuorum pariter atque viuorum se bibere iactitant. Multis vtuntur obsecrationibus atque obtestationibus non modò prophanis, verumetiam sacris atque religiosis, vt suprà ex Ambrosio dictum est. Ne Deo quidem atque sanctis parcunt, quo liberius ebrietati possint indulgere, quin imò illorum quoque nominibus ad Cyclopicas illas suas propinationes impiè abutuntur. Suprà dictum est, cuiusmodi propinandi formulis atque salutationibus veteres vsi sint, similibus hodie Christiani vtuntur, imò nouæ quotidie excogitantur, atque adeò ne à sacrorum quidem & verbi diuini abusu sibi temperant, vt in hac schola ingeniosi satis esse videantur. Apud nonnullos moris est, vt quoties poculum aliquod exhauritur, toties verba illa vsurpentur: Cor mundum in me crea Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Propino, inquit is, qui primò alium inuitat quasiq; stipulator, hoc tibi, siue tua

gratia

gratiæ poculum, amoris, amicitiæ, notitiæ, huius alteriúsue personæ siue rei causa, pro tua, huius illiúsue salute. Sine, saluto te hoc poculo. Respondet alter, qui inuitanti tantũdem se vini ebibiturum spondet, huiusmodi similiter salutis precationibus vtens: Prosit tibi, siue Deus tibi benedicat: gratissima mihi hac tua est propinatio, gratissimum hoc officium. Hic quasi contractus longè sanctius & religiosius seruatur, quàm quiuis alij vel sanctissimi contractus atque obligationes, quem violare nephas ducitur. Qui stat contractu atque promissis, hoc est, tantùm vini absorbet, quantum fuit ab inuitante absorptum, is ceu re benè gesta, ac veluti boni viri functus officio laudatur, is Gallis rationem facere, Germanis officium fecisse, seu modestiæ operam dedisse dicitur, cùm certò certius constet immanes huiusmodi propinationes omni rationi, modestiæ, probique viri officio planè contrarias esse & inimicas. Tandiu igitur rationem faciunt, donec tandem omni ratione spolientur. Contractus mutuaq; obligatio sibi inuicem propinantium.

Scolia etiam in conuiuijs canebantur, in quibus poculum circumlatum ᾠδὸς appellabatur: quod non liceret absque cantu vel propinare vel excipere: eius meminit Triphon Grammaticus, ἐν ὀνομασικοῖς. Huc quoque referendæ cantiunculæ, atque carmina symphoniæ, quibus potatores se inuicem ad alacriter multum vini exhauriendum incitant, non secus atque equi, aliáue animalia vocis sono atque fistulis ad bibendum incitantur. Interim enim dum quis poculum ori admotum plenis faucibus ingurgitat, cæteri compotores cantiunculis quibusdam illi animum addunt. Cantiunculæ inter propinandum vsitatæ.

Suidas testis est, ζήσεις, id est, viuas, solitum fuisse in conuiuijs dici ijs, qui ἀμυσὶ, id est, vno hausto multum ebiberant. Vt hodie quoque in festiuo illo trium Regum cõuiuio, rege bibente, cæteri acclamare solent: Rex bibit, siue rex viuat. Itaque cùm, Dione teste, Commodus Imperator in theatro feras conficiens, pulcherrimæ fœminæ manu poculum vini accepisset, cumque biberet, populus cum Senatu acclamauit, τὸ ἐν συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι ζήσεις, id est, Benè viuas, aut diu viuas. Salutandi formula.

Apud Ægyptios moris fuit, vt sceletum, hoc est, aridum iam inueteratumq; sale cadauer conuiuio inferrent, illud incinentes: Ede, bibe, talis post mortem futurus. Ad quod forsan referendum illud Plutarchi in Antonio, qui administros hortabatur, largè propinare ac epulis distendi: quoniam foret incertum, an in posterum id essent facturi. Calius libro 28. capite 4. Præterea vt olim, ita hodie quoque eos, qui strenuè vno impetu multum vini exhauserunt, salute, laude, gratulatione, applausu, faustaque acclamatione prosequuntur. Exemplum antiquæ consuetudinis illustre habes apud Apuleium lib. 10. Grandissimum illum calicem vno hausto perhausi, id est, ebibi. Et clamor exurgit consona voce cunctorum salute me prosequentium. Ex his verbis liquidò constat olim quoque moris fuisse, salutẽ & incolumitatem precari, qui vno potu plurimùm hausissent: qui mos etiam hodie inter Christianos est vsitatissimus. Sceletum Aegyptiorum. Gratulationes & acclamationes inter propinationes.

Iam verò si blanditiæ nihil proficiunt, conuertuntur ad minas atroces, ad diras imprecationes, execrationesque, ad maledicta, ad conuitia, quibus ceu facibus quibusdam se inuicem cogunt & impellunt ad plus æquo iustoque bibendum. Illi graui sese affectos iniuria putant, si quis illis respondere detrectet, & à verbis minacibus ad verbera, ad calces, pugnos, vim apertam conuertuntur. Mordicus enim antiquum illud Græcorum πολυθρύλλητον tenent: Aut bibe, aut abi. Hæc de verbis. Minæ.

Sexta circumstantia, sunt gestus varij seu potius gesticulationes atque ludi planè histrionici, quos potatores in propinationibus illis suis adhibent: suntq; veluti inuitamenta seu incitamenta potius ad immoderatè bibendum. Huc primò referuntur Threiciæ illæ potationes, vti vocantur, quando nimirum vno hausto, ictu seu impetu sine respiratione poculum exhauritur. Plinius inter alias leges, quibus apud Romanos constabat ars bibendi, hanc quoq; commemorat: optima fide non respirasse hauriendo. Id Græci venustè vno verbo exprimunt ἀμυσίζειν siue ἀμυσὶ πιεῖν, quod est, haustim & labris nõ clausis bibere. Μύζειν enim, hodie mutzis est mussare, sugere, os & labra claudere. Huiusmodi ergo intemperata & barbara compotatio dicta est ἄμυσις, qua raptim, vno hausto & sine respiratione plurimum vini exhauritur. Hoc nomine Anacreon vtitur: Gesticulationes inter propinandum variæ. Ἀμυσίζειν.

Ἀγε δὴ φέρ' ἡμῖν, ὦ παῖ, κελέβην, ὅπως ἄμυσιν ποιήσω.

Et Euripides seu Aristius in Cyclope: Εὐ ἔξατο ἔπασεν ἄμυσιν εἰλκύσας. Et Aristoph. ἄμυσιν ἐξέλαλα (vbergluppet) hoc est, Suida interprete, ὁμοῦ καὶ ἀθρόως ἔπιον, ἢ παρὰ τὸ ἀπνευσὶ σπᾶσαι,

παρὰ τὸ μὴ μύειν. Huius potationis meminit & Horatius Carm. lib. 1. Bassum Threicia vincat amystide: quo in loco amystidem quidam ipsam potationem interpretantur, quod Lambino quoque magis placet: alij, poculi genus. Isidoro Emystis (pro amystis) poculi genus, quo ductim, id est, uno spiritu bibitur. Deinde, teste Suida, ἄμυστις etiam est genus ποτηρίου φιαλώδους. Idem ἀμυστὶ πίνειν, inquit, dicitur, ὅταν μὴ ἀπνευστὶ καὶ ἀνὰ τὰ αὐτὰ πάντα πίνωσιν. οἱονεὶ μὴ δι' ὑστάτων. hoc est, de ijs dicitur, qui sine respiratione & sine intermissione non crebrò geminatis haustibus, sed uno haustu poculum ad fundum usq; euacuant. Idem auctor idem vult esse ἐξαμυστίσαι, ἀμυστίζειν & ἀμυστὶ πίνειν, & ἄμυστις ἢ ἄπνευστος πόσις. Πίνειν ἀθρόως, χανδὸν, ἀπνευστὶ καὶ ἀμυστὶ ferè idem significant. Addit ibidem Commodum Imperatorem, id quod etiam Dion narrat, in solitudinibus & in æstuationibus Theatricorum certaminum, quando ex superiore loco ursos iaculis impetebat, ingens poculum dulcis vini solitum fuisse haurire ἀμυστὶ, in quo à spectantibus vt in conuiuijs frequens acclamatum ferunt: ζήσειας, id est, viuas. Sed amphibolicè pronunciatum, Grammatici tradunt, perinde ac dicatur, comple viuendi modum, id est, morere, testis etiam est Cæl. lib. 7. cap. 26. Suidas: ζήσειας, id est, πλεισώσειας τὴν ζωήν. Olim apud veteres ij, qui griphum siue ænigma propositum inter pocula soluere non poterant, poculum sulsum ἀπνευστὶ ἐλκειν, sine respiratione ducere cogebantur, vt Athen. Antiphanis testimonia probat, lib. 10. cap. 17. Aliquando hæc duo ἀμυστὶ καὶ ἀπνευστὶ πίνειν coniunguntur ceu vnum & idem significantia, quod Germani sic efferunt: One schnauffen vnd bart wüschen. Pollux lib. 2. ἀμυστὶ πίνειν, ἀμυστίζειν, χανδὸν πίνειν, ἢ θαχία ποῆσαι. Zů eim süffle. Galli vocant, d' vn traict, &c. Plutarchus 5. Symp. Probl. 3. scribit à veteribus fuisse traditum, τοὺς ἄθρουν καὶ ἀπνευστὶ πίνοντας, eos qui vno haustu & citra respirationem magna siccant pocula (quod ἀμυστίζειν vocant) non facilè inebriari, nimirum quòd merum in his non diu moretur, sed impetu impulsum per corpus transeat, ac proinde mulieres quoq; quòd illas plærunq; sic bibere videmus, non facilè ebrietate capi. Thracia huiusmodi potatio hodie Christianis est familiarissima, quam etiam varijs nominibus insigniunt.

Præterea variæ aliæ & quidem ridiculæ adhibentur manuum gesticulationes atq; ludi, vel pro ipsius conuiuij magistri imperio, vel pro conuiuarum arbitrio. Turnebus Aduers. lib. 7. cap. 9. in illa Horatij: Culpa potare magistra: Excogitatum, inquit, erat ludi genus post cœnam, quo non magistri imperio ad bibendum cogebantur, ne nimium ebrietati indulgeretur, sed vt ea coërceretur, nemo nisi qui qua in re peccarat, calicem ducebat, vt bibere pœna & dedecoris esset, non inuitationis aut magisterij. Plautus in Sticho: Qui peccat, poculo multatur. Vter, inquit, demutassit, poculo multabitur. Simile exemplum ex Athenæo paulò ante allatum de eo, qui griphum propositum soluere non poterat. Huc facit illud Plutarchi lib. 1. Sympos. Proble. 4. Agamestori Academico, cui crurum alterum tabe consumptum & exile erat, insultantes compotores iusserunt vnumquenq; vno dextro stantem in pede poculum ebibere, aut multam persoluere. Cum autem ius mandãdi ad ipsum peruenisset, omnes iussit ita, vt ipsum viderent, bibere: allataq; inani testa, in eam inserto debili pede poculum exhausit, reliqui omnes cum periculo facto præstare id se non posse viderent, multã soluerunt. De incompositis mulierum gestibus in bibendo, vide Clemen. Alexand. lib. 2. Pædag. 2. cap. Plin. lib. 14. cap. 22. Atq; etiam, inquit, præmio inuitatur ebrietas. Et si dijs placet, emitur alius, vt quantum biberit, tantum edat, & prelium vinolentiæ lege emit. Alius quantum alea quæsierit, tantum bibit. Huc igitur similiter referri possunt pœnæ siue multa, necnon præmia, quæ vt olim, ita hodie quoq; in funesto huiusmodi propinationum certamine vel strenuè bibentibus, vel id facere detrectantibus sunt proposita. Sic mos olim fuit in festo Choon, vt stantes super vtrem biberent, & qui primus poculum exhausserat, is vtrem præmij loco accipiebat, dabatur autem certaminis huius potatorij signum buccinæ sono à præconibus. Aristoph. Schol. in Acharn. in illa verba:

Præmia & pœna propinantibus proposita.

Ἀκούετε λεώ; κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοὰς
Πίνειν χρὴ τῆς σάλπιγγος· ὅσσ' ἂν σαλπίγξῃ
φρύτις, ἀσκὸν κτησάμενος λήψεται, Id est,
O populi audite iuxta patrios ritus sacrificia, scilicet oportet
Ebibere à tuba, qui verò ebiberit,
Primus vtrem Ctesiphontis accipiet.

Septima circumstantia est Tempus, quo potissimum huiusmodi propinationibus indulgetur.

Antiquitus

Anquirus legimus vel mensis secundis, vel peracta iam cœna id fieri fuisse solitum, id quod hodie quoq; fieri solet. Huc facit illud Macrobij lib. 7. Saturn. cap. 1. statim ab initio: Primis mensis positis epulas iam remotis, & discursim variantibus minutioribus poculis. Item illud Ambrosij: Et hæc donec ad mensas perueniatur secundas. At vbi summotæ epulæ, putes iam esse surgendum: tunc de integro potum instaurant suum: & cum consummauerint, tùm inchoare se dicunt, tunc deferuntur phialæ, tunc maximi crateres quasi instrumenta bellorum. Sunt tamen qui statim ab initio cœnæ se immoderatè vino ingurgitant, secundum illa Plinij lib. 13. cap. 22. Iam verò alios lectum expectare non posse, imò verò nec tunicam, nudos ibi protinus anhelos ingentia vasa corripere, velut ad ostentationem virium, ac plenè infundere, vt statim vomant, rursusq; hauriant, idq; iterum, tertioque: tanquam ad perdenda vina geniti, & tanquam illa effundi non possint, nisi per humanum corpus.

Mensis secundis potissimū propinationibus olim indulgebatur.

Nunc vltimo loco addamus quædam de varijs vini effusionibus, quæ veteribus fuerunt vsitata, quæ vel superstitionis, vel amoris libidinisq; gratia factæ sunt. Apud veteres duplex potissimum vini effusio in epulis fuit vsitata: Vna, quæ superstitionis ergò in deorum honorem fiebat, σπονδὴ Græcè, Latinè libatio dicta, quæ quidem propinationes præcedebat: de qua suprà satis est dictum. Athenæus libro 10. cap. 9. Libatio dijs, cottabus amasijs dicatus: ἦν ὅτε ἀρχῆς, inquit, τὸ μὴ σπένδειν ἀποδιδοὺς τοῖς θεοῖς, ὁ δὲ κότταβος τοῖς ἐρωμένοις. Altera, quæ in amicarum gratiam fiebat, Græcè κότταβος dicta, de cuius nominibus, inuentoribus atq; modo nunc agemus.

Vini effusio duplex veteribus vsitata.

Huiusmodi igitur παιδιᾶς πάσγιον εἶδος, id est, potatorij siue conuiuialis lusus genus à Græcis κότταβος Atticè, pro κόσσαβος, κοτταβισμὸς & κοτταβίσις appellatur, quia illo vtuntur, illi κοτταβίζοντες & ἀποκοτταβίζοντες dicebantur, & παίζοντες πρὸς κότταβον, nec non μεθυσοκότταβοι, eò quòd iam vino madentes illud agerent. Inuentum illud primò fuit à Siculis, quæ gens fuit olim valdè voluptuaria, atque luxuriosa, & à Græcis præsertim iuuenibus amantibus antiquitus creberrimè vsurpatum. Hinc Critias apud Athenæum: κότταβος ἐκ σικελῆς ὄζει χθονός ὦ φιλότης ἔργον. Et Anacreon: σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαίζων.

Cottabi descriptio.

Illius autem varius fuit apud veteres modus atque ritus. Simplicissimus hic erat, quo postquam ex poculo aliquantum hauserant, amicorum, siue amicarum suarum prolatis nominibus (vnde λάταξ ἀφεδίσιος à Siculis dictus) humorem siue guttam residuam (quæ à Græcis λάταξ, λατάγα & κότταβος fuit dicta) læuo cubito innitentes, dextra manu molliter circumagentes in æneam phialam siue peluim (κότταβον similiter, κοτταβεῖον & λατάγιον, λαταγεῖον, λαταγὴν dictam) sic effundebant proijciebántue, vt id resonaret, & si elisa maior ederetur sonus, ab amasijs diligi se augurabantur. Hunc sonitum Euripides in Plisthene, his verbis exprimit:

Πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς κυπρίδος θεόστυδον
Αχεῖ μέλος ἐν δόμοισι.

Athenæus lib. 2. docet Cottabum à Siculis primùm introductum esse in conuiuia, tantumq; studij in eo ludo veteres posuisse, vt & præmia (quæ κοττάβια Athenæo, seu κοτταβεῖα Polluci, ἄθλα κοττάβων Euripidi, νικητήρια) τοῖς καλλικοττάβοις, dextrè eo ludo vtentibus fuerint proposita, illa erant bellaria, πυραμοῦντες, id est, placentæ triticeæ, sesaminæ, quæ χαρίσια fuerunt dicta, ex gaudio eorum, qui accipiebant item oscula. Deinde calices, qui ad eam rem maximè vtiles & idonei esse viderentur, conficiebantur, qui κοττάβιδες κύλικες fuerunt dicti, fictiles, teste Athenæo lib. 11. cap. 9. Tum rotunda domicilia & gradus suis locis peropportuni ædificabantur, vt omnes cottabo in medio locato, ex æquo interuallo & locis similibus ac paribus de victoria certarent. Non enim solùm magno studio contendebant, vt ad signum propositum eijcerent poculi reliquias, sed etiam vt singula, quæ in eo ludo intercedebant, venustè ac decenter efficerent. Oportebat enim τὸν ἀείσειον ἀγκῶνα ἐρείσαντα, id est, læuo cubito innitentem, & ἀγκιλεῦντα τὴν χεῖρα dextram manum circumagentem siue συνεσραμμένην καὶ ἐγκυλωμένην χειρὶ per gyrum siue ambitum δρόμον, vt Athenæus loquitur, id est, decenter, siue vt Pollux ὑγρᾷ τῇ χειρὶ, id est, molliter λατάγην, hoc est, reliquum quod trat in calice, ἀφιέναι, ῥίπτειν πέμπειν, βάλλειν, ἀποκοτταβίζειν (vt Græci loquuntur) hoc est, eijcere, demittere, effundere.

Ab hac autem molli manuum flexione seu incuruatura (ἀγκυλὴ dicta) ipsi κότταβοι dicti sunt ἀγκυλητοὶ, id est, ancyleti, ab Æschylo incuruati, & ἀπὸ τοῦ κοττάβου φοίσεις, id est, cottabi,

siue humoris eiaculatio, siue demissio ἀπ' ἀγκύλης fuit appellata, teste Athenæo. Et ἀπ' ἀγκύλης βαλλειν siue σφενδόνᾳ, Polluci. Qui poterant benè κοτταβίζειν, inquit Athenæus, maiores sibi sumebant spiritus, quàm qui dextrè ἀκοντίζειν, id est, iaculari poterant. Eiusdem ludi talis modus à Polluce describitur: κοτταβεῖον Cottabium è laqueari pendebat supinum quoddam & læuigatum (nam pro καὶ τέλειον videtur legendum καὶ λεῖον) ex ære vasculum. Deinde longa quædam erat virga, quam virgam cottabicam appellabant. Erat præterea caua quædam & rotunda peluis, quam χάλκειον, id est, æneam (nempe à materia) & σκάφην (nimirum à forma) appellabant, similis polo, qui horas demonstrat. (Hoc vas siue peluis etiam κότταβος & κοτταβεῖον, teste Athenæo fuit dicta.) Illo igitur quod è laqueari dependebat, oportebat ludentem sonitum quendã edere, qui τάλανξ dicebatur. Hoc autem Aristophanes κοτταβεῖον κάτακτον vocat, siue κότταβον, comparans illud tubæ crepitaculo siue ori lato. Peluis porrò illa ænea implebatur aqua, in cuius superficie natabant sphæra & lanx, siue trutina (apud Athenæum πλάστιγξ vocatur illa pars vasis, quæ sonitũ reddebat latagus, id est, guttis illis eiectis casa percussa) & Μάνης (ænea statua, quã Euripid. βάκχου γέροντα, Sophocles χάλκειον κόρα, Eustath. παικτικὸν χαλκῦν σφόσπον appellabat, Cottabi prominula pars. Cælius lib. 13. cap. 54.) & tres virgæ ex myrto, & tria acetaria siue acetabula. Itaque ludentem oportebat agili molliq; manu (vnde ad artificiosam illam manus incuruationem non dura, sed tenera, molliq; manu opus erat, Athen. teste) deijcere siue demittere guttam siue liquorem (κότταβον & λάταγα siue λατάγην dictam) in vasa pelui subiecta innatantia, quorum si aliquod attigisset, ita vt sonum æderet humor, qui in ipsum defundebatur, is laudabatur: quiq; plura innatantium vasculorum demersisset, præmij loco accipiebat πυραμοῦντα & osculum ab ea, quam præ cæteris amaret.

Eodem de ludo conuiuiali sic scribit Suidas: In phialas æneas, quæ λαταγεῖα dicuntur, conijciebant aliquid potionis, & si maior inde reddebatur sonus, augurabantur se ab amasijs suis amari. Cottabus autem dicitur poculi residuum, quod in latagas, id est, pelues illas æneas conijciebant. Idem, Cottabus, latax, ænea phiala, quam inter prandendum collocabant vino plenam. Deinde in minora pocula ab alto miscentes sonum ædebant, qui cottabus fuit dictus. Laudabatur is, qui maiorem sonum ædere poterat: quiq; hoc modo ludebant, dicti sunt methysocottabi. Apud eundem extat adhuc copiosior huiusce ludi explicatio, quæ quia superioris illi Pollucis descriptioni est consimilis, idcirco illam hic prætermitto. Eustath. eiusdem ludi meminit Il. τ. p. 1232. vbi dicit Euripidem videri eo delectatum, propterea quòd crebra apud eum eius fit mentio. Idem: ἐλέγετο δὲ ἡ λάταξ καὶ λατάγη, ποτήριον ὂυσα ἐν ᾧ ὄινος ἦν, χρησὸς ἀποχέεσθαι εἰς κότταβον, ὅσον λεκάνη πλήρης ὕδατος. ὀπινεῖτε ἐπ' αὐτῆς ὀξύβαφα κενὰ, ἐφ' ἃ βάλλοντες τὰς λατάγας ἐν καρχησίοις ἐπειρῶντο καταδύνειν. Χρῆσις δὲ ἡ κοσσάβη, ἐν τῷ, πολὺς κοσσάβων ἀγὼν. *De hoc ludi genere, vide plura copiosè apud Aristoph. interpretem in εἰρωνῶν, in illa verba:*

Μόλιβδον δὲ τυτὶ τὸ κοῖλον ἐγχέας
Επειτ' ἄνωθεν ῥάβδον ὦθεὶς ὑπόμακρον
Γεννήσεται σοι τῷ καταχθῷ κοττάβων, &c.

Ibi tradit duplicem Cottabi modum. Athen. lib. 15. Cæl. lib. 28. cap. 5. Notabis autem κότταβον dictum & totum ludum: & vinum seu alium liquorem, qui in peluim demittebatur: & ipsum vas, in quod: & poculum, ex quo liquor ille effundebatur: & ipsum sonum, qui reddebatur. Xenophon lib. 2. ἑλλην. de Socrate: Καὶ ἐπειγομένου ἀποθνήσκειν αἰτούμενόν τὸ κώνειον ἐπιεῖν, τὸ λειπόμενον ἐφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτὸν Κειτεία τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ, *quæ verba vertit Cicero Tuscul. 1. sed more suo, id est, paulò liberius, quàm audeat religiosus interpres, hoc modo: Qui cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens obbibisset (vel, vt doctissimi viri legũt, obduxisset) reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret. Ad hunc morem nonnulli referunt illa Horat. Od. 14.*

Et mero tinget pauimentum superbum.

Lambinus tamẽ simpliciter de solo respersо hunc locum intelligendum putat, vt sit sensus: Ita vino non parcet, vt etiam eo solum respergat: vel tantum bibet, vt statim effundat atq; euomat. Vt Cic. Philip. 11. At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum, natabãt pauimenta vino, madebant parietes. Athen. scribit. lib. 16. Alexand. M. solitũ fuisse vnguento præstantissimo vinoq; flagrantissimo solum respergere.

Potest

Potest & ad veterum Græcorũ morem referri, qui conuiuijs solebant puerorum aut puellarum, quas amabant, aut amicorũ suorum nominibus commemoratis aut prolatis vinum in humum fundere, quod declarat versus Theocr. εἰδ. Ιδ.

ἢδ' ει δ' ἐ φροϊόντ' ὀπιχεῖαι ἄκρατον.

Interpretes Theocriti Idyll. 2. & 14. εἰώθασι γὰρ οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἐρωμένων πλείονας κυάθους ὀπιχεῖσθαι. Moris fuit vt in symposijs amatores in gratiam eorum, quos amabant, aliquot cyathos libarent, terræ infundentes. Idem Idyll. 14. ὅτι εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς συμποσίοις, ἄκρατον λαμβάνειν καὶ ὀνομάζειν τινας ἐρωμένους ἢ φίλους, ὀπιχεῖν τῇ γῇ, καὶ φθέγγεσθαι τῶν φιλτάτων τὰ ονόματα, &c.

Cottabismus porrò Romanis quoq; fuisse vsitatum vel illa Iuuenalis declarant Satyr. 3.

Si benè ructarit, si rectum minxit amicus:
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

Turnebus in suis aduers. ita hunc Iuuenalis locum interpretatur: Si trullam vini ebibit ita, vt & fundum inuerterit, & epoto toto vino labris surgens crepuerit & strepitum dederit. In eundem locum sic Beroaldus: Hic illum significari putamus, qui postquàm calicem (nam trullas pocula esse & vasa potoria inter omnes constat) in ipso fundo, ructu aut sibilo crepitum facere more detestabili non fuit veritus: vbi idem crimen bis arguere Satyricæ dignitatis fuit. Vel de eo qui postquam vini calicem hausit, id quod remansit, ita elisit in pauimentum, vt resonaret. Quod insolentissimi animi, audacis & petulantis nimiæq; securitatis fuisse liquet: quem abusum apud compotores & belluones impuros, qui scortis vinoq; madidi & epulis distenti erant, Græcis inualuisse multi adnotarunt: ita vt ludus inde conuiualis foret, quem κοτταβισμὸν appellarunt, cum residuum potum in æneas phialas iactarent, qui si fortè crepuisset, se ab amica redamari & mutuo affectu teneri putabant. Quod esse probabile & ab auctoris sensu non alienum, ex contextu verborum liquere putamus. Eleganter sanè Charmides quoque ille senex apud Plautum in Trinummo alludit ad ludicrum hoc conuiuale his verbis, quæ ad seruum facit: Caue sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent. Facetè certè & more suo Plautus heic per cottabos bubulos significat vel plagarum crepitus & sonitus, qui tùm redduntur, cùm serui corio bubulo cæduntur: vel lora ipsa bubula, quibus cæduntur. Huiusce ludi à Plinio quoque videtur mentio fieri lib. 14. cap. 22. vbi inter legum conuiuialium scita illud quoq; fuisse scribit, contra bibendi fallacias nihil ad elidendum in pauimentis sonum ex vino reliquisse. Hermolaus ibi ex veteri lectione mauult legi summum, quam sonum, vt postremum intelligamus potum, qui Cottabus est dictus. Cælius lib. 28. cap. 5.

Porrò Scythas quoque, Carthaginenses, Celtiberos & Thraces merobibos legimus solitos fuisse in conuiuijs merum per vestes effundere, pulcrorum id auspicatumq; studium esse arbitrantes, vt auctor est Athen. lib. 10. cap. 10. & Cæl. lib. 28. cap. 6.

Hæc de ludicris vini effusionibus sint dicta, quibus olim Græci molles, & Thraces atque Scythæ barbari in illis suis propinationibus fuerunt vsi, quæ quidem meritò omnibus pijs atque cordatis viris non modò ridiculæ, verùm etiam illiberales atque impiæ videntur esse. Nam quid quæso à ratione pietateq; magis est alienum, quàm vinum ad animi corporisq; salutem nobis à Deo datum ita impiè effundere, idq; partim superstitionis, partim amoris libidinisq; ergò? Verùm si quis rem diligentius animo suo perpendat, facilè intelliget, non minus hac in re Christianos hodie peccare, quàm olim barbari illi irreligiosiq; homines fecerint.

Nam primò quidem antiquo illi Græcorum cottabismo similis admodum videtur esse ille Germanorum mos, quo cum inuitatio fit in conuiuijs, is qui vinum hausit, obuersum poculi os ad solum, vngue etiam eo percusso, vt si qua vini gutta supersit, ea pauimento aspergatur, ad fidem faciendam optima fide hausti poculi, ostentet. Solent etiam nonnulli residuum poculi liquorem vngue excipere illumque vel ebibere, vel in eius cui propinant faciem, vel in aliud poculum aspergere, vel etiam in terram effundere. Præterea à vino iam obrutis tantùm sæpè vini vel per imprudentiam, vel etiam dedita opera effunditur, vt non modò mensæ, mappæ atque compotatorum vestes madeant, verùm etiam pauimenta vino natent, ita vt dubitari meritò possit, plus ne vini sit bibitum, an effusum. Nonnulli etiam vinum adhuc crudum per vrinam atque secessum effundunt, quo plus vini mox rursus in corpus infundere atque perdere possint. Exeunt ali-

Vini effusiones turpes Christianis familiares.

quoties ad vino se exonerandum, vt deinde rursus vino se onerare atque obruere possint, & ita bibunt vt mingant, minguntq; vt bibant. Quo quaeso quid turpius? Quid dicam de turpissimis illis cottabismis, hoc est, vomitionibus, quae sepe in ipsa mensa fiunt, quae quidem impuris illis hominibus iocus ludusq; videntur esse. Pollux testis est κοτταβίζειν (cui affinis vernacula nostra vox kotzen / vomere significans) & ἀποκοτταβίζειν per iocum etiam accipi pro ἐμεῖν & ἀποβλύζειν, id est, vomere & eijcere. Et ad hunc verbi vsum alludit Aristophanes dicens: Τότε μὲν σὺ κατακοττάβιζον, νυνὶ δὲ κατεμῶσιν. Τάχα δὲ οὐ οἶδα ὅτι καὶ κατεχέσονται.

Cottabismi turpes, id est, vomitus.

Vt enim κοττα βίζοντες è superiore loco vinum cum crepitu defundebant in peluim: ita & vino nimio obruti ex ore suo impuro atque fœtido vinum in ipsam sæpè mensam, in pocula, atque adeò in compotorum faciem cum fœdo oris sono, cum ructu crepituque effundunt atque euomunt. Huiusmodi autem Cottabismi seu potius Cotzabismi immanissimis illis vini cibiq; helluonibus vsitatissimi, quàm sint illiberales, turpes & inhonesti, quid attinet multa dicere? res ipsa satis loquitur. Et tamen nonnunquam in ipsis triclinijs pelues collocantur ad turpem hunc vsum, quae à Græcis lecania, lebetiæ & scaphæ appellantur, teste Cælio lib. 27. cap. 9. ad huiusmodi sordes excipiendum destinatæ: vbi ille pluribus agit de vomitus huiusmodi ex crapula fœditate ac turpitudine. Turpes inhonestæ atque impiæ sunt illæ commemoratæ vini effusiones, quibus hodie multi Christianorum vtuntur in illis suis propinationibus, ad quas partim libidine, partim ipsa necessitate impelluntur, dum nimirum corpora sua maiore cibi viniq; onere onerarunt, quàm cui ferendo paria esse possint. Et tamen vinum illud ipsum immoderatum, quo nonnulli sese ingurgitant cum summa animi corporisq; sui pernicie, satius esset ab illis vel in profluentem, vel in terram effundi. Huc facit scitum admodum illud Diogenis Cynici dictum, qui cum copiosum lautumq; vinum sibi dono datum in terram effudisset, eiusq; facti causa ab illo quæreretur, respondit satius sibi fuisse visum illud effundere, quàm illud bibendo tam vinum, quàm semetipsum perdere: auctor est Stobæus. Verùm qui & suæ & aliorum saluti optimè consulitum volunt, illis fœdis ac inhonestis vini effusionibus profusionibusq; abstinebunt, potiusq; dabunt operam, vt & cibi & vini partem aliquam pauperibus hominibus, egestate, fame sitiq; laborantibus impertiant, cuiusmodi sanè cottabismis atque libationibus cùm ipsius Christi, tùm hominum quoque gratiam sibi conciliabunt, cùm contrà turpes illæ vini effusiones Deo hominibusq; odiosæ sint atque inuisæ, &c.

DE VNGVENTORVM NOMINIBVS, ET VSV MVLTIPLICI PRAESERTIM IN EPVLIS. HISTORIA EVANGELICA MULIERIS ILLIVS, QUAE CHRISTVM INTER EPULANDUM VNGUENTO NARDINO INUNXIT.

CAPVT XV.

ATQVE haec quidem satis sint dicta de potatione ceu altera (vt ita loquar) substantiali conuiuiorum actione: quam quoniam antiquitus vnguenta, atque coronæ fuerunt comitatæ, idcirco nunc de ijs proprius videtur esse dicendi locus. Vnguenta enim, atq; coronæ olim in propinationibus fuerunt adhibitæ, non modò ceu oblectamenta: verùm etiam ebrietatis, atq; crapulæ antipharmaca. Vnde Iuuenal. Satyr. 15.

——Inde (post epulationem) virorum.
Saltatus nigro tibicine, qualiacunque
Vnguenta & flores, multaq; in fronte corona.

His similia illa Lucretij de Natura rerum lib. 4.

——Conuiuia, ludi,
Pocula crebra, vnguenta, coronæ serta parantur
Nequicquàm, quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.

Primò igitur de vnguentis, deinde de coronis agemus. Vnguenta non ad voluptatem modò, sed etiam ad

Digitized by Google

tiam ad valetudinem pertinent, vt probat Pompon. Horum priscis temporibus, præsertim apud Orientales, cùm in omni vitæ consuetudine & sacra, & prophana, tùm potissimùm in conuiuijs creberrimus, & frequentissimus vsus fuit.

Vnguentum Hebraicè שמן Schæmen, siue שמן Schamen, à שמם Saman, hoc est, impinguare, siuè incrassare, qua voce & oleum, & in genere omne vnguentum significatur. Græcè μύρον, ἀπὸ τῦ μετὰ πολλῦ μόχθυ, καὶ πόνυ (forsan πόνυ) μεταίυ γινεσθαι, hoc est, quòd multo cum labore, & inani dissoluto potu (forsan labore) conficiatur, apud Athenæum lib. 15. Chrysippus vult fuisse dictum. Sunt autem vnguentorum varia genera, σκληρὰ & ψαθυρὰ apud Ephippum & Archestratum, quibus opponuntur τὰ παχέα apud Athenæum lib. 12. Idem vel à colore, vel à materia, vel à locis vbi sunt, dicta, de quibus Galenum ad Glauc. Dioscoridem lib. 1. Athenæum lib. 12. & 15. Plinium lib. 14. cap. 1. & alios consulere poteris. Apud eosdem authores de oleorum, & vnguentorũ prima origine, confectione, & compositione: nec non eorundem medico, militari, gymnastico, coquinario, conuiuiali, funebri, sacro siue superstitioso, voluptuario, luxurioso q; vsu atq; abusu reperies. Plinius Vnguenta Iliacis temporibus vult nondum extitisse, quibus nec thure fuerit supplicatum: à Persis vult ad Græcos: (cum expugnatis Darij regis castris, in eius apparatu Alexander vnguentorum scrinium cæpisset) ab illis, præsertim Asiaticis, ad Romanos tandem fuisse translata. Lacedæmonios vnguentorum artifices, veluti olei corruptores, ex vrbe sua expulisse: Solonem item legibus suis μυροπωλίαν, id est, vnguentorũ venditionẽ prohibuisse, testis est Athen. lib. 15. Verùm nos de vnguentis, quatenus ad propositum nostrum, id est, ad conuiuia pertinet, quædam dicemus.

Fuit ergò vnguentorum in conuiuijs vsus (quem tamen Socrates in Xenophontis conuiuio reprehendit) antiquus quidem & frequens. Vnguentorum vsus in conuiuijs.

Apud Hebræos quidem, quorum regio oleorũ fuit abundantissima, vnde terra olei appellatur, vsitatissima fuisse, cùm aliâs, tùm in conuiuijs, olea atq; vnguenta, ex multis sacræ scripturæ testimonijs patet: Vt ex inuectiua illa Amosi in conuiuiorũ luxum cap. 6. vbi inter alia inquit: Qui bibunt in phialis vinum, & primitijs oleorum, hoc est, lectissimis, præstantissimis q; vnguentis, non ad necessitatem, vt ad membra refocillanda, & consolidandos artus, sed ad voluptatẽ luxuriosè vtuntur. Chaldæus vertit, & excellentia pretiosorũ vnguentorũ inunguntur. Nõnulli per caput siue primitias vnguentorum, intelligunt balsamũ, quod, teste Plinio, cæteris odoribus præfertur, vni Iudeæ concessum, nempe apud Hierichontã lib. 12. cap. 25. & lib. 16. cap. 32. Nam q; Ægyptium minore omni no laude celebratum est. In eo genere, quod triplex erat, opobalsamum excellebat, hoc est succus balsami, quem Plinius miræ suauitatis esse dicit, quod nõnulli hîc per primitias volunt intelligi. Iuuenal.

Hirsuto spirant opobalsama succo. De hoc vide plura apud Plinium lib. 23. cap. 6.

Quidam Amosi illum locum ita explicant, qui caput pretiosis vnguentis inungunt. Nam vnguenta cum per totum corpus, tùm præsertim per caput solebant perfundi: de quo, ad quædam S. Scripturæ loca tantò cõmodius intelligenda, nonnulla dicemus. Ad hunc morem alludit Ecclesiastes cap. 9. his verbis: Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum super caput tuũ ne deficiat, hoc est, perpetua lætitia, vitæ q; huius commoditatibus perfruaris. Ex eodem more tracta similitudine Dauid Psal. 133. fraternæ concordiæ suauitatem exprimit hisce verbis: Sicut oleum optimum in capite destillans ad barbam. Eodem videtur spectare locus ille Psal. 141. qui obscurus admodũ est, & variè explicatur. 70. verterunt, Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Secundùm quam 70. ac vulgatam versionem, quidam volunt esse horum verborum sensum: Percutiat me iustus, & pius me arguat, oleum autẽ Rosch, id est, principis aut magnatis, non frangat, lædat, vel non attingat caput meũ, hoc est, malo à bonis & pijs castigari, atq; durius tractari, quàm ab impijs, cum mea pernicie, & exitio, delitijs foueri, & saginari, secundùm illud August. Magis amat obiurgator sanans, quàm adulator tangens caput. Et ita secundũ 70. caput interpretatur peccatores, ipsum Saulum, & aulicos, quorũ summa erat potentia: oleum verò pestiferas adulationes, & blanditias, quibus in exitiũ præcipitant improbi. Alij sic vertunt eodem ferè sensu: oleũ capitis, hoc est, pretiosum, non destituat, seu non deficiat caput meũ, h. e. fidelis correptio nunquã desit capiti meo, ceu salutaris medicina. Oleũ capitis, vt illi interpretantur, est præcipuũ oleũ, sicuti supra Amos Reschith Schemanini eadem significatione vsurpatur. Et Exo. 30. scribitur, capies tibi בשמים ראש Beschamim rosch, hoc est, aroma præcipuũ. &c. Psal. 23. vbi Dauid suam beatitudinẽ, qua Dei beneficio fruebat

tur, lauti atq; delicati conuiuij imagine depingit, *Instrues, inquit, coràm me mensam in facie tribulantium me, impinguas caput meum oleo, calix meus erit exuberans.* Sic *Psal.* 45. 8. *Vnxit te Deus tuus oleo seu vnguento exultationis*, vbi similiter alludit *S. S.* ad vnguentum quo in conuiuijs aut delitiarũ causa olim homines inungebantur. Quoties enim excipiebant conuiuas honoratiores, quos splendidè tractare volebant, eos balsamo, aliisq; vnguentis fragrantibus perfundebant, vt ita exhilararentur: nam cerebrum, & spiritus suaui odore mirabiliter reficiuntur, & excitantur. Eodem spectat Christi sermo *Matth.* 6. vbi ad ieiunium celandum atq; dissimulandum iubet caput vngere, & faciem lauare, quæ nimirum non ieiunantium, sed conuiuantium potius erant opera. Sic 2. *Sam.* 14. *ver.* 2. in luctu prohibetur olei vsus. *Ezech.* 23. in epularum descriptione odorum, thymiamatum, & vnguentorum fit mentio. Hunc præterea morem, & consuetudinẽ conuiuialem, Sancti Spiritus ductu atq; impulsu, secuta mulier illa in Euangelio *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 7. *Ioan.* 11. alabastrũ, secundùm Matthæum μύρυ βαρυτίμυ, hoc est, vnguenti pretiosi: secundùm Marcum μύρυ νάρδυ πιστικῆς πολυτελοῦς. fregit atq; effudit super, siuè per caput Christi accumbentis atq; conuiuantis in Bethania apud Simonem leprosum ad futuram illius sepulturam (sicuti Christus ipse interpretatur) adumbrandam. Hîc duo nobis consyderanda.

Primò, ipsa vnguenti, quod in genere Matthæus attingit, species siue materia, quam Marcus exprimit, cum addit νάρδυ πιστικῆς πολυτελοῦς. Fuit ergo oleum illud, siuè vnguentũ nardinum, siue ex nardo. Nardum autem, testis est *Athen. lib.* 15. sicuti & *Galen*, sambucinum, serpillinum, crocinum, ad potum maxime conducere. Oleum Nardinum, inquit *Plin. lib.* 13. *cap.* 2. siue foliatum vnguentũ, constat omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Hinc constat vnguenti huisce magnum pretium, vt non sine causa à *Matth.* βαρύτιμον, à *Marco* πολυτελὲς, hoc est, pretiosum, sumptuosumq; fuerit appellatum. Coronas è nardi folio (quod simpliciter folium à *Plin.* κατ' ἐξοχὴν appellatur) lautissimas dari testatur *Plin. lib.* 21. *cap.* 3.

Illius puro distillent tempora nardo. *Tibullus Eleg.* 2. *Idem lib.* 3. *Eleg.* 7.
Iamdudum Myrio madefactus tempora nardo
Debueram sertis implicuisse comas.

Pompon. similiter in *l.* 21. §. 1. *D. de aur. argen.* nardum numerat inter ea vnguenta, quæ valetudinis causa parata sunt. Ibi Gurum vult addi Hotomannus in comm. de verb. sig. vt à Pliniano distingueret, quod alijs permixtis constat, & voluptatis ac suauitatis causa tantummodo paratur, tametsi hoc quoq; puto elegantiores vngi mulieres suauitatis tantum causa subiungat. *Athen. lib.* 5. ex Polybio, Antiochum Epiphanem, seu potius Epimanem cùm alijs vnguentis, tùm Cinamominis, atq; nardinis, ceu pretiosissimis, delectatum esse dicit, de quo vide etiam *Leon. lib.* 3. *ca.* 91. Eiusdem meminit *lib.* 4. *Od.* 12. Horatius:

Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Πιστικῆς epitheti à Marco apositi, significatio.

Hinc colligitur vnguentum ex nardo fuisse magni pretij apud veteres. Nardini vnguenti in conuiuijs vsitatissimi *Athen. lib.* 15. ex Menandro poëta mentionem facit, cuius poëtæ hæc verba citat: ἡδὺ τὸ μύρον παιδίον. ἡδὺ πῶς ἡ τὸ νάρδινον: hoc est, Suaue hoc vnguentum pueri, quomodo enim non suaue est vnguentum nardinum. Epitheton porrò πιστικῆς à Marco appositum, Theophilactus existimat vel peculiare quoddam nardi genus significare, vel nardum ἄδολον, καὶ μετὰ πίστεως κατασκευαζομένην, hoc est, synceram, incorruptam, fideliter præparatam, vnde quidam probatam interpretantur. Posteriorem sententiam Syriaca versio, (Schatiphtha debaſma denardin rischaia, hoc est, alabastrum vnguenti nardi præstantis) & Valla sectatur. Nam, vt docet Plinius *lib.* 13. *cap.* 1. miris modis adulterabatur, quum variæ sint nardi species, & nouem etiam numerentur herbæ, quæ nardum imitentur: sed πιστικὸν, & πίστις (vt Stephanus in suo Thesauro Græco annotat) in hac significatione vsurpatum valdè insolens videtur. Prior sententia magis placet Bezæ, Camerario, & alijs, qui volunt latinam esse vocem corrupteam, græca terminatione inflexam, quemadmodum & de Sexto græcè fecerant ξύστον, & ex Sextario ξέστιον: Sic & φαιόνης à Paulo nominatur penula. Similiter itaque à Spicata nardo facta esse πιστικὸν, vt intelligatur eximium, & admodum pretiosum vnguentum confectum de spicis Nardi. Laudatur enim maximè in vnguentis, vt tradit Plinius, ea Indicæ nardi species, quæ in aristas assurgit, quam ideò Gal. ad Glauc. νάρδοσάχυον, Plinius Nardi spicam: officinæ spicam nardi: Arabes, teste Auicenna lib. 2.

na lib. 2. cap. 646. Cembul Indi, hoc est, Spicam Indicam, Hispani azumbar & espigasil appellant. De Nardi generibus vide plura in meis commentarijs in periplum maris Erythræi. Nonnus πιστικῆς τεῖα μέτρα φαπζομένης ἀπὸ νάρδ κ. Videri possit (inquit Camerarius) à loco nomen illud esse dictum, quia mediam syllabam producat. Hen. Stephanus in suo Thesauro græco annotat, πιστικὸν & idem quod ἔμπιστον, hoc est, ad fidem faciendam aptum significare, & potabile, vt πιστὸν, deriuatum παρὰ τὸ πεῖν, hoc est, à bibendo. Quæ autem potabilia, ea & liquida: vndè fit, vt pro liquido accipiatur Marc. 14. habens alabastrum vnguenti nardi πιστικῆς, id est, liquidæ. Nam liquidis non crassis vnguentis perfundi in conuiuijs solebant. Quosdam tamen, inquit Plin. crassitudo maximè delectat, liniq; iam, non solum perfundi vnguentis gaudent. Dicitur alioqui potius πιστὸν, à verbo πεῖν. Hæc ille.

Nunc secundo loco de vase quoque illo vnguentario nonnulla dicenda. Pollux inter vasa vnguentaria, quibus vnguenta effundebantur, λήκυθον, μυρηρὰν, μυρίδα, ἀλάβαστρον, id est, alabastrum cyathium numerat: vas quoque in quo vnguenta continebantur, phialæ simile, dicit ἐγχάλεπτρον appellari. Notabis etiam ληκύθους græcè pro oratione amœna, & pigmentis orationis perpolitæ à Cic. & Plinio accipi. Sic Horatius pro oratione tumida, & magnifica, vide Turneb. Aduersar. lib. 9. cap. 3. χύτλον quoque vas olearium dicitur. Alabastri vnguentarij vsum in conuiuijs fuisse vsitatissimum ex Athenæo patet: vt cap. 14. lib. 15. Cùm pueri inquit, vnguenta in vasculis alijs aureis, & in alabastris circumferrent, quidam Cynatri faciem vnguento plurimo perunxit. Eiusdem cap. 17. facit mentionem, vbi dicit, quendam non ex alabastro perungere conuiuas fuisse solitum: sed per summam luxuriam 4. columbas dimittere solitum perfusas non eodem vnguento omnes, sed singulas proprio, quæ circumuolitantes, vestes, strataq; cõuiuarum perfundebant. ἀλάβαστρον porrò, vel ἀλάβαστρος ὁ καὶ ἡ; siue etiam ἀλάβαστον sine litera ρ. Alabaster vasis vnguentarij genus, longitudine fastigiata, in pleniorem orbem definens: (vt ex Plinio constat) vel forma turbinata sine ansulis, vt alij docent. Neq; enim, vt quidam crediderunt; sic vocatur generaliter vas quolibet vnguentarium. Alabastrum, inquit Isidorus, vas vnguentarium à lapide sui generis cognominatum, quem alabastriten vocant, qui incorupta vnguenta conseruat. Sic autem appellatur hoc vasi genus, vel (vt Methodius tradit apud Etym.) quasi ὃ λάβεσθαι (hoc est, quod prehendere) propter læuorem fit impossibile: vel, διὰ τὸ μὴ λαβὰς ἔχειν, hoc est, quòd ansas non habeat (sicut & Suidas dicit esse λήκυθον ἐφ' ἧς οὐκ ἔστι λαβεῖν διὰ λειότητα, & ἄγρ μήτε μὴ ἔχον λαβὰς λίθινον, hoc est, vas lapideum ansis carens: item λίθινον μυροθήκην, hoc est, lapideum vnguenti repositorium. Latini quoq; retinentes hanc vocem græcam, modò in masculino, modò in neutro genere vsurpant. Cic. Acad. lib. 3. Quibus etiam alabaster vnguenti putere videtur. Martial. lib. 11. Αλάβαστρον.

Quod Cosmi redolent alabastra, fociq; deorum.

Ἀλάβαστρον ab Hesych. exponitur non solùm μυροθήκη, hoc est, vnguenti theca, sed etiam λίθος ψήφιος, id est, alabastrites, ἀλαβαστίτης, siue ἀλαβαστίτης, (subintellige λίθος) & in fœm. genere ἀλαβαστρίτις; siuè ἀλαβαστίτις πέτρα, marmoris genus ita dicti, quòd ex eo alabastra conficiuntur: alio nomine onyx appellatur. Dioscor. lib. 5. ἀλαβαστρίτης λίθος ὁ καλούμενος ὄνυξ. Plin. lib. 36. cap. 8. Onychen, inquit, aliqui alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optimè ea incorrupta seruare dicitur. Idem lib. 37. cap. 10. scribit, Alabastriten gemmam nasci in Alabastro Ægypti, & in Syriæ Damasco, candore interstincto varijs coloribus. Idem lib. 13. cap. 2. Vnguenta, inquit, optimè seruantur in alabastris: odores in oleo. Alabastri mentionem facit Pausanias in Atticis, de lacunari quodam verba faciens, quod ornatum esset auro, & lapide alabastro. Theocrit. in ἀδωνιαζούσαις, συρίῳ δὲ μύρῳ χρύσει ἀλάβαστρα dixit, hoc est, aurea alabastra, vnguenti Syriaci. Sunt qui tradidere alabastrum, id est, huiusmodi vasculum vnũ tantùm fuisse, vt libram vnam caperet. Herodotus etiam in Thalia inter munera, quæ Cambyses per legatos ad regem Æthiopum misit, recenset ἀλάβαστρον μύρου, id est, alabastrum vnguenti. Poculum elegans, & 2. salina ex alabastrite habet D. D. Caspar Vuolfius affinis meus: ex quo etiam pyxides vnguentariæ, quæ alabastra vocant, fiunt. Onychis mentionem quoque facit. Horat. Od. 12. lib. 4. Αλαβαστρίτης siue ἀλαβαστίτης.

Nardi parus onyx eliciet cadum.

In quæ verba sic commentatur Lambinus: Idem dicit quod paulò antè dixerat. Nam Virgilium ad cœnam ea conditione inuitat, si nardi conchum, aut onychem afferat. Contrà Catullus, cœnatu-

rum esse apud se Fabullum dicit paucis pòst diebus, si modò ille cœnam lautam, & copiosam attulerit cum vino & sale: se autem nihil præter vnguentum fragrantissimum præbiturum. Sic Catullus,

Cœnabis benè, mi Fabulle, apud me
Paucis, si tibi Dij fauent, diebus:
Si tecum attuleris bonam, atque magnam
Cœnam, non sine candida puella,
Et vino & sale, & omnibus cachinnis.

Deinde paucis versibus interpositis

Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ
Donarunt Veneres, Cupidinesq;.

Onyx quid.

Ονυξ (vt ait Dioscorides lib. 2.) πῶμά ἐστι κογχυλίου ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας, ἐυρισκόμενον ἐν τῇ Ινδίᾳ ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις. διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῆς κογχιλίων τὸν νάρδον; Id est, Onyx Conchylij est operculum, purpuræ operculo simile, quod reperitur in India in paludibus ijs, quæ nardum ferunt. Itaque & odores suauissimos afflat, quoniam conchylia nardo tescuntur. Ex his igitur siue testis, siue conchis, fieri poterant ad vnguentum seruandum aptissima, quippe quæ nardi odore iam essent penitus imbuta. Est enim onyx lapis idem, qui alabastrites, ex quo onyx vnguentarius, id est, vas ad diuturnam vnguenti custodiam probatissimum. Vide Hermolaum Barbarum. Duxerunt autem appellationem & hic lapis, & hæc concha à similitudine vnguis humani, quia nihil sit in eis rugosum, nihil asperum: sed omnia, vt in vngue, læuia & polita. Propertius lib. 3.

Onyx vnguentarius.

Sit mensæ ratio, noxq; inter pocula currat,
Et crocino nares myrrheus vngat onyx.

Vasa olearia siue vnguentaria ab Isidoro hæc memorantur: enicadium, scortia, alabastrum, pyxis, lenticula quod & lichitum, quorum explicationem vide lib. 20. cap. 7. Luc. porrò 7. vbi eadem historia describitur, vnguento illo pedes quoque Chrysti, & lachrymis rigasse, ac capillis extersisse, & deosculata esse, ac denique inunxisse dicitur. Vndè Christus, pium hoc illius mulieris factum officiumq; amplificandi causa, Simoni dicit: Tu mihi ingresso ædes tuas aquam non dedisti pedibus meis: at illa lachrymis quoque pedes meos rigauit, eosdemq; suis capillis capillis extersit. Tu nullum mihi fixisti osculum: at illa sine intermissione pedes meos deosculata est. Tu denique caput meum non vnxisti: at hæc minimè dubitauit vel ipsos pedes meos inungere. Ex hoc loco colligimus, mulierem illam non modò caput Christi: (id quòd fuit communi consuetudine tritum) verumetiam eiusdem pedes, id quòd non vsque adeò videtur fuisse vsitatum, inunxisse. Cur autem caput inter pocula veteres vngere sint soliti, hanc rationem reddit Athen. lib. 15. ex Myronidis cuiusdam libro de Vnguentis, quia quòd præassumptum fuit ab ijs, quorum caput est aridum, superius fertur atque attrahitur. Hinc fit, vt cum febres corpora adurant, capitis tempora humectent, ne fercula præsumpta in ipsum caput siccum & vacuum impetu suo ferantur. Ne itaq; vinum, præsertim largius & meracius haustum, ad superiora tendat, caput perungendum esse, quò humectatum, eius impetu minus feriatur atque lædatur. Plutarchus similiter in lib. de Iside & Osiride ex Aristot. sententia dixit, vnguentorum, florum, pratorum odoriferas respirationes non minus ad sanitatem, quàm ad voluptatem conferre, cùm cerebrum natura frigidum & concretum calore, & lenitate resoluant. Vtendum porrò ijs maximè vnguentis in potu, quæ minimè caput infestent, quæq; paulatim stringant, & refrigerent. Quoniam autem oleis varijs capita perfundi solebant, eius ratio reddi potest, quòd & in genere omne oleum capitis ardores refrigerandi vim habet, & certa quædam olea cùm in vniuersum capiti atque cerebro, illud odoris fragrantia recreando, eius dolores, inueteratasq; destillationes tollendo: tùm singulis eius partibus conducat. Sic enim, exempli gratia, quædam olea faciem purgant, varos, & lentigines tollunt, cutis scabritiem emendant, nitidamq; reddunt, secundùm illud Psal. 104. Oleum facit nitere faciem, & vt Euseb. eleganter loquitur, faciem hominis ἀυγῆτιν & λαμπρὰν, id est, pellucidam, & splendidam reddit. Hinc Plautus in Truculento de amica pulchrè compta:

Caput inter pocula cur veteres vngere sint soliti.

Quibus vnguentis vtendum in potu.

Feruidè in tota floret, vt oleum nitidè nitet,
Nam rebus omnibus nitorem & lucem addit.

Vndè

Vndè tractum adagium, oleo nitidius. Alia aurium grauitatem, sonos & tinnitus discutiunt, vermiculos in his exiccant. Alia oculorum claritati plurimùm conferunt, eorumq; caliginem discutiunt, vt multis exemplis Plin. lib. 23. cap. 4. probat. Capillis quoque hominis oleum ἀλφὸν, id est, salutare, testatur Plato in Protagora, quòd tamen cùm plantis, tùm pilis aliorum animalium est πολεμιώτατον, hoc est, inimicissimum. Non mirum itaque est, capitis vnctiones cùm aliàs, tùm in symposijs olim apud Hebræos, aliasq; gentes, fuisse vsitatas. Huc facit illud Massarij apud Athenæum, ô fœlix, an non nosti sensus nostros, qui sunt in cerebro, excitari suauibus odoribus, & puriores suauioresq; effici: sicut Alexis ait, sanitatis maximam partem bonos odores cerebro concedere. Idem Athen. lib. 15. antiquos fuisse φιλομύρους, hoc est, vnguentorum studiosos, vel hinc patere dicit, quòd singulis membris corporis, singula & peculiaria vnguenta accommodarent. Vt Ægyptio vnguento pedes, & crura: Phœnicino maxillas, & mammas: Sisymbrio, alterum brachium: Amaricino, cilia, & cæsariem: Serpillino, genua & collum. Idem cor quoque maximè perungi fuisse solitum, scribit, quòd odoribus suauibus recreetur, quodq; animæ sedem in corde collocatam esse veteres sint arbitrati. Quòad autem vnguentorum vsum apud Hebræos, illud quoque notatu videtur dignum, quòd Porphyrius in libris, quos de abstinendo à carnibus scripsit, vt est apud Eusebium de præparatione Euangelica, Essæos è Iudæorum gente vngi oleo non pati ait. Quòd si quis oleo tactus fuisset, diligenter, tanquàm à magna corporis macula, corpus abstergebatur; quòd eos corpore aridos, non molles esse oporteat. Quòad verò vnctionem pedum, cuius Luc. 7. fit mentio, Athen. cùm lib. 15. tùm verò atque in primis lib. 13. multa citat testimonia, quibus probat eam apud Græcos fuisse vsitatam, quam tamen, ceu luxuriosam, videtur reprehendere. Nam inter alia, Mos fuit, inquit, apud Athenienses pedes τῶν τρυφώντων ἀναλείφειν μύροις, hoc est, delicatorum vnguentis imbuere. Sic Plinius quoque lib. 13. cap. 3. de vnguentorum luxuria verba faciens, sed quosdam, inquit, crassitudo maximè delectat, idipsum approbantes: liniq; iam non solùm perfundi vnguentis gaudent. Vidimus etiam vestigia pedum tingi, quòd M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant. Quæso vt sentiretur iuuari ab ea parte corporis? Ergò non modò Athenæus in Græcis, verumetiam Plinius in Nerone huiusmodi vncturam pedum luxuriæ nomine perstringunt: quam tamen Christus admisit, & etiam approbauit, non luxuriæ, sed altioris cuiusdam mysterij causa. Homerus vt testis est Athen. lib. 1. cap. 4. & 12. suos heroas, ceu frugalitatis studiosos, neque coronatos, neque vnguentis delibutos, neque suffimentis delectatos dicit: vnum dicit Paridem induci, cuius facies à Venere vnguento fuerit delibuta: Idem tamen, eodem teste Athen. lib. 15. vnguentorum vnctiones cognouit, quæ olea appellat. Constat tamen, posteris temporibus Græcos fuisse vnguentorum studiosissimos, vt ex innumeris veterum monumentis apparet. Athen. lib. 15. cùm in primis Sardianos, tùm verò etiam Athenienses, apud quos intollerabile eorum fuerit pretium, vnguentorum amantissimos fuisse, testatur. Hæc vnguentorum luxuria tandem in Rempub. quoque Romanam inuasit, de qua conqueritur Plin. lib. 13. cap. 3. Quando id primum, inquit, ad Romanos penetrauerit, non facilè est dicere. Certum est Antiocho rege, Asiaq; deuictis, vrbis anno quingentesimo, sexagesimo quinto. P. Licinium Crassum, Iulium Cæsarem censores edixisse, ne quis venderet vnguenta exotica, sic enim appellauêre. At herculè iam quidam etiam in potu addunt, tanta q; amaritudo est, vt odore prodigo fruantur ex vtraq; corporis parte. Valerius M. lib. 2. prodidit, Ionas (quorum mollities in prouerbium abijt, vndè Ionicus risus in molles, & voluptuarios dicitur) primos vnguenti, coronarumq; in conuiuio dandarum, & secundæ mensæ consuetudinem, haud parua luxuriæ irritamenta, reperisse. Idem choros quoq;, & lasciuas saltationes in conuiuia introduxerunt, vt testis est Martinus Tyrius in opere cui titulus; Quis sit Philosophiæ finis. Hinc Horatius in Odis:

Adagium.

Antiqui singulis membris corporis, singula & priuata vnguenta accommodarunt.

De vnctione pedum.

Ionas vnguentorum, coronarum, & secundæ mensæ inuentores.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.

Hinc & apud Aristoph. ἰωνιχῶς pro eo, quod ἁβρῶς, hoc est, molliter, & delicatè viuere. Ægyptum Plinius terrarum omnium vnguentis accommodatissimam esse dicit. Ægyptij certè olei, myrrhæ copiam inter alia medicamentorũ genera, & vnguentorum mixtiones primi omnium excogitarunt: quæ ab illis ad alias quoque nationes fuerunt transportatæ. Hinc apud celebriores veterum auctores maior vnguentorum, atque oleorum pars Ægyptiorum cognomina sibi vendicauit,

vt Galenus in impositione vocum Hippocratis testatur. Apud illos σαχτὴ stacte vnguentigenum omnium simplicissimum extitit, quod ex sola myrrha constitit, ipsius nimirum myrrhæ gutta, ἀπὸ τῆ κατὰ μικρὸν σάζειν, id est, à guttatim decidendo. Vide Athenæus lib. 15. myrrhæ pinguitudinem appellat. Ab Ægyptijs ad Iudæos, Persas, Græcos, & alias nationes fuit hic vnguentorum vsus propagatus.

Quàm vnguentorum vsus apud Romanos in conuiuijs profusus luxurioſusq; fuerit, plurima auctorum, præsertim poëtarum, antiqua monumenta testantur. Horat. Od. 12.

Nardi parvus onyx eliciet cadum. Idem lib. 2. Od. 3.

Huc vina, & vnguenta, & nimium breues
Flores amænæ ferre iube rosæ. Idem,

I, pete vnguentum puer, & rosas.

Pueri enim mensæ ministri vnguenta circumferre solebant. Vncta quoque aqua, hoc est, vnguentis perfusa conuiuis præberi solita, id quòd erat luxuriæ non ferendæ, siue ea aqua adhiberetur ad manus lauandas, siue ad balneum. Solebant lautiores, & elegantiores homines capillum vnguento perungere. Cic. pro Rosc. Amerino de Chrysogono Syllæ liberto: ipse verò quemadmodum composito, & delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis iudices. Catullus, Respondi id quòd erat, nihil neque ipsi,
Nec quæstoribus esse, neque cohorti, cur quisquàm caput
Vnctius referret.

Archestratus apud Athen. lib. 2.

Αει δ' ἐ στεφάνοισι κάρη παρὰ δ' αἶγα πυκάζε
Παντοδαπῆσι, οἷς αὖ γαίας πέδον ὄλβιον αἰθοῖ,
Καὶ σαχτοῖσι μύρῳσι ἀγαθοῖς χαίται θεράπευε.

Horat. Od. 7. lib. 2.

Fregi, coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos,

Id est, Vnguento Syrio delibutos, λιπαρὰς, vt supra Od. 4. lib. 1.

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto.

Item Horat. lib. 1. Epist. ad Villicum suum:

Quem tenues decuêre togæ, nitidiq; capilli,

Id est, λιπαρῆ, vnguento delibuti. Nec longè aberat vnguentum foliatum ex Malobathri foliis, & alterum ex Nardi spica confectum, quo quisque conuiuarum lotus se inungere posset: & aër vt salubrior redderetur, odorata Cyphi confectione, & incenso Dijs dicato suffumigabatur, Laugius in med. Sympos. De conuiualium vnguentorum vsu, & Cyphi arom. incensi confectione, vide Dioscor. lib. 1. c. 24. Gal. lib. 2. de Antidotis. Oleum Romæ maximo fuit in pretio, & vel rarissimo pretio vendi solitum. Vnde prouerbium, Vt in velabro olearij. Velabrum enim, auctore M. Varrone, Romæ fuit locus, in quo olearij oleum distrahebant. Mos autem huic hominum generi fuit, vt inter se de pretio conspirarent, quò pluris venundarent: vndè tractum est suprà commemoratum prouerbium, quod de ijs dicitur, qui conspirant, remq; ex composito gerunt. Plautus in Captiuis:

Prouerbium.

Vna res, omnes compacto rem agunt, quasi in velabro olearij.

Coronas vnguentis aspergere veteres sunt soliti, teste Athen. lib. 15.

Vnguenta bibere quoq; consueuerunt, vt patet ex Luciani Nigrino, vbi inquit: Hos (scil. pseudophilosophos, quos ibi pluribus carpit) qui & vnguenta bibant, quo nomine maximè sint reprehendendi, quòd ne vti quidem voluptatibus scirent, sed & in hisce peccarent, & fines earum confunderent. Sic in conuiuio Plutarchi Thales Alexidemum narrat adolescentulum insolentis stupidiq; ingenij, vnguentum præclarum, quod Thrasibulo allatum fuerat, in magnam crateram infudisse, meroq; affuso ebibisse. Omnino veteres tam potui, quàm cibis vnguenta admiscuisse Plin. Plutarc. & Athenæus memoriæ prodiderunt. Vnde prouerb. in lente, siue in lenticula vnguentum, quo, auctore Turnebo in Aduersar. nihil aliud significari videtur, quàm in tenuiculo apparatu & victu, vt in lenticulæ pulmento, non esse locum vnguentis ob edulij vilitatem, quibus in lautis opiparisq; conuiuijs vti solebant: de eodem vide Eras. in Chiliad.

Digitized by Google

DE CORONARVM NOMINIBVS, FORMA, MATERIA, VSV VARIO ATQVE MVLtiplici præsertim in conuiuijs.

CAPVT XVI.

VT autem vnguentorum, sic coronarum quoque antiquitus in epulis celeberrimus vsus extitit, vnde prouerb. κονὰσμῷ στέφανον ἔχων, δίψῃ δ' ἀπόλωλας, Suidæ, id est, connas coronam quidem habens, cæterum siti perditus: eò quòd tibicen erat vinosus, & in epulis assiduè coronatus potabat, de quo plus in Chil. qua de causa de ijs quoque nunc dicendum, quantùm ad nostrum propositum pertinet. Corona Hebraicè & עטרת Atarah dicitur Psal. 21. Prou. 4. à עטר Itter, hoc est, coronare, seu circuire in modum coronæ: & פאר Pheer, quæ vox & decorem siuè gloriam significat, à פאר Phaar, id est, decorare: & coronam, siuè ornamentum capitis. Coronarum nomina.

Græcè antiquitus, teste Appione Grammatico in Commentarijs, quæ edidit de lingua Latina apud Athen. l. 15. χορφνὸς siue, vt aliter scribitur, χόρφνα fuit appellata: eò quòd χροᾶται, id est, histriones, & saltatores ijs olim in theatris vterentur, illarumq; adipiscendarum gratia omnia facerent: cuius quidem verbi idem auctor Simonidem quoq; in Epigrammatibus meminisse dicit. Corona itaq; si Appioni illi credendum, non latinum, sed græcum videri possit vocabulum, licet iam pridem latini sermonis consuetudine sit tritum, crassa in tenuem commutata littera. Corona, inquit Festus, cùm videatur à choro dici, caret tamen aspiratione: siue coronæ dicantur, quòd cohonorent eos, quibus imponũtur: vndè corolla est diminitiuum, Perottus in suo Cornucop. Corona ergo, siuè, vt veteres scripserunt cum aspiratione, chorona à choro videtur originẽ traxisse, quòd coronas gestare in choris, ac saltationibus mos erat, qui etiam hodie durat. Isidorus coronam vult dictam, quòd initio circum aras curreretur, atq; ad imaginem circuitus vel chori esse formatam, & nominatam.

Coronarum porrò alia nomina latina secundum varias illarum species atq; formas apud Plinium, & alios auctores hæc ferè sunt. Strophia Plinio sunt coronæ tenuiores, quibus antiqui vtebantur, vnde nata Strophiola, vt idem inquit, quibus in sacris vtebantur. Sic videntur dicta ἀπὸ τῆς στρέφειν, id est, à vertendo. Hoc vocabulum Plinius tardè communicatum esse dicit, inter sacra tantùm & bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Cùm verò, ait idem, è floribus fierent serta, à serendo seruiæ appellabantur. Turneb. in suis Aduers. ex chirographis antiquis locũ hunc sic corrigit: cùm verò è floribus fierent, serta à serendo, sertiũe appellabantur. Sertum & serta, vt Marius Seru. Honorat. Virgil. interpres ait, dicimus, cùm nihil adijcitur, vt sertisq; recentibus halant. Item alibi expressius: Serta procul tantùm capita delapsa iacebant. Si autem sertos dixero addo flores: Si sertas, addo coronas. Vt Lucan. Accipiunt sertas nardo florente coronas. Serta, serti, sertæ.

Pactili coronæ Plinius summam auctoritatẽ esse dicit, vt in Saliorum sacris inuenimus solennes cœnas, sic enim Turnebus hunc locum emendauit. Pactiles autem coronæ, inquit idem, plærisq; videntur compactiles: fortasse tamen fuerint, quarum coronamenta in foculo rotundo, vel vspiam figuntur pangunturq;. Iunius in sua Nomenclat. pactilem coronã interpretatur, quæ pangitur insertis floribus, Græc. στεφάνωμα πηκτὸν, Germ. krantz zůſammengeſchefft. Corona pactilis.

Coronæ sutiles sutos habebant flores aut coronamenta: fiebant ferè è mero rose folio. Plinius. Transiere deinde ad rosaria, eoq; luxuria processit, vt non esset gratia, nisi mero folio sutilis. Hinc illud omenturq; rosis tempora sutilibus. Coronam sutilem Iunius interpretatur, quæ consuitur filis flores constringentibus Στέφανωμα ῥαπτὸν. Corona sutilis.

Corona plectilis è surculis vel ramulis plectitur vel innectitur, vt è ramo lauri aut myrti, Turnebus. Idem, corona plectilis, quæ ex herbis odoratis plectitur, non conseritur neque suitur. Itaque à sertis floribus, & sutilibus coronis differt. Corona plectilis.

Coronæ hybernæ, teste Plinio dictæ, quæ deficientibus hyeme floribus, ramenta è comibus tincto conficiebantur. Corollæ, vt idem inquit, inter initia propter gracillitatem fuerunt nominatæ, mox & corollaria, postquàm è lamina tenui inaurata aut inargentata dabantur. Coronarius, græcè στεφανόπλοκος qui coronas facit. Græcè etiam corona στέφανος, στέφανη, στέμμα dicitur, Coronæ hybernæ. Corollæ.

& στεφανίσιν& diminutiuum, id est, corolla: à στέφω corono, redimo, cingo: quod quidem verbum & κοσμεῖν, id est, ornare, (nempe quia corona est ornamentum capitis, vnde Festo quoq; corona à cohonorando videtur dicta) &, (teste Athenæo lib. 15. Scholiaste Theocrit. Idyll. 31. & Hesychio) πληρῶσαι, id est, implere significat: cuius quidem posterioris significationis hanc Athenæus reddit rationem: Antiquitus enim, inquit ille, sacrificantes (id quòd Dijs gratũ acceptumq; esse putabant) coronari consueuerunt: atqui, teste Aristot. in lib. de Symposio (qui hodie non extat) nihil Dijs κόλοβον, id est, mutilum, seu mancum: sed τέλεια καὶ ὅλα, id est, perfecta, & integra offerimus: Corona ergò perfectionis symbolum. Vocem porrò στέφειν, id est, coronare, πλήρωσιν, id est, impletionem significare, his quoq; duobus testimonijs probat. Homerus sæpè,

Κρητῆρας δ' ἐκρητῆρος ἐπεστέψαντο ποτοῖο, Id est,
Crateras pueri statuunt, & vina coronant. Item,
—— θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, Id est,
Sed verbis formam Deus ipse coronat,

Hoc est, eos qui sunt deformes ἀναπληροῦν τὸ λέγειν πιθανότης, id est, implet dicendi gratia seu grauitas. Contrà verò, inquit idem, quando alicuius commiseratione tangimur, nos quodammodo ipsos capillorum tonsura, coronarumq; depositione mutilamus. Huc quoque pertinet quòd Aristot. teste Cæl. lib. 27. cap. 26. dicit, veteres coronis in conuiuijs vsos esse ad significandum obscurè, augurandumq; annonæ fertilitatem, rerumq; copiam & abundantiam. Verum vt στέφειν apud Græcos non solùm στεφανῶσαι, & κυκλῶσαι, id est, coronare, siue redimere, teste Hesychio, sed etiam κοσμεῖν, & πληρῶσαι, id est, ornare & implere significat: sic etiam apud Hebræos supra commemorata vocabula similiter vsurpantur, nempe pro decoratione, & pro impletione. Vt Prouerb. 4. Sapientia dabit capiti tuo augmentum gratiæ, coronam decoris dabit tibi. Sic Psal. 8. Gratia, & honore coronasti, id est, ornasti eum. Sic eleganter Prouerb. 17. Mulier industria viri, filij ac nepotes senum coronæ, id est, decus & ornamentum, dicuntur, & Paulus ad Philipp. 4. Pios suum gaudium, & coronã appellat. Quod ad posteriorem significationẽ attinet, Deus Psal. 65. dicitur annum bonis coronare, id est, augere, seu implere. Sic Psal. 103. Qui te coronat, id est, replet, atq; cumulat misericordia, & miserationibus: & contra afflictione dicitur coronare, id est, implere, seu cingere, Esa. 22. Hæc de nominibus

Coronarum inuentores.

Coronarum vsus multiplex.

Coronarum porrò, quarum antiqui, teste Athenæo, Ianum διπρόσωπον primum fecerunt auctorem, & in sacris (in quibus & hostiæ, & sacrificantes, & idola coronari consueuerunt) & in certaminibus, ludis, victorijs atq; triumphis: (victorum enim hæc fuerunt præmia) & in nuptijs, ceu sponsorum, atq; sponsarum insignia, & in regum, ac sacerdotum inaugurationibus, ceu illorum ornamenta: & in funeribus, in quibus libitinæ, teste Tertulliano, cadauera, (vnde Cicero pro Flacco meminit aureæ coronæ impositæ mortuo cuidam Castritio) sepulchra, atque adeò cippi quoque, atq; columnæ (quod Lucianus in Nigrino stultitiæ nomine perstringit) corollis atq; floribus insigniebantur: & deniq; in conuiuijs cùm sacris, tùm prophanis, ac præsertim in nuptialibus apud omnes ferè gentes antiquissimum, frequentissimumq; vsum fuisse reperio. Hinc Plin. lib. 21. cap. 3. Et iam tum coronæ Deorum honos erant, & larium publicorum, & priuatorum, & sepulchrorum, & manium, summaq; auctoritas pactili coronæ. Sutiles saliorum sacris inuenimus, & solennes cænis. Athenæus similiter lib. 5. inde probat conuiuiorum originem à veteribus ad Deum fuisse relatam, quod coronis deorum proprijs in ijs vterentur. Cic. de orat. lib. 2. Africano illi maiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti, cùm ea sæpius rumperetur, P. Licinius Varus, Noli mirari, inquit, si non conuenit: caput enim magnum est, laudabile, & honestum. Quoniam igitur coronarum apud gentes vsus partim superstitiosus, vt in illarum sacris & in exequijs, partim luxuriosus, in illarum nimirum epulis extitit, hinc factum puto, quòd Christiani primitiuæ Ecclesiæ tantoperè à coronarum vsu abhorruerunt, vt constat ex Tertulliani libro de corona militis, & Clement. Alexandrini Pædagog. lib. 2. nec non ex M. Minutij Fœlicis Romani quondã causidici apologia aduersus Cæcilij calumnias, qui inter alia Christianis hoc quoque exprobrauit, quòd neque vnguentis delibuti, neque sertis redimiti essent. Cui Minutius ita respondet: Sanè quòd caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio, capillisue solemus haurire. Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi, aut sentienti facem, aut

Coronæ cur Christianis veteribus exosæ.

tem, aut non sentienti coronam, cùm & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus. Idem patet ex Luciano, qui in suo Nigrino Romanos irridet, quòd Christianos non imitentur, & faciant contra naturam, planéq; nihil sapiant. Adde Tertull. de cor. mil.

Quantum verò ad conuiuialem coronarum vsum attinet, (de quo potissimum verba faciemus, & vnde nonnulli δ ἄπτα volunt θάλειαν, id est, virentem dictam) illum, si Athenæo, & alijs credimus, primò peperit vtilitas, vel etiam necessitas: confirmauit verò atque auxit voluptas, ad vtrumq; enim coronæ illæ epulares videntur spectare. Nam cùm veteres, vt Plutarchus tradit, & ex illo Cæl. lib. 27. cap. 26. liberalius in symposijs suis vino se inuitarent, ac profusius biberent, ad capitis doloribus, quos merum, largius præsertim haustum, parere solet, occurrendum atque medendum, fascijs primum seu vittis illud vincire atque ligare consueuerunt. Ac ligamina quidem illa siue vincula (δέσμας Græci vocant) verisimile est ex rudi & vili materia fuisse confecta, vtpote lino lanáue non tincta, coloria à Festo appellata: vnde rectè Festus coronas laneas antiquis temporibus ait factitatas esse, quod etiam Isidorus tradit. Postea ad hanc vtilitatem accessit ornatus & elegantia coronarum, ex floribus, atque frondibus contextarum: quæ quidem ceu naturalia, iucunda, ac salutaria capitis vincula (sic enim coronæ à Varr. appellantur) blandissimo, suauissimoq; suo colore, atque odore hominem mirifica vtilitate perfunderent ac demulcerent. Hoc Athen. lib. 15. Aristotelis, Aristonis, Cij philosophorum Peripateticorum testimonijs confirmat. Vt autem vini ipsius, quod maxima sæpè mala hominibus dare solet: ita eiusdem salutaris cum aqua mixtionis, nec non coronarũ (quæ quidem salutaria sunt καφαλαλγίας φάρμακα) primum auctorẽ Bacchum antiquitas credidit, ac testis est Plutarchus 3. Sympos. quæst. 1. Hinc Isidorus, Coronæ principium gentiles à libero quodam existimant, quòd & in potando mota vino capita vincire fasciolis instituunt: idcircò olim linei & lanei generis corona fuit, sicut erat in sacerdotibus gentilium. Cùm itaque, vt Plutarchus loco paulò ante citato docet, merum ipsum caput primùm atque potissimùm feriat, atque perturbet, florum exhalationes mirabili contra hoc malum sunt præsidio, caputq; veluti arcem muniunt ad ebrietatem pellendam. Nam & calidi flores molliter aperiendis meatibus faciunt vt perspirare vinum possit, & quæ leuiter frigida sunt, mediocri contactu vapores repellunt, vt violacea in primis, & rosacea corona. Vtrumque enim horum adstringit ac reprimit odore suo ea, quibus caput grauatur. Aristoph. Scholiastes in illa Aristoph. in Auibus: Coronarum vsus conuiuialis.

— φέρε πᾶι στέφανον καταχεῶσι.

Τοῖς ἐυωχυμένοις πρόσφορον οἱ στέφανοι, καταψύχοντες τὸ κεφάλιον ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου θέρμης, Hoc est, Moris fuit vt conuiuæ coronis cingerentur ad caput refrigerandum, recreandumq; ex calore vini. Athenæus (id quòd rationi valdè est consentaneum) ipsos medicos hoc remedij genus excogitasse testatur. Nam (vt scribit Plinius lib. 21. cap. 3.) apud Græcos de coronis priuatim scripsere Mnestheus, atque Callimachus medici, quod nocerent capiti, quoniam & in hoc esset aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate præcipuè, odorũ vi surripiente fallaciter solertiam. De hoc conuiuiali coronarum vsu sic eleganter Ouid quoque cecinit lib. 5. Fastor.

Ebrius incinctis (innexis) phylira conuiua capillis
Saltat, & imprudens vtitur arte meri:
Ebrius ad durum formosæ limen amicæ
Cantat, habent vnctæ mollia serta comæ:
Nulla coronata peraguntur seria fronte,
Nec liquidæ iuncto flore bibuntur aquæ
Donec eras mistus nullis Acheloe racemis
Gratia sumendæ non erat vlla rosæ:
Bacchus amat flores, Baccho placuisse coronam
Ex Ariadnæo sydere nosse potes.

Coronarum porrò huiusmodi Sympotiacarum vtilitas, quam veteres spectarunt, magis adhuc apparebit ex illarum materia, hoc est, floribus, atque frondibus, ex quibus olim fuerunt contextæ. Ac antiquissimæ quidem feruntur esse coronæ hederaceæ, quarum ipsarum Bacchum primum auctorem antiquitas fecit. Plin. lib. 16. cap. 1. Feruntq;, inquit, primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo (scil. coronam) ex hedera: quam Festus sic ait esse dictam; vel quòd hæreat, vel Coronæ hederaceæ.

quòd edita petat, vel quòd id, cui adhæserit, edat. Persius sequacem vocat, quòd natura sit sequaci, omnibus adhærescat. Idem testatur Plutarchus 3. Sympos. probl. 1. Bacchus, inquit, ederam quoque facultate sua vino maximè resistentem in honore habendam docuit, eaq; bacchantes coronauit, vt minus à vino læderentur, edera suo frigore ebrietatem restinguente. Idem 3. Sympos. probl. 5. antiquos, ait, vt de repentibus draconem: ita ederam de stirpibus Baccho consecrauerunt, quia frigidæ & gelidæ sint naturæ, vt & vinum. Eiusdem de ederæ natura, calidâ ne sit an frigida, egregium extat probl. 2. lib. 3. vbi eleganter inter alia, ederam dei Boëotij, id est, Bacchi παλάτιον, hoc est, clientem, & mensæ παράσιτον, hoc est, asseclam, siue sociam vocat. Athenæus quoque lib. 15. antiquos primò omnium hederaceis huiusmodi vinculis, id est, corollis ad ebrietatem arcendam ligasse dicit, quòd edera ipsa & multa esset, & omnibus in locis nasceretur, & ipso quoque aspectu non esset inuitanda: quippe quæ frondibus, ac corymbis (qui sunt rami hederæ in orbem circumacti) tempora tegeret, stringendiq; vim pateretur, sine graui odore refrigeraret, ac idcircò, addit, videtur Dionysius coronam vitis reliquisse, ac potionis dilutæ auctor extitisse. Hederam & thyrsos Bacchi sacerdotes ferebant, mulieres quoque, teste Plutarcho in Problem. in Bacchanalibus, & nocturnis sacris, cùm Bacchicis furoribus afflari, & corrumpi vellent, ad ederam eo tempore ferebantur, quam manibus diuellebant, & lacerabant. Idem testatur Clemens Alexand. in suo Pædagog. Vnde lib. 2. Maccab. cap. 6. legimus Antiochum Iudæos coegisse, vt reiectis patrijs atque diuinis legibus & institutis, Bacchantium more hedera redimiti orgia celebrarent, quod qui facere recusabant, illi morte mulctabantur. Hinc ederam Ouid. Baccho gratissimam, & ipsum Bacchum corymbiferum vocat, hoc est, ederæ pampinis & ficulneis frondibus coronatum. Poëtæ quoque, quorum præses Bacchus fuit indicatus, hedera, (nigra præsertim, quæ idcircò Dionysia, & Bacchica dicta) vt etiam lauro, coronari fuerunt soliti. Vnde Virg. Eclog. 7.

Pastores hedera crescentem ornare poëtam.

Cur autem hedera Baccho ab antiquis fuerit consecrata, multas rationes, opinionesq; videre poteris apud Benedict. Curtium lib. 5. Hort. cap. 11. Eandem ob causam hedera signum fuit cauponarum, & vini vendibilis: vndè deductum adagium: Vino vendibili non opus est hedera suspensa, hoc est, vera virtus non indiget præconio. Pocula quoque hederacea, de quibus infrà, apud antiquos frequenti fuerunt in vsu, eadem, opinor, de causa, qua etiam coronæ, nempè quòd ebrietati obsistit ac discutiendis capitis doloribus, ex temulentia contractis, est accommoda, folijs etiam, aut ramusculis foris capiti admotis. Huc quoque videtur referendum, quòd nonnulli virgultum illud Kikaion, quod Ionæ prophetæ aduersus solis æstum vmbraculum præbuit, hederam fuisse existimant, cum huius arboris vmbra Ionæ videatur non fuisse incommoda, eò quòd hæc planta, sicuti paulò antè dictum, capitis grauedinem ex æstu, & lassitudine contractam, discutiendi vim habeat. Hieronymus certè secutus, vt ille inquit, veteres translatores, qui vocem Kikaion hederam, græcè κισσὸν interpretati sunt, cùm aliud quid dicerent non habebant, ipse quoque hederam vertit: quam ob causam dicit se à Cantherio quodam reprehensum, quòd pro cucurbita hederam verterit. Idem tamen testis, est vocem קִיקָיוֹן Kikaion lingua Syra, vt Punica Elkeroam dici, quam sic describit: Est autem genus virgulti, vel arbusculæ, lata habens folia in modum pampini, & vmbram densissimam, suo trunco se sustinens, quæ in Palæstina creberrimè nascitur, & maximè in arenosis locis, mirumq; in modum, si sementem in terram ieceris, citò consurgit in arborem, & intrà paucos dies, quam herbam videras, arbusculam suspicis. 70. verterunt κολοκυνθίδα, hoc est, cucurbitam, quæ & ipsa ad hunc vsum videtur fuisse accommodatissima, vt docet pluribus Leuin. Lemnius cap. 33. libri de herbis & arboribus sacræ scripturæ. Arias Montanus, vir doctissimus, in suis in Ionam commentarijs, Kikaion siuè Kik Hebræis, Arabicis Keruag, Græcis κίκι, Latinis ricinum esse vult, quæ planta foliorum figura, & magnitudine Platano est simillima; & idcircò ad vmbram efficiendam aptissima. Sed hæc obiter.

Adagium.

Kikaion.

Nardi coronæ.

Coronas ex nardo quoque fuisse vsitatas, testis est Plin. lib. 21. cap. 3. cùm inquit: Latissimum quippè habetur è nardi folio eas (coronas) dari. Est enim nardi odor suauissimus, vt testis est etiam sacra scriptura, vt Cantici 1. nardus mea dedit odorem suum: & Cantic. 4. Hebraicè נרד Nerde, plural. נרדים Neradim dicitur, vnde græcum, ac hebraicum vocabulum promanauit. δόσαρον species nardi, quam Plinius sic vult dictam, quoniam in coronis non addatur. Hoc etymon

mon Henrich. Stephan. mirum videtur, potiusq; ita appellatum videtur quoniam in scopis non addatur, præsertim quum Dioscorides quoque contra Plinium esse πόαν στεφανωμιτικὴν dicat libro 1. capite 9.

Inter herbas coronarias melilotus quoque apud veteres non postremum locum tenuit, at ob id à Latinis modò sertula, modò campanica serta fuit vocata. Nec id sanè fuit mirum, quippe cùm coronis ad sedandum ebrietatis feruorem institutis, melilotus ad id apprimè conferret: quippe cùm teste Athenæo lib. 3. στέφανοι μελιλώτινοι, id est, coronæ melilotinæ sint πανυ εὐώδεις, καὶ κάυσωνον ὥρᾳ ψυκτικώτατοι, hoc est, fragrantis odoris, & maxima refrigerandi vi polleãt. Hanc sanè ob causam Hieron. Mercurial. in lib. Variarum lectionum, melilotus videtur apud Athenum lib. 15. ἀειφρυρον, hoc est, semper custos à Cratino fuisse appellata, propterea quòd, vt ille interpretatur, eius herbæ potestate semper ab ebrietate custodirentur.

Fuerunt præterea epulares huiusmodi coronæ ex myrto, teste Athenæo, ad vini euaporationem reprimendum, & paulò post coronam Naucratitem (quam Pollux σάμψυχον vocat) eam esse dicit, quæ ex myrto, atq; rosis sit composita, quam Anacreon gestare cõsueuerit: cuius quidem nominis rationem ibidem reddit. Cur Myrtus Veneri sit dicata (vnde nonnulli Venerem Murtiam, seu Myrtiam appellatam volunt, & ipsa Myrtus Paphia à Statio fuit nuncupata, & à Virgilio formosa, Veneriq; gratissima dicta) vide Curtium lib. 5. cap. 8. Hort. Myrtus quibus sacris literis celebratur, vt 3. Esd. 4. 2. Esd. 8. Esa, 41. 55. 60. Zachab. 3. 1. Mach. 10. Coronarum myrtearum in epulis (quæ etiam olim ab ouantibus Romæ fuit vsurpata) creberrima fit mentio apud Anacreontem, & Horat. vt lib. 1. Od. 4. Myrti coronæ.

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto, hoc est, coronas ex myrto capiti imponere, &c. Idem lib. 1. Od. 25.

Læta quòd pubes hedera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto. Tibullus,
Hunc (porcum mactatum) cum veste sequar, myrtoq; canistra
Vincta geram, myrto vinctus & ipse caput.

Rosearum quoq; coronarũ in epulis frequentissimus fuit vsus, eò quòd, teste Athenæo, aliquantulum refrigerandi, capitisq; dolores mitigandi vim obtinent. Plutarchus quoq; Symp. 3. rosaceas, vt & violaceas, coronas leniter frigidas, astringendi, eaq;, quibus caput grauatur, odore suo reprimendi vim obtinere dicit. Idem testatur Clemens Alexand. in suo Pæd. Anacreon Od. 14. Rosea coronæ.

Εμοὶ μέλει μύρῳσι καταβρέχειν ὑπήνην. Sed curo delibatam Vnguento habere barbam.
Εμοὶ μέλει ῥόδοισι καταστέφειν κάρηνα. Sed implicare curo Meos rosis capillos. Idem Od. 4.
τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων Rosam amoribus dicatam
μίξωμεν Διονύσῳ, Sociemus ad Lyæum,
τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον Folijs rosam decoram
κροτάφοισιν ἁρμόσαντες, Capiti reuicientes,
Πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες. Calices iocemur inter.

Subiungit mox rosæ descriptionem vel ipso floris illius odore atq; colore iucundiorem. Item Od. 3.

Εμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον. Hoc est,
Potius manente vita,
Rosea mea corollas
Capiti feraque odores. Et Od. 43.
Στεφάνους μοι κροτάφοισι
ῥοδίνοις συναρμόσαντες,
Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες. Horat. Od. 29. lib. 3.
Tyrrhena regum progenies, tibi
Non ante verso lene merum cado

Cum flore Mecœnas roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis
Iamdudum apud me eſt.

Idem lib. 2. Od. 3.

Huc vina, & vnguenta, & nimium breues
Flores amœnæ ferre iube roſæ.

Martialis quoque aliquot epigrammata extant in floris huiuſce commendationem, ex quibus vnum tantum referam, quo miniſtros ſuos ita alloquitur.

Sextantes Calliſte duos infunde Falerni,
Tu ſuper æſtiuas Alcine ſolue niues,
Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo
Laſſenturq́ (alij ornentur) roſis tempora ſubtilibus.

Ouid. Faſt. 5. de Floribus.

Tempora ſutilibus pinguntur tecta coronis
Et latet iniecta ſplendida menſa roſa. *Et paulò poſt:*
Decidere in menſas vt roſa miſſa ſolet.

Propert. Eleg. 4. lib. 3.

Me iuuat & multo mentem vincire Liæo,
Et caput in verna ſemper habere roſa.

Roſam Plutarch. 3. Sympoſ. probl. 1. & Clemens Alexand. à Græcis ῥόδον vocari affirmant, ἀπὸ τῆς ῥοῆς ὀδωδῆς, quòd odoris fluxum emittat, quæ cauſa vt ocyſſimè marceſcat, & refrigerandi vim habeat. Grammatici ἀπὸ τοῦ ὄζειν, Cæl. lib. 27. cap. 26. Oleo roſaceo quoque homines olim inungebantur, idq́ iam à Troianis temporibus, teſte Homero,

ῥοδόεντι δ' ἔχρισαν ἐλαίῳ.

Plin. lib. 21. cap. 3. Tranſiere deinde ad roſaria, eoq́ luxuria proceſſit, vt non eſſe gratia niſi mero folio. Roſa etiam Veneri ſacra eſt, Vergil. in Roſa:

Syderis & floris eſt domina vna Venus.

Quoniam vt breui hoc tempore durat, & ocyſſimè marceſcit, ſic forma, & voluptas Venerea citò pereunt ſecundùm illud Theocriti,

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ὅτι κἠ ὀχεόν· ἀὐτὸ μαραίνει.

Hieronymus Angerianus idem feſtiuo diſticho notat,

Pulchra breui durat roſa tempore, forma breuiq́
Tempore, ſic formæ par roſa tempus habes.

Ac omnino conuiuijs amica & familiaris, ſilentij quoq́ ſymbolum fuit, quo, præſertim in conuiuijs, fidos quæ ſunt inter amicos dicta premi tegiq́ debent. Itaq́ poëtæ finxerunt Cupidinem Veneris filium Roſam Harpocrati ſilentij Deo apud Græcos (vt & Angerona apud Romanos) conſeratam eſſe voluiſſe, eoq́ munere eum decoraſſe, vt roſa loquacibus exhiberetur, veluti ſilentij ſymbolum. Hinc veriſimile eſt, morem illum profectum, vt multis in locis Germaniæ in cœnaculis roſa lacunaribus ſuprà menſa verticem affixa conſpiciatur, quò quiſq́ ſit ſecreti tenax, ne quid temerè effutiat, ſed omnia reticenda meminerit: quem morem carmen illud graphicè depingit,

Eſt roſa flos Veneris, cuius quò facta laterent,
Harpocrati matris dona dicauit Amor.
Iude roſam menſis boſpes ſuſpendit amicis
Conuiua vt ſub ea dicta cauenda ſciat.

Hinc prouerbium quoque illud peruulgatum apud Germanos. Hæc ſint ſub roſa acta, ſiue dicta. Quo ſignificatur, ea quæ vel dicta, vel facta ſunt liberius, fida taciturnitate eſſe tegenda, minimeq́ foris eliminanda. Germanos quoq́ olim roſis vſos eſſe ad reprimendos vini vapores, Poſſidonij teſtimonio comprobat Appianus libro ſecundo de Bellis ciuilibus, qui ibidem illos ebrioſos atq́ ridiculos appellat.

Roſa denique apud omnes nationes flos eſt ſpectatiſſimus, ſuaniſſimiq́ odoris, quo cor, cerebrumq́ mirificè recreantur. Sacris quoque literis celebratur: Sic enim Sapientia æterna patris Eccleſ. 24.

Digitized by Google

cleſ. 29. roſæ Hierichuntinæ: (quæ ſunt præſtantiſſimæ) & 39. cap. Simeon Pontifex roſæ vernæ comparatur.

Roſarum, vt etiam aliorum florum, vſum in conuiuijs apud Hebræos quoque floruiſſe ex illo Sapien. 2. videtur poſſe colligi, vbi Solomon homines epicureos, ac voluptuarios ita loquentes introducit: Quum ætas noſtra imbecilla ſit, auiq; breuis, & vt fumus, & vmbra euaneſcat, agite fruamur bonis præſentibus, & vtamur rebus naturæ dum iuuentus adeſt. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non ſinamus elabi florem temporis. Coronemus nos roſis, antequàm marceſcant, nullum pratum, aut viridarium ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Ad eundem morem Ezech. quoque cap. 23. videtur alluſiſſe, vbi ſympoſiorum facta mentione, quæ meretrices nonnunquam amatoribus ſuis apparare ſolent, inter alia dicit illas coronas quoque gloriæ, id eſt, egregias & elegantes illorum capitibus imponere: Amicas olim amatores ſuos coronis reuincire, ac floribus opplere ſolitas fuiſſe, illa quoque Apuleij lib. 2. ſatis indicant: Commodùm cubueram: & ecce Fotis mea, iam domina cubitum reddita, iacta proximat roſa ſerta, & roſa ſoluta in ſinu tuberante, ac me preſſim deoſculante, & corollis reuincto, ac flore proſperſo arripit poculum. Huc etiam referri poteſt, quod ſtatuas quoq; meretrices olim coronare fuerunt ſolitæ, de quo Iuſtus Lipſius libro 2. Variarum lect.

Neque ſanè lauream coronam, inquit Athenæus, à potu alienam eſſe exiſtimare conuenit. Hoc non ſine cauſa dixit: nam laurus præter vim medicam vires propè diuinas aduerſus fulmina, fulgura, tonitrua, morbum ſacrum, maleficia, faſcinationes, dæmonas, ſegetum rubiginem obtinet, ita vt meritò Romani eam boni ingenij plantam vocauerint. Secundam enim valetudinem adferre exiſtimatur. Proinde laurus, & carica Ianuarij menſis, prima die à populo principibus dabatur. Idem lib. 4. veteres teſtatur, inter bellaria poſt cœnam etiam lauri folia adhibuiſſe, quod Mercurialis lib. 4. cap. 6. Var. lect. factum putat, tùm vt vi foliorum exiccandi vim habente fumi ad caput elati abſumerentur: tùm etiam vt odor vini ac ciborum, qui ſolet ſæpenumero à ſaturis hominibus graues emitti, abſconderetur, id quod Martialis lib. 5. facetiſſimis carminibus probat. De coronarum laurearum, necnon populonearum vſu in ſacris, vide plura apud Curt. Hort. lib. 3. cap. 8. Empedocles laurum tanti fecit, vti optimam conuerſionem in eam arborem eſſe exiſtimauerit, quaſi poſt mortalium vitam in beſtiarum naturam migrandum ſit, vnde à lauri foliis voluit omnino eſſe abſtinendum. Scribunt Plinius, & Tranquillus, Tiberium principem tonitrua præter modum expaueſcentem, tonante cælo contra fulminum metus nunquam non lauream coronam capite geſtaſſe. Huiuſmodi ergo coronas, ob cauſas commemoratas, quis non ex Athenæi ſententia iudicet conuiuijs maximè eſſe accommodatas?

Conuiuijs præterea peculiaris fuit corona Philyrea, ſicuti ex Ouid. 5. Faſtor. patet,

Ebrius incinctis philyra conuiua capillis
Saltat, & imprudens vertitur arte meri.

Corona Philyrea.

Contexuerunt enim antiqui è philyra, hoc eſt, prætenuiſſimis, quæ inter lignũ & corticem tiliæ ſunt, tunicis, coronas. Quibus lemniſci quaſi lanitij, id eſt, faſciolæ pendulæ intortæ, quibus poſſent ſubligari, ne ex capite laberentur, vel potius vt aliquid ornamenti ijs adderent, aſſuerentur. Quibus verò non niſi aurei appendi debuerunt, propter Hetruſcos, de ijs Horat. Od. 38. lib. 1

Diſplicent nexæ philyra coronæ.

Qui enim deferebant, Græcè philyrini ſynthomatici dicti. Philyram Veneri Pharnutus dedicat, quia appoſita Venerem citat, & quòd ad nectendas coronas ea maximè vtantur.

Vſitatæ quoq; olim fuerunt in conuiuijs coronæ ex apio. Horat. Od. 7. lib. 2.

Coronæ ex apio.

—Quis vdo
Deproperare apio coronas,
Curátue myrto?

Id eſt, Valdè properare, nectere, & concinnare coronas. Idem Od. 36. lib. 1.

Non deſint epulis roſæ,
Non viuax apium, non breue lilium.

Viuax apium quòd diu viret, contrà breue lilium. Idem lib. 4. Od. 11.

—Eſt in horto Phylli nectendis apium coronis:

Est hedera vis
Multa, qua crines religata fulges. Anacreon.
Ἐπὶ δ' ὀφρύσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι.

Theocr. εἰδ. ξ. πλυγνάμπω τε σελίνῳ. Et εἰδ. ιγ. καὶ θάλλοντα σέλινα. Et εἰδ. ιθ. χλωρὰ σέλινα, apia nitentia appellantur. Pollux lib. 6. cap. 19. Sapphonem, & Alcæum coronarum ex apio conuiualium meminisse dicit. Æneas, & socijs eius cùm primùm in Italiam aduenissent, humi discumbentibus, at prandentibus, solum apio fuisse substratum, idq; illis mensæ loco fuisse, scribit Dionysius Halicar. lib. 1. Antiquit. Rom. Apio honos in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeæ, Plinius lib. 19. cap. 8. Et tamen Nicolaus Leonicus lib. 1. de Varia historia, cap. 24. dicit veteres ex omnibus ferè herbis floribusq; serta nectere consueuisse, præterquàm ex apio. Hoc autem ideò, vt inquit Duris Samius, in ijs quos de certaminibus scripsit Commentarijs, quoniam lugubre est apium, luctibusq; magis, quàm hilaritati conueniat. Quamobrem tumulorum thecas (vt aiunt) antequàm in illis ponerent mortuorum corpora, apij foliis sternere consueuerunt. Magius tamen Miscel. lib. 2. cap. 17. Ioannem Babe. Pium Bononiensem hoc nomine reprehendit, quod affirmauit tumulos passim apio coronari fuisse solitos. Vide ibidem de Varijs coronarum sepulchralium generibus. Morem apio coronandi putant, iam olim ab Hercule inductum, postquam interfectum Nemeæ leonem, quod & Pindarus alicubi videtur indicare. Nam in Nemeis hymno 4. dicit, ἵνα ἐν ἀγῶνι βαρυκτύπου θάλη σε κορινθίοις σελίνοις, hoc est, Vbi in certamine tumultuosi floruit Corinthiacis apijs. Significat quendam in certamine Neptuni Isthmico coronatum fuisse à Corinthijs.

Violaceas quoque coronas (ἐκ τῶν ἴων) Plutarchus eandem ob causam in conuiuijs approbat, ob quam rosaceas: quòd nimirum vtraque leuiter frigidæ adstringant, atque odore suo καρηβαρίας, hoc est, capitis grauedines reprimant. Apud Platonem in Symposio Alcibiades Agathonis in Tragœdia victoris, & Socratis quoque caput corona quadam densa ex hedera & violis parata redimit. Coronæ violaceæ apud Aristophanem quoque fit mentio in Acharn. & apud Theocritum εἰδ. υλ. ζ στεφάνους ἀνηθίνους, ῥοδίνους τε, καὶ λευκοΐνους, id est, rosa ex aneto, ex rosa, & ex violis albis contextæ, fit mentio in Symposijs læti descriptione. Plinius lib. 21. cap. 19. Violas purpureas dicit refrigerare, contrà inflammationes illini stomacho ardenti: imponi & capiti in fronte: crapulam & grauedines capitis, impositis coronis, olfactúue discutere. Athenæus tamen lib. 15. Coronas ex albis violis cùm caput moueant, atque perturbent, vitandas esse dicit. Idem Hicesium citat affirmantem, λευκόϊον, hoc est, albam violam mediocriter astringere, & optima suauissimaq; ὀσμὴ esse præditam, sed quæ non diu duret. Nigram autem eadem esse vi præditam, sed multò odoratiorem.

Coronæ ex lilijs. Ex lilijs quoque (ἐκ κρίνων) fuerunt compositæ, vt testis est Athenæus. Idem Philinum dicit affirmare, κρίνον, id est, lilium, ab alijs λείριον, (quod Homero est nomen generale cuiusuis floris, teste Athenæo) ab alijs ἴον, id est, violam appellari: à Corinthijs ambrosia dicitur, teste Nicandro in Linguis. τὰ κρίνα, hoc est, lilia Theophrastus scribit esse purpureos flores. Lilium rosæ nobilitate proximum Plin. Sacris quoque literis nobilitatur, vt Eccles. 29. & 39. vbi rosæ semper coniungitur.

Plutarchus Symp. 3. Cypri, id est, ligustri, inquit, flos, & crocus & baccaris ij, qui adbiberunt somnum ἄλυπον, id est, molestia vacuum conciliare. Exhalare enim mite quidpiam, & gratum, quo inæquabilitates quæ inebriatorum corpori accidunt, asperitatesq; diffunduntur, ita vt tranquillitate oborta retundatur & digeratur id, quod crapulam erat facturum. Cypri Hebraeis כפר Cepher, plural. כפרים Cepharim dicti (vnde vox Græca & Latina promanauit) ceu suauissimi, & flagrantissimi fit mentio vnà cum nardo, & alijs floribus odoratis Cant. 1. & 4. De Cypro & croco idem testatur Clemens Alexand. in suo Pæd.

Baccar radix est odorata, à quibusdam nardum rusticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes priscæ Comœdiæ poëta testis est. Odor est ei Cinnamomo proximus, Plin. lib. 21. cap. 6.

Croci vsum Plin. lib. 21. cap. 6. in coronis nusquam esse dicit: herbam enim esse folio angusto penè in capillamenti modum: sed vino mirè congruere, præcipuè dulci, tritum, & ad theatra replenda.

Idem

Idem tamen lib.21.cap.20.inquit, qui crocum prius biberint, crapulam non sentient: ebrietati eo resistunt. Coronæ quoque ex eo mulcent ebrietatem: somnum facit: caput leniter mouet: Venerem stimulat. Ex his constat crocum conuiuialibus coronis esse aptum, vt Plutarchus quoque voluit. Croci ob singularem odoris suauitatem in sacris quoq; literis fit mentio, vt Cant.4. Heb. כרכם *carcos dicitur. Coronæ ex loto Theocr. meminit εἰδ.ιν.*

Athenæus plura alia coronarum florearum, & frondosarum genera commemorat, vt coronam λυγινον, *id est, ex vitice, cuius antiquum vsum fuisse docet, de qua Anacreon. Megisthes, inquit, perhumanus, iam decem menses ex quo vitice coronatus est, suauemq; bibit vini facem. Hac Dianæ (quæ idcirco* λυγόδεσμος *dicta) consecrata fuit, quia teste Galeno, castitatem seruat, quando substernitur, aut estur, vel bibitur. Hinc* ἁγνὸς *dicitur, id est, pura, casta, ab* α *priuatiua, & γεννάω genero, quòd inhibet rei venereæ vsum. Quare Paulus quoque his qui in somno, aut vigilia copiosiore fluxu abundant, vnà cum refrigerantibus herbis, viticis ramos substernendos præcipit. Quare Athenienſium matronæ castitatem custodientes, auctore Dioscoride, in Thesmophorijs, id est, Cereris sacris, folijs eius sibi cubitus substernebant. Idem deniq; ex Theophrasto* στεφανωματικὰ ἄνθη, *id est, flores coronarios, siue coronis aptos, hos commemorat:* ἴον, διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλόγα, ἡμεροκαλλὲς, ὀινανθην, νάρκισσον (*quam Clemens Alexand. neruis* νάρκην, *id est, torporem afferre dicit*) ἀνεμώνην, βολβῶ κώδιον, μελάνιον, ἐλίχρυσον, ξίφιον, ὑάκινθον, λυχνίδα, ἀμάρακον, φρύγιον, πόθον. *Florum coronariorum Pollux quoq; meminit lib.6. De ijsdem vide plura apud Plinium lib. 21.cap.3. & 4. & deinceps. Florum in coronis, teste Polluce, hunc delectum habuerunt, vt ijs potissimùm vterentur, quorum & color oculis, & odor naribus suauem voluptatem afferret. Ex folijs ne magis an ex frondibus corollæ conuiuiales sint probandæ, vide Stoeflerum in Sphæram Procli. Hæc de coronarum conuiuialium materia.*

Coronæ porrò, vt Athenæus docet, & capiti, & fronti, & collo, & pectori, (vbi cordis sedes) adhibitæ fuerunt. Apollonij Scholiastes, Veteres, inquit, trifariam vtebantur coronatione, coronas vel capiti, vel fronti, vel collo imponentes, διὰ τὸ θυμοειδὲς τῆς τελειοτάτης ψυχῆς, *id est, propter triplicis animæ voluptatem. Testis est Athenæus, esse coronas quasdam apud Æolas, & Ionas* ὑποθυμίδας, & ὑποθυμιάδας *dictas, quas circa colla gestare consueuerunt, veluti in Alcæi, Anacreontisq; poëmatis videre liceat. Horat. ad eas videtur alludere lib.2. Satyr.3.*

Coronæ quibus corporis partibus adhibitæ.

—*Potius vt ille*
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
Postquam est impransi correptus voce magistri.

Idem Athenæus testatur, Phyletam affirmare, myrti ramum à Lesbijs hypothymida nominari, circa quem cùm violas, tùm alios etiam flores innectere consueuerint. De huiusmodi coronis collo siue ceruici appensis, earumq; vsu sic differit Plutarchus lib.3. Sympos. Probl.1. Quorundam etiam florum, inquit, odoribus sursum dissipatis ad cerebrum, fit vt & meatus, qui sunt instrumenta sentiendi, expargentur, & humores incidantur, sensim absq; vehementi ictu aut agitatione discussi, simulq; cerebrum natura frigidum refocilletur. Itaque serta è floribus texta præcipuè à cervice suspendentes hypothymidas appellabant, vnguentisq; quibus ea erant delibuta, pectus inungebant. Testatur etiam Alcæus, iubens vnguentum sibi affundi super multa passum caput, & canum pectus. Sic etiam inde odores à calore eiaculantur in cerebrum, rapientibus eos naribus. Non enim ideò hypothymides vocauerunt collo appensas coronas, quòd animum castra sua in corde habere putarent: (est enim thymos animus) sed propter exhalantem potius fragrantiam, quam ipsi apothymiasin nominant, &c. Ex hoc eodem loco constat coronas à veteribus vnguentis quoq; perfundi fuisse solitas, de quo suprà.

Christianis porrò primitiuæ ecclesiæ, sicuti suprà dictum; coronas capiti quidem ex gentium more & consuetudine imponere erat religio: at verò illas vel manu gestare, vel etiam collis apponere non dubitasse, colligi potest cùm ex Tertulliani de Corona militis, tùm ex illis Minutij verbis: Quis autem ille qui dubitat vernis nos indulgere floribus, cùm capiamus & rosam veris, & lilium, & quicquid aliud in floribus blandi coloris, & odoris est? his enim & sparsis vtimur mollibus, ac solutis, & sertis colla complectimur. Sanè quòd caput non coronamus, ignoscite, &c. Ergo à sertis siue coronis illis ὑποθυμίδες *dictis non abhorrebant.*

Digitized by Google

Obseruatu praeterea dignum, veteres non modò capita, atq; colla, verumetiam ipsa pocula coronare fuisse solitos. Hunc morem colligunt nonnulli ex illo Homeri versu Od. α.

Κὺκεῶι δ' ἐν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο,

Quem versum propemodum ad verbum expressit Virg. lib. 1. Æneid.

Crateras magnos, & vina coronant.

Et 7. libro eiusdem operis,

Crateras lati statuunt, & vina coronant.

Hinc ergò nonnulli colligunt, veteres esse solitos poculis imponere coronas, qua sententia Tibulli auctoritate confirmari potest, lib. 2.

Aut è veste sua tendet vmbracula sertis,
Vincta: coronatus stabit, & ipse calix.

Idipsum Virgil. Æneid 3. luculenter videtur significare, his versibus,

Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit (coronauit) impleuitque mero.

Coronabãt enim pocula hilaritatis causa conuiualis, & libationis. Idipsum illa quoq; Tertulliani verba de Resurrect. testantur. At enim & calix, inquit, benè sibi conscius, & de diligentia ministri cõmendatur, de coronis quoq; potatoris sui inornabitur (alij legũt inorabitur, id est, in ora siue extremitate cingetur potatoris sui coronis, interprete B. Rhenano) aut aspergine florum honorabitur. At verò Athenæus locum illum lib. 1. his verbis interpretatur: ὑπεστέφοντο δὲ ποτοῖο οἱ κρατῆρες, ἤτοι ὑπερχείλειν οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥστε δοκὰ ποτὲ ὑπεστεφανῶσθαι, *id est, Quum crateres ad summum vsque labrum implentur vino, vt corona veluti imposita cingi videantur. Eandem sententiam Homeri Scholiast sectatur. Vt Il. α. & Od. 3.* ὑπεστέφθαι, κρητῆρας *interpretatur,* ὑπερχειλεῖς ποιεῖσθαι, καὶ μίχει στεφάνης, ὅ ὄχι χείλει, ἐμπιμπλᾶν, ἢ μᾶλλον ὑπερχειλεῖς ποτὲ ποιεῖν, *hoc est, Ad summum vsque coronam & marginem, vel potius supra illam implere, vnde Pausaniæ quoque* ὑπεστέψαι, *id est, coronare, idem est quod* πληρῶσαι *contra* ἐκστέψαι *q. d. excoronare, idem quod,* ἐκκενῶσαι, *id est, euacuare. Hinc* ὑπεστεφὴς *quoq; in eadem significatione videtur ab Homero vsurpatum Od. β.*

Στήσαντο κρητῆρας ὑπεστεφέας οἴνοιο
Λεῖβον δ' ἀθανάτοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσιν. *Sic Il. Θ.*
Πίνοντας κρητῆρας ὑπεστεφέας οἴνοιο,

Id est, ὑπεστεφανωμένους, *inquit Hesych.* πλήρεις καὶ ὑπερχειλεῖς *Suidas, qui addit antiquos sic impleuisse crateras boni ominis ergò.*

Notandum quoq; veteres coronas fuisse poculis infundere solitos, & ex ijs bibisse, quod appellabant coronas bibere, cuius rei illustre exemplum extat apud Plinium libro vigesimo secundo, capite tertio: Scelerata, inquit, Cleopatra apparatu belli Actiaci gratificatione ipsius reginæ M. Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur ab ore eius (alij patore legunt) extremis corona floribus veneno illitis. Ipsaq; capiti imposita, mox procedente hilaritate imitauit Antonium, vt coronas biberent. Quis istas timeret insidias? Ergò concepta (alij coniecta) in scyphũ, incipiente haurire (scil. Antonio) mox opposita manu: En ergo sum, inquit illa, chare Antoni, quã tu noua prægustantiũ caues diligẽtia: adeò mihi, si possem sine te viuere, occasio & ratio nocendi adest. Inde eductum è custodia bibere iussit, illicò expirantem. Ad hunc bibendi morem Polydorus Virgil. lib. 2. cap. 17. vult Virg. versibus illis paulò antecõmemoratus allusisse. Ad quem etiam Propertius vt videtur, allusit,

Cum tua prependent demissa in pocula serta
Et mox deducta carmina voce legis.

Huius moris infundendi pateris coronas hilaritatis gratia Iones ferunt esse auctores.

Vnguentis quoq; coronas imbuere veteres fuerunt nonnunquam soliti. Sic rex Persarum, teste Plutarcho lib. 7. Sympos. Probl. 6. coronam è rosa & croco consertam, vnguento intinctam Antalcidæ Spartano misit. Idem testatur Athenæus lib. 11. & Plutarchus 3. Sympos. Probl. 1. Plinius lib. 21. cap. 11. Lautissimum quippe habebatur, inquit, è nardi folio eas dari, aut veste serica versicolores vnguentis madidas. Eò ergo progressas est veterum luxuria, vt non contenti naturali florum odore;

odore illum vincere, seu potius corrumpere tentarent.

Nunc dicendum quoque quo tempore conuiuij huiusmodi coronis vti consueuerint. Athenaeus lib. 15. Nicostrati testimonio probat, τὸν εἰσοδον πρότερον τῶν στεφάνων, καὶ μύρων γενέσθαι τῆς β τραπέζης, id est, Vnguenta & coronas prius in secunda mensa fuisse vsurpatas. Idem in libro suo, cui titulus Δεῖπνον, dicit Philoxenum Dithyrambicum coronam fecisse principium conuiuij. Eandem apud Ægyptios quoque consuetudinem obtinuisse, idem testatur. Philostratus libro 2. testatur, Indos quoties apud regem conuiuarentur, coronatos ad conuiuia accessisse. Communem ferè apud Græcos, & Romanos hãc consuetudinem fuisse, ex veterum scriptis constat, vt ferè ad finem conuiuij, cùm largiori potui indulgere vellent, coronas, & vnguenta sumpserint: ita vt corona fuerit ebriorum insigne. Vnde Mercurius apud Plautum in Amphit.

Capiam coronam mihi in caput, assimulabo me esse ebrium.

Et paulò antea,

Ibo intrò, capiam ornatum, qui potum decet.

Sic senex ille in Pseudolo admirabundus inquit,

Quid ego video?

Ps. Cum corona ebrium Pseudolum tuum.

Hinc Propertius,

Sobrius ad lites, at cum est impositа coronis
Clamabis capiti vina subesse meo.

Memorabile quoque est quod Pomp. Festus scribit, Ægyptios inter potandum genus quoddam animalium (quas dacnades, siue dacnades appellarunt, forsan à δάκνειν, id est, mordendo) cum coronis deuincire fuisse solitos, quæ vellicando, morsitandoq; & cantitando assiduè non patiebantur dormire potantes.

Nec verò plectilibus tantùm, siue subtilibus coronis atq; sertis: verumetiam floribus vsi sunt, quibus humi, triclinia, siue loca cœnatoria sparserunt. Sic olim Heliogabalus, teste Æ. Lampridio, triclina, lectos, ac porticus omni florum genere, rosis, liliis, violis, hyacinthis, & narcissis strauit, atq; adeò in triclinijs versatilibus parasitos suos violis & floribus oppressit, ita vt multi animam efflauerint. Hunc coronarum vsum nonnulli improbant, de quo vide Plutarchum lib. 3. Sympos. Prob. 1. & Cæl. lib. 27. cap. 26. Plutarchi interpretetem, & Clement. Alexand.

Coronarum florearum hodie quoque in sacris ac nuptialibus festiuitatibus frequentem vsum esse constat. In Germania media, in qua Misnenses, Bœthlandi, ac Thuringi censentur singulis conuiuus subinde alias atq; alias coronas imponi moris est, de varijs florum pro tempore generibus aut etiam ex chartarum fascijs pictis, aut ex equinis setis tinctis: velut olim, Plinio teste, ex ramento è cornibus tincto, concinnatas. Coronariæ mulieres non exiguum apud illos quæstum faciunt. Mensæ quoq; plurimis in locis sertis, vel etiam floribus solutis sparguntur. In symposijs quoq; illis quæ per vices fiunt corollæ illi, ad quem vices peruenere, imponi solet ceu conuiuij domino. Verùm de coronarum in genere vsu sacro atque prophano, nominibus atque generibus varijs, qui plura cupit cognoscere, is legat Athenæum lib. 15. Plinium lib. 21. per aliquot capita, Perottum in Cornucopiæ, Theophrastum, Lazium, Tylesium, cuius peculiaris de coronis libellus extat. Cælium Rhod. 27. cap. 27. Stoefflerum in Procli Sphæram.

DE SERMONVM CONVIVIALIVM (QVI TERTIA SVNT PARS SVBSTANTIALIS CONVIVIORVM) nominibus, vtilitate iucunditateq; mirifica. De garrulitate & silentio perpetuo, ceu duobus extremis, inter epulas vitando. De griphis & ænigmatibus conuiualibus. De facetijs & cauillationibus, an, & quomodo ijs vtendum.

CAPVT XVII.

NVNC de sermonibus conuiuialibus, qui quidem tertia principalis substantialisq; conuiuiorum pars videntur esse, nobis est dicendum. Sic enim Syracides quoq; noster optimus cùm aliorum, tùm cõuiuialium quoq; officiorum præceptor atq; magister, postquam docuit quomodo quis sese in esu atq; potu gerere debeat, deinceps sermonis quoq; in conuiijs benè moderandi optima præcepta tradit. Rectè autem potationi sermocinationem subiungit ceu illius effectum. Nam vt Prætextatus ille inquit apud Macrob. lib. 7. cap. 1. soles cibus cum sumitur tacitos efficere, potus loquaces, secundum illud Horatianum:

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Accidit itaq; ferè semper, vt mensarum initio conuiuæ sint taciturni, intenti scilicet patinis, & latrantem stomachum lenire curantes. Postea procedente & feruente conuiuio liberaliore videlicet poculo hilariores facti, sermones & murmura exoriuntur.

Sermonum conuiuialium nomina Græca.

Sermones porrò conuiuiales siue epulares, vt ab Apul. appellantur, à Græcis λόγοι, ἐξηγήσεις, siue διηγήματα κυλικεια, ὑπὲρ κυλίκια, ὑπὲρ τραπέζια (Germ. tischreden) συμποτικὰ, συμποσιακὰ, λογόδειπνοι, λόγων ἑστίαι, eleganter appellantur. Κυλικηγορεῖν quoq; Græcis est inter calices siue scyphos loqui. Athenæus lib. 11. inde κυλικηγόρος, qui inter pocula fabulatur, vel (vt Athenæus cap. 11. ait) ὁ πρὸς κύλικα λαλῶν siue ἐν τῷ συμπίνειν (πρὸς οἶνον Athenæus sæpè, beym wein) λαλὸς ὤν. Idem docet Eustathius Od. 1. f. 359. 24. Κυλικηγορεῖν vrbane dicitur ad similitudinem τῦ δημηγορεῖν, sic etiam κυλικηγόρος & vt δημηγόρος. Δειπνολογία quoque dicti οἱ πρὸς τῷ δείπνῳ λόγοι. Cæl. lib. 14. c. 58. Cloarchus, δειπνολογίαν vocant τὸ ποίημα, alij ὁμολογίαν, Chrysippus γαστρονομίαν, alij ἡδυπάθειαν. Hæc de nominibus.

Sermonis conuiuialium vtilitas & iucunditas.

Nunc de sermonis conuiualis vtilitate iucunditateq; quædam dicenda. Is certè conuiuij pulcherrimum suauissimumq; ornamentum seu condimentum atque adeò anima dici potest, quo sublato conuiuium quoduis non modò iniucundum, verumetiam quasi mortuum, ac proinde ne conuiuij quidem nomine dignum videtur esse: cuiusmodi conuiuium à Luciano καφὸν καὶ ἄφωνον appellatur, quod simile est scholæ Pythagoricæ. Hinc Cicero in libro de Senectute: Ego propter sermonis delectationem tempestiuus conuiuijs delector. Idem ad Pætum: Sed me Hercule, inquit, mi Pæte, extra iocum moneo te, quod pertinere ad beatè viuendum arbitror, vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas. Nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè viuendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus, remissionemq; animorum, quæ maximè sermone efficitur familiari, qui est in conuiuijs dulcissimus. Ex his Ciceronis verbis liquidò constat, id quod vel ipsa experientia quotidiana satis docet, sermonem conuiuijs maximè aptum esse, & accommodatum, ita vt si ille absit, conuiuiorum nulla voluptas ac delectatio, imò nullus planè vsus esse videatur.

Oratio societatis humanæ cõciliatrix.

Nam cum, vt suprà dictum est, præcipuus conuiuiorum finis sit amoris amicitiæq; conciliatio atque conseruatio, illa certè non tàm eiusdem cibi atque potus, quàm sermonis mutua communione videtur fieri, quemadmodum Plutarchus in Præfat. lib. 4. Sympos. egregiè docet. Oratio namque, vt Cicero inquit in libro de Legibus, & mentis est interpres, & maxima humanæ societatis conciliatrix. Idem lib. 1. Offic. Difficile dictu est, inquit, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasq; sermonis. Et quoniam magna vis orationis est, eademq; duplex, altera contentionis, altera sermonis: contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, concionum, senatus: sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur, persequatur etiam conuiuia. Idem libro de Senectute: Conuiuiumq; vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quàm maximè possumus, vario sermone (non, inquit, propinationibus) producimus. Idem paulò antè eodem in libro: Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat quidam fervor ætatis, quæ progredientem omnia fiunt indies mitiora. Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem voluptatibus corporis magis, quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebar. Et paulò post: Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuus quoque conuiuijs delector, nec cum æqualibus modò, qui pauci iam admodum restant, sed cum vestra etiam ætate atque vobiscum. Idem ad Pætum: Conuiuio delector, ibi loquor aliquid, quod in solum, vt dicitur, & gemitum, & risus maximos transfero.

Vt ergo cibo atque potu corpora, ita sermonibus animi pascuntur ac delectantur. Vnde apud Athenæum

Athenæum lib.6. λόγοι καλοὶ τῆς ψυχῆς τροφὴ, *id est, sermones pulchri & honesti eleganter sanè animi cibus siue pabulum appellantur. Et verbum* ἐσθίειν *metaphoricè pro animum sermonibus pascere seu oblectare creberrimè apud Platonem & alios auctores accipitur. Plutarchus lib.1. Symp. Probl.1. Sunt, inquit, qui buglossa vino admiscent, aut solum rigant verbenarum, adiantorumque succis imbuta aqua, quòd hæc conuiuijs εὐθυμίαν καὶ φιλοφροσύνην, id est, hilaritatem aliquam comitatemque parare arbitrantur, imitantes Homericam Helenam, quæ medicamentum vino iniecerit, nec intelligunt fabulam illam longo itinere ex Ægypto vsq; deductam, tandem in sermones decoros & elegantes desinere. Bibentibus enim illis narrat Helena de Vlysse Od.δ.*

Αλλ' οἷον ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ
Αὐτὸν μὴ πληγῆσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας.
Infracta quantum tolerarit mente dolorem
Cùm se verberibus fædè multasset acerbis, &c.

Hoc enim fuit opinor illud νηπενθὲς φάρμακον καὶ ἀνώδυνον, *id est, Nepenthes mœrorem abolens & dolorem amoliens, nempe oratio præsentibus euentibus atq; rebus accommodata. Eustath. quoq; Od.δ. in illud carmen:*

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον
Νηπενθὲς, &c.

Illud νηπενθὲς *interpretatur* λαθικηδὲς, *nimirum* τὴν ἐν συμποσίῳ φιλικὴν ὁμιλίαν, ἧς αἱρεθεὶς τὸ φιλοτησίῳ κεκτήσει, καὶ εἴτε σπουδαία, ἤτε καὶ ἄλλως ἡδεῖα, καὶ ἀστεῖα ζήτημα (ζητήματα legendum videtur) ὑποκινήσας, ἀφ' ὅτι τὸν συμποσιάζοντα μηδὲν ἄλλο ἢ τὸ ἐμφρόνως ἔχειν κακὸν, οἷα χανδὸν ἐμπεπλάσμενον ἔχουσα τὸ φιλοσοβῶντος (ἐν κύκλῳ φιλοσοβούμενα) κεκτῆσθαι, ὅσον τὸ τῆς ὁμιλίας γλυκὺ, ὑφ' ἧς πᾶν λυπηρὸν τῆς τοιαύτης διατριβῆς ἡδέως ἐξωσθήσεται, &c.

His similia sunt illa Macrobij libro 7. cap.1. Nam (sicut fateri necesse est) in omni conuentu aut tacendum est, aut loquendum. Quæramus silentium ne conuiuijs, an opportunus sermo conueniat. Nam si, sicut apud Athenas Atticas Ariopagitæ tacentes iudicant, ita inter epulas oportet semper sileri, non est vltra quærendum, inter mensas philosophandum necnè sit. Si verò non erunt muta conuiuia, cur vbi sermo permittitur inhonestus, honestus prohibetur? maximè cùm non minus, quam dulcedo vini bilarent verba conuiuium. Nam si Homeri latentem prudentiam inscrutetur alius, delinimentum illud quod Helena vino miscuit, non herba fuit, non ex India succus: sed narrandi opportunitas, quæ hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudium. Vlyssis enim præclara facinora filio præsente narrabat:

Πάντα μὲν οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, &c.

Ergo paternam gloriam & singula eius fortia facta dicendo, animum filij fecit alacriorem, & ita credita est contra mœrorem vino remedium miscuisse. Quid hoc, inquit, ad Philosophiam? Imò nihil tàm cognatum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones personarum quæ aderunt, æstimatione in medium vocata. De eadem Helena sic Athenæus scribit libro quinto, capite tertio: Helena Iouis filia, quæ multa ex Ægyptijs sapientibus didicerat, παραλαχὲς reuera *pharmacum in vinum conijcit, cœpitque narrare Vlyssis casus. Eustathius Od.δ. folio 210. 6. in illud carmen:*

——παρέθηκε (Calypso Mercurio) τραπέζαν ἀμβροσίης πλήσασα, &c.

ὑπερτραπέζιον τοῦτο ἔκταρ, καὶ ἡ ἀμβροσία τὴν φιλοτήσιον αἰνίττεσθαι δύναται ὁμιλίαν τὴν συμποτικήν.

Plutarchus porrò loco paulò ante citato, eleganter dicit, Bacchum non minus Musis, quàm Nymphis esse diluendum, quoniam ἐκεῖναι μὲν τοῖς σώμασιν ἵλεω καὶ πρᾶον, αὗται δὲ ταῖς ψυχαῖς μεθίλιχιον ὄντως, καὶ χαριδότην ἐπεισάγουσι, *id est, Quòd hæ corporibus mitem, illæ animis reuera benignum & beneficum præstabunt. Sic Macrobius libro 7. capite 1. Crateri liquoris ad lætitiam nati adhibeatur non modò Nympharum, sed Musarum quoque admistione temperies, &c. His non absimile illud quod apud Heliodorum libro 5. Æthiopicæ historiæ Cnemon dicit ad Nauiclem:* Καὶ μοι δοκεῖς καὶ τῷ δαιμονίῳ μάλιστα συνιέναι τὸν Ερμῆν τῷ Διονύσῳ συγκαθιδρύων, καὶ λόγων ἥδυσμα τῷ πότῳ συναναχέων, *id est, Videris mihi rei sacræ rationem opti-*

mè callere, qui Bacchum Mercurio associas, & orationis condimentum poculis permisces. Zenonem ferunt interrogatum à quodam, cur cùm natura esset severus, in conuiuio tamen hilaresceret, lepidè respondisse: Et lupinum cùm sit suapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulcescere. Naturale est cibo potuque rigato corpore discuti tristitiam. Verùm hoc non tàm cibis atque potui, quàm sermonibus, ceu epulis animi, videtur tribuendum. Athenæus libro secundo ex Hesiodo in Melampædia:

Ἡδὺ γὰρ ἐν δαιτὶ κεχαρισμένῃ ἐνθαλέϊπται
τέρπεσθαι μυθοισιν ἐπὴν δαιτὸς κορέσωνται. Id est,
Dulce etenim gratis inter conuiuia lauta
Mulceri verbis saturato corpore primum.

Bachilides quoq; poëta benè sanè sapienterq; quatuor hæc scribit, iusto conuiuio inesse debere: primũ est, cibi potusq; apparatus: secundum, colloquia suauia: tertium, vera conuiuarum beneuolentia: quartum, bonum vinum, quo senes maximè delectantur.

Ab hac porrò vtilissima suauissimaq; inter scyphos confabulandi consuetudine, multi præclari libri promanarunt, qui ferè Sermones conuiuiales siue Conuiuia inscribuntur, qui quidem non eo modò, quæ ad conuiuia epulásue propriè pertinent, verumetiam multa alia cognitu vtilia atque iucunda, ac proinde cognitione dignissima complectuntur. Huiusmodi est Symposium Platonis, Xenophontis, Luciani, Plutarchi, Macrobij Saturnalia, Athenæi Dipnosophistarum libri 15. Antiquis illis similes sunt Georgij Pictoris Conuiuiorum libri duo, necnon Conuiuialium sermonum alij libri duo. Item, Conuiuiorum Francisci Philephi libri duo varia eruditione referti. His adde Conuiuiales sermones Gastij Brisacensis, Ioannis Peregrini Petrosolani, Peuttingeri de Germania, Ioan. Manlij, & aliorum. Hinc Plutarchus lib. 1. Sympos. Proble. 1. Viri, inquit, præstantissimi, Plato, Xenophon, Aristoteles, Speusippus, Epicurus, Hieronymus, Dion Academicus operæpretium duxerunt ἀναγράφασθαι λόγους παρὰ πότον γενομένους, id est, conscribere sermones, qui inter scyphos fuerunt habiti, existimaueruntq; debere nos colligere quicquid de rebus ad humanitatem pertinentibus memoria dignum, sparsim vel apud exteros, vel in Græcia in mensa & inter pocula disputatum sit. Ad quem morem dicit se iam tres libros confeciisse, quorum singuli decem quæstiones conuiuiales continet. Sed & quæstiones, inquit Origenes Homil. 1. in Cant. Canticorum, de amore quasi in conuiuijs propositæ referuntur, inter eos puto, inter quos non ciborum, sed verborum conuiuium gerebatur.

Adhuc in genere de Sermonis conuiuialis vtilitate, iucunditateq; dictum est, cui omnes sanè vel delicatissimi cibi potusq; longè sunt postponendi: nunc id quod caput est, de eiusdem benè temperandi moderandiq; ratione dicamus. Nam cùm in omni hominum consuetudine atq; congressu, tũ in hoc quoq; iucundissimo suauissimoq; cœtu conuiuiali dauda est in primis opera, vt sermone benè, atque ita vt decet, vtamur, cuius vt vsus iustus atque legitimus inter epulas iucundissimus esse solet: ita eius abusus non iniucundus modò atq; fastidiosus, verumetiam pernitiosus vehementer esse consueuit. Hic itaq; primò omnium, vt in omnibus actionibus, aurea illa mediocritas seruanda est, modusq; adhibendus, duo vitanda extrema. Vnum est excessus, garrulitas nempe siue loquacitas effusa & effrænis: alterum est defectus, Taciturnitas siue silentium pertinax atq; perpetuũ, cuius sanè vtriusq; extremi siue vitij plærunq; immoderata cibi potusq; ingurgitatio causa existit. Gellius lib. decimo tertio cap. 11. Nec loquaces, inquit, conuiuas, nec mutos legere oportet. Quia eloquentia in foro & apud subsellia: silentium verò non in conuiuio, sed in cubiculo esse debet.

In cõuiuijs duo vitanda extrema, loquacitas, & silentium perpetuum.

Primò igitur garrulitas siue loquacitas, quæ à Græcis eleganter ἀδολεσχία, φλυαρία, ἀσημοσία, λογοκαρδοία, ἀπεραντολογία, μακρολογία, πολυλογία, λαλία, κενολογία, λογοφιλία, γλωσσαλγία appellatur, cùm omni in congressu, tùm in conuiuijs summoperè est fugienda. Clemen. Alexand. li. 2. c. 7. Οὔτε μακρολογητέον, οὔτε πολυλογητέον, οὔτε ἀδολεσχητέον. Hanc gurrulitatem Astydamas eleganter linguæ deambulationem appellauit in hoc carmine:

Γλώσσης περίπατός ἐστιν ἀδολεσχία
λῆρος ἐν ὥρᾳ μέσου χειμῶνος φιλοσοφῶν. Id est,
Linguæ garrulitas est deambulatoria
Nugaris non congruenti tempore philosophans.

Ἀδολεσ-

Ἀδολεσχίαν Theophraſtus definit in Characteribus ſuis orationem importunam & faſtidioſam: cuius quantum ſit vitium, apertè docet & ſcripturæ auctoritas, & ipſa ratio ſiue natura. Syracides enim cap. 7. inquit: Ne ſis loquax apud ſeniores, & cum oras, tempera tibi à multiloquio. Nota quoq; eſt illa Solomonis ſententia Prouerb. 10. cap. 19. In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua, prudens eſt. Et cap. 27. Cohibet eloquia ſua, qui ſcit ſcientiam, & pretioſus ſpiritus eſt vir intelligens. Item Eccleſiaſtis cap. 6. 11. Sanè verba multa multiplicant vanitatem, quid amplius homini? Et Eccleſiaſtici cap. 19. & 20. multa in hanc ſententiam præcepta extant contra garrulitatem: Qui multa garrit, faſtiditur, & qui arrogat ſibi potentiam, odio habetur. Ἐγὼ πᾶς ἀϋθεφπ@, inquit Iacob. cap. 1. Epiſt. ſuæ, ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν. Heſiodus lib. 2. Op. & Dier.

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς. πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης. Hoc eſt:
Optimus eſt hominis linguæ theſaurus, & ingens
Gratia, quæ parcis metitur ſingula verbis.

Huc facit illud Ciceronis. Nec verò tanquam in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios, ſed cùm reliquis in rebus, tùm in ſermone communi, viciſſitudine nonnunquam vtendum putet. Idem: Animaduertendum eſt etiam, quatenus ſermo delectationem habeat, & vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. Plutarchus Symp. 8. Prob. 1. Nullum cibum, nullúmue potũ non debito modo apparatum tàm inſuauem eſſe dicit, quàm ſit ſermo ἀκαίρως καὶ ἀνοήτως, id eſt, intempeſtiuè & inſipienter in conuiuio circumagitatus. Præterea cùm Philoſophi ebrietatem vituperantes λήρησιν πάροινον, id eſt, delirationem è vino obortam appellent, nihil eſſe aliud ληρεῖν, ἢ λόγῳ κενῷ χρῆσθαι καὶ φλυαρῶδει, id eſt, delirare, quàm ſermone vti vano atque nugaci. Cum autem λαλιὰ ἄτακτ@ & φλυαρία, id eſt, garrulitas incompoſita atq; nugæ vino accedunt, tunc finem exitumq; ſequi ἀμουσότατον καὶ ἀχαριτότατον, ὕβριν καὶ παροινίαν, id eſt, inſcitum planè atq; ingratum, contumeliam nimirum & bacchationem.

Quàm porrò effrænata hæc immoderataq; loquendi libido ſit indecora, turpis, inhoneſta, pernicioſa atque odioſa pluribus. Plutarchus docet in aureo illo ſuo libello περὶ τῆς ἀδολεσχίας, vbi ex profeſſo rem hanc tractat. Primò igitur vitium hoc curatu difficillimum eſſe probat hoc argumento. Nam oratio, quæ ad morbum illum depellendum valet, eſt audientium. At garruli neminem audire volunt: ſemper enim loquuntur. Τοῦτο γὰρ ἔχει πρῶτον κακὸν ἡ ἀσυγησία, τὴν ἀνηκοΐαν, id eſt, Hoc enim primum mali ijs, qui tacere neſciunt, ineſt, quod nihil audiunt. Eſt namque κωφότης ἀυθαίρετ@, id eſt, quædam quaſi ſurditas vltrò accita hominum naturam, vt videtur, culpantium, quòd vnicam eis linguam, duas aures dederit. Quod ſi verò quid exiguum garrulus audiuerit, id arreptum veluti æſtus affluentis maris illicò multiplicatum reddit. Et vt porticus Olympiæ vnam vocem multis reflexionibus reſonabat, vnde ἑπτάφων@, id eſt, ſeptiuox dicta: ſic garrulitas vel minima voce ſi tangitur, ſtatim ſonitus reddit varios, ita vt auditus, foramina garrulis non in animum, ſed in linguam deſinere videantur. Deinde cùm alijs vitijs dediti, vt auaritiæ, ambitioni, intemperantiæ, plærunque ijs, quæ appetunt, potiantur: garruli contrà voto ſuo magna cum animi ſui moleſtia fruſtrantur. Cupiunt enim habere multos auditores, at omnes illos fugiunt & auerſantur. Itaque quemadmodum orto ſilentio in colloquutione aliqua, Mercurium aiunt ſubintraſſe: ita cum in conſeſſum aut conuiuium notorum garrulus aliquis ſeſe infert, omnes obticeſcunt, ne illi loquendi anſam præbeant, & ſi ille vel vltrò hiſcit, illicò vniuerſi digrediuntur, æſtum & nauſeam veluti borea circa maritimum promontorium fremente præuidentes. Itaque omnes ab illorum conuictu, conubernio, quouis denique congreſſu atque conſuetudine abhorrent, illam quocunque modo poſſunt, vitant atque fugiunt. Huc facit illud Eccleſiaſtici cap. 20. Qui multa garrit, faſtiditur: & qui arrogat ſibi potentiam, odio habetur. Vnde Ariſtoteles abſurdis quibuſdam atque futilibus narratiunculis à garrulo quodam vexatus, ſubinde dicente: Nónne hoc mirum eſt Ariſtoteles? reſpondit: Non profectò hoc mirum eſt, ſed ſi quis pedibus præditus te ſuſtinet atque tolerat. Verùm etiamſi quis illos audire cogatur: tamen animum non aduertit. Vnde idem Ariſtotes cuidam id genus homini poſt multa verba dicenti: Moleſtus tibi mea loquacitate Philoſopho fui. Non me hercule, inquit: nõ enim aduerti animum. ὥσπερ ἂν τῷ πρὸς τὰς συνουσίας

Garrulitas vitiũ curatu difficillimum.

ἐυκατάφορον ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα λέγουσι: ὅτου τῇ ἀδολέσχων ὁ λόγος, ἀτελὴς καὶ ἄκαρπος ἐστι, id est, *Vt eorum qui ad Venerem sunt procliues semen aiunt esse sterile: ita & garrulorum sermo futilis est atq; infructuosus.*

Garrulitas à natura aliena.

Praterea loquacitatem vel ab ipsa natura alienam esse docet, eò quòd nullum nostrorum membrorum natura perinde atque linguam vallo coërcuit, positis ante eam præsidij loco dentibus, vt ſ ratione intra resonantia frena premente, obedire nolens prosiliret, morsibus eam lancinantes, eius intemperantiam compescerent. Non enim ἀχαλίνων ταμείων, ἢ δὲ οἰκημάτων, ἀλλὰ στομάτων τὸ τέλος δυσχίας, id est, Non enim penuum aut tonclauium serra, obicibúsue carentium, sed oris effrenis finem esse calamitatem, dixit Euripides. Hoc ipsum Zeno quoque dixit, naturam nempe binas dedisse aures, & vnam tantùm linguam, eamque duplici vallo, nimirum dentium & labiorum coërcitam, ne temerè exiret. Hinc Ecclesiasticus quoque eleganter dicit: Sepem spinosam præterea tuis prædijs, quare non potius ori tuo obdis ostium & repagulum? (Hinc ora ἀθυρα καὶ ἄκλειστα eleganter à Plutarcho appellantur.) Aurum & argentum tuum expendis libra, quare non trutinas verba tua in libella aurifici?

Garrulis non habetur fides.

Præterea garrulis fides non habetur, quam quidem omnis oratio expetit. Orationis namq; finis est fidem facere audienti. Ἀπιστοῦνται δὲ οἱ λάλοι κἂν ἀληθεύωσι, id est, *loquacibus fides derogatur, etiamsi vera dicant. Nam sicut triticum vasi inclusum, mensura quidem amplius, vsu verò deterius reperitur: sic loquacis hominis sermo mendacij largum additamentum habet, quod fidem vero derogat.*

Garrulitatis causa ebrietas.

Adhæc ebrietatem ceu insaniæ sociam atq; comitem quinis vir verecundus atq; modestus vitat: at nullo nomine ebrietas magis culpatur, quàm τῷ ἀδεῖ τὰς λόγους ἀκρατεῖ καὶ ἀοράτῳ, id est, loquendi intemperantia atq; libidine effrenata. Pluribus deinceps docet ebrietatem garrulitatis esse causam: vnde etiam Philosophi ebrietatem definiunt λήρησιν πάροινον, id est, vaniloquentiam vinolentam. Itaq; βάθυπι καὶ μυσπολοῦδες ἢ σιγὴ καὶ νηφάλιον, ἢ δὲ μέθη λάλον, ἄνευ καὶ ὀλιγόφρον, διὰ τοῦτο καὶ πολύφωνον, id est, silentium arcanum quiddam & sacris simile atq; sobrium est, at ebrietas loquax est: mente enim & prudentia vacat, ideoq; vocalis. Malunt multi loqui vel cum prauis hominibus ὄπι δίξιοῖς, id est, opportuno sermone vtentibus, quàm cum bonis garrulis. πᾶσαν ἔργα χάριν ἡ τῶν λόγων ἀκαιρία διαφθείρει καὶ ἀπόλλυσι, id est, omnem factis initam gratiam dictorum importunitas perdit atq; corrumpit. Σοφὸν γὰρ σιγὴ εὐκαιρος, καὶ παντὸς λόγου κρεῖττον. Πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποις φάρμακον κακῶν σιγὴ, μάλιστα δ' ἔστι σώφροσι τόπου σημεῖον: *inquit Carcinus. Item Demosthenes:* ἀσφαλὲς τὸ σιγᾶν. *Rabbini Hebræorum, silentium sapientiæ sepem scitè admodum appellarunt.*

Garrulitas odiosa omnibus.

Præterea quàm ταυτολογίαι, id est, *eorundem sermonem crebræ repetitiones, quibus garrulo vtuntur, molestæ sint odiosæq; auditoribus, pluribus, docet eleganti hac vtens similitudine. Nam quemadmodum vinum ἡδονῆς καὶ φιλοφροσύνης εὑρημάτιον, id est, voluptatis comitatisq; gratia inuentum, illos qui eo intemperanter vti cogitur; ad tristitiam vinolentiamq; redigit:* ὥστε καὶ τὸν λόγον ἥδιστον ὄντα καὶ φιλανθρωπότατον συμβόλαιον οἱ χωρμῦροι πικρὸς; καὶ ἀφορμὴν ἀπάνθρωπον ποιοῦσι, καὶ ἄμικτον; δι' οὓς οἴονται χαρίζεσθαι, λυποῦντες; καὶ ἀφ' ὧν θαυμάζεσθαι, καταγέλωμοι; καὶ δι' ὧν φιλεῖσθαι, δυσχεραινόμενοι, id est, *Ita sermonem, cuius suauissimum est & humanissimum commercium, qui malè eo temerè vtuntur, inhumanũ ac insociabilem reddunt, molestiasq; afficiunt eos, quibus se putant gratificari: & deridentur abijs, quibus volunt esse admirationi: inuisiq; eorum causa fiunt, ob quæ se putant amari. Itaq; cum reliquorum viliorum quædam sint cum periculo coniuncta, alia odiosa, alia ridicula, hæc omnia garrulitati optimè congruunt. Nam & cõmunia narrant, subsannantur, & in odium incurrunt, mala nunciantes: & in periculum veniunt, dum arcana continere nequeũt. Subiungit deinceps exempla quorundam, quibus garrulitas noxia atq; pernicioſa fuit, dum arcana quædam atq; secreta prodiderunt.*

Silentium.

Silentium contrà, quod loquacitati opponitur, rem non modò vtilem, sed etiam sacrum esse docet. Loquendi, inquit, magistros habemus homines, tacéndi deos, adhibito ad sacrificia & arcanos ritus silencio. Homerus quoque & Vlyssis hominis sapientissimi, & filij eius, necnon vxoris & nutricis atque sociorum taciturnitatem vehementer laudat. Proinde rectè Pittacus cùm ei bestiam misisset Rex Ægypti, iussisseque optimam & pessimam earum eximere, exemptam linguam ei

Digitized by Google

quam ei misit, vt cùm bonorum, tùm malorum maximorum instrumentum. Imò autem Euripidea laude fuit digna, quæ ait se scire:

Σιγᾶν τε ὅποι δ' ἔ, καὶ λέγειν ἐν ἀσφαλεῖ. Id est,
Tacere & in loco, & cum tutum est eloqui.

Docet deinceps arcana omnino quæ esse volumus, nulli prorsus esse committenda, quæ si vel vni significata fuerint, illicò diuulgantur. Nam quemadmodum vnitas non egreditur suum terminum, sed (quod & nominis ratio docet) simpliciter vnum manet: binarius autem principium infinitum est diuersitatis, qui statim duplicando mutat suam naturam, & ad multitudinem vergit: sic sermo in primo manens verè arcanus est, si ad alterum efferatur, iam famæ locum obtinet. Et vt auem è manibus dimissam non est facile denuò comprehendere: ita neq; sermo ex ore emissus rursum capi ac teneri potest. Vnde verba alata Homerus appellat. Nauim à vento correptam funibus & anchoris inhibent, eiusq; velocitatem frangunt: orationi autem ex ore tanquam è portu semel egressæ nulla statio, nullus anchoræ iactus est reliquus, sed magno cum sonitu & fragore vecta auctorem in graue magnumq; aliquod periculum demergit. *Arcana neminì facilè committenda.*

Præterea τῇ ἀδολεσχίᾳ καὶ ἡ πολυπραγμοσύνη κακὸν ἐβλάτθον προσεδαφίζει, id est, cum garrulitate coniunctum est aliud non minus malum, nempe Curiositas. Garruli namq; multa audire volunt & abscondita præsertim atque arcana scrutantur, quo vberior illis garriendi facultas suppetat. Deinde sunt instar puerorum, qui glaciem neque tenere volunt, neque dimittere: imò veluti serpentibus in sinum collectis non continent, sed ab ijs peroduntur. Belonas pisces & viperas partu rumpi aiunt, arcana autem eos, qui non continent, foras prolapsa perdunt, id quod probat exemplis quibusdam. Tonsores autem maximè loquaces esse atque garrulos (vnde Theophastus τὰ κυρεῖα eleganter μέθυ ἄοινον appellauit) inde probat, quod omnium loquacissimi ad illos confluunt, ijsque adsident, ita vt consuetudinem garriendi inde parent. Itaque eleganter Archelaus rex garrulo tonsori, qui iam tectis linteo humeris quærebat: Quomodo te tondebo rex? respondit: Tacens. Hinc prouerbium: Tonsoribus atque lippis notum: de re maximè nota & peruulgata. Præterea garrulos homines proditoribus omnium deterrimo ac perditissimo hominum generi comparat, imò ijs deteriores esse dicit. Garrulus enim proditor nullo conductus est pretio, vltroq; suam operam offert, non equos prodens aut munitiones, sed arcana publicans dicta in iudicijs, in seditionibus, in certaminibus, de Repub. quæ tandem in ipsius pernitiem interitumq; vergunt. *Curiositas cum garrulitate coniuncta.*

Hæc Plutarchus verè profectò sciteq; de garrulitate disseruit, quæ meritò quemuis ab illa deterrere debent. His addit postremò duplicem & quidem generalem cùm garrulitatis, tùm cuiusuis alterius vitij sanandi atque curandi medicinam, ea est κρίσις & ἄσκησις, id est, iudicium & exercitatio. Iudicium autem præcedit exercitationem, cum nemo se assuefaciat ad vitandum & ex animo omnino euellendum ea quæ ei molesta non sunt. Inuisa enim tùm demum nobis vitia fiunt, cùm illorum damna atque turpitudo nobis fuerit cognita atque perspicua. Primò ergò cùm garrulitatis incommoda ac turpitudinem: tùm ἐχεμυθίας, id est, silentij atque taciturnitatis, quæ ei contraria est, laudes, commoda, honestatemq; animo suo quis diligenter reputabit atq; reuoluet. Deinde exercitatio quomodo capienda & τῇ βραχυλογίᾳ, id est, breuiloquentiæ studendum, pluribus docet: quomodo item interrogationibus & responsionibus vtendum. *Garrulitatis remedium duplex.*

Etsi autem effusa illa immoderataq; loquentia in conuiuio præsertim omni hominum generi maxima est vitanda: tamen in primis mulieribus atq; adolescentibus, quorum maximum ornamentum est silentium tempestiuum atq; moderatum, signum pudoris, verecundiæ atq; modestiæ, qui quidem internus est animi ornatus. Ergo & mulieres in præsentia virorum, & iuuenes præsentibus senioribus linguis fauere & parci omnino sermonis esse debent: ad audiendum atq; discendum, quàm ad dicendum propensiores. Dicendi ergo partes senibus potissimum relinquant, sibi tacendi potiores partes sumant. Turpe enim & vitiosum est eos, qui pueruli & iuuenili sunt ætate plura in conuiuio loqui, quàm eos qui sunt ætatis prouectioris. Signum enim hoc est & argumentum magnæ immodestiæ, agrestis cuiusdam & illiberalis animi. Atque de hoc ipso quidem sic Syracides noster in conuiualibus suis præceptis disserit capite 32. Senior loquatur: nam ipsum id decet vt rerum peritum. Et paulò post: Adolescenti etiam licet loqui semel aut iterum, cum opus est: Et cum interrogatus fuerit, breuiter loquatur; sic se gerens vt agnoscat se imperitum esse, qui *Mulieres & iuuenilem ætatem silentium maximè decet.*

Digitized by Google

tacere malit. Non paremse existimet dominis, & seniori loquenti non interrumpat sermonem. Tonitrua coniunctas habent coruscationes, verecundia coniunctam habet magnum fauorem. Hæc ille. Idem capite septimo. Ne sis loquax apud seniores, &c. Conuiuium ergo rectè nonnulli monent simile esse debere alphabeto, in quo sunt Vocales, Semiuocales, Mutæ. Vocales sunt senes, docti, prudentes, vsu periti. Semiuocales sunt iuuenes, qui interrogati breuiter & modestè respondent. Non interrogati sint mutæ, nec alios loquentes interpellant. Quod autem de iuuenili ætate dictum est, idem de muliebri sexu est affirmandum, quem in conuiuijs maximè taciturnum esse decet. Est tamen hodie inter Christianos multæ reperiuntur mulieres, quæ excusso omni pudore non dubitant in publicis conuiuijs canere, mimas agere, ludere, saltare, garrulitatéq; sua ipsos viros obtundere, & ne ab obscœnis quidem dicterijs abstinent, cum magnæ pudicitiæ castitatisque suæ periculo. Clemens Alexandr. lib. 2. pædag. cap. 7. σιγὴ μὲν γὰρ ἀρετὴ γυναικῶν ἐστι, ἀκμὴ δὲ τὸ νέων γέρας, id est, Silentium mulierum est virtus, adolescentium honor periculi expers. De silentio puerorum & mulierum ornamento vide plura apud M. Mantuam in Polymathia lib. 11. cap. 3. Hæc de vno extremo.

Non silentio perpetuo vtendum inter epulas.

Alterum extremum est perpetuum ac pertinax silentium siue taciturnitas, quæ ipsa quoque in conuiuio est vitanda. Est namq; valdè odiosa atque molesta, & vel odij, iræ atque inimicitiæ: vel nauseæ atque fastidij: vel superbiæ atque arrogantiæ: vel ebrietatis: vel etiam insciticæ, stultitiæq; suspicionem parit. Nam conuiua qui semper tacitus, imò mutus & elinguis in conuiuio sedet, ob aliquam causarum commemoratarum id facere videtur. Itaque illi qui semper tacent, loquuntur imò vociferantur, dum alto illo suo silentio quasi alta voce vitiosos animi sui affectus abstrusos atque reconditos aperiunt atque produnt: ac proinde conuiuis reliquis plurimùm molestiæ, fastidijq; conciliant. Apud Xenophontem Socrates quendam interrogans, ait: Dic mihi quid sit se turpiter gerere in conuiuio. Cui ille respondit: Quid sit non possum dicere: sed quid mihi videatur, dicam. Dic igitur quid videatur? Est λυπεῖν τὰς συμπότας, id est, conuiuas molestia afficere, respondit ille. Cui Socrates: Hoc tu facis, quia tacendo nobis omnibus es molestus. Simonides ad quendam in conuiuio semper tacentem hoc apophtegmate vsus est: Εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν ποιεῖς πρᾶγμα ποιεῖς, εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον. Hoc est: Si es stultus, sapienter facis, quod taces: sin sapiens, insipienter. Verissimum quoque est illud Plutarchi libro octauo Sympos. problem. primo. Σιωπῶντας μὲν γὰρ ἐμπιπλᾶσθαι μετ' ἀλλήλων κωμῳδὴ συῶδες καὶ ἴσως ἀδ ὠίατον, id est, tacentes enim eos qui conueniunt impleri nimis quam porcorum mori est affine, atque haud scio an etiam fieri possit.

Ebrietas vtriusque extremi, id est vitij causa.

Vtriusque autem huiusmodi extremi, hoc est, cùm futilis & inanis loquacitatis: tùm intempestiui, importuni atque morosi silentij potissima causa est ebrietas, quæ hominum linguas aliàs ad intemperanter garriendum & quiduis effutiendum incitat: aliàs quasi vinculis quibusdam ita astrictas & impeditas tenet, vt non modò nihil viro bono dignum effari ac eloqui possint, sed mutæ planè sint atque elingues. Sic enim ebrio, cuius lingua officium suum amplius facere non potest, vulgò nos Germani dicimus, os esse abscissum siue amputatum.

Sermones epulares magnorũ principum.

Multos contrà legimus magnæ auctoritatis atque sapientiæ viros in conuiuijs non perpetuo silentio fuisse vsos. Cyrum Persarum regem scribit Xenophon in conuiuijs prudentissimos lepidissimosq; sermones habuisse cum principibus, quos mensæ suæ participes fecerat. Optimè enim nouerat modestis facetijs, quæ scurrilitate carent, animi vigorem recreari, & ad honestos labores alacrem reddere. Sic Cleomenes rex Lacedæmoniorum in suis conuiuijs nec ludos vllos, nec cantus adhibebat, sed ipse conuiuas oblectabat partim quærendo, partim commemorando rem aliquam iucundam auditu, ita vt eius sermones graues simul essent & iucundi, ita tamen vt abesset dissolutio: testis est Plutarchus in eius vita. Epulæ quoque Emanuelis regis Lusitaniæ, teste Osorio in historia de eius rebus gestis, dulci magis & erudito sermone, quàm coquorum artificio erant conditæ. Adrianus similiter imperator semper circa se & Romæ & extra vrbem optimates habuit, quos etiam in conuiuijs adhibebat: quapropter quartus sapè accumbebat. Venabatur quoties contingebat, prandebatq; sine vino (prandium caninum) deinde cum principibus & optimis viris cœnabat, & semper erat cœnatio omnifariam sermonibus referta: teste Dion. Cassio. Vespasianus & super cœnam & semper aliàs comissimus, multa ioco transigebat. Erat enim diacitatis plurimæ &

Digitized by Google

ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt ne prætextatis quidem verbis, id eſt, obſcœnis abſtineret, Sueton. teſte. Cretenſes in ſuis Syßitijs poſt cœnam de rebus publicis primùm conſultare ſolent, poſtea de rebus in bello geſtis mentionem faciunt: eoſq; laudant, qui viri & boni & fortes fuerunt, iuuenes interim ad probitatem fortitudinemq; ſimul adhortantes. Athen. lib. 4. cap. 72.

Nunc de conuiuialium ſermonum materia eſt dicendum, quæ quidem varia eſt, multiplex ac penè infinita, nullis certis terminis circumſcripta ac definita. Omnibus namq; de rebus, quæ vel in cœlo, vel in terra continentur, atq; etiam de ijs quæ non ſunt in rerum natura inter epulandum verba poſſunt fieri atque etiam ſolent. Et quidem quales ſunt conuiuæ, tales plærunque etiam illorum ſolent eſſe ſermones conuiuiales. A veteribus ſæpè quæſitum & diſputatum fuit, quibus nam de rebus inter epulandum dici debeat. Gellius lib. 13. cap. 11. hanc Varronis hac de re ſententiam commemorat: Sermones igitur, inquit, id temporis (inter epulandum) habendos eſſe cenſet, non ſuper rebus anxijs aut tortuoſis, ſed iucundos atque inuitabiles cum quadam illecebra & voluptate vtiles, ex quibus ingenium noſtrum venuſtius fiat & amœnius. Quod profectò, inquit, eueniet, ſi de id genus rebus ad communem vitæ vſum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotijs agendis loqui non eſt otium. His ſimilia ſunt illa Macrobij lib. 7. Saturn. cap. 1. Deinde vbi ſibi locum patere videat (ſcilicet philoſophus) nõ de ipſis profunditatis ſuæ inter pocula ſecretis loquetur: nec nodoſas & anxias, ſed vtiles quidem facileſq; quæſtiones mouebit. Idem oportet, inquit, verſari in conuiuio ſermones, vt caſtitate integros, ita appetibiles venuſtate. Lucianus λόγους ἀστείους καὶ φαιδρὰς conuiuijs congruere dicit in Cronoſolon.

De materia ſermonum conuiualium.

Et tamen hunc veterum morem fuiſſe legimus, vt in conuiuijs griphi & ænigmata, hoc eſt, quæſtiones iocoſæ quidem, ſed argutæ, anxiæ, ſcrupuloſæ, difficiles intellectu proponerentur, id quod cum prophanarum, tum ſacrarum literarum teſtimonijs comprobari poteſt. Athenæus libro decimo cap. 17. copioſe de illis ſcribit.

Griphi & ænigmata conuiualia.

Ac primò quidem γρίφου definitionem affert ex Clearcho Solenſi huiuſmodi: γρίφος προβλημα δεῖ διπταγικὸν, προστακτικὸν τοῦ δι' ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς, ἢ διζήμιον χάριν εἰρημένον, id eſt, Gryphus quæſtio eſt iocoſa ſiue ludicra, quæ imperat cogitatione inuenire propoſitam rem vel honoris vel mulctæ gratia dictam. Suidas γρίφος τὸ δίκτυον λέγεται (etiam γρῖπος appellatur) καὶ ὁ δύσκολος καὶ ὁ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων πάθος ἐν ἑαυτῷ μὴ φανόμενον: ſiue γρίφος ὁ ἀσαφὴς λόγος: vnde λόγος γριφώδης. Hoc eſt, griphus & rete ſiue ſagenam, & ſermonem difficilem, obſcurum, implicitum, nodoſum ſignificat. Vocantur etiam γρίπισματα: & γριφώδης dicitur, qui huiuſmodi quæſtiones ænigmaticas ſoluit. A Theodecte Phaſelita, qui huiuſmodi griphos ſiue ænigmata & proponendi & ſoluendi ſcientiſſimus fuit, μνημόνια fuerunt appellata, eò quòd ille memoriæ vi pollebat: teſtis etiam Pollux: vt ex Hermippo Athenæus probat eodem libro.

Dicebantur etiam vulgò ζητήματα κυλίκεια, teſte Polluce, hoc eſt, quæſtiones pocillatoriæ, quia inter pocula proponebantur. Horum ſeptem genera ab Athenæo commemorantur ex Clearcho, qui peculiarem de illis librum ſcripſit. Symbola quoque Pythagorica griphi & ænigmata apud Athenæum appellantur. Fuit porrò moris, vt idem teſtatur, vt ei qui griphum ſiue ænigma propoſitum ſoluere poterat, carnis certa portio præmij loco tribueretur: contrà verò ij qui id non poterant, ἔτινον ἅλμιον ὑδρομισγομένῳ τοῦ αὐτοῦ πότου, καὶ ἐδεῖ προσενέγκασθαι τὸ ποτήριον ἀπνεύστι, id eſt, potionem ſalſam vno hauſtu ſiue reſpiratione bibere cogebantur: & hæc erat illorum pœna: id quod Athenæus Antiphanis poëtæ teſtimonio probat: γρίφον προβάλλεις τοῦτον εἰπεῖν δεσπότα; id eſt, Ænigma proponis hoc domine ſoluendum? Et paulò poſt de eorum qui non ſoluiſſent, pœna ſic diſſerit: ἅλμης δ' ἐγχρῶ σ— —

Præmia & pœnæ eorum qui gryphos ſoluere, vel non ſoluere poterant.

Οἰὸν δ' ὄντως γε δεῖ σε τοῦτο εἰπεῖν,
Κομιδῇ γε πως ἐνέχειρον ἀποφέροντα σοι:
Οὐκ, ἀλλ' ὄπισθο τοι χεῖρε ποτήσαντα δεῖ
Ἕλκειν ἀπνεύστι, —

Id eſt, Salſuginis poculum circumferre oportebat,

Scis ergo illud tibi ebibendum esse.
Num adferentem tibi protinus monstrabam?
Non: verùm reiectis posc tergum manibus oportet,
Exhaurire vno spiritu.

Gripbi Lucianus meminit: Quid, inquit, sunt homines? Dij mortales. Quid verò Dij? Homines immortales. Ænigmata profers & griphos conglutinas equidem, vt Loxias, apertum nihil promis. Eustath. Odl. χ. fol. 788. γρίφος δ' ὑσκολον ζήτημα ὁ ἐν συμποσίοις ἔλεγε τις θεσπεσιμβρύνης φιάλης οἴνου γεμούσης, καὶ ὁ ὄπιλυσάμβρος τὸ ἄπορηθέν, ἐξέπεινεν: εἰ δὲ μὴ, ὁ ἄπορήσας ἐνεφορεῖτο τῆς φιάλης. *Aristophanes in* Σφῆξι:

Οὐδ' ἓν ἄρα γρίφου διαφέρει κλεψύνυμος
Πῶς δ' ἡ θεσπεσιαῖς τοῖσι συμποτίοις λέγων
Ὅτι ταυτὸ θηρίον ἐστὶ γῆ, καὶ ἐν θαλάσσῃ
Καὶ τῇ θαλάττῃ γ' ἀπέβαλε τὼ ἀσπίδα.

Scholiastes: γρίφος παροίνιον ζήτημα. *Item,* γρίφοι δὲ λέγονται τὰ ἐν τοῖς συμποσίοις θεβαλλόμενα αἰνιγματώδη ζητήματα θεὸς λύσιν. *Hoc est, Griphus quaestio est inter pocula. Item: Griphi dicuntur quaestiones aenigmaticae in conuiuijs propositae conuiuis ad soluendum. Gripho autem hoc intelligitur aquila, cui Cleonymum comparat* δειλόν καὶ ριψάσπιδα. *Pollux:* τῶν μὲν τοι συμποτικῶν, αἴνιγμα καὶ γρίφος: τὸ μὲν παιδιὰν ἔχον, ὁ δὲ γρίφος καὶ σπουδήν. Καὶ ὁ μὲν λύσας γέρας εἶχε κριῶν τινα περιφοράν: ὁ δὲ ἀπηνατήσας, ἅλμης ποτήριον σπιεῖν, ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῶν ἁλυσιτικῶν γρίφων. *Athenaeus porrò Athenis eos, qui propositum griphum non soluebant, hanc paenam subijsse dicit, vt biberent phialam* κεκερασμένην, *id est, mistam, teste Clearcho. Eodem teste* ἡ τῶν γρίφων ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας ὄζει, *id est, aenigmatum explanatio non prorsus est aliena à Philosophia. Et quidem veteres per illam sapientiam demonstrabant. Nam quaestiones inter pocula proponebant graues, non quales nunc, quae sit iucundissima Venus, quis optimus piscis: quarum quaestionum praemia quidem victoribus proponuntur oscula, quae quidem liberali animo praeditis sunt odiosa, multa autem victis constituta est meri potatio suauis, quàm sanitatis ratio postulet. Haec ille. Exempla autem aenigmaticorum huiusmodi problematum plura vide ibidem.*

Plutarchus quoque libro quinto Symposeôn problem. statim ab initio conuiualium huiusmodi aenigmatum atque griphorum mentionem facit, cum inquit etiam φορτικοὺς καὶ ἀφιλολόγους *homines illiteratos & à literis humanioribus alienos à cœna animum à corpore longissime ad alias voluptates abducere, aenigmata & griphos & nomina certo numerorum symbolo tecta proponendo: vnde etiam mimis, ethologis Menandroq; & eius fabulas agentibus locum conuiuia cesserunt. Idem lib. 8. sub initium in agroniorum festo peracta cœna scribit conuiuas solitos fuisse aenigmata & griphos* ἀλλήλοις θεσβάλλειν, *id est, sibi inuicem proponere.*

Exempla griphorum in sacris literis.

Huiusmodi porrò griphorum siue quaestionum aenigmaticarum, quae in conuiuijs olim proponebant, in sacris quoque literis exempla occurrunt, quae quidem ab Hebraeis חידות *Chidot appellantur, à verbo* חדד *Chiddad quod acuere significat, propterea quod acutissimam eius mentis aciem esse oportet, quae in huiusmodi dictorum sententiam penetrare possit: vel quod faciant ad acuenda hominum ingenia. Huiusmodi griphus siue aenigma fuit illud, quod Samson in conuiuio nuptiali conuiuis suis quos vocauerat, qui erant quinquaginta numero, proposuit ea lege atque conditione, vt si illud soluerent intra septem dierum spatium, quo conuiuium illud durabat, 30. linteamina atque 30. vestes mutatorias ab illo praemij loco acciperent: sin minus, vt ipsi Samsoni totidem linteamina atque vestes dare tenerentur. Aenigma erat: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Iud. 14. Quaerit heic D. Ambrosius, cur Samson griphum hunc proposuerit, & eius hanc rationem adfert. Quoniam in conuiuijs homines interdum benè poti dicatius loqui solent, & intemperantius alios proscindere, quae res in iurgia & rixas frequenter erumpit. Id ne fieret, graues homines aenigmata, seu problemata proponere solebant, colloquijs periculosis omissis, & animo conuerso ad propositarum rerum explicationem. Quorum exemplum Samson est secutus,*

& mer-

Digitized by Google

& mercedem ei proposuit, qui quæstionem suam explicuisset, quasi scientia & mentis acumen affici debeat præmio: & pœna contrà est constituta insciliæ & tarditatis: id quod antiquitus apud Ethnicos fieri consueuit. Vnde poëtæ fictis suis fabulis prodiderunt Sphingem præmium solitum proponere ei, qui ænigma soluisset, vt liber dimitteretur: Sin verò defecisset, vt præceps è saxo præcipitaretur.

Porrò Christus quoque parabolarum quarundam inuolucris atque integumentis multa præclara & βιωφελῆ vtilia vitæ præcepta ac documenta in conuiuio dedit: quemadmodum Luc. 14. scriptum est. Nam κενοδοξίας καὶ φιλοπρωτείας vitiosum affectum parabolis quibusdam, quæ griphis annumerari possunt, perstrinxit τῆς ταπεινώσεως διδάσκαλος καὶ ἀρχηγὸς, καὶ τελειωτὴς, vt Theophylactus eleganter loquitur.

Hæc de antiquorum griphis, hoc est, ænigmaticis & parabolicis antiquorum quæstionibus atque sermonibus olim in conuiuijs vsitatissimis: qui partim graues atque serij, partim iocosi fuerunt. Ac omnino omnes sermones conuiuiales commodè & ad propositum nostrum accommodatè, in hæc duo genera videntur posse diuidi, vt alij sint graues atque serij, qui de rebus grauibus atque serijs habentur: alij sint ioculares atque ludicri, de quibus posterioribus, qui quidem inprimis epulis videntur congruere, priore loco dicam. Sermones conuiuiales omnino duplices.

Huc referuntur ea, quæ vulgò à Latinis vocantur dicta, dicteria, ioci, sales, facetiæ, cauillationes, quæ licet animos hominum valdè oblectent: tamen nobis summa in illis adhibenda cautio atque moderatio, ne vel in Dei vel hominum offensionem atque odium incurramus, si illis incautius atque imprudentius vtamur, id quod sæpissimè fieri solet. Cicero lib. 2. de Orat. sub Cæsaris persona de huiusmodi iocis pluribus agit. Idem ad Patum: Accipies hospitem non multi cibi, sed multi ioci. Dicteria, ioci, sales.

Senex ille apud Plautum in Milite glorioso:

Vel cauillator facetus, vel conuiua commodus
Item ero, neque ego oblocutor sum alteri in conuiuio.
Incommoditate abstinere me apud conuiuas commodè
Commemini & meæ orationis iustam partem persequi
Et meam partem itidem tacere, cum aliena oratio est.

Plato τὸ παιγνιῶδες, inquit, καλῶς ἔργον δεῖ τὸ παίζειν ἐμμελῶς, καὶ κεχαρισμένως: id est, benè & liberaliter instituti opus est eleganter & cum gratia iocari. Cicero, Genus vocandi, inquit, (siue id fiat verbis, siue factis) non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum esse debet. Vt enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena: sic in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. Duplex igitur omnino est iocandi genus, vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modò Plautus noster & Asticorum antiqua Comœdia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt; multaque multorum facetè dicta, vt ea quæ à sene Catone sunt collecta, quæ vocantur ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui & illiberalis ioci: alter est, si tempore fit à remisso animo & libero dignus: alter ne homine quidem, si rerum turpitudini adhibeatur verborum obscœnitas. Plutarchus Sympoſeôn secundo, problemate primo, & post illum Macrobius libro septimo. Saturn. capite tertio, varia scommatum genera tradunt, quæ ab illis σκώμματα, λοιδορίαι, ψόγοι, βλασφημίαι appellantur, & accuratè à se inuicem distinguuntur: dantur etiam ab ijs, præcepta quædam, quomodo quamq; cautè ijs sit inter conuiuas vtendum. Facetiarum genera.

Σκώμματος, inquit Plutarchus, τοῦ μὲν δι' ἀναιδείας μετ' ἀλαζονείας καὶ τέχνης κατὰ κεφαλὴν ἅπτεσθαι, παντάπασι ἀφεκτέον. Hoc est, dicterijs siue cauillationculis, qui nequit cautè, artificiosè ac tempestiuè vti, ijs omnino abstineat censeo. Addit: Sicut enim lubrico in loco etiam ij subuertunt, qui vel in transcursu tantum attingunt: ita in vino quæuis oratio non satis commoda occasionem nobis peccandi præbet. Est cùm cauillationibus facetis magis, quàm conuitijs exagitamur: cùm hæc ab ira ἀβουλήτως, id est inconsultò proficisci sæpe videamus, illa non à necessitate, sed studio contumeliæ & malignitate. His similia sunt illa Macrobij: Scomma non minus quidem amarum, quàm accusatio, si apertè proferatur. Sed à sapiente sic profertur, vt dulcedine quoque non careat. Idem λοιδορίαν quidem definit exprobrationem ad directam contumeliam: In scommatis siue cauillationibus iocosis quæ adhibenda cautio secundum Plutarchū & Macrobiū.

Digitized by Google

σκῶμμα autem morsum figuratum, qui sæpè fraude, vel vrbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas. Nec tamen semper ad amaritudinem pergit, sed nonnunquã ijs, in quos iacitur, & dulce est. Quod genus maximè vel sapiens vel alius vrbanus exercet, præcipuè inter mensas & pocula: vbi facilis est ad iracundiam prouocatio. Nam sicuti in præcipiti stantem vel leuis tactus impellit: ita vino vel infusum vel aspersum, paruus quoque dolor incitat in furorem. Ergo cautius in conuiuio abstinendum scommate, quod tectam intra se habet iniuriam. Idem: Tali scommate, inquit, quod fœtus contumeliæ est, abstinendum sapienti semper in conuiuio est. Plutarchus σκώμματα, id est, dicteria seu cauillationes magis dicit mordere, quod instar hamatorum telorum diutius hærent. Sic Macrobius: Tantò enim pressius hærent talia dicta (scommata) quàm directa laedoriæ, velut hami coagulosi, quàm directi mucrones tenacius infiguntur, maximeq; dicta huiusmodi risum præsentibus mouent, quo velut assensus genere confirmatur iniuria. Plutarchus præterea hanc Lacedæmone disciplinam fuisse tradit, salsè dictis alios impetere sine molestia, & æquo animo dicteria ferre: nam si quis iniquius ferret, alter statim mordendi finem faciebat: Ἐν δὲ τῇ καλῇ Λακεδαίμονι τῷ μαθήματι τοῦτο ὠφέλει τὸ σκώπτειν ἀλύπως, καὶ σκωπτόμενον φέρειν. Macrobius: Apud Lacedæmonios, inquit, inter cætera exactæ vitæ instituta, hoc quoque exercitij genus à Lycurgo fuit institutum, vt adolescentes & scommata sine morsu dicere, & ab alijs in se dicta perpeti discerent. At si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, alterius ei in alterum dicere non licebat. Xenophon Socraticus Gobriam scribit cænantem apud Cyrum, quùm alios Persarum ritus esse admiratum, tùm verò illum quo se inuicem iucundè interrogantes & scommata quoque non negligentes, vel etiam ijs, in quos morsus illi stringi videbantur, voluptatem conciliabant.

Subiungunt deinceps præcepta quædam quomodo iocis illis atque dicterijs salsis quæ in alios iacientur, sit vtendum citra conuiuarum offensionem. Nam, vt Plutarchus inquit, difficile est dicterium inuenire gratum ei qui incessitur, cum etiam citra molestiam salsis dicterijs vti ἐ τυχόσης ἐμπειρίας καὶ δεξιότητος, id est, non vulgaris peritiæ atq; dexteritatis esse videatur.

Primò igitur illa scommata siue dicteria, vt inquit Plutarchus, quæ sontibus molestiam adferunt, grata contra sunt ijs, qui procul à culpa & crimine absunt. Sic Macrobius: Sunt scommata, inquit, quæ in superficie speciem habent contumeliæ, sed interdum non tangunt audientes, cum eadẽ si obnoxio dicantur, exagitent: vt contra sunt, quæ speciem laudis habent, & personam audientis efficiant contumeliæ plenam. Vt si exempli gratia, hominem ab auaritiæ, superbiæ, libidinis, furti aliorumúe vitiorum suspicione alienissimum, eorundem vitiorum nomine falsò perstringas, id ille non molestè feret, quin potius ijs delectabitur. Contrà si quem commemoratis vitijs vel etiam alijs obnoxium contrarijs virtutum nominibus appelles, vt si timidum aliquem Achilli aut Herculi, aut iniustissimum Aristidi comparandum dixerit, id acerbissimè feret, verba laudem sonantia sine dubio ad vituperationis notam propter conscientiæ morsum tracturus. Nam, vt addit Plutarchus, quemadmodum ij qui res personasúe bonas per iocum nominibus probrosis afficiunt, si id accuratè agunt, magis delectant, quàm qui apertè laudant. Sic enim Diogenes, teste Macrobio, Antisthenem Cynicum magistrum suum solebat velut vituperando laudare. Sic contrà magis etiam mordent, qui honestis nominibus in cauillando vtuntur. Quod autem de vitijs animi dictum est, idem etiam de corporis vitijs est censendum.

Deinde Plutarcus docet ei qui dicterijs concinne vti volet, discrimen esse tenendum vitiorum atque studiorum. Alia enim sunt quæ homines ægrè ferunt sibi obijci, vt auaritiam, contendendi studium: alia quæ sibi obijci gaudent, vt venationis & musicæ studium. Idem discrimen in corporis vitijs est obseruandum. Nam si quem adunco aut compresso naso præditum aut caluum salsè perstringas, ridebit: at si cui oris aut nasi tetrum fœtorem exprobres, indignabitur ac succensebit. Oportet etiam, inquit Plutarchus, ingenijs eorum, quibus cum agimus & moribus consideratis iocos vsurpare, dareq; operam, vt absque molestia & cum gratia colloquamur. Obseruandum item tempus & locus.

Præterea vterque auctor monet eorum qui intersunt, ducendam rationem. Nam eadem scommata, vt inquit Macrobius, modò iuuare, modò mordere possunt, pro diuersitate præsentium personarum. Sunt enim quæ si coràm amicis obijciantur nobis, libenter audire possumus. Vxore verò seu

parentibus

parentibus magistrisue præsentibus dici in nos aliquod scomma nolimus, nisi fortè tale sit, quod illorum censura libenter accipiat. Vt si quis adolescentem coram parentibus aut magistris irrideat, quod insanire possit continuis vigilijs lectionibusq; nocturnis: aut vxore præsente, quod stultè faciat vxorium se præbendo, nec vllam elegantiam eligendo formarum. Hæc enim & in quos dicuntur & præsentes hilaritate perfundunt.

Commendat præterea, vt vterq; monet, scomma conditio dicentis, si in eadem causa sit, vt si pauperem pauper, aut obscurè natũ natus obscurè irrideat. Ergò, vt inquit Macrobius, cum idem nomen scommatis sit, diuersi continentur in eo effectus. Id etiam, inquit Plutarchus, diligenter est curandum, vt dicterium obiter & subitò ad interrogationem iocumue alterius aptetur, non longè repetitum & ascitum cum apparatu videatur. Nam sicut iras & pugnas in conuiuijs obortas facilius ferunt: si verò extrinsecus superueniens aliquis turbas det, vel conuitia ingerat, eum pro inimico & odio habent: sic venia datur libertati & dicacitati, si è re præsenti simpliciter & absq; fastidio nascatur. Si verò nihil ad sermonem præsentem faciat, sed alienum sit, simile est insidijs & contumeliæ scomma. Quod enim intempestiuum & ad institutum non facit, id maleuolentiæ & contumeliæ speciem habet, quique ijs vtuntur, illi ob orationem, rem leuissimam (vt ait Plato) grauissimam pœnam subeunt.

Atque hæc quidem duo hi philosophi clarissimi præceperunt de ratione iocis siue dicterijs benè commodeq; vtendi, vt inde voluptas potius atq; hilaritas, quam molestia proficiscatur, de quibus etiam pulchrè sapienterq; disserit M. Mantua in sua Polymathia lib. 7. cap. 8. Idem Plutarch. lib. 1. Sympos. problem. 4. de regis conuiuij officio disserens inter alia inquit: Qui verò ludi causa sine rebus serijs ad conuiuia accedunt, eos iubebit (conuiuij magister) accuratè cauere, ne fallant contumælia. Et paulò post: At conuiuij rex meritò præmium & honorem detulerit ei, qui iocum ἀνύβριστον id est, contumelia carentem & oblectationem vtilem, risumq; μὴ μώμου, μηδ' ὕβρεως, ἀλλὰ χαρίτων καὶ φιλοφροσύνης ἕνεκεν, id est, non momi & inuriarum, sed gratiæ comitatisq; sociũ in conuiuium introduxerit. Hanc enim ad rem plæraq; conuiuia naufragiũ faciunt, dum non rectè gubernantur. Est autem hominis modesti & prudentis iram & inimicitias vitare, quarum occasiones in foro, ex auaritia: in palæstra & gymnasijs, è contendendi studio: in magistratibus & honorum petitionibus, ex ambitione: in cœna autem & inter pocula, è iocis captatæ nobis insidiantur. Ἐστὶ δὲ σώφρονος ἀνδρὸς ἔχθραν φυλάττεσθαι καὶ ὀργὴν, ἐν ἀγορᾷ τὴν ἐκ πλεονεξίας, ἐν γυμνασίοις καὶ παλαίστραις ἐκ φιλονικείας, ἐν δ' ἀρχαῖς καὶ φιλοτιμίαις ἐκ φιλοδοξίας, ἐν δὲ δείπνοις καὶ παρὰ πότον ἐκ παιδιᾶς ἐπιτηρεῖν.

Verùm in primis est obseruandum, quod Macrobius sub finem addit: Cum videas, inquit, anceps omne esse scommatum genus, suadeo in conuiuijs, in quibus lætitiæ insidiabitur ira, ab eiusmodi dictis facessas, & magis quæstiones conuiuales vel proponas, vel ipse dissoluas. Quod genus veteres ita ludicrũ non putarunt, vt & Aristoteles de ipsis aliqua cõscripserit & vester Apuleius. Nec contemnendum quod tot philosophantium iura meruit. Cum ergo Macrobius quoq; ab huiusmodi dicterijs inter epulas abstinendum potius, quàm ijs vtendum esse censuerit: multò magis nos Christianos id sentire decet, quorum vt vita tota atq; actiones, ita sermones quoq; omnes graues potius, quàm ioculares ac ludicri esse debent. Omnino sales isti atq; ioci plærunq; vel sunt turpes & obscœni: vel contumelioſi idq; vel in Deum, vel in proximum, ita vt partim ad libidinem; partim ad iram prouocandam faciant, quemadmodum experientia quotidiana testatur. NOTA.

Quamobrem ab ijs abstinendum esse Christianis cùm sacræ literæ, tùm ipsa ratio docet. Apostolus Paulus ad Ephesios 4. Πᾶς λόγος σαπρὸς (φαῦλος, μοχθηρὸς siue σεσηπὼς καὶ δυσώδης) ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω, ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας (nota & vsitata enallage, id est, πρὸς οἰκοδομὴν χρειώδη seu χρήσιμον) ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούσιν, id est, Nullus sermo corruptus siue futilis, spurcus, leuis ex ore vestro exeat, sed si quis est commodus ad ædificationem vtilis, quiq; gratiam auditoribus afferat, hoc est, qui vtilis simul sit & suauis. *Idem cap. 5. Scortatio autem & omnis impuritas aut auaritia ne nominetur quidem inter vos sicut decet sanctos.* Καὶ αἰσχρότης καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία. *Et obscœnitas & stultiloquium & dicacitas futilis atq; scurrilis* (εὐτραπελία *Suidæ* μωρολογία, κυφότης, ἀπαιδευσία) *quæ non conueniunt, sed potius gratiarum actio. Idem* Christiani à scommatis abstinent.

ad Colos.4. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, *id est*, ἀρτυθήτω δίον ἁλὶ τῇ χάριτι. *Conditus sit quasi sale, gratia: quibus verbis pia sermonis venustas & suauitas indicatur. Sic Dominus noster Iesus Christus Matth.12. Dico vobis quodcunque verbum ἀργὸν, id est, malum, leue, vanum atq; futile loquuti fuerint homines, de eo rationem reddituros in die iudicij. Ex sermonibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis. Clem. Alexand. lib.2. cap.6.* Αἰσχρολογίας δὲ παντελῶς ἀυτοῖς τε ἡμῖν ἀφεκτέον καὶ τὰς χεῖλυδώνας ἀυτῆ ὀπισομιστέον. καὶ ὄψει δριμυτέρᾳ καὶ προσώπου ἀποστροφῇ καὶ τῷ ἀπομυκτισμῷ καλυμμάτων, πολλάκι δὲ καὶ λόγῳ τραχυτέρῳ, *id est, Turpiloquio & nos omnino abstinere oportet, & ijs qui illo vtuntur, os obstruere, & aspectu seueriore & vultus auersione, & ea quæ vocatur, subsannatione, & sæpè etiam asperiore oratione. Ibidem* αἰσχρολογίαν *definit* τὴν περὶ τῆς κακίας ἔργων λογοποιΐαν, *id est, Turpiloquium est oratio quæ habetur de turpibus factis.* Ἀδολεσχίαν *quoque* φλύαρον, *id est, nugas ineptas silentio prætermittendas esse docet. Idem præterea cap.7. Absit à nobis, inquit,* τὸ σκώπτειν ὕβριος προκατάρχον, *id est* cauillari, *à quo incipit contumelia, ex quibus deinde contentiones, pugnæ, inimicitiæ exoriuntur. Est autem* ὕβρεις μέθης διάκονοι, *id est, contumelia est ebrietatis administra. Syracides cap.31.* ἐν συμποσίῳ, *inquit,* μὴ ἐλέγξῃς τὸν πλησίον, καὶ λόγον ὀνειδισμοῦ μὴ ἐπιπλέξῃς αὐτῷ, *id est, noli proximo tuo conuitiari inter pocula, neque contumelioſe tracta eum in lætitia eius. Dicto probroso ne lædas illum, nec in occursu eum affligas. Prouerb.14. vers.3. In ore stulti est baculus contumeliæ. Heic eleganter oratio insipientium appellatur* βακτηρία, *baculus, id est,* δίβαθρα, *id est, scipio, cui incumbit atque innititur contumelia. Huiusmodi autem dicteria contumelioſa aliena esse censenda à conuiuijs docet argumento ducto à conuiuij fine, qui est* ἡ πρὸς τοὺς συνόντας φιλοφροσύνη, *id est, Beneuolentia in eos qui simul sunt:* διὰ γὰρ τοῦτο ἀγάπην αἱ δεῖ τὰς ἑστιάσεις συντελεύσεις, *id est, charitatis enim ergò ad conuiuia conuenitur. Ex dicterijs autem illis inimicitiæ nascuntur: quamobrem illis est abstinendum. Quod si qui, inquit Clemens, adsint* φιλοσκώμμονες, *id est, alios cauillandi cupidi, nobis tacendum, & verba superuacanea, tanquam plena pocula à nobis sunt transmittenda. Lubricus enim est huiusmodi lusus, &c.*

AN, ET QVATENVS DE REBVS SERIIS, ET GRAVIBVS ET PHILOSOPHICIS SIT INTER POcula disserendum. De sermonibus, problematibus & parabolis conuiualibus Christi. De lectiunculis cùm sacris, tùm prophanis & olim & hodie inter epulas, postque adhiberi solitis.

CAPVT XVIII.

QVOAD *res serias, de quibus inter epulandum verba solent fieri, illæ sunt variæ atque multiplices, theologicæ, philosophicæ, mathematicæ, logicæ, physicæ, politicæ, ethicæ, œconomicæ, quæ partim ad contemplationem, partim ad actionem referuntur.*

An inter epulandum de rebus grauibus et philosophicis sint verba facienda.

Apud Plutarchum lib.1. Sympos. primum hoc problema extat: Sit ne inter pocula philosophandum? Idem argumentũ Macrob. quoq; lib.7. Satur. cap.1. eodem ferè modo tractauit, quando nimirum & quibus de rebus sit philosophandũ in conuiuio. Ac primò quidem veterq; sub alienis personis argumenta quædam adferunt ad probandum, philosophiæ inter pocula nullum debere esse locum. Illam namq; tanquam censoriam quandam & plus nimio verecundam matremfamilias debere se suis continere penetralibus, nec se miscere Libero, cui tumultus sunt familiares, cum ipsa huius sit verecundiæ, vt strepitum non modò verborum, sed ne cogitationum quidem in sacrarium suæ quietis admittat. Hanc rationem illustrant simili ducto à Persarũ, siue, vt eos Macrobius appellat, Parthorum consuetudine. Nam quemadmodum illi non cum coniugibus suis, sed cum concubinis seu pellicibus suis conuiuia inire & ebrietati tripudijsq; indulgere solebant, tanquam has & in vulgus produci & lasciuire quoque illas non nisi domi abditas tueri deceat tectum pudorem: eodem modò musicam & histriones introduci, philosophiam autem excludi debere, quod neq; nos tàm

serijs

ſerijs rebus vacare poſſimus, neque illa ad colludendum ſit idonea.

Deinde argumentatur à minore ad maius hoc modo: Philoſophia non eſt producẽda, quò Rhetorica ars & profeſſio popularis venire erubuit. Iſocrates enim celeberrimus Græciæ orator, qui verba prius libera ſub numeros ire primus coëgit, cùm in conuiuio à ſodalibus oraretur, vt aliquid in medium de eloquentiæ ſuæ fonte proferret, banc veniam deprecatus, huiuſmodi vſus excuſatione: ἐν οἷς μὲν ἐγὼ λείνος, οὐχ ὁ νῦν καιρὸς: ἐν οἷς δὲ ὁ νῦν καιρὸς, οὐκ ἐγὼ δεινός. Quæ præſens, inquit, locus & tempus exigit, ego non calleo: quæ ego calleo, nec loco præſenti ſunt apta, nec tempori.

Secundo loco ab vtroq; rationes afferuntur ferè eædem, quibus probatur Philoſophiam non eſſe excludendam è conuiuijs. Τὴν φιλοσοφίαν, inquit Plutarchus, τέχνην περὶ βίον ὄσαν, οὔτε πηδὸς παιδιᾶς, οὔτε τινὸς ἡδονῆς ἀλλοτρίαν ἰχνος ἀποστατεῖν εἰκὸς, ἀλλὰ πᾶσι παρεῖναι τὸ μέτριον καὶ τὸν καιρὸν διαφέρουσαν. Philoſophiam namq; ceu vitæ magiſtram par eſt nullo etiam à ioco, ludo aut delectatione abeſſe, adeſſe omnibus modumq; imponere, niſi fortè temperantiam etiam & iuſtitiam velimus à conuiuio arcere, ſeueritatem earum præſcribendo. Vnde conſtat diſſimilem Rhetoricæ & Philoſophiæ rationem eſſe. Sic idem in libro de Sanitate tuenda culpat eos, qui volunt inter cœnandum ab omnibus philoſophicis diſputationibus eſſe abſtinendum. Phœnicis caput, inquiunt illi, ferunt ſuaue quidem eſſe, ſed κεφαλαλγὸν, id eſt, caput aggrauans: Dialecticam autem eſſe τερπνὸν ἐν δείπνῳ, bellarium nequaquam dulce, & tamen valdè laborioſum, caputq; vehementer aggrauans atque lædens. Sic Macrobius: Si philoſophia à conuiuijs exulabit, procul hinc faceſſant & alumnæ eius, honeſtatem dico & modeſtiam, nec minus cum ſobrietate pietatem. Quam enim harum dixerim minus eſſe venerabilem? Ita fit vt ab eiuſmodi cœtibus relegatis matronarum talium chorus, libertatem conuiuiorum ſolis concubinis, id eſt, vitijs & criminibus addicat. Nam παίτων ὡμὸ ὁ Διονύσιος δεσμὸς καὶ λύσις, μάλιστα δὲ τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινὰ, καὶ πλείω ἐλευθερίαν τῇ φωνῇ δίδωσιν, ἀβέλτερον ἔν οἶμαι καὶ ἀνόητον ἐν λόγοις πλεονάζον τὸ ἄκαιρον ἀποτρέπειν ἀεὶ ἀείσων λόγων, id eſt, Si Bacchus verè eſt Lyſius & Liber, ac maximè ſoluit linguam frenis, licentiæq; plurimum voci concedit, ſtultum ego & à ratione alienum eſſe arbitror, velle impeſtiuam orationis redundantiam optimis ſermonibus ſpoliare. Sed abſit vt Philoſophia, quæ in ſcholis ſuis ſollicitè tractat de officijs conuiualibus, quæ ſit virtus compotoris, quomodo vtendum vino, ipſa conuiuia reformidet, tanquam non poſſit ἔργῳ βεβαιῶν, ἃ διδάσκει λόγῳ, hoc eſt, interprete Macrobio, rebus aſſerere, quæ ſolet verbis docere, aut neſciat modum, cuius in omnibus vitæ humanæ actibus terminos ipſa conſtituit. Neque enim ita ad menſas inuito philoſophiam, vt non ſeipſam moderetur, cuius eſt, diſciplina rerum omnium τὸ μέτριον καὶ τὸν καιρὸν διαφέρειν, id eſt, moderationem docere.

Tertio loco docent quis philoſophandi modus atque ratio inter pocula ſit adhibenda. Ac primò quidem præſentium conuiuarum ingenia atque mores diligenter ſunt æſtimandi. Nam ſi plures adſunt φιλόλογοι, id eſt, literati, periti & philoſophiæ amatores, vt in Agathonis Socrates, Phædrus, Pauſanias, Eryximachus: & in Calliæ Charmidæ, Antiſthenes, Hermogenes, alijq; horũ ſimiles, concedemus ijs ſermonum philoſophicorum vſum, vt non minus Muſis, quàm Nymphis vinũ diluant. Nam veluti paucæ literæ mutæ diſperſæ inter multas vocales, in ſocietatem vocis facilè manſueſcunt: ita rariores imperiti gaudentes conſortio peritorum, aut conſonant ſi qua poſſunt, aut rerum talium capiuntur auditu. Si verò plures adſint, qui cuiuſcunq; auis, nerui aut lingni, quàm philoſophi vocem audire malint: vtile eſt Piſiſtratum Athenarum tyrannum imitari. Is enim cum ei quædam cum filijs diſcordia fuiſſet, ſentiretq; hoc inimicis & æmulis ſuis gaudio eſſe, ex illa diſcordia ſperantibus in domo regnantis naſci poſſe nouitatem: aduocata concione dixit: Voluiſſe quidem ſe liberis ſuis ſuam perſuadere ſententiam, iiſq; non acquieſcentibus patria voluntate ſuccenſuiſſe, ſed hoc ſibi poſtea viſum paternæ aptius pietati, vt in liberorum ſententiam ipſe concederet. Sciret igitur ciuitas, ſobolem regis cum patre eſſe concordem. Hoc commento ſpem detraxit inſidiantibus regnantis quieti. Sic etiam philoſophus inter conuiuas non admittentes orationem ſuam, mutato inſtituto ijs morem geret, eorumq; rationem probabit, quatenus decoro ſuo non repugnabit, ſcietq; ὅτι ῥητορεύσει μὲν ἀνθρωποι ἄλλο λόγου, φιλοσοφοῦντι δὲ καὶ σιωπῶντες καὶ παίζοντες καὶ συμπίνοντες καὶ συμπόμενοι. Hoc eſt, vt Macrobius inquit, hæc eſt vna de virtutibus philoſo-

phia, quia cum orator non aliter nisi orando probetur, philosophus non minus tacendo pro tempore quàm loquendo philosophatur. Non modò enim extrema est iniustitia, vt Plato ait, iustum videri, cum non sis: sed etiam summæ scientiæ philosophari, ita vt hoc non videaris agere & ludentem res serias conficere. Atque vt Bacchæ siue Mænades ἄνοπλοι καὶ ἀσίδηροι, id est, inermes & ferro carentes apud Euripidem thyrsulis suis feriunt & sanciant eos, quos adoriuntur: ita verorum philosophorum σκώμματα καὶ γέλωτες, id est, sales atq; risus eos, qui non planè sunt stupidi afficiunt aliquo modo atque mouent.

Est etiam quoddam conuiuijs accommodatum narrationum genus, quarum alias historia suppeditat, alias sumere ex rebus obuijs licet, multa philosophicæ doctrinæ exempla, multa pietatis habentes, studiumq; æmulandi fortiter, magnanimè, benignè, humaniter, quibus si quis apud nec opinantes quicquam tale vtatur, is bibentes διδασκαλικῶν, id est, tanquam pædagogus moderans, non minima ebrietatis mala intercluseris. Macrobius: Nihil, inquit, tam cognatum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones, personarum quæ aderunt æstimatione in medium vocata. Alios enim relata incitarunt exempla virtutum, alios beneficiorum, nonnullos modestiæ: vt & qui aliter agebant, sæpe auditis talibus ad emendationem venirent. Sic autem vitijs irretitos, si & hoc in conuiuijs loquendi ordo exegerit, feriet philosophia non sentientes, vt Liber pater thyrso ferit per obliquationem circumfusæ hederæ latente mucrone: quia non ita in conuiuio profitebitur censorem, vt palàm vitia castiget. Quid mirum si feriet sapiens non sentientes, cum interdum sic reprehendat, vt reprehensus hilaretur.

Porrò, vt Plutarchus inquit, elegantiore doctrina præditi homines etiamsi ita philosophentur, vt id præ se haud obscurè ferant: tamen oratione probabili, atque ad persuadendum apta magis vtuntur, quàm violentia demonstrationum. Vides enim, vt Plato in Conuiuio de Fine disserens & primario bono, ac omnino theologica tractans, tamen non demonstrationibus ceu validis nexibus constringit aduersarium, sed sumptionibus mollioribus, exemplis atque fabulis fidem auditoribus faciat.

Quarto loco docent quibus potissimum de rebus sit philosophandum in conuiuio, si modò philosophandi detur occasio. Vbi philosophia, inquit Macrobius, sibi locum patêre videris, non de ipsa profunditatis sua inter pocula secretis loquetur: nec nodosas & anxias, sed vtiles quidem facilesque quæstiones mouebit. Eodem modo Plutarchus ζητήσεις ὑγροτέρας, προβλήματα γνώμης πύσεις ὁμιλητὰς καὶ μὴ γλισχράς, id est, quæstiones magis familiares atque notas, interrogationes moderatas, neque nimis subtiles in conuiuijs adhibendas censet, ne ijs rudiores opprimantur, aut à colloquijs arceantur. Nam quis ferat in lætitia conuiuiali medicum conuiuis leges præscribentem ciborum aut potuum? quis philosophũ de materia prima, de metaphysicis disserentem? quis iurisconsultum de legum nodis disceptantem? astrologum de Epicyclis? Mathematicum de numeris, de terræ mensura? Dialecticum de Syllogismis? Theologum de Prædestinatione disserentem? & id genus alios professores disciplinarum. Ad hoc verò suum præceptũ illustrandum vtuntur elegans simili. Sicut enim compotores in conuiuijs sese choreis atq; saltationibus exercent: si verò ad arma deprugnandum, aut ad cursum, ad pugillatum, ad discum iactandũ eos cogas, non modò iucundum, sed etiam damnosum fuerit conuiuium, & is qui sodales ad talia lacessierit, quasi ineptus relegabitur ab alacritate conuiuij: sic animos quæstiones faciles, concinnæ & vtiles mouent atq; delectant: à contentiosis autẽ, vt ait Democritus, & perplexis vtilitigationibus abstinendum, quæ & proponentẽ eas in rebus tenuibus, & intellectu difficilibus cum molestia occupatos tenent, & præsentibus sunt odiosæ, διὸ εἰ δὲ τὸν οἶνον κοινὸν εἶναι, καὶ τὸν λόγον ἅπαντες μεθέξουσι, id est. Nam vt vinũ, ita orationẽ oportet omnibus esse communẽ, cuius omnes participes fiant. Contrà si fiat in conuiuio, id Æsopico illi atq; fabuloso gruis & vulpis conuiuio sibi simile videri ait. Vulpes ad cœnã inuitata grui pultem tenuem in tabula proposuit, quam illa ob liquorem diffluentẽ rostro suo prehendere atq; edere non posset, atq; ita ridicula esset: viciſsim grus vulpi ad conuiuiũ vocatæ cibum in lagunculæ proposuit, quæ tenue haberet & longum collum, ita vt ipsa quidem rostro per id inserto cibum facilimè capere posset, vulpe interim, quæ id non poterat, esuriente. Ita etiam quando Philos. inter pocula προβλήματα λεπτὰ καὶ διαλεκτικὰ, id est, quæstiones subtiles & dialecticas, argutias sophisticas proponunt, reliquis nihil earum intelligentibus molestiam exhibent: contrà hi, homines nempe rudes

& illiterati;

& illiterati, ἐπῳδάς τινας καὶ διηγήματα φλυαρώδη καὶ λόγους βαναύσους, καὶ ἀγοραίους, id est, incantationes, narrationes nugarum plenas, sermones illiberales atque forenses dum proferunt, actum est de conuiualis societatis fine, & Bacchus iniuria afficitur, cùm sint planè ἀνθρωποδιόνυσα. Plutarchus quoque lib. 8. Sympos. probl. 1. statim ab initio, illos qui philosophiam è conuiuijs eijciunt, idem vel etiam deterius agere dicit, quàm qui lumen inde tollunt. Nam lucerna sublata, modesti ac pudici homines nihilo deteriores fient, quippe qui pluris faciunt se inuicem reuereri, quàm intueri. At verò vbi ἀμαθία καὶ ἀμουσία, id est, inscitia & bonarum artium imperitia ad vinum accesserint, iam ne aurea quidem illa Minerua lucerna πόδον ἔυχαριν καὶ κόσμιον, id est, compotationem gratiosam atque modestam reddere poterit. Non ineptè igitur, addit ibidem, apud nos in festo Agroniorum mulieres Bachum quærunt tanquam fugitiuum, ac tandem quærendi finem faciunt dicentes eum ad Musas confugisse atque apud eas latere occultatum: paulò pòst cœna finita ænigmata & griphos sibi inuicem proponunt. Hoc mysterio atque cæremonia docere voluerunt, inter pocula sermone vtendum esse, qui aliquid cõmendationis eruditionisq; contineat, quæ si ebrietati adsit, occultatur τὸ ἄγριον καὶ τὸ μανικὸν, id est, vini ferocia & insania à Musis detenta. Hæc Plutarchus & Macrobius de philosophandi ratione inter pocula præclarè admodum sapienterq; videntur disseruisse.

Philosophorũ conuiuia acroamatica.

Moris porrò fuisse olim in conuiuijs inter philosophos & literatos homines, vt eruditos literatosq; sermones conferrent, Gellius quoque lib. 6. cap. 13. testatur, vbi de Tauri conuiuio disserit. Factitatum, inquit, obseruatumq; hoc Athenis est ab ijs, qui erant philosopho Tauro iunctiores, cum domum suam nos vocaret, ne omnino (vt dicitur) immunes & absymboli veniremus, coniectabamus ad cœnam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Vnusquisque igitur nostrum commentus paratusq; ibat, quod quæreret. Eratq; initium loquendi, eundiq; finis. Quærebantur autem nec grauia, nec verenda, sed ἐνθυμήματα quædam lepida & minuta & florentem vino animum lacessentia. Quale hoc fermè est subtilitatis ludicræ, quod dicam. Quæsitum est, quando moriens moreretur, cùm iam in morte esset: an tùm etiam cum in vita foret. Et quando surgens surgeret, cum iam staret: an tum etiam cum iam esset, an cum iam non esset. Talia apud Taurum symbola & alia quæ erant secundarum mensarum, vt ipse dicere solitus erat, τραγήματα. Quoniam itaque in conuiuijs confabulationibus eruditis vti consueuerunt, hinc prouerbium promanauit: ἀνάπαυσις ἡ μουσική, id est, interrupta est Musica. Quod quidem ab ijs vsurpari fuit solitum, qui sermones suos cantorum, histrionum, saltationum strepitu interrumpi molestè ferebant.

Huiusmodi porro philosophorum conuiuia acroamatica dicta sunt: cuiusmodi fuit illud Agathonis apud Platonem, & Socraticum Xenophontis. Acroamata autem sunt festiuæ recitationes ludicræq; narrationes. Cic. in orat. pro signis: Hic quasi festiuum acroama, ne fine corollario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus emblemata euellenda curauit. Idem in oratione pro Archia poëta. Themistoclem illum summum Athenis dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama: aut cuius vocem libentissimè audiret: eius, à quo virtus sua optimè prædicaretur. Macrobius: Delectatus erat inter cœnam Symphoniacis Turonij Placei mangonis, atque eos frumento donauerat, quum in alia acroamata nummis liberalis fuisset. Acroamata dicuntur non solùm ipsa voces & verba, sed ipsi quoque histriones, enarratoresque acroamatum vocales. Sic Alexand. Imp. Rom. teste Lampridio, nanos, nanas, moriones, vocales, exoletos & omnia acroamata & pantomimos populo donauit. Plinius in Epist. ait: Interdum acroamata audiebamus, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur. Augustus Imp. & ad communionem sermonis tacentes, vel summissim (id est summissa & depressa voce) fabulantes prouocabat, & aut acroama & histriones: aut etiam triuiales ex circo ludos interponebat, ac frequentissimè aretalogos: teste Sueton. Aretalogus autem non tàm videtur à virtute dici, quæ ἀρετὴ vocatur, quàm ab ἀρετὸς, id est, gratus & placens, qui narrationes & fabellas, acroamataque auribus auditorum gratâ loquitur: proinde & nugatores eo etiam nomine & garruli censendi, cùm sæpè vsu veniat, vt scurræ illi nugentur & garriant?

An Christianos deceat inter epulandum de rebus grauibus, & diuinis sermocinari.

Porrò si veteres illi philosophi veræ philosophiæ sapientiæq; ignari ac imperiti non in Scholis tantùm, sed etiam in triclinijs de rebus grauibus atque serijs, ad benè beateq; viuendum pertinentibus, & de literis atque artibus liberalibus disserere fuerunt soliti, disserendumque esse censue-

runt: quantò magis nos Christianos veræ solidæque sapientiæ cognitione imbutos decet in nostris symposijs sermones inter nos conferre graues, honestos, pios, religiosos, qui ad ædificationem, vt Apostolus Paulus loquitur, hoc est, partim ad Dei gloriam, partim ad mutuæ fidei, spei, charitatisq; confirmationem spectent. Et tamen sunt nonnulli, qui omnem sermonem de Deo, de religione, de rebus diuinis, sacris atque cælestibus, de Christiani hominis officio in conuiuio valdè indecorum, eiq; minimè conuenientem esse existiment. Itaque vt olim nonnulli philosophiæ illi humanæ: sic hodie plurimi Christianorum diuinæ illi nostræ atque cælesti philosophiæ, hoc est, Theologiæ in conuiuijs nullum volunt locum esse relinquendum. Sales tantùm, iocos atque dicteria non modò leuia, nugatoria atque ridicula, verùm etiam blasphema in Deum, atque contumelioſa in proximum in conuiuijs volunt locum habere.

NOTA.

Christi sermones cõuiuiales cuiusmodi.

Verũ longè alia fuit summi illius nostri sapientissimiq; magistri atq; Domini nostri Iesu Christi mens, sententia ac consuetudo. Is namq; teste Euangelica historia, non modò in templo, in scholis siue synagogis, aliisq; in locis, verùm etiam in triclinijs, in ipsa mensa non dubitauit, cùm huiusce vitæ piè honestęq; transigendæ, tùm æternæ illius adipiscendæ optima saluberrimaq; præcepta tradere. Illos itaque à quibus cibo potuq; corporeo atq; caduco pascebatur, ille vicissim nectare atque ambrosia illa cælesti atq; æterna, hoc est, verbo suo optimè fidelissimeq; pauit: Fuerunt autem hi illius sermones, partim διδασκαλικοὶ: partim ἐλεγκτικοὶ: partim etiam παραμυθικοὶ. Sic in conuiuio illo, quo à Pharisæo quodam fuit exceptus, vt Luc. 11. scriptum est, Pharisæorum hypocrisim, fictam simulatamq; pietatem, φιλοτοκαδοξίας, honoris atq; gloriæ popularis cupiditatem, extremam deniq; impietatem, improbitatemq; magna cum parrisia reprehendit atq; culpauit, illisq; diuinam vindictam denunciauit. Fuerunt ergo hi illius sermones conuiuiales ἐλεγκτικοὶ.

Idem, vt Lucas scribit cap. 14. cum apud quendam ex primoribus Pharisæorũ die Sabbati cibum cepisset, multos ibi habuit sermones pios atq; vtiles. Nam primo quidem cum hydropicũ quendam sanare vellet, idq; animaduertisset Pharisæis atq; legis interpretibus vehementer displicere, existimantibus facto illo Sabbati religionem violari, huiusmodi illis problema proposuit: Εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν, id est, Liceatne sabbato sanare? Illis autem tacentibus, Christus ægrotũ illum sanauit, simulq; huiusmodi interrogatione falsam illorum opinionem refutauit. Quis est vestrum, qui si ipsius asinus aut bos in puteum incidat, non statim extrahat eum die Sabbati. Huiusce ille suæ interrogationis seu argumentationis validissimæ, quæ fuit à minori ad maius, laqueo ita illos impeditos tenuit, vt nihil quicquam respondere potuerint. Habes heic illustre exemplum problematum atq; interrogationum conuiuialium, quæ olim in symposijs valde fuerunt vsitatæ, quibus Christus docuit Sabbatum non tam otio atq; cessatione ab operibus, quàm charitatis officijs sanctissimè coli, atq; ita legis diuinæ vim atq; sententiam contra peruersam atq; propositam Pharisæorum interpretationem egregiè explicauit.

Deinde parabola cuiusdam, qui cùm ab initio supremũ locum occupasset, postea honoratiori cedere coactus, à conuiuij domino in postremum locum detrusus fuerat, docuit & speciatim in conuiuijs φιλοτοκλισίαν non esse affectandam, vt à Pharisæis & Legis doctoribus fieri viderat: & speciatim φιλοπρωτείαν καὶ κενοδοξίαν, id est, primatus atq; gloriæ amorem fugiendum, humilitatiq; studendum esse, addita præclara hac sententia seu epimythio: Omnis enim qui semetipsum extollit, deprimetur: quiq; semetipsum abijcit, humiliter submisseq; gerit, is extolletur.

Præterea alio sermone, quem ad conuiuatorem dirigit, docet non modò amicos, fratres, cognatos, vicinos, diuites spe ἀνταποδόσεως, id est retributionis, sed pauperes, claudos, mutilos, cæcos, à quibus nulla spe est compensationis in hoc mundo, nobis ad epulas esse inuitandos. Multi namq; conuiuijs conuiuia, gratia, fauorem, honores, opes aucupantur: cùm potius religioni magis sit consentaneum conuiuijs pauperum sitim, famem, inopiamq; subleuare. Adhæc cum quidam conuiuarũ ex postremis illis Christi verbis: Retribuetur tibi in resurrectione iustorum: arrepta occasione exclamasset: Beatus qui comedet panem in regno Dei: Christus alia rursus parabola ab ipsis conuiuijs sumpta, & Dei erga Iudæos clementiã atq; benignitatem, & Iudæorũ contra insignem erga Deum ingratitudinẽ atq; contumaciam: & deniq; cum Iudæorum repudiationem, tùm gentilium ad fidem, religionemq; veram vocationem conuersionemq; egregiè depinxit. Porrò Lucas cap. 7. suæ historiæ mentionem facit alterius conuiuij, quo Christus à Pharisæo quodam, Simone nomine fuit exceptus. In

ptus. In illo quoq; Christus minimè mutus & elinguis sedit, sed occasione mulieris illius peccatricis, quæ illius pedes preciosissimo vnguento perfuderat, capillitioq; suo absterserat, multa præclara verba fecit de mutua Dei hominumq; dilectione, de peccatorũ remissione, de officijs hospitalitatis, &c. Sed in primis vltima illius cœna, quam cum charissimis suis discipulis iniuit, plena refertaq; fuit multis sapientissimis, saluberrimisq; sermonibus, quos & Lucas. cap. 22. & Ioannes capitibus aliquot copiosissimè descripsit. Quibus quidem Christus discipulos suos partim veræ religionis mysterijs, vitaq; piè honesteq; degendæ præceptis instruxit: partim illorum superbiam & ambitionem repressit: partim denique solatijs ceu antipharmacis aduersus futuras calamitates præmuniuit.

Huiusmodi Christus conuiuialibus sermonibus vsus est verè philosophicis, hoc est, pietatis sapientiæq; plenissimis, cum omnem ille homines ea, quæ ad illorum salutem faciunt, docendi occasionem aucuparetur. Hoc itaq; Christi exemplum cùm omnes Christianos, tùm verò atq; in primis Ecclesiæ ministros atq; doctores imitari decebat, dareq; operam, vt non modò in templis ac pro suggestu, verumetiam in ipsis symposijs, quauis data & oblata occasione, homines officij sui commonefacerent, ad pietatem incitarent, ab impietate omni improbitateq; reuocarent, rudes & imperitos docerent atq; instituerent, miseros & afflictos consolarentur pulcherrimis sententijs, historijs, exemplis ex sacrarum literarum penu depromptis. Huiusmodi reliquorum quoq; conuiuarum colloquia mutua in symposijs esse debebant, cuiusmodi sanè primitiuæ Ecclesiæ Christianos in Agapis suis vsos fuisse legimus. Ita fabulantur, inquit Tertull. in Apolog. cap. 39. vt qui sciunt Dominum audire, hoc est, sermones inter se conferunt, castos, pudicos, pios, religiosos, quorum nouerunt se auritum habere testem ipsum Deum cuncta videntem atq; audientem. Facit ibidem mentionem cantionum atq; precationum, quæ Agapas illas antecedere atq; consequi solebant. *Sermones epulares Christianorum prisci sæculi.*

Ab huiusmodi cùm Christi, tùm Christianorum primogeniæ Ecclesiæ sermonibus conuiualibus quantum discrepent nostri sermones conuiuales, quotidiana experientia satis testatur. Erant illi graues, modesti, casti, pudici, pij, religiosi, nostri contrà sunt leues, nugatorij, mendaces, scurriles, turpes, obscœni, blasphemi, contumelioſi, quibus Deus pariter atq; homines grauissimè offenduntur. Sanctè profectò veteres Hebræorum sapientes dixerunt eos, qui in conuiuijs sermonem de rebus diuinis non habent, perinde se habere, ac si de sacrificijs mortuorum comederent. Contrà habere, qui Dei verbum, legem & diuinæ sapientiæ opera celebrant, super hos quiescere diuinitatem, & non secus eos habere, atq; si de mensa ipsius Dei comederent. Contrà hodie plærique Christianorum sacrum sermonem planè ὀψοφαγοδιόνυσον, conuiuijs minimè cõuenire existimant, quem si quis inferat, illum ceu hominem inciuilem, rusticum & agrestem explodunt atq; subsannant. Tametsi, proh dolor, tanta est hodie nostrorum conuiuiorum luxuria atq; intemperantia, vt si quis sacrum aliquem & diuinum sermonem ijs inferat, ille tanquam margaritas canibus atq; porcis obijciens, reprehensione dignus esse videatur. Minimè etiam hîc videtur silentio prætermittenda Chrysostomi oratio in Homil. 13. in Epistolam ad Romanos: Et vtinam, inquit, in tabernis vinarijs, in comessationibus & balneis, imò & vbiq; de gehenna disputaretur. Non enim sinet in gehennam incidere, gehennæ meminisse. Propter hoc ipsum quippe illam & parauit & minatus est, ne in eam incidamus, timore ipsius meliores facti.

Porrò illum quoq; antiquorum morem fuisse legimus, vt non modò ipsi conuiuæ sermones inter se conferrent, sed etiam anagnostæ siue lectores adhiberentur, qui antiqua quædam literarũ monumenta conuiuis auscultantibus legerent, eorum animos iuuandi oblectandiq; gratia. Hinc Plin. lib. 1. Epist. ad Erucium: Audisses, inquit, Comœdum, lectorem vel lyristem, vel quæ mea liberalitas, omnes. Seneca loquens de Calphisio Sabino in conuiuijs illum dicit habuisse seruos literatos ad pedes, vt versus, quos referret, subministrarent. Hi Grammatici analectæ fuerunt dicti. Nec verò legere tantùm, verumetiam excerpere aliquid & adnotare solebant viri docti apud Romanos inter epulandum: quod vtrumq; Plinium facitasse legimus, aliosq; non paucos. Hinc Persius Satyr. 1. *Lectisternia vel terum inter epulandum.*

Non quicquid denique lectis, scribitur in citreis. Id est, Discubitorijs.

Et Horat.
Mutauit mentem populus leuis, & calet vno
Scribendi studio puerique patresque seueri
Fronde comas vincti cœnant & carmina dictant.

Plinius lib. 3. epist. 5. de auunculo suo: Mox quasi alio die studebat in cœnæ tempus, super hanc liber

legebatur, adnotabatur & quidem cursim. Memini quendam ex amicis, cùm lector quædam perperam pronunciasset, reuocasse & repeti coëgisse, huic auunculum meum dixisse, intellexeras? nempe cùm ille annuisset, cur ergo reuocabas? decem amplius versus hac tua interpellatione perdidimus: tanta erat parsimonia temporis. Alexander Seuerus interdum inter epulandum, sæpius tamen finito conuiuio vel ipse aliquid legere vel cæteris legentibus benignas aures præbere consueuerat: vt testis est Alex. ab Alexand. De eodem sic scribit Ælius Lampridius: Cum inter suos conuiuaretur, aut Vlpianum, aut doctos homines adhibebat, vt haberet fabulas literatas, quibus se recrearì dicebat & pasci. Habebat cum priuatim conuiuaretur, & librum in mensa & legebat, sed Græca magis: Latinos autem poëtas lectitabat. Cicero ad Atticum: Hunc lego conuiuis tuis, sed si me amas, hilaris & benè acceptis. Et paulò post: Non assequor, vt scribam, quod tuæ conuiuæ non modò libenter, sed etiam æquo animo legere possint. Tiberius similiter ex lectione quotidiana quæstiones discutiendas proponebat: & Adrianus Comœdias, lectores atq; poëtas conuiuijs suis adhibuit, qui aliquid recitarent, quod animum post conuiuia recreare posset, eodem teste. Cõmemorabile quoque est illud quod Cornelius Nepos de T. Pomponio Attico memoriæ prodidit: Nemo, inquit, in conuiuio eius aliud ἀκρόαμα audiuit, quàm anagnosten, quod nos quidem iucundissimum arbitramur. Neq; vnquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum est, vt non minus animo, quàm ventre conuiuæ delectarentur. Pythagoricos quoq; post conuiuium sacrificia adhibuisse & lectionem, testis est Iamblichus. Varro, teste A. Gellio lib. 1. cap. 22. In conuiuio nec omnia legi debere dixit, & ea potissimum, quæ simul sunt βιωφελῆ, & delectent potius, vt id quoq; videatur non superfuisse. Pertinax Imp. cùm sine amicis cœnaret, adhibebat vxorem suam & Valerianum, vt cum eodem qui docuerat, fabulas literatas haberet, teste Iul. Capitol.

Lectiunculæ sacræ Christianorum priscorũ inter epulas.

Hunc morem secuti sunt Christiani primitiuæ Ecclesiæ, adhibitis inter cœnandum sacræ scripturæ lectiunculis. Hinc Augustinus epist. 109. ad monachas & in libello de Communi vita sacerdotum: Cur accedetis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu, sine contentione audite, ne solæ vobis fauces cibum sumant, sed & aures esuriant Dei verbum. Idem in Sermone, quem in cap. Ieiunij habuit, à fidelibus contendit, vt lectionem sacrarum literarum conuiuijs loco aleæ ac tesserarum adhiberent. Hac Augustinum ferunt plus, quàm epulis fuisse delectatum, quæ in monachorum contubernijs atque collegijs olim vsitatissima fuerat, quam Augustinus epist. 109. monachis maximè commendat. Sidonius in epist. ad Industrium: Vectij viri illustris vitæ morumque consuetudinem describens, inter alia: Inter hæc, inquit, sacrorum voluminum lectio frequens, per quam inter edendum sæpius sumit animæ cibum, Psalmos crebrò lectitat, crebrius cantat, &c. Extat Canon 44. distinct. quando autem. Conuiuium clericorum debet præcedere mensæ benedictio, intra mensam lectio, post mensam gratiarum actio. Hoc Polydorus Virgilius ex Seruatoris nostri instituto profectum existimat, qui cùm aliâs sæpius inter edendum docere consueuit, tùm postremò inter cœnandum discipulos vescentes de consummatione omnium ferè mysteriorum religionis docuit, vt Matth. 26. abundè refert. Vnde patres, vt memoriam frequentarent tàm salutaris instituti, hunc sacræ scripturæ in mensis legendi ritum iam inde ab initio introduxisse videntur. Similem morem memini me Tubingæ aliquot ante annos vsurpari vidisse in collegio stipendiariorum principis illustrissimi VVirtembergensis, cui M. Samuel Heylandus, vir insigni doctrina pietateque præditus, præceptor & amicus meus obseruandus, iam per multos annos summa cum laude vtilitateque præfuit. Singulis ibi ferculis sacræ scripturæ lectio interponitur. Idem quoq; fieri solet Lipsiæ in Collegio Paulino, vbi cæteris studiosis prandium cœnámue sumentibus, vnus pulpitum ascendit, & aliquot è S. Biblijs capita legit: quæ quidem à principio vsque ad finem ordine hoc modo legi consueuerunt. Idem quoque in ludis literarum Lutetiæ fieri solet, vt cæteris prandentibus aut cœnantibus, vnus pulpitum conscendat, legatque aliquot virorum doctorum Commentarios. Cornelius tamen Celsus à cœna intensam cogitationem non esse tutam asserit, quia & medicorum placita decernunt non esse inter edendum laborandum. Proinde tunc intendere lectione animum fortè non parum esse nioxium quis censueris.

M. Samuel Heylandus.

DE MORE QVORVNDAM POPVLORVM CONSVLTANDI INTER POCVLA. QVO TEMpore cœnæ, sermonibus sit indulgendum. De vocis risusq; moderatione: clamores, alios q; sonos inciuiles & indecoros esse vitandos. Ea quæ dicta aut facta sunt inter epulas, non temerè esse eliminanda.

CAPVT XIX.

OBSERVANDVM porrò consultationes quoq; seu deliberationes olim à gentibus quibusdam inter pocula agitari fuisse solitas, ita vt illorum triclinia βυλευτήρια, συνεδρια, siue curiæ quædam esse viderentur. Atq; hunc quidem Persarum olim fuisse morem multi veterum historicorum testantur. Xenophon illos refert temulentos de rebus bellicis consultasse, vt quisq; vino cordatior factus suum de Repub. consilium liberius referret: altero tandem die, quid facto opus esset, decernebant. Plutarch. Sympos. lib. 1. Proble. 9. hanc non minus Græcorum, quàm Persarum antiquam fuisse consuetudinem, testimonijs quibusdam probat. Ac primò quidem Græcum fuisse illum dicit, cuius hæc sunt verba: Consultationes inter epulandũ

γαστρὸς ἀπὸ πλείης βουλὴ καὶ μῆτις ἀμείνων. *Id est,*
Consilium melius capietur ventre repleto.

Græcus quoq; cum Agamemnone Ilium obsidentibus, dum ederent ac biberent:

Ὁ γέρων πρῶτος φρεσὶν ἀφάνειν ἤρχετο μῆτιν. *Id est, Cœpit.*
Consilium sapiens primus tum texere Nestor.

Et hac quidem ipsa de causa auctor regi fuit, vt viros sapientia præstantissimos ad conuiuium inuitaret.

—— λαῖτυ λαῖτα γέρουσι
Πολλὰν ἀχρομένοις, τῷ πείσεαι, ὄφρα κεν ἄριστην
βουλὴν βουλεύσῃ. *Id est,*
Tu cœnam senibus præbe,
Collectis multis, qui consules optima parè.

Suasit itaq; Nestor Agamemnoni Græcorum in bello Troiano regi, vt accersitis senioribus, de afflictis Græcorum rebus in symposio consuleret.

Præterea plurima bona & antiqua Græcorum instituta à vino sua habuisse initia docet. Nam & Cretensium Andria & Spartanorum Phiditia, βουλευτηρίων ἀπορρήτων καὶ συνεδρίων ἀειποτε πρωτὴν τάξιν ἔσχε, *id est*, Quondam conciliabulorum arcanorum, & consessus optimatum vini locum q; obtinebant. Tale quoq; φρυτανεῖον καὶ ἀθεσμοθέτιον videtur fuisse. Eodem quoq; referendus νυκτερινὸς σύλλογος τῶν ἀρίστων καὶ πολυπειροτάτων ἀνδρῶν, *id est*, Conuentus nocturnus virorum principum, ac Reipub. gerendæ peritissimorũ apud Platonem, in quem res maximi momenti considerationeq; dignissimi reijciuntur. Idem præterea probat consuetudine illa Græcorũ trita quà vltimo Mercurio libant, cum iam corpora dare somno *Est animus.* Od. n. Coniungunt itaque cum vino rationem, quando ὡς παρόντι καὶ συνεπισκοποῦντι τῷ φρονιμωτάτῳ θεῷ ceu præsenti & vnà dispicienti prudentissimo Deo vota faciebant, iam discessuri. Denique antiquissimi ipsum Bacchum, tanquam Mercurio minimè indigentem, Βουλῆ, *id est*, bonum consiliarium, & noctem Σωφρόνην quasi prudentiæ aptam appellarunt. Hæc Plutarchus de Græcorum consultationibus conuiualibus.

Eustath. in illa Hom. Ιλ. ι. Δαῖτυ λαῖτα γέρουσι, &c. hæc annotat notatu dignissima: ὅρα ὅπως τὰ τῶν ἡρώων ἀεὶ συμπόσια σπουδαῖα ἦσαν, ὡς μυρίαις δηλοῦσιν οἱ σοφοὶ οἱ συναγόμενοι τὰ σπουδῆς ἄξια παρ' οἶνον βέλτιον. ὡς γὰρ φάσιν οἱ παλαιοὶ, ῥᾷον ἑαυτῷ ἐν οἴνῳ ἔσται, ὅ καὶ ὁ κωμικὸς φησι. Τὸν νοῦν ἐν ἀρδω, καὶ λέγω τι δεξιὸν, καὶ ἡ τῶν ὁμοτραπέζων δὲ φασὶ κοινωνία, φιλοποιὸν ὄζει. Vide quàm honestæ atq; frugales fuerint Heroum cœnæ, vt sæpissimè id testantur sapientes, qui conuenientes de rebus grauibus atq; seriis inter pocula consultabant. Nam, vt aiunt veteres, nobismetipsis faciliores mitioresq; sumus in vino, id quod etiam Comicus testatur, cum inquit: Vt mentẽ irrigem, & dextri quid eloquar: deinde conuiualis consuetudo amicitiæ conciliandæ vim

obtinet. Addit deinde Persarum atq; Rhodiorum exemplum. Nam & Persæ bibentes quidem deliberant, sobrij autem decernunt: & Rhodiorum lex summis magistratibus imperabat, συσσιτεῖν τὰς ἀεί τινας περὶ τῆς ἑωθινῆς παρασκευῆς βουλευσομένους, id est, conuiuia simul inire deliberandi gratia de ijs, quibus manè facto opus esset. Non igitur, addit ibidem, Græci cõuenientes ad ebrietatem vsq; bibebant, ἀλλ' ὅσον τὸ κοινωνικὸν συντηρῆσαι τὰ περὶ αὐτὰ βουλεύοντες, id est, sed societatis conseruandæ gratia de rebus serijs atq; honestis consultantes.

Porrò Bactrianos quoq; inter pocula de bellis consultasse, necnon fœdera contraxisse, testis est Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 21. Rhodij lege cauebant, vt proceres eorum quod manè facere expediret, de eo vnà prius conuiuati deliberarent. Brachmannos quoq; Indorum Philosophos inter scyphos de grauissimis rebus consilia inire fuisse solitos legimus.

Idem de Germanis antiquis testatur Corn. Tacitus, his verbis: Sed & de reconciliandis inuicem inimicis & iungendis affinitatibus & adsciscendis principibus, de pace denique & bello plerunq; in conuiuijs consultant, tanquã nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta, nec calida, aperit adhuc secreta pectoris licentia ioci. Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retractatur, & salua vtriusq; temporis ratio est. Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt. Hæc ille. Antiquum hodiè obtinere Germanos quotidiana experientia facit manifestum.

An inter pocula consultandũ.

Porrò recténe fecerint illi qui παρὰ πότον, id est, inter pocula consultarunt, Plutarchus quærit lib. 7. Sympos. Probl. 10. Ac primò quidem rationes afferuntur, cur ab huiusmodi consultationibus in vino abstinendum esse videatur. Ratio enim tanquam oculus in humido fluctuante, δυσκινητον ἡμῖν καὶ δυσεργὸν ὄντι, id est, agitare sese commodè nequit, estq; ineffica x. Deinde quicquid nobis est molestum, id quasi reptilia à sole, exagitatum vndiq; & sese proferens animi iudicium reddit σφαλὲς καὶ ἀκατάστατον, id est, lubricum & inconstans. Præstat igitur animum in quiete conseruare, omni motu, agitationeq; liberam atq; solutam. Aut si id fieri nequit, quemadmodũ pueris, qui quietis sunt impatientes, non gladios aut hastas, sed crepitacula & pilas, quibus ludant, porrigimus: vtq; Bacchus ferulam ebrijs tradidit, leuissimum telum, & mollissimũ ἀμυντήριον, id est, defensionis instrumentum, quod cum celerrimè ferit, minimum nocet: Ita ebrijs non tragicæ quædã graues q; quæstiones, sed leues atq; ridiculæ sunt proponendæ.

Præterea cùm in omni consultatione id maximè requiratur, vt imprudens rerumq; imperitus, prudentes rerumq; experientia præditos sequatur ijsq; assentiatur, id ebrius certè minimè faciet, vino hoc illi faciendi potestatem adimente. Illud namq; hominum animos vana quadam & inani persuasione opinionibusq; implet, ita vt sibijpsis non modò nobiles, pulchri, diuites, verumetiam omniũ sapientissimi esse videantur. Vnde rectè Plato οἶνον voluit dictum ἀπὸ τοῦ οἴεσθαι νοῦν ἔχειν. Hinc itaq; fit, vt intempestiua quadam & importuna garrulitate, animiq; elatione in transuersum rapti, dum se omnibus alijs dignitate auctoritateq; præire existimant, audiri potius, quàm audire, & regere seu ducere potius, quàm sequi alios velint.

Aliæ contrà sub Nicostrati persona rationes afferuntur ad probandum consultationibus inter pocula locum esse debere. Quæ quoniam non ita magni, vt priores, sunt momenti, illas hîc libens prætermitto.

Vna illarũ est quod vinũ est τῆς παῤῥησίας καὶ δι' αὐτὴν ἀληθείας γνωμαστικόν, id est, libertatis dicendi, & per eam veritatis fœcundissimũ: quæ si absint, nihil peritia, nihil iudicij solertia prodest. Hinc antiqui Dionysium ἐλεύθερον καὶ λύσιον, id est, à liberandi ac soluendi vi & potestate appellarunt, eiq; magnam vaticinandi facultatem adscripserunt, non, quod Euripides dixit, ob debacchationes & furores, sed quod seruilem metum, & seruitutem eximens, eaq; animum liberans, homines inter se veritate dicendiq; libertate vti doceat. Huiusmodi ferè argumẽtis Plutarchus probare nititur consultationes de rebus grauibus atq; serijs non esse ἀπροσδιονύσους.

Quod si Christianorum conuiuia talia essent, qualia esse debebant, hoc est, temperantia, moderata atq; frugalia, non modò sermocinationes, verumetiã deliberationes de rebus vel ad Ecclesiam atq; religionem, vel ad Rempub. pertinentibus in ijs agitari conuenientissimum sanè vtilissimumq; foret. Nunc verò ita se plerig; in illis immoderato cibo potuq; ingurgitant atq; obruunt, vt nullus amplius inter illos rationi, iudicio atq; consilio sit locus relictus, temeritate, audacia, garrulitate, furore atq;

rore atq; insania omnia occupante. Fit tamen sæpenumero, vt cibo multo potioneq; completi atq; distenti, quando, vt rectè dixit Cicero, ne mente quidem rectè vti possumus, de rebus arduis, vt sacris, politicis iudicium ferre conentur. Sic Persius quoq; Satyr. 11. sui seculi homines reprehendit, quod inter ipsa pocula ebrij & cibo pleni, ac proinde iudicio rationeq; carentes non dubitarent de pœmatis ferre iudicium, bonáne an mala essent, disputantes. Sic enim ait:

——Ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi, quid dia pœmata narrent.

Idem quoque Horatius improbat his verbis:

Discite non inter lances mensasque nitentes
Cum stupet insanis acies fulgoribus, & cum
Acclinis falsis animus meliora recusat.
Verùm heic impransi mecum disquirite, &c.

Porrò cùm in conuiuijs partim seria, partim ioci versentur, quomodo ioci serijs temperandi, & contrà: ipsumq; conuiuij dominum vtrisq; se accommodare oporteat, vide Plutarch. Sympos. Prob. 4. Atq; hæc de materia sermonum conuiualium sint dicta, &c.

Nunc de tempore quædam dicamus, quo illi potissimum videntur habendi. Apud Homerum legimus conuiuas cum silentio cibum potumq; capientes, vt Athen. lib. 5. annotat, finita demum cœna sese ad sermones, colloquiaq; mutua conuertisse. Huiusce consuetudinis plurima apud illum poëtam exempla occurrunt. Il. β.

Αυτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔον ἔντο
τοῖς ἄρα μύθων ἦρχε γερήνιος ἱππότα Νέστωρ.

Hortatur autem duces, vt congregato exercitu acies instruant. Il. ν.

Αυτὰρ ἐπεὶ πόσιος, &c.
τοῖς ὁ γέρων πάμφρων ὑφαίνειν ἦρχε μήτιν
Νέστωρ. Suadet Græcis, vt castra muro fossaq; cingant. Il. ι.
Αυτὰρ ἐπεὶ πόσιος, &c. τοῖς ὁ γέρων ——Νέστωρ.

Suadet Agamemnoni, vt Achillem sibi infensum donis placet. Il. λ.

Τὼ δ' (Nestor & Machaon) ἐπεὶ οὖν πίνοντ' ἀφέτην πολυαγρέα δίψαν
Μύθοισι τέρπεσθ' ἀμοιβαδὶς ἀλλήλους ἐνέποντες. Ibidem,
Αυτὰρ ἐπὰ τάρπημεν (ego Nestor, Vlysses, &c.) ἐδητύος, ἦδὲ ποτῆτος
Ηρχον ἐγὼ (Nestor) μύθοις, καλέων (Patroclum & Achillem)
ὔμμ' ἄμ' ἕπεσθαι (in Asiam.)

Plura exempla vide apud eundem, in quibus etiam obseruandum, quod ferè semper senio ac dignitate præstantioribus, vt Nestori, Priamo, primæ dantur dicendi partes. Similia exempla extant apud Apollonium in Argonauticis, vt lib. 1.

——Μετέπειτα (post cibum potumq; sumptum) δ' ἀμοιβάδις ἀλλήλοισι
Μυθεῦνθ' οἷα τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ, καὶ οἴνῳ
Τερπνὰς ἐψιόωνται, ὅτ' ἄατος ὕβρις ἀπείρη.

Ἐψιόωνται, inquit Scholiastes, παρὰ τὴν ἑψίαν, ἥτις ἐστὶ λόγων παιδιά, οἷον ἱστορία τις οὖσα παρὰ τὸ ἕπος. Aliud exemplum vide lib. 1. Αλλήλους δ' ἰρέεινον ἀμοιβάδις. Et lib. 2. Num. 15. & 53. & 55. Item lib. 3. Num. 12.

Plutarchus lib. 5. Symp. ab initio: In compotationibus vrbani atq; belli homines statim à cœna ad colloquium veluti secundas mensas se conferentes, ijs se inuicem oblectant. Id illustrat eleganti simili ducto à nutricum consuetudine. Nam quemadmodum illæ dum cibum infantibus præbent, parùm percipiunt voluptatis: saturatis autem ijs atq; sopitis, ipsæ tùm commodo cibo potuq; fruuntur: Ita animus voluptatum, quæ edendo bibendoq; percipiuntur, particeps fit, corporis appetitionibus nutricis more rituq; inseruiens, eiusq; desyderijs sese accommodans, concupiscentiamq; demulcens: vbi verò illud mediocriter affectum conquieuit, ibi tùm defunctus suo ministerio & negotio vacuus, ad voluptates suas conuertitur, λόγοις διαχυμῶν καὶ μαθήμασι, καὶ ἱστορίαις, καὶ τοῦ ζητεῖν τι ἀκούειν τῷ φιλεῖν, id est, Sermonibus semetipsum pascens atq; oblectans, & disciplinis, historijs, rerumq; excellentium quæstionibus. Ibidem ænigmata quoq; atq; griphos post cœnam proponi fuisse solitos scribit.

Digitized by Google

Aliquando tamen inter epulandum, dum alia atq; alia fercula interuallo quodam temporis apponuntur, sermones & olim habiti fuerunt & hodie quoq; haberi solent. Charmus Syracusius, teste Athenæo, in singula quæ apponebantur, primus versiculos concinnauit & paræmias: teste Cæl. Rhodig. lib. 28. cap. 8.

Orationis porrò indicem cum habeamus vocem, vt Cicero inquit, illius quoq; moderatio in conuiuijs maxime requiritur. Sit itaq; neq; nimis submissa, sed clara & suauis: nec nimis elata. Vocis enim elatio atq; contentio concionibus atq; disputationibus conuenit, non autem conuiuijs, in quibus omnia leniter, mansuetè moderateq; & fieri & dici debent. Huc facit illud Homeri:

Νῦν μὲν δὴ μαινύμβροι τεπαώμεθα μηδὲ βοητὺς ἔστω.

Hoc vtebantur Homeri dicto olim illi, qui in conuiuio, colloquióue familiari à vociferatione immoderata abstinere iubebant. Horat.

Natis in vsum lætitiæ scyphis
Pugnare Thracum est, tollite barbarum
Morem: verecundumq; Bacchum
Sanguineis prohibete rixis. *Item,*
Lenite clamorem sodales. *Item Od. 8. lib. 3.*
Procul omnis iste clamor & ira. *Pindarus Od. 9.*

Ησυχίαν δὲ φιλεῖ
Μὶν συμπόσιον, νεοθαλὴς δ' αὔξεται
Μαλθακᾷ νικαφορεία σὺν ἀοιδᾷ.
Θαρσαλέα δὲ παρὰ
Κρητῆρα φωνὰ γίνεται. *Hoc est:*
Tranquillitatem autem amat
quidem conuiuium, & recenter florens
Victoria augetur molli cum cantu.
Audax autem apud craterem est vox.

Clemens Alexand. lib. 2. Paed. cap. 7. Σώφρονι δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ φωνῇ μεμετρημένον. *Et paulò antea: Vtergq; qui differit vocem suam metiatur iusta proportione, atq; moderatione.* τὸ γὰρ μεγαλόφωνον τῆς προφορᾶς μανικώτατον. *Elatus enim clamor pronunciationis res est insanissima. Addit: Cum proximis autem ita loqui, vt non audiaris, eius est qui nullo sensu est præditus: neque enim audiet. Est hoc quidem ἀγεννείας, id est, pusilli & abiecti animi: illud autem ἀυθαδείας, id est, audaciæ arrogantiæq; signum.* Αλλὰ καὶ τὸ τεθρυμμένον τῆς φωνῆς θηλυδρίαν, *id est, Vox fracta & eneruata fœminæ propria est vitanda. Sed neq; ἐσχαλάσας καὶ συνδιωκομένως, id est, volubiliter & præcipitanter colloquendum,* τὰς τε ἀκαιρεβόας καὶ τὰς κεκραγότας ὄπισθομισέον, *id est, importunis vociferatoribus & exclamatoribus os obstruendum. Hæc ille de vocis moderatione.*

Et tamen hodie Christianorum hominum conuiuia atq; triclinia vocibus seu potius vociferationibus atq; clamoribus non modò ineptis, inciuilibus atq; indecoris, verùm bestialibus planè atque furialibus personant, ita vt non hominum voces, sed potius vel canum latratus, vel luporum vlulatus, vel suum grunnitus, vel denique aliarum bestiarum atque ferarum voces esse videantur. Harum autem causa est Bacchus, vnde rectè illum ἀπὸ τῦ βαχεῖν, quod vlulare & incondité clamare significat, Eustathius dictum esse voluit: & eandem ob causam ἐυβεγιὸν & ἐυβρυίτην fuit à Græcis appellatus: secundum etiam illud Solomonis: Vbi væ, vbi rixæ, vbi clamor, tumultus, &c.

NOTA.

Huc quoq; referenda est risus inciuilis, immodestus, turpis, & inhonestus, qui plærunq; in conuiuijs dominatur, ex vino & ipse immoderatè hausto proueniens: secundum illud Ouidij:

Risus moderatio.

Cura fugit multo, diluiturque mero:
Tunc veniunt risus, &c.

Quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat, atque ita repentè erumpat, vt eum cupientes tenere, nequeamus: & quomodo simul latera, os, venas, vultus, oculos occupet, viderit Democritus: neque enim ad hunc sermonem hoc pertinet, & si pertinere, nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi quidem illi scirent, qui pollicentur, inquit Cicero lib. 2. de Orat. Est quidem risus

homini

Digitized by Google

homini proprius, vnde etiã homo ζῷον γελαστικὸν, id est, animal risibile seu ridendi facultate prædi tum, definitur. Verùm vt aliæ facultates naturales: ita hæc quoq; modo rationeq; est frænanda. Et hoc est quod Clemens Alexand. inquit lib. 2. Pæd cap. 5. ἁπλῶς γὰρ ὅσα φυσικὰ τοῖς ἀνθρώποις ὄντα, ταῦτα οὐκ αἰτιατέον ἐξ ἀνθρώπου λείπειν· μᾶλλον δὲ μέτρον αὐτοῖς καὶ καιρὸν ἐπιτηδευτέον προσφέροντα, id est, Omnino enim quæcunque hominibus à natura insunt, illa non sunt ex illis tollenda, nec etiam tolli possunt, sed modus potius ijs est atq; tempus opportunum adhiberi conuenit. (Hinc Menander dixit: γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς, λοιμὸν κακόν, id est, Risus intempestiuus mortalibus graue est malum.) Nam quemadmodum equus, licet hinnitus ei sit proprius: non tamen semper hinnit: sic homo quoque, quamuis illius proprium est ridere, idq; illi à natura insitum est atque insculptum: non tamen semper & quauis de causa ridere debet. Risus namque si iusto debitoq; modo proferatur, κοσμιότητα, id est, decorem & honestatem: sin minus ἀκολασίαν, id est, intemperantiam præ se fert. Plato in libro de Legibus ait: In ipso risu maximum inesse signum tùm grauitatis, tùm leuitatis. Nam quia vehementissimus est motus atque impetus natus ex aliqua re, quæ videtur subturpis ac planè ridicula, videmus quosdam in eo genere ita dissolutè effuseq; ridere, vt modestia in his desideretur. In risu igitur est nota qua grauem & moderatum à leui atque stulto facilè possis discernere.

Quæ porrò sit optima risus moderandi temperandiq; ratio, idem Clemens Alexand. pluribus docet. Ac primò quidem ipsum risum non nimis intentum, effusum, immoderatumq; esse debere docet: ac proindem duplicem risum statuit: Alium quidem ἐμμελῆ, σύντονον καὶ σωφρονα, id est, concinnum atque moderatum, quem Græcis vult dici μειδίαμα, quem definit τὴν καθ' ἁρμονίαν τοῦ προσώπου καθάπερ ὀργάνου, κόσμιον ἄνεσιν, id est, Vultus tanquam alicuius instrumenti decori & concinnam remissionem. Ita appellata est diffusio & exhilaratio, & risus eorum, in quorum vultu residet modestia. Alius verò risus est ἐκμελὴς τοῦ προσώπου ἔκλυσις, id est, immoderata & inconcinna vultus dissolutio (vnde risus solutus ab Horatio dicitur) quæ si sit in mulieribus, Græcè appellatur χιχλισμὸς, vnde forsan nostrum vernaculum Gichlen *) qui est γέλως πορνικὸς, id est, risus lasciuus ac meretricius: vel est in viris, & καγχασμὸς, id est, cachinnatio appellatur, qui quidem γέλως ὅταν μυκτηριώδης καὶ ὑβρίζων, id est, risus procorum insolens & petulans. Καγχασμὸς Latinè cachinnus risus est solutior, à καγχάζομαι, id est, solutè rideo vel à sono vocis per onomatopœiam, quod & Porphyrio tradit. Decachinnamur dixit Tertullianus pro deridemur. Persius Satyr. 1.*

Sed sum petulanti splene cachinno.

Nam splen siue lien risus atq; iocorum est sedes, vt tradit Plin. lib. 11. Nat. hist. Præcipit Seneca; vt risus noster sit sine cachinno. Ab Apuleio risus immodicus & solutior festiuè admodum cachinnabilis appellatur. Epictetus Philosophus: Risus, inquit, neq; multus sit, neq; ob multa, neq; solutus. Vituperatur cachinnatio quamuis ridere concessum sit, inquit Tullius, &c. Ecclesiastes cap. 7. Melior est indignatio risu: quia tristis vultus pariet lætum cor. Et paulò post: Qualis est sonus spinarum sub olla, talis est risus stulti: id quod etiam est vanum. Et cap. 21. Stultus autem in risu exaltat vocem suam: Vir autem astutus (id est, prudens) vix sensim subridebit. Hoc est, Stultus sonoros cachinnos edit, sapiens autem verecundè subridet: secundum illud tritum:

Per risum multum debes cognoscere stultum.

Huic simile est illud poëtæ:

Πάντας δ' ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοὺς αἰσθητοὺς ὄντας
Καὶθ' ἁπαλὸν γελάσαι, καὶ ὀρχήσασθαι ἀνώγει.

Id est,

Omnes autem stultos, vt vno verbo dicam, vinum
Et ridere iubet molle, & saltare lubenter.

Sed neq; rursus, inquit Clemens, oportet esse tristem, sed grauem & cogitantem. Sed ipsum quoque risum temperatũ regere oportet, & si de rebus turpibus fuerit, ἐρυθριάντας μᾶλλον ἢ γελῶντας φαίνεσθαι, id est, erubescere potius videri, quàm subridere, ne illis assentiri atq; lætari videamur. Si autem de rebus molestis fuerit, tristitiæ potius, quàm lætitiæ speciem præ nobis ferre debemus. Illud enim est humanum, & λογισμῶ τεκμήριον, id est, considerationis humanæ argumentum illud autem crudelitatis suspicionem adfert. Ergo neq; semper est ridendum, neq; omnibus, neq; apud quoslibet, neq; propter omnia, neq; omni in loco, sed diligens & acurata est & personarum &

rerum, & loci & temporis habenda ratio. Vt autem non est effuse, effrenatè inconsideratéq; ridendum: ita nec risus mouendus atq; captandus, vt idem philosophus Christianus docet. Μιμηλὲς ἀνθρώπους γελοίων, μᾶλλον δὲ καταγελάστων παθῶν τῆς ἡμετέρας ἐξελαστέον πολιτείας, id est, Rerum ridicularum, seu affectionũ potius imitatores ex Repub. nostra sunt exterminandi. Nam cum verba à cogitatione atq; mente promanẽt, verba certè ridicula à moribus ridiculis proficiscuntur. Καρπὸς γὰρ τῆς διανοίας ὁ λόγος, id est, sermo enim est fructus mentis. Quod si ridiculorum nos ne auditores quidem esse conuenit, multò minus imitatores. Et multò adhuc est absurdius, aliquem semetipsum ridiculum præbere, hoc est, probris, irrisioneq; dignum. Res omnium preciosissima in nobis est λόγος, id est, sermo siue ratio: est ergo valdè à ratione alienum, orationem, rationémue ludibrio exponere. Quamobrem χαριεντιστέον, ἀ γελοτοποιητέον, id est, vrbanè nobis lepideq; est loquendum, non autem risus mouendus. Crudelis & immanis fuit ille C. Caligulæ risus pleneq; Sardonius. Is enim, teste Suetonio, cum lautiore cõuiuio subitò in cachinnos fuisset effusus, consulibus, qui iuxta cubabant, quidnam rideret, blandè quærentibus: Quid, inquit, nisi vno meo nutu iugulari vtrunq; vestrum statim posse. Huiusmodi vtinam non multorum Christianorum essent risus blandi atq; hypocritici, quibus illi amicitiæ beneuolentiæq; speciem præ se ferunt, animis interim suis acerba odia inimicitiasq; fouent, ac cædes, omnisq; generis mala cogitant atq; moliuntur. Idem quoq; cum lugeret Drusillæ obitum, ridere, lauare, cænare cum parentibus, coniuge, liberisue capitale fecit, teste eodem auctore.

Non lachrymãdum facilè.

Vt autem non est temerè in conuiuijs ridendum, ita ne lachrymandum quidem, vt idem Clemens docet cap. 7. χρὴ δὲ καὶ γελῶντα εἰρηνεύειν ἐξαισίων καὶ δακρύων ἀμοιρεῖτον. πολλάκις γὰρ οἱ οἰνωμένοι καγχάσαντες ὅτι πλεῖστον, εἶτα μὴ τοι ὑπήνθησαν ἐκ δίδα ὅπως παροινίᾳ τινὶ ὠδαπεσθόμενοι εἰς δάκρυα. Abstinendum autem est & à risu importuno atq; soluto, & à lachrymis immodicis. Sæpè enim temulenti, postquam in cachinnum magnum eruperunt, deinde rursus nescio quomodo in lachrymas deuoluuntur.

Soni inciuiles.

Huc deniq; referendi multi quoq; alij soni inciuiles, indecori, atq; odiosi, qui vel ore, vel alijs corporis membris ædũtur, quiq; ex nimia plarunq; repletione proueniunt. Vt sunt illi, quorum Terentius in Heauton. meminit:

Inuersa verba, euersas ceruices tuas,
Gemitus, screatus, tussis, risus abstine.

Et Clemens Alexand. lib. 2. Paed. cap. 7. Ποππυσμοὶ καὶ συριγμοὶ καὶ οἱ διὰ τῶν δακτύλων ψόφοι τῆς οἰκετῶν οἱ ἀγοραῖοι, ἄλογοι σημασίαι ὅσαι λογικοῖς ἀνθρώποις ἀκλιτέον, id est, Poppysmata, sibili, digitis expressi soni, quibus famuli accersuntur, cùm sint significationes rationis expertes, hominibus ratione præditis sunt vitandæ. His addit, συνεχῶς ἀποπύειν, χρεμπτεσθαι βιαίως, ἀπομύττεσθαι παρὰ πόδα, id est, frequenter spuere, violentius excreare, & etiam emungere in conuiuio vitandum est. Sic senex ille apud Plautum in Milite glorioso:

Minimè sputator, screator sum itidem minimè.

Hæc enim conuiuis nauseam pariunt & intemperantiam arguunt. Non enim ficuti bobus & asinis simul est præsepe & sterquilinium. Et tamen multi vno eodemq; tempore se emungunt, spuunt, cænant. His adde πταρμὸς, ἔρυγας, id est, sternutationes, ructus, qui soni conuiuis molesti & odiosi omni modo sunt coërcendi atq; comprimendi: vt Clemens Alexand. docet. Arrogantiæ enim, inquit, & insolentiæ est istis sonis aliquid velle addere, non autem detrahere. Præterea vt aurium fricationes, ita sternutamentorum irritationes, sunt suilli pruritus & confricationes, quæ intemperantem meditantur fornicationem. Addit postremò, quod diligenter notandũ, καθόλου ὁ χριστιανὸς ἡρεμίας καὶ ἡσυχίας καὶ γαλήνης καὶ εἰρωνης οἰκεῖος ἐστι, id est, In summa Christiani propria est quies, pax, tranquillitas, &c. Sternutamento reuocari ferculum, mensámue, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non esse. Plin. lib. 28. cap. 3. Efflatus quoq; atq; crepitus ventris in mensa valdè sunt inciuiles atq; agrestes. Claudius tamen Imp. teste Suetonio in vita eius, dicitur meditatus edictum, quo veniã daret efflatum crepitumq; ventris in conuiuio emittendi, cùm periclitatum quendã præ pudore ex continentia cognouisset. Idem testatur Plin. his verbis: Per mensas vetabantur munditiarum causa deflare. Claudius tamen existimabat licere in conuiuio pedere, id est, crepitum ventris emittere, & hoc ex sententia Stoicorum, qui aiunt, Crepitus ventris æquè liberos,

liberos, ac ruſtus eſſe oportere, teſte Cicerone lib. 9. Epiſt. Fam. 174.

Dicta atq; facta inter epulandum non temerè eliminanda.

Porrò quemadmodum conuiuis eſt danda opera, ne eiuſmodi in conuiuijs vel dicant, vel faciant, quae vel ipſis vel alijs opprobrium damnúmue afferant: ſic ijſdem quoq; ſummoperè cauendum, ne conuiua liberius in conuiuijs dicta factáue foras aperiant atq; diuulgent, vnde in conuiuas dedecus atq; damnum aliquod redundare poſſit, id quod à conuiuali officio atque fide alieniſſimum cenſeri debet. Huc facit tritum illud Graecorũ dictum: Μισέω μνάμονα συμπόταν, id eſt, Odi memorem compotorem, de quo ſic Plutarchus lib. 1. Sympoſ. Probl. 1. ſtatim ab initio: Ενιοι δὲ τὴν παροιμίαν ὅιονται τοῖς παρὰ πόδον λεγομένοις καὶ θεατρομένοις ἀμνηστίαν ἐπάγειν: διὸ τὴν δὲ λήθην οἱ πάτριοι λόγοι καὶ τὸν νάρθηκα τῷ Διονύσῳ συγκαθιερεῦσιν, ὡς ἢ μηδενὸς δέον μνημονεύειν τῶν ἐν οἴνῳ πλημμεληθέντων, ἢ παντελοῦς ἐλαφρᾶς καὶ παιδικῆς νουθεσίας δεομένων, id eſt, Alij adagium illud imperare cenſent obliuionem eorum, quae inter pocula dicuntur atq; aguntur: ideoq; maiorum noſtrorum ritu obliuio & ferula vnà cum Baccho dedicantur: quo indicatur aut nihil eorum memoria retinendum, quae per vinum peccantur, aut leui omnino ac puerili paena corrigendum eſſe. Ideò Horat. in Epiſt. 6. Torquatum vocans ad conuiuium, promittit ſe curaturum, vt nemo ſit in conuiuio, qui dicta foras eliminet, id eſt, foras efferat atq; diuulget. Elegans eſt Epigram. lib. 2. Epigram. Grae. quòd declarat, quàm ſit horribile ac fugiendum id hominum genus, quod quae dicuntur liberius in conuiuio libero, perfidiſſimè enunciat ac diuulgat:

Οὐ μοὶ πλατάδων φοβερὸς δ' ὑσις, οὐδὲ θαλάσσης
Ορνύμενον τυφέλῳ κῦμα θοῇ σκοπέλῳ.
Οὐδ' ὅταν ἀστράπτῃ μέγας ἠερόθεν, ὡς κακὸν ἄνδρα
τάρβω, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.

Fuit mos veterum, teſte Beroaldo, conuiuij domum intrantibus aut ingreſſis, limen oſtendere, dicendo: Extra illud nihil, id eſt, ad menſam audita eaue foras dixeris alijs. Quare & noſtra aetate hic mos eſt ſupra menſas roſas habere depictas, vt ſub illis dicta inter pocula nõ effutiantur. Hinc vulgò Germanicè dicimus: Was wir hie koſend/das bleyb vnder der roſen/&c.

DE MVSICAE DIVISIONE, VI, VTILITATE AC SVAVITATE, VSV MVLTIPLEX IN SAcris, bellis, epulis apud Hebraeos, Graecos, Romanos, &c. De lyra, & myrto ἀσαρκῷ dicta in conuiuijs circumferri ſolita, de ſcolijs & cantiunculis epularibus. An & quatenus Muſica in epulis adhibenda, de eius abuſu.

CAPVT XX.

SYRACIDES noſter de ſermonis conuiualis decoro moderatoq; vſu praeclarè ſanè ſapienterq; pro more ſuo verba faciens, Muſicae ſimul cantuſq; luculentam mentionem facit: quem quidem in conuiuijs omnino vult adhiberi ceu maximũ illorum decus & ornamentũ. Verba eius haec ſunt: Καὶ μὴ ἐμποδίσῃς μουσικὴν ὅπου ἀκρόαμα, μὴ σκληρὸς λαλιὰν καὶ ἀκαίρως μὴ σοφίζου. σφραγὶς ἀνθρακῷ δεδεμένη μουσικὴν ἐν συμποσίῳ ὄινῳ, καὶ κατασκεύασμα χρυσοῦ σφραγὶς σμαράγδου μέλος μουσικὴν ἐν ἡδεῖ οἴνῳ, hoc eſt, Nec muſica prohibe. Et vbi eſt acroama ſiue quando carmina canuntur, noli loquaciter obſtrepere & intempeſtiuè ſapientem agere. Nam concentus muſicorum in ſympoſio, eſt quaſi inſigne carbunculis in ornatu incluſum aureo. Et modulatio cantorum adhibita ad ſuaue vinum eſt tanquam ſigillum ſmaragdi in apparatu aureo, ſeu in auro fabrefacto poſitum. His verbis Syracides egregiè muſicam conuiualem commendat. In conuiuio varia delectatio adhibetur, alia ex cibo & potu, quo venter iucundè paſcitur: alia ex cantu, quo aures ſuauiter afficiuntur: alia ex varijs ſpectaculis, quibus oculi paſcuntur: alia ex vnguentis, floribus, odoribus, quibus nares recreantur. Sed omnium optima & liberaliſſima eſt ſermonis, quo vno animus maximè delectatur & paſcitur.

Acroama τὸ ἀκρόαμα

Conuiuium delectatur in quibus conſistit?

Digitized by Google

Post sermonem autem Musica videtur primas obtinere, quæ idcirco hic à Syracide cum sermone coniungitur.

Musicæ diuisio

Est autem Musicæ cùm eius, quæ assa voce, siue humana tantũ exercetur: tùm quæ fidibus atque instrumentis constat, quam Organicam siue instrumentalem vocant, magna vis & efficacia. Triplex Musica. Prisci sapientes triplicem Musicam fecerunt, mundanam, humanam, organicam. Mundana eam censuerunt, quæ in illo concinno cœlestium corporum motu, atque in elementorum dissimillimorum consensu quasique concentu cernitur. Eius motus concentum inde colligunt, quod tantorum corporum motus tacitus esse non possit, & quia concinnus sit, suauem esse necesse sit. Quam Harmoniam non modò Plato & Ptolemæus tradiderunt, verumetiam Homerus & Augustinus, alijq; viri grauer & sapientes videntur approbare. Vide Platonem in Timæo, Ciceronem in Somnio Scipionis, & de Vniuersit. Macrob. lib. 6. Virgil. 6. Æneid. & 4. Georgic. Humana musica videtur ea dici, quæ sit hominis voce. Organica denique ea, quæ fit organis ad edendos concinnos sonos affabrè factis. Organorum autem (vt in Protheoria in Psalmos Chrysostomus scribit) alia sunt ἐμφυσωμένα Athenæo, siue πνευματικὰ, siue vt hæc eadem Plutarchus vocat, ἐμπνευστὰ, quæ inflata ab hominibus sonum edunt, vt sunt tubæ, buccinæ, classica, tibiæ & fistulæ. Alia sunt ἔγχορδα, Plutarcho ἔντατα, quæ constant chordis, & vel plectro vel digitis tanguntur, vt cytharæ, testudines, lyræ, psalteria, sambucæ, pandutæ, barbiton, nablium, pectis & alia huius generis. Alia verò κρουστὰ, quæ pulsantur, vt tympana, sistra, cymbala & campanæ. Vnde & sonorum tria genera putantur, quorum primum viua voce animantis edatur: secundum fiat organorum inflatione: tertium denique pulsu. Cato: Melos autem, inquit, in cantibus est bipertitum, vnum quod est in assa voce (hoc est, sola voce linguæ tantummodo, aut vocis humanæ non admistis alijs Musicis) alterum, quod vocant organicum. Alij volunt Musicam esse triplicem, vel ore, vel manu, vel flatu editam. Cicero in Rosciana cantum vocum, neruorum & tibiarum nominat, quàm alijs vocabulis harmonicam, organicam & rhythmicam vocant eius artis magistri.

Organorum musicorum diuisio.

Tria sonorum genera.

Musicæ vis & efficacia.

Musicæ potrò incredibilis sanè est vis atq; virtus ad animos pariter atq; corpora (quorũ est arctissima societas atq; affinitas, summáq; συμπάθεια) varijs modis mouendum atq; afficiendum. Illam mentibus nostris esse cognatam, testatur Alexand. Aphrodis. lib. 1. Prob. 76. & 119. Aristot. in Politicis, Musicam adfirmat conducere ad mores & animum, facere enthusiasticos. Theophrastus in peculiari libro, quem de Musica conscripsit, tria eius facit principia, nempe dolorem, voluptatem, instinctum diuinum, quoniam horum vnumquodq; homines ad canendum incitat atq; impellit: de quo vide plura apud Plutarch. lib. 1. Symp. Prob. 5. Athen. lib. 14.

Quantum Musica valeat ad hominum animos vel leniendum atq; molliendum, vel incitandum docet & Dauidis exemplum, qui malo spiritus impetum, quo Saul vexabatur, musicis sonis frenauit: & Heliſæi, qui cum esset animo nonnihil aduersus regem commoto, psaltem aduocari iussit. Musica ergo ad hominum animos ira atq; furore inflammatos restinguendum atque placandum, plurimum habet momenti atque ponderis. Similia sacris illis exempla Athenæus adfert lib. 14. de Clinia Pythagorico, qui, vt testis est Chamæleon Ponticus, cùm & viuendi ratione, & moribus paulò esset difficilior atq; morosior, si quando erat ira vehementiore correptus, lyram pulsando eam lenire atque mitigare studebat. Achilles etiam Homericus cithara leniebatur, quam solam ex Eetionis spolijs Homerus illi permisit, quæ illius iracundiam posset cohibere. Vnde non temerè plaræque Græcorum ciuitates, teste Martiano Capella, sanciuerunt, Asclepiade auctore, vt perturbationes animorum & morbi corporum ad lyræ modulos curarentur. Hinc olim remedia ægris præstantes, ait Macrobius, præcinere dicebantur. Et Xenocrates lymphatos modulis carminum dementia liberauit. Quare verisimile est illud Aristotelis, equos lymphatos desperata rabie correptos solo tibiarum concentu mitescere. Nil igitur mirum à Theophrasto in libello de Afflatu numinis memoriæ proditum ischiacorum dolores lenibus tibiarum Phrygiæ harmoniæ modulis sedatos, tibicinemq; scitè & modulatè canentem viperarum morsibus mederi. Gell. lib. 4. cap. 13. Athen. priorem opinionem confirmat lib. 14.

Musicæ vis ad mouendum animos.

Musicæ vis ad morbos sanandos.

Non etiam silentio prætereunda Martiani Capellæ verba: Quid afflictationibus corporeis, nónne assidua meditatione succurri? febrẽ curabant, vulneraq; veteres cantione. Asclepiades tubæ surdissimis medebatur. Ad affectiones animi tibias adhibebat Theophrastus. Ischiadas quis nescit ex

scit expelli? Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberabat. Thaletem (alij Thaleatem legunt) Cretensem cytharæ suauitate compertum est morbos ac pestilentiam fugauisse. Prophilus ægrorum venas rhythmorum collatione pensabat. Hæc ille.

Thales pestilentiam fugat.

Legimus præterea phreneticos ab Asclepiade, vel tibiarum, vel fidicularum cantu adhibito, sanatos. Dicitur quoq; Ismenias Thebanus ischiaticos tibiæ sonis incolumitati restituisse. Brodæus lib. 4. Miscell. cap. 31. hæc omnia quæ de Musica morborum illorum corporis curatione allata sunt, in dubium videtur reuocare, nec sibi verisimile videri ait, morbos illos musicis sonis sanari posse. Addit idem auctor, se audire in Apulia phalangium araneorum genus esse (Itali tarentulam nominant) alio anni tempore ad nocendum non magnam vim habens, in magnis verò solis ardoribus, acerbitatis virus pestiferum infligere: cui perniciei vnam hanc salutarem inuentam esse medicinam, vt ictus varijs ac multiplici cantu tibiarum, ac citharistarum, aliorúmue musicorum permulceatur. Hoc quoq; licet nonnulli id se in Apulia vidisse testentur, se difficulter credere testatur: & idcirco se id in medio relinquere. Addit tamen postremò, se non negare, quin tibiarum tubarumq; sonus ægros huiusmodi à somno reuocet & ad saltandum incitet, quo lethargus mitigetur.

Phrenetici tibiarum cantu sanati.

Ismenias.

Phalanx sive Tarantula.

Musicæ in humanos animos, inq; corpora ipsa vim esse maximam Hieron. Magius cùm veterum monumentis, tùm experientia eorum, quæ quotidie eueniunt, comprobat Miscell. lib. 4. cap. 13. Musica, inquit Athen. lib. 14. confert ad exercitationem mentis q; acumen, quamobrem omnes & Græci & Barbari, qui aliquo humanitatis cognitionis q; sensu pollent, ea vtuntur. Aristot. in Politicis cantilenas eleganter vocat μιμήματα, ὁμοιώματα, καὶ σημεῖα ἠθῶν. Apud Arcadas, Lacedæmonios & Græcos omnes quantum olim fuerit Musicæ studium pluribus docet Athen. lib. 14. Græci, vt ille testatur, antiquitus Musicæ fuerunt studiosissimi. Sed postquam magna Rerumpub. perturbatio atq; confusio fuit consequuta, omnes q; leges & disciplinæ consenuerunt, ipsa quoq; Musica disciplina fuit corrupta, eius q; mores emerserunt absoni, quibus singuli vtentes pro humanitate mollitiem, pro temperantia intemperantiam animiq; dissolutionem colunt.

Musicus laus. Athenæus: lib. 14

Arcadæ

Fuit autem antiquitus Musica varius & multiplex vsus & in pace & in bello, cùm in sacra, tùm in prophana humanæ vitæ consuetudine. In sacris olim apud Hebræos Musicam fuisse adhibitam, & carmen illud egregium, quo Hebræi Mosis ætate in arca vel tollenda vel deponenda vsi fuerunt, & Leuitarum illa quotidiana carmina in tabernaculo atq; templo statis horis decantari solita, necnon Dauidis hymni satis testantur. Quo ad primitiuam Ecclesiam constat ex historia Ecclesiast. in Oriente citius, in Occidente tardius cantus in templis, reiq; diuinæ celebratione fuisse vsurpatos. Ethnicos quoq; in suis illis nephandis sacris musica vsos fuisse, satis superq; constat. Et quidem cùm Arcadas, tùm Græcos omnes antiquitus Deorum immortalium laudes, resq; gestas heroum carminibus decantare fuisse solitos, testis est Athen. lib. 14.

Musicæ vsus multiplex. In sacris.

Præterea in bellis & certaminibus vt hodie, ita olim maximus & frequentissimus Musicæ vsus fuit. Nam, vt eleganter est apud Athenæum scriptum, τὸ ἀρχαῖον μουσικὴ ἐπ' ἀνδρείαν ἦν ἕξοπλὴ ἦν, id est, Antiquitus Musica erat incitamentum ad fortitudinem. Itaq; vt testis est Athenæus ex Herodoto, & Clemens Alexandrinus, in bellis suis Ethrusci vtebantur tuba, Lydi tibijs ac syringibus, Arcades fistula, Cretenses lyra, Lacedæmonij tibia, Thraces cornu, Ægyptij tympano, Arabes cymbalo, Syculi instrumentis quibusdam, quæ appellabant πύκτιδας. Multi etiam barbarorum, teste Athenæo, τὰς ἐπιπυρκείας, id est, legationes de pace obibant cum citharis, hostium nimirum animos leniendi mitigandiq; causa. Hodie apud omnes ferè gentes in bellis vsitata instrumenta musica sunt tympana, tubæ, buccinæ, tibiæ, fistulæ, quibus varij soni edūtur. Est igitur Musica & belli & pacis alumna atq; comes.

In bellis & certaminibus.

Etrusci tuba. Lydi tibijs ac syringibus Arcades fistula Cretenses lyra Lacedæmonij tibia. Thraces cornu Ægyptij tympano Arabes cymbalo Syculi πύκτιδας

In funeribus quoq; atq; exequijs olim Musica fuit adhibita. Funus ad tubam aut tibiam deducebatur, vnde Persius:

In funeribus.

Persius

Hic tuba candelæ, tandemque beatulus alto
Compositus lecto.—

Qui ad huiusmodi nænias accersebātur tibicines, τυμβαῦλαι à Græcis, à Romanis fidicines aut ficinnistæ nominantur. Galenus: βομβόδεις δ' εἰσὶν ἕτεροι, τοῖς ἐξ ἀυροτάτων αὐλοῦ ἐοικότες, ὁπόιους ἔχουσιν οἱ τυμβαῦλαι καλούμενοι. Sic τριηραῦλαι vocabantur, qui in triremibus tibia ca-

Sicinnistæ

Digitized by Google

nebant. Sic Vitellius Imperat. Rom. in epulo funebri, quod in Neronis honorem celebrari curauit, citharœdum placentem admonuit palàm, vt aliquid de Domitio diceret, inchoantiq; Neroniana cantica (id est, in Neronis laudem edita, vel ab ipso Nerone inuenta, & vsurpata) primus exultans etiam plausit, id est, plausu excepit & approbauit, Suetonius in vita Vitellij. Hunc morem apud Iudæos quoque inualuisse, ex Euangelica historia constat, Matth. 9. Venit Christus, inquit, in domum principis synagogæ, cuius filia mortua fuerat, viditq; αὐλητὰς, id est, tibicines. Syriacè זמרא zemare, à זמר tibia cecinit. Porrò mos fuit valdè antiquus apud Iudæos tibicines adhiberi ad luctum mortuorum, quos Thalmudistæ vocant חלילין Chalilin, id est, aulados, à חליל Chalil, id est, tibia. Pagninus: חליל tibia, inquit, sunt qui dictam putent quasi prophanum instrumentum, cuius sit vsus in publicis choreis & solennitatibus, vnde חלילים Cholelim, id est, tibicines, quod habetur Psalm. 87. quasi prophani, id est, publicis & prophanis lætitijs inseruientes, tibicines. Hebræi potius חליל, id est, tibiam à concauitate deducunt. Nam חלל est concauus. Huc & מחול id est, Chorus: etsi alij choream prophanam & publicam, vbi tibia canitur, exponant. Sed erant & sacræ choreæ, Exod. 15. De illa consuetudine multa passim leguntur in Thalmudicis libris & in scriptis Rabbinorum: præsertim autem in Thalmud Hierosolymitano tractatu de Benedictionibus capite 3. & in tractatu de Sabbato capite 23. & in Baba Mezia capite 6. Item in Rabbi Schelomonis Comment. in Ezec. capite 25. vbi inquit: Sunt quæ adhiberi consueuerunt ad luctum & ad lætitiam, sed non est in eis par ratio, cuiusmodi sunt aulædi pro sponso & pro mortuo. De funebrium tubarum forma, à Cæsellio, Capitone, Gellio, Nonio, & cæteris ignorata, & in genere de tubis, tiqijsque, quem sonum Siticines incitant, & cur grauem sonum organa musica, quæ inflantur, emittant, vide Hieron. Magij Miscel. lib. 1. cap. 12. De cantilenis lugubribus & fistula funebri, vide etiam Plutarch. in lib. 3. Symp. Prob. 8.

Tibicines, & tibiæ funebres Hebr.

Chalil.

Musicæ vsus conuiualis.

Sed nos omisso reliquo Musica vsu, de conuiuali potissimum dicemus, id quod nostri est propositi. Constat ergo apud omnes ferè gentes Musicam in cõuiuijs præsertim splendidioribus, vt sacris, natalitijs, nuptialibus, funebribus maximè in vsu fuisse. Nam, vt ab Hebræis exordiar, cùm in sacris, tùm etiam prophanis illorum epulis tritam fuisse canendi psallendiq; consuetudinem, ex multis sacrarum literarum testimonijs liquidò constat. Patres familiâs olim cum vel accumberent, vel è cœna surgerent, hymnos quosdam canebant, dum nimirum solennes festosq; dies iuxta legis præscriptum agitarent. A quo laudabili more Christus quoq; non videtur abhorruisse, quando post cœnam Paschalem illa nocte, qua proditus fuit, vnà cum Apostolis hymnum cecinit, ac in montem oliuarum exiuit Marc. 14. Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον, &c. Ad huiusmodi cantum conuiualem Paulus quoq; videtur alludere ad Ephes. cap. 5. cum inquit: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed potius date operam vt compleamini spiritu, loquentes vobismetipsis ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, psalmis, hymnis & odis spiritualibus, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, id est, canentes atq; psallentes vestro Domino (vnde Augustinus:

Non vox, sed votum: non chordula musica, sed cor
Non cantans, sed amans cantat in aure Dei.)

gratias agentes Deo semper de omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi. Heic Paulus videtur eos monere qui in conuiuijs accumbunt, ne vel ebrietate, vel crapula, vel lasciuis cantilenis & obscœnis scurrilibusq; iocis Deum offendant, sed potius & spirituali ebrietati studeant, & sacris carminibus Deum laudent ac celebrent. Hinc in agapis illis, id est, cœnis Christianorum primitiuæ Ecclesiæ charitatis plenissimis, cantus quoq; legimus fuisse adhibitos, vt Tertullianus testatur in Apolog. cap. 39. Post aquam, inquit, manualem & lumina, vt quisq; de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Æquè oratio conuiuium dirimit. Et alibi, dum religionis eiusdem matrimonium commendat, Christianos ait conuiuges mutuò sese prouocare ad laudes Deo canendas. Idẽ colligi potest ex his Cypriani verbis ad Donatum: Et quoniam nunc feriata quies ac tempus est otiosum, quicquid inclinãte iam sole in vesperam diei superest, ducamus hunc diem læti, nec sit vel hora conuiuij gratia cœlestis immunis, sonet psalmos conuiuium sobrium. Vt tibi tenax memoria est, vox rauca, aggredere hoc munus ex more magis charissimos pasces, si sit nobis spiritualis auditio, prælectet aures religiosa mulcedo.

In ecclesia primitiua.

Agapæ

Hæc

Hanc porrò vsitatam apud Hebræos in conuiuijs canendi consuetudinem Syracides noster, sicut paulò antea dictum est, carbunculi atq; smaragdi duarum pretiosissimarum gemmarum similitudine commendat atq; amplificat. Idem quoq; cap. 40. Vinum, inquit, & Musica (ecce musicam cum vino coniungit) mentem & cor exhilarant, sed vtroq; magis sapientiæ studium. Fistula & psalterium suauem edunt cantum, linguæ verò suauitas vtrunq; superat. Idem cap. 49. Nomen Iosiæ est sicut incensum pretiosum, & odores ex myrothecio, dulcis est sicut mel in ore, & sicut musica in sympolio vini. Ad hanc consuetudinem alludit etiam Dauid Psal. 69. vers. 13. vbi se cunctis ludibrio fuisse dicit. Loquebantur, inquit, aduersus me qui sedebant in porta, id est, iudices & seniores populi, qui in portis publica iudicia exercendi causa sedere & conuenire solebant: & in me psallebant (scil. organa musica) qui bibebant vinum, id est, homines plebei & leues in symposijs suis me perstringebant contumelioſis suis canticis. Id Buchananus eleganter expressit his carminibus:

Me salibus petit è portæ statione senectus,
Et ebrioſæ sum taberna cantio.

Musicæ epulares commendatio in sacris literis.

Buchananus

Esaias cap. 5. luxurioſissima Iudæorum conuiuia reprehendens. Væ, inquit, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam & potandum vsq; ad vesperam, ita vt vino æstuetis. Cinnor, næbel, thoph. chalil, id est, cythara, nablum, tympanum & tibia in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consyderatis. Et cap. 24. vers. 8. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus exultantium, quieuit gaudium citharæ. Cum canticis non bibent vinum, amara erit sechar bibentibus eam. Simili inuectiua Amos quoque vtitur cap. 6. intemperantißimas illorum compotationes perstringens inter alia dicit illos canere ad sonitum psalterij. Verba eius hæc sunt: חפרטים *Haporetim, id est, qui modulantur iuxta os, id est, iuxta vocem seu rationem Nablij* פרט *Peret, Leuit. 19. significat grana singula vuarum, quæ post vindemiam remanent, quæ Dominus eo loco pauperibus & tenuioribus relinqui iubet. Et apud doctores Hebræos passim* פרט *Perat significat particulare, siue singulare, contrarium* כלל *Celal, vniuersalis, generalis. Est ergo Poretim proprium fidicinum, qui minutatim singula verba cantici instrumento musico accomodant & applicant, quod ferè fit imminutione, gallicè freddons Germ. leiſſle/ siue rieli/ appellantur. Præterea sigillatim explorandæ chordæ instrumenti musici & ad concentum harmoniamq; eius, quod canitur, accommodandæ sunt. Id significatur per Haporetim (de verbo ad verbum, diminuentes siue particularizantes) qui sigillatim applicant sua cantica, Latinè dixeris, qui modulantur. Nam & ex eadem ratione ductum est verbum Latinum. Hæc Mercerus piæ memoriæ præceptor meus obseruandus scripsit in suis comment. in hunc prophetam. Mihi quidem Horatius eodem sensu videtur dixisse: Imbelli cytharæ carmina diuidet: quæ verba Turnebus sic interpretatur. Videtur, inquit, carmina per cytharæ neruos partiri, quod cytharædi faciunt, cum modulantur: nunc enim hanc, nunc illam chordam carpunt, & de cantilena huic, & illi chordæ aliquid impertiunt. Sic enim per cytharam carmina diuiduntur: vel potius cythara carmina canuntur, audientibusq; diuiduntur. Simile est quodam modo illud eiusdem: Nulli personæ tamen diuidit oscula, id est, impertit, tribuit. Hæc ille. Hieronymus tamen vocem Haporetim simpliciter interpretatur: Qui canitis, LXX. οἱ διηρθρωμένοις, qui tangunt seu pulsant. Ionathan, qui psallunt. Arias putat genus cantionis Diatonicum significari, quod ad voluptates magis & ad permulcendas aures natum esse videtur, quod minutis temporum sectionibus, & modulis crebrioribus præter vocum consonantiam, cætera auium garritus imitetur. Omnino his verbis mihi videtur significari musica lasciua, molles in catu flexiones, & falsæ voculæ, cantus molles, turpes, effæminati, quibus impurè luxurioſisq; illi homines in conuiuijs suis indulgebant.*

Musicæ abusus in epulis luxuriosorum.

Sed in nouo quoq; Testamento musicæ conuiualis illustre exemplum habemus Luc. 15. in lætissima illa cœna aduentitia, qua pater filium suum peregrè redeuntem & ad meliorem mentem conuersum excepit. Ibi mentio fit συμφωνίας καὶ χορῶν, id est, concentus musici & saltationum siue tripudiorum, quæ quidem musicam plærunq; in conuiuijs consequi solent, secundum illud Matth. 11. Tibia cecinimus vobis, & non saltastis: vnde etiam apud Homerũ sæpißimè coniunguntur. Huic autem loco, vbi filius senior ex agro rediens & ad domũ appropinquans auditis symphoniacis atq; choreis quæsiuisse dicitur, quidnam hæc sibi vellent, &c. similis admodum mihi videtur esse ille locus apud Homerum, vbi Vlysses cùm vnà cum Eumæo subulco ad ædes suas appropinquasset, talia verba facit. Od. ρ.

Luc. 15.

Matth. 11

Digitized by Google

Εὔμαι' ἦ μάλα δὴ τάδε δώματα καλ' ὀδυσῆος,
Γιγνώσκω δ' ὅτι πολλαὶ ἐν αὐτῷ δαῖτα τίθενται,
Ἄνδρες, ὅπη κίασιν μὲν ἀνίπνοθεν, εἴδε τε φόρμιγξ
Ἥπύει· ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην.

Ex his ergo satis constat Musicam apud Hebræos in illorum symposijs admodum fuisse vsitatam.

Musicæ vsus epularis apud Græcos.

Porrò Græcorum natio vt cæterarum quoque artium atque disciplinarum omnium, ita Musicæ quoque & inuentrix & cultrix præ cæteris ferè omnibus gentibus studiosissima sanè extitit. Hinc triplex illud Harmoniæ genus secundum tria nationis illius genera promanauit, nempè Dericum μεγαλοφρεπὲς, id est, magnificum: Æolicum ὀγκώδες, id est, elatum & sublime: Ionicum αὐστηρὸν, id est, austerum, de quo multa apud Athenæum lib. 14. & alios auctores videre licet. Inprimis verò in illorum symposijs antiquus frequensq; Musicæ vsus fuit. Nam vt ab quo, vt ita loquar, Troiano exordiar, non modò procerum, verùm etiam heroum illorum antiquorum mensis, epulisq; familiarissimam fuisse, neminem qui vel mediocriter in Homericis est versatus, latet.

Harmoniæ genus tripertitũ.

Homerica testimonia.

Nam & Musica, & quæ illius comes est atque socia, saltationis creberrima apud Homerum in epularum descriptionibus fit mentio. Hinc Odyss. α. μολπῇ καὶ ὀρχηστῷ, id est cantum & saltationem, & Odyss. φ. μολπῇ καὶ φόρμιγγι eleganter sanè vocat ἀναθήματα δαιτὸς, id est, donaria conuiuijs dicata, siue, vt Hesychius interpretatur, κοσμήματα, id est, ornamenta conuiuiorum Eustath. Odyss. α. fol. 37. Manifestum est, inquit, hæc non cuiusuis atque vulgaris, sed magnifici sumptuosiq; conuiuij esse anathemata, id est, ἱερὰ τινα κειμήλια, sacra quædam donaria. Eandem ob causam idem poëta φόρμιγγα (quæ præcipuum fuit organum musicum, cuius sæpè meminit) & Odyss. ρ. deos dicit fecisse δαιτὶ ἑταίρην, id est, epularum sociam, & Odyss. θ. eandem κιθάρου δαιτὶ θαλείῃ, id est, epulo splendido aptam atque accommodatam appellat: quibus simile est illud Horatij lib. 2. Od. 11.

Diuitum mensis & amica templis lyra.

Duplex melodia apud Homerum.

Duplicis autem, vt ex locis commemoratis constat, Musicæ siue Melodiæ apud Homerum fit mentio. Vna quidem est ἡ ἐν τῇ φωνῇ: altera verò ἡ ἐν τοῖς ὀργάνοις, τοῖστε ἐμπνευστοῖς, τοῖστε ἐντάτοις, id est, Vna quidem quæ voce constat: altera quæ instrumentis, quorum alia inflantur, alia intenduntur. Instrumenta, quorum in epulis Homerus crebram mentionem facit, sunt κίθαρις, quam περικαλλέα Odyss. α. appellat: & φόρμιγξ, quam alibi γλαφυρὴν, vt Odyss. α. alibi λιγείαν, vt Odyss. θ. alibi περικαλλέα, vt Iliad. α. appellat. In bellis αὐλῶν καὶ συρίγγων meminit. Plerunque autem in conuiuijs vox siue musica vocalis, quam ἀοιδὴν, μολπὴν ἱμερόεσσαν καὶ ἠδείαν sæpè appellat, cum musica organica siue organis musicis coniungitur. Scribit idem procos cæterosque homines voluptuarios ad vesperam vsque huiusmodi suis cantiunculis atque saltatiunculis indulsisse.

Vt Odyss. ρ.

——τοὶ δ' ἐ (proci) ὀρχηστύϊ καὶ ἀοιδῇ
Τέρπονθ', ἠὼς γὰρ καὶ ἐπήλυθε δείελον ἦμαρ.

Et Odyss. α.

Οἵδ' εἰς ὀρχηστυῖσι καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν
Τρωπάμφοι τέρπονθ'· ὑφόωντο δ' ὅπη ἔασιν ἐλθεῖν
Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ὅπη ἔσπερος ἦλθε.

Idem testatur Odyss. σ. de iisdem. Hodie Christiani vel in mediam noctem lascivas suas cantiones atque tripudia producunt.

Hymni deorũ in conuiuijs decantati.

Fuit porrò antiquorum moribus & legibus constitutum, teste Athenæo lib. 14. vt in conuiuijs Deorum immortalium hymni communi voce ab omnibus canerentur ὅπως καὶ δι' ἀλλήλων παρῆται τὸ καλὸν, καὶ σωφρονικὸν ἦθος, id est, sese mutuò ad temperantiam honestatemq; colendam atque tuendam adhortarentur. Ἐναρμονίων γὰρ ὄντων τῷ ἀσμάτων, ἁρμοσαμένου δὲ τοῦ θείου λόγου, διορθοῦται τὸν ἐκείνων τρόπον, id est, Nam cum cantilenæ sint concinnæ, si Deorum sermo accesserit, hoc pacto singulorum mores graues redduntur atque compositi. Id probat Philochori testimonio, qui affirmat veteres non semper solitos fuisse διθυραμβεῖν, id est, dithyrambos canere, sed Dionysium quidem libantes canebant inter vina & ebrietatem: Apollinem autem adhibito ordine, quiete & tranquillitate. Hinc colligi posse vult Athen. ὅτι οὐχ ἁδονῆς χάριν ὑπελαίου καὶ δημοτικῆς καὶ κακοηθοῦς καταρχὰς εἰς τὰς ἱστάσεις, id est, Musicam antiquitus non lenis, vulgaris populariscq; tantum voluptatis causa in conuiuia fuisse introductam.

Arcadas

Digitized by Google

Arcadas quoque Musicæ studiosissimos hymnos atque pæanas in Deorum atque heroum suorum honorem canere consueuisse, idem testatur, vbi de illorum cœnis loquitur. Illorum enim pueri, vt idem auctor testatur, lib. 14. à teneris annis secundum legem hymnos atque pæanas canere assuescunt, quibus singuli iuxta patria instituta heroas indigenas atque Deos decantare atque celebrare consueuerunt. Cyrus apud Xenoph. lib. 4. Expedit. ad milites, νλεῦ δ' ἐὼς καὶ θεοφιλεῖς, καὶ ἀγαθοὶ, καὶ σώφρονες ἄνδρες, δεῖπνοποιεῖσθε καὶ σπονδὰς τοῖς θεοῖς ποιεῖσθε καὶ παιᾶνα ἐξάρχετε, καὶ ἅμα τὸ παραγγελλόμενον ποιεῖ. Vt ergo Græci olim fictitiorum suorum deorum, sic & Iudæi antiquitus & Christiani primitiuæ Ecclesiæ veri Dei laudes atque hymnos in symposijs suis canere fuerunt soliti.

Hominum virtutes & res gestæ decantatæ in epulis.

Nec verò Deorum tantum, verùm etiam hominum clarorum virtutes resq; præclarè gestas in conuiuijs carminibus atque cantilenis celebrarunt, quibus nimirum se inuicem ad illorum imitationem incitarent. Huiusmodi carminum cùm in Deorum, tùm etiam hominum laudem plurima passim apud auctores exempla exstant. Penelope apud Homerum Odyss. α. talia ad Phemium Φήμιον, id est, inclytum cantorem verba facit:

Φήμιε, πολλὰ γὸ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἶδας
Ἔργ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τά τε κλείουσιν ἀοιδοί.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔεον εἶτε
Μῶσ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀείδέμεναι κλέα ἀνδρῶν
Οἴμης τῆς τε τ' ἄρα κλέος οὐρανὸν ἐρὺν ἱκάνει.

Item Odyss. θ. ferè ab initio:

De Harmodio carmine quod in Harmodij & Aristogitones honorem, qui Pisistratidarum tyrannidem sustulerunt, in epulis vulgò decantari fuit solitum, vide Aristoph. Scholiast. in Acharn. in illa verba: ἀδὲ παρ' ἐμοὶ ποτὲ τὸν Ἁρμόδιον ἄσεται, Συγκατακλινεὶς, ὅτι παρῆν ἀνὴρ ἄφρων, &c. Eius cantilenæ initium erat, φίλτατε Ἁρμόδι οὐπώ τι τέθνηκας, id est, Charissime Harmodi, nondum es mortuus. Varro: In conuiuijs, inquit, pueri modesti, vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum & assa voce & cum tubicine. Cicero in Bruto: Carmina in epulis esse cantata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus in Originibus scriptum reliquit Cato. Idem: Est in Originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicines de clarorum hominum laudibus. Huiusmodi autem paræmiæ, id est, carmina laudatoria in ἐπιδείπνοις, id est, cœnis funebribus olim in primis fuerunt vsitata: vnde prouerbiũ illud promanauit de homine illaudato: Οὐκ ἐπαινεθείης ἀλλ' ἐν ἐπιδείπνοις, id est, Non possis laudari, ne in parentalibus quidem: de quo vide Eras. in Chiliad. Non est laudandus ne in cœna quidem. In hominem vehementer illaudatum. Antiquus mos erat, præsertim Atticis, in cœnis funeralibus, quas Græci ἐπιδείπνα vocant, encomijs, epicedijs & epitaphijs laudare vita defunctum, etiamsi parum meruisset in vita. Siquidem, vt inquit Ouidius: Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. Fortassis hinc ductum est, quod antiquitus mos fuisse videtur, vt in compotationibus aliquorum, etiam viuentium laudes dicerentur. Quemadmodum apud Platonem Alcibiades Socratis encomium refert, & apud Plutar. Alexandrum Magnum laudat Callisthenes. Eiusmodi verò laudes non admodum speciosæ videbantur, vt inter pocula decantatæ. Nec absurdum arbitror, si quis ad priscorum consuetudinem referat paræmiam, qua fieri solet, vt in conuiuijs cytharædus aut deorum, aut insignium virorum facta decantaret. Velut apud Homerum in omnibus fermè conuiuijs. Apud Vergilium item:

——Cythara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem Lunam, Solisq; labores
Vnde hominum genus & pecudes, vnde imber & ignis
Arcturum, pluuiasq; Hyades, geminosq; Triones,
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

Hæc de materia præcipua carminum conuiualium, quæ in symposijs partim humana voce, partim instrumentis decantari consueuerunt.

Cùm ipsi conuiuæ cantare soliti, tùm cantores adhibiti.

Obseruandum porrò antiquitus cùm cantores, aulædos, cytharædos, tibicines, item mulieres sambustrias, αὐλητρίδας, ψαλτρίας, κιθαριστρίας, μισθαρνοὺς, ᾠδικὰς, ὀρχηστρικὰς, alioq; Musicæ

peritos fuisse adhibitos, qui conuiuas cantilenis musicis q; instrumentis oblectarent: tùm ipsos conuiuas partim voce, partim fidibus canere consueuisse. Nam & omnes communi voce paeana siue hymnum aliquem in Bacchi atque aliorum Deorum honorem canebant, idq; cùm ab initio, tùm in fine cœnæ, quando libabant: & deinde vnusquisque accepto myrti aut lauri ramo propriam can-

Vetus canendi in epulis consuetudo.

tionem canere, atque etiam lyram, quæ circumferebatur, pulsare cogebatur. De hoc antiquorum more atque consuetudine testimonia quædam præter supra commemorata alia quoque illustria ex antiquis monumentis deprompta adferam. Apud Stobæum Serm. 145. Charondæ Catanæi proœmia legũ pulchra & vtilia recitãtur, & ibidem inter alia lex imperat, vt ciues omnes hæc proœmia calleant, eaq; in festis post paeanas recitent, quemcunque ἐσιάτορ, id est, conuiuij dominus id iusserit, vt singulis illa præcepta familiarissima fiant. Plutarchus lib. 1. Symp. problem. 1. Quin etiam

Scolion.

carmina illa in conuiuijs decantari solita, quæ vulgò σκολιὰ, id est obliqua siue tortuosa appellantur, cratere in medio proposito & corollis (quas Deus libertatis ergô nobis imponit) distributis decantare, forsan neque pulchrum, neque conuiuio aptum esse videatur. Et tamen Scolia nonnulli aiunt non esse genus carminis siue cantilenæ obscuræ, sed inde sic fuisse appellata, vt sequitur. Nam primò omnes cõmuni voce carmen Deo (Baccho) canere solebant, illum celebrantes. Deinde vnusquisque propriam cantilenam canebat accepto myrteo ramo, quem idcirco ἄσαρχον appellabant, διὰ τὸ ἄδειν τὸν δεξάμενον, id est, quia is qui illum acceperat, canere solebat. Et quia simul quoque lyra circumferebatur, quam artis quidem illius peritus pulsare, carmenq; illud concinne modulari, musicæ autem imperiti id recusare solebant, hinc Scolion fuisse nominatum, quod illud neque omnibus esset commune, neque etiam facile. Alij tamen myrtum non ordine traditam fuisse aiunt, sed à lectulo in lectulum transmissam, ita vt qui primus cecinisset, primo in secunda mensa eam mit-

Myrtus circumferri solita inter canẽtes cur ἄσαρκος dicta.

teret, is primo tertiæ, eodemq; modo secundi secundis. Itaque διὰ τὸ ποικίλον καὶ πολυκαμπὲς τῆς ὠιδῆς, id est, ob varietatem & tortuosos in circuitione flexus, Scolion videtur fuisse dictum. Hæc Plutarchus. Quo ad vocem ἄσαρκον (vt vulgò legitur) qua Plutarchus scribit myrtum illam, quæ cantus erat insigne, fuisse appellatam, non parum illa habet difficultatis. Iunius ἄδαρκον vult legendum, forsan quia Plutarchus addit διὰ τὸ ἄδειν τὸν δεξάμενον. Xylander in suis annotat, in hunc locum pro ἄσαρκον, ἄσαρον vult legendum, nimirum ἀπὸ τῆ ἄσω, id est, canam. Addit idem apud Plin. 21. 6. Asaron vocitari herbam, quoniam in coronis non addatur. Iacobus Amyotus gallius Plutarchi & quidem elegantissimus interpres ἄσαρκον legit, ὅτι δεῖ ἆσαι ἔχοντα. Mihi videtur vulgata lectio retinenda, & ἄσαρκον componi ἀπὸ τῆ ἆσαι καὶ ἄρχειν quasi cantum subministrans siue suppeditans: vel legendum ἄσαρχον, ἀπὸ τῆ ἆσαι καὶ ἄρχειν, quod incipere & lacessere significat, quod qui illam myrtum tenebat, canere incipiebat, & reliquos ad idem faciendum exemplo suo lacessebat, secundum illa Scholiast. Aristoph. Καὶ γὰρ ὁ ἐξάρχης δάφνην ἢ μυρρίνην κατέχων ἦδε, id est, qui primus laurum, siue myrtum tenebat, is canebat, vnde etiam ἔξαρχον possis legere, id est, præcentorem, quod qui eam acceperant, canendo præibat. Sic παιᾶνα ἐξάρχειν Xenoph. dixit epularum mentione facta, & Athen. lib. 4. τὸ γὰρ ἐξάρχειν τῆς φόρμιγγος ἴδιον, & μέσαν dicit ἀρχισίμολπον à Stesichoro fuisse dictam. Verùm hæc doctioribus disiudicanda relinquo.

Huiusce autem antiquorum in epulis canendi consuetudinis Clemens quoque Alexand. lib. 2. pædag. cap. 4. luculentam mentionem facit his verbis: Cæterùm, inquit, παρὰ τὰς συμποτικὰς διαχύσεις καὶ τὰς ὑπερεκχύσεις τῶν ποτηρίων, id est, in symposijs & inter rorantia siue distillantia pocula ad psalmorum hæbraicorum similitudinem ᾆσμα, id est, carmen canebatur, quod σκολιὸν appellabatur, communiter omnibus voce παιανιζόντων, id est, paeana canentibus: nonnunquam etiam ἐν μέρει περιελιττόντων τὰς ἐφεξῆς τῆς ᾠδῆς, id est, per cantici vices propinationes circumagentibus. Qui autem erant ex ijs μουσικώτεροι, id est, Musicæ peritiores, etiam ad lyram canebant. Solebant conuiuæ προκαλεῖσθαι ἐξ ὀνόματος ἀλλήλους, id est, nominatim prouocare, cui propinaturi erant & lyram tradituri: quò alludit Terentius in Eunucho. Phædriam intromittamus, cantatum prouocemus.

Mos canendi ad lyram.

Quo ad Lyram in conuiuijs olim adhibitam, eius moris testis est etiam Fabius lib. 1. Institut. Vnde, inquit, etiam ille mos, vt in conuiuijs post cœnam circumferretur lyra, cuius quum se Themistocles imperitum confessus esset (vt verbis Ciceronis vtar) habitus est indoctior. Ciceronis ipsius

Cic. Tusc. lib. 1

ipsius verba hæc sunt lib. 1. Thusc. disp. Summam eruditionem Graci sitam censebant in neruorum vocumq; cantibus: Igitur & Epaminondas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur. Themistoclesq; aliquot antè annis, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Idem Galenus quoque testatur lib. 1. Therapeut. vbi scribit turpissimum olim habitum si lyra abesset à conuiuijs, ἄπαιδαγ δὲ πάλαι κατὰ τὰς τοιαύτας συνόδους καλὸν ἐνενόμιζο. Gelo tyrannus, teste Plutarcho in Apophteg. cùm in conuiuio lyra circumferretur, eamq; conuiua, vt mos erat, ordine pulsarent, ipse sibi equum adduci iussit, & in eum facilè atque expedite insiluit. Pindarus in Olymp. Od. 1.

Galeng.

Αγλαΐζεται δὲ καὶ	Ανδρες ἀμφὶ θαμὰ
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ	Τεράπεζαν, ἀλλὰ δωρείαν ἀ
Οἷα παίζομεν φίλαν	Πὸ φόρμιγγα παρὰ λαμβανε.

Resplendet autem & musices in flore, qualiter ludimus frequenter nos viri circa mensam amicam. Sed Doricam citharam è clauo eximè. Pollux lib. 6. cap. 17. Καὶ παροίνια δὲ ἄσματα λῶ, καὶ σκολία, καὶ μυρίνη δὲ τινες ὅτι δεξία φερόντες, καὶ ἔκπωμα, καὶ λύραν, ᾄδειν ἠξίουν, id est, Erant etiam conuiuales quædam cantiones, scolia & myrto ad dextram circumlata, nec non poculo atque lyra cantum exigebant. Suidas: Σκολίον οἱ παροίνιοι ᾠδή. Eodem teste Dicearchus in lib. de musicis certaminibus, tria dixit esse odarum siue carminum genera: Τὸ μὲν γὰρ παίτων ἀδόμενον καθ' ἕνα ἐξῆς (hic videtur aliquid deesse, nempe τὸ δὲ.) Aliud quidem quod ab omnibus canebatur: aliud quod à singulis ordine: aliud quod à sapientissimis ὡς ἔτυχε τῇ τάξει, id est, quouis ordine. Et hoc quidem ab ordinem σκολίον dici. Vel vt Aristoxenus & Phyllis musicus senserunt, quoniam in nuptijs circa vnam mensam multis collocatis lectis, singuli ex ordine myrtos tenentes canebant gnomas & amatoria. Circuitio autem erat σκολιὰ, id est, flexuosa siue obliqua ob lectorum ordinem, idcirco ipsa quoque carmina sic fuerunt appellata. Idem: Σκολίον τὸ ῥᾴδιον per antiphrasin μέλος τι ὀλιγόστιχον. Idem affert exemplum quoddam elegans huiusmodi σκολιῶν de diuitijs, cuius auctor fuit Timocreon Rhodius. Eadem habet Aristoph. scholiastes in Comedia Σφῆκας: quibus hæc ab illo adduntur. Alij verò aiunt moris fuisse, vt is qui non posset in symposijs canere, accepto lauri aut myrti ramo, ad illum caneret. Sunt qui dicant per antiphrasin σκολιὰ fuisse appellata τὰ παροίνια μέλη epularia illa carmina. Nam illa oportebat esse ἁπλᾶ καὶ ἔυκολα, id est, simplicia atque facilia, vt quæ inter compotandum canerentur. Sed hoc non benè ab illis dicitur. Nam τὰ δύσφημα ὅτι τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, ἃ μὲν τύμπαλιν, id est, ea quæ mali sunt nominis ad prosperiorem appellationem conuertuntur, non contrà. (Hoc scholiastis dictum à Cælio reprehenditur lib. 12. cap. 15.) Verùm quoniam non ordine lyra conuiuis tradebatur, sed alternatim, propter obliquam illam lyræ circumlationem, carmina illa σκολία dicebantur. Idem scholiastes paulò antea de ijsdem Scholijs sic disserit in illa Aristoph. verba: Τὰ σκολί' ὅπως λέξει καλῶς, &c. ἀρχαῖον, inquit, ἦθος ἐστιωμένους ᾄδειν. Antiquus fuit mos epulantes canere. Addit: ἀκολούθως τὸ πρῶτον εἰ παύσαιτο τῆς ᾠδῆς. Καὶ γὰρ ὁ ἐξάρχης δάφνην ἢ μυρρίνην κατέχων ἤδε σιμωνίδη, ἢ στησιχόρου μέλη, ἄρχεις ἃ ἤθελε: καὶ μετὰ ταῦτα ᾧ ἐβούλετο, ἐδίδου, καὶ ὡς ἡ τάξις ἀπήτει, καὶ ἔλεγεν ὁ δεξάμενος παρὰ τοῦ πρώτου τὰ ἑξῆς. Καλεῖται δ' ἐπεδίδου πάλιν ᾧ ἐβούλετο. δέγε τὸ παίζας ἂν ἀφεσσδυκότως ᾄδειν καὶ λέγειν τὰ μέλη, σκολιὰ εἴρηται δέγε τλιὼ δυσκολίαν. ἄλλως. ὅπως ᾧδ' ἂν δείξειν κύκλῳ γὰρ ἤτοι δέγε τὰ σκολιὰ, ἃ εἰσὶ παροίνια ᾠδαί. Cæl. lib. 12. cap. 15. Scolia, inquit, Græci interpretantur συμποτικὰ ἄσματα, id est, conuiuales cantilenas, quarum meminerit Sympos. 3. Didymus atque item Horat. Sic verò nuncupari etymologici tradunt, quod vinolenti iam καὶ σκολιῶς ἔχοντες τὰ αἰσθητήρια ᾄδουσι, id est, tortuosis hebetibusq; ac retusis sensibus ea concinant. Alij per antiphrasin volunt dicta, quod minus obliqua essent aut tortuosa, quod scolij vocabulum indicat, sed facilia, vt quæ in conuiuijs canerentur.

De lyræ forma vide Pierij Hieroglyph.

Myrtus ad dextram circumlata.

Scolion quid & vnde dictum.

Scolia Meliti celebrantur ab eruditis, quæ carica haberent aulemata, hoc est, incentiones flebiles. Tyrannion commentarium concinnauit de scolio metro, Caio Cæsare rogante. Scitum est illud Timocreontis Scolion de Pluto, id est, diuitijs, cuius Suidas meminit, cuius tale est exordium: ὄφελες ὦ τυφλὲ πλοῦτε μήτε ἐν γῇ, μήτε ἐν θαλάττῃ, μήτε ἐν ἠπείρῳ φανήμεναι, ἀλλὰ Ταρόντι ναίειν κἀχέροντα. δέγε σε γὰρ παντ' ἐν ἀνθρώποις κακὰ. Vtinam ô cæce Plute, neque in terra, nec in mari, nec in continente apparuisses, sed Tartari perpetuus fuisses incola & Acheron-

Scolia Meliti. Scolion de Pluto cæco.

tis: ex te namq; omnia hominibus mala. Ad Scolij huiusmodi similitudinem compositum fuit à Pericle in Megarenses decretum: Μεγαρέας μήτ' ἀγορᾶς, μήτε θαλάττης, μήτ' ἠπείρου μετέχειν. Leges idem ferebat ceu scolia scriptas. Hæc ex Suida.

Scolio Admeti. Sed & Admeti Scolion Athenis celebratum, in Lexico Pausanias scribit, idq; ab Alcæo concinnatum alios tradere, alios verò à Sappho, fuisse etiam qui Praxillæ Sicyoniæ esse opus crederent. Eiusdem Aristoph. quoque meminit in Σφῆξι:

Ἀδμήτου λόγον ὥ' ταῦρε μαθὼν. Τὺς ἀγαθὺς φίλει.

Scholiastes: Hoc erat principium scolij, quod est tale.

——Τὺς ἀγαθοὺς φίλει
Τῶν δ' εἰλώτων δ' ἀπέχου, γνοὺς, ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.

Id est, Bonos & generosos ama, timidos autem fac missos, cum scias exiguam esse timidorum gratiam. Et in Πλαργεῖς: Ὁ μὲν ἦδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνεω. ὁ δ' αὖτον ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος. De utroque plura vide apud Scholiasten. Respicit illud Admeti scolion Alcestin generosam mariti subeuntem fata, Admeti verò patrem obire prorsus recusantem. Amphibrachum pedem, qui breui constat, longa & breui etiam Scholion dictum se animaduertisse scribit Cæl. quoniam is sit Scolio aptus.

Scoliorum exempla plura apud Athen. Horum porrò Scoliorum siue carminum conuiualium Athenæus quoq; mentionem facit lib. 8. breuiter, vbi dicit: Διὸ καὶ τὰ σκολιὰ καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν, πλήρη ὄντα, Id est, Hoc etiam poetarum antiquorum carmina, quæ Scolia nominantur plena sunt, scilicet cottabarum, de quibus ibidem plura disserit. Idem lib. 15. copiosius de Scolijs scribit. Multi, inquit, meminerunt Atticorum illorum scoliorum, quæ etiam digna sunt commemoratu ob illorum antiquitatem simplicitatemq;, qui ea composuerunt, quiq; in hoc poëticæ facultatis genere laudem fuerunt, gloriamq; consequuti, vt Alcæi & Anacreontis, secundum illud Aristoph. in Δαιταλεῦσι: Ἄσον δή μοι σκολιὸν τι λαβὼν ἀλκαίου καὶ ἀνακρέοντος, id est, Cane mihi scolion aliquod Alcæi & Anacreontis. Praxilla quoque Sicyonia ob hanc Scoliorum poësin admirabilis fuit. Scolia autem appellantur ἀπὸ κατὰ τὸν τῆς μελοποιΐας τρόπον, ὅσις σκολιὸς ἦν, id est, non ob carminis modum, quod is obliquus ac difficilis esset, (λέγουσι γὰρ τὰ ἐν ταῖς ἀνειμέναις σκολιὰ, id est, nam quæ sunt in remissis scolia appellantur) sed cùm tria essent genera, auctore Artemone Cassandro lib. 2. χρήσεως, eorum quæ in conuiuijs decantari consueuerant, primum, quod omnes secundum legem canebant: secundum, quod omnes quidem canebant, sed κατὰ τινα περιφορὰν ἐξ ὑποδοχῆς, ita vt ambitu siue circuitu quodam atque successione omnes cantum exciperent: tertium, quod similiter in omnibus ordinem seruabant, quo iam non amplius omnes participabant, sed illi tantum, qui sapientes esse videbantur secundum locum ordinemq;, qui cuiq; sorte obtigerat. Hoc ergo quia solùm ἀταξίαν τινα, id est, ordinis quandam confusionem obtinebat, & neq; simul ab omnibus, neque ordine quodam atque successione, sed pro vt contingebat, quouis loco atque ordine canebatur, σκολιὸν fuit nuncupatum. Hoc autem tùm demum canebatur, quando carmina omnibus communia atque necessaria erant finita. Tunc enim demum sapientum quisque carmen aliquod pulchrum canere iubebatur, quod admonitionem aliquam atque sententiam vitæ vtilem complecteretur. Subiungit deinceps huiusmodi scoliorum quædam exempla, quæ ibi videre poteris. Ibidem inter alia rami quoque myrtei, de quo supra, mentionem facit. De Scholijs vide etiam Scalig. lib. 1. Poët. c. 44.

Athen. lib. 4.

Musicæ conuiualis vsus apud Romanos. Porrò apud Romanos quoque (quos Athen. lib. 4. μισομούσους vocat) vsitatam fuisse in epulis musicam ex multis literarum monumentis satis constat: & quidem abusum illius luxuriosum Cicero quibusdam in locis perstringit. Vt in Orat. pro Cæl. Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baijs acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Idem in Ver. 6. Lucius ille litoris percrepabat totus mulierum vocibus, cantuq; symphonia. Ibid. Curritur ad prætorium, quò ipsum è conuiuio illo præclaro reduxerant paulò antè mulieres cum cantu atq; symphonia. Ibidem: Cum in eis cõuiuijs symphonia caneret, maximisq; poculis ministraret. Liuius testatur post victoriam Asiaticam demum conuiualia ludorum oblectamentum, vt psaltrias, sambucistrias in epulis fuisse adhibitas: Decad. 3. De Cano tibicine (quem alij choraulem vocant) inter cænandum canere solito, & Galbæ imperatori grato, vide Sueton. & Plutarchum in vita Galbæ. de quo etiam illud Martial. videtur esse. Plaudere nec Cano, &c.

Val.

Val. Max. lib.2. Maiores natu, inquit, in conuiuijs ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quò ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quintililib.1.cap. 17. Sed veterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit.

Verùm quari potest, num Musica, quæ vel assa voce, vel instrumentis siue organis constat, An musica omnino *omnino sit in conuiuijs adhibenda? Apud Plutarchum quoque sympos. lib.7. probl.7. extat: An tibi-* lis adhibenda *cinæ sint conuiuio adhibendæ. Plato quidem illius vsum videtur improbare, apud quem Socrates in Protagora sic loquitur:* Καὶ γὰρ δοκεῖ μοι τὸ ὡδὴν ποιήσεως ἁμαλίγκιον ὁμοιότατον εἶναι τοῖς συμποσίοις τοῖς τῶν φαύλων καὶ ἀγοραίων ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ ἔξεστι μὲν ἀναθαι ἀλλήλοις δι' ἑαυτῶν συνεῖναι ἐν τῷ πότῳ, μὴ δὲ ἐνίοτε τῆς ἑαυτῶν φωνῆς, καὶ τῶν λόγων τῶν ἑαυτῶν ἐνίοτε ἀπαυδῶσι, μίαις ποιοῦσι τὰς αὐλήσεις, πολλοῦ μισθούμενοι ἀλλοτρίαν φωνὴν τῶν τοῦ αὐλῶν. Καὶ ἐνταῦθα τῆς ἐκείνων φωνῆς ἀλλήλοις σύνεισιν. Ὅπου δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ συμπόται καὶ πεπαιδευμένοι εἰσίν, οὐκ ἂν ἴδοις οὔτ' αὐλητρίδας, οὔτε ὀρχηστρίδας, οὔτε ψαλτρίας, ἀλλ' αὐτοὺς αὐτοῖς ἱκανοὺς ὄντας συφεῖναι ἀνδρῶν τῶν λεγόντων καὶ παιδιῶν τοιούτων, ἐνὶ τῆς αὐτῶν φωνῆς λέγοντας τε καὶ ἀκούοντας ἐν μέρει ἑαυτῶν κοσμίως, κἂν πάνυ πολὺν οἶνον πίωσιν, &c. *Videtur nam q; mihi illud de poëti dissentire simillimũ esse sympotis hominum abiectorum, imperitorum atq; circumforaneorũ. Hi enim cùm eam vim atque facultatem non habeant, vt vrbana aliqua & eleganti collocutione tempus illud epularis accubationis traducere, & mutuis sermonibus animos suos hilarare possint: eius rei remedium à mimis & ab histrionibus & à vocum fidiumue cantibus petunt, magnis sumptibus conductis. At quas ad epulas boni & eruditi conuiuæ conuenerint, in eis neque tibicinam neq; psaltriam audiri, neque saltatricem spectari vllam: ablegatis eos eiusmodi nugis atque ineptijs modestè inter se & hilare colloqui, neque vnquã deesse ipsis, de quo sermones iucundissimos conferant, etiamsi multam in noctem conuiuium producatur. Itaque ex nobili illo apud Agathonem conuiuio eijcitur tibicina, & aut sibi aut mulieribus iubetur canere. Plutarchus lib.7. Sympos. probl.7. vbi ex pro-* Plutarchi testimonium. *fesso hac de re disputat, contra hoc Platonis testimonium & exemplum adducit Xenophontis auctoritatem, & Homericarum epularum exemplum, nec non alias rationes, quibus probat huiusmodi elegantiam & oblectationem minimè esse è conuiuio exturbandam. Xenophon enim qui Platonis æmulus fuit, in id conuiuium, in quo & Socrates esset & Antisthenes & alij doctrina sapientiaq; præstantes viri, non modò Philippum excitandi risus artificem induxit, verùm etiam sublatis epulis Syracusanum illum comessatorem cum tibicina & saltatrice & formoso puero, qui & ipse tùm saltando, tùm fidibus canendo, summa eos, qui aderant, voluptate perfunderet. In Homericis similiter non modò procorum intemperantium & luxuriosorum, sed heroum quoque atque deorum epulis adhibita fuit musica.*

At verò Musica quin conuiuijs maximè apta sit & accommodata, neminem dubitare arbi- Musica epulis accommodata. *tror, nisi quis forsan reperiatur Æeæ immanissimi illius regis Scytharum similis, qui cum Ismenium aulædum ad epulas canere iussum omnes qui aderant, cum voluptate audirent, & magnis laudibus ornarent, testatus est sibi multò iucundiorem esse hinnitum equi omnibus Ismeniæ cantibus. In quo quidem declamuit sibi nihilo plus humanitatis esse, quàm in quauis immani quadrupede. Qui enim à Musica alienus est, humanitatis expers habendus est, cum musica non modò homines feros, atque barbaros, verùm bestias quoque rationis expertes moueri, summaq; voluptate affici constet. Vnde veteres finxerunt Orpheum omnia animalia rationis expertia, Amphiona saxa quoque carminibus ad se illexisse & traxisse. De quo sic Martianus Capella: Animalium verò sensus meis cantibus incunctanter adduci saltem Thracius cytharista perdocuit. Vnde enim cerui fistulis capiuntur? Pisces in stagno Alexandriæ crepitu detinentur. Cygnos hyperboreos citharæ cantus adducit: elephantes Indicos organica permulsos detineri voce compertum: fistulis aues allici comprobatum: infantibus crepitacula vagitus abrumpere: fides Delphinis amicitiam hominum persuadere. Quid cantibus allici disrumpiq; serpentes? Glandem ferunt messesq; transire, manesq; cieri, lunamq; laborare, &c.*

In conuiuijs maximè requiritur hilaritas honesta atque mõderata (quam Deus quoque in epulis etiam sacris & festiuis præcepit. Deut.16. Nehem.18.) ad quam gignendam efficiendamq; nihil videtur musica esse aptius & efficacius. Musica, inquam, lætitiæ atque hilaritatis, in epulis maximè necessariæ, parens est atque procreatrix: mœroris contrà atque tristitiæ, quæ conuiuio-

rum maxima labes est, atque macula, expultrix. Hinc Aristoteles in Politicis musicam dicit εἰς διαγωγὰς καὶ σωφροσύνας introductam, quia maximam homines exhilarandi vim obtineat. Idem musicam εἰς ἀνάπαυσιν καὶ παιδιὰν facere, καὶ τῆς διὰ πότων λύπης ἰατρείαν τινα esse verissimè affirmauit. Musæus quoque, eodem teste, εἶναι βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν, id est, mortalibus iucundissimum esse canere dixit. Præterea cùm inter conuiuas sæpenumero iræ, rixæ, iurgia, contentiones, odia atque inimicitiæ exoriantur, vix vllum aliud huiusmodi malorum præsentius & efficacius remedium excogitari potest musica, quæ incredibilem quandam animos hominum sedandi placandiq; vim habet. Quid dicam quod carminibus præsertim sacris conuiuæ sæpenumerò ab ebrietate atque crapula, nec non immoderata, inhonesta, turpi atque obscæna loquendi garriendiúe denique ab actionibus atque gestibus lasciuis reuocantur atque coërcentur? In hanc sententiam præclarè disserit Athenæus lib. 14. Vnde etiam Homerus antiquam Græcorum consuetudinem secutus ait: φόρμιγγός θ' ἣν λαβὼν θεοὶ ποίησαν ἐταίρῳ: quibus verbis indicat epulis quoque vtilem & accommodatam esse hanc artem. Erat autem hoc, vt videtur, lege constitutum. Primò quidem vt vnusquisque eorum, qui ad ebrietatem & intemperantiam præcipites feruntur, musicam ceu optimam ὕβρεως καὶ ἀκοσμίας, id est, contumeliæ atque immodestiæ medicinam adhiberent. Deinde, quòd audaciam temeritatemq; sedat. Περιαιρεῖ γὰρ τὴν συγκοπὴν, ποιεῖ σεμνόν τινα καὶ χαρὰν ἐλεύθεριον, id est, Nam cum tristitiam austeritatemq; tollat, facilitatem hilaritatemque liberalem parit. Vnde Homerus ipsos quoque Deos inducit musica vtentes Ilia. 9. post illam de Achille contentionem,

Φόρμιγγ' ὑφ' ἱμερόεσσ', ἣν ἔχ' Ἀπόλλων
Μουσάων αἳ ἀείδον ἀμοιβάδις ὀπὶ καλῇ, Id est,

Formosam citharam hanc manibus tenebat Apollo
Musarum, vocem variantes hæc canebant.

Nam placari contentiones atque tumultus oportebat. Videntur itaque multi hanc artem conuiuijs assignasse τῆς ἐπανορθώσεως χάριν καὶ ὠφελείας, id est immoderatam conuiuiorum vim motusq; corrigendi temperandique causa. Vnde etiam Deorum immortalium hymnos in epulis cani moris fuit, quibus conuiuæ ad temperantiam modestiamque incitarentur. Hæc ille. Vnde Martianus Capella lib. de Musica: Ebrios iuuenes perindeque improbius petulantes Damon vnus è sectatoribus meis modulorum grauitate perdomuit: quippe tibicinem spondæum canere iubens, temulentæ perturbationis dementiam infregit. Plutarch. similiter libro septimo, Symposeôn problemate septimo, vult etiam philosophum non debere tibiam in conuiuio fugere, neque hisce voluptates ἀβλαβεῖς ἄζας, id est, maximè innoxias abominari, sicut canthari. Nam si vsquam, inter pocula maximè, talibus blandimentis, & relaxationibus indulgendum, animusque adhæc Deo dedendus est.

Euripidis igitur sententiam sibi minimè probari, qui musicam ad luctus & βαρυφροσύνας, id est, mœstitiam vult esse transferendam. Ibi enim medici loco præstò esse debet sermo sobrius atque honestus. Bacchо autem id est, compotationibus huiusmodi, voluptates ludique admiscerì debent. Ac omnino inter potandum atque remissionem animi huiusmodi voluptates sunt degustandæ, dandaque opera vt ex ijs voluptatis simul aliquid percipiamus. Idem problemate octauo eiusdem libri, quænam potissimum cœnæ sint adhibenda acroamata, musicam non quidem omnino à conuiuijs esse arcendam, sed eius moderationem quandam esse adhibendam docet. Enimuerò inquit, citharа antiquitus & iam inde ab Homeri temporibus eo nomine nota fuit, quod socia conuiuij esset, ac proinde tam diuturnam cognationem affinitatemque diuellere non conuenit: id modò à citharœdis petamus, vt nimios luctus & gemitus è carminibus eximentes, modos qui sint boni ominis, genioque indulgentibus (θαλιάζουσι) accommodati, sonent. Tibiam autem (τὸν αὐλὸν) ne si velimus quidem, à mensa arcere licet. Nam libationes eam flagitant vnà cum corona, & vbi pæani accinens diuinum cultum absoluit, suaui cantu per aures transit, iucunda eas voce perfundens, quæ quidem tranquillitatem animi efficit, ita vt si quid tristitiæ & curarum mero non sit discussum, id cantilenæ concinnitate suauitateq; sopiatur, modò cautio adhibeatur, ne tibia modum excedat, nimiosque animo motus adferat, illumque sonorum modulorumque multitudine

Tibiæ vsus in epulis.

mollium

mollitum extra se atque in transuersum rapiat. Nam sicut pecora orationem hominis non intelligunt: sibilis autem & palpationibus, fistulis atque conchis excitantur à pastoribus, atque sopiuntur: ita quod habet anima pecoris naturam resipiens rationisq; expers & eius dicto non obtemperans, id cantilenis & rythmis incantantes componere solent atque placare. Ex his Plutarchi verbis constat tibiæ olim in conuiuijs frequentissimum fuisse vsum. Quæ sint tibiæ pares, & impares, dextræ & sinistræ vide Brod. Miscell. libro quinto capite trigesimo secundo, & P. Nannij Alcmariani Miscell. lib. 1. Scalig. lib. 1. Poët. cap. 20. vbi tibias conuiuiales παρωνίας dictas vult pares & æquales easque pusillas fuisse, ad significandam æqualitatem conuiuiorum. Ibidem plura copiosè de tibiarum inuentoribus, sono, materia, numero, figura, vsu multiplici disserit. Tibia curacis dicta vide Turneb. in Aduers.

Verùm si mihi dicendum sit, quod sentio, nunquam vel tibiæ vel lyræ cantus absque sermone, & oda conuiuio videtur delectationem allaturus. Sic enim studiosè est assuescendum, vt ludos quoque atque iocos non sine liberali sermone obeamus: cantilenam rythmumq; tanquàm condimentum colloquio adhibeamus, non seorsim vsurpemus, aut delicatè in ijs luxuriemus. Nam quemadmodum voluptatem in vino & cibo vnà cùm nutrimenti vtilitate subeuntem nemo aspernatur: vnguentariam autem voluptatem tanquam non necessariam, atque superuacaneam Socrates veluti alapa inflicta eiecit: ita psalterij aut tibiæ vocem aures ferientem tùm demùm admittamus, quando cum docto carmine coniuncta nos inuitat & oblectat. Existimo enim Marsiam illum à Deo fuisse supplicio affectum, quod cum capistro & tibijs os sibi obturasset, ausus fuit nudo cantu decertare aduersus odam citharæ coniunctam. Id vnum caueamus, ne conuiuijs qui literato sermone oblectare se inuicem possunt, tale quid ad illorum aures admoueamus, quod impedimentum potius delectationis sit, quàm delectatio.

Clemens Alexand lib. 2. pædag. cap. 4. de immoderato luxurioso que musicæ abusu in conuiuijs hunc in modum disputat, quorum multa illis Plutarchi verbis admodum sunt similia. Vna cum petulantia in comessatione, inquit, versatur cantilena. In potu vero vigiliæ ebrietatem accersunt, libidinemq; excitant & audacia versatur αἰσχροποιὸς, id est, ad turpia incitans. Sin autem in tibijs & psalterijs, choris & saltationibus & plausibus Ægyptiorum & dissolutis eiusmodi otijs versentur, immodesti, insolentes, valdeq; à bona disciplina alieni euaserint, vtpote quos cymbala & tympana circumsonent, & fraudis instrumenta circumstrepant. Reuera enim, vt mihi videtur, eiusmodi conuiuium est ebrietatis theatrum. Et paulò post. Fistula (σύριγξ) tribuatur pastoribus: tibia autem (αὐλὸς) hominibus superstitiosis, qui ad idolorum cultum contendunt. Reuera enim hæc instrumenta sunt à sobrio conuiuio amandanda quæ magis bestijs, quàm hominibus conueniunt, & ijs hominibus qui à ratione sunt alieniores. Ceruas enim fistulis demulceri accepimus, & in laqueos inter venandum tantu duci à venatoribus. Equis autem cœuntibus, veluti quidam hymenæus, tibia carmen canitur. Id autem ab incitandis equis Musici appellarunt, ἱππόδρομοι. Item: Fractorum enim cantuum & flebilium Caricæ Musæ modorum varia venefitia, intemperanti & prauo musicæ artificio; mores corrumpunt, ad huius comessationis affectionem trahentes. Deinceps instrumenta illa musica Psalm. 150. ἀλληγορικῶς de carminibus siue hymnis spiritualibus interpretatur. Addit: Alia autem si quis curiosius inquirat, inueniet instrumenta bellica cupiditates inflammantia, vel amores incendentia, vel animum iramq; irritantia. Subiungit catalogum musicorum quorundam instrumentorum, quæ à singulis gentibus in bellis fuerunt vsitata. At nos, inquit, vno instrumento, nempe solo verbo pacifico vtimur, quo Deum honoramus, non amplius veteri psalterio & tuba & tympano & tibia, quibus illi vtebantur, qui in bello se exercebant. Duplex autem sit nostra in potu beneuolentiæ ergò inuitatio & Lege. Si enim diliges Dominum Deum tuum: deinde proximum tuum. Prior quidem, quæ est in Deum beneuola inuitatio, fiat per gratiarum actionem, & Psalmodiam. Secunda autem, quæ est in proximum, per honestam vitæ consuetudinem.

Clem. Alexandrini iudicium de musicæ vsu conuiuiali.

Ne autem Clemens omnem Musicæ præsertim instrumentalis vsum in conuiuijs reprehendere videatur, addit: Si ad lyram vel citharam canere aut psallere nouerus, nulla in te cadet reprehensio: hebræum iustum regem imitaris. Et paulò post: Verùm amatoria procul absint cantica: sint autem cantica Dei laudes. Quemadmodum autem antequam sumamus alimentum, laudare

Canere ad lyram aut citharam.

Digitized by Google

nos decet vniuersi creatorem: ita etiam in potu ei nos decet psallere, cum eius bonorum efficimur participes. Est enim ἐμμελὴς εὐλογία, id est numerosa laudatio. Postremò antequam nos semnus inuadat, pium & sanctum est Deo gratias agere, vt qui eius gratiam & benignitatem fuerimus consecuti. Tandem concludit: Sunt enim admittendæ modestiæ & pudicæ harmoniæ, à forti verò & neruosa nostra cogitatione molles & eneruatas harmonias amandando quam longissimè, quæ improbo flexuum vocis artificio vtentes ad delicatam & ignauam vitæ agendæ rationem deducunt. Graues autem & quæ ad temperantiam pertinent modulationes, ebrietatis proteruiæ vaticinant. Chromaticæ igitur harmoniæ, impudenti in vino proteruiæ, floribusq; redimitæ, & meretriciæ musicæ sunt relinquendæ. Ex his posterioribus constat Clementem non omnem Musicæ vsum etiam in conuiuijs tollere, sed eius tantummodo immoderatum, luxuriosum, fractum, mollem & lasciuum abusum reprehendere atque damnare. Huc pertinet Plutarchi. problem. 5. lib. 7. Ὅτι δεῖ μάλιστα τὰς ἐν τοῖς κακουσίαις, ἡδονὰς φυλάττεσθαι, καὶ πῶς φυλακτέον. De musica & eius vsu vide eundem in libello quem scripsit de Musica, in quo sub finem rationem reddit, cur in syssitia atque cœnas fuerit introducta.

De Musicæ epularis abusu apud Christianos.

Hodie profectò tam turpis est Musicæ in Christianorum epulis abusus, vt illam vel omnino ex illis tolli optandum esse videatur. Nam primò musica multi, qui olim Græcorum mos fuit, ceu classico quodam ad immanissimas illas suas propinationes abuntur. Et quidem, id quod valde est horrendum, nonnulli sacris quoque carminibus ex verbo diuino depromtis abuntur, quibus se inuicem ad pocula tantò citius exhauriendum incitant. Deinde cantiunculæ multæ amatoriæ, turpes, lasciuæ (quas Græci κώμους appellant) decantantur, quibus auditores ad amores, ad venerem libidinemq; impuram atque nefariam incitantur, cuiusmodi cantiones rectè ἐπῳδοὶ appellari possint. Adhæc instrumentorum musicorum mollibus, delicatis & eneruatis sonis atque modulis ad lasciuas, petulantesq; saltationes atque choreas impelluntur. Cantiones quoque fabulosæ, nugatoriæ, necnon blasphemæ atque maledicæ in conuiuijs sæpè adhibentur, ex quibus odia, inimicitiæ, rixæ atque contentiones sæpè grauissimæ nascuntur. Præterea immodico, immoderatoq; symphoniacorum hominum cantu seu potius strepitu, pia, honesta, iucunda, atq; vtilia conuiuarum colloquia sæpè interrumpuntur atque impediuntur, cum magna illorum molestia atque tædio. Huc facit prouerbium illud: ἀκέκοπται ἡ μουσική: de quo suprà.

Huiusmodi igitur vario atq; multiplici, qui hodie inter Christianos maximè versatur, musicæ conuialis abusu sublato, verus moderatusq; eius vsus retinendus, nec omnino repudiandus videtur esse. Verùm lurcones, helluones, bouinatores multi (quos diaboli luscinias, seu coruos potius appellare possis) inciuili, indecoro incomposito q; cantu, seu rugitu potius, boatu grunnitu, atque adeo arcadicorum animalium more in mediam vsque noctem clamare, cum maxima vicinorum omnium molestia, consueuerunt. Ebriosorum musica (quàm ἄκρον ἁρμονίαν, vt est in prouerbio, id est, suillam harmoniam verè dixeris) sunt clamores insani, strepitus, fremitus, crepitus inciuiles, stridor, clangor, murmur, susurrus, sibilus, boatus, tinnitus, tumultus, vociferationes: modò luporum instar vlulant, modò equorum more hinniunt, modò boum ritu mugiunt, modò ouium more balant: deniq; leonum rugitus, asinorum ruditus, canum latratus, porcorum grunnitus, infantium vagitus, coruorum crocitus, rhonchi, gannitus audiuntur, &c.

Verùm antequam hunc de musica epulari locum concludam, notandum est Musicam olim & in principio & in medio & in fine conuiuij fuisse adhibitam, qui mos etiamnum hodie durat. Nam primò, vt hodie in aulis principum, conuiuij signum tubis atque buccinis dari solet, quòd vulgò appellant zů hof blaasen: ita olim quoque eundem fuisse morem illa Vergilij Æneid. 11. videntur indicare.

At non in venerem segnes, nocturnaq; bella,
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi,
Exspectate dapes & plenæ pocula mensæ,
Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus aruspex
Nunciet, & lucos vocet hostia pinguis in altos.

Deinde musica ab initio cœnæ adhibetur, quod German. vulgò vocant: Eins liber tisch machen: Et in medio & sub finem cœnæ, quod vulgò vocant: Eins ab tisch machen. Notandum

dum etiam olim quosdam cibos præeunte atque canente tibicine inferri atque imponi fuisse solitos, vt accipenser apud Romanos, de quo suprà. Denique obseruabis coquos olim epulas quoque ad tibiæ sonum apparasse: vnde Eubulus apud Athen. lib. 9. ait moris fuisse, vt si quid peccasset coquus, tibicen vapularet.

DE SALTATIONVM SIVE CHOREARVM NOMINIBVS, ORIGINE, DIFFERENTIIS, VSV QVADRIPERTIO, nempe superstitioso, theatrico, militari, conuiuiali. De saltationum epularium vsu apud Græcos, Ionas, Sybaritas, Macedonas, Iudæos: quæ vt olim Romanis, ita hodie Moscouitis sunt exosæ. Quot nominibus illæ sint improbandæ atq; fugiendæ præsertim Christianis.

CAPVT XXI.

MVSICAE, *siue cantionis conuiuialis comes atque pedissequa solet esse Saltatio, quemadmodum vel ipsa experientia quotidiana testatur: itaque consequens videtur esse, vt nunc de illa dicamus. Apud Homerum quidem cantus atque saltatio, præsertim in epularum descriptionibus, plærunque coniunguntur, vt ex sequentibus testimonijs apparet. Od. θ.* Saltatio musicæ comes.

Ἀσιδὸν ἡμῖν δαῖστε φίλη κιθαείστε χορείτε. *Item:*
Μολπῆς τε καὶ ὀρχηθμοῖο, *vt Hesiodus,* ὀρχηθμῷ, καὶ ἀοιδῇ *dixit.*
Item: Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστῶν τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν.

Item Od. A.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔεργον ἔντο
Μνηστῆρες τοῖσιν μὲν ἐνὶ φρεσὶ ἄλλα μέμηλεν
Μολπή τ' ὀρχηστύν τε, τὰ γὰρ τ' ἀναθήματα δαιτός.

Item eodem in libro.
Οἳ δ' (proci) εἰς ὀρχηστών τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.
Τρι-φάμφοι τέρποντο. *Et Od. Σ. de ijsdem*

Sic Luca 15. in descriptione cœnæ illius aduentitiæ, qua pater filium suum pœnitentem excepit, συμφωνίας simul & χορῶν fit mentio. Et Matth. 11. Fistula, inquiunt illi pueri, cecinimus, & non saltastis. Ratio huius est in promptu. Nam Musica lætitiæ plærunque est prouocatrix, qua qui sunt affecti, sibi temperare nequeunt, quin rideant, gestiant, exultent, saltent: vt contra mœrore affecti, tacent, sedent, abiectis siue deiectis sunt animis, atq; corporibus. Hinc eleganter Latini aliquem vehementi gaudio correptum, exultare, exilire, atq; tripudiare gaudio dicunt. Rectè itaque, & ordine post musicam, siue cantionem de saltatione videtur esse dicendum, de qua primò in genere dicemus, exordio sumpto à nominibus. Musica lætitiæ ac proindè saltationis quoq; est effectrix.

Hebraicè saltare, exultare dicitur זנק *Sanack, Deut. 33.* נתר *Natar, Deut. 29.* רקד *Racad. Eccle. 3. Tempus plangendi, & tempus saltandi: (Græcè* καὶ καιρὸς τοῦ ὀρχήσασθαι*)* עלץ *aalaz, quod exultare, lætari, gloriari significat.* רנן *Ranan & exultare, & cantare siue laudare, quia hæc solent esse coniuncta. Item* שוש *Soseh, lætari, gaudere, exultare, quia lætitiam sequitur exultatio.* Saltationis nomina Hebræa.

Græcè χορὸς *teste Suida* καὶ οἱ χορεύται καὶ ὁ τόπος. *Homerus,* ἐν δὲ χορὸν ποίκιλεν, *vbi significat* τὸ σύστημα τῶν χορευτῶν. *Idem,* χορὸς τὸ σύστημα τῶν ἐν ταῖς σκηνοῖς ἀδόντων, *hoc est, cœtus eorum, qui in templis canunt. Eustath. in illa verba in Hom. Od. θ.* Nomina Græca. χορὸς & χορεία.

——ἀμφὶ δὲ κῆρες
Πεφθῆβαι ἵσαντο δαήμονες ὀρχηθμοῖο.
Πέπλεγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν.

χορὸν hic dixit τὸν τόπον τῆς χορείας, καὶ τῆς ὀρχήσεως, *siue* ὀρχήστρας. *Et paulò post, Ad simi-*

litudinem βελῆς ὁ χορὸς non modo significat, τὸ χορεύειν, καὶ τὸ χορευτικὸν πλῆθος, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ ταῦτα; sicuti etiam vox ἀγὼν, καὶ ἀγορᾶς accipitur. Χορεῖαν, teste Suida, veteres appellabant τὴν μετ' ᾠδῆς ὄρχησιν Plato χορὸν deducit ἀπὸ τῆς χαρᾶς à gaudio, quòd sit quædam gaudij testificatio, vel quod à gaudio proficiscatur. Inde εἰς χορὸν ἰέναι, siue ἐρχεῖσθαι, hoc est, ire agitatum choros. Ἱοιεῖσθαι χορὸς, choros agitare, siue celebrare. χορεβατεῖν, τὸ εἰς χορὸν βαίνειν, Suidæ. ἡγεῖσθαι χόρου, choreas ducere, quod est præsultoris. Χορεσδάτης, ὁ τῆ χορῆ ἐξάρχων Suidas, qui & χορεστάτης, χορεποιὸς, κορυφαῖος χορῆ Poll. & Hesych. dicitur, & χορεδιδασκαλος, chori magister. Item χόραγος, & χορηγὸς ὁ τῆ χορῆ ἡγεμὼν, καὶ δοτὴρ, dux chori, qui chorum ducit, choro præest, choragus latinè. χορικὸς similiter Suidæ ὁ τῆ χορῆ ἐξάρχων. χορηγεῖον, χορεῖον, χορήγιον, χορεγεῖον, locus in quo choreæ dicuntur. Χορεύειν, choros agitare, ducere, exercere. Χορετύπης, qui in choro, seu chorea terram pedibus plaudit, siue pulsat: inde χορετυπία, ipsa actio solum pedibus plaudendi inter saltandum. Χορεκιθαριστὴς, qui citharam in choro pulsat. χοραύλης, qui tibias in choro inflat: nam & citharas, & tibias choris adhibitas fuisse, Horatius testatur.

Ὀρχησις. Ορχησιν etiam saltationem Græci dixêre, cuius vocis variæ afferuntur etymologiæ. Eustath. Οδ. Ψ. ὀρχεῖσθαι dicit veteribus vsurpatum fuisse pro κινεῖσθαι, hoc est, moueri, & videri deriuatum ἀπὸ τῆ ὀρέγειν, ex quo ὄρεχα, hinc per syncopen ἄρχα, inde ὄρχησις, quod significat, κίνησιν τινα χειρῶν, καὶ ποδῶν μυελαχὲ, hoc est, quendam pedum, atque manuum motum, siue agitationem infinitis in locis significat. Alij ἀπὸ τῆ ὄρχων, hoc est, vinearum ordinibus, in quibus inter vindemiam primitias Baccho offerentes choreas agebant. Alij παρὰ τὸ ὀρίγειν τὰς χεῖρας, quia consertis, & extensis manibus fiat chironomia: propriè quæ manibus exercetur saltatio dicta est. Scaliger ὄρχησιν vult dictam παρὰ τὸ ὁρμεῖν, καὶ τὸ ἔχειν detracta aspiratione, aut ἀπὸ τῆ ὀρύειν. & saltationem definit motum compositum, numerosum, cum gestu effingentem rem, aut personam, vel quam canit, vel quam tacet: est enim saltatio alia vocalis, alia tacita. ὀρχεῖσθαι idem quod σκιρτᾶν, κινεῖσθαι, saltare, tripudiare. ὀρχεῖσθαι ἐν ρυθμῷ Xenoph. ad numerum saltare. Idem in Sympos. ὀρχεῖτο πρὸς ἄυλον. Athen. lib. 4. in cœna πρὸς ὅπλα ὀρχεῖτο, hoc est, in armis saltabant: vnde ἐνοπλοι ὀρχήσεις. Plato in Cratylo Palladem vult dictam ἀπὸ τῆ ἐν ὅπλοις ὀρχήσεως, hoc est, saltatione in armis: nam ὀρχεῖν, & ὀρχεῖσθαι idem est, inquit idem, quod μιμεῖσθαι, ἢ ἀπὸ τῆς γῆς, ἢ ἐν ταῖς χερσὶ πάλλειν τι, καὶ πάλλεσθαι. Inde ὄρχησις, ὄρχημα, ὀργασμὸς, ὀρχηθμὸς, ὀρχησὺς, hoc est, saltatio: ὀρχηστὴρ, ὀρχηστὴς, saltator, & in fœm. ὀρχήστρις saltatrix: ὀρχηστικὴ ars saltandi, ὀρχηστοδιδάσκαλος, qui saltatoriam artem exercet. φιλορχήμων saltationis studiosus. Obseruandum etiam quod ὀρχεῖσθαι, & χορεύειν vel idem videntur significare, vel non multum à se differre. Hoc tamen Græci inter vtramq; vocem discriminis statuunt quòd τὸ χορεύειν sit saltare cum cantu: ὀρχεῖσθαι autem rhythmicè moueri etiam sine cantu. Hinc Suidas, χορεῖαν, dicit, veteres dixerunt: πάλαι μετ' ᾠδῆς ὄρχησιν, & ante eum Plato de Legib. lib. 2. χορεία γε μὴν ὄρχησίς τις, καὶ ὡδή τις ξύνολον ὄνομα.

Ἀλλεσθαι. Βαλλίζειν. Αλλεσθαι etiam Græcis idem est quod saltare. Βαλλίζειν similiter (vnde Ital. ballare) tripudiare, pedibus plaudere, tripudiantium more saltare significat, κωμάζειν, καὶ χορεύειν Eustathio, qui dubitat, an, vt βαλεὸς, à βάλλω deriuatum sit. Sic apud Athenæum lib. 8. cùm quidam dixisset ὅτι βαλλίζουσιν οἱ κατὰ πόλιν ἅπαντες τὸν θεὸν, Vlpianus ridens, Quis, inquit, Græcorum hoc βαλλισμὸν vocauit, quum oporteat dicere κωμάζουσι, ἢ χορεύουσι: vbi significat βαλλίζειν idem esse, quod κωμάζειν, ἢ χορεύειν. βαλλισμὸς apud Athen. est tripudiatio, siue chorea ad tympanorum, & cymbalorum crepitum, tibiarumq; bombos, qualis Romæ agitabatur Palilibus, siue natalibus vrbis. Suidas, βαλλίζειν, τὸ κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι. Hæc de Græcis vocabulis, nunc de Latinis.

Chorus. Chorum Latini non solùm saltantium, canentiumue collectam multitudinem, sed etiam coeuntium cantum, atque saltationem appellarunt, teste Seruio in illud Virgil.

Omnis quam chorus, & socij comitantur ouantes.

Vndè apud poëtas, Plaudentes chori, canori chori, æquales chori, Fœminei chori, Virginei chori, Leues Nympharum cum Satyris chori. Hinc chorea Latinis vsitata est vox pro saltatione. Vnde choros, siue choreas agere, ducere, celebrare.

Salire, inquit Scaliger, est moueri in sublime, vel tanquàm medium, vel tanquàm metam: aut

eius frequentatiuum ſalitare, vnde conciſum ſaltare, Græca origo verbi ἅλλεσθαι. Alij à Salijs Martis ſacerdotibus ſaltationem volunt denominari. Nam in ſacris eius cymbala concutiebant circum aras, motus quoſdam corporis edebant, per vrbem etiam interdum curſitabant. Hinc ſaltus, & ſaltatio, hoc eſt, corporis concinnus motus, numeris aptus. Nam πηδᾶν, vt ait Plato animantes à natura habent: homo autem, qui rythmum, numeros, & harmoniam intelligit, motum corporis concinnitate quadam numeroſa exornauit. Hæc de nominibus, nunc de ſaltationis origine, atq; auctoribus dicamus.

Vnde ortum choreæ habuerint, variæ ſunt opiniones. Alij enim, vt Lucianus teſtatur, ab obſeruatione diuerſi motus ſtellarum errantium, & fixarum: alij à religione, ſiue ſacris originem ſuam traxiſſe volunt. Nulla enim antiquitus erant ſacra, in quibus nõ ſaltaretur, de quo poſtea pluribus. Omnino mihi ab ipſa natura ſaltationes videntur promanaſſe. Nam cùm homines ipſius naturæ impulſu, cùm aduerſis, tùm ſecundis in rebus, & animis, & corporibus vehementius commoueantur, variosq; motus atq; geſtus edant: acceſſit deinde ars, qua hi ipſi naturales corporis motus, geſtusq; numeroſi facti fuerunt, atq; harmonici. Quis autem primus choreas inuenerit atq; introduxerit, inter veteres controuertitur. Græci ferè ad Muſæum, & Orpheum referunt: forſan quia illi muſici fuerunt, & poëtæ, ac omnia ſacra cum ſaltatione inſtituerunt. Alij Erato fecerunt primam ſaltationis inuentricem. Non deſunt, qui ſaltationis originem ad Hieronem Siculum tyrannum referant. Eum quippe aiunt, vt ſuam tyrannidem ſtabiliret, populo interdixiſſe mutuis colloquijs. Quare cœpiſſe homines in Sicilia ſenſus, & cogitationes nutibus, & geſtibus corporis exprimere, idq; poſtea in vſum, & conſuetudinem abijſſe. Molles ſaltationes, & geſtus impudicos ad pſallendi normam accommodatos Iones primùm inueniſſe dicuntur. Phidamon homo nobilis in Delpho apud Pythium delubrum primus choreas inſtituit circa annum mundi 3920. tempore Gedeonis Hebræi, vt ſcribit Euſebius in Chronicis. Pyrricham autem ſaltationem in armis idem Euſebius Curetibus, & Corybantibus tribuit, qui Gnoſſum condiderunt, circa annum 3656. tempore Moſis. Apud Latinos Romulus dicitur bellicrepam ſaltationem in armis inſtituiſſe. Idem Salios Martis ordinauit, hinc in ſacris adhibita. Liuius tamen ſcribit morem ducendi choreas ab Hetruſcis ad Romanos profectum.

Vnde choreæ ortũ duxerint.

Vide Iſido. lib. 18. cap. 47.

Porrò conſtat apud omnes ferè gentes, & antiquiſſimum, & frequentiſſimũ fuiſſe ſaltationum vſum, quemadmodum Lucianus multarum gentium exemplis probat: quarum etiam innumera ferè genera, atq; modi extiterunt, de quibus plura apud Lucianum, Athenæum, Pollucem, Scaligerum lib. 1. Poëtices. Cæl. lib. 5. cap. 3. & 4. videre licet. Sumuntur autem ſaltationum differentiæ, atq; nomina, vel à cantu, vel à motu, vel à regionibus, vel ab inuentoribus, vel ab argumento ſubiecto, vel à partibus corporis, vel ab imitatione, vel ab inſtrumentis, vel ab habitu, vel à ſexu, vel ab ætate, vel ab vſu. Exempla ſingularum vide apud auctores paulò ante citatos.

Saltationum vſus antiq.

Saltationum differentiæ.

A cantu, nam vt aſſam vocem veteres dixerunt cantum ſiue tibia, aut cithara, aut lyra, teſte Varrone: ita ſaltatio quædã ſine cantu fuit, eaq; vetuſtiſſima: deinde cantus additus. Illa, quã taciturnam vocare poſſumus, ὀρχησις: hæc, quam vocalem, χορεία propriè dicta eſt, teſte Suida, & Euſtath.

A motu primò ſummæ illæ duæ ſaltationis ſunt differentiæ, ſtataria, & motaria, pro argumentis fabularum, non quòd non vtraq; moueatur, ſed quòd hæc magis, à quibus ſpecies illæ deducta, contentæ, remiſſæ, ſeriæ, molles, ridiculæ. Motum in animali Ariſtoteles confieri dicit ἐξ ὤσεως, καὶ ἕλξεως, hoc eſt, impulſu, & tractu, quæ ſunt ſummæ motus differentiæ. Minores autem ſunt, flexus, procurſus, ſaltus, conquiniſcentia, diuaricatio, claudicatio, ingeniculatio, manuum innixio, conſertio, compectinatio, agitatio, commutatio, compoſitio, elatio, iactatio, pedum permutatio, alternatio, ſuppoſitio, atq; aliæ talia. Gal. quoq; lib. 2. de Conſeruanda ſanitate aliquot meminit: ὀρχησάν αἱ σωύτοισι κινήσεις, ἐν αἷς ἄλλονται μέγιστα, καὶ ὠθεόμενοι τρεφόμενοι τάχιστα, καὶ ὀκλάσαντες ἐξανίστανται, καὶ πεσοῦνται, καὶ διαχίζουσιν ὅλῃ πλεῖστον τὸ σκέλη: appellabant hoſce modus corporis σχηματισμοὺς, in quibus non ſoli motus, ſed etiam quietes numerabãtur. A Plutarcho in Symposiacis tres ſtatuuntur ſaltationis partes, φορὰ, σχῆμα, & δεῖξις, id eſt, motus, geſtus, demonſtratio, vide Turneb. in Aduerſ. lib. 4. cap. 21.

Quo ad vſum, Plato ὄρχησιν ita diuidit in ſua Repub. vt aliam dicat eſſe πολεμικὴν, id eſt, bellicam, ſiue militarem, qualis eſt Pyrriche ἐνοπλίου & ſaltatio, quam ſtudioſe iuuentutem doce-

Saltationum vſus duplex.

Digitized by Google

bant Lacones, & Persæ. Aliam εἰρηνικὴν constituit, & ἐμμέλειαν vocat, cuius vsus sit in sacris. Vtraque γυμναστικῆς est species, & apud eum auctorem ἐπαινετή. Tertium deinde genus recenset probrosum, & odiosum Platoni, id totum à sua Republica iubet exulare. In eo genere Tragicas, Comicas, Bacchicas saltationes numerat, quæ non ad liberos homines, sed ad seruos spectent. Alij ὀρχησιν distinguunt in πολεμικὴν, & γελαστικὴν: priorem belli artibus ascribunt, posteriorem theatris, & conuiuijs relinquunt. Ominino quadruplicem antiquitus apud gentes saltationum vsum fuisse comperio: nempe, sacrum siue superstitiosum, theatricum, militarem, conuiuialem.

Saltationum vsus quadruplex, Sacer, siue superstitiosus.

Quo ad primum, Lucianus saltationem vocat exercitium diuinum, ac mysticum, quod in deorum cultum, atque honorem celebrari fuit solitum. Nulla enim apud veteres, vt idem inquit, sacra, nullæ festiuitates, cæremoniæ, initiationes, sine saltatione peragi consueuerunt. Orpheum, & Musæum ferunt Ianxisse, vt cum rythmo, & saltatione initiationes fierent. Corybantes in Phrygia, Curetæ in Creta in Rheæ deæ suæ honorem, cuius erant sacerdotes, saltationibus vacabant. In Delo nulla sacra peragebantur, cui saltatio non fuisset adhibita. Nam ingressi puerorum chori tibia, & cithara præcinentibus saltabant, quos subsecuti optimi, facto delectu, choreis excipiebant. Itaque & cantilenas eiusmodi chorus conscriptas hyporchemata nominare consueuerunt, quæ concinebant saltantes in altaris ambitu, cum iam igni admota essent sacra: & illi, qui mysteria prodiderant vulgò dicebantur ἐξορχήσασθαι, hoc est, desultasse, ad quod aduersus Androtionem alludens Demosthenes, ἐξορχησάμενον, pro eo qui vertisset terga posuisse videtur. Indi similiter posteaquam manè è strato excitati, Solem precibus venerati fuerant, non, quemadmodum nos (inquit Lucianus) deosculata manu, perfectam precationem esse arbitrantur: verùm ad Orientem conuersi, saltatione Solem consalutabant, seque ipsos cum silentio conformantes, dei choream imitari, atque effingere conabantur. Et hæc Indorum fuit precatio, chorus, sacrificium: sicque bis in die, mane nimirum, atque vesperi Deum venerari consueuerunt. In hoc Indorum exemplo obiter notandum, quòd dicit Græcos Solem manuum osculo, vt Indi saltatione, venerari fuisse solitos. Ad hunc enim morem Iob quoque aludit, cap. 31. cùm inquit, Si videns lucem (Solis) splendidam, & Lunam claram incedentem. Et occultè cor meum mihi persuasit, vt manus mea ori applicaretur. Nam, vt ea est iniquitas, iudicio capitali digna: Deum enim, qui supra est, negassem. Hoc est, interprete Rabbi Gersonite, Si visa claritate Solis, & Lunæ, deceptus sum eos arbitratus, quemadmodum penè cuncti quondam, exceptis Hebræis, Deos, & dominos mundi, maximè Solem, qui lucem largitur Lunæ, quam fundat in terras, eosque deos esse suspicatus, quòd admouere os non poteram, manum procul sum osculatus, ad orationis, & cultus indicium, &c. Sic Hieronymus in capite 13. Hoseæ, eundem hunc Iobi locum citans, Qui adorant, inquit, Solem, manum suam deosculari solent, id quòd Iob se fecisse negat. Verùm, vt ad propositum redeam, Lucianus Salios (vt de etiam videntur dicti) apud Romanos in Martis dei sui grauissimè, religiosissimeque saltasse dicit. Dionysia quoque atque Bacchanalia, eodem teste, olim quasi maxima sui parte saltationibus, atque tripudijs constabant. Hodie quoque idem apud Christianos in more videmus esse positum. Nam funestissima illa festa, lasciuis potissimùm, & impudicis saltationibus hodie à Christianis celebrantur. Ducebant Ethnici in sacris suis tripudia à sinistra parte altaris ad dextram, quo motum cæli ab Oriente in Occidentem referrent: postea redibant à dextra ad sinistram, vt errantium stellarum cursum exprimerent, quod fortè Virg. significauit, cum ita canit:

Instauranté choros, mixtiq; altaria circum, &c

Ipsos quoq; deos, atq; deas suas Ethnici fecerunt saltantes. Sic enim Musæ apud Hesiodum, & Anacreontem animi gratia saltant. καλλίχοροι κοῦραι Διὸς ὠρχήσαντ' ἰλαφρὸς. Est etiam Pindari Apollo saltator. Quid ni saltet etiam Iuppiter otiosus. De Ioue saltante ita dicitur,

ὀρχεῖτο πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Apud Apuleium libro sexto, in illo epulo nuptiali Psyches, & eius mariti, in quo etiam Iupiter, Iuno, cæteriq; dij accubuerunt, Apollo cantauit ad citharam, Venus suaui musicæ superingressa, formosa saltauit, scena sibi sic concinnata, vt Musæ quidem chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, & Paniscus ad fistulam diceret. De saltationibus hisce sacris, vide plura apud Platonem de Legibus 2. vbi docet singulis dijs peculiaria sacrificia, atque saltationes esse accommodandas. Hunc verò superstitiosum in sacris saltandi morem idololatricas illas gentes, ceu simias, verisimile est

milit est καλοζηλία quadam traxisse à saltationibus quibusdam siue choreis, quarum sacris in literis fit mentio. Dauid ephod cinctus lineo Mecarcer, id est, saltabat coràm Arca Domini: Graecè, ἀπεκρύετο ἐν ὀργάνοις ἁρμοσμένοις, quod licet saltationem non exprimat, mox tamen Michol filia Saulis videt Dauidem ὀρχούμενον, id est, saltantem, 2. Samuel. 6. Maria Mosis soror Pharaone aquis obruto, atque deleto organis lusit, & choreas cum mulieribus duxit, sicuti scriptum est Exod. 15. Mulieres similiter, occiso Goliatho, choreas agunt. Huiusmodi tripudij sancti illi homines ad animi sui laetitiam, & εὐχαριστίαν erga Deum pro acceptis beneficijs testificandam vsi fuerunt. Aliàs nusquam legimus Hebraeos in sacris suis choreas, alióue ludos adhibuisse: epulis quidem laetis indulserunt, idque Dei ipsius mandato, sed non fit tripudiorum, alierúmue ludorum mentio. Quòd autem Exod. 32. Israelitae vituli illius aurei cultores lusisse, atque saltasse, & Iudaicum 21. puellae in solenni Iehouae festo choreis indulsisse dicuntur, id fecerunt ex idololatrarum more, ac proinde iustas, grauesque illarum suarum saltationum poenas luerunt. Hodie qui ad nos veniunt è Syria testantur Christianos, qui degunt in illis regionibus, die Resurrectionis Dominicae, nec non alijs celebribus festis venire in templum cum lyris, & citharis, & psalmos inter se cantare, ac viâ, sobriè tamen & modestè, seorsim viros, & seorsim mulieres saltare, qui sanè illorum mos ab Ethnicis videtur promanasse, qui falsò sibi persuadebant, numen huiusmodi tripudijs placari, cum spiritu, & pura mente, & quiete magis, atque silentio, quàm motu colatur. Hodie quidem passim apud Christianos dies festi, vt quotidiana docet experientia, partim compotationibus, partim, quae illarum sunt appendices, saltationibus, atq; tripudijs agitantur. Huiusmodi tripudia in festiuitatibus à Christianis veteribus summoperè fuerunt culpata. Theologi Scholastici in 3. Sentent. distinct. 37. choreas in festis diebus prohibuerunt: idem ciuilibus quoq; legibus fuit prohibitum. In C. Quippe Tit. de Ferijs l. Dies festos: Relaxamus quidem otium diebus festis, sed nolumus homines detineri voluptatibus. Proinde saltationibus, siue libidinosae fuerint, siue comparatae ad voluptatem, non licebit vti diebus festis.

Secundus saltationum vsus fuit theatricus, siue theatralis in Comoediarum, atque Tragoediarum actione. Fuit autem theatralis saltatio, teste Luciano, triplex pro fabularum modo, numero, atque genere. Vna in Tragoedia, quam vocarunt Ἐμμέλειαν, quae grauis erat, & composita, vt nomen ipsum indicat. Hanc nonnulli à Bathyllo Alexandreo volunt fuisse inuentam. Altera in Comoedia solutiore licentia κόρδαξ dicta, vnde κορδακίζειν de licentiosa saltatione dicitur. Species eius, ἱλαρὸς & ἱλύων, iucundae ambae, vnde & nomina. Tertia lascina inconstans in Satyris appellata σικιννὶς, vt quidam volunt à Sicinnio quodam barbaro: alij Cretensem, non barbarum prodidere. Fuit ea maximè motoria, gesticulatione creberrima, & celerrima, potissimùm Satyrorum, quare Scamon dictam putant παρὰ τὸ σείεσθαι. Idcircò saltantes Satyros dixit poëta: Saltationum vsus theatricus.

Saltantes Satyros imitabitur Alphesibaeus.

De his vide plura apud Athenaeum lib. 1. & 14.

Tertius saltationum vsus apud veteres fuit militaris, qui quidem omnium vtilissimus, ac laudatissimus videtur fuisse. Lucianus testatur, Lacedaemonios (quos omnium Graecorum praestantissimos censeri dicit) à Castore, & Polluce καρυατίζειν (quae saltationis species à Carijs Laconiae vrbe dicta fuit) artem edoctos omnia cum carminibus facere, & ad tibiarum quoque modulos, rythmum, moderatumq; pedis ingressum, praelium committere fuisse solitos. Ephaebos quoque illorum non minore studio saltationi, quàm ὁπλομαχίᾳ armis exercendis operam dedisse. Fuit illis peculiare quoddam saltationis genus, quae Hormus fuit dicta, cuius rationem ibidem pluribus describit. Pyrrhicha quoque Laconibus belli progymnasium fuit, à quinto aetatis anno condiscentibus singulis πυρριχίζειν, hoc est, Pyrrhicham exercere. Hinc Quintilianus libro 1. Institut. orat. de gestus institutione prima, Lacedaemonios, inquit, saltationem quandam ad bella vtilem habuisse inter exercitationes. Huiusce saltationis, quae ab armatis pueris peragebatur, Athenaeus mentionem facit libro decimoquarto, ostendens, ea belli imaginem repraesentari, impetum & ardorem aduersarium, & celeritatem fugientium. Aelius Spartianus in Adriano, Militares, inquit, Pyrrhichas populo frequenter exhibuit. Tranquillus item eiusdem meminit, Pyrrhichen, inquit, saltauerunt Asia, Bithyniaeque principum liberi. Pollux libro quarto, capite 14. inter varia saltationum Saltationum vsus militaris.

genera commemorat ἐμμέλειαν Tragicorum, κόρδακα Comicorum, σικιννίδα Satyricorum: πυρρίχην, ac τελεσίαν, quas ἐνοπλίους vocat, quod armati saltarent: vnde ξιφισμὸν dictam indicat, quòd gladijs perageretur, & ποδισμὸν, quòd mira pedum celeritate corpus circumagerent. Idem commemorat & alia saltationum genera, quæ belli habebant imaginem: κόμον, & τετράκωμον, quam ait Herculi fuisse sacram. Rursus aliam, quam καρικὴν dixère, quæ & ipsa armis peragebatur. Plato libro septimo de Legibus duo potißimum saltationis genera facit, vnum εἰρηνικὸν, hoc est, pacificum, quod ἐμμέλειαν vocat: alterum πολεμικὸν, hoc est, militare, & ἐνόπλιον, quod πυρρίχην dicebatur: eam pluribus describit. Meminit & Scholiastes in Il. Hom. π. commemorans tria saltationum genera, Pyrrichen, Sicinen, quæ pertinet ad sacra, & cordaciſmũ, qui sit indecorus, & prophanis conueniens. Eustath. ιλ. υ. in illa Homeri:

Αλλῳ μὲν δὴ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα.
Αλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.
Αλλῳ δ' ἐν στήθεσι τίθει νόον ἀρυόπα Ζεύς.
Εὐθλὸν. ——

Saltationem hîc intelligit laudabilem, cuiusmodi fuit illa Persarum, qui vt equitandi, ita saltandi quoque artem discebant, cùm existimarent id decorum, atque conueniens esse virium corporis exercitium. Feruntur etiam apud Antiochum Magnum cognomine in ipsa cœna ad arma saltasse non solùm regis amici, sed ipsemet rex. Fuit etiam saltatio militaris, Pyrriche quam armati pueri saltabant, sic dicta à Pyrricho Lacone, quæ diu in Lacedæmone durauit, etiam χειρονομία appellata. Erant autem ἀγενεῖς ignobiles quoque nonnullæ saltationes, vt Comicorum, de quibus alio in loco. De notatione vocabuli variæ sunt opiniones. Alij à Pyrrho Achillis filio volunt dictã, quod Plin. lib. 7. c. 56. sentire videtur, scribens armatam saltationem Curetes docuêre, Pyrrhichen Pyrrhus, vtramq; in Creta. Athenæus, & qui eum sequitur Eustath. à Pyrichor quodã Lacedæmonio, hanc enim Lacedæmonij bellicosi diligenter ab ineunte ætate discebãt, quod illi vocabant πυρρίζειν, & πυρρίχιστὰς qui eo saltationis genere se exercebãt. Alij ab ignea eius vi sic volunt nominatam. Vnde & Pyrrichio pedi nomen, quod impetum habet similẽ militis in prælium ruentis. Xenophon apud Athenæum in conuiuio Seuthæ Thracis multa huiusce modi saltationum, præsertim militarium, genera refert: Thraces, inquit, ad tibiam saltabant armati, & in sublime facili, ac leui saltu corpora subijciebant, ac gladijs ita vtebantur, vt alter alterum feriret. Nemo erat quin verum putaret vulnus, adeò compositè is, qui percussus fuerat, cecidit. Tum clamor ab omnibus sublatus est. Ille igitur qui percußisse videbatur, lectis spolijs, exiuit canens Sitalcam. Is est illis cantus, qui Græcis Pæan. Iacentem comites defuncti modo extulerunt, quum nullo affectus esset malo. Hoc saltationis genus hodie inter Christianos quoque est vsitatißimum, quod Germani mortuorum saltationem vocant. Homerus ιλ. π. Cretensem quendam bello strenuum ὀρχηστὴν appellat, hoc est, saltatorem, ob Pyrrichen nimirum, de qua dictum. Strenui bellatores sæpè ab Homero ὀρχηθμοὶ appellantur: vt apud Thessalos viri strenui, & in dimicando principes, quos aliàs θεοράτας, θεοαγωνιστὰς appellarunt, θεορχηστῆρες fuerunt dicti, teste Luciano. Idem manifestum ex statuarum titulis: quas ijs, quorum strenua opera exiterat, excitabant. φράκεις θεορχηστῆρα ἡ πόλις. Et alibi, εἰλατίωνι τὰς εἰκόνας ὁ δῆμος θεορχησαμβίῳ τὴν μάχαν. De Pyrriche vide etiam Suidam, qui tres saltationis species esse dicit, πυρρίχην, σικίννιδα, & κορδακισμὸν. Aristophanes in Comœd. ὄρνιθες, πυρρίχην βλέπων, hoc est, interprete Scholiaste, ἐνόπλιον, καὶ πολεμικόν τι: ἐνόπλιος γὰρ ὄρχησις ἡ πυρρίχη. Vlpianus in Commentarios in Demosthenem Olynth. κορδακισμός ἐστιν εἶδος ὀρχήσεως αἰσχρᾶς, καὶ ἀσχήμονος, τῷ γὰρ ὀρχήσεων ἡ μὲν πολεμικὴ, ὡς καὶ ἡ πυρρίχη, ἡ δὲ γελαστικὴ ἣν χορεύονται ἐν θεάτροις, καὶ πότοις, hoc est, Cordaciſmus saltationis est species turpis, & indecora. Nam saltationum aliæ quidem sunt bellicæ, vt Pyrricha: aliæ ridiculæ, qua vtuntur in theatris, & compotationibus.

Saltatio in armis olim non modò rei militaris exercitatio erat, verumetiam pœnæ genus, qua afficiebantur iuuenes cum deliquissent, vnde Pyrricharij fuerunt dicti. Eius rei mentio fit in ff. de Pœnis. L. Ad damnum. Æthiopes olim non alia quàm saltandi ratione illatis iam signis bellum ingrediebantur, nec quisquam Æthiopum vel sagittam excussam emittebat anulsam à capite (hoc enim vice pharetræ vtebantur, tela capiti circumponentes) nisi prius saltauerit, & saltatione hosti terro-

sit terrorem incussisset. Plato in Cratylo ipsam quoque Pallada, ἀπὸ τῆς ἐν ὅπλοις ὀρχήσεως vult dictam, quia ὀρχεῖν, & ὀρχεῖσθαι idem significat quod πάλλειν, & πάλλεσθαι. Idem lib. septimo de Legibus: Gymnastices duo facit genera, ὄρχησιν, καὶ πάλην. Vbi etiam saltationem dicit adhiberi δεξίας, ἰλαφρότητός τε ἕνεκα, καὶ κάλλους τῆς τε σώματος & αὖτε μελῶν, καὶ μερῶν. Ibidem & Curetum, ἐνοπλίων παιγνίων, & Lacedæmoniorum Dioscurorum saltationis mentione facta, dicit Minervam quoque saltationis armatæ ludo fuisse delectatam, quam quidem conueniat omnes cùm pueros, cùm puellas imitari, τιμῶντας τῆς θεοῦ χάριν πεφυκότας, πολέμου τ' ἐν χρείᾳ, καὶ ἑορτῆς ἕνεκα, hoc est, Deæ gratiam celebrantes cùm ad belli vsum, tùm festiuitatum causa. Itaque idem vult pueris, atque puellis saltatores, atque saltatrices præfici, à quibus saltandi artificium discant. Athenæus libro decimoquarto, Saltationis, inquit, olim in choris genus fuit εὐχημον, καὶ μεγαλοπρεπὲς, καὶ ὡσανεὶ τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις κινήσεις ἀπομιμούμενον, id est, decorum, magnificum, quodq; eas ferè motiones, quæ in armis fiunt, imitabatur. Ibidem tradit Socratem in poematis studuisse, eos qui scitè saltarent, maximè esse idoneos ad res bellicas,

Οἱ δὲ χορείῃς κάλλιστα θεοὺς τιμήσουσιν, ἄριστοι
Ἐν πολέμῳ. hoc est,
Qui rectè sciuêre choris decorare deos, hi
Optimi & in bello.

Idem, ὥσπερ ἐξόπλισις τις ἦν ἡ χορεία, καὶ ἐπίδειξις οὐ μόνον τῆς λοιπῆς εὐταξίας, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ σωμάτων ἐπιμελείας, hoc est, Quasi armorum instructio erat saltatio, & demonstratio cùm reliquæ compositionis, tùm diligentiæ corporum. Et paulò post, Ad motiones armatas exercebantur cum cantu, quod cantionis, saltationisq; genus Pyrriche dicebatur: subiungit deinceps plura saltationum genera, atque nomina. Et hæc quidem hactenus de bellico seu militari saltationum vsu, qui omnium & honestissimus, & vtilissimus videtur esse. His enim corpus humanum firmum, robustum, agile, & ad rem militarem aptum, atque idoneum redditur. Nam vt venatio, teste Xenophonte, Athenæo libro 1. capite 20. ita saltatio (quæ totius corporis motus, & exercitatio) vtilissima ad rem militarem videntur esse progymnasmata.

Quartus saltationum vsus est conuiualis, quem ipsum quoq; apud omnes ferè gentes vsitatissimum fuisse ex veterum monumentis satis constat. Ac apud Homerum quidem, vt inde exordiar, crebra admodum fit saltationum in epulis mentio, quæ ferè cum musica coniunguntur, vt ex exemplis suprà citatis constat: ita vt hæ duæ fuerint quasi perpetuæ conuiuiorum appendices. Sic apud Phæacenses fatetur rex Alcinous in vsu esse Od. θ. 4. Saltationũ vsus epularis.

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαῖτε φίλη κίθαρίς τε, χορείτε.

Idem mox facto comprobant, Demodoco ad citharam canente surgunt, κοῦροι ἀεθθῆβαι, δαήμονες ὀρχηθμοῖο. Καὶ, πέπλεγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν. Deinde Halius, & Laodamas Alcinoi filij leguntur μετάξυ ὀρχήσασθαι, καὶ ὀρχείσθω δὴ ἤπειτα ποτὶ χθονὶ παλυβοτείρῃ. Vlysses domum reuersus saltationes instituit domi, vt putent nuptias esse in aula Penelopes. Canitur orditur,

Μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.
Τοῖσιν δὲ μέγα δῶμα περιστονάχιζετο ποσσὶν
Ἀνδρῶν παιζόντων καλλιζώνων τε γυναικῶν.

Eustathius ibidem, Saltatio inculpata erat in nuptijs, in festiuitatibus, καὶ ἐνόπλιος, hoc est, armata, Od. ψ. Athenæus libro 1. annotat, duo esse apud Homerum saltationum genera. Vnum περὶ κυβιστήσεων, eorum qui in caput saltabant, nam κυβιστᾶν est se in caput mittere, cuius inuentionem alij Nausicæ, alij Sicyonijs, alij Lacedæmonijs acceptam ferunt. Alterum verò saltationis genus erat, quod fiebat διὰ τῆς σφαίρας, quam saltationem idcirco & σφαιριστικὴν, & διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν, & φαινίνδα appellat. De vtroque saltationis genere, eodem in loco vide plura. Ibidem Phæacas etiam sine pila tripudiasse dicit, καὶ ἄνα μέρος, per partem. Præterea Homerum testatur illam quoque saltationem cognouisse, quæ fit ad cantum. (ὄρχησιν πρὸς ᾠδὴν) Nam Demodoco canente iuuenes saltarunt in armis: & puero citharam pulsante alij insanis cantibus, atq; tripudijs indulserunt,

Ἄλλοι ἐν μανίῃ μολπῇ τ' ὀρχηθμῷ τ' ἰσταίεσαν, Il. σ.

Digitized by Google

Saltationis studium apud Græcos.

Porrò apud Græcos in primis saltationes olim in conuiuijs fuisse adhibitas, plurima literarum monumenta testantur. Attici, vt inquit Athen. lib. 4. ἐν τοῖς συμποσίοις solebant ὀρχεῖσθαι ὑποπίνοντες, vbi hanc Alexidis sententiam citat, ἅπαντες ὀρχοῦντο δεδίοτες, μὴ οἶνος μόνον ὀσμὴν ἴδωσι. Lucianus in libro de Saltatione Phrygiam saltationem conuiuijs, & compotationibus conuenientissimam esse dicit, quam ebrietate impulsi sæpè homines exercent. Rusticos quoq; & agrestes homines sæpenumero duris, incompositis, atq; laboriosis tripudijs in conuiuijs vti testatur. De Thræcum saltatione militari, in Seuthæ conuiuio adhibita, suprà dictum est ex Athen. lib. 1. cap. 8. cuius etiam Xenophon meminit lib. 6. expedit. Cyri statim ab initio, in descriptione sacrificij atq; epuli à Græcis in Paphlagonia celebrati. Peracta libatione, inquit, & pæanismis Thraces primò surrexerunt, & ad tibiam saltarunt cum armis. Athenæus, Polysperchontem Macedonem, nulli rei militaris peritia secundum, tradit sæpius in symposijs, talari indutum tunica, Sicyonijsq; calceatum cothurnis, ad tibiam, magna cum licentia, saltasse. Antiochus quoq; eodem teste, cognomento Epiphanes, quem meritò Polybius Epimanem, id est, mente captum appellat, cum aliquando in certaminibus, quæ Antiochiæ celebrauit, Græcos omnes epulo magnificentissimo excepisset, in eo cum conuiuis, & bistrionibus adeò turpiter, impudenterq; saltauit, vt omnes conuiuas præ pudore oculos à se auertere cogeret: de eodem Leon. lib. 3. cap. 91.

Iones saltationum studiosissimi.

Iones quoq; quæ gens fuit luxuriosissima, saltationum valdè fuerunt studiosi, id quòd Maximus Tyrius testatur in opere, cui titulus, Quis sit Philosophiæ finis. Crotoniates, inquit, Olympicum oleastrum adamat: Spartiates armaturam: Venationes Cretensis: luxum Sybarites: Ionchoros. Hinc Horat. in Odis,

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.

Lasciuas saltationes, & parum decoras indicans. Turnebus in Aduersarijs: Ionicus à Plauto in Sticho, appellatur saltator ferè molliculus, & effœminatus, delicatiusq; se mouens, tùm quòd Ionum mores, & saltationes lasciuiores, & teneriores, petulantioresq; erant: tùm quòd Siculi saltationem quandam, vt reor blandam, & voluptuariam, in honorem Dianæ celebrabant, Ionicam vocatam. Pollux, τὸ δὲ ἰωνικὸν Ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο σικελιῶται μάλιστα.

Sybaritæ.

Sybaritæ in conuiuio equos quoq; introducebant ita institutos, vt incinentis tibiæ cantu audito, statim arrigerentur, ac pedibus ipsis prioribus manuum vice, gestus quosdam chironomiæ, motusq; ederent ad numerum, & saltarent, de quibus vide plura apud Angel. Politianum Miscell. cap. 15.

Saltationes bestiarum.

Sic apud Indos Arrianus docet elephantos quoq; saltationem doceri, & exercere. Camelos similiter Hebræi ob id Circaroth appellari contendunt, quòd ob leuem, & velocem cursum saltare videantur. De Simijs refert Strabo lib. 13. in festo Dianæ Coloes saltare solitas. Apud Persas, teste Athenæo lib. 10. Ἐν μόνῃ τῇ ἑορτῇ τῇ ἀγομένῃ ὑπὸ περσῶν τῷ μίθρῃ βασιλεὺς μεθύσκεται, καὶ τὸ περσικὸν ὀρχεῖται.

Macedones saltationibus dediti.

Macedones quoque cùm symposijs, tùm saltationibus maximè fuisse addictos plærique veterum memoriæ prodiderunt. Vide Leon. lib. 2. cap. 91. Scepsius, teste Athenæo, scribit Antiochum cognomine Magnum, in cœna quadam armatum cum amicis saltasse. Quo in loco ferunt cum ad Hegesianactem Alexandrinum ex Troade elegiacum scriptorem saltandi vices perueniissent, è thoro illum consurrexisse, altaq;, vt exaudiri posset, voce dixisse: Elige quod mauis Antioche, aut malè saltantem me in præsentia videre, aut peculiaria de te carmina satis pro tempore recitantem audire. Silentio igitur facto, cum illum rex dicere iussisset, & multa ille carmina, ceu diuino quodam afflatu, de regis laudibus profudisset, regem, cæterosque conuiuas tantoperè oblectauit, vt illum plurimis muneribus donatum, in amicorum, & familiarium suorum album receperint.

Saltationes cõuiuales in sacris literis.

In sacris literis conuiuialis saltationis mentio fit: & Exod. 25. vbi Israëlitæ in Vituli cultu post compotationem saltationibus indulsisse dicuntur, & Marc. 6. vbi Herodiadis filia in natalitio Herodis epulo impudica sua saltatione innocentissimo viro Ioanni Baptistæ mortem attulisse scribitur. Lucæ quoque vigesimoquinto in cœna illa parabolica, qua pater filium suum in patriam reuersum, & ad meliorem conuersum mentem, excepit, symphoniæ, atque chori fit mentio. Ex his locis videtur colligi posse tripudia in Iudæorum quoque epulis fuisse vsurpata.

Saltationes apud Romanos probrosæ.

Æmilius Probus in vita Epaminondæ ait, Canere, & saltare apud Romanos parum honorificum fuisse, cum apud Græcos summo in pretio haberetur. Sallustius in Catilinaria inquit, Semproniam quandam mulierẽ lasciuam, & impudicam canere, & saltare fuisse doctam elegantius, quàm honesta matronæ conueniret, atque ibi dũ hæc luxuria

luxuriæ instrumenta appellat. Cic. in 3. Offic. dicit virum honestum, & probum nolle in foro saltare, etiamsi eo modo possit ad maximum patrimonium peruenire. Idem in sua Orat. quã habuit postreditum in Senatu, A. Gabinium inimicum suum vocat saltatorem calamistratum, contumeliæ causa. Et de eodem in Pisonem sic scribit: Cum illum suum saltatorium versaret orbem. Turnebus in suis Aduersarijs libro 4. capite 21. Vorsus, inquit, & orbis saltatorius species sunt motus, cuius multa genera tripudiatores frequentant, sed ijdem etiam sæpè se versant, in orbemque rotant, &c. Regi quoque Deiotaro idem obiectum est. L. Murænæ criminis loco in iudicio obiectum est, quòd in Asia saltasset, ad quod Cicero sic respondet: Nemo saltat sobrius, nisi fortè insaniat, neque in solitudine, neque in conuiuio moderato, & honesto. Intempestiui conuiuij, amœni loci, multarum delitiarum comes est extrema saltatio. Idem in Philippicis exprobrat Antonio inter cætera saltationem. Ipsi quoque Græci, licet lasciuis huiusmodi tripudijs valdè dediti fuerint, tamen saltationes illas in theatris, & compotationibus vsurpari solitas, γελασινὰς, hoc est, irrisione dignas appellarunt, vti suprà dictum est.

Saltationum vsus hodie apud Christianos frequentissimus.

Hodie non modò apud barbaros gentes, sed apud omnes ferè Christianos omnis generis saltationes atq; tripudia in epulis præsertim solennioribus, summa cum licentia, atque libidine exercentur, quas quidem illi à gentium seu petulantia, seu superstitione hauserunt. Omnes ferè illæ antiquæ Thracum, atque Græcorum turpes, obscœnæ, lasciuæ, atque petulantes saltationes quasi postliminio in Christianorum orbem, atque ecclesiam sunt introductæ. Nullum agitatur conuiuium, cuius non extrema comes sit saltatio, secundum tritum illud Gallorum dictum, Apres la pance la danse, hoc est, gulam siue ingluuiem sequitur saltatio. Sunt autem hæ Christianorum saltationes multis nominibus vehementer improbandæ, atque culpandæ. Nam primò animi concitati, & quodammodo furibundi sunt argumenta, cum Christianorum animos & secundis, & aduersis in rebus quietos, sedatos, atque tranquillos esse conueniat. Deinde plærunque ex vino, & compotationibus immoderatis saltationes nascuntur, vt experientia testatur, & illud Ciceronis pro L. Murænã, Nemo saltat sobrius, &c. Vnde Iuuenal. Satyr. 15.

Christianorum saltationes cur improbandæ.

1.

2.

Inde (Æthiopes iam ebrij) Saltatus nigro tibicine, &c. Et poëta illo,
——τὺς ἀνοήτους ὁδοῖ καὶ θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καὶ ὀρχήσασθαι ἀναγεῖ.
——Stultos vinum Et ridere iubet molle, & saltare lubenter.

Hinc Bacchus quoq; teste Plutarcho Sympos. 3. Problem. 6. Διὸς λιαῖος καὶ χορεῖος dictus est, quòd curas soluat, & auctor sit chorearum. Cùm igitur ebrietas mater sit saltationis, illam ceu matris turpissimæ turpissimam filiam meritò damnandam, fugiendamque esse iudicabimus. Prætereà plæraque Christianorum saltationes mixtim fiunt confuso sexu, quales plæraque veterum non erant (seorsim enim viri, seorsim mulieres saltabant) ac proinde multò maiora sunt lasciuiæ, Veneris, atque libidinum irritamenta, quàm illæ veterum fuerint. Nam si, secundum illud peruulgatum Græcorum, ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται ἐρᾶν, hoc est, Ex aspectu amor nascitur, quanto magis ex mutuo illo hominum vtriusque sexus, non modò conspectu, verumetiam colloquio, contactu, complexu, atque basijs (quæ in saltationibus illis sunt vsitata) Veneris, libidinisque flammam accendi, ac quasi oleo infuso foueri, atque augeri est necesse. Hinc ergo connubia multa temeraria, atque illegitima: hinc concubitus illiciti, stupra, adulteria, incestus nascuntur. Nec verò saltãtes tantùm, sed etiam spectatores ad libidinem incitantur, dum saltantium leues, incompositos, atque lasciuos motus gestusq;, & corporis partes obscœnas, quæ sæpè deteguntur, oculis suis aspiciunt. Deinde multæ prauæ suspiciones, zelotypiæ, odia, inimicitiæ, iurgia, contentiones, atque adeò cædes funestissimæ ex illis Christianorum tripudijs promanant, cuius rei quotidianus vitæ vsus nobis multa tragica exempla suppeditat. His adde, quòd huiusmodi saltationes post cibum potumq; sumptum (tunc enim potissimum exerceri solent) corporis quoq; valetudini vehementer inimicæ sunt, atque infestæ. Nam vt medici, & ipsa ratio docet, omnis vehemens corporis motus, atq; exercitatio à cibo sumpto, noxia valdè est, atq; perniciosa. Prætereà à saltationibus meritò nos deterrere debent illa, quarum in sacris literis fit mentio, tripudia, quorum horrendi sanè miserandiq; fuerunt exitus. Nam et πορνικῆς illius ὀρχήσεως in Herodis natalibus, de qua Matth. 6. ιωδὸς, vt Chrysostomus rectè loquitur, fuit caput Ioannis, hoc est, iustissimi illius viri supplicium, seu potius latrocinium iniustissimum. Deinde populus Israëliticus non saltauit, nisi iam idololatra factus, & immo-

3.

4.

5.

detato cibo, potuq; obrutus, ac mox ingenti cæde ad horrendam mortem saltauit. Similes profectò solent esse hodie illorum quoque, quæ à Christianis exercentur, tripudiorum exitus, exitiales planè, atque funesti. Saltatores isti, atque saltatrices & se, & alios in maximum honoris, famæ, pudicitiæ,
6. vitæ, atque salutis discrimen conijciunt. Præterea cum multi quoque ex ipsis gentibus viri cordatiores, grauioresq;, & exemplo, & verbis saltationes damnarint, quantò magis Christianos ab illis, ceu à pietate, grauitateq; Christiana alienissimis, decet abhorrere? Platonis extat illustre hac de re & factum, & dictum. Cum is à Dionysio prouocaretur, vt etiam sumpta purpura saltaret, recusauit, dicens: ἐκ αἰ σίωπάμην θήλυν ἐνδὺς ὤν σολὰν, ἄρρην πεφυκὼς, καὶ γένυς ἔξ ἄρρεν. Verùm nos Aristippum magis exprimimus, saltamus etiam non sumpta purpura. Priamus tanquam probrum obiecit filijs saltationem. τὰς παιδας ὀνειδίζει ὡς ψόλτας τι, καὶ ὀρχηστὰς. Sed vt omittamus Græculos palliatos, quos constat pro morum leuitate ad omne lasciuiæ, libidinisque genus semper procliues fuisse. Romanos quidem constat etiam Ciceronis temporibus, quibus collapsa iam ferè fuerat morum disciplina, saltationes vitij, imò criminis loco duxisse. Furius Albinus apud Macrobium antiquitatis peritus lib. 3. cap. 14. tradit, antiquitus quidem inter duo bella Punica saltationem certatim, vel ab honestis fuisse appetitam, ita vt ingenui, imò senatorum filij in ludum saltatorium commearent, & ibi crotala gestantes, saltare discerent. Præterea matronas etiam saltationem non inhonestam putasse, & inter probas quoq; saltandi peritas fuisse, dummodo non esset curiosa ad artis perfectionem. Verùm addit Scipionem Africanum Æmilianum, virum grauissimum, in oratione contrà legem iudiciariam Tyberij Gracchi, hanc matronarum, virginum, atq; puerorum saltandi libidinem, ceu inhonestam, & à maiorum moribus alienam, grauissimè reprehendisse: cuius hæc sunt verba grauitatis plena: Docentur præstigias inhonestas, cum cinædulis, & sambuca, psalterioque eunt in ludum histrionum, discunt cantare, quæ maiores nostri ingenuis probro ducier voluerunt. Eunt, inquam, in ludum saltatorium inter cinædos virgines, pueriq; ingenui. Hæc mihi cum quisquam narrabat, non poteram animum inducere, ea liberos suos nobiles homines docere. Sed cùm ductus sum in ludum saltatorium, plus, medius fidius, in eo ludo vidi pueris, virginibusq; quingentis. In his vnum (quo me Reipub. maximè miserum est) puerum bullatum, petitoris filium, non minorem annis duodecim, cum crotalis saltare, quam saltationem impudicus seruulus honestè saltare non posset. Vides quemadmodum ingemuit Africanus, quòd vidisset cum crotalis saltantem filium petitoris, id est, candidati, quem ne tùm quidem spes, & ratio adipiscendi magistratus, quo tempore se, suosque ab omni probro (en probro duxerunt saltationem) debuit vindicare, potuit coërcere, quò minus faceret, quod scilicet turpe non habebatur. Cæterum superius plærumq; nobilitatem hæc propudia (sic tripudia voeat) celebrare conquestus est. Vide quàm nobilissimis illis Romanis dissimiles sint nostrorum temporum Christiani, & quidem nobilissimi, & amplissimi quiq;. Ille ingemuit, grauiterq; conquestus est de saltandi studio, quod tunc temporis inter pueros, virgines q; nobiles vigebat, ceu maximo Reipub. probro, atque damno: at nostris temporibus inter Christianos nobilissimi quiq;, summaq; dignitatis, atque auctoritatis homines saltationibus maximè delectantur. Nec ipsi tantùm, licet prouectæ iam, imò confectæ sint ætatis, saltant, atq; tripudiant: verumetiam sedulò dant operam, vt liberi sui vtriusq; sexus, saltandi artem probè discant, vnde maxima sæpè probra atq; damna tandem in illos, totamq; familiam redundant. Addit præterea Albinus, Nullum suo tempore ante cuiusquam triclinium saltatricem, vel saltatorem visum fuisse. Sed quàm ingnominiosum fuerit Ciceronis tèporibus saltare, vel ex illius orationibus satis colligere licet. Castor Deiotari accusator, Regi obiecerat inter alia crimina, quòd in conuiuio nudus saltasset. Hoc. Cic. ceu grande maledictum diligenter refellit. Quòd si, inquit, auum saltatorem habuisses, neq; eum virum vnde pudoris exempla petuntur: tamen hoc maledictum minimè in illam ætatem conueniret. Quibus ille studijs ab ineunte ætate se imbuerat, non saltandi, &c. Sic. L. Muræam Cato appellarat saltatorem, probri loco. Cicero respondet maledictum esse, si verè obijciatur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuitiatoris. Ac dicit non oportere maledictum arripere ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio. Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi fortè insanit, neq; in solitudine, neq; in conuiuio moderato, atq; honesto, &c. Idem acerbè Pisoni saltationes exprobrauit, & tonsam saltatricem: cuius hæc sunt verba: Cumq; ille nudus in conuiuio saltaret, in quo ne tùm quidem, cùm illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. Sic

Romani saltationes improbarunt.

Gabi-

Gabinium aduersarium insigni notaturus contumelia, calamistratum vocat saltatorem. Ex his satis liquet saltationem apud Romanos probri loco habitam fuisse. Memorabile quoq; est Demadis oratoris factum, quod huc spectat. Cùm Philippus Macedo, benè potus saltaret cum amicis, & captiuus suas miserias exprobraret, grauiter eum reprehendens Demades, inquit: Quid, ô Rex, cùm fortuna tibi Agamemnonis personam induerit, non pudet te factis exprimere Thetsitem? Quo rex commotus mores illos dicitur mutasse. Hodie Moscouitas quoq; nullas prorsus choreas ducere, & ab ijs abhorrere, testis est Sigismundus Baro.

In iure ciuili etiã olim prohibebantur publicâ lege, vt est videre in Cod. Tit. de Ferijs L. Dies festos. Fridericus tertius Imperator, solebat dicere, se malle febricitari, quàm saltare. Sic de Alberto Imperatore ferunt ipsum venationem quidem iudicasse virilem exercitationem: saltare autem muliebrem, vt auctor est Æneas Syluius. Et eo ipso Gallos leues iudicabat Alphonsus rex Siciliæ, quòd choreis indulgerent tantò magis, quò erant ætate proiectiores. Sacri quoque canones cùm omnibus, tùm in primis clericis saltationes grauissimè prohibuerunt, vt est videre in Conciliorum libris. Laodicense Concilium, quod celebratum fuit anno 364. choreas in nuptijs prohibet, eius hæc sunt verba: Non conuenit Christianis hominibus saltare in suis nuptijs. Prandeant, & cœnent grauiter, & moderatè, gratias Deo agentes de nuptiarum beneficio. In eodem Concilio etiam habetur: Clerici non accedant ad spectacula vel in theatro, vel in nuptijs. Possunt quidem nuptijs interesse, sed postquam accesserint θυμελικοὶ, hoc est, cantores, & citharœdi, qui saltationibus inseruiunt, surgant, & abeant, ne sua præsentia videantur eam lasciuiam probare. Idem confirmatum fuit Concilio vniuersali Constantinopolitano, cui 300. circiter Episcopi interfuerunt. In Concilio quoq; Agathensi, quod habitũ fuit anno 450. saltationes cõiunctæ cum cantionibus amatorijs, & lasciuis, omnibus in vniuersum Christianis fuerunt interdictæ. In Ilerdensi Concilio, quod habitum est sub Symmacho, & Hormisda Papis, ac rege Theodorico, anno Domini 515. idẽ statuitur, ne Christiani saltent in nuptijs. In Altissiodorensi verò Concilio, quod fuit sub Papa Deusdedit, hoc videtur ad clericos restringi. Ibi enim cauetur, ne clerici in conuiuio vel cantent, vel saltent, quasi cæteris aliquomodo id liceat. Idem sentiunt quidam Theologi Scholastici in 3. Sentent. distinct. 37. quo prohibitiones istas referunt tantùm ad dies festos. Ricardus de Media villa, choreas ducere in diebus festis, grauissimum ait esse peccatum, quasi id cæteris diebus permittatur. In Decretal. extat anathema Zachariæ Pontificis contrà saltationes noui anni Cal. Ianuarij, cuius verba: Si quis Calen. Ian. ritu Ethnicorũ colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annũ, aut mẽsas cum lampadibus: vel epulas in domibus præparare, & per vices, & plateas cãtatores, & choreas ducere ausus fuerit, anathema esto. His adde veterum primitiuæ ecclesiæ patrum auctoritatem, à quibus cõmuni consensu tripudia, ceu à Christiana fide, atq; religione alienissima, vehementissimè culpata, atq; damnata fuerunt. Ambros. lib. de Helia & Ieiunijs, c. 18. de mulierum ebriosarũ saltationibus verba faciens: Illæ, inquit, in plateis inuerecundos viris sub conspectu adolescentulorum intemperantiũ choros ducunt, iactantes comam, trahentes tunicas, scissæ amictus, nudæ lacertos, plaudentes manibus, saltantes pedibus, personantes vocibus, irritantes in se iuuenũ libidines, motu histrionico, petulanti oculo, dedecoroso ludibrio. Spectat corona adolescẽtium, & fit miserabile theatrum. Inter saltantiũ lapsus ocello impuro, & cõtaminato aspectu: terra turpi saltatione polluitur, quæ obscœnis cantibus verberatur. August. contra Petil. c. 6. Nugaces, inquit, & lasciuas saltationes, episcopi semper solebant coërcere. At hodie nonnulli sunt episcopi, qui choreis intersunt, & vnà saltant cũ mulierculis, tantùm abest, vt hoc vitium coërceant. Idem in Psal. 32. ea verba exponens: In Psalterio decẽ chordarum psallam tibi: decem illas chordas facit decem mandata, & cũ de singulis aliquid dixisset, postremò venit ad Sabbathum, de quo scribitur, Memento vt diem Sabbathi sanctifices: Melius est enim toto die fodere, quàm saltare die Sabbathi. Chrysost. Hom. 56. super Genes. cum ageret de nuptijs Iacobi: Nuptias, inquit, audistis, sed nõ choreas, quas ibi appellat diabolicas. Sponsus, & sponsa, inquit ibidem, corrumpitur saltando, & tota familia fœdatur, plura vide eodem in loco in hanc sententiam. Idem Hom. 48. in Gen. Vides, inquit, nuptias, choreas non vides. Nam illa tempestate non perinde, atq; hodie lasciuiebant. Sed multò plura habet Hom. 49. c. 14. vbi de saltatione Herodiadis ad populum loquebantur, & inter cætera dicit: Hodie Christiani homines non dimidium sui regni, non caput alienum: sed suam ipsorum animam tradunt in perniciem. Et subdit: Vbi lasciuia

Saltationes legibus canonicis prohibitæ.

S. Patrum testimonia contra saltationes.

Ambrosius.

Augustinus.

Chrysostomus.

Digitized by Google

saltatio instituitur; ibi diabolum vnà saltare. Vide eiusdem Homil. vlt. in Epist. ad Colos. Basilius quoq; magnus saltationes acerrimè reprehendit in oratione de ebrietate. Nonnulli tamẽ contra saltationes huiusmodi ferè ratiunculis excusare, vel etiam tueri, atq; defendere conantur, quas operæpretium fuerit paucis simul refutare. Primò Dauidis, Mariæ, puellarum Iudaicarũ exemplo vtuntur, de quo suprà. Sed dispar longè ac dissimilis est illarum, & nostrarum chorearum ratio. Illæ seorsim à viris, & seorsim à mulieribus fuerunt celebratæ, ad animi lætitiam testificandum, & Deo ob accepta beneficia gratias agendũ. At nostræ hodie promiscuè fiunt, atq; mixtim ab vtroq; sexu cum summa pudoris, atq; pudicitiæ iactura, & non ad Dei laudem, atq; gloriam: sed ad voluptatẽ potius, atq; libidinem referuntur. Deinde aiunt matrimonia nonnunquam hac occasione honesta cõciliari. Non pia hæc est, atq; honesta matrimonia ineundi ratio: quin cõtrà ipsa experientia docet ὡς ὅτι τὸ πλεῖστον (id quòd in omnibus rebus potissimum est consyderandũ) huiusmodi saltationibus & multa temeraria, atq; illegitima matrimonia contrahi, & iustè cõtracta fœdari, & stupra, atq; adulteria ex ijs promanare. Aiunt præterea multos castitatis, & pudicitiæ amantes ijs non moueri ad libidinem. Esto, sint nonnulli huiusmodi, ac contrà pleriq; ijsdem ad libidines inflãmantur, cùm non quid nonnunquam, vel rarius: sed quid vel semper, vel plærunq; fieri soleat, sit spectandũ, & non ipsa modò mala, sed malorum quoq; species, suspiciones, occasionesq; sint vitandæ. Dicunt etiam nõnulli, satius esse saltare, quàm se immoderato cibo, vinoq; ingurgitare. Respondeo, Non faciendũ est malum alterius mali vitandi gratia, sed vtrunq; vitandũ. Deinde saltationibus vt Veneris, ita vini quoq; atq; bibendi libido accenditur, & inflãmatur. Vnde meritò tympana, & tripudia luxuriæ instrumenta à Iustino historico fuerunt dicta lib. 30. Nam plærunq; saltatores isti, lasciuis illis suis saltationibus sitim accendunt, quã dum rursus extinguere conantur, nimio potu sese ingurgitant, ac deinceps rursus benè poti ad saltationem redeunt. Sic itaq; fit, vt à choreis ad potationem, & à potatione ad choreas subinde, ὥς τε κύκλῳ alterna quadã vicissitudine redeãt, atq; remigrent. Hæc de saltationibus Christianorũ dicere volui, quibus illi in nuptijs, in quibus suis tàm sacris, quàm prophanis festivitatibus, in omnibus deniq; ferè epulis vtũtur, cum magno Christiani nominis dedecore, de quibus qui plura cupit videre, legat libellum Gallicum recens impressum, in quo amplè, copioseq; hæc quæstio tractatur, An Christianis liceat saltare.

Basilius. Refutatio argumentorum quibus nõnulli saltationes pallare conãtur.

DE VARIIS LVDORVM CONVIVIALIVM GENERIBVS, VT COMOEDIIS, TRAGOEDIIS, LVDO ALEATORIO

Vt olim, ita hodie in epulis frequentissimo, deniq; de pugnis, certaminibus gladiatorijs, alijsq; ludis obscœnis, qui inter epulandum ædi consueuerunt.

CAPVT XXII.

QVONIAM de sermonibus, Musica siue cantu tripudijsq; conuiualibus dictum est, quæ quidem maxima conuiuiorum ornamenta atq; oblectamenta habentur: nunc in genere de ludis, qui & olim & hodie in cõuiuijs adhiberi solent, nobis videtur dicendum. Plutarch. lib. 1. Symp. Proble. 1. non inscitè meo iudicio duo tradit esse eorum, quæ ad cœnas, atq; conuiuia parantur, genera. Vnum quidem est eorum, quæ sunt necessaria, vt sunt vinum, cibi, obsonia, vestes, stragulæ, mensæ, &c. Alterum est eorum, quæ sunt, ἐπεισόδια τῆς ἡδονῆς ἕνεκεν, id est, voluptatis gratia introducta, vt sunt ἀκροάματα, θεάματα, γελωτοποιοὶ, auditu iucunda, spectacula, mimi, histriones, &c. quibus vt præsentibus delectantur conuiuæ, ita absentibus citrà molestiam carent, neq; conuiuium eo nomine tanquam minus perfectum culpant. Hinc Lucan. de Nat. rerum lib. 4.

——Conuiuia, ludi Pocula crebra, vnguenta, coronæ, serta parantur, &c.

Duo sunt genera eorum quæ ad epulas pertinent.

Sunt autem ludorum, qui cùm aliàs, tùm in conuiuijs adhibentur, innumera genera, de quibus copiose Pollux scribit lib. 9. Ludi à nonnullis ita diuiduntur, vt alij dicantur consistere in dictis siue verbis: alij in factis siue gestibus: & illos quidem iocos, hos verò ludos propriè dici volunt Grammatici: tametsi duæ hæ voces sæpè ab authoribus confunduntur. Ludi qui vel verbis constant, vel sonis, & ad aurium delectationem pertinent, ἀκροάματα: qui verò factis, & oculorum sunt oblectamenta, θεάματα, id est, spectacula meo iudicio dici possunt. Tametsi plærique ferè, & quidem omnium

omnium suauissimi ludi, partim dictis, partim factis, siue gestibus constant, & ex vtriusque sunt compositi, cuiusmodi sunt Comœdiæ, Tragœdiæ, qui ad aurium pariter atque oculorum oblectationem spectant. Plutarchus lib. 7. Sympos. Probl. 8. in quo disputatur, quæ nam acroamata cœnæ sint adhibenda, moris Romæ fuisse dicit (quem tamen recentem vocat) vt Platonis Dialogi, qui partim narratione, partim actione constant, & idcirco dramatici appellantur, in cœnis, animi ludique causa agerentur. Pueri enim facillimos ex ijs ediscentes, illos memoriter recitabant, simulq; gestus adhibebant personarum moribus congruentes, & vocis effectionem, atque formam, affectionesque dictis congruas. Hæc ab austeris quidem & eruditis maximoperè probata, ab effœminatis autem & imperitis repudiata fuisse dicit. Eodem modo Sapphus & Anacreontis carmina recitabantur. Præterea agebantur Comœdiæ, atque Tragœdiæ, vt idem testatur. Ac Tragœdias quidem ceu nimis graues, & propter rerum imitationem ingentes animo metus afferentes, miserationemq; excitantes conuiuijs non admodum aptas esse ducet. Quoad Comœdias, nouas quidem ob conuiciandi leuitatem, scurrilitatemq; ob verba turpia, & lasciua, quibus repletæ sunt, adde etiam propter obscuritatem à conuiuijs remouendas esse existimat. Veteres verò, præsertim Menandri Comœdias, quoniam ad animos benè componendos, moresq; ad humanitatem conformandos faciunt, & ita conuiuas oblectant simul atque iuuant, epulis aptas maximè & accommodatas esse demonstrat. Hadrianum Imperatorem epulis non modò sambucas, sed etiam Poëtas, Comœdias, atque Tragœdias adhibuisse legimus. Plinius Epistola. 1. libro 3. ad Caluisium de Spurina: Frequenter Comœdis cœna distinguitur, vt voluptates quoq; studijs condiantur. Mimi quoq; inter acroamata enumerat conuiuialia, quorum alij ἐνθυμήσεις, id est, argumenta: alij παίγνια, id est, ludicra appellentur: ac mimos quidem prioris generis ob actionum longitudinem, & sumptuum difficultatem: posterioris verò generis mimos, quia verborum leuitate, scurrilitateq; scatent, ac proinde castas mulierum puerorumq; aures ladunt, atq; offendunt, ab epulis relegandos esse censet.

Acroamata conuiuialia.

Comœdiæ atq; Tragœdiæ in epulis agitari solita.

Mimi.

De citharœdis, tibicinibus, saltationibus hîc quoq; mentionem facit, singulorumq; modum præscribit, de quibus suprà satis. Obseruatione porrò hic dignum est, quod Plutarchus, dramata, Comœdias, Tragœdias, mimos, omnesque denique ludos, qui auditores ad impudicitiam, libidinem, affectus, actionesque turpes & inhonestas incitare possunt, ab epulis vult remoueri, ac ijs tantùm locum dari, qui honesti sunt, casti, ac pudici, ac proinde ad hominum animos non modò delectandum, verumetiam benè honesteque componendum, atque conformandum valent. Hæc Ethnicus ille, hoc est, à Christiana fide, religioneque alienus. Alexander quoque Seuerus Imperator, nanos & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donauit, ac huiusmodi hominibus aulam suam repurgauit, teste Ælio Lampridio. Idem voluptates scenicas in conuiuio nunquam habuit, sed summa illi oblectatio fuit, vt catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter se pugnarent, aut auicula sursum & deorsum volitarent. Hodie tamen, prob pudor, atque dolor, in Christianorum epulis, ac præsertim in principum aulis passim volitat ingens hominum turpissimorum, pernicioſissimorum turba, atque colluuies, cuiusmodi sunt ludiones, saltatores, atque saltatrices, funambuli, mimi, histriones, præstigiatores, tibicines, fidicines, tubicines, psaltria, cythariſtriæ, scurræ, ioculatores, nugatores, aretalogi, qui partim dicterijs, partim gestibus, actionibusque turpibus, obscœnis, flagitioſis atque magicis conuiuas oblectant. Itaque Paulina illa Corinthiorum reprehensio 1. Cor. 10. ad nos quoq; pertinet, Neq; idololatræ, inquit, sitis sicut quidam eorum, vt scriptum est Exod. 32. Sedit populus ad edendum ac bibendum, ac surrexerunt ad ludendum. Obiurgat Paulus his verbis Corinthios eo nomine, quòd Ethnicorum epulis sacrificalibus intererant, cum quibus ludi coniungebantur in deorum honorem instituti, in quibus multa petulanter nimis, libidinoseq; fiebant. An non idem quæso hodie Christianorum mos est in festiuis atq; solennioribus conuiuijs?

NOTA.

Porrò nonnulli non incommodè, vt ego arbitror, ludos ita diuidunt, vt alios dicant esse fortuitos, qui prorsus ad casum referuntur, & ab illo pendent, vt qui plura puncta vel hac vel illa iecerit, præmium auferat, qui aleæ nomine intelliguntur: alios, quibus vel animi, vel corporis vires exercentur: vnde ipsa animi, corporisque exercitia ludi sæpe appellantur. Vtriusque generis ludorum exempla habemus apud Homerum, vt inde exordiar, qui partim inter epulandũ, partim post, partim etiam ante epulas fuerunt adhibiti. Athenæus lib. 1. dicit, Heroas sedata fame, alios quidem

Ludorum alia diuisio.

prorupisse ad exercitationem Athleticam, δίσκοισι καὶ αἰγανέαις discis & iaculis sese oblectantes, καὶ τῇ παιδιᾷ τὰ πρὸς πολεμικὴν ὑπομελετῶντες, id est, ea quæ sunt seria per ludum exercentes: alios verò audiuisse citharœdos, & res gestas Heroum cytharis, metroq; compositas. Idem docet Eustath. Od. A. in illa Homeri carmina:

ἤδη μὲν λαοὶ κακορήμονες εἰσὶν
φόρμιγγος θ' ἡ λαοῖ,
Νῦν δὲ ἐξέλθωμεν, καὶ ἀέθλων πειρηθῶμεν πάντων.

Addit ibidem Eustath hoc ipso significari hominem non debere semper remissioni esse dedicum, ve rumetiam intendi, vt ita loquar, ad res agendum serias. Ludi, qui ad corporis exercitationem faciunt, quinq; præcipui commemorantur, qui hoc versu Græco comprehenduntur:

Αλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην, Id est,
Saltus, cursus, iactus, pugillatus, lucta.

Apud Homerum quatuor ferè huiusmodi ludorum genera commemorantur, σφαῖραι, δίσκοι, αἰγανέαι, πυγμαί.

Ludi fortuiti ferè sunt πεττεία, ὀστομαχία, ἀστραγαλισμός, id est, talorum siue taxillorum lusus, & κυβεία tesserarum, vel aleæ ludus. Κύβος tessera, quiddam ex omni latere quadratum, certis punctis distinctum, quo in alueolo luditur, seu βόλος ἑξάπλευρος. Plato in Phædro Thent. Ægyptiorum dæmonium, cui dicata est Ibis, vult talos & aleam inuenisse. Ad quod forsan alludit Chrysostomus Homil. 6. in Matth. vbi dicit: Deum non inuenisse ludum, sed Diabolum. Sedit enim populus ad manducandum & bibendum, & surrexerunt ad ludendum in honorem turpissimi idoli.

Lydi, teste Herodoto in Clio, & Eustath. Κύβους, ἀστραγάλους, σφαίρας, & alia παίγνια, id est, ludicra siue genera lusoria, excepto ludo πεττῶν, inuenerunt, vnde ludos nonnulli volunt à Lydis esse dictos. Idem testatur Cælius lib. 20. cap. 14. Vt autem πεττοὶ καὶ κύβοι apud Græcos sæpè copulantur, ita Cicero talos & tesseras.

Aleæ lusus olim in epulis frequentissimus.

Aleæ porrò vsum olim in epulis potissimum celebrioribus fuisse adhibitum Suetonius in Augusto, ipsius Augusti, αὐτογεάφοις satis manifestè probat. Alea (inquit) rumorem (nam alea ludus erat infamis) nullo modo expauit, lusitq; simpliciter & palàm oblectamenti causa, etiam senex, ac, præterquam Decembri mense (quo propter Saturnalia ludi talarij, tesserarij, & omne genus aleæ impune exercebatur, teste Macrob. de Saturnal. & Martiali in Xenijs, & Apoph. Et Luciano in Cronosol. vbi Saturn. leges dicit esse παιδιὰν, τρυφὴν, θυμηδίαν) alijs quoq; festis profestisq; diebus, nec id dubium est autographa quadam Epistola. Cœnaui (ait) mi Tyberi, cum ijsdem. Accesserunt Vinitius, & Silius pater. Inter cœnam lusimus, χειμερινῶς & heri, & hodie, id est, senili lusione. Nam, vt ait Cato apud Cic. tali & tesseræ erant senum ludi. Talis enim (qui ἀστράγαλοι Græcè) iactatis scilicet tàm manu, quàm orca in tabulam aleatoriam, vt quisq; canem (iactus hic est damnosus, κύων à Græcis dictus, vnde à Persio dicta est damnosa canicula, & damnosi canes) aut senionem (senio punctus in talis à senario numero, vt videtur dictus, interdum lucrosus erat, vnde à Persio dexter dicitur, interdum damnosus, eruditi quaternarium existimant eo significari) miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. (Venus fœlicissimus erat iactus.) Et rursus alijs literis: Nos, mi Tyberi, quinquatrijs satis iucundè egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumq; aleatorium calfecimus, id est, exercuimus. Idem scribit ad filiam: Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis conuiuis dederam, si vellent inter se inter cœnam, vel talis, vel par impar ludere. Fuit hoc genus ludi puerilis vulgò notum, de quo sic Horat.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Iulius Capitolinus, Veri Imperatoris sumptuosissimum epulum describens, post illud lusum dicit fuisse tesseris vsq; ad lucem. Eundem Imperatorem idem author, sub finem aleæ cupidissimum, vitaq; semper luxuriosæ fuisse dicit. Propert. lib. 2. Eleg. 33.

Lenta bibis, mediæ nequeunt te frangere noctes
An nondum est talos mittere lassa manus?

Catullus ad Licinium Epigr. —Verq; nostrûm

Ludebaq;

Ludebat numero modò hoc, modò illoc,
Reddens mutua per iocum, atque vinum.

Idem ex illo dicto parasiti apud Plautum in Capt. colligitur,

Nam in connio sibi
Amator talos cum iacit, fratrum inuocat. Sic in Asin.
Iuue puer talos, vt nos porrò iactemus. De. Maximè.
Te Pœnitentium mihi, atq; vxori mortem, hoc Veneriũ est. Et in Curcul.
Ille annulum suum apposuit: inuocat Planesium.

Iuuenalis Satyra 1. Insanum aleæ ludendi studium, quo Romani suis temporibus flagrabant his verbis perstringit:

Et quando vberior vitiorum copia? quandò
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? neque enim loculis comitantibus itur,
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat.

Id est, pauperat, vt Plautus loquitur. Horat. Epist. lib. 1. ad Lollium. Legibus Romanis alea erat vetita: hinc Cicero Antonio inter alia obijcit Philipp. 2. quod domus eius plena fuerit aleatoribus & ebriosis: & Lenticulam collusorem Antonij de alea condemnatum fuisse tradidit. Horatius: Seu malis vetita legibus alea. Catullus: Quis hoc videre potest? quis pati? Nisi impudicus & vorax & aleo. Sallust. in Catilina: Quicunque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene patria bona dilacerauerat. Eandem ob causam Augustus quoq; imperator notatus est, teste Suetonio, vt pretiosæ supellectilis, Corinthiorumq; pracupidus, & aleæ indulgens. Vnde bello Siciliensi Epigramma vulgatum est:

Postquàm bis victus classe, naues perdidit,
Aliquando vt vincat, ludit assiduè aleam.

Alea Romanorum legibus prohibita.

Qui imperat. Rom. aleæ diti.

Claudius quoque Imperator, vt idem author testatur, sanguinarius cùm gulæ & ebrietati, tùm aleæ ita fuit addictus, vt de illius arte librum quoque emiserit: solitus etiam in gestatorio, id est, lectica, siue sella qua vehebatur, ludere, ita assedo, alueoq; adaptatis, ne ludus confunderetur. Extat libellus Senecæ, de ludo Claudij, in quo fingit Claudium apud inferos ludere, percusso fritillo, iubente Aeaco. His adde Domitianum, qui & ipse quoties otium esset, alea se oblectabat, etiam profestis diebus, matutinisq; horis, vt Sueton. scribit. Vt autem olim, ita hodie quoque aleæ lusus cùm inter epulandum, tùm post epulas, præsertim apud Germanos est vsitatissimus. Vsuntur autem illo præsertim iam vino madidi ad se inuicem partim vino adhuc magis ingurgitandum, obruendumq; partim defraudandum, pecuniaq; emungendum. Nam is qui eiusmodi ludo victus est, poculum vel inuitus, minimeq; sitiens, ac sæpius tot pocula, quot cuncta iecerit, exhaurire cogitur. Itaque nulla est illorum excusatio, qui vt saltationes, ita hunc quoque ludum eo nomine excusant, quod sint quasi perfugia quædam, & diuerticula ab inebriatione. Quid enim, inquiunt, an non satius est alea ludere, quàm vino se nimium ingurgitare? Quibus respondeo, neutrum esse faciendum, sed vtrunq; contra vitandum. Deinde plerunque cum compotatione alea est coniuncta, ebrietatisque, vt paulo antè dixi, instrumentum est. Piè sapienterq; Augustinus monet Christianos, vt aleæ & tesserarum loco in mensa adhibeant Sacrarum literarum lectionem, quæ quidem optima sunt & saluberrima conuiuiorum ἀκροάματα. Ac omnino omnis ludus fortunæ mutabilitati subiectus, in quo non artis peritia, ratio, consilium, sapientia, sed casus, fortuna, temeritas, atque etiam fallacia, dolus, astutia locum habet (qui communi aleæ nomine appellatur) vt sunt charta, tessera, pyrgus, fritillus, latrunculus, antiquis legibus ciuilibus, atque Canonicis, nec non patrum sententia vehementer fuit improbatus. In ff. de Aleat. dicit Prætor: Si aleator à socio suo iniuria affectus fuerit, non dabo illi iudicium: sin alter alteri rapinam, aut vim intulerit, reddam quidem ius, quamuis sint indigni. Et posteà: si quis alterum coëgerit ad ludum, sumetur de illo iudicium, vt vel in latumias, vel in publicos carceres conijciatur. Apparet ex his aleæ lusum iure ciuili fuisse damnatum. Addunt adhæc leges, si aleatores (etiam antiquitus aleones vocabantur) fecerint inter se sponsiones, ne sint ratæ.

Claudius.

Domitianus.

Aleæ vsus epularis apud Germanos.

Ludus aleatorius à Christianis alienus.

Augustini testimonium.

Lusus aleæ ciuilibus & canonicis legibus prohibitus.

Quatenus aleæ lusus concessus.

Familiæ tamen conceditur, vt inter se ludant de eo quod postea in conuiuio comedatur. Verum in C. de Religiosis sumptuum, funerum, de lusu, alea, & aleatoribus grauius statuitur. Antiquitus militibus permittebatur, extra operas ludere alea. Sed Imperator conqueritur eo tempore omnes ludere, & puncta quædam numerando exhaurire patrimonii, & blasphemias postremò in Deum addere. Itaque decreuit nemini licere ludere, nec spectare ludentem, & episcopos monet, vt ista diligenter curent obseruari. Idem Iustinianus Imperator in Authenticis tit. de Sacrosanctis Episcopis 9. Interdicimus: nominatim prohibet, ne Episcopus, Presbyter, Diaconus, nel ipsi ludant, vel aspiciant ludentes. Cypriani extat Epistola 96. de aleatoribus, qua aleæ ludum cum impium ac blasphemum à Christianorum vita atque moribus alienissimum esse docet, & aleatores idololatriæ, prodigalitatis, furti, rapinæ, periurij, blasphemiarum, aliorumq; scelerum atque flagitiorum nomine accusat. Et certe si quis rem diligentius & accuratius expendat videbit cum aleæ studio omnis generis scelera, atque flagitia esse coniuncta, illoq; omnia fere legis diuinæ præcepta violari. Aleator enim est idololatra, cuius idolum, quod colit, & veneratur est ipsa alea, lucrum turpe, & inhonestum, cuius amore insatiabili flagrat. Aleator nomen domini multis horrendis conuitijs, atque blasphemijs plærunque polluit, atque contaminat. Aleator dies festos, & cultui diuino consecratos turpi illo suo studio prophanat, & omne tempus, quod melioribus studijs atque negotijs impendi oportebat, noxio hoc suo studio perdit, atque consumit. Aleator impius est in suos parentes, quorum opes, atque patrimonia multis illorum laboribus atque sudoribus parta dilapidat: impius in magistratus, in præceptores, & pædagogos suos, quorum leges, atque præcepta turpes atque damnosos huiusmodi ludos prohibentia negligit, atque violat. Aleator etiam impius est in suos liberos, vxorem, totamq; familiam, quam immani hoc suo studio sæpe ad extremam, ignominiosamq; inopiam, penuriam, mendicitatemq; detrudit. Impij quoque sunt cum politici, tum ecclesiastici magistratus in suos subditos, qui opes publicas quæ ad reipub. ecclesiæq; conseruationē, ad pauperum inopiam sustentandam subleuandamq; conferri debebant, sæpe insano immaniq; hoc suo studio dilapidant, ac deinde subditos suos decoquunt, grauissimis, ac pene intollerabilibus tributis, atque vectigalibus vrgent; seu potius opprimunt. Denique aleatores ebrietate, cuius plærumque alea socia est, atque comes, nec non auaritia inexplebili, odio, ira, libidine, alijsq; huiusmodi affectibus ceu æstris quibusdam incitati ad dolos atq; fraudes, ad periuria: mendacia, maledicta atque conuitia, ad rapinas, atque furta, ad stupra, ad cædes deniq; & homicidia horrenda præcipiti quodam impetu rapiuntur, id quod experientia quotidiana testatur.

Addam postremo quæ Osorius, diuinum illud eloquentiæ flumen, in elegantissimo illo suo opere, de Regis institut. de hoc ludo disserit, lib. 7. vbi nobilium officium describit. Quod nam igitur, inquit, nobilium opus est: num delitijs affluere, & dicta iacere, & de amore conqueri, & vulnus sibi cupidinis sagittis inflictum assiduè lamentari? negabitis opinor: nullum enim ex eorum vrbanitate, & elegantia, nec ex amoribus quidem leuissimis respub. fructum capit. Num noctes, atque dies in aleæ ludo consumere? non profectò. Est enim hic ludus altor otij, magister ignauiæ, instrumentum auaritiæ, fraudis officina, rei familiaris euersio, temporis iactura, rixæ materia, morum pernities, dignitatis labes, & insignis ignominia, est præterea angor animi, & cruciatus assiduus. Qui enim perdit, afflictatur: qui lucrum facit, quamuis intemperanter exultet, ne tamen id, quod est lucratus, amittat, animo anxio, & sollicito reformidat. Adde nunc impuræ consuetudines, & familiaritatis dedecora, quibus afficiuntur ij qui cum aleatoribus viuunt. Adde pœnæ illius diuturnitatem, qua damnati sunt omnes, qui eiusmodi ludis affixi sunt. Vt enim Prometheus ad Caucasum affixus (vt poëtæ perhibent) inuitus aquilæ viscera lacerandæ, atq; deuorandæ præbebat: sic aleatores ita nequitiæ vinculis astricti sunt, vt quamuis viscera sua consumi cum magno cruciatu videant, non tamen inde auelli possint, secundum illud Ouidij:

Sperne lucrum, vexat mentes insana libido
Et reuocat trepidas alea sæpe manus.

Anni verò interim labuntur, ætas flagitiosè conteritur, res familiaris absumitur, studium dignitatis abijcitur, omnisq; ratio industriæ, & humanitatis, & pietatis extinguitur. Nec enim is, qui hoc ludo tenetur & ducitur, rem suam familiarem curat: nec suis liberis, aut seruis, aut amicis consulit: neque pietatis, & religionis memoriam vllam conseruat: sic enim accupat illius animum hoc flagitiosum,

tiosum, & infame ludendi studium, vt nullum honestæ cogitationi locum relinquat. Vt autem nullum aliud malum inde proueniat præter otium illud, cuius vitia persecuti sumus, id certe tantum est, vt sit nobilitati tanquam totius dignitatis exitium summa totius animi contentione fugiendum. Hæc ille. Sed quorsum, inquies, tam multa de alea? Propterea quod illa etij, comessationumq; plærunque comes est atque socia, quam Christiani hodie passim cum ingenti & publicarum, & priuatarum suarum rerum, fortunarumq; damno, ac detrimento impune, magnaq; cum licentia exercent, cum tamen & ratio ipsa, & leges diuinæ, atque humanæ, & sanctissimorum patrum auctoritas, & ipsa experientia quotidiana, hunc ludum turpem, inhonestum, impium ac damnosissimum esse doceat. De quo plura qui cognoscere cupit, is legat Ambrosium in lib. de Thobia. cap. 11. Nicolaum de Lyra in suo præceptorio, P. Martyrem in lib. Iud. cap. 14. Lamberti Danæi libellum de alea: Cæl. Rhodig. lib. 28. cap. 30. M. Mantuam in Polymath. lib. 8. cap. 9. vbi docet ludum esse crimen, & malorum dæmonum inuentum. Huc referenda sortes conuiuales. Heliogabalus Imp. teste Ælio Lampridio, tales habuit sortes conuiuales scriptas in cochlearibus, vt alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem struthiones, alius decem oua pullina, vt veræ sortes essent, & fata tentarentur: quod quidem & ludis suis exhibuit, cum & vrsos decem, & decem gryllos, & decem lactucas, & decem auri libras in sorte habuit: primusq; hunc morem sortis instituit, quem nunc videmus.

Quoad illos ludos quibus corpora exercentur illis ante cænam potius vtendum esse medici, & ratio ipsa docent, quam post cænam, de quo supra pluribus est dictum. Huc facit illud Plutarchi 1. Sympf. problem. 1. quod à Macrobio repetitur lib. 7. cap. 1. Compotores ita solent à conuiuio discedere, vt exercitij causa se ad saltationem, aut choreas conferant, vel etiam in medijs saltent conuiuijs: at verò si quis eos ad armis depugnandum, aut discumiactandum, vel ad cursum, vel ad pugillatum cogat, non modo iniucundum, sed etiam damnosum fuerit conuiuium isq; quasi ineptus relegabitur ab alacritate consortij. His verbis monet vtrisque ludis vtendum esse vel inter epulas, vel post illas non nimis vehementibus, sed mollioribus, atque remissioribus.

Crudeles, planeq; barbaræ fuerunt antiquæ illæ Campanorum, Tyrrhenorum, atque Romanorum monomachiæ, pugnæq; gladiatorũ etiam in priuatis conuiuijs de quibus multa tradit Athen. libro quarto, cap. decimoseptimo. Antoninus Heliogabalus, teste Lampridio, gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi frequenter exhibuit. Strauit sibi triclinium in summo lusorio. Et dum prandaret, noxios, & venationes sibi exhibuit. Idem quadrigas Circensium in triclinijs, & in porticibus sibi semper exhibuit pransitans, & cænitans, conuiuas senes agitare cogens nonnullos honoratos iam imperatori. Verus quoque imperator, teste Iulio Capitolino, gladiatorum frequentius pugnas in conuiuio habuit, trahens cænam in noctem. Celtæ similiter, teste Athenæo loco ante citato in conuiuijs μονομαχῶσι, ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις ἐγρηγόντες σκιαμαχῶσι, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀκροχειρίζονται, inter cænandum figulari certamine pugnant. Armati enim atque excitati vmbratili pugna dimicant, & summis tantum manibus inter se colluctantur. Aliquando verò ad vulnus vsque procedunt, vnde vsque adeo irritantur, vt nisi præsentes eos distraherent, ad interitum vsq; pugnarent. Similis ferè mos apud Galatas, atque Thracas obtinuit, teste eodem. lib. 4. cap. 17. De ijsdem vide Leon. lib. 2. cap. 101. Huc quoque referri potest mos ille Thracum matulas in capita conijciendi, de quo Athen. Huiusmodi sunt hodie quoque Christianorum ebrietati indulgentium ludi sanguinarij, atque cruenti. Quid dicam quòd cædes quoque nonnullis olim pro ludis, delitijsq; summis inter epulaudum fuerunt habitæ? C. Cæsari Caligulæ, vt Suetonius inquit in eius vita, animum quoq; remittendi, ludoq; & epulis dedito, eadem dictorum, factorumq; sæuitia aderat. Sæpe in conspectu prandentis, vel comessantis seriæ quæstiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex (securi cædendi peritus) quibuscunq; è custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis ab eo excogitati, quum multos è litore inuitasset ad se, repente omnes præcipitauit. Quosdam guberuacula apprehendentes, contis, remisq; detrusit in mare. Romæ publico epulo seruum, ob detractam lectis argenteam laminam (nam lecti triclinares teste Plin. lib. 33. laminis argenteis operiebantur, siue bracteis) carnifici confestim tradidit, vt manibus abscissis, atque ante pectus è collo pendentibus, præcedente titulo, qui causam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumduce-

retur. Mirmillonem (gladiatorem, qui aduersus retiarium pugnabat) è ludo (ex ludi consuetudine, vbi exercitij causa ad gladiaturam iuuenes exercebantur) rudibus secum batuentem (virgis gladiatorijs depugnantem) & sponte prostratum confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discurrit. Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato altè malleo, culterarium mactauit. Lautiore conuiuio effusus subitò in cachinnos, Consulibus, qui iuxta cubabant (in mensa discumbebant) quidnam rideret, blande quærentibus. Quid, inquit, nisi vno meo nutu iugulari vtrumque vestrum statim posse? Cadibus hisce epularibus Caligulæ similis fuit & illa L. Flaminij, qui inter epulas vnum de damnatis occidi curarat, vt scorto gratificaretur, quod aiebat nunquam se vidisse hominem decollari, vnde à Catone senatu fuit motus, & illa Herodis, qui in gratiam incestuosæ suæ coniugis, atque filiæ Ioan. Baptist. in carcere decollari, & caput illius in epulum natalitium cen ferculum afferri, curauit.

Præterea vt olim à Græcis, alijsq; populis luxuriosis varij fuerunt adhibiti ludi, quibus se inuicem ad ebrietatem lacessebant, de quibus supra, sic idem quoque à Christianis fieri solet. Multiplicia enim ludicra vsurpantur, & noua etiam quotidie excogitantur, quibus se inuicem inescant, & ad potandum plus æquo prouocant: Vide Eras. in Chiliad. in ad. g. Melitæus catulus.

Ludi quoque olim libidinosi, multa acroamata, atque spectacula libidinem inflammantia à prophanis illis gentibus fuerunt adhibita. Apud Babylonios teste Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 2. post epulas mulieres summa velamenta exuere, & amiculis reuelatis (proh pudor) pudenda ostendebant, omniq; abiecto pudore, turpissime iocabãtur. Apud Tyrrhenos vt Athenæus ex Theopompo, & Timæo testatur, in illorum epulis nudatis corporibus virgines discumbentibus ministrabant conuiuis, mulieresq; apud eosdem fuerunt communes, quæ etiam pudore depositio in gymnasijs publicis, & palæstris nudæ cum viris luctari, & sese exercere consueuerant, minimè enim apud eos turpe ducebatur nudatas fœminas vulgò conspici. Ijdem in ipsis epulis, compotationibusq; suis plurimis accensis facibus Veneri turpissimæ operam dare consueuerunt, de quo etiam Leon. lib. 3. cap. 96. Promiscui huiusmodi coitus, siue concubitus in sacris præsertim, vt in Eleusiuijs, atque Bacchanalibus fuerunt vsurpati. Vtinam turpissimorum huiusmodi ludorum hodie non in Christianorum quoq; conuiuijs plurima exempla reperirentur. Nam, vt recte ille dixit, Nox, vinum, mulier nihil moderabile suadent. Huc facit illud Terentij. Affatim edi, bibi, lusi, id est, Veneri operã dedi.

Omnino vt hunc de ludis conuiualibus locum concludam, ἀναπαύσεως καὶ παιδιᾶς ἕνεκεν, vt est apud Athen. lib. 5. hoc est, ludi in conuiuijs adhiberi possunt & debent animi relaxandi reficiendiq; causa, modo illi sint liberales, & honesti, absit omnis turpitudo, atque lasciuia. Huc quoque facit præclarum illud Cic. præceptum lib. 1. offic. Neque enim, inquit, ita generati à natura sumus, vt ad ludum, iocumq; facti esse videamur, sed ad seueritatem potius, & ad quædam studia grauia, atque maiora. Ludo autem, & ioco vti illis quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris, cùm grauibus, serijsque rebus satis fecerimus: ipsumque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum, & facetum esse debet. Vt enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena: sic in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen luceat. Duplex omnino est iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modò Plautus noster, & Atticorum antiqua comœdia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt, vt ea, quæ à sene Catone sunt collecta, quæ vocantur apophtegmata facilis igitur est distinctio ingenui, & illiberalis ioci: alter est, si tempore fit, ac remisso animo, libero dignus: alter ne homine quidem, si rerum turpitudini adhibeatur verborum obscœnitas. Ludendi est quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur.

DE IIS

Digitized by Google

DE IIS QVE CONVIVIVM CONSEQVVNTVR. QVANDO VETERES COENAM FINIERINT. DE PERVIGILIIS

Sympoſiacis, certamine & præmijs antiquorum vino tota nocte inuigilantium. Quomodo & conuiuæ, & conuiuator ſe circa conſurrectionem è menſa gerere debeant. De manuum ablutione poſt cœnam. De poculo, ſiue propinatione vltima, vt olim, ita hodie vſitatiſsima. An cœna potu terminanda.

CAPVT XXIII.

NVNC poſtremo loco dicendum de ijs, quæ epulas ſolent conſequi, ſiuè poſt epulas ferè fieri ſolent, quæ quidem Syracides his verbis mihi breuiter videtur eſſe complexus cap. 32. Ἐν ὥρᾳ ἀνάστηθι, καὶ μὴ ὀψὲ γένῃ, ἀπόδυσαι εἰς οἶκον, καὶ μὴ ῥαθύμει. Ἐκεῖ παίζε, καὶ ποίει τὰ ἐνθυμήματά σε, καὶ μὴ ἐν ἁμαρτίαις, μὴ λόγῳ ὑπερηφάνῳ, ſiue vt alij legunt, καὶ μὴ ἁμαρτὴς λόγῳ ὑπερηφάνῳ, Καὶ ἐπὶ τούτοις εὐλόγησον τὸν ποιήσαντά σε, καὶ μεθύσκοντά σε, ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ: Hoc eſt, Surge, ſcil. à menſa, in hora, hoc eſt, in tempore, ſiuè maturè, & non ſis vltimus, (ἡγεῖσθαι propriè eſt extremam exercitus partem ducere: ἡγεμὼν ductor extremæ partis exercitus: & ἡγεμονία pars extrema agminis) domum te celeriter recipe, neque deſideas. Ibi lude, tuoq; indulge arbitrio, non in peccatis, atque in ſermone ſuperbo, hoc eſt, modò ne pecces, aut ſuperbè quid agas. Adhæc celebra eum, qui te creauit, & qui te ſuis bonis cumulat. Hæc præcepta etſi ad adoleſcentes potiſsimùm videntur pertinere: tamen in genere ad omnes conuiuas, cuiuſcunque illi ſint ætatis, atque conditionis videntur poſſe referri: ad quæ explicanda antequàm accedamus, operæpretium fuerit nomina, quibus conuiuij finis, ſiue terminatio à Græcis appellatur, proponere. Pollux lib. 6. τὸ δὲ παύσασθαι τῶν ἐστιάσεων, διαλύσαι τὸ συμπόσιον, (vnde apud Plutarchum in conuiuio ſapientum, διαλύωμεν, inquiunt conuiuæ, τὸ συμπόσιον) διαπαῦσαι τὸ συμπόσιον, λῆξαι τὸν πότον, καθεσπῆσαι, ἀπαναστῆναι τὰς συμπότας, ἐξαναστῆναι, (Sic Syracides ἀνάστηθι) ἐξιλθεῖν, ἀπαλλαγῆναι, ἐπὶ κοίτην τραπέσθαι. Primò igitur omnium inquit Syracides, ſurge in tempore, & non ſis vltimus. Omnino, vt incipiendi quibuſuis in rebus, ita etiam deſinendi, certus debet eſſe modus, tempuſq; ſpectari commodum, & opportunum. Hinc conuiuia ἔγκαιρα, hoc eſt, tempeſtiua illa dicuntur, quæ fiunt tempore opportuno, nec vltrà tempus iuſtum, legitimumq; protrahuntur: quibus contraria ſunt ἄκαιρα, hoc eſt, intempeſtiua, quæ vel incommodo, vel importuno tempore fiunt, vel nimis diu durant. Veteres cùm hora ferè nona, quæ nobis eſt tertia, aut quarta, cœnarent, ſub ſolis occaſum, nocte iam imminente, cœnam finiebant. Athenæus lib. 5. docet, apud antiquos in deorum feſtis, irreligioſum fuiſſe viſum diutius poſt ſolis occaſum in conuiijs commorari. Quare γνωμικῶς, hoc eſt, ſcitè Pallas inquit apud Homerum Οδ. γ.

Ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον, οὐδ' ἔοικε
Δηθὰ θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι. Hoc eſt,
Mergitur Oceano lumen, iam dedecet eſſe
Præſentes menſis diuùm, diſcedere præſtat.

Nomina conuiuij finis, ſiue terminationis.

Explicatio verborum Syracidis.

Quando veteres cœnam finierint.

Suis quoq; temporibus Athenæus teſtatur, ſacra quædam celebrari fuiſſe ſolita, in quibus lege cautum erat, vt antequàm ſol occideret, diſcederetur. Idem, omnia conuiuia veteres, dicit, ad deorum ſuorum honorem retuliſſe, & idcircò adhibuiſſe coronas, hymnos, cantum, & dùm adhuc eſſet dies, ante Solis occaſum è conuiuio diſceſiſſe. Euſtath. in illa Homeri verba,

Ante ſolis occaſum è conuiuij diſcedi ſolitũ.

οὐδ' ἔοικε—— Δηθὰ θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, &c.

Non diu in ſacrificijs ſedendum, conuiuandumq;, ne conuiuæ ebrij facti in peccatum aliquod prolabantur, ſacrificiumq; contaminent. Nam in feſtiuitatibus quidem more fuit receptum παννυχίζειν, hoc eſt, pervigilia agere: in ſacrificijs verò non conueniebat moram trahere, nocte bibendo, ne potatione vlterius producta, indecori aliquid fieret. Præterea, vt fertur, dijs cœleſtibus interdiu ſacrificabant, vnde δειλινὰς θυσίας, hoc eſt, veſpertina ſacrificia vates euitantes, ſole oriente illa peragebant, Homerus Ιλ. Α. Deos ſuos tota die conuiuantes finxit, ſeq; poſt occaſum ſolis domum recipientes,

Digitized by Google

Ως τότι μὲν ωεόπαι ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα,
Δαίνυωτ'.— Et paulò posᵀ:
Αυτὰρ ἐπει κατέδυ λαμπρὸν φαος ἠελίοιο,
Οἱ μὲν, κατὰ εἶον τις ἔβαν οἶκονδε ἕκας θ'.

Solon in Plutarchi conuiuio, pareamus, inquit, Homero sapientißimo,

Νύξ δ' ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, *Hoc estᵀ,*
Iam nox inceßit, nocti nos cedere verum estᵀ, Ιλ.ι.

Ergò libatione peracta, διαλύωμεν τὸ συμπόσιον, hoc estᵀ, cœnationi finem imponamus. Hinc ergo constat, Græcos veteres sub Solis occasum, nocte iam imminente, conuiuia sua finijsse. Hunc morem veterum secutus Domitianus, teste Suetonio, conuiuabatur frequenter, ac large, sed penè raptim, certè non vltra Solis occasum, nec vt posteà comessaretur, hoc estᵀ, postᵀ cœnam cibo, epulisq; indulgeret, hoc enim estᵀ comessari, vndè & comessatio dicta. Augustus conuiuia nonnunquam & serius inibat, & maturius relinquebat, cum conuiuæ & cœnare inciperent priusquam ille discumberet, & permanerent digresso eo. Sueton. Scribit Iulius Capitolinus Gordianum imp. fuisse adeò cibi parcum, vt intrà punctum temporis vel prandium, si pranderet: vel cœnam finiret, si cœnaret. Sed postea cùm Græcos, cùm Romanos quoque legimus, in multam noctem conuiuia sua produxisse, (sic Nero epulas à medio die ad mediam noctem protraxit, vnde Noctes q; Neronis, Iuuenalis Satyr.2.) imò totam noctem ijs traduxisse. Sic Platonicum illud Symposion fuit παννύχιον, *ex quo licet nonnulli, vt Eryximachus, & Phædrus discesserint: tamen Socrates vnà cum Agathone, & Aristophane per totam noctem mero inuigilauit, quod quidem illi ex ordine δεξιὰ sibi inuicem propinarunt. Nonnulli etiam illorum somno indulserunt, quos, die illucescente, sopitos Socrates, & Agathon reliquerunt. Huiusmodi ferè hodie solent esse Christianorum, Germanorum præsertim, conuiuia: quorum alij quidem ibi iacent vino, somnoq; sepulti: alij* παννύχιοι *totam noctem perpotant: alij discedunt, & se domum proripiunt alijs insalutatis. Tales* παννυχίδας, *hoc estᵀ,*

Peruigilia in potu,

peruigilia in potu, Clem. Alexand. lib.2. cap.4. Pædag. grauißimè reprehendit, quæ quidem hodie inter Christianos valdè sunt vsitata. Huiusmodi pernoctationem, siue peruigilium in potu, Græci, teste Polluce, appellabant διαπαννυχίσαι, & διανυκτερῆσαι, καὶ ὧδαι πέμψαι τῶν νύκτα, ἴστε ωεὸς ἥλιον. *Hinc Lucerna quoque, quæ illis lucebat,* λύχνος πάννυχος, *id estᵀ, lucerna peruigil fuit appellata. Præmia quoque huiusmodi peruigilia agentibus erant proposita* σησάμες, καὶ πυρράμες, *quæ erant* πέμματα διὰ μέλιτ θ', τὸ μὲν ἐκ σησάμε, τὸ δὲ ἐκ πυρῶν πεφρυγμένων. *Aristoph. interpres:* εἰώθασι δ' ἐν τοῖς συμποσίοις ἀμιλλᾶσθαι ωεὶ ἀγρυπνίας, καὶ ὁ διαγρυπνήσας μέχρι τῆς ἕω ἐλάμβανε τὸν πυραμοῦντα, *in Equitibus, Hoc estᵀ, Certamen etiam olim apud priscos fuit in Symposijs vigiliarum, vt qui vigilando auroram attigisset, ille placentam auferret. Indè* λυχνόβιοι, *hoc estᵀ, lucernariam vitam ducentes, teste Erasmo, prouerbiali ioco dici possunt vel nocturni potores: vel homines lucubrationum studiosi, qui plus olei, quàm vini absumunt, vt dictum estᵀ de Demosthene: vel sordidi & parci, quasi lucernario oleo victitantes: vel etiam ij, qui præposteram vitam agunt, cuiusmodi hominem Seneca describit lib.2. Epist.122. eum Lucifugam appellans, qui quicquid hominum vulgus interdiu facere solebat, id faciebat ille noctu. Habuerunt Ethnici olim sua peruigilia in Deorum suorum honorem, cuiusmodi fuit Veneris Peruigilium, quod tres noctes agebant in eius honorem: Peruigilium Fortunæ, cuius mentio fit apud Suetonium in Galba cap.4. Peruigilium Cereris apud Tacitum. Liuius quoque lib.23. peruigilij trinoctij mentionem facit, incertum cui Deo, aut Deæ: nec non Sueton. in Caligula cap.54. & in Vitellio cap.10. peruigiliorum meminit. Hodie Christiani simul Bacchi, Comi, Cereris, Veneris q; peruigilia agunt, dum totam sæpè noctem compotando, comessandoq; transigunt. De Cymbricæ Chersonensi incolarum peruigilijs Bacchicis, vide Ianum Cornarium in libello, quo Germanorum, atq; Græcorum conuiuia inter se comparat. Sed illud in tota Germania, atque adeò in toto orbe Christiano hodie communi tritum estᵀ consuetudine. Imò quod Tacitus de antiquis Germanis tradidit, diem noctemq; continuare potando nulli estᵀ probro. Væ imprecatur Isa.cap.5. ijs, qui maximè sese ad indulgendum ebrietati expergefaciunt, & ad vesperum vsque perpotant, ita vt vino multo confecti, & languidi, ebrietatisq; incendio combusti iaceant. Quid dicendum igitur de ijs, quorum hodie plurimi inter Christianos reperiuntur, qui dies noctesq; in compotationibus consumunt: Illos*

Hæc quoq; dicta sunt χαείσματα teste Eustathio.

manè

Digitized by Google

manè somno solutos statim ientaculum excipit, ientaculum sequitur prandium, prandium merenda, merendam cœna, cœnam deniq; comessatio, quæ vel ad mediam noctem, vel sæpè etiam ad diei sequentis auroram protrahitur, ita vt neq; Orientem neq; Occidentem solem videant. De Romanorum cœnis, atq; potationibus nocturnis suprà dictum est, vndè crebrò lucernarum fit mentio. Cùm ergò Syracides dicit, in tempore esse surgendum, docet prandia, atq; cœnas non debere nimis esse diuturnas, & in tempus longum produci, quod hodie inter Christianos perquàm est vsitatum. Galli tamen, Hispani, Itali, atq; Angli breuioribus cœnationibus vtuntur: raptim enim comedunt, & plurima fercula simul apponunt. Turcæ quoq; raptim comedere, & breui temporis spatio epulas suas absoluere dicuntur. Germanorum contrà, Polonorum, aliarumq; nationum conuiuia, cum summa temporis, valetudinis, fortunarumq; iactura, in longum tempus extenduntur.

Præterea vt Syracides hîc monet, maturè esse surgendum, domumq; eundum: ita contrà hodie multi sese vino nimio ita onerant atq; obruunt, vt surgere amplius non possint, quin etiam sæpè in ipsa mensa somno correpti, saccorum siue stipitum instar, atq; truncorũ iaceant, donec tandem auferantur. De his Cic. ita loquitur lib. de Finibus: Nolim, inquit, mihi fingere asotos, qui in mensam vomant, & qui de conuiuijs auferantur, crudiq; postridie se rursus ingurgitent. Claudium Cæsarem, testatur Suetonius, non temere vnquam triclinio abscessisse, nisi distentum, atq; madentẽ: & vt statim supino, ac per somnum hianti penna in os inderetur ad exonerandum stomachum. Idem de illo testatur Cornel. Tacitus. Similiter L. Verus Imperator, teste Iulio Capitolino, in ipso thoro conuiuali somno sæpè corripiebatur, ita vt leuatus cum stromatibus in cubiculum perferretur. Sic Ioannes ille Magnus Moscouitarum princeps, in prandio plærunq; adeò se potu ingurgitabat, vt somno opprimeretur: inuitatis interim omnibus timore perculsis, & silentibus: experrectus, oculos tergere, ac tùm primùm iocari, & hilarem se conuiuis exhibere solebat, testis est Sigismundus Baro in comment. rerum Moscouit. Græcis ἀβρέξαι est, teste Suida, ἀπὸ βορᾶς νυστάξαι, ἢ κοιμηθῆναι, hoc est, à sumpto cibo dormire, siue cubare. Est autem huiusmodi in ipsa mensa dormiendi consuetudo cùm vehementer inciuilis, & plærunq; voracitatis, ebrietatisq; testis: tùm sanitati vehementer inimica, & infesta, de quo postea pluribus. Et tamen multi inter Christianos reperiuntur asoti, vt illos Cicero appellat, qui imperatorum illorum impiorum imitatione, vbi se immoderato vino impleuerunt, in ipsa mensa somnum capiunt, quo soluti, deinde rursus ad immanes illas suas propinationes, atq; potationes redeunt. Excusandi tamen hîc sunt multi, qui non ob nimiam cibi, potusq; ingurgitationem: sed vel ob senectutem, vel ob corporis, valetudinisq; imbecillitatem, vel etiam ob vigilias præcedentes, somno sæpè in ipsa mensa opprimuntur: quos tamen ipsos satius esset vel omni modo somno resistere, vel etiam de mensa surgere, ne vel in gulæ, vel in ebrietatis suspicionem inciderent.

Multi in ipsa mensa vino somnoq; sepulti iacent.

Ἀβρέξαι Græcis quid.

Obseruandum est præterea, moris olim fuisse, vt homines tubis ad epulas conuocarentur, & iisdem rursus quasi receptui caneretur, id quòd etiamnum hodie in Principum aulis fieri solet.

Consyderanda etiam hîc certa quædam conuiuatoris, & conuiuarum officia.

Quòad Conuiuas, vt non temerè ad epulas accedere debent: sic nec temerè inde recedere, atque à mensa consurgere, ne vel conuiuatori, vel conuiuis mali quid de sese suspicandi occasionẽ præbeant. Consurgendi quoq; initium (quod nos vulgò appellamus den auffbruch machen/) non quilibet, sed ij potissimum facere debent, qui cæteris ætate, dignitate, auctoritateq; præstant, quiq; minima conuiuatori sunt necessitudine iuncti, nec nisi cum conuiuatoris venia. Quòd si qua te necessitas vrgeat, vt nondum finitis epulis surgere, atq; discedere cogaris, causam tui discessus afferes, veniamq; summisse à conuiuatore, atq; conuiuis petes. Sæpè etiam si in ebriosorum, ac importunorum conuiuia incideris, vel fingere honestam aliquam surgendi è media cœna, abeundiq; causam licet, ebrietatem, aliaq; incommoda vitandi gratia, quo id sine conuiuatoris, atq; conuiuarũ offensione, suspitioneúe siniſtra fieri possit. Ex illis quoq; Syracidis verbis, surge in tempore, & ne sis vltimus, videtur olim moris fuisse, vt non omnes simul consurgerent, seq; domum reciperent, sed alius post alium. At hodie honestissimus, humanissimusq; hic videtur mos esse, vt omnes simul consurgant è mensa, seq; domum recipiant. Huc quoq; pertinet, quòd multi sæpè è mensa consurgunt, seq; ad negotia quædam transigenda conferunt, pignoris loco cultello, aut alia re relicta, quibus peractis ad conuiuarum cœtum redeunt. Pueri etiã, atq; adolescentes hîc sunt monendi, ex Syracidis præcepto, vt quando cum senioribus in epulis accumbunt, non ad extremum vsq; sint mensæ affixi, sed surgant nonnunquam & senioribus ministrent.

Conuiuæ quomodo se gerere debeant quando è mensa surgunt.

Digitized by Google

Conuiuator quomodo se in conjurrectione conuiuarũ gerere debeat.

Quòad conuiuatorem, is omni modo suspicionẽ hanc vitabit, ne videatur cupere conuiuas mox discedere, idq; vel auaritia, vel morositate, vel maleuolentia aliqua impulsus. Conuiuas itaq; humanissimis verbis atq; precibus ad diutius manendum, epulandumq; inuitabit. Cauebit tamen idem, ne importunè vel omnes, vel certos quosdam inuitos, & contra voluntatem, commodumq; suum retineat. Præsertim si adsint homines senes, mulieres grauidæ, minus benè vel corpore, vel animo affecti, ac constituti: denique quibus necessaria quædam negotia sunt efficienda, illi non sunt importunè iniuis, atq; pertinaciter retinendi, sed potius discedendi illis est venia, atq; facultas danda. Et hæc de conuiuij duratione, atq; consurrectione è mensa opportuna ac tempestiua sint dicta.

Manuum ablutio post epulas.

Nunc alia, quæ epulas finitas consequi solent, persequamur. Huiusmodi est manuum ablutio, (ἀπονίψασθαι id propriè dicitur post cibum sumptum, teste Polluce) quæ, vt olim, ita hodie quoq; est vsitatissima & antè, & post epulas: de qua quoniã suprà abundè est satis dictum, inde desumes, quæ huc pertinent. De illius vtilitate vide plura in Schola Salernitana. Fit autẽ huiusmodi manuũ ablutio aliquando cõuiuis adhuc ad mensam sedentibus: qui mos est in Gallia, Italia, Polonia, &c. alĩs quando postquàm conuiuæ iam è mensa cõsurrexerunt. qui cõmunis est German. mos, & consuetudo.

Manuum porrò ablutionem sequebatur apud veteres libatio, & extrema propinatio. Hinc Pallas, quæ se Mentorem finxerat, Menelaum sic affatur Odyss. γ.

Iam miscete merum sacrum, iam cædite linguas
Libantes vti Neptuno, superisq; beatis
Curemus somnum, vocat huius temporis hora.

Sic Solon in illo Plutarchi conuiuio septem sapientum, Pareamus, inquit, sapientissimo Homero,

Νύξ ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν κατὰ νύκτα πιθέσθαι
Σπείσαντες δ' ἐν μέσσοις, καὶ πεισθῶμεν, καὶ ἀμφιχύτῃ.

Δυαλύωμεν δοκεῖ τὸ συμπόσιον. *Hoc est,*

Iam nox inceßit, nocti nos cedere verum est,
Libemus Musis, Neptuno, Amphitaq;, *Eoq; peracto, si nobis videtur, dissoluamus conuiuium. Atq; hic quidem fuit illius conuentus finis. Ibidem sublatis mensis, sertisq; à Melissa distributis nos quidem libauimus, & tibicina, cum paululum ad vota nostra cecinisset abijt. Verùm de libationibus suprà satis dictum est, indè petes quæ huc pertinent.*

De poculo seu propinatione vltima.

Mos porrò fuit veterũ poculo quodam certo, siue propinatione (Pollux πότον μεταδόρπιον vocat) cænã claudere, siue terminare, idq; partim religionis, siue superstitionis potius, partim amicitiæ ergò. Huiusmodi poculum, seu propinationem, & μεταιπλείδα, & διὸς σωτῆρος, & ὑγείας, & ἀγαθοῦ δαίμονος & appellarunt, de quibus nunc quædam auctorum testimonia subiungam. Μεταιπλεῖς, inquit Pollux, κύλιξ ἐστὶν, ᾗ μετὰ τὸ ἀπονίψασθαι ἐλάμβανον, hoc est, calix est, quem post ablutionem, scil. manuum, sumebant. Nomen autem, addit idem, habet non à certa poculi forma, sed ab ordine. Idem, Καὶ κύλιξ μεταιπλεὶς ἡ ὅτι πᾶσιν, hoc est, calix omnibus cõmunis, quem etiam ὑπαιπλείδα possis appellare. Idem πότον μεταδόρπιον vocat. Eustath. Odyss. α. μεταίπλεον κύλιξ, ἢ πόσις διδομένη μετὰ δεῖπνον, ἤτοι μετὰ τὸ νίψασθαι, hoc est, calix, siue potio, quæ dabatur post lauationem. Nicostratus in Pandroso, vt citatur ab Athen. lib. 15.

Μεταιπλεον siue μεταιπλεὶς.

——Κἀγὼ φιλτάτη
Μεταιπλεία (in alijs exemplaribus est μεταιπλείδα) δ' ἀντὶ τῆς
ὑγείας ἔγχεον.
Λάβε τῆς ὑγείας δὴ σὺ φέρε τύχα ἀγαθῇ
Τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, πρόνοια δὲ
Τυφλόν τι κἀσύνταχτόν ἐστιν ὦ πάτερ. *Hoc est,*
——*Ego etiam amicissima*
Pocula, siue poculum sanitatis ipsi impleui
Cape tu sanitatis, fer bona fortuna.
Fortuna enim est rerum mortalium, prouidentia autem
Cæcum quid est, & incompositum ô pater.

Athen. lib. 11. Μεταιπλεον ἡ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπεὶ ἀπονίψαντο, μεταδιδομένη κύλιξ, *hoc est, Calix, qui post cænam datur, postquàm se abluerunt: qui mos & hodie religiosè seruatur apud Britannos,*

Digitized by Google

tannos, teste Erasmo in Adagijs. Antiphanes in Lampade, Δαίμονος ἀγαθοῦ μεταναιπλεον ἐντεταγεῖν, hoc est, Boni dæmonis metaniptrum comedere. Diphilus in Sappho,

Αρχίλοχε δ' ἔξαι τλῶ δὴ τλῶ μεταναιπλεῖδα,
Μεστὴν διὸς σωτῆρος ἀγαθοῦ δαίμονος. Hoc est,
Archiloche sumas hanc metaniptridem statim,
Plenam Iouis seruatoris, atque Dæmonis boni.

Nonnulli verò τλῶ μετὰ τὸ νίψασθαι πόσιν, id est, potum intelligunt, qui post lotionem datur. Vt Seleucus in Glossis, & Callias in Cyclopibus: καὶ δ' ἔξαι τινδὶ μεταναιπλείδα τῆς ὑγείας, hoc est, Cape hanc sanitatis metaniptridem. Philetærus in Æsculapio, Ἐνέσεισε μεστὴν ἴσον ἴσῳ μεταναιπλίδα μεγάλην ὑπεροπὸν τῆς ὑγείας τέκμαρ; hoc est, concussit magnã metaniptrida plenam pari cum addiderit, adiungens sanitatis nomen. Philoxenus similiter, Dithyramborum poëta in cœna μετὰ τὸ ἀποννίψασθαι τινὶ ποτήριον, hoc est, cum lotis manibus poculo quendam prouocasset, inquit, σὺ δὲ τὰν δ' εὐβάκχιον (alij εὐβαχχία legunt) ὅλοσον πλήρη μεταναιπλείδα δέξαι, πρᾶντοι βρόμιος, γάνος τὸ δὲ δὴς, ὅπι τέρψιν ἅπασαν ἔχει (alij ἄγει:) hoc est, Tu optimi rorus Bacchici plenam metaniptridem sumito, priusquàm, cùm Bromius lætitiam dederit, omnes in oblectationem inducat. Antiphanes in Lampade,

Τραπέζα φυσημενεὶς (alij legunt φυσημείνεις) ἀλλὰ μὴν δαίμονος
Αγαθοῦ μετάναιπλεον. Hoc est,
Conspersa phystis mensa, verùm Dæmonis
Boni metaniptrum. Nicostratus in Contradicente,
Μεταναιπλείδα δ' ἀυτῷ τῆς ὑγείας ἔγχεον, Hoc est,
Infunde sanitatis ei metaniptridem.

Ex his constat μετάναιπλεον, siue μεταναιπλεὶς vocabulum esse generale, quo vltimum illud poculum, siuè potio, post cœnam, manuumq; ablutionem significatur, quod quidem etiam ὑγείας, διὸς σωτῆρος, ἀγαθοῦ δαίμονος, Ερμῆς, φιλοτησία appellabatur.

Τγείας poculum dicebatur forsan boni ominis ergò, quòd illud sibi inuicem bonæ valetudinis ergò propinarẽt. Pollux, ὧν δὲ καὶ ὑγιεια ἱερὰ, hoc est, erat autem etiã sanitas sacra. Pro sanitate quomodo olim propinationes fieri sint solitæ, & etiamnũ hodie fiant, suprà dictũ est. Athe. li. 15. Post hæc cum alij boni dæmonis, alij Iouis saluatoris, alij sanitatis, siue valetudinis poculum poscerent, &c. Videntur autem hæc pocula fuisse diuersa, pro diuersis mixtionibus. De poculo ὑγείας, hoc est, sanitatis, suprà aliquot testimonia fuerunt prolata, quæ μετάναιπλεα ὑγείας appellantur. Vel forsan dictum sic fuit illud poculum, quòd ὑγεία sanitati, quam Græci ceu Deam coluerunt, cuius simulachrum apud Sicyonios insigne erat, fuit dedicatum. Poculum ὑγείας.

Dictum etiam est vltimum illud poculum διὸς σωτῆρος, hoc est, Iouis seruatoris, quòd nimirum illi erat dicatum, & in eius honorem bibi fuit solitum. Pollux, Crateres erant tres, primus Iouis Olympij, & deorum olympiorum, siue cœlestium: secundus Heroum: tertius διὸς σωτῆρος τελείου, ὅτι καὶ τὰ τέλεια πρῶτος τέλειος ἀριθμὸς, hoc est, Iouis seruatoris perfecti, quoniam etiam tria primus sunt perfectus numerus. Idem, ὥσπερ καὶ διὸς σωτῆρος κρατὴρ, ἱερὸς ὢν, hoc est, quemadmodum etiam Iouis seruatoris crater sacer erat. Antiphanes apud Athen. lib. 15. in Agrestibus. Poculum διὸς σωτῆρος, siue τελείου.

Αρμόδιος ἐκαλεῖτο, παιὰν ἤδετο
Μεγάλου διὸς σωτῆρος ἄκατον ὑπερεῖς. Hoc est,
Harmodius vocabatur, pæan canebatur
Magnum Iouis seruatoris poculum (ἄκατος propriè nauis piscatoriæ genus: hîc poculum, ob formæ, vt videtur, similitudinem significat) cepit quis. Alexis in Fœneratore, seu Mentiente, ——Αλλ' ἔγχεον
Αυτῷ διός γε τῶν δὲ σωτῆρος θεῶν
Θνητοῖς ἁπάντων χρησιμώτατον πολύ.
Ο ζῶμος ὁ σωτὴρ: ἐὰν ἐγὼ ὀλαρράγω
Οὐδ' ἐν μόνῃ εἰ πείθει (aliter μίλοι σοι πίθι) θαρρῶν. Hoc est,
——Sed infunde Ipsi hunc Iouis seruatoris, deorum
Mortalibus omnium longè vtilissimum

Iuppiter Seruator, quòd ſi ego conſpersero, ſiue diſrumpor
Id ne tu cures; bibito audacter.

Sic Pindari interpres, hunc veteribus morem fuiſſe tradit, vt Crater princeps Iouis diceretur Olympij, ſecundus Heroum (cuius rei etiam Plutarchus in Cauſis meminit:) tertius Διὸς σωτῆρος. Sophocles in Nauplio, —— Ζεῦ παυσίλυπε
Καὶ Διὸς σωτηρίου σπονδὴ τρίτου κρατῆρος.

Idem teſtatur Æſchilus in Epigonis. Calius lib. 28. cap. 6. hanc rationem reddit, cur calix tertius Ioui Soteri, ſiue Seruatori fuit nuncupatus, quòd nimirum is bibendi modus citra vinolentiam omnino ſubſtringebatur, vltrà progredienti, & largius, hilariuſq; vinum ingurgitanti, non deerat intemperantiæ nota. Idem τέλειος dictus, à ternarij numeri perfectione, in quo ſit principiũ, mediũ, & finis. Dictum eſt igitur poculum Iouis ſeruatoris, eò quòd in illius honorem ſub finem cœnæ bibebatur: de Ioue autem, quem Græci σωτῆρα, Latini Seruatorem, & conſeruatorem appellarunt, atq; coluerunt, vide plura apud Gyraldum in hiſtoria Deorum. Nos agnoſcimus, colimus, atq; veneramur ſolum Chriſtum, ceu vnicum, & verum noſtrum Seruatorem, qui ſua morte atq; ſanguine nos ab æterna morte liberauit, atq; redemit. Illius Seruatoris noſtri poculũ, quod ipſemet nobis propinauit, & adhuc propinat, in Sacroſancta illius cœna bibimus, quod quidem veriſſimè Διὸς, ſeu potius θεοῦ σωτῆρος ποτήριον appellare poſſumus.

Poculum ἀγαθοῦ δαίμονος.

Præterea poculum illud vltimum maximè communi & vſitato nomine poculum ἀγαθοῦ δαίμονος, hoc eſt, Boni dæmonis, ſiuè Genij, ſiue Fortunæ fuit appellatum, de quo ſic Theophraſtus ſcribit in lib. de Ebrietate, vt allegatur ab Athen. lib. 15. Vini meraci, quod in cœna datur, quod quidem boni dæmonis propinationem appellant, parum deguſtantes, in memoriam reuocant quanta ipſius Dei ſit vis, quantumq; hoc illius ſit donum. Ac poſtquàm impleuerunt, dans quàm minimum hauſtum, & tertiò flexis genibus adorantes, ex menſa capiunt, tanquàm Deo ſupplicantes, ne quid deſignent à decoro alienũ: neue vehementi aliqua illius potus cupiditate accendantur: ſed hauriant ab illo ea, quæ honeſta ſunt, & vtilia. Philochorus ſimiliter apud eundẽ de hoc potu ſic ſcribit: More, atq; conſuetudine fuit receptum, vt poſt cibos vinum meracum omnibus offerretur illud deguſtandi gratia, ceu λῆγμα τῆς λωίμης τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, hoc eſt, ad demonſtrandam vim boni Dei. Reliquo autem omni conuiuiorij tempore vinum dilutius bibere conſueuerunt, & idcircò ipſas etiam nymphas Bacchi nutrices appellarunt. Ex his Theophraſti, atq; Philochori verbis videtur poſſe colligi, hunc vini puri, ſiue meraci potum, quem boni Dæmonis poculum nominarunt, & ab initio cœnæ, & in extremo conuiuio antequàm ſurgerent, aſportarenturúe menſæ, à conuiuis fuiſſe vſurpatum. Moris autem fuiſſe, vt omnes in conuiuijs menſæ poſt vltimam illam dæmonis potionem remouerentur, ſiue aſportarentur, vel impium illud atq; ſacrilegum Dionyſij tyranni facinus teſtimonio eſſe poteſt. Is enim cum Syracuſijs in Æſculapij phano aurea ante ſimulchrum menſa repoſita eſſet, patera mero repleta propino tibi, inquit, Æſculapi boni dæmonis calicem, & cum dicto auream ſtatim menſam auferri iuſſit. Hinc Pollux ἀγαθοῦ δὲ δαίμονος (κύλιξ) ὁ μετὰ τὰς τραπέζας ἀνεῖται. Euſtath. Od. Π. Sciendum etiam, præter illam libationem atq; potationem in linguis, fuiſſe poculum quoddam, vt teſtatur Ælius Dionyſius, quod ἀγαθοῦ δαίμονος fuit appellatum, τὸ μετ' ἄρσιν τραπεζῶν προσφερόμενον, hoc eſt, quod ſublatis menſis proferebatur. Aliter etiam de eodem ſic ſcribunt: ἀγαθὸς δαίμων, ὃν μετ' ἄρσιν τραπεζῶν ἔπινον. Hinc Nicoſtratus apud Athen.

Αλλ' ἐγχέασα θᾶττον ἀγαθοῦ δαίμονος
Απένεγκάτω μοι τὴν τράπεζαν ἐκ ποδῶν
Ικανὰς κεχόρτασμαι γὰρ ἀγαθοῦ δαίμονος
Δέχομαι. λαβὼν' ἀπένεγκε ταύτην ἐκ ποδῶν, Hoc eſt
Citiſſimè infundens boni ſed dæmonis
Hinc aufferat menſam mihi à pedibus
Ego ſatur nam ſum, boni ipſe dæmonis
Sumo, capiens auferas hanc quæſo ſtatim,

Xenarchus in Didymis eiuſdem poculi his verbis meminit, —— ὡς γὰρ τοῦτο
Νυσάζειν μὲ κἀυτὸς ἄρχομαι ἤτ' ἀγαθοῦ δαίμονος
Σωιάσασιμ' ἐκποθεῖσα φιάλη παντελῶς

Η τῆδὶ σωτῆρος ταχὺς ἀγὼν
Ἀπώλεσέν μ' ἀπωλῶ, καὶ καταπόπωσέ μ' (λέπας)
Οφᾶς. ἔκιφος μελίποινα (aliter ὀφᾶς. Ἔκιφος μελιβοίᾳ) σκαπτίῃ δ' ἵκας (aliter
Ἰέναι ἀγαθῆ τρῶτον δ' αἴμονος λαβεῖν, πρὶν διὸς σωτῆρος.

Hoc est,

——*Quam bonum aliquando*
Conniuere & ipse incipio, & boni dæmonis
Excitauit me expetita phiala omnino
Hæc autem Iouis Seruatoris citissimè
Ipsam perdidit, ac immersit me.
Vides. Eriphus in Melibœa. *Ebibisti verò*
Priusquàm boni dæmonis caperes, priusquàm Iouis Seruatoris.

Aristophanes quoq; non semel eiusdem potionis mentionem facit: Vt in Equitibus,

Μὰ δι' αλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθῆ δ' αἴμονος
Ἰσως γὰ αἷ χρηςὸν τι βυλευσόμεθα. *Hoc est,*
Non per Iouem (scil. taurinum sanguinem bibemus) sed vinum merum boni dæmonis.
Forsan enim boni quid consilij capiemus. (*monis.*

Scholiastes, αἰεροφόρησε τῆς τραπέζης μετὰ τὸ δεῖπνον, ἄκρατον περιεφέρετο, καὶ ἐκαλεῖτο ἡ κρᾶσις ἀγαθῆ δαίμονος, hoc est, Mensa sublata, siue remota, post cœnam merum circumferebatur, idq; vocabatur mixtio boni dæmonis. Aliter primum poculum boni dæmonis bibebant. Paulò post,

Ἰθι νῦν ἄκρατον ἐγκαναξὸν μοὶ (ἐγχέε, ἐγκέρασον) πολλῶ
Σπυδὶ λαβὲ δ' ἡ. καὶ παῖσον ἀγαθῆ δαίμονι
Ελχ' ἕλκε τοῦ τῆ δ' αἴμονος πραμνίᾳ, id est, τῆ περισπουδῆς. *Schol.*

Cum deberet dicere δαίμονος τῆ ἀγαθῆ, dixit, πραμνίᾳ, quoniam vinum Pramnium est pretiosum: de hoc plura ibidem. Paulò post epoto illo poculo inquit,

Ω δαῖμον ἀγαθὲ σὸν τὸ βύλευμ' ἐκ ἐμόν. *Et paulò post,*
——ταῦτ' ἀτὰρ τῆ δ' αἴμονος
Δέδοικ' ὅπως μὴ τοὔξομαι κακοδαίμων, *Hoc est,*
O bone Dæmon, tuum est hoc consilium, non meum.
——*Sed hic dæmon* *Vereor ne mihi fiat cacodæmon.*

Ne propter hunc dæmona cadum in infortunium. Idem poëta in Σφῆκας.

Μηδ' ἑπότε πίοιμι ἄκρατα μισθὸν ἀγαθῆ δαίμονος. *Scholiast.*

Cum debuisset dicere ἄκρατον ἀγαθῆ δαίμονος, dixit μισθὸν, mercedem innuens τὸ φιλόδικον. In more autem erat positum, vt quando mensa erat tollenda, boni dæmonis poculum sorberetur, teste Theopompo. ἔθος ἦν, ὁπότε μέλλοι ἡ τράπεζα ἄρεσθαι, ἀγαθῆ δαίμονος ὑπορροφεῖν. Eiusdem poculi mentio fit quoque in Pace:

Νυνῶν γὰ ἡμῖν ἁρπάσαι πάρεστιν ἀγαθῆ δαίμονος. *Scholiast.*

Nam, vt fertur, cœnati quidem sorbebant boni dæmonis potum: discessuri autem, bibebant Iouis Seruatoris, cum dicerent, νυνῶν γὰ ἀπεῖσαι ἢ πίνειν ἔξιν ἡμῖν ἀγαθῆ δαίμονος πόμα, hoc est, Nunc enim licet nobis libare, siue bibere, boni dæmonis poculum. Bonum autem hanc dæmona alij Fortunam, vt Eustath. alij Bacchum interpretantur. Pausanias in Arcadicis testatur, ad sinistrã viæ, quæ in montem ducit Mænalum, fuisse ἀγαθῆ θεῆ ναὸν, hoc est, boni Dei templum. Thebis boni dæmonis templum visebatur, & in Ionia, teste Apostolio, secundus mensis dies boni dæmonis fuit appellatus. Cælius lib. 28. cap. 6. potionem in conuiuijs principem, præfationem δαίμονος ἀγαθῆ solitam offerri scribit gustandam modò, quod foret meracior. Damona autem etiã Liberum videntur multi accepisse. Postremam, quæ lymphatior erat, Iouis præfatione liberatoris. Celebratum est & in Lemno ab Athenienſibus Seleuci Soteris poculum, quòd in eos fuisset beneficus. Siculus quoq; Diodorus lib. 5. Biblioth. Aiunt, inquit, quum purum in cœnis vinum datur, omnes Deum sospitem optare bibenti: at quum à cœna dilutius hauritur, Iouem vocari Sotera: nam puri vini potus ad insaniam redigit: aqua Iouis mixtus, voluptatem parit, ac lætitiam, & arcet insaniam. Vide eadem apud Erasmum in adagio Bona fortuna. Ex his videtur posse colligi primam potationẽ vini me-

raci ab initio cœnæ fuisse boni dæmonis: postremam, quæ erat lymphatior, Iouis Seruatoris. Sed ex ijs quæ suprà commemorata fuerunt satis, meo iudicio, constat illam meracam boni Dæmonis potionem non modò ab initio cœnæ, sed etiam postremò, sublata iam mensa, vel paulò antequàm illa tolleretur, fuisse adhibitam. Verisimile tamen est, alio atq; alio tempore, & alias atque alias apud gentes diuersam fuisse hac in parte consuetudinem, vnde diuersæ etiam sunt doctorum sententiæ.

Vt potu boni Dæmonis vide plura apud Gyraldum in Cnypho ternario.

Porrò Pollux potum vltimum etiam Ερμεῖον, id est, Mercurium fuisse appellatum testatur. Huic enim, Homerus inquit,

Πυμάτῳ αὐτήδιον, ——

Hoc est, postremò libabant. Athenæus similiter testatur Mercurio, non, vt postea fieri consueuit, Ioui perfecto surgentes à cœna prolibare fuisse solitos, quia sit somni præses.

Nec verò in deorum tantùm honorem, boni ominis, auspicijq; causa vltima illa potatio fieri solita est, verum etiam amicitiæ mutuæ testificandæ, sanciendæq; causa, vndè φιλοτησία fuit appellata. Pollux, φιλοτησία δὲ ποσὶς τις μετὰ τὸ δεῖπνον ἀφ' φιλίας, hoc est, Philotesia est propinatio quædam post cœnam, amicitiæ ergo fieri solita. Dicebatur etiam Tantali poculum, siue Philotesia. Hinc Philostratus de vita Apoll. lib. 3. Tantali poculum nobis bibendum est, inde somno indulgebimus. Et paulò post, Amicitiæ namq; firmandæ, atq; conciliandæ causa huiusmodi compotatio apud Indos inuenta est: ita vt maioribus poculis sibi inuicem propinarent cubitum iturj, pronis in phialas capitibus. Eius poculi initiatorem, & quasi pincernam faciunt Tantalum, quòd ἐν φιλικώτατος ἐν ἀνθρώποις, hoc est, incredibili inter homines beneuolentia, liberalitateq; præcelluisse creditur.

Φιλοτησίας.

Poculum Tantali.

Apud Hebræos quoq; vti supra dictum est, moris fuit, vt & ab initio cœnæ, & in extremo poculum vino refertum circumferretur, ex quo omnes biberent, quod quidem paterfamiliâs primò, oratione præmissa, degustabat, ac deinde omnibus mensæ accumbentibus porrigere solebat.

Ille porrò Græcorum, atque Hebræorum mos cœnam religioso quasi, & amico poculo terminandi ad Christianos quoq; promanauit, qui apud Germanos inprimis valdè tritus est, & vsitatus. Peracta enim cœna, postquam conuiuæ surrexerunt, & iam iam sunt discessuri, vel cubitum se recepturi, ingens phiala meracioris, generosioris q; vini circumfertur, ex qua omnes bibunt. Conuiuator atque conuiuæ se inuicem hoc vltimo poculo inuitant, atque salutant boni ominis, amicitiæq; ergò, quod poculum seu propinatio vltima vulgò S. Ioannis benedictio, ab alijs Domini, siue Dei nostri benedictio appellatur. Ab hac quoque consuetudine cœna mensa secunda à Germanis Schlaafftrunck/ quasi dicas ὑπνοπόσιον, siue ὑπνοποσία appellatur, propterea quòd somni conciliandi causa potatio illa fiat, sitiq; somni prodromos: vndè Græci quoque antiquitus in Mercurij honorem vltimam illam libationem propinationemq; celebrare consueuerunt, quòd illum somni προσάτην, hoc est, præsidem, atque conciliatorem esse crediderunt. Huiusmodi propinatio si moderatè fiat, non videtur esse improbanda: est enim amoris, amicitiæq; mutuæ testis, atque symbolum. Verùm turpissimus hodie illius est abusus, ita vt non ἀγαθὲ δαίμονος, sed κακοδαίμονος, vt Aristophanis verbis vtar: nec benedictionis, sed maledictionis: neque etiam φιλοτησίας, sed ἀφιλίας potius poculum seu propinatio dici mereatur. Cogunt enim se inuicem plurimi huiusmodi poculis, atq; propinationibus vltimis, quas crebrò ingeminant, ad plus vini hauriendum, atq; ingurgitandum, quàm par sit, & honestatis, sanitatisq; ratio postulet. Et ad id abutuntur turpiter atq; nefariè. S. Ioannis, ipsiusq; Dei Opt. Max. nomine, nec non specioso amoris, amicitiæq; prætextu: cùm tamen immoderatæ, immanesq; illæ propinationes non S. Ioannis, non Dei optimi maximi: sed Satanæ potius, atque Cacodæmonis ductu, impulsuq; fiant, nec ad amicitiam, sed inimicitiam potius Dei, hominumq; conciliandam spectent. Vt nihil dicam quàm multa sæpè animi, corporisq; incommoda, ac detrimenta nascantur, ita vt verè illa pocula vltima maledictionis, non autem benedictionis causas appellare possimus. Nam qui huiusmodi vel S. Ioannis, vel Dei benedictionibus, vti vulgò appellant, pleni sunt atque referti, nihil benè amplius vel cogitare, vel dicere, vel facere possunt: sed ad mala potius plurima cogitandum, loquendum, faciendumq; proclines sunt, atq; propensi. Idem etiam, vt experientia quotidiana testatur, in plurima animi, corporisq; mala, atq; pericula incidunt. Atq; hæc quidem satis sint dicta de vltimis poculis, siue propinationibus, quibus vt antiquitus, ita hodie quoq; prandia, atq; cœnæ terminari solent.

Poculum vltimũ quo se Christiani post epulas inuitant.

Sed

Sed hîc quoque videtur moueri posse quæstio: Sit ne cæna potu claudenda, & vtile ne sit ante somnum potu vti, qui, vt ex superioribus constat, mos fuit veterum. De hoc Christophori à Vega sententiam, atque iudicium subiungam. Præterea, inquit libro. 2. de Arte medic. sect. 4. an expediat mensas claudere potu, an cibo, scire oportet eum, cuius os ventris laxum est, aut cuius caput ex vini potu compatitur, egere cibo quopiam adstringente postremo loco, quem non sequetur potus. Quorum autem venter siccus est, aut siti molestantur, non longè à cibo bibere debent, sed parum ad finem mensæ. Sic etiam eis, quibus nulla praua adest ventriculi affectio, conuenit finito prandio, aut cœna, parum vini, si ita assueuerint, sumere, vt postremus ille cibus è gula descendat, liquetur, & commisceatur alijs cibi partibus: alijs verò æquè similis potus conueniet: deinde os & dentes vino colluere omnibus erit ex vsu: diluatur, si capitis malis tentantur, aliâs non. Celsus libro primo: Vbi expletus est aliquis, inquit, facilius concoquit, si quicquid assumpsit, potione aquæ frigidæ includit, tùm paulisper inuigilat, deinde benè dormit. Hanc sententiam Celsus Pantimo interpreti videtur deprompsisse ex Hippocrate, qui sic scribit libro 3. de Victu acut. Vbi timueris ne vel caput vehementer vino, morbóq; grauetur, vel mens etiam tentetur, tùm vel aquam, vel vinum aquosum, & album, & neutiquam odorum exhibere, & deinde paulum aquæ superbibere conuenit. Sic enim vini potentia non tam facilè caput, mentemq; attingit. Addit Pantimus, Perperam etiam non fecerint, qui pro aqua, è cidonijs malis conditi portiuncula, aut coriandri ex aceto præparati cochleari, aut citriorum succo, aut limonum, aut oxycanthæ, aut punicorum, aut istorum syrupis, aut denique adstringentis alicuius, maturique pomi esu ventriculi os occluserint, simul & vini exhalationem, ac vim refrænauerint, præsertim, si quis etiam inter quietem, ac somnum, & inter aquæ, vinique sumptionem paulisper inuigilauerit. Idem paulò post: Confert quoque neq; cœnam, neque prandium potu vnquam finire, quin aliquid ex superioribus, aut quid escæ superedatur. Vnde tritum illud,

Sit tibi postremus semper in ore cibus.

Siquidem innatant cibi, illicò post cœnam si quis biberit, ita vt eos ventriculi corpus, propter interpositum humorem, non contingat. Quanquam rursus si quis sitibundus sit, prohibere illum in totum graue est, ita nec expediens, sed tantillum indulgendum, quod & molestiam soletur, & sitim leuet. Postea verò quàm is nutrimentum concoxerit, abundè tùm bibere quoque sinendus est: quippe potio celerrimè, si quis ita faciat, per corpus digeritur: à qua si mensam rursus inchoes, perfluit, nec sitim, cui dicata est, animali pellit. His obseruatis & caput minus offenditur, & omne corpus somno iucundius fruitur. Hæc ille.

An cœna potu terminanda.

DE PRECIBVS ET CANTIVNCVLIS POST COENAM. *DE MVTVA CONVIVARVM ATQVE CONVIVATORIS gratiarum actione. De salutationibus atq; valedictionibus. De munusculis conuiualibus, vt apophoretis, &c. Quomodo conuiuæ domum se recipiant. De more conuiuas domum deducendi. De lucernarum vsu, partim inter ipsas epulas, partim in conuiuis domum deducendis.

*De hoc vide Poggij disceptationem conuiualem: Conuiuator ne an conuiuæ gratias agere debeant.

CAPVT XXIIII.

Preces & cantiones post cœnam.

PORRO veteres Græci, alijq; populi populi soliti fuerunt, finita cœna, libationibus, sacrificijs, precibus, atq; cantionibus operam dare in deorum suorum honorem: quibus quidem illi gratum suum erga illos, memoremq; acceptorum beneficiorum animum testificabantur, de quibus suprà pluribus dictum est. Idem Hebræorum mos fuit antiquus, de quo suprà. Benedictionem, quæ post conuiuium fit, illi vocant ברכת המזון, hoc est, benedictionem cibi: Germanicè das gros benedicite, oder gratias: quam qui dicit, hunc poculum vino plenum dextera manu tenere oportet. Huc quoq; referenda videntur esse Ecclesiastis nostri verba, καὶ δὲ τούτοις εὐλόγησον τὸν ποιοῦντά σε, καὶ μεθύοντά σε (nota verbum μεθύοντα hîc in bonam

Digitized by Google

partẽ accipi, pro implere (ἀπὸ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. His verbis monet nos, vt Deũ vitæ nostræ auctorẽ, & conseruatorẽ gratis animis celebremus, illiq; pro innumeris beneficijs, quibus nos cumulat, iustas debitasq; gratias & agamus, & habeamus animis nostris. Christiani primitiuæ ecclesiæ, teste Tertulliano, illas suas agapas, hoc est, cœnas charitatis plenissimas post aquam manualem & lumina, Psalmorum cantu, atq; oratione terminare consueuerunt. Hodie contrà Christianorum plerique antiquorum illorum Christianorum dissimillimi, ita sese potu, vinoq; nimio ingurgitant, vt omni ferè Dei creatoris, atq; altoris sui abiecta memoria, nullas Deo gratias agant, neq; etiam agere possint. Quin etiam eiusmodi hominum, seu porcorum potius preces Deo minimè gratæ & acceptæ esse possunt, quin potius inuisæ ei sunt, atq; odiosæ, ita vt imprecationes potius diræ ac funestæ, quàm preces appellari mereantur. Et hæc quidem est gratiarum actio sacra, quæ ad Deum refertur. Est autem alia quoq; gratiarum actio ciuilis atq; prophana, quæ inter conuiuatorem, atq; conuiuas celebrari solet. Nam primò conuiuator, vt apud nos est moris, conuiuis suis humanissimè gratias agit, quòd ad epulas suas venire non sint grauati, illos rogat, vt earum tenuitatem æqui boniq; consulant, non voluntatem sibi, sed facultatem illos liberalius pro illorum dignitate, atq; meritis tractandi defuisse indicans: offert illis in posterum omnia sua studia, atq; officia, se vicissim, suosq; vt habeant commendatos, rogat. Deinde vicissim conuiuarum aliquis, qui dignitate, auctoritateq; cæteris præstat, omnium nomine conuiuatori gratias agit pro officijs, beneficijsq; sibi præstitis, illa verbis effert, atq; extollit, referendæ gratiæ animum ac voluntatem propensam illi defert ac pollicetur. Et hæc quidem mutua gratiarum actio ferè antequam è mensa consurgatur, fieri solet.

Gratiarũ actio prophana.

Deinde antequam discedatur varia, atq; multiplices salutationes, valedictionesq; honorificæ, & amicæ inter conuiuatorem, atq; conuiuas fieri solent, idq; partim verbis, partim gestibus, vt manuum contactu, & apprehensione mutua, osculo, complexu, (de quo suprà in tit. de Salutat.) partim etiam propinatione illa vltima, de qua suprà, quæ sæpè diuturna admodum est, atq; odiosa, Eustath. Od. N. ἀπόντες οἱ παλαιοὶ ἀπὸ ξενοδόχων προσφώνει τὸ χαίρειν ἐπευχόμενοι. Ita vetus quoque illud vsurpatum fuit,

Salutationes & valedictiones multiplices.

——Ventum gaudeo ecastor ad te
Ita hodie hîc accepti fuimus suauibus modis.

Sic hodie quoque conuiuæ discessuri, & conuiuatori, & sibi inuicem fœlicia, atque fausta omnia precantur.

Nunc dicendum de donis quoq; siue muneribus conuiuialibus, quæ vltrò citroq; dari solent. Antiquitus moris fuit in splendidis, atq; magnificis conuiuijs, vt munera à cœna conuiuis darentur domum deferenda, quæ quidem ἀποφόρητα Græcè fuerunt appellata, ἀπὸ τοῦ ἀποφέρειν, hoc est, quòd ad domum deferrentur. Sic enim Martialis ipse quasi explicans versus inscriptos Apophoreta ait,

Dona conuiuis ex Apophoreta.

Præmia conuiuæ det sua quisque suo.

Sed luculentissimè omnium D. Ambrosius in Exhortatione ad virgines ita scribit: Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta secum reportare consueuerunt. Ego ad Bononiense inuitatus conuiuium, vbi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis, & gratiæ reseruaui. Et in Epist. ad Rom. Ad quod omnes inuicati apophoreta duplicia consequuntur. In Alexandri Magni conuiuio nuptiali cum nouem mille fuissent conuiuæ, singulis data est phiala aurea ad libationes, vt testis est Plutarchus in eius vita. Sic in Carani Macedonis epulo nuptiali conuiuis singulis, qui erant 20. numero, donata est argentea phiala, singuli etiam statim ab initio strigili aurea fuerunt coronati, teste Athenæ lib. 4. In Imperatorum Romanorum epulis crebra fit apophoretorum huiusmodi, siue munerum conuiuialium mentio. Iulius Capitolinus Veri Imperatoris conuiuium describens: Notissimum quidem eius, inquit, fertur tale conuiuium, in quo primum duodecim accubuisse dicuntur, cum sit notissimum dictum de numero conuiuarũ, septem conuiuium, nouem verò conuitium. Donatos autem pueros decoros, qui ministrarent singulis. Donatos etiam structores, & lances singulis quibusq;: donatas & viua animalia, vel cicurum, vel ferarum auium, vel quadrupedum, quorum cibi appositi erant. Donatos etiam calices singulis per singulas potiones murrhinos, & crystallinos Alexandrinos, ac quoties bibitum est. Data etiam aurea, atque argentea pocula, & gemmata. Coronas quin etiam datas lemniscis aureis interpositis, & alieni temporis floribus. Data & vasa aurea cum vnguentis ad speciem alabastrorum. Data & vehicula

bicula cum mulabus, ac mulionibus cum iuncturis argenteis, vt ita de conuiuio rediret. Omne autem conuiuium æstimatum dicitur sexagies centenis millibus H-S. Hoc conuiuium posteaquàm Marcus audiuit, ingemuisse dicitur, & doluisse publicum fatum. C. Caligula, teste Sueton. Prasinæ factioni. i. aurigarum viridi panno insignitæ, (vt Veneta, quæ Veneto, id est, cæruleo, & marinis fluctibus simili: alba, quæ albo: rosea, quæ roseo panno fuit insignita) ita addictus, & deditus, vt cænaret in stabulo (Prasinarum aurigarum) assiduè, & maneret. Agitatori Cythico (nomen est aurigæ factionis Prasinæ) comessatione quadam (luxuriosa, extraordinariáq; post cænam epulatione) in apophoretis vicies sestertium contulit. Incitato) aurigæ nomen) equo (propter equum) præter equile marmoreum, & præsepe eburneũ, præterá purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam, & familiam, & supellectilem dedit, quò lautius nomine eius inuitati acciperentur, hoc est, tractarentur. Verbum est conuiuijs accommodatum, Virgil.

Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

A. Vitellius, vt idem auctor testatur, Asiaticum libertum primo imperij die aureis donauit annulis super cænam. Heliogabalus, teste Ælio Lampridio, in conuiuijs eunuchos pro apophoretis dedit, & aureos millenos, & centena pondo argenti. Cibi quoq; conuiuis domum deferendi nonnunquam dati fuerunt, id quòd vel ex illo Luciani cõuiuio colligere licet. Iamq; nobis inferebatur ea conuiuij pars (absolutam cænam vocant) singulæ singulis aues, carnes aprugnæ, pulpa leporina, piscis Tagenicus, placenta: breuiter illa, quæcunq; liberum est, seu velis in aluum condere, seu domum asportare malis. Suprà quoque dictum est de antiqua consuetudine partes ex sacrificijs, epulisq; domum deportandi. Hodie quoque similis ferè apud Germanos est consuetudo: nam conuiuæ, mulieres præsertim, certas quasdam ciborum reliquias, sibi à conuiuatoribus datas, domum deferunt, quas suis liberis dare solent. Laudanda est in primis illorum liberalitas, qui pauperes & inopes, quos conuiuio exceperunt, non modò in præsentia pascunt benignè, verumetiam certas quasdam ciborum portiones illis dãt domum asportandas, quibus sequenti quoq; die vesci possint vnà cum vxore sua, atque liberis. Nunquam enim satis benignitatis atque beneficentiæ in homines pauperes seu in ipsius Christi vicarios conferri potest, quæ quidem ipsum Deum & in præsenti & in futuro sæculo remuneratorem habebit munificentissimum. Vt autem conuiuator ob huiusmodi benignitatem erga homines pauperes laude est dignus: ita vituperatione dignissimi sunt sordidi, & auari quidam conuiuæ, qui eo non contenti, quòd liberaliter, lauteque fuerunt accepti, insuper audacter sanè, & impudenter cùm cibos, tùm etiam alia vel clàm, vel apertè domum transportant. Hinc Plutarchus in præfat. lib. 4. Sympos. Illiberale profectò est, & importunum, dare operam, vt aliquid ex conuiuio asportes, amico auctum abire iucundum est, & honestum.

Vt autem conuiuator conuiuis olim solitus est dare munera, atque dona domum referenda: ita vicissim conuiuæ quoq; nonnunquam quædam dare solent, antequam discedant. Illa verè vel sunt debita, vel gratuita. Debita, vt sunt symbolæ, collectæ, comessalia, vti vulgò appellantur, de quibus suprà. Gratuita, vt sunt illa quæ gratuitò vel conuiuatori ipsi, vel familiæ dantur. Conuiuatori nonnunquam dona à conuiuis dari fuisse solita, vel illud exemplum satis docet, quod extat apud Xenoph. libro 7. de Expedit. Cyri, vbi Seuthis regis Thracum epulum magnificentissimum describitur. Ibidem mos Thracum esse dicitur, vt qui à rege inuitantur, pro copijs suis ei dona dent. Itaque conuiuarum alius regi simul propinando pocula, & barbaricos tapetas: alius equum album: alius puerum: alius vestimenta ad vxoris vsum: alij alia atque alia dono dederunt. Apud Germanos multis in locis more est receptum, vt ancillis, atq; famulis, siue ministris præmiola pecuniaria dentur, quæ vulgò Letzinen appellantur. Et hæc de munera vltrò citroq; in epulis dandi, accipiendiq; consuetudine.

Nunc tempus est vt conuiuæ se domum recipiant, de quo Syracides noster hîc præcipit. Vult enim vt conuiuæ, præsertim adolescentes, maturè domum se recipiant. Fit tamen sæpenumero vt conuiuæ in ijs ipsis ædibus, in quibus cœnati sunt, pernoctent: id quòd multis de causis accidere solet, quarum aliæ necessariæ sunt, atque honestæ: aliæ inhonestæ, atque turpes. Honestæ atque necessariæ sunt, vt cum conuiuarum aliquis vel est peregrinus, vel senio, vel morbo malè affectus: vel etiam si magna quædam ingruat tempestas, via non sit tuta, tunc conuiuator humaniter illos ad pernoctandum in suis ædibus inuitabit, nec facilè exire patietur. Inhonestæ sunt, vt cum quis

Digitized by Google

vino potuque ita se ingurgitauit, vt pedes ad eundum non amplius officium suum facere possint, tunc quoque conuiuatoris humanitas nonnunquam postulat, vt miseri illius hominis salutis rationem ducat, illum apud se retineat, ne quid illi mali in via accidat. Libro 2. Samuel. 6. capite, mentio fit magnifici epuli, quo Dauid populum excepit, ibique sub finem additur, finito epulo conuiuarum vnumquenque sese in domum suam recepisse, id quod non temerè, vt Ludouico Lauatero videtur in Commentarijs in libros Paralipomenon fuit positum: Vult enim, vt ille inquit, ostendere Spiritus sanctus, quòd cibis & potu non ita se ingurgitarint, vt incedere amplius non possent, sed in domo regia, vel etiam in via subsistere cogerentur. Hodie contrà, qui ex publicis, vel priuatis conuiuijs veniunt, ita se vino onerant, vt neque manus, neque pes, neque lingua officium suum faciat. Et vt plaustrum fœno, vel tritico onustum furcis sustinere oportet, ne cadat, ita illi vtrinque à comitantibus tantùm non sunt fulciendi, ne in terram collabantur, secundum illud Ouidij tertio Fastorum:

Dum redeunt titubant, & sunt spectacula vulgi,
Et fortunatos obuia turba vocat.

Multi moram trahunt ad mensas, vt illo die domum redire non possint. Multi etiam cibo licet, vinoque benè pasti, atque distenti, non tamen se domum conferunt ad familiam suam: sed vel in tabernas, atque cauponas, vel etiam lupanaria se proripiunt, ibique cùm gulæ, & ebrietati, tùm libidinibus turpissimis indulgent. Multi etiam per vrbem volitantes, insanis suis clamoribus, atque vociferationibus vehementer cunctis sunt molesti: obuios quosque conuitijs, atque calumnijs incessunt, vi aperta, sicariorum, atque latronum instar, inuadunt, vnde conflictus, vulnera, cædes funestæ sæpè consequuntur: turbæ quoque sæpè, atque seditiones publicæ. Multi quoque sæpenumero vino somnoq; sepulti in vijs, atque vicis publicis iacent, & frigoris vi extinguuntur. Non fine causa igitur Syracides monet conuiuas, vt peracto conuiuio domum suam abeant, nec diutius moram trahendo & ipsi conuiuatori, & reliquis ciuibus negotium, atque molestias faceſſant, & se pariter, atque alios in maxima mala, atque pericula conijciant. Videre etiam licet plurimos, qui licet non ita sint vino onusti, quin facilè commodeque se domum recipere possint, tamen quadam naturæ importunitate, atque morositate abire nolint, & in multam noctem moram trahendo conuiuatori, totiq; familiæ sint molestissimi.

Mos conuiuas domum deducendi.

Conuiuatoris porrò est officium, dare operam, vt conuiuæ honorificè domum deducantur. Apud Romanos honorificum fuit domum comitatu aliquo deduci. Imperatores Romani, teste Plutarcho in Problemat. post victoriam populum Romanum cœna triumphali in loco publico accipere consueuerunt: deinde ab eodem domum deduci. Id honoris, quoniam Consulibus præsentibus, ipsis tribui non poterat, idcircò moris fuit, vt Imperatores inuitarent quidem Consules ad triumphale illud epulum, sed postea eosdem rogarent, ne venirent. Ac magistratibus tantùm, non autem priuatis hominibus id honoris apud Romanos tributum fuisse, ex illo Ciceronis loco videtur posse colligi de Senectute: Redeuntem, inquit, à cœna senem sæpè videram, delectabatur cereo funali, & tibicine, quæ sibi nullo exemplo priuatus sumpserat, tantum licentiæ dabat gloria. Quomodo iuuenes Romæ cognatos, amicos, senatum ad curiam deducere, & domum reducere honoris ergò fecerint soliti, vide Valerium lib. 2. cap. 1. Quoniam autem antiquitus apud Græcos, & Romanos, aliasque

De lucernarū vsu, partim inter epulas, partim ad cōuiuas domum deducendum. Lucernarum nomina.

nationes noctu potissimum conuiuia agitari consueuerunt, hinc sæpè apud scriptores antiquos lucernarum, atque lampadum fit mentio, quarum cùm in ipsis epulis, tùm in conuiuijs domum deducendis maximus vsus erat. Itaque de illis quædam videntur dicenda. Apud veteres varia fuerunt, & multiplicia luminis instrumenta, quæ à Græcis, teste Polluce, λυχνοί, λυχνίαι, λυχνοῦχοι, φανοὶ, λαμπάδες, λαμπῆρες, δᾷδες appellantur. λυχνοῦχος Suidæ φανὸς, λαμπτὴρ, de qua voce vide plura apud Crinitum de Honesta disciplin. libro 17. capite 6. vbi docet, λυχνοῦχον non esse aliud, quàm laternam, quæ Græcè φανὸς, & λύχνη dicitur, etsi facem, vel lucem quidam interpretantur. Perperam igitur quibusdam in locis pro voce lychnuchos lychnos suppositum fuisse. Vt apud Suetonium in vita C. Iulij Cæsaris, vbi dicit illum, cum dictator esset, Capitolium ascendisse ad lumina elephantis dextra, ac sinistra lychnuchos gestantibus. Item in Domitiano, Venationes, inquit, & gladiatores noctibus ad lychnuchos exhibuit. Fuit etiam, teste Polluce, λυχνὸς δίμυξος, & τρίμυξος, & πολύμυξος, à duobus, tribus, pluribusq; angulis & naribus dictus. Candelabrum, inquit Varro,

Varro, à candela, ex his enim funiculi ardentes figebantur. Lucerna post inuenta, quæ dicta à luce, aut quod id vocant Græci λύχνον. Lucernæ aliæ sunt cubiculares, aliæ triclinares, siue epulares. Lucernæ duplices. *Cubicularis dicitur, quæ in cubiculo tota nocte ardens seruatur, de qua Martialis.*

Dulcis conscia lecticuli lucerna
Quicquid tuis facias, licet tacebo. *Item,*
O quæ prælia, quas vtrinque pugnas
Fœlix lectulus, & lucerna vidit.

Apuleius existimauit ab aliquo amatore inuentam, vt cupitis per noctem dulcius potiretur. Turpis hic est, & libidinosius lucernarum cubicularium abusus: honestius contrà, ac nonnunquam necessarius est propter illos, qui periculosis morbis decumbunt.

Lucernæ triclinares, seu conuiuales λαμπῆνες ἐπιλόχιοι *appellantur, de quibus sic scribit Eustathius* Οδ. Σ. *in illa verba,* ἀυτίκα λαμπῆνας τρεῖς ἴσασιν, *scilicet famulæ procis.* Lucernæ triclinares. *Sciendum, inquit Eustathius, illum hîc* λαμπῆνας *appellare, quas agrestes* λυχνίας *vocant, super quas faces positæ in cœna accenduntur, siue ligna arida,* διὰ τὸ ἄκαπνον, *quod nullum fumum edunt. Vel etiam ambo permixtim, vt etiam hîc fit apud procos splendidos, idque secundum Heroicam frugalitatem, ad quod etiam* δμωΐδες, *hoc est, seruæ, siue ancillæ inseruiunt, secundum antiquum morem. Notum autem est apud Phæacas delicatiores lautioresque fuisse* λαμπῆνας ἐπιλοχίους, *quibus* λομπτοὶ βωμοί, *hoc est, aræ, siue altaria lucernarum arearum loco erant. Pro famulis autem erant conflatiles ex auro pueri, faces manibus tenentes. Fuit olim, vt hodie quoq; luminum huiusmodi, siue luminariorum epularium maximus luxus: quorum elegantem descriptionem habes apud Lucretium,* Luminariorũ epularium luxus

Si non aurea sunt (inquit) iuuenum simulachra per ædes,
Lampadas igniferas (hi sunt lychnuchi) manibus retinentia dextris
Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur.
Nec domus argento fulgens, auroque renidet
Nec citharis reboant laquearia, auratáq; templa. *Virgil.*
Pendent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

Apud Germanos quibusdam in locis mos est receptum, vt quando primum lumina in epulis accenduntur, atque inferuntur, omnes conuiuæ sibi inuicem bonum vesperum, siue noctem, æternamq; lucem à Deo precentur. Angli Deum, & S. Stephanum illatis primùm luminibus epularibus inuocare consueuerunt. Græcis frequentissimi fuit moris, quum inferretur lumen, religionis causa dicere, φῶς ἀγαθὸν, *hoc est, lumen bonum, vt testatur Cælius libro 15. capite 15. Romani olim quando à cœna redibant, lumina solebant extinguere, ne cõuiuijs, & voluptatibus viderentur immodicè indulgere. Abortus causam plærunque fieri, vt hoc obiter addam, odorem à lucernarum extinctu, testis est Plinius libro 17. cap. 7. Plutarchus in Quæst. Rom. quæst. 75. quærit, Cur Romani non soliti fuerint lucernam extinguere, sed illam vltrò consumi, atque extingui passi fuerint. Eius consuetudinis has rationes affert. Vel quòd eam venerabantur, vt cognatam, & germanam ignis perennis, & inextinguibilis. Vel quòd eo significabant, animata, nisi noceant, interficienda non esse: animalis autem similis est lucerna, quòd & alimento indiget, & à seipsa motum habet, & cum extinguitur, vocem edit, quasi necata. Aut hic mos docebat, neq; ignem, nec vllã rem necessariam, cuius copia nobis suppeditet, perdere nos debere, sed alijs relinquenda esse, quibus vsus est ijs, vbi nos non amplius indigemus. Eædem rationes ab eodem auctore afferuntur lib. 7. Sympos. Probl. 4. & copiosius explicantur.*

Porrò alius lucernarum vsus est in conuiuijs domum deducendis, de quo nunc dicendum. Ministri, qui illis præluceant, à Græcis λυχνοῦχοι, & λυχνοφόροι *appellantur. Huiusmodi fuerunt decem illæ virgines in Euangelio Matth. 25. quæ ad mediam vsq; noctem sponsum expectarunt, vt illum ad nuptias, siue epulum nuptiale deducerent. Alludit ad morem veterum, quo sponsa noctu ad sponsi ædes solebat deduci: vnde facum, atq; tædarum nuptialiũ, vt à Cic. in Orat pro Cluent. crebra apud auctores fit mentio. Seruius in illa Virgil. Eclog. 8.* Secundus lucernarum vsus in domum deducendis.

Mopse nouas incide faces, tibi ducitur vxor.

Faces intelligit, quæ solent præire nubentes puellas. Sanè Varro in nuptijs dicit ideò faces præire, quòd antea non nisi per noctem nubentes ducebantur à sponsis, quas etiam ideò limen ait non tangere, ne à sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginitatem calcent rem Vestæ, id est, numini castissimo consecratam. Idem in illa Æneid. 4.

——Fulsere ignes.

Varro dicit aqua, & igni mariti vxores accipiebant: vnde & hodie faces prælucent, & aqua petita de puro fonte per puerum fœliciſſimum, vel puellam, quæ interest nuptijs, de qua nubentibus solebant pedes lauari. Apud Plautum in Casina Olympio,

Primùm omnium lucebis nouæ nuptæ facem.

Hoc est, facem præferes, δαδ' ὑχήσης, λαμπαδοφορήσης, Suidæ. Virgil. lib. 2.

Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset.

Cur autem quinque faces (tot etiam in Euangelio fit mentio, quæ sponsum illum deduxerunt) non plures, neque pauciores fuerint adhibitæ, rationes explicat Plutarchus in Quæst. Rom. Seruus igitur qui tædam nouæ nuptæ præferebat, prælucere dicebatur, Græcè δαδ' ἔχω, Latinè prælucens dictus. Hinc Philostratus in Epistol. ὦ καλοὶ δαδ' ἔχοι ἐφ' ὑμῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ κάλλος ἐπιρρέοντες, oculos alloquens per quos amor concipitur. Gentiles, teste Arnobio lib. 4. coniugalia secreta miscentibus luminis ministram, & lucernam modulatricem fecerunt. Hæc de nuptiali lucernarum vsu in sponsa ducenda. Iuuenal. Satyr. 3. eleganter docet diuites magna cum pompa, comitatu, & lampadibus deduci:

——Cauet hunc, quem coccina lena
Vitari iubet, & comitum longissimus ordo,
Multum præterea flammarum, atque ænea lampas
Me, quem Luna solet deducere, vel breue lumen
Candelæ, &c.

De lucernis, candelabro, cereo, candela, lampade, face, laterna, quid, & vnde dicta, vide Isid. lib. 20. cap. 10. Lacedæmonij ex Phiditijs suis sine face se domum recipiebant, vt testis est Plutarchus in vita Lycurgi, & in Laconicis institutis. Et hæc de conuiuarum reditu in domum suam, eosq; deducendi, comitandiq; consuetudine sint dicta.

DE SOMNO, QVIETE, ET MOTV, SIVE EXERCITATIONIBVS ANIMI ATQVE corporis post cibi potusq; sumptionem adhibendis, vel non adhibendis.

CAPVT XXV.

De exercitatione, & somno post cœnam.

NVNC *consequens videtur esse vt de somno, siue quiete simul, & de exercitationibus dicam, quæ cibi potusq; sumptionem consequi solent. Veteres, vt suprà explicatum est, cùm ipsi somno, quem Deum putarunt, tùm Mercurio, quem somni datorem, ac præsidem credebant, vt virga sua hominibus pro arbitrio suo somnum vel daret, vel auferret, à cœna vinum, atque linguas libare consueuerunt. Huiusce ritus meminit Apollon. 1. Argonaut. & Homerus aliquot in locis. Probabili autem sanè ratione ducti post cœnam & ipsi somno, & eius rectori, atque moderatori Mercurio (vt sibi falsò persuaserunt, nam verus, & vnicus somni, vigiliarumq; auctor est Deus Opt. Max.) sacra fecerunt. Nam, quemadmodum medici præcipiunt, vt cibum exercitatio debet præcedere, ita post cibum ad somnum conuerti est salutare, secundum illud Hippoc. Labor, cibus, potus, somnus, Venus, omnia moderata. Est autem somnus, si opportunè, moderateq; capiatur, animo, corporiq; valdè vtilis, ac salutaris. Is enim, vt omnes medici vnanimi consensu affirmant, ipsaq; experientia docet, alimentorum concoctionem optimè adiuuat. Nam calor natiuus eo tempore, quo dormimus, ad penetralia, viscerumq; intima constipatus, totusq; collectus, circa viscera in cibis concoquendis egregiam operam nanat, secundum illud Hippocr. 6. de Morb. pop. part.*

De somno, eius vtilitate.

Digitized by Google

pop.part.5. Labor articulis, & carnibus: cibus, & somnus visceribus. Viscera enim roborantur, è quorum numero ventriculus est, qui calidior redditur per somnum, per vigiliam frigidior, teste Hippocrate libro 6. de Morb. pop. part. 4. Itaque animali quidem virtute tum quiescente, naturali verò vehementius operante, nutrimentū, non in ventre modò, sed etiam in tota animalis mole concoquitur, vt Galenus pluribus docet libro 3. de Causis symptom. & 2. de Muscul. motu. Vnde scitè admodum, eleganterque Plinius somnum definiuit animi in medium corpus quendam recessum. Humectat igitur somnus (vnde irriguus à poëtis dicitur,

Fessos sopor irrigat artus.)

nutrit, pinguefacit, & quod planè corruptum est, vel sudore, vel vrina expellit, & si quæ semicocta sunt, ea perficit, vtiliaque reddit: ac bilem denique mirificè contemperat, quæ multorum morborum est causa. Vt autem somnus concoctionem iuuat, atque acuit, ita ipsam vigilia retundit, & obstupefacit, & (vt Hippocrates inquit) saturos ladit: at somnus eum, qui comederit, excalefaciens humectat, alimentumq; per corpus diffundit. Itaque mirum non est, veteres post cœnam somno, Mercurioque libasse & sacra fecisse, & Homerum post epulas sæpè somni mentionem facere, quem epulati ceperint. Vt Ιλ. ω.

——Τοὶ μὲν ἔπειτα μέδοντο
ὕπνῳ τε γλυκερῷ τε πολυφόρβην ἀπάμησαι.

Et Ιλ. α. deorum conuiuium describens, addit, illos eo finito post Solis occasum domum se recepisse, somnumq; cepisse.

Ενθα πάρ' Ζῆνα κοιμᾶθ' (Iuppiter) ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι
Ενθα καθεῦδ' ἀναβάς.

Tria hîc simul ponuntur vocabula somnum significantia, nempe κοιμᾶσθαι, ὕπνος, & εὕδειν, quæ à nonnullis ita distinguuntur, quòd κοιμᾶσθαι propriè sit ad somnum se componere, quod Germani vocant Schlaaffen gehn: ὑπνῶν dormiendo respirare, Schnarchlen / ἀπὸ τοῦ ὑποπνέειν: εὕδειν dormire, Schlaaffen / à penetrando, quòd sopor omnes occupat sensim artus, totos sensus. Nec verò corpori tantùm, verumetiam animo somnus opportunus, moderatusque plurimum prodest. Ægritudines namque, omnesque curæ obliuione delentur, & ita animi pariter, atque corpora laboribus, atq; doloribus defatigata, recreantur, atq; reficiuntur, laboribusq; renouantur. Hinc Homerus Ιλ. Ψ.

Verba Græca dormire significantia distinguuntur.

Εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε λύων μελεδήματα θυμῷ,

Id est, καματηρὰς ψυχῆς μελεδῶνας, quæ sic videntur Eustathio dictæ, ὡς τὰ μέλη ἕδοντας, καὶ τήκοντας, quia membra exedunt, ac tabefaciunt. (vt Latini curas edaces volunt dictas, quasi cor edentes) Vnde, vt idem testatur, & hoc in loco, & Ιλ. ω. rectè ὕπνον Grammatici volunt dictum, quasi λύπονον per amphæresin, & syncopen, παρὰ λύειν τὰς πόνους, hoc est, à soluendis laboribus, quos dormientes non sentiunt. Alij tamen, quod videtur esse verisimilius, ὕπνον putant esse dictū παρὰ τὸ ὑποπνέειν, quod est suspirare, quod in dormientibus pulmo quidem non desit officio suo: tamen in benè sanis, mollius, & submissius ducatur spiritus, vt in multis vix deprehendas πνεύματα, ac certum est ὑπο præpositionem in compositionibus quandoque significare remissiorem actionem. Ab ὕπνω nonnullis somnus videtur deriuatus, quasi sopnus, prima aspiratione in σ, π. in μ. verso, euphoniæ gratia, vt ex ὕπερ super, ex ὗς sus, & similia. Et vt hîc ab Homero somnus λύων μελεδήματα θυμῷ: ita alibi vno verbo λυσιμελὴς vocatur, quod etiam mortis est epitheton, cuius quidem somnus, vt Ouidius inquit, est imago, & vt Homerus loquitur, κασίγνητος, vt Seneca, frater, vt Virgil. consanguineus, vt Menander, μικρὰ τοῦ θανάτου μυήματα, Homerus Οδ. Ν.

Somni etymologia epitheta varia.

ὕπνος ἤδη θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.

Cui simile illud Virgilianum,

Dulcis, & alta quies, placidæq; simillima morti,

In sacris literis creberrimè mors ipsa somnus appellatur: Vnde Christus de Lazaro mortuo loquens, ait: Lazarus amicus noster dormit. Mors est somnus, ex quo aliquando corpora nostra sunt euigilatura. Diogenes vt scribit Plutarchus, somnolentus, ac morti vicinus, excitanti ipsum medi-

eo, & num moleſtiæ quicquam pateretur percontanti, nihil moleſtiæ, reſpondit, mihi ineſſe, ὁ γὰρ ἀδελφὸς τὸν ἀδελφὸν φθάνει, hoc eſt, frater enim fratrem præuenit, ſomnus videlicet mortem. Euſtathius in illa Homeri Ιλ. ω.

——ὑπνῷ
Ηρει παιδαμάτωρ, ἀλλ' ἐςρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα.

Somnus ab Homero dicitur παιδαμάτωρ, quia omnes domat (Sic Seneca, Tuque ô domitor, Somne malorum) quem Simonides δαμασίφωτα, hominum domitorem: Orpheus ſuperûm, hominum, & cunctorum animalium ἄναχτα, hoc eſt, regem appellauit. Pindarus Pyth. 1. antiſtr. κελαινόπτιν νεφέλαν vocat, ἠδὺ κλεῖθρον βλεφάρων. Idem, λύπων, λυσίπονος, λυσιμελὴς, λυσιμέριμνος, γλυκὺς, μελίφρων, ἀμβρόσιος ab Homero, & Orpheo fuit nominatus, quòd curas, & labores mortalibus ſoluit. Eandem ob cauſam Alexis ſomnum βροτείων πόνων παυσῆρα, & alius poëta, καμάτων λιμένα, hoc eſt, laborum portum appellauit, qui idem non minus eleganter, verè & ὑγείαν τερπνοτάτην θεὸν βροτοῖς, καὶ σωφροσύνῃ εὐσεβείᾳ γείτονα dixit, id eſt, ſanitatem iucundiſſimam mortalibus deam, & temperantiam pietatis vicinam. Hæc Euſtath. illo in loco. Huc quoque pertinet illud Hom. Οδ. Ε.

——τὸν δ' ἄρ' ἀθήνη
Ὕπνον ἐπ' ὄμμασι χεῦ' ἵνα μιν παύσειε τάχιστα
Δυσπονίης καμάτου.

Cui ſimile eſt illud Senecæ,

Tuque ô domitor
Somne malorum (hinc παιδαμάτωρ Homero) requies animi,
Pars humanæ melior vitæ,
Volucer matris genus aſtreæ
Frater duræ languidæ mortis
Veris miſcens falſa, futuri
Certus: & idem peßimus auctor
Pelle inſanos
Fluctus animi: redeat pietas
Virtuſque viro.

Idem ſomnum curarum domitorem, portum vitæ, lucis requiem, noctisq; comitem appellat, qui par regi, famuloq; venit. Euripides, φίλον θέλγητρον, καὶ ἡδὺ ἐυλέοντι. Menander, ὕπνος πίφυκα σώματος σωτηρία, hoc eſt, Somnus eſt corporis conſeruator. Et, ὕπνος πᾶσιν ὄζει ὑγειαβίᾳ, hoc eſt, ſomnus omnium vitæ ſanitas eſt. Et Ouid. ad ſomnum Metamorph. lib. 12.

Somne quies rerum, placidiſſime ſomne deorum
Pax animi, quem cura fugit, tu pectora duris
Feſſa miniſterijs mulces, reparaſq; labori.

Somni immoderati & intempeſtiui incommoda.

Verùm vt ſomnus ſi ſit tempeſtiuus, atque moderatus, animo, corporiq; apprimè conducit: ita idem, ſi modum excedat, maxima eſt animi, corporisq; peſtis. ὕπνος πολὺς, vt Plato inquit lib. de Legib. 2. ἔτε τοῖς σώμασι, ἔτε ταῖς ψυχαῖς ἠμῖν, ἀλλ' αὐταῖς φθείρουσι ταῖς φθεῖρα ταῦτα πάντα ἀμύητον ὄζει κατὰ φύσιν, id quod ſequentibus pluribus docet, & explicat Martial. ad Sparſum,

Numerare pigri damna quis poteſt ſomni.

Hippocrates ſimiliter ſomnum, atq; vigiliam nocere affirmat, ſi mediocritatem exceſſerint. Nam vigilia, vt Hippoc. & alij medici teſtantur, ſi modum tranſgreditur, tùm cibi, tùm potionis cruditatem efficit, exiccat, extenuatq; corpus. Somnus verò immoderatus, corpus, atque animum peßimis & humoribus & vaporibus, non modò in cerebro, ſed etiam in omni reliquo corpore accumulatis, valdè grauat. Pueros idcircò impuberes, vt inquit Varro apud Gellium. Noct. Attic. lib. 4. cap. 14. compertum eſt hebetiores fieri, ſi plurimo cibo, atque potu, nimioq; ſomno vterentur, animaduerſum eſt ſæpius hinc elici tarditatem, & corpora eorum improcera fieri, minusq; adoleſcere. Huc quoque illud pertinet, ſomnum mortis eſſe fratrem, vt Homerus, & Heſiodus ſcriptum reliquerunt, & ſtygiæ paludis amatorem. Hinc ſomnus alius naturalis dicitur, alius non naturalis.

Naturalis

Naturalis, qui concoctioni sufficit, & viribus naturæ reparandis: qualis à medicis constituitur sex horarum, vel octo ad summum: hoc enim interuallo stomachi concoctio absolui potest. Non naturalis est, qui corpus magis aggrauat, & naturæ magis nocet: qualis est tùm diurnus, tùm nocturnus, modum excedens. Talis est κάρος dictus, hoc est, quædam dormiendi necessitas, & καταφορὰ, grauis somnus, torpor: λήθαργος, inexpugnabilis dormiendi appetitus, veternus Latinè. Latini ferè distinguunt in somnum, soporem, & veternum: quæ vocabula similiter gradibus differunt. Apud Hebræos eodem ferè modo Tenuma, Schena, & Tardema distinguuntur, teste Abenezra. Tenuma enim significat capitis nutationem, prima quasi rudimenta somni, cui ferè respondet κώμωσις, ein nicken: Schena autem somnum plenum, qualis est ὕπνος, der rächt natürlich schlaaff: Tardema profundus est somnus, qualis est sopor, siue veternus. Huic respondet καῶφορὰ, aliâs κάρος, aliâs ἔκστασις, cuius fit mentio Gen. 2. de Adamo. Aquila hanc vocem vertit καταφορὰν, Symmachus κάρον, 70. ἔκστασιν, & Gen. 12. 15. Factum est cum occumberet Sol, & Tardema obruit Abrahamum. 70. ἔκστασις ἐπέπεσεν.

Somni non naturalis species.

Somni nomina Hebraica distinguuntur.

Est præterea somnus immoderatus temporis iactura, honestissimarum, vtilissimarumque cogitationum, actionumque impedimentum. Hinc Eustathius in illud Homeri de Iouis somno. Ιλιαδ. α.

Κοιμᾷθ' ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι.

Κοιμᾶσθαι Græcis vsurpatur pro ὑπνοῦσθαι, id est, dormire. Ioannis 11. vers. 12. Εἰ κεκοίμηται σωθήσεται Apostoli de Lazaro mortuo, quem Christus dixerat figuratè dormire, hoc est, mortuum esse. Homer. Ιλ. Τ.

Κοιμήσαντο ἄρ' ἔπειτα καὶ ὕπνου δῶρον ἔλοντο. Id est,
Dormiebant sanè deinceps, & somni donum acceperunt.

Ex hoc loco & superiore colligi potest, recte Eustathium affirmare κοιμᾶσθαι propriè esse sese ad quietem componere, à κίω, & κιοῦμαι, id est, vado, & compono me ad rem. Hinc sequitur τὸ ὑπνοῦν καὶ εὕδειν, id est, ipse dormientis actus, & somni fructus. Et ita secundum Grammaticos κοιμᾶσθαι propriè differt ἀπὸ τοῦ ὑπνοῦν καὶ εὕδειν.

Dulcem porrò Homerus hic somnum vocat eum, qui maximè est naturalis. Obseruabis præterea, non debere nos somnum temerè accersere, sed dormire, ὅτε ὕπνος ἱκάνει, τυγχάνει, καταλαμβάνει, id est, Somnus ipse venit, nosque occupat. Quinetiam vir honestus atque probus, non modò non vocat somnum, sed illum etiam vltrò venientem arcet, atque depellit, quoniam non oportet παννύχιον εὕδειν ἀγαθὸν ἄνδρα. Hoc Eustathius præceptum ijs præsertim obseruandum, qui ad Rerumpublicarum, ecclesiarumque gubernacula sedent, secundum illud ipsius Homeri Ιλ. β. vbi Iris Agamemnona somno excitans:

Plus vigilandum quàm dormiendum Rerumpublicarum rectoribus.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρα ἄνδρα.
Ὧ λαοῖτ' ὀπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

In quem locum Eustathius scribit, Oportet igitur virum principem etiam noctu nonnihil vigilare, consilijs, consyderationibusque intentum esse, iuxta prouerbium, ἐν νυκτὶ βουλὴ, In nocte est consilium. Vnde etiam nox Εὐφρόνη dicta est à veteribus, id est, prudens, propterea quòd eo tempore melius sapere videamur. Vnde Epicharmus, Ἤ τι ζητεῖς σοφὸν, τῆς νυκτὸς ἐνθυμητέον. Hinc Euripides, Ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μικρᾷ, χρόνῳ ἐφρόντισα. Et paulò post: Ὡς τῷ καιρωτέρων σκέψεων, νυκτὸς μάλιστα φροντιζομένων. In bello præsertim somno quàm minimum est indulgendum, quoniam is cum maximis periculis solet esse coniunctus. Vnde Nestor, vir summi consilij, maximique animi, Iliad. 10. vigiles his verbis alloquitur:

Nox consilia.

Vigilate viri, atque insistite curæ,
Vt facitis, somnumque oculis arcete nocentem
Rebus in afflictis sæuo ne forsitan hosti
Ludibrium, risumque incuria nostra pararit.

Vide in hanc sententiam plura apud Platonem libro septimo de Legibus, vbi non principibus modò, sed etiam alijs ciuibus turpe, & inhonestum esse dicit, totam noctem dormiendo traducere. So-

crates cum Aristippo disserens apud Xenophontem libro 2. Απομνημ: illum, inquit, qui gubernandi artem discit, ne res propter ipsius somnolentiam detrimentum patiatur, in somno continentem esse oportet, vt possit & tardè dormire, & ante diluculum surgere, & vigilare si opus sit. Augustum, testatur Suetonius, non vltrà septem horas dormire solitum, quo quidem spacio somnus plærunque circumscribi solet. Sunt tamen, qui breuiori contenti esse possunt, vt senes, vt aridi, vt fame enecti, vt parum fatigati. Sunt item qui longiori indigent, vt pueri, pleni, crudi, laboribus fracti. Sed rectius alimentorum concoctione definitur, quæ vbi est consummata, expergiscimur, ideò tardè concoquentibus certum horarum curriculum præfiniri non potest, præstat enim eos in lecto morari, quàm crudos surgere. Vnde Celsus lib 1. de Medic. Ex his, qui benè concoxit, mane tutò surget, qui parum quiescere debet, & si mane surgendi necessitas fuerit, redormire. Qui non concoxit, ex toto conquiescere, ac neque labori se, neque exercitationi, neque negotio credere. Huc pertinent illa Persij Satyr. 3.

Stertimus indomitum, quod despumare Falernum,
Sustineat. ——

Id est, tantùm est dormiendum, quantùm ad cibi viniq; concoctionem sufficiat. Sylla, teste Plutarcho Symp. lib. 8. Prob. 7. sub finem, illud Pythagoræ symbolũ, quo è lecto surgentes iubebat conturbare vestem stragulam, existimabat pertinere ad dehortandum de somno diurno, sublato nimirum lecti apparatu, vt intelligamus noctu dormiendum, interdiu agendum esse, & ne vestigium quidem corpori in lecto relinquendum, cùm nullus vsus sit viri dormientis, vt neq; mortui. Celsus lib. 1. de Med. longis diebus, id est, artificialibus, & æstiuis meridiari, id est, de die siue meridie somnum capere potius ante cibum quis debet, sin minus, post eum, per hyemem potissimum totis noctibus conquiescere. Hæc de somni mensura.

De somni tempore.

Quoad tempus, somnus alius est diurnus, alius nocturnus. Diurnus rursus duplex, alius ante meridiem, qui fit ieiuno ventriculo, is tollerabilis est, nec omnino noxius. Non enim tunc superiora illa mala, atque morbi, vacuo ventre, & materia exhalationum non suppetente obrepunt: quò referri potest illud vulgò iactatum: Esurienti vulpi somnus accidit: & ὕπνος πείναν τὴν χαλεπώτατον δαμᾷ, id est, Somnus domat famem malum, quod difficulter coërceri potest. Verùm somnus ieiunos attenuat, & frigefacit, corpusque exhaurit, & debilitat, vt docet Hippocrates lib. 2. de Diæta. Meridianus autem, siue pomeridianus à prandio, ceu capitalis valetudinis hostis, est fugiendus. Vnde ille apud Plautum in Mostell.

Non bonus somnus est de prandio.

Cibos enim in ventriculo non concoquit, sed corrumpit, ructus acidos, flatusq; parit, cerebrum multa crassa, mordaciq; humiditate, atq; fuligine replet, vnde grauedines, oscitationes, pandiculationes, vertigines, catarrhi, capitis dolores, anginæ, apoplexia, incubus, epilepsia, paralysis, & alij morbi frigidi, atq; mortiferi promanant. Nonnulli tamen certis cautionibus adhibitis, mitiora, ac minime periculosa illa sibi efficiunt: primùm consuetudine, & longo vsu: deinde non protinus à cibo, neq; capite demisso dormiendo: præterea vel somno plenius indulgendo, vel parum longo vtendo: postremò non subitò, ac raptim, sed paulatim vigiliam reuocando. Democritus, ὕπνους, ἡμερησίους, dicebat, σώματος ὄχλησιν, ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην, ἢ ἀργίην, ἢ παιδοσίην, id est, Diurnos somnos corporis turbationem, aut animæ mœrorem, aut pigritiam, aut imperitiam significare. Somno accommodatissimum esse tempus nocturnum, Æginetæ his rationibus probat, Quoniam nox naturali humiditate, silentioq; somnum accersens, absolutam molitur concoctionem. Somnus nimium in tenebris ocyus obrepit, quod pro confesso sumit Aristoteles 6. Probl. 7. Interdiu vigilandum, noctu dormiendum esse docet Hippocrates 2. Prog. à qua consuetudine si quis aberrauerit, prior erit somnus, inquit, qui inter quartam horam & noctem, quàm qui matutino tempore ad quartam. Quamobrem ne quid peccetur, & vt Deum (quod dici solet) sequamur, quoad fieri potest interdiu vigiletur, noctuq; dormiatur æquè sanis, & ægrotis. Quanquam mane ad tertiam diei partem dormire, quàm reliquo die, minus malum videtur medicis.

Somnus non statim à cibo sumpto capiendus.

Auicenna quoque præcipit, paruam lentamque motionem post cœnam esse vsurpandam, quoniam facit in stomacho cibum quiescere; inox esse dormiendum. Hoc præceptum secutus Cato

Vticensis,

Vticensis, post cœnam solitus est deambulare, peractaque deambulatione, in cubiculum se recipiebat, vt auctore est Plutarchus. Domitianus quoque Imperator à cœna ad horam somni nihil aliud, quàm secretò solus deambulabat, teste Suetonio in eius vita. Somno cibos concoquere, inquit Plinius libro 11. capite 53. corpulentiæ, quàm firmitati vtilius. Ideò Athletas malunt cibos ambulatione perficere. Peruigilio quidem præcipuè vincuntur cibi. Somnus naturæ maximè est consentaneus nocturnus. Nox enim à Deo Optimo Maximo somno, & quieti est destinata. Vnde nox ὑπνοδότειρα, μητὴρ ὀνείρων, ἀφροσύνη τερπνὴ, Cœtera, id est, Somnidatrix, somniorum mater, iucunda, beneobuia, seu occurrens à poëtis appellatur. Itaque peruersè atque præposterè contra ordinem à Deo institutum agunt multi, quos λυχνοβίους, & humanas noctuas appellare possis, qui diem in noctem vertunt, & contrà noctem in diem: hoc est, noctu vigilant, & quidem non tàm Musis, quàm mero, interdiu autem somno sunt dediti. Nec tamen statim à cœna somnus est capiendus, id enim valdè est pernicioſum. Nam quemadmodum non statim ab exercitatione cibus est sumendus, sed prius turbatione sedata: ita quoque non statim à cibo sumpto est dormiendum, sed pauco quodam, ad minimum duarùm horarum, interuallo interposito, per quod leui motu, deambulationéue vti decet, vt cibus ad inferiorem ventriculi partem descendat. Aliàs enim fiet, vt cibus supernatet, tardius descendat, & coquatur: vapor autem tùm multus, tùm crassus ascendat, vnde ingenij, memoriæq; iactura, atq; labes consequitur.

Quibus actionibus à sumpto cibo incumbendum.

Hinc Plutarchus libro de Sanitate tuenda. Nos autem, medicis inquit, pareamus, qui monent inter cœnam, & somnum semper faciendam esse quandam intercapedinem, ne congestis in corpus cibis, & oppresso spiritu, confestim crudo ac fermido alimento aggrauemus vim concoctricem, sed respirationem, & relaxationem concedamus. Ergo sicut qui mouenda post cœnam corpora affirmant, non cursu, aut pancratio id faciunt, sed lentis deambulationibus, & choreis modificatis: Ita nos quoque existimabimus à cœna animos nostros exercendos esse, non sanè negotijs, non curis, non sophisticis concertationibus, quæ ad ostentationem, aut animorum motus concitandos spectant. Sed multæ de rebus naturalibus quæstiones faciles, ac probabiles suppeditant, multæ narrationes, quæ ad disputationem de moribus faciant, quibus animus demulceri possit. Sunt historiæ, & poëticæ quæstiones elegantes, atque iucundæ, quas quidam hominum literatorum secundas mensas appellarunt. Sunt & narrationes ἄλυποι non molestæ, fabularumque recitationes. Terminus autem temporis hîc præfigitur, vt iam alimento sensim subsidente, quod concoctio elaborare possit. Huiusmodi animi exercitijs leuioribus opera detur. Porrò de Aristotelis sententia, ambulatio quidem excitat, somnus autẽ statim à cœna captus suffocat calorem naturalẽ. Alij autem quiete adiuuari, motu perturbari digestionem nutrimenti putant, itaque alijs, vt à cœna statim deambulent, alijs vt quiescant, persuasum est. Vtriusque consilij scopum non ineptè videtur attingere, qui fouens à cœna, quietumque seruans corpus, animum non illicò otio & quieti mandat, sed, vt dictum est, dicendo, & audiendo ea quæ blanda sunt, & neque mordent, neque grauant spiritus, digerit, atque attenuat. Ac omnino medici à prandio statim, atque cœna ab omni vehementi animi, corporisque contentione, exercitationéue abstinendum, ac leniusculis quibusdam exercitijs vtendum esse suadent.

Celsus libro primo, capite quarto, ijs potissimum, qui capite sunt infirmo, aut alterius partis imbecillitate laborant, neque legendum, neq; scribendum, nec voce contendendum esse docet post cœnam, post quam ne cogitatio quidem satis sit tuta. Idem capite quinto, eiusdem libri: Cum omnibus, inquit, inutilis sit post cibum aut cõtentio, aut cogitatio animi, tùm tribus præcipuè, qui vel capitis, vel arteriæ labores habere consueuerunt, vel quoslibet alios oris affectus. Idem lib. primo, cap. 1. Post multas potiones, quæ aliquantulum sitim excesserunt, nihil edendum est, post satietatem nihil agendum. Vbi expletus est aliquis, facilius concoquit; si, quicquid assumpsit, potione frigidæ aquæ includit, tùm paulisper inuigilat, deinde benè dormit. Si quis interdiu se impleuit, post cibum neque frigori, neque æstui, neque labori se debet committere. Idem, Si lucubrandum, non post cibum id facere oportet, sed post concoctionem. Ergo de Celsi aliorumque medicorum sententia à cibo, donec is subsederit, atque à cruditate vindicetur, nihil est agendum quo vel animus, vel corpus paulò vehementius, incitatiusq; agitetur, neque legendum, neque scribendum, neque voce con-

tendendum, neque verò cogitandum vlla de re attentius: nedum lucubrandum, saltandum, currendum. Spiritus enim plerique omnes, & calor concoctionis, & nutritionis soli opifices, cum ex reliquo corpore, tùm è ventriculo euocantur in eius semper partis præsidium, quæ summoperè in laborem incumbit, vt in pedes, cerebrum, thoracem, artus, siquid illis præcipuè fiat, aut exerceatur: quò fit, vt cruditas cumprimis periculosa consequatur. Apollonius tamen in fine libri primi de Diætis, qui calido temperamento sunt, mandat, vt post sumptos cibos actiones obeant, quoniam sic calor cibi temperatus eos stabiliores, ac rebus agendis aptiores reddit. Et hæc de somno, siue quiete, & motu, siue exercitatione à prandio, atque cœna sint dicta. Quò referri potest illud Syracidis nostri, qui postquam præcepit de maturo reditu in ædes, addit, Ludis esse indulgendum pijs, & honestis.

De ludo quoque Veneris (licito loquor, atque legitimo) hic quæritur, & disputatur à medicis, num is à cibo, & ante somnum, an confecto iam cibo, & post somnum sit exercendus. Priorem sententiam tuentur Paulus lib. 1. cap. 35. Aëtius lib. 3. cap. 8. propterea quod si quis à cibo, & ante somnum concumbat, mox á se quieti, & somno det, minor virium resolutio sequatur; & si quæ facta sit, somno ea facilè resarciatur, & mulier id temporis somnum capiens genitale illapsum semen fortius retineat. Posterioris sententiæ fuerunt Hippocrates, & Galenus. Hippocratis hic est aphorismus, labor, cibus, potio, somnus, Venus, quo rectum concumbendi ordinem videtur tradidisse, vt labor quidem cibum, cibus potionem, potio somnum, somnus Venerem præcedat. Ergo Venus concocto iam cibo post somnum exercenda, vt libro secundo de Sanitate Galenus tradit. Hæc sententia Valeriolæ magis arridet propter rationes, quas affert libro secundo Locorum communium, capite decimo tertio. De hoc vide Plutarchum Problem. 6. libro 3. Concubituris parcè cœnandum esse, Mercurialis docet, in libro Variarum lectionum lib. 2. cap. 15. & lib. 4. cap. 17. Omnino, vt huic quoq; loco finem imponam, si somno volumus frui placido, quieto, atque salubri, sobrietati est studendum, contraque abstinendum à cibo immoderato, nimiaque potione. Nam cœnam ἀφλέγματον, id est, nulla inflammatione turgentem, tenuem, atque frugalem, cuiusmodi Platonica fuisse perhibetur, somni sequuntur καθεύδει καὶ βεβυόνεσθαι. Contrà autem, qui immoderato cibo, vinoque onusti, quieti se tradunt, illi somnis somnijsque furialibus, inquietis, perturbatis, atque perniciosis, & à natura alienis, vexantur, vt veterno, qui Græcis κάρος, lethargus, aut coma dicitur. Vnde Apuleius libro primo: Ne meritò, inquam, medici fidi cibo, & crapula distentos æua, & grauia somniare autumant. Mihi denique, quod poculis vesperi (cœna vespertina) minus temperaui nox acerba duras & truces imagines obtulit, vt adhuc me credam cruore esse humano aspersum, atque pollutum. Interdum (vt Macrobius ait) temeto ingurgitatus, ac distentus cibo, existimat se vel abundantia præfocari, vel grauantibus exonerari, interdum esuriens cibum, sitiens potum inuenisse videtur. Multi etiam vigilijs torquentur, dum præ nimia pastus, potusque ingurgitati copia, somnum capere non possunt, ijdem quoque ad omnes vel serias, vel iocosas actiones, cogitationesque minimè apti sunt, atque idonei. Quid dicam, quod multi immoderato potu, pastuque impleti, vbi somno se tradiderunt, repentino aliquo morbo oppressi, atque suffocati statim exspirant, & extinguuntur præcisa illis omni pœnitentiæ agendæ, & ideò veniæ petendæ facultate? Quæ nam igitur quæso de illis salutis spes esse potest, qui ita hinc migrant? Vnde appareret, in quantum vitæ atque salutis periculum illi se conijciant, qui intemperantiæ, gulæ, ebrietatique sunt dediti, quibus sæpè somnus hic naturalis ianua est ad æternum illum lætalem, funestumque somnum, hoc est, mortem æternam. Non sine causa igitur Christus nos monet, vt vigilantes simus, atque sobrij, ne corda nostra grauentur crapula, & ebrietate.

Somnia ebriorum.

NOTA.

DE RELIQVIARVM NOMINIBVS, VSV MVLTIPLICI, VARIA ILLAS VEL COLLIgendi, ac recondendi, vel absumendi ratione. De ijs, quæ sub mensam cadunt, quid fieri soleat.

CAPVT XXVI.

RELIQVVM nunc est postremo loco, vt de reliquijs agamus, quæ sæpenumero nouarum sequentis diei epularum causa sunt, siue occasio. Reliquiæ Latinè à relinquendo dictæ, Hebraicè שאר, שאריה, & בשאר. Item שיר Schear, scherit, miscbara. Ierem. 42. Deuteron. 28. Exod. 8. & יתר notbar Exod. 29. Leuit. 7. appellantur, & יתרה notharat Leuitic. 2. Reliquiarum nomina.

Græcè λείψανα, λειπόμενα, κλάσματα ἀπὸ τῦ κλάειν, id est, Frangendo, cui respondet Germanicum, Bröcklv. Marci 6. ϕειστίνον τῶν κλασμάτων, Matthæi 14. & Marci 8. ϕεισσεύματα κλασμάτων appellantur. Arnobius reliquiarum fragmina vertit. Nonnus Ioannis 6. κλάσματα ϕειροβότοιο τραπέζης, & λείψανα πολύπλανα vertit: vbi mentio fit epularum miraculosissimarum, quibus Christus ingentem hominum multitudinem, paucis omnino panibus, atque piscibus saturauit, vt Arnobius loquitur, reliquiarumque fragminibus duodecim sportas impleuit, quod quidem diuinæ Christi virtutis certissimum fuit argumentum, secundum illud Theophilacti, ϕειδομία δὲ δυνάμεως τὸ μὴ μόνον θρέψαι τοσύτους, ἀλλα καὶ ϕειττὰ καταλιπεῖν, id quod amplificat comparatione, & Mosis, qui licet Manna dederit, tamen quantum ad vniuscuiusque necessitatem sat erat, & Heliæ, qui cibauit viduam, sed ad satietatem vsque. Christus autem non modò populum ad satietatem vsque pauit, sed etiam reliquiarum plurimum fecit. Elisæum quoque legimus 2. Regum 4. viginti panibus hordeaceis centum viros ad satietatem vsque pauisse, ita vt etiam reliquiarum aliquid fuerit. Verùm hoc non Elisæi, sed ipsius Dei virtuti ac benedictioni est acceptum ferendum, qui facillimè potest cibos & ad alendum efficaces reddere, & augere atque amplificare. Ideò scriptum: Non solo pane viuet homo, sed omni re, quam Deus iusserit alere. Ἀποτεϕαγήματα quoque Græcè cùm cibi, tùm reliquiæ appellantur apud Athenæum libro decimo quarto, ἀπὸ τῦ ἀποτεϕαγεῖν, quod comedere significat. Eustathius Οδ. α. in illud Homeri: Εἵματα πολλὰ δύπθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων. παρεόντα βρώματα vocat τὰ ἐν τῷ ταμείῳ ἀπόθετα, ἤτοι ἑωλα τὰ ὑπὸ ϕειδομένων ἀναλισκόμενα: vel alio modo, παρεόντα vocat, τὰ ὀλιγοπολὺ ϕειδομένα, ὁποῖα τὰ ἁλίπαστα, hoc est, In penu recondita, siue reliquiæ hesternarum, seu pridianarum epularum, nam recentia coquus siue structor apponebat: vel sic vocant, quæ diu possunt durare, vt sunt sale siue muria condita. Hæc de nominibus.

De reliquiarum vario vsu.

Nunc de reliquiarum vario, atque multiplici vsu dicamus. Vbi primò obseruandum ipsis conuiuis discedentibus sæpè, vti suprà quoque dictum est, multa ex reliquijs dari domum asportanda. Laudanda quidem hac in parte est conuiuatoris liberalitas, præsertim si pauperes, & inopes sint conuiuæ, quibus huiusmodi reliquiarum partem aliquam impertit: sed culpanda contrà conuiuarum nonnullorum ingrata rusticitas, inciuilis & agrestis, tùm auaritia, qui non contenti liberali potu pastuque, quo fuerunt accepti, multa insuper domum secum vel clàm, vel præcatoriò deferunt, quæ quidem in familia, liberorum, seruorum, ancillarum, pauperum vsum cedere potuissent. Apud Homerum, vt Athenæus libro 1. capite 4. notat, conuiuæ reliquias non auferebant domum, sed satiati illa relinquebant conuiuatori, quæ conda colligebat, atque seruabat, vt hospitibus aduenientibus dandi esset facultas. Apud Romanos reliquiæ olim cedebant in seruorum, atque vernarum vsum, quas illi non admittebant ad mensam, vti suprà pluribus fuit explicatum. Hinc Plutarchus libro 2. Rvbl. 4. inter alias causas, ob quas Romani nonnunquam consueuerunt mensam prorsus inanem tollere, hanc quoque affert, quod semper aliquid consueuerunt à cœna relinquendum seruis, illorum animos sibi conciliandi causa, cum quibus mensam aliquo pacto communem habere vide-

Reliquiæ olim apud Romanos cedebant in vsum seruorum.

rentur. Idcirco Persarum quoque reges, vt fertur, non amicis modò, & proceribus, ac stipatoribus solebant de cœna portiones mittere, sed semper seruorum quoque, & canum cœna in ipsorum mensa proponebatur, quò nimirum huiusmodi cibi communicatione illorum opera tantò fideliori vterentur. Eiusdem consuetudinis Romanorum meminit idem auctor in Quæst. Roman. quæst. 64. Nec non Seneca lib. 11. epistola ad Marcellinum 18. his verbis: Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumstantibus (ministris, qui serui ad pedes vocabantur) diuiduntur, sic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius vitæ ministri fuissent. Item Suetonius in Galba circa finem: Inter cœnam verò vsque eò abundantem, vt congestas super manus reliquias circumferri iuberet, spargique ad pedes stantibus, id est, seruis mensæ ministris. Alexandrum Seuerum, testatur Ælius Lampridius, semper de manu sua ministris conuiuij & panem, & partes aut olerum, aut leguminum, aut carnis dare fuisse solitum, ita vt senili prorsus maturitate patremfamiliâs ageret. Parasitos quoque olim huiusmodi reliquias deuorare fuisse solitos, Plautinæ Comœdiæ satis testantur. Vnde Saturio parasitus in Persa:

Nunc huc introibo, visam hesternas reliquias,
Quieuerint rectè, nec ne: num infuerit febris.
Opertæ ne fuerint, nequis obreptauerit.

Et Curculio alius parasitus in Curcul.

Et quidem reliqui in ventre cellæ vni locum,
Vbi reliquiarum reliquias reconderem.

Et Pemiculus in Menæch.

Ibo etiam, nam reliquiarum spes animum oblectat meum.

Hodie apud Germanos, & alias nationes familiares, atq; domestici, vt vxor, liberi, ancillæ, mensæ ministri peracta cœna, ac ferè post conuiuarum discessum, ex cibariorum reliquijs cœnare consueuerunt, cœna illa vulgò nachtisch à Germanis appellatur.

Reliquiæ diligenter colligendæ atq; seruandæ. Exemplum Christi.

Omnino autem epularum reliquias diligenter colligendas, custodiendas, atque seruandas esse cùm ipse Christus suo exemplo, atq; præcepto, tùm alij quoq; viri cordati, atq; sapientes docuerunt. Christus enim, vt Marc. 6. Matth. 14. scriptum est, reliquias epuli, quo magnam illam hominum turbam pauerat à discipulis suis non tam cibo corporeo, quàm verbo suo colligi, atq; in sportas duodecim recondi voluit, optimi scilicet & prudentissimi patrisfamiliâs functus officio. Plutarchus lib. 7. Sympos. Prob. 4. hanc quoq; ob causam existimat Romanos nephas duxisse mensam prorsus inanem tolli, quòd innuerent semper aliquid reseruandum in posterum tempus, & hodie nos crastinæ diei debere meminisse. Eodem illi videtur pertinere, & illud Pythagoræ symbolum, χοίνικι μὴ ὀλιχάδνον: Chœnici ne insidias. Et illud vulgò iactatum, ἰχθῦς ἀπὸ κεφαλῆς, pisces reposituri: & illud tritum, ac peruulgatum Boëtorum dictum, λειπέτω καὶ τοῖς ὑπόδοις: Relinque aliquid & Medis. Perpetuò enim, & vbiq; addit idem, in promptu nobis esse debet: λειπέτω καὶ ξένοις ἐπελθοῦσι, hoc est, Relinque aliquid etiam hospitibus superuenturis. His prouerbijs monemur prudentis esse è cibis semper habere aliquid reliquum atq; sepositum, quò subitum excipias hospitem, nec Achillem Homericum imitari, ad quem cum Aiax, Vlyssis legati, aut Priamus accedunt, domum, mensamq; inanem atq; famelicam offendunt, vt Il. o. & ω scriptum est. Eumæus contra viri sapientis alumnus sapiens est imitandus, cui inopinatus ac improuisus Telemachi aduentus nihil negotij molestiæue exhibuit. Statim enim ei ad mensam collocato cœnam apposuit, lances apponens plenas.

Chœnici ne insidias prouerb. Relique aliquid Medis prouerb.

ὀπταλίων, ἃ ῥα τῇ προτέρῃ ὑπέλιπον ἐδόντες.
Assatæ carnis, cœnæ de nocte priori
Reliquias. Od. π.

Pontanus lib. de Conuiuentia cap. 4. Vt autem Sullanæ, inquit, illæ in flumen deiectiones lautissimorum ciborum vehementissimè videntur improbandæ, sic illud exigendum est, vt multa post cœnam superfint, ac non modò postquam cœnatum est reliquiæ ipsæ, sed ex ipsa mensa, atq; è culinæ epulæ intactæ ad amicos mittantur, quæque etiam à ministris dispensentur inter eos, qui spectatum venerint. Hæc ille. Apud multos viget mos hic planè Christianus, vt reliquiæ vel omnes, vel maxima illorum pars mendicis, atq; pauperibus distribuantur. Sæpenumero quoq; fit, vt reliquiæ illæ nouarum epularum sequentis diei causa sint, & occasio. Nam vel ipsi conuiuæ hesterni, vel etiam alij inuitati ad reliquias illas absumendas, comedendumq;

rursus conuenire solent, quod Germ. die bröckly vßläsen / siue stürmen / item / die spän ässen / brenten rumen / &c. appellant. Hinc etiam prandium nonnulli volunt dictum quasi perendinum, quod illud ex cœnæ pridianæ reliquijs ferè fieret.

Sacrificiorum reliquiæ.

Huc quoq; referendæ sacrificiorum, quæ fuerunt quasi epulæ quædam sacræ, reliquiæ, quæ olim sacerdotum erant apud ipsos quoq; ethnicos. Hinc Aristoph. Scholiastes in Pluto, in illa verba:

Οὐκ ἂν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων (sacrificiorum) λαμβάνεις.

Caro ad sacerdotũ Iouis: τοῦτο δ' ἦν εἰπεῖν τὸ δέρμα, καὶ τὰς κώλας: ἐπειδὴ νόμῳ ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερὰ λαμβάνειν, id est pellem dicere voluit, & anteriorem partem victimæ, quoniam more fuit receptum, vt quæ ex sacrificio reliqua fuerant, sacerdotes acciperent. Verum, vt de sacrificijs Iudæorum antiquis loquamur, de illorũ reliquijs sic scriptum legimus Leuit. 7. vers. 16. Quod si votum, vel spontaneum fuerit sacrificium, oblationis eius die, quo ille obtulerit sacrificium suum, comedetur, & sequenti die comedetur, quod superfuerit ex eo. Quod autem superfuerit de carne sacrificij die tertio, igni comburetur. Si autem comedendo comedatur aliquid de carne sacrificij pacificorum die tertia, non placebit offerens illud, neq; imputabitur illi, abominatio erit, & anima comedens ex eo, iniquitatem suam portabit. Leuit. 8. vers. 32. Reliquias epularum sacrificialium, quarum sacerdotes erant participes, igni comburi præcepit: ossa similiter, quæ quidem nefas erat frangere, & carnium sacrarum reliquias ex epulo Paschali flammis adoleri, atq; consumi, nihilq; in posterum diem reseruari Deus volnit. Hoc, vt Theologi volunt, Deus significare voluit, ea quæ mente capere non possumus, eò quod intelligentiam nostram superent, esse fidei flammis, & incendio committenda, nec vllo modo dubitandum, quin insit in illis sanctißimum aliquod sapientiæ diuinæ mysterium, aut à prudentibus iam ratione perceptum, aut certè opportunis temporibus enuntiandum, & simul intelligeremus, non esse tutum aliquid, quod ad veram animi sanctitatẽ pertinet, differre, atque procrastinare. Hic quoq; obseruandũ cœlestis illius panis Man dicti (quo Deus olim admirabili ratione quadraginta annis, Israelitas suos in squallido illo deserto pauit) reliquias conseruatas in crastinum diem vermes ebulijsse. Idem die ante Sabbathũ largiter cadebat, vt posset duplum colligi pro ea die, & pro Sabbatho, quoniam die sabbatho non inueniebatur. Quoniam verò in epuli illius Paschalis locum successit epulum dominicum, de illius quoq; reliquijs commoda hîc sese offert quædam dicendi occasio, qua in re variam olim consuetudinem fuisse reperio. Hesychius Nazianzeni discipulus explicans illud Leuit. 8. Quidquid reliquum fuerit de carne, & panibus ignis absumet, indicat sui seculi morem fuisse, vt si quid omnibus cõmunicatis reliquum esset, incenderetur, & cremaretur. Antiquius tamen legimus reliquias illas vel à clericis, vel etiam à pueris ludum literarium frequentantibus comedi, atq; consumi solitas fuisse. Huc facit canon ille vetustißimus Clementis Pontificis, quem B. Rhenanus in lib. Tertull. de corona militis citat, qui vetat Eucharistiam asseruari, is sic sonat: Cum timore clerici reliquias corporis dominici debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur. Et si negligenter agendo proportione corporis domini nostri Iesu Christi presbyter minora non curat admonere officia, graui anathemate percussus digna humiliationis plaga feriatur. Certè tanta in altario holocausta offerentur, quanta populo sufficere debeant: Quod si remanserint, in crastinũ non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum, & diligentia consumantur. Qui autem residua corporis domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent sanctæ Portioni commiscere cibum, qui per aqualiculos digestus in secessum funditur. Si autem mane Dominica portio editur, vsq; ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserunt. Et si tertia, vel quarta hora acceperint, ieiunent vsq; ad vesperũ. Sic secreta sanctificatione aterna custodienda sunt sacramenta. Præcipimus etiam ne cum extero ecclesiæ, siue laico de fragmentis oblationũ domini ponatur ad mensam. Vnde scis tu, qui passim sacrarij panes indignis impendis, vnde nosti si à mulieribus mundi sunt: Hactenus, inquit Rhenanus, Canonis clementini verba retulimus. At hodie reliquarum hostiarum absumptores sacerdotes ne momentum quidem vnum abstinent ab epulis, dum taxat eius rei gratia. Adde quod putrescentes particulas (sic enim vocant) aut receptaculi vitio iam muscidas sumere coguntur, quas igni vetustas consumebat, id quod hoc tempore piaculi loco haberetur, tum ex clericis nemo offendebatur.

Cur Deo reliquias epularũ sacrificialium comburi voluerit.

De reliquijs cœnæ Dominicæ.

Digitized by Google

Nicephorus lib.17.cap.25.describens historiam, de Iudæi cuiusdam vitriarij puero, temporibus Iustiniani circa annum Domini 250. narrat longo tempore consuetudinem fuisse in Constantinopolitana ecclesia, vt cum post communionem plusculum de partibus immaculati, diuinique corporis reliquum esset, non reseruaretur, sed ex ludo literario delecti quidam pueri accerserentur, qui reliquias illas ederent. Hæc consuetudo ex Clementis canone paulo ante allegato intelligi potest, qui dicit reliquias illas eodem die esse consumendas à clericis: quando verò plusculum supererat reliquiarum, quibus consumendis clerici non sufficiebant, adhibebantur in Constantinopolitana etiam Scholastici. Huiusce consuetudinis non multò post mutatio quædam facta est. Concilium enim Matisconense II. præcipit, reliquias, quæ post peractam communionem superant, 4. vel 6. feria à pueris illis percipiendas esse: postea verò per integrum annum asseruari cœperunt. Sed Humbertus Episcopus Syluæ Candidæ contra libellum Nicetæ monachi, illum Græcorum ritum grauiter reprehendit ex verbis institutionis, & inter cætera inquit: Legimus Dominum non imperfectam, sed perfectam commemorationem suis discipulis tradidisse, pane benedicto, & mox fracto, atque distributo. Non enim benedixit tantum, & reseruauit frangendum in crastinum, nec fregit tantum, & reposuit, sed fractum statim distribuit. Vnde Alexander martyr, & papa ab Apostolo Petro, passionem Domini inferens canoni Missæ, ait: Hoc quotiescunque feceritis, id est benedixeritis, fregeritis, & distribueritis, in mei memoriam facietis. Quia quodlibet horum trium sine reliquis fiat, scil. aut benedictio sine fractione, & distributione, aut fractio sine benedictione, & distributione, perfectam Christi memoriam non repræsentat, sicut distributio nulla sine benedictione, & fractione. Hæc Humbertus. Gabriel Biel. in Canonem Lect. 26. allegans Paschasij sententiam inquit, Christus volens discipulos suos fructus huius sacramenti participes fieri, postquam corpus suum consecrauit, non sistebat in consecratione, neque dedit discipulis, vt ipsum honorificè conseruarent, sed dedit in sui vsum, dicens: Accipite, manducate. Et quia per vsum manducatio transit, & consumitur, dedit eis, quoties vellent, consecrandi potestatem, dum addit. Hoc facite in mei commemorationem. Extat liber continens explicationem Leuitici, quem quidam Origeni, alij Cyrillo ascribunt. Ibi in explicatione cap.7. de carnibus sacrificij eodem die comedendis, ita vt non remaneret ex ijs quicquam vsque mane, legitur descriptio moris ecclesiastici, ex verbis institutionis cœnæ desumpta. Nam & Dominus panem, quem discipulis dabat, dicebat eis, Accipite, manducate, non distulit, nec seruauit in crastinum. Ex his ergò omnibus adhuc commemoratis constat antiquissimum hunc fuisse morem, vt reliquiæ sacrosancti illius epuli à clericis, atque Scholasticis comederentur crastino die, vel etiam igne consumerentur. Idq; forsan ad imitationem antiquarum illarum epularum sacrificialium, quarum reliquias partim à sacerdotibus die sequenti comedi, partim etiam igne consumi solitas fuisse dictum est. Postea progressu temporis mos hic in ecclesia inualuit, vt reliquiæ illæ cœnæ dominicæ in longum etiam tempus asseruarentur, ac primò quidem sub altari, vt canone concilij Turonensis Rhenanus probat: postea sacellis atque ædiculis ad illum vsum extructis, quæ ædiculæ, siuè domunculæ sacramentariæ vulgò appellantur. Hanc asseruationem postea circumgestatio secuta est; quæ omnia Theologis dijudicanda relinquo.

Apud Ethnicos veteres fuit sacrificium quoddam quod vocabatur Proteruia, in quo mos erat, vt si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc Catonis iocus est. Namque Albidium quendam, qui sua bona comedisset, & nouissimè domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, proteruiam fecisse dicebat, hoc est, id quod comesse non potuit, combussisse. Macrob. Saturn. 2. cap.2. Luc. Sylla cum deposita dictatura vniuersi sui patrimonij Herculi decimam consecrasset, splendidumq; populo per multos dies epulum præbuisset, magnam quotidie cibariorum copiam, quæ reliqua fuerant, in amnem proijci curauit, quas quidem conseruari, & pauperibus distribui longè satius fuisset. Athenæus ex Euripide tradit τὰ λείψανα, id est, reliquias canibus obijci solita tradit, tametsi Brodæus lib.1. epigram. Græcorum ibi Athenæum de apomagdalijs, quæ, vt supra dictum est, canibus obijciebantur, non de ἀφιδρύσεσι, id est reliquijs quæ seruorum erant, vult loqui. Hodie tamen Christiani magnam sæpè huiusmodi reliquiarum epularium partem canibus (quæ illorum est charitas) quàm vel ministris, atque famulis, vel pauperibus, atque mendicis communicare malunt. Sudini Borussiæ populi, apud quos succinum colligitur, facta messe solenne sacrifi-

cium

tium pro gratiarum actione conficiunt, quod Rutenica lingua ozinck, id est, consummatio messis dicitur, in quo capro litant. Quo peracto, & apparatis dapibus epulantur atque helluantur tota die atque nocte vsque ad vomitum. Ebrij deinde summo mane extra villam progrediuntur, vbi reliquias epularum, quæ remanserunt, certo in loco terra operiunt, ne vel à volatilibus, vel à feris diripiantur, testis est Ioan. Miletius in epistol. de relig. & sacrificijs veterum Borussorum ad Georg. Sabinum. Apud Calecutienses mirabilis mos est, de quo sic scribit Ludouicus Rom. in sua historia Ind. Rex illorum, postquam edere desijt, sacerdotes quidquid est reliquiarum in certum quendam locum transferunt, & in humo nuda collocant, deinde manuum complosione corniculas aues nigricantes, quæ ad huius vsum aluntur, excitant, quæ huiusmodi signo dato in regias illas reliquias inuolant, illasq; deuorant. Sunt hæ aues sacrosanctæ, quas ledere nefas est, & idcirco liberè, tutoq; passim volitant. Simili fere more, atque consuetudine multi quoque Christianorum reliquias suas auibus, quas animi, venationisq; gratia alere solent, obijciunt, quas pauperibus dari longè satius, & Christianæ charitati conuenientius esset.

Hic quoque dicendum de ijs, quæ de mensis decidunt in terram, quæ à Græcis ἀνάλεκτα analecta (voce Latinis quoque vsitata) appellantur ἀπὸ τῦ ἀναλέγεσθαι hoc est, colligendo, propterea quod illa olim manu colligi, non scopis euerri solebant. Panis si è mensa in terram decidat, religiosè apud Christianos & cum osculo colligi solet: quod etiam apud Christianos primitiuæ ecclesiæ videtur moris fuisse. Vnde Tertullianus de corona militis: Calicis, inquit, aut panis etiam nostri (communis) aliquid decuti in terram anxiè patiuntur: in quæ verba sic Beatus Rhenanus commentatur. Propter crebram sacramentorum tractationē inolita illis fuit religio, etiam vulgarem panem, & vulgare poculum reuerenter tractandi. Apud Moscouitas panis est, quem beatæ Virginis vocant, quemq; quodammodo consecratum venerari, atque etiam edere, denique vulgò in ædibus in loco eminentiore honorificè seruare solent. Huiusmodi panis cùm fortè inter prandendum, quemadmodum Sigismundus Baro testis oculatus prodit, tentorio commoto in terram decidisset, princeps alijq; omnes qui aderant, eo casu grauissimè obstupefacti stabant trepidantes. Mox accersitus fuit sacerdos, qui illum ex gramine summo studio & veneratione colligebat.

Porrò cænarum purgamenta, & quisquilias ciborum sub mensam cadentes, ethnicorum veterum superstitione tollere nephas erat, cum amicis defunctis atque heroibus essent consecrata: vt Athenæus docet lib. 10. τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῆς τραπέζης, id est, amicis mortuis dabant cibos, qui de mensa deciderant. Idem testatur Aristoph. in Heroibus teste Laërtio. Hinc Pythagoræ symbolum τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι, quæ deciderint ne tollas, siue, vt alij efferunt μηδὲ γεύεσθαι ἀπ' αὐ ἐντὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ, id est ne gustes, quæcunque de mensa deciderint. Hoc symbolo, vt docet Erasmus in adagijs, admonet, vt assuescamus moderatius cibum sumere. Sic veteres Borussi in epulis suis funebribus de vnoquoque ferculo aliquid sub mensam iacere solent, quo animam pasci credunt, eiq; potum effundunt. Si quid forte deciderit de mensa in terram, id non tollunt, sed desertis (vt ipsi loquuntur) animabus relinquunt manducandum, quæ nullos habent vel cognatos, vel amicos viuentes, à quibus excipiantur conuiuio. Hæc scribit Ioan. Miletius in epistola ad Georgium Sabinum de religione, & sacrificijs veterum Borussorum. Libet hic interserere integram, quæ in eadem epistola continetur epularum funebrium descriptionem, quæ ad illa, quæ in primo libro de huiusmodi conuiuijs sunt dicta illustranda, plurimum conducent.

In funebribus hic, inquit, seruatur ritus à rusticanis: defunctorum cadauera vestibus & calceis induuntur, & erecta locantur, super sellam, cui assidentes illorum propinqui, perpotant ac helluantur, epota ceruisia, fit lamentatio funebris, quæ in lingua Rutenica sic sonat: Ha le le, le le, y procz ty mene vmarl? Ha le le, le le ij za tij nie miel kraß ije mlodzice? ij procz tij vmarl? Id est, Hei hei mihi. Quare mortuus es? Num tibi deerat esca aut potus? Quare ergo mortuus es? Hei, hei mihi: An non habuisti formosam coniugem? Quare ergò mortuus es? &c. Hoc modo lamentantes enumerant ordine omnia externa illius bona, cuius mortem deplorant: nempe liberos, oues, boues, equos, anseres, gallinas, &c. Ad quæ singula respondentes, occinunt hanc Næniam, cur ergò mortuus es, qui hæc habebas?

Post lamentationem dantur cadaueri munuscula, nempe, mulieri fila cum acu: viro linteolum, idq; eius collo implicatur. Cum ad sepultuã effertur cadauer, plerique in equis funus prosequuntur, & currum obequitant quo cadauer vehitur: eductisq; gladijs, verberant auras, vociferantes Gey geythe begaythe peckelle, id est, aufugite vos dæmones in infernum. Qui funus mortuo faciunt, nummos proijciunt in sepulchrum, tanquam viatico mortuum prosequentes. Collocant quoq; panem, & lagenam ceruisiæ plenam ad caput cadaueris in sepulchrum illati, ne anima vel sitiat vel esuriat. Vxor manè & vesperi, Oriente & Occidente sole, super extincti coniugis sepulchrum sedens vel iacens, lamentatur diebus triginta. Cognati verò ineunt conuiuia die tertio, sexto, nono, & quadragesimo à funere. Ad quæ conuiuia animam defuncti inuitant, precantes ante ianuam. In his conuiuijs, quibus mortuo parentant, tacitè assident mensæ tanquam muti, nec vtuntur cultris. Ad mensam verò ministrant duæ mulieres, quæ hospitibus cibum apponunt, nullo etiam cultello vtentes. Peracto prandio, sacrificulus surgit de mensa, ac scopis domum purgat: animasq; mortuorum cum puluere eijcit, tanquam pulices, atq; his precatur verbis vt è domo recedant, Ielij pilij dussicæ: nuwen, nuwen: hoc est, edistis ac bibistis animæ dilectæ: ite foras, ite foras. Post hæc incipiunt conuiuæ inter se colloqui & certare poculis. Mulieres viris præbibunt, & viri vicissim mulieribus, seq; mutuò osculantur.

De hac oblatione ciborum super tumulos defunctorum meminit etiam August. sermone 15. de Sanctis, cuius verba hæc sunt: Miror cur apud quosdam infideles hodie tàm pernicioſus error increuerit, vt super tumulos defunctorum cibos & vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ, carnales cibos requirant. Epula enim & refectiones caro tantùm requirit. Spiritus autem & anima ijs non indigent, parare aliquis suis charis dicit, quod ipse deuorat, quod præstat ventri, imputat pietati, &c. Hactenus Augustinus.

Hæc porrò (vt illuc, vnde digressus sum, reuertar) quæ sub mensam ceciderant, olim scopis à seruis euerrebantur, dum subtegulanea pauimenta in vsu erant. Postea verò asarotis inuentis cessauit vsus scoparum, & manibus colligi purgamenta cœperunt, pauimenta verò spongijs mundari. Martialis Epigram. 7.

Colligere longa turpe, nec pudet dextra
Analecta, & quidquid canes reliquerunt.

Et alibi:

Otia, sed scopis nunc analecta dabunt.

Cœl. lib. 13. cap. 31. Analecta inquit, in Epigrammatario poëta sunt reliquiæ sub mensa, quæ quod colligi debeant, id sunt sortitæ nomen, quamuis etiam pro instrumentis, ad ipsum destinatis quidam interpretari maluerint. Serui, qui illo munere fungebantur scil. analecta colligendi, verrendiue analecta, ἀναλέκται analectæ fuerunt appellati. Eodem nomine teste cœlio lib. 13. ca. 31. per translationem fuerunt dicti, qui multa lectione exercitati memoria sunt firmissima, ita vt quidquid vnquam aut legerint, aut audierint habeant in promptu, & ad manum scil. in numerato. Nomen deductum est à verbo ἀναλέγεσθαι, quod inter alia significat, ἀναμφιβόλως ἔχειν καὶ ἐπιστασθαι, id est, memoria concipere, & firmiter retinere. Sabino suasit Satellius Quadratus, vt grammaticos haberet analectas, qui memoriæ, ingenijq; subsidium domino essent futuri. Quidam analectas his interpretantur doctissimos, qui omnia ad manum, & in numerato habeant: alij eos, qui minutissima quæq; colligunt ex auctoribus. Neutris se assentiri dicit Turnebus in suis Aduersarijs, sed potius existimat sanna quadam derisum ab eo Sabinum fuisse. Vt enim analectæ serui dicebantur, qui reliquias cœnæ, aut ea quæ ceciderant de mensa, colligere solebant, (ea autem analecta dicebantur) sic cùm ipse Sabinus inter cœnandum in versibus, quos subiectos referebat, subinde excideret, Quadratus festiuè dixit, ei grammaticis analectis opus esse, qui colligerent eum cadentem, & verba quoque ei excidentia inter cœnam redderent. Pollux denique libro sexto, capite decimoquinto, copiosè docet seruos omnes ciborum reliquias in solum proiectas, vt lactucæ folia, carnium ossa, conchyliorum, ostreorum, cancrorum, atque piscium testas, fructuum reiectamenta (quæ μίσηοι, & κοπρίαται appellantur) spongijs, alijsq; instrumentis colligere, atque in corbes, siue sportas quasdam (quas ῥιπίχνας, κοφίνους, σπυρίδας, σπαρίχνια, φορνία vocat) reponere fuisse solitos. Et hæc de reliquijs.

TANDEM

TANDEM aliquando hoc meum antiquitatum opus Dei ope auxilioq; absolui, & ad finem perduxi, quo sanè nomine gratias illi meritò ago & habeo ingentes. Eundem praterea precor, vt hosce meos labores ad suam gloriam, reiq; publicæ literariæ vtilitatem dirigere, & aduersus omnes maleuolorum ac inuidorum morsus atque calumnias tueri dignetur. Postremò, id quod in toto hoc meo opere sæpissimè feci, omnes veros Christianos, qui suæ salutis cura tanguntur, sedulò admoneo, vt ab immanibus & insanis, quæ hodie passim dominantur, compotationibus comessationibusque, cum certissimis animi corporisque pestibus, abhorreant: illas cane peius & angue oderint, execrentur, fugiant. Contrà operentur, secundum Christi præceptum & exemplum, eum cibum, qui non perit, sed permanet ad vitam æternam, hoc est, ipso Christo interprete, diuinæ voluntati totos se addicant, & ad illius iussa atq; mandata, quæ nobis in suo verbo præscripsit, exequendum paratos sese promptosq; præbeant, quò tandem æterni illius & immortalis epuli, quod in ampliſsimo amœnissimoq; cœli palatio electis ab æterno adornauit, participes fiant. Ad illud nos, contemptis repudiatisq; omnibus corporeis huiusce seculi cupedijs, lautitijs atque delitijs, non fragilibus modo atque caducis, verum etiam pernitiosis, toto pectore aspirare atque contendere debemus. In illo namq; cæleſti triclinio vnà cum Abrahamo, Isaaco atque Iacobo, hoc est, cum omnibus electis ad mensam illam immensis delitijs atque voluptatibus cumulatissimam, in ipsius gratiæ & amoris diuini sinu, ceu lectulo mollissimo, securè recubabimus. Ibidem ab omnibus peccatorum repurgati sordibus, candida innocentiæ, iustitiæ, atque salutis veste ornati, ipso Deo ceu vero nectare & ambrosia assiduè saginati, vnguentis Spiritus S. fragrantissimis delibuti, æternis gloriæ, honoris, omniumq; virtutum corollis redimiti, sermones de Deo rebusque diuinis incundissimos conseremus, illius laudes concordissimo animorum concentu decantabimus, in ipso gaudio lætitiaque immensa tripudiabimus: denique ludis, spectaculis, acroamatis cœlestibus, quæ omnem non modò orationem, sed rationem quoque sensumque humanum longè superant, æuo sempiterno perfruemur.

Ioan. 6.

Ioan. 4.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX RERVM, VERBORVM ET HISTORIARVM SCITV MAXIME DIGNA-rum in libros Antiquitatum Conuiualium, ditissimus.

A

ABACVS quid 198.b
Abadini Hebræis qui 202.b
Ablactationis tempus 36 conuiuium 35.b
Ablutionum vsus 252
Absinthites propoma 327
Abraham primus decimas dedit 46
Abrahami hospitalitas 81.b 82
Absentibus de cœna partes mittendi mos 285.b
Abstemia sacra quæ 269.b
Abstemij populi qui fuerint 318
Abstinentiæ nomina, diuisio, vsus & finis 293.a.b.294.a.b.
Abydena illatio quale Prouerb 278.b
Abyssinorum mos in conuiuijs contra venenum 206
Achilles comam Sperchio vouens 38.b
Achillis conuiuium in honorem Patrocli mortui 74. in præmio victoriæ distribuendo factum 261 cithara ex Etionis spolijs 368.b
Acer qualis arbor 200.b
Aceti vsus 52.b
Acetaria quid 276.b
Acetariorum vsus 163.b
Acor muscarum deus 142.b
Accingi lumbos quid 233.b
Accipenser piscium nobilissimus 160.a.b
Accubationis nomina 234
Accubitus in conuiuijs 253.b 254
Accumbendi ritus 255
Accubitalia quid 257
ἀκρατισμα quid & quando sumendũ 27.b.16.b.21
Ακρατιζειν 17
Acridophagi phtiriasi laborant 167
Acromata quid 363. conuiualia 381
Adaschim Hebræis lentis genus 56
Ad cyathos qui dicti 208
Adspalis cœna 14.b
Admissionales qui 236.b
Adon Hbr. quid 239.b
Adoniæ ad inaugurationem apparatus 47.b
Adoptionis dies vt natalis celebris 33.b
Adorea quid 158
Adonibesek tyranni factum 147.b
Adriani Imperatoris prandia 13
Aduentus conuiuæ qualis sit 235
Adulari quid 144
Adulatio amicitiæ morbus 145
Adulatorum Epitheta varia 143.b
Aeclon cœnæ genus 109
Aedes Saturni ærario destinata 125 Castoris Romæ 197
Aedituus quid 190.b. 236.b 237
Aedes vnde dicta 186
Aedium sacrarum custodes 236.b
Ædiles Cereales Rom. 133.b
Aedificij duæ partes 185
Aedilitas Romanorum quid 177.b
Aedilium Romanorum epulæ 48.b
Aegineatarum festa 127.b. in sacrificijs Neptuni mos 213
Aegrotantium tempus edendi 26.b
Aegypti nuptiæ funestæ 71.b
Aegyptij Iudæorum conuictu abhorruerunt 7
Aegyptij in publico conuiuati 188
Aegyptij sacerdotes à sale abstinẽt 163
Aegyptiorum iurandi mos 53
Aegyptiorum natalitia 32
Aegyptiorum nobilitatis indicium 238.b
Aegytiorũ sacerdotum vestitus 223
Aenigmata conuiualia 359
Aerea pocula 354.b
Aerati lecti 256.b
Aesopi ridiculum factum 238.b
Aesculapius quo nomine in honore habitus 306.b
Aesculapij vindemia 64.b
Aestatis victus ratio 27
Aethiopum in cipo parcitas 26
Aethiopes infantibus dant Euchariſtiam 31.b
Aethiopum circuncisio 31
Aethiopum mensa Solis 113.b
Aethiopum saltatio bellica 378
Aethiopum victus locustæ 165.b
Affricanus salutationi inimicus 376.b
Agath Heb. panis 56
Agathensis concilij canon in clericos ebriosos 320
Agathonis conuiuium philosophicum 362.b
Agapæ vndè ortæ 113
Αγαπαι 2.a.b.5.b.117.b
Agnus paschalis typus Christi 114.b
Αγορα quid 174
Agoranomi qui 177
Αγωνια quales ludi 381.b
Αἶκλον 3
ἄκαιτος sacrificium 13.b
ἀκατοποσια in fœderibus 150
Αικτατὰ quid 130
Alienæ quadræ seruus 143.b
Alabastrites 248
Alani pane abstinuere 296
Alanorum parentandi mos 75
Alais sancti Bernhardi mater 37
Albus color in vestitu cur gratus 224.a.b.226.
Albi coloris vestitus in conuiuijs vsitatus 222
Alcairi coquorum copia 182.b
Alcathi facinus egregium 274
Aleæ ludus qualis 381.b 382
Alexander Magnus coquorum & pistorum contemptor 180.b
Alexander Magnus Scypho Herculano victus 318.b
Alexandri Magni Apophtegma 21.b
Alexandri M. conuiuium cum nouem millibus hospitum 273.b
Alexandri M. ebrietas 312
Alexandri triclinium magnificentissimum 187
Alexandri Imper. Romanor. educatio 41
Alexandri Seueri natalitiarum celebritas 33.b
Alexandri Seueri Imperatoris deliciæ 616
Alexandri Seueri diæta 53.b
Alexandri seueri ludi epulares 381
Alexandri Seueri parsimonia 192.b
Alexandri Seueri mortis omen 33
ἀλιεὺς quid 375.b
ἁλιευς quid 271
ἁλιηλεκληροσυνια quid? 68.b
ἁλιηλοφαγία 169
Αλιτης cur mendici 146.b
ἁλιοπυρφάγοι 145
Alexidemi Milesij stulta ambitio 263.b
Alimentum & Alimentarij 156.a.b
Alimenta quo ordine ingerenda 277. conuiuij duplicia 155. copiosa quando danda 28. ex animalibus triplicia 160
Alimentorum distinctio 277.b
Alitum receptacula 170
Aliptæ veterum quid 219
Allium in retibus quale Adagium 52.b

Digitized by Google

Allij virtutes & vitia 53.a.b
Alij vsus in militia 52.b.53
Alphabeto conuiuium simile 358.b
ἄλφιτον quid 83
Ἅλσα festiuitas agricolarum 63
Amalasuntæ reginæ Longobardorum historia 242.b.243
Amaltheæ cornu quid 278.b
Amasis Aegyptiorum regis superstitio 248
Amazones vnde dictæ quibusdam 84
Amazonum catilena Prouerbium 281.b
Ambitio in conuiuijs 10.42.b 48.b
Ambulatorium quid 17.b
Americensium conuiuia funebria 78.b.79
Ambrosia quid 5.b.164.b
Ἀμβρόσια festa Bachi 121
Ambrosius de suppelectili sacra 193.b.194
Ambrosij encomium hospitalitatis 82.b
Ammonitarum Deus 20.b
Amphionis cantus 373
Amphithetum poculi genus 337.b
Amphidromia quid 296.b
Ampulla olearia 218.b. rubida quid 218.b
Amyntæ Macedonis cædes legatorum Persarum 138
Ἀμυσίζειν quid 344
Anabaptistarum hypocrisis 246. Patroni 31
ἀναλωτήρια qualis dies festus 68
ἀναπλοφαγία quid? 26.b
ἀνάψυξις 38
ἀνδρία Cretensium 108
Ἀνακῶδες quid 254
Ἀνακίνητον quid 254
Anaximenes Milesius Sciotrici inuentor 26.b
Ancillarum circes officium 207.b
Anclabris mensæ genus 198
Angelus sub quercu epularus 189
Angeli semper candidati apparuerunt 225. spiritus ministratorij 203.b
Angelorum salutationes 246
Angelos non vti cibo 164.b
Angelorum Saturnalia 125
Animi ebrietas praua 311. in tres facultates distributio Platonica 286.b
Animalia conuiuio integra apponi solita 286.b. musica delectari 373. munda & immunda quæ 294.a.b
Animalium receptacula 169.b 170
ἀνίητον veteribus quid 251
Ἀγκυρίζεσθαι Phœnicum 60
Abimarum omnium solennia sacra Christianorum 76.b
Animalium partes quæ delicatissimæ 161.b. quod nam pessimum 144.b
Annibalem luxuries vicit 54
Anni tempora quomodo in victu considerandæ 27
Anniuersaria conuiuia 114.b
Anniuersaria Christianorum sacra pro defunctis 80
Annona Rom. militum ordinaria 56
Annonæ præfecti apud Græcos 177
Annonæ vocis origo 24. 133.b. 174 b. 175.b
Annonæ cura apud Romanos 177.a.b
Anseris iecur delitiæ 161.b
Antecœna quid 275.b
Antecœnium 19.b
Antecœniarum προπόματα 326
Antelij dæmones 122.b
Anteuindemiæ festum 122.b
Antidota ad ebrietatem 327.b
Antidotum ante venenum sumere 327
Antigoni regis superbia 246
Antiochi Epiphanis dementia 378.b
Antipatri parsimonia 224
Antipharmaca ebrietatis optima 327
Antisterion mensis Baccho sacer 121.b
Antiochi Epiphanii triumphale conuiuium 58.b
Antiochi medici victus ratio 28
Antonij & Cleopatræ luxuria 9.b 11
Antonini pij tentandi mos 25
Antonini Getæ Imperatoris mos 282
Antonini Heliogabali luxuria 49
Ἀφροπυγοκαφία quid 221
Anthropophagorum immanitas in epulis funebribus 78.b
Ἀπόγειον pars ædificij 185.b
Aparuria quale festum 38.123.127
ἀπαντοπωλὶς Adag. 139.b
Apha Heb. quid 179.b
Apiaria quid 170.b
Apiata mensa quæ 201.b
Apij coronæ 353
Apodyterium quid 219.a.b
Apomagdalia canibus obiecta 148.b
Apollo in Thessalia cœnans 19. 60.
ξένιος 90
Apollinis Actij fanum in Leucede 142
Apollonitarum inhospitalitas 99
Apollonitarum socordia 100
ἄπτωτος 242.b
Ἀπύρωμα proprie quid 251
Apophoreta quid 93.b
Apostolorum victus vnde 46.b
Apotheca quid 171
Ἀποφράδες dies feriales 74
Aprugni inter edulia præstantia 162
Apulei sententia de Natali 35.b
Apparatus balnearum antiquarum 219.b
Aqua Iudæorum potus 37
Aqua lustralis Ethnicorum 249.b
Aqua mixta quomodo 304
Aqua vncta in lotionibus 251
Aquæ benedictæ origo 250
Aquæ calidæ vsus apud veteres 303
Aquæ potus antiquissimus 300.b vsus 301.a.b
Aquarum quatenus misceatur cum vino differentia 302.a.b
Aquarum vtilitates 300.b
Arabum continentia 26
Aranearum phalangium natura 369
Arbiter conuiuij 252.b
Arbe locustæ species 167
Arbor capillata quæ? 38.b
Arbores conuiuales illustres in Helueria 288.b
Arcadum cibus 157
Arcana nemini committenda 358
Areotalogus quid 363
Archaici lecti qui 256.b
Archelai regis dictum ad conuiuam 358
Archestratus poeta de numero conuiuarum 139
Archiæ Theabani Imperat. ineptiæ 262.b
Archimagyrus quis 180
Ἀρχοιτοχόος 206.b
Architriclinus quid 151.b
Argentinensium Sysitia quotidiana 113
Argenteæ mensæ 200
ἄριστον 3.16.b.17.21
Arma pro instrumentis 14 191.b
Armus cur Sauli in epulo datus 117 b.283.b
Arma quando pueris sumere concessum sit 39.b
Arnobius libationes perstringit 272
Artarogus quid 145
Araxerxis epulum magnificum 47 b.48
Artes petitoriæ quale Prouerbium 223.b
ἄρτος vnde dictus 199
Arucha conuiuium 1.b
Archundinea poculi 332.b
Asinæ albæ signum 225.b
Ἀσκαρμὸς quid 86.242.b
Aspenæ regiorũ puerorum bonus custos 41.b
Assare quid 185
Assecla quid 244.b
Assidelæ quid 198
Astrologicum poculum Constantinopolitani Cæsaris 336
Astyanactis delicata nutritio 37.b
Assueri regis magnificentia 335.b
Assueri regis epulum 48
Assueri regis sponsalia cum Esthera 66.b
Assueri triclinium ornatissimum 90.b
Asymbolus & immunis 231.b
Ἀσύμβολος qui 231.b

Amil

Attali regis mors 32
Attelabus locustæ species 167.b
Athenienſium tribus 109.b
Syſsitia 109.b
Athletarum victus ratio 28
Ateæ Scytharum regis dictum de Muſica 373
Atrium quid & vnde 187
Atriarij ſerui 205.b
Αὖε Græcorum vox honorifica 239.b
Auariti a diuitum Romanorum 23.b
in conuiuijs 16
Aue latinis ſalutatio 240
Auenæ deſcriptio 158
Auenacea puls quid & eius vſus 55.b
Auguralis cœnæ deſcriptio 43
Augurales cœnæ 15.b
Auguſtus priſtinum veſtitum reducendi ſtudioſus 223
Auguſti Imper. frugalitas in vaſis 192.b. in bibendo moderatio 318 b. cœna famoſa 255.b
Auguſtinus diei natalis defenſor 34
Auidij Caſsij diſciplina militum 54.b
Auli Cæcinnæ cædes indigna 11
Auris memoriæ ſacra 245
Aurea & argentea pocula 335
Auribus vtraq; manu apprehenſis cum oſculo ſalutandi mos 242
Aureliani conſulatus 48.b
Autumni victus ratio 17
Auium carnis eſus 161.a.b
Axalaidis S. Bernhardi matris laus 40
Azymi panes Iudæorum 115
Azymarum placentarum vſus apud Heb. 82.b

B

Babyloniorum in victu religio 295.b
Baccar qualis radix 353.b
Bacchari quid & vnde 315
Bacchanalia Romanorum 122.b 123. Chriſtianorum 123.b. Iudæorum 115
Bachanaliũ ſacrorum miniſtri 210. ſodalitas 112.b
Bacchilidis poetæ præceptũ de conuiuijs 356.b
Bachus cur Sappus dictus 129. cur dictus Hymenæus 70.b. ebrius Nymphis ſobrijs temperandus 328.b. quo nomine cultus 306.b cur triumphũ dictus 58.b. cur Lyæus dictus 262.b βυσσίλιος 20.b
Bacchi nomina Græca 307.b. feſta 121
Bacchũ muſis & nymphis eſſe diluendum 365.b
Bactrianorum conſultationes inter pocula 365.b
Baculus mendicorum 147. panis quid 155
Badij Campani perfidia 90
Balarum deſcriptio 54.b
Balkar Heb. quid 56.b
Βαλλίζειν quid 375.b
Balneatores qui 220
Balnearum veterum forma, partes 219.a.b. & vnctionum vſus 218.b 221. luxurioſus abuſus 220.b. vtenſilia 218.b
Balnea Herculana Prouer. 217.b Romana ante epulas 222.b
Balnei tempus Rom. 23.b
Balſamum vnguentorum precoliſſimum vni Iudææ conceſſum 347
Balteus quid 233.b
Baptiſteria Romanorum 219.b
Βαπτίζειν propriè quid 248.b
Baptiſterium vnde dictum 248.b
Baptiſmus Chriſtianorum 31
Baptiſmi aquâ cur ſanguis Chriſti 57. tempus 31
Baptizandorũ veſtis candida 225.b
Barbæ depoſitio apud Ethnicos 38.a.b
Baſilica quid 187
Baſilienſium puerorum feſtiuitas ſolennis 38
Baxeæ quid 229
Beatos in altero ſeculo non vti cibo 164.b
Baſchal Hebr. quid 179.b
Beelzebub muſcarũ princeps 142.b
Belgæ butyrophagi 162
Bellaria quid 278.b. 279. Attica 278.b
Belonas piſces partu rumpi 358
Benedicere Deum & homines quid 165
Bernhardi inuectiuę in ſacerdotum luxuriam 45. ſententia de vaſis ſacris 194. vita 40
Bernenſium puerorum ſolennis feſtiuitas 38
Berich vnde dictum 102.b
Berſabeæ lauatio 220
Bibere coronas quid 354.b. quid & vnde dictum 298.b
Bibendi ad numerum poculorum mos 338.b. finis & vſus 299.a.b modus duplex 322. mos quot ſunt in amicæ nomine literæ 339.b mos pro ſanitate abſentum 340
Bibendæ aquæ ratio 301
Biberius Caldius Mero, vnde ſit dictus 303.b
Biclinium quid 187
Bionis Boriſthenitis philoſophi dictum 291.b
Biriach Heb. quid 55.b
Blandus cur inimicus 145
Bouis integri aſſati forma 46.b
Boletum Cl. Cæſaris edere quid 10.b
Bombycum eſus 166.b
Βομβολύχοι 144.b
Boni Dæmonis poculum quod 330
Bonifacij dictum de vaſis ſacris 193.b
Bononienſe epulum in coronatione Caroli V. 50.b. 51.a.b
Bonoſi Imperatoris vinoſi importunitas 87.b
Bos Molloſſorum, prouerb. 105
Bubyle 170
Bubulæ carnis eſus 161
Buccellatum 52
Buccellarij quid 52
Bulga quid 234
Bulla aurea quale inſigne 38.b 39
Brachmanni Indorum philoſophi 365.b
Braſsica cur abſtinuerint Aegyptij 296.b
Britannici mors 304
Brumalia quid & vnde 131.b
Bruri effigies cur pileata 230
Βρούχοι 168
Buſiridis Aegyptiorum regis aræ funeſtæ 99.b
Butyri eſus 162. vſus 56.b
Βυσσίζια 15
Buxea pocula 332

C

CAbilonenſis concilij decretum de ieiunio 25.b
Cachinnus quid? 367
Cadmus Dionyſij auus coquus 180.b
Cadus ligneus ad ſacrificia 192
Cæcus iacuit prouerb. 108.b
Cædes ex conuiuijs 10
Cæpe vſus & vtilitas 53.b
Cæſarianum epulum 49.a.b
Chargol locuſtæ genus 167.b
Calil quid, & vnde 363.b
Calabrorum hoſpitalitas 95
Calceatus quid 228.b
Calceorum vſus apud Rom. 227.b luxus 229. depoſitionis ſymbola 228.b
Calculorum ludus qualis 381.b
Caldam Plinius damnat 304.a.b
Calecutienſiũ mos horribilis 267.b luxuria 26. mos in conuiuijs 258 b. in victu obſeruatio 297.b
Calepſus locus Eubœæ amœniſſimus 187.b
Calendæ Martiæ fœminarum Saturnalia 126. quid & vnde 115.b
Calicem ſuum Deus cuiq; præferibit 340.b
Calices Dei 340. b. ſacri lignei 193.b
Calices myſterium in ſacris 154
Calidis famis intolerabilis 27
Callidus potus contra naturam eſt 303
Caligulæ crudelitatis cauſa 37. largitio propter ambitum 48.b
Callixæ Charmidæ conuiuium philoſophicum 362.b
Calliſthenis ſobrietas 318.b
Cananææ mulieris exemplum 147.b
Canarienſes incertis horis edere ſoliti 26.b
Candidati milites qui dicti 223
Candida ſalutis quid 224
Candidatorum labores 223.b
Canere ad lyram & citharam 374

Digitized by Google

Canes mensales παραζῶα 148. parasiti 145. à quibus conuiuijs arcendi 148.b.149
Canis domi relinquendus Prou. 149. instar cibum colligere 147 b. viuens ex Magdalia, Prouer. 148.b
Canon frumenti numerus 133.b
Canum officia antiquitus 148.a.b
Cantiunculæ inter propinandum 344
Canariensium humi accubentium mos 258
Capacia pocula 337.a.b
Caper cur Baccho immolatus 121.b
Capedo vasis genus 193
Capillus Deo dicatus quomodo dictus 38.b
Capitolinæ cœnæ 15.b
Caprile 170
Caprinæ & agninæ carnis esus 161
Caput in luctu tegere aut denudare 231.b. inter pocula cur vnctum 348.b. radere cur serui manumissi soliti 229.b. aperire honoris ergò 231. apertum an opertum salubrius 231
Capite aperto cur sacrificarint Romani 230.b
Capitis gestus in salutationibus 241
Caroli Magni beneficentia in ministerium Ecclesiæ 47
Carani Macedonis epulum nuptiale luxuriosum 67.b
Cardanus deriderur 21
Cardea siue Carnea Dea quæ 237
Cardinales vnde dicti 237
Carmanorum immanitas 169
Carnarium quid 174.b 171.b
Carneadis natiuitas 32
Carnes ab Homero celebratæ 160 b. 161. & pisces simul edere perniciosum 280
Carnea Lacedæmoniorum festa 64
Carnis suillæ esus 247.b 160.b
Carnium assatarum vsus veterum 183. b. diuisio apud Roman. 133.b
Carnispriuia quid 121.b
Caroli Burgundiæ ducis cœna funesta 259
Caroli Gothorum regis hospitalitas 95.b
Caroli V. epulum Aquisgrani 58.a.b
Carthaginenses milites abstemij 57
Carthaginensium lex contra vinum 318.b. Syssitia 109.b. inhospitalitas 99.a.b
Cartibulum mensæ genus 199
Caseus cur lactis filius 56. qualis cibus 162.a.b. cibus militaris 56
Casei nomina, & præstantia 56. bubuli vsus 56.b
Caspiæ gentes inordinatæ in edendo 26.b
Castra Turcarum & Christianorũ qualia 55
Castor & Pollux pileati 230
Casus salutatorius quid & vnde dictus 239.b
Cati Elicij frugalitas 332.b
Cati Aelij continentia 192
Catholicorum consecrandi mensam ritus 266.b
Catilinæ cõspiratio ἐξαπατοφοβία sancita 105
Catonis cibus è rapis 159.b. in militia potus 52.b
Catonis Censorij vxoris laus 37.b
Catinum quid 271.b
Catuillij Pollionis luxuria 256.b
Cauea auicularum quid 170.b
Cauillatio ampularia quid 218.b
Caupona quid 175
Caupones siue copiarij qui 97
Cauponatio olim ignominiosa 97.b
Cauponarum multitudo pernitiosa 98.b
Cauponum auaritia coercenda 99 mores praui 98
Causidicorum hora Romæ 23
Cedrinæ mensæ 200.b
Cedrus qualis arbor 201
Cella quid, vnde, & genera 171
Celei Prytanæa 187.b
Celtarum mensæ quales 199.b in conuiuio locus primus 262.b. parasiti 143.b
Celtæ hospitales 94.b. 238.b
Cemosch Moabitarum deus 20.b
Censores Rom. etiam sacerdotes 180.b
Cereales cœnæ 14.b. 124. Aediles qui 177.b
Ceremoniæ nuptiales veterum 70 in ciborum appositione 281.b
Ceremonialis abstinentia quæ 294 abrogatio eius 294.b
Cereris sacra 123.b
Cerualia quid 257
Cerusia 257.b
Ceruisiæ descriptio 321
Cestus Veneris quid 233
Cibaria diuersa vitanda 281.b
Cibarium sacrificium quid 116.b
Cibus Heb. vnde dictus 155. in die quoties sumendus 26.b. 27.a.b mendicorum veterum 147.b. immodicus pueris noxius 40
Cibus cibatus & cibaria quid 156.b
Cibi vtilitas 287.b. coquendi locus 182.b. distribuendi mos Heb. 283 inordinata sumptio valetudini noxia 28.b. sumendi modus 290 militares qui fuerint 52. mensæ secundæ nomine qui intelligantur 377.b. alieni non auidè appetendi 288. salubres & incorrupti 178.b. delicati pueris subtrahendi 39.b.40
Cibum apponentium nomina 275
Ciborum nomina Lat. 274.b. nomina Græca & Latina 155.b 136.a.b. diuisio quadriparrita 157.a.b. genera 164.a.b. eius liber post diluuium 294. coemptio 173. inconueniens ordo quid 277. emptionis delectus 178.b
Cibus quare communibus vtendũ 284.a.b
Ciceris vsus 158.b
Ciceronis conuictores quales 135.b
Ciceronianæ mensæ 18
Cimonis domus Prytaneum ciuitatis 110
Cinctus sacerdotalis, propheticus qualis 233. à cingulo differt 232.b
Cinctum vel distinctum edere vnde melius 234
Cinctura militarium 210.b
Cinguli apud Hebr. vsus 233.b
Cingulorum vsus in conuiuijs 234 in bellis 235
Cinxiæ cur dicantur vxores 72
Circularis potatio Romanorum 343
Circuncisio Aethiopum 31. Turcarum 31. Fessanorum 31. cur octauo die fieri debuerit 30
Circumpedes serui qui 210.b
Circumpotatio cœnæ genus 75.b
Circumpotationes Christianorum 343.b
Citharæ vsus 374
Citreæ mensæ 201
Citrei lecti 256.b
Ciuica corona querna signum Imperat. Rom. 238.b
Cochlearis vsus 288
Cochleæ quasi parasiti 145
Cœlum intueri inter precandum 265
Cœnaculum quid 185.b 186
Cœnandi hora vespertina Græcè 24
Cœnatio & cœnatiuncula quid 186
Cœnationis diuisio apud veteres 277
Cœnatica qualis vox 53.b
Cœnatoriæ vestes 229
Cœnatoria loca vnde dicta 186
Cœna Serapica 127. collatitia quæ 130.b. recta quæ 152. ex leguminibus & oleribus 159.b. Pontificalis vetustissima 43. pollinctura quæ 77.b. philosophica 13 nimis longa 24. semper à cibo auspicanda 298.b
Cœna Domini conuiuium sacrum 117.b. cur manè celebretur 26 δεῖπνον 18.b
Cœna pro missu 274.b. quid 19. 20 ambulans Martiali quid 259. cur primo in sessione angusta 262
Cœnæ etymon 5.b. hora Romanis 22.b. prooemium 276 hora vespertina Græcorum 24. condimentum amicus & Dominicus

Dominicæ finis 7.a.b. consecratio 267.b. pater quid 152.b. hora ordinaria Rom. 22.b. 23. condimentum optimum 21. quantitas 27.b
Cœnam in noctem producēdi mos 24.a.b prandio maiorem esse debere 27.b.28
Cœnæ imperatoriæ 49. Saliares quid? 43. triumphales 59. Deûm 12.a.b. Christianorum cœnosæ 13. terrestres 13.b. Deorum 15 Philosophorum 114.a.b
Cœnarum funebrium vestitus 222 b. varia genera apud Rom. 102 collatitiarum vsus hodiernus 132
Cœtus nocturni periculosi 112.b
Cœnum vnde dictum 248
Collatores Symbolorum 130
Collationes quid 17.b
Collectæ & comessalia quid 130
Collegium Christianorum apostolicæ Ecclesiæ 113. Iudæorum 112.b
Collegia quid 111.b. quomodo pernicioſa 112.b. cur dissoluantur 112.b
Collegiorum Romæ osores 112 conuiuia 111.b
Coloris albi & candidi discrimen 224.b. albi Allegoriæ 226.b
Columbarium quid 170.b
Collybistæ qui sint 197
Collyridiani hæretici in Arabia 83.b
Conuictores primi qui 5
Conuictus author primus 5
Conuiuari Græcè quid 4.b
Conuiua & cōmessator discrepans 20.b
Comœdia vnde orta 64.b. vnde dicta 20.b
Comœdiæ in epulis actæ 381
Commessabilitatis vitium 9.b
Comessatio, comissatio & comassatio quid 20.a.b. in templorum dedicationibus vnde 34
Comessator 20.b
Comissationum turpitudo 25
Comites conuiuarum 149
Commendare de meliore nota quid 172
Commodus Imp. cum meretricibus epulabatur 137.b
Commodi Imperatoris bibacitas 344.b
Commodi Antonini luxuria 220.b
Compitalia Romanorum quid 64.b
Complexus quid 245.b.246
Commune quid significet 248
Communioni in epulis studendum 284.b
Conclaue quid 186.b
Condicere quid 135
Condimenta epularum Lacedæm. 109
Condimenta 163
Condus quid & vnde 209
Congiaria Imperatorum 59.b
Cononis post victoriam conuiuiū 58.b
Connubij digniras 65 b
Consecratio leguminum 158.a.b
Consecrationes catholicorum in singulis rebus 226.b. Mensæ Christi 265
Consolatorius ablactationis vsus 36
Consuetudo altera natura 28
Consuetudinis vis in victu 27
Consulis locus in conuiuio 262
Consulum Rom. epulæ 48
Consultationes inter epulas 365
Consultandumne sit inter pocula 365.b
Contactu salutandi mos 241.b
Contractus sibijnuicem propinanti um 344
Conuiuator quid 152.b. 184.b. scitus 154.b
Conuiuatoris officium 212.b. 151.b munus in præparandis cibis 183 b. 184
Conuiuatori num assidendum conuiuis 262. a.b. quid faciendum si morantur conuiuæ 235.b
Conuiuæ inuitati officium 140.b 150. Epitheta 136. descriptio 6
Conuiuæ non inuitati muscæ 142 non inuitati quales 141.b. 142 quot inuitandi 262. Abrahami tres 139. lautioribus partibus honorandi 285 quomodo collocandi 259.b. 260 a.b
Conuiuarum nomina 4. non inuitatorum nomina 142.b. delectus 135.a.b. 136.a.b. 137.a.b. situs mixtus 259. 252.b. multitudinis incommoda 140. numerus indiscretus 139.b. ad conuiuia præparatio 213.a.b. in propinatione conditio 328. pastor optimus 212.b. in assidendo officium 263.b. erga ministrantes officium 213. gestus 259
Conuiuas numerandi mos 140.b
Conuiualis mensarum vsus duplex 197.b
Conuiualium locorum diuisio & differentia 187.a.b. 188.a.b. ministrorum munus 212. ministrorū genera & differentiæ 204.a.b locorum nomina 184.b. 185
Conuiuium parare 4.a.& b. quid 4.b. moderatum 12. concordiæ Symbolum 272.b. lautum Græcè 15. ἐπὶ κοινοῦ 130.b
Conuiuij etymon 5.b. apparatus duplex 151. 154.2. 155.a.b. 156.a.b. Dominus quis 152.b. vitiosi species 9. locus olim sorte lectus 189 b laus 5.6.a. & b. ablactationis exemplum 35. b. fœderalis exemplum 103
Conuiuio excipere 4.b
Conuiuia quid desiderent 260. sacra quæ 116. 114.b. propriè quid 20.b. quæ fugienda 8.b. publica 7.b. priuata quæ 113.b. natalitia quæ & qualia 29.a.b. 32. nocturna vtilia 28. quæ non fugienda 150. b. funebria Christianorum 78.b. Iudaica in regum inauguratione 47.b. improborum cur accesserit Christus 8.b. Turcarum in circuncisione 31. luxuriosa 9.b. Splendida, Magnifica luxuriosa, &c. 14.a.b. 15 a.b. Christianorum Ecclesiæ primitiuæ 7 Heluetiorum in honorem Magistratuum 51. opificum & artificū 60.a.b. Romanorum funebria 76 nuptialia Romanorum 67.b. philosophorum 111. post nuptias 68 supra arbores & subtus 188. in depositione muneris 60. sacrificialia & sacerdotum 116.b. ante profectionē 101.b. puerilia duplicia 35.b. ob reditum 101.b
Conuiuiorum nomina Latina & Germanica 3.b. Hebræa 1.a.& b publicorum nomina & vsus, &c. 107.b. hospitalium nomina 81.b diuisio 12.a.b. genera secundum tempus 184.b. luxuriosorum exitus 10 b. 11. magnificorum exempla 16. abusus 8.a.b. abusus in contractibus 107. origo, finis, vsus, &c. 5.a.& b. 6.a.b. militarium descriptio 51.b. 52.a.b. pestis ebrietas 312. finis 261. prophanorum finis 7. b. funebrium finis bonus 73. funebrium exempla 74. ministri 327.b
Conuiuijs gratiam quærere quam pernicioſum 42.b. præsidentium nomina 151.b
Conuitium pro conuiuio quando 139.b
Copiarij Latinis qui 91.b
Copis cœnæ genus 109
Copidæ quale conuiuium Spartæ 36.b
Cophinus vasis genus 194.b
Copona quid 97
Corinthiorum obsonandi modus 178.b. 179
Coquere Latinis quid 180.b
Coquendi ratio 182.b
Coqui officia & virtutes 182.b 183 & pistoris differentia 181.b. 182 Pontificis 158.b
Coqui olim conuiuis partes distribuebant 283.b. primi & præstantissimi 179.b. olim sacrificia curabant 180
Coquorum apud Græcos dignitas 180.a.b. vilitas ibid. antiquorum mos 181.a.b. improborum pœnæ ibid.
Coquinarius appparatus Homeri 183.b
Corus siue cohors quid 170
Corda vino aperiri 312.b
Cordacismus qualis saltatio 377.b
Corinthia vasa quæ 192.b
Corinthiorum conuiuia à Paulo re

Digitized by Google

prǽhensa 381. hospitalitas 92
Cornea pocula 331.b
Corollæ & corollaria quid 350
Corona magistri conuiuij 154.b
Coronatio poculorum 354.b
Coronandi pocula mos 270.b
Coronæ poculis infúdi solitæ 354.b quo tempore conuiuij vsurpatæ 355. quibus corporis patribus ad bibitæ 354
Coronarum conuiualium nomina 350. inuentores, vsus 350.b.351 authores in conuiuijs 349
Corporea ebrietas quæ 311.a.b. incommoda eius ibid.
Corporis ad conuiuia præparatio 213.b. exercitationum genera 213 incommoda ex ebrietate 315.b 316.a.b. totius prostratio in salutando 241.b
Corui parasiti 145
Coruorum cœnæ quid 80
Cottabi descriptio 345.a.b.346
Cottabissimi Christianorum turpes 346.b
Coryx rex Thraciæ in nuptijs filiæ dapifer fuit 250.b. delicatus 189
Coxinæ tunicæ signum 224
Χαῖρε qualis vox 240. vox vnde & quid 86
Χαλίκρατον quid 269.b
Charistia 127.b. Romanorum 114
Chasol locustæ genus 168.b
Chatthah placentæ genus 83.b
Chœnix Græcorum militum dimensum 56. quid & vnde 61
Chiliarcha quid 56
Chiliarchi centonarij qui 112
Chilonis sapientis dictum 150.b
Χαυλιοδοντιον quid 170.b
Choaspia aqua optima 330.b
Χοιρὶς qualis vox 20.b
Χῶν Argiuorum 131
Χοῶν festum 122
Chorus quid 375.b
Choreæ vnde ortæ 376
Chrysibij Chalcedonensis facetiæ 131.b
Christiani cur Turcis inferiores sint bello 318. cur infantibus munera dare soleant 29.b
Christianorum luxuriosa suppellex 335.b. Saturnalia 126.b. nostri temporis iciunia 25. militum disciplina corrupta 54. Baptismus 31. luxuria 16. conuiuia licita 9 pocula multiformia 336.b. consecrationes mensæ 265.b. lectiunculæ inter epulas 364.b. in Syria saltationes sacræ 377. regum ineptiæ 41. Primitiuæ Ecclesiæ oscula 144. luxuria in vasis 192.193 propinationes Scythicæ 329.b epulæ impietatis plenæ 150.b. error in sepulturis 79.b. natalitia celebrandi mos execrandus 34.b luxus 9.b
Christianis veteribus coronæ exosæ 350.b
Christus conuiualis minister 202.b conuiuiorum amans 8. discipulis candidatus apparet 225. in vltima cœna accubuit 254.b. exemplum hospitis 90.b. cur negociatores è templo ejecerit 197
Christi salutationes 246 exemplum in lotione pedum 247.b Sermones conuiuiales 363.b. præceptum contra auaritiam 234 præceptum de accubitu 263.b. natalis vt celebretur 34.b. victus vnde 46.b
Christum inuocandi mos inter bibendum 340
Chrysostomi de vasis in cœna 193.b
Chytri festum Athen. 122.a.b.
Chus mensura Attica 122
Claudius Imperator aleæ dedit 382 in Fucino lacu conuiuatus penè submersus 188
Claudij Imper. disciplina domest. 41. initiatio 38.b. boletus 10.b
Clemens Alexand. de balneorum abusu 220.b.221. de parasitis 145
Clementia Dei in educatione Danielis 42
Cleomenis frugalitas 258. vrbanitas 358.b
Cleopatra ad quid coronis veneno illitis vsa sit 354.b
Clericis cauponæ interdictæ 320
Clismus quid 253
Clodij Albini natiuitas læta 29
Cn. Manlij Volsi luxuria 54
Crambæ vis obsistendi vino 326
Crapulæ vox quid & vnde 310.b
Crater philotesius quid 324
Crateres tres bibere 339
Credentia mensæ quid? 43.b.198.b
Creta argentaria & vilis 211.b
Cretensia sacra 125
Cretensium famulorum festa 205 hospitalitas 92
Crispini Romani hospitalitas 90
Croci descriptio 353.b.354
Cruditatum ventriculi origo 28
Crustularius quid 182
Crux aurea in Principum Veneterorum pileo vnde 241
Crucis signaculum olim vsitatum 266.b
Cristallina pocula 333.b.334
Cryza quid 158
Culina hospiti non inspicienda 247
Culinæ publicæ sunt popinæ 182.b
Culter & cultrarij quid 284
Cultri vox vnde 155
Cultus muliebris in viro maledictum 30.a.b
Cupedinarium farum quid 174
Curcilio parasitus 145
Curiæ Romanorum 110.b
Curialium sacrarum conuiuia 110
Curij dentati frugalitas 191
Curiositas garrulitati vicina 358
Curmi potio qualis 321
Custodes ianuæ apud antiquos 236.b
Cyathus quid 338.b.271.b
Cylibatum mensæ genus 199
Cynica cœna 13.b
Cypriani precatio de ablutione pedum 247.b
Cyri educatio 40.b. 41. mos in collocandis conuiuis 263.b
Cyrilli querela de abusu sacrorum festorum 129.b

D

DAgonis cultorum superstitio 237.b
Δαῖς 2
Danielis & sociorum eius educatio 41
Daps quid, & eius faciendæ ratio 62.128.b
Dapem quomodo fieri oporteat 128
Dapes libare quid 268
Dapalis cœna quæ? 14
Dapiferi qui 205.b
Daphne lucus 54.b
Daphnisi mores quid 54.b
Dapsolybum mos inhonestus 138
Dardanus magus 176
Dardanarij qui 176.a.b
Dauidis inauguratio celebris 47.b luctus qualis fuerit habitu 231.b saltatio sacra 377
Deæ præsides puerorum quæ 36.b
December genialis 124.b
Decempes vmbra prouerb. 141.b
Decimus tertius numerus Gallis mali ominis 139.b
Decimæ ante legem dare solitæ 46 Christi temporibus datæ 46.b
Decimarum ortus apud Christianos 47. officium neglectum 46.b species 46. vsus & abusus 47. collator primus 46
Decubatio quid 66
Decurionale conuiuium 48.b
Δεῖπνον & δειπνοσοφία 18.a.b
Δεῖπνον & δειπνοσοφία 18.a.b 19.a.b
Δείπνου significationes variæ 18.a.b 19.a.b
Δημάρχι Athenienſium 29.b
Defundere vinum quid 172
Delectus in cibis emendis 178.b
Delphica mensa quæ 198.b
Demadis oratoris factum 308
Demensum seruorum 61.b
Demetrij regis superbia 246
Demetrij Poliorcetis latrocinium 11
Democriti fœneratoris maximi 176
Democriti Abderitis sententia de melle 162.b
Demophontidarum epulum 184
Denarij numeri ratio 139
Dendrophori qui 112
Denicales feriæ quæ 76.b
Dentes calceati quid 228.b
Dentitionis conuiuium 37.b
Deorum pocillatrices 207
Deosculatio pro veneratione 243
Δεῖπνα quid 271
Depesta quid 271.b
Derbices Scythæ vt exequias fecerint 78.b
Δεσπότης 158
Deserta Dei 190.b

Deus

Deus vini author 306
Deum non vti cibo 164.b
Deunx quid 338
Dextera fidei sacra 245.a. facta salutatio quæ 242.b
Dextræ apprehensio apud antiquos 86. assidere qualis dignitas 263.b
Dexteræ in fœderibus contrahendis iunctæ 104.
Diæta bellica Christianorum 55. imperatorum dura 53.b. & Diætarij quid 185.b. puerorum 39.b. 40.a.b.
Διαβατήρια quid 101.b
Diana cur λυσιζώνος 232.b.
Dianæ Ephesinæ simulachrũ 201
Diaria seruorum 61.b. quid 133.a
Diaconi ecclesiæ qui 210
Διάκονος 203
Dialis sacerdos quis & vnde 263
Διανυκτερισμὸς 17.21
Διαμασᾶσθαι quid 288.b
Διανυκτερισμὸν 17.a. quid 21.a.b
Didimi Iuliani Imp. parsimonia 159
Dies mortis non execrandus 15 septima cur infantib⁹ periculosa 30 defunctorum memoriæ destinati 79.b.80. Lustrici qui 30 quo nomina infantibus imponebantur semper conuiuijs celebrata 29.
Diei certum tempus in victu seruandum esse 28.b diuisio secundum veteres 28.b distributio Romanis 23.a.b. Dominicæ prophanatio 129 horæ vmbris notatæ 24
Diem frangere quid 22.
Dierum sacrorum abusus prophani 34.b.
Dicta inter epulas non eliminanda 368.
Dictator conuiuij 152.b
Dicterijs in conuiuio quomodo vtendum 360.b
Dij infernales Ethnicorum 72.b peregrinorum habitu errantes 89. 90. natales qui veteribus 33.b pistellarij quid 268
Dijs supplicandi mos 230.b
Dimensum quomodo suum cuique tribuendum 154
Δῆμοι quid Athen. 111
Δημοτικὰ δεῖπνα 111
Dioclis opsophagi voracitas 74.b
Diodori grammatici victus 25
Diogenis Apophregma lepidũ 188 sententia de hora edendi 26.b
Dionysij conuiuium magnificum 191 monstrosa bibacitas 319.312
Dionysij Epiphanis in Iudæos Bachanaliorum contemptores crudelitas 123
Διονύσια 121
Dioscurorum saltatio 378
Discus apud veteres quid 381.b
Disciplinæ bellicæ apud Rom. instauratores 54
Discingi & discinctus quid 233.b
Discinctus qualis vox 233
Dispensator 208.b
Distributores frumenti qui & quot 133.b
Diuersoriũ quid & vnde dictũ 97.b
Diuersoriorum publicorum ratio 98. vsus & necessitas 98.b abusus ibid.
Diuinatio ex vino 270
Doctoralia conuiuia 45.b
Dolia fictilia & diotæ 172
Doliare vinum quid 172
Domicœnium quid 20
Domus nomen vnde 187. optimæ situs 199.b. sceleste ob violatum ius hospitij 93
Donare conuiuium quid 11
Donatiua imperatorum 59.b
Dotes prædiorum quid 171
Δοχὴ pro conuiuio 1.
Dormituris potus nocentissimus 19.b.20
Δόρκος δόρκον 19.b.20
Δόρκον Homero quid 18.19.b.21
Δορπία 38
Δόρπια 19.b
Draculę principis VValachiæ sæuitia 241
Dressatorium quid 43.b
Drusillani Rotundi luxuria 192.b
Dubia cœna quid 14.b
Dugbijn populi Igni se deuouentes 81
Duodenarius numerus 139.b
Δῦλος quid 202.b

E

Εἰαυτοφαγία 169
Ebioniæ carminum osores 197
Ebria cœna 14.b
Ebrietas omnibus hominibus noxia 318 & ebriositas quomodo differant 310.b. saltationis mater 379 æterni exitij causa 317 in sacerdote sacrilegium 320 cur fugienda 312.b garrulitatis causa 357.b animi quæ 311 omnia officia violat 320.b
Ebrietatis nomina 309.a.b.310. cum peregrinis vsurpatæ vitium 106.b
Ebrietatem quæ arceant 326
Eburnei & testudinei lecti 256
Ebusbar Hebr. quid 171.b
Ecclesia primitiua natalium celebrationem vitauit 33.b
Ecclesiæ primitiuæ mos alendi ministros 46.b.47 Græcæ benedictio mensæ 266 primitiuæ ieiunia 25.a.b
Ecclesiastica decreta contra nuptiarum luxuriam 72
Ecclesiastici præcepta de Magistro conuiuij 152.b
Edendi post balnea tempus 210.b
Educatio Secundus humanæ vitæ actus 35.b. puerorũ apud Persas 40 puerorum hodierna praua 42
Edulia ex lente 56 cocta & cruda emi 179.b
Edusa puerorum dea Tutelaris 36.b
Εἰλαπίνη 2.b
Εἰσφορὰ 130
Ἐλλιπὴς in conuiuijs 152.b
Electri descriptio 334.b
Eleemosynariæ largitiones 134
Elemporia quid 92
Eleutheria quales epulæ 60.b
Ἐλευθερίται qui 216
Eleusinia sacra 124
Elisæus cur famulo salutationem prohibeat 248.b
Elixare quid 183
Elogium terræ 258
Emanuelis Lusitaniæ regis facetiæ 358.b
Emblematis ornata pocula 336.b
Empedoclis Agrigentini Pythagorici bos aromaticus 58.b
Ἐνταφιώδη conuiuia funeralia 73.b
Encœniorum festa 128 epulæ 115
Encratitarum abstinentia 320 superstitio in victu 297
Endromis qualis vestis 220
Ἐνθλοποιοδόσιμον 143.b
Encryphia quid 163.b
Ἔνισμα Argiuorum feralis festiuitas 74
Ἐνχειροχάρτων qui 143.b
Ἔνατα epulæ ferales quæ 74
Enneamixon quid 64
Ennij mors ex immodico vini vsu 316
Ἔντερα 191
Ἔντομα quæ sacra funebria 74.b
Entheca quid 171
Ἐπαίται cur mendici 146.b
Epaulia quid 68.b
Ἐπίγυγες 207
Epha Heb. dimensum 55.b
Ephæborum Rom. ornatus 39
Ephraimitæ Gabaonensis hospitalitas 84
Ἐπίβδη 58
Epichisis quid 271.b
Ἐπιδορπίσματα 20
Epicharmi dictum de luxuria 11
Ἐπιμήνια Græcorum 58.b.
Ἐπιμήνια 115.b
Epiphaniæ festum 34.b
Ἐπίσταθμος 152
Ἐπιστάται quid 86
Ἐπιστάται Homero vocati mendici 146.b
Episcopi annonæ qui 178
Ἐπισυνθίζεσθαι quid 329.b
Epithalamium quid, & vnde 70
Ἐπιθυμίδιον 235
Ἐπιτραπέζια 191.b
Ἐπίξυλοι qui 85
Epulandi mos in Pyræo 131
Epulandi mos veterum in atrijs 187 in cryptis subterraneis 185.b
Epularis cœna 14 saltationum vsus 378
Epulum paschale 7 cur vesperi Christus celebrarit 26 Cæsareanum 49.a.b.50.a.b

Digitized by Google

Epuli Baptismalis Christianorum incommoda 31.b. Pontificalis descriptio 43.b44.a.b. Dominici præstantia in fœderibus 17. De curionalis monumenta 49.
Epulæ Beli & Draconis 128. cur olim sepulchris impositæ 73. funebres monstrosæ 78. funestæ ante mortem agitare 81. ferales Græcorum 73.b. militares festiuæ 57.b. post prælium 58. hospitales 87.b sepulchrales Christianorum primitiuæ ecclesiæ 70.b. post trituationem 65. regales 14.b. post sacrificia 7. nuptiales Græcorum 66. communes Christianorum 113. regiæ 15. Hæbræorum ante migrationem 101. conuiuatoris sumptu factæ 131. b. sacræ antiquitus quales 128.b extraneorum vitandæ 150. b.
Epularum funebrium luxuria 80. b. collatitiarum vsus 130.b. 131. hospitalium abusus duplex 100.b
Equile 170.
Equini lactis præstantia 162.
ἐπικος quid 268.b.
Ἔρανος 3.
Ἔρανος quid 130.b.
ἐροσιβη frugum vitium 168.b.
Erogationes priuatæ 134. Rom quid 133.
Eruca quid 168.
Esca & escarius quid 156.b.
Esculentorum nomina Hæb. 155.
ἔσπερισμα 19.b.21.
Essæorum frugalitas in victu 25. à vino abstinentia 320. à certis cibis abstinentia 296.b.
Essedonum ritus in exequijs 78.b.
ἑστιαμα pro conuiuio 1.b.
Ethnici parte prædæ Dijs vouebant 46. sacerdotes alebant 46.b.
Ethnicorum precandi mos inter capiendum cibum 266. à certis animalium partibus abstinentia 296. consuetudo in lotionibus 249. ante & post messem ritus 62.b. hospitalitas 85. conuiuia Iudæis interdicta 6.b.
Excaldationes quid 54.b.
Exequiari quid 76.
Exequiæ quid,& vnde 72.b.
Exequiarum vestitus 222.b.
Exequialia conuiuia Iudæorũ 72.b.
Exercitationis vsus 292.b. ante conuiuium nomina,diuisio,definitio 213.b.
Extorum porrectio 272.
Extra illud nihil,quale adag. 368.b.
Extrema conuiuij quæ 356.b
Eucharistica sacrificia quæ 116.b
Eucharistia pueris data 31.a. quid & vnde 267.b
Εὐχὰ vnde dicta 265.
Eucharisticus ablactationis vsus 36.
Εὐλογία quid 265.
Ἐυοχία 2.
Exuerræ quid 77.
Exuperij Tolosani Episcopi continentia 193.b.
Euripidis mors 32.
Ezechiæ edictum de decimis 16.b.

F

FAba cur Pythagoreis interdicta 296.a.b.
Fabacia quid 158.b.
Fabæ vsus 158.b. & prouerbia ibid.
Fabarum vsus priscus 52.b.
C. Fabricij frugalitas 192.a.b.
Facetiarum genera 360.
Facta inter epulas non eliminanda 368.
Factitiorum vinorum genera 330.
Fagina pocula 332.
Fames quid & eius incommoda 298.Romanorum in crudelis 55.b mansuada 176.Lazari mendici 147.b
Familiaritas nimia contemptum parit 212.b.
Fannia lex de conuiuarum numero 139.
Far primus Latij cibus 55.b.
Farris descriptio 158.
Farrea & Farreatio 158.
Farreum quid 171.b.
Farciminum conuiuia 62.b.
Fartor coqui genus 182.
Fax prima Latinis quid 22.b. nuptialis quid 70.
Februa defunctorum piamina 66.b
Femur tangere,iusiurandum suppli cationis species 243.b.
Fera mors veteribus 75.
Feralia Romanorum quid 75
Feralium epularum nomina 73.b
Ferculum quid & vnde 164.b.
Ferculorum appositio recta 275.a.b numerus ibid. varietas noxia 279.b. modus 280.b.
Festianorum sordes in excipiendis hospitibus 98. epulæ nuptiales 68.b.169.a.b. luctus in funeribus 81. circumcisio 31.
Festum soluere quid 32.b.
Festi,διατριβαι descriptio 38. tabernaculorum festiuitas 115.
Festa, Christianorum luxuriosissima 129.
Festorum abusus 34.b. omnium metropolis 34.b.
Festiuitates puerorum scholarium 38.
Fictilia pocula 332
Ficuum vsus in lustrationibus 157.b
Fides non habetur garrulis 357.b.
Fliolmi Gothorum regis bibacitas 319.b.
Floralia 127.b
Focus & eius deriuata 182.b.
Fœdus Salis 103.a. vnde dictum 104.b.
Fœderis ineundi ratio Hebr.102.b. cum Abrahamo initi exemplum 102.b.
Fœdera sancita in Eucharistia 7.b.
faciendi ritus variarum gentium 104.b.105.
Fœlicis Diui Natalis Nolæ celebris 34
Fœnoratores coercendos esse 176
Forculus Deus quis 237.
Formæ turpis pocula 336.
Formulæ salutandi conuiuas 239.b. 240.
Fornax balnearum 219.b.
Fortunæ bona ebrietate perdi 316.b
Forensis Deus quis 237.
Forensia quando exercebant Rom. 23.b.
Foronia Libertorum Dea 230.
Forum quid 174.a.b. coquinarium 181.
Fractio panis in cœna Dominica 284.
Franciscus Gallorum rex Popinas sustulit 112.b.
Francisci Dinduli supplicationis forma 148.
Fraxinea pocula 332.b.
Fridericus tertius Imp.saltationum osor 380.
Frigere quid 183.
Frigida temperatura famis tolerans 27.
Frigus nocturnum concoctioni aptum 28.
Frisonicum ferculum quid 283.
Fritilla Græcis ferculum 55.b.
Frons Genio sacra 245.
Fructus fugientes 157.b. arborei in mensa secunda 279.
Frugalitas veterum in vtensilibus 182.
Frugalitatis veterum argumentum 159.b.
Frugum duo genera 157.b.
Frumen quid 56.b.
Frumentum à frangendo dictum 155.
Frumenti & tritici vox 56.b.
Frumenta quid 157.b
Frumentatio Rom.quid 133.
Frumentarij qui dicti 133.b.
Fucationis pestis 221.b.
Fullonum apud veteres vsus 224.b.
Fundere quid in libationibus 271.b.
Funebriorum conuiuiorum nomina 73.b.
Funerationis membra 72.b.
Furij Placidi consulis ambitus 48.b

G

GAbaonitarũ inhospitalitas 84.
γαλαξιποτρεφια puerorum Tigurinorum 38.
Galbus color qui 229.b.
Gallia hominum paradisus, equorum infernum 98.b.
Galli obesos mulctabant 41.
Gallorum hospitalitas 94.b. in potando monomachia 328.
Gallinarium quid 170.b.
Gallinæ cohortales quid 170
Gallieni historia de cingulis raptis 234.b.

Digitized by Google

234.b diæta 53.b
Gallonij luxus 160
Γάμος 2.b vnde & quid 67
Γαμικὸν 25.b
Ganeæ & ganeones quid 175
Ganeorum correctio 112.b
Garrulitatis vitium 357 remedium 358
Gazam locustæ genus 167.b
Gedeon coqui, pistoris, & dapiferi exemplum 179.b
Gedeonis hospitalitas 82.b
Γιλιαστὰ 143.b
Gemmea pocula 334.b 335
Genera duo eorum quæ ad epulas pertinent 380.b
Γενέσια mortuorum festiuitas 74 & Γενέθλια quid differant 33
Genethlia Iudæorum 32
Geniculatio salutationis genus 241.b
Gentes luxuriosissimæ 16
Genua & pedes attingendi & exosculandi mos 243.a.b misericordiæ sacra 245.a.b
Germani ad conuiuia armati proceduntur 234.b prisci vini vsu carebant 40
Germanorum inter epulas consultationes 365.b rusticorum conuiuia propria 640.b luxuria in cõuiuijs puerperalibus 31.b hospitalitas 94.b priscorum victus in bello 55 Baptismi celebrandi ritus 31 voracitas 26
Gesneri censura super conuiuio amici 280.b
Gesticulationes inter propinationes 344
Gith qualis fructus 159
Gladios in pace gestare apud Rom. prohibitum 234.b
Gladios in balteis gestandi mos 233.b
Glandes primus hominum cibus 157
Glomus panis genus 56
Goba locusta 167.b
Gobius Venetis cœnæ principium 277
Gomer quale dimensum Hebr. 55.b
Γόνυ vnde dictum 245.b
Gotharum hospitalitas 95.b
Graciles corpore frequentius sunt alendi 27
Grammatica potula quæ 336
Grammatici analectæ qui fuerint 364
Granarium quid 171.b
Gratulationes inter propinandum 344
Gratulatoriorum Allegoria 116.b
Græca nomina mensæ secundæ 278
Gelus Tyrannus pro lyra equum poscit 372
Græci inter epulas musici 370.b natura voluptuarij 180.b hospitalissimi 85 superstitiosi & ebriosi 121 saltationum studiosi 378.b
Græculi sordidi cur dicti 9
Græcorum accumbendi mos 255 comedendi mos 21.a.b epulæ ferales 73.b lotio ante epulas 250 mos in fœderibus 193.b mos excipiendi hospites 91.a.b ritus in exequijs 75 sponsalitia 66
Græco more bibere quid 338.b
Gruis & vulpeculæ conuiuium 362.b
Gryphi conuiuiales 359.a.b
Gulæ incommoda 289.b.290 vitium 9 b
Gustatio & gustus quid 275.b
Guttum quid 271.b
Γυμνασία & γυμνάσιον 213.b
Γυμνασιάρχοι qui 140.b
Gymnastices genera 378
Gymnosophistarum apud Indos Syssitia 113.b
Gysanterarum mellis conficiendi industria 162.b
Gynæconitis 185

H

HAbidis pernicitas 37
Habitus ministrorum 216.b.a.2
Hadriani victus moderatissimus 53.b ludi epulares 381
Hannibalis continentia 259
Haporetim qui 370
Harmodium carmen quid 371
Harmoniæ genera 370.b
Hatabachim Hebr. quid 180
Hatherfata Hebr. quid 206.b
Ἁβατήριον 3
Hæmach Hebr. quid 56.b
Hebræorum ieiunium quale 25 inuitandi conuiuas forma 141 mos obsonandi 14 mos in cœnæ initio & fine 387.b
Hecate cœna 127.b.128.a.b
Hecobolij Sophistæ factum 163
Hedera cur Baccho sacra 332
Hedera post Antistheria Adag. 121
Hederacea pocula 332.
Hederaceæ coronæ vsus 35.b
Heliogabalus Reones mensis adhibuit 149 paralitorum osor 145
Heliogabali conuiuium turpe 281.b 199.b.139.b.192.b.383
Helena quomodo contra mœrorem vino remedium admiscuerit 356
Heluetiæ arbores conuiuiales 188.b
Heluetij hospitales 95.b
Heluetiorum priscorum victus miliaris 55.b conuiuia Senatoria 51 mos inuitandi ad nuptias 141
Heptacometæ in arboribus habitarunt 189
Herculis sacra 127
Herculeæ balneæ 217.b
Herculea pocula quæ dicta 337.b
Hesteræ factum Heroicum 48
Hierosolymitana piscina quid 170.b
Hieronymi Gabucinij sententia de prandij & cœnæ quantitate 28.b
Hilaria qualia festa 48.127.b
Hispanorum edendi consuetudo 26
Hippomolgi qui & vnde dicti 55
Hirundo hospitis imago 8.b
Herodis natalis dies 33.34
Hoc age, qualis vox in sacris 253.b
Hœdorum primogenitorum caro optima 82.b
Hœdile 170
Holerum appositiones Prouerbium 159.b
Homerus optimus hospitalitatis magister 85.b
Homeri testimonium in vinum 38.b
Homerica conuiuas collocandi ratio 260.b
Homericæ sententiæ de hospitalitate 88.b
Homines quando captu faciles 206
Honores ambire per epulas prauum 42.b
Honores Augusto delati 273
Hora balnei 218.b
Hora nona Christi morte celebris 24
Hordea sale conspersa 206.a.b
Hordeum quid 157.b
Hordeacij panis vilitas 52
Horologij sciothrici inuentor 24
Horreum quid 171.b
Horrearius quid 171.b
Hortus conuiuij locus 187.b paupertum macellum 159.b
Hortensij lautitia in cibis 14
Hospes Ὁμοτράπεζος 91
Hospitis nomen æquiuocum 92.b
Hospites non inuiti retinendi 88 post cœnam interrogandi 87.b
Hospitibus inuitatis promissis standum 151
Hospitum exceptorum officia 90
Hospitium renunciare 94
Hospitij antiqui vestigia apud Germanos 95.b coniunctio sanguinis præstantior 91.92.b.93 ius 90.b.92.93
Hospitio excipere Græcè 85.b
Hospitia Græce quomodo dicta 97
Hospitiorum Gallicorum & Germanicorum discrimen 98.a.b
Hospitalis amicitia posteris colenda 90.b
Hospitalis domus, mensæ, sellæ 92
Hospitalitas in Romanis religiosè culta 92.b.93
Hospitalitatis exempla in sacris 84 a.b præcepta 84.85.a.b officia 86.a.b.87.a.b.88.a.b laus 81.b Prouerbia 87
Hospitalium epularũ exempla 81.b
Hospitalia munera, loca &c. 85.b
Hospitalia Romanorum 93
Hostia in Palilibus cæsa nefas 33
Humi discumbendi mos 258
Humanitas mendicis præstanda 146
Hybernæ coronæ quæ 356

Digitized by Google

Hyberniæ epulæ nuptiales inhonestæ 69
Hyemis victus ratio 27
Hymnum canendi post cœnam mos 269.b
Hymni Deorum in coniugijs decantati 370.b
Hypatus mons 278.b
Hypocausta Germanorum 189.b
Hypocrisis Phariſæorum in lotione 248.b in ſalutando deteſtanda 246
Hypothymiades quid 54.b.354
Hyſſopi natura 342

I

IAbelis Hebri Kenæi vxoris ſactum 99.b
Iabenſium moderatio in nuptialibus 70.b
Iacere pro accubare 255
Iacobi votum de decimis 46
Iactus Venereus in talis cur Baſilicus 253
Iain pro ſympoſio 1
Ialchleuenſium Aphricanorum mos in ambiendis vxoribus 138
Iani religio apud veteres 237
Ianuarius cur γαμήλιος Athenienſibus 67
Ianuæ lauro atq; lucernis ornatæ 238
Ianuarum religio apud veteres 235 b. 237
Ianuas claudendi antiqua conſuetudo 236.a.b
Ianualis porta Romæ 238.b
Ibis Aegyptiorum dæmonio dicata 381.b
Ieiuno ventre bibere perniciosum 322.b
Ieiunium verum Baſilio quod 25.b
Ieiunia à pueris nõ requirenda 39.b Iudæorum 25. Sabbataria 64
Ieiuniorum tempus 284.b
Ientaculũ 17.a.b ambulatoriũ 259 antiquorum quale 28 pueris vſitatum 84.b
Ientacula cur dicta collationes 131.b Græcorum tenuia 21.b Iudæis nõ vſitata 26
Ieremias diem ſuum natalem execratur 35
Ἱερεῖον & θύειν quid 283.b.
Ἱεροδοῦλοι 210
Ieci Tarentini luctatoris temperantia 13. cœna 12.b 13
Ichtiophagi ſalluberrimi 160.b
Idololatriæ ebrietas par 317
Ignatij Metelli facinus in ebriam mulierem 318.b
Ignis præſtantia 6
Ignis vnde dictus 183
Imagines in poculis exſculptæ 336 b
Imperatores Rom. aleatores qui 382
Imperatorum Rom. cura annonæ 378 cuſtodes ad fores 236.b victus 53.b luxuria perniciosa 53.b 54 ſtudium in tollendo feſtorum abuſu 129.b
Impij ad cœnas non inuitandi 135.b
Imprecatio in ſacrificijs fœderalibus 104
Imprecationes in eos qui peregrinos lædunt 89.b inter propinandum vſitatæ 340.a.b.
Improborum conſuetudo vitanda 150
Inambulando cibum capere 259
Inauguratio ſacerdotum noſtri temporis luxurioſa 43.b
Inaugurationes regum apud Iudæos 47.b
Incommunentiæ vitium 8.b
Incœnis quid 20
Indorum comedendi tempus 28.b diſciplina puerilis 41 menſæ ſublimes 199.b mos in funeribus 81 precatio 376.b varia ſepeliendi conſuetudo 78
Inebriari quando ſit vtile 316.b
Infames erant ante cœnam edentes Græcis 21.b
Infantis in vtero nutrimentitium fœdiſſimum 36.b
Infantes matrum lacte alendi 36
Infantum nutricationis tempus 36.b
Infantibus quo die nomina Romani impoſuerint 30
Inferiæ quid 77
Inferorũ cibus malua & porrũ 159.b
Ingeniorum ſpeculum 313
Ingenuorum hominum conuiuia 221.a.b
Ingluuies in epulis vitanda 287.b
Inhoſpitalitatis vituperatio 99 exempla 99.a.b.86.81.b
Inimici quoque inuitandi 137
Inſaniæ cauſa ebrietas 314.b. 315
Inſcriptiones Spoleti natalitia publica teſtantes 33
Inſignia puerorum Rom. 38.b
Inopiæ publicæ cauſa ebrietas 316.b
Intemperantiæ incommoda 40.b
Inter os & offam quale prouerbium 55.b
In tergore bouis deſedit Adag. 105
In triclinio choa quid 187.318.b
Inuehito vini 306
Inuitatio ad conuiuium 234.b
Inuitationis modus 141.b
Inuitati ad conuiuium officium 213.a.b
Inuitati cur non inuitatos adducere prohibiti 249.b
Inuitandi conuiuas modus 141
Inuitandorum numerus 262
Ioannis Baptiſtæ acridophagia 166
Ioannis Magni Moſcouitarum principis temulentia 395
Iolas Antipatri filius Alexandro venenum dedit 296
Iob diem ſuum natalem execratus eſt 35
Iobi filiorum conuiuia 114
Iocandi genus duplex 383.b.
Iocoſis cauillationibus cautio adhibenda 360.a.b.
Iones ſaltationum ſtudioſiſſimi 378
Ionicè viuere quid 349
Ioſephus prudentiſſimi Magiſtratus exemplum, 176.b.177 vt fratres conuiuas collocarit 159 b.160
Iouis cerebrum quid 278.b templum & lectiſternia Romæ 128
Iozeoth Heb. quid 174
Irus bihemius 147
Iſaaci ſponſalia 66
Iſmeniæ Thebani adorandi ſimulatio 241.b
Iſmeniæ Thebani virtus 369
Italiæ præſtantia 15.b
Italicæ menſæ 15.b
Itineraria inſtrumenta veterũ 234
Iudaicæ mulieres coquæ 281.b
Iudaicorum ſacerdotum luxuria 45.b
Iudæi à Chriſtianorum conuictu abhorrent 6.b.7 cur Bacchum coluiſſe crediti 63.b cur in ablactatione conuiuati 35.b orantes linteo caput obnubunt 231 poſt ieiunia laute viuebant 25 veſtibus candidis vti ſoliti 222
Iudæorum collegia cur ab Auguſto permiſſa 112.b conſuetudo ſuperſticioſa 248.b conuiuialis veſtitus albus 225.b conuiuia funebria 72.b hoſpitalitas 95 lauatio ante epulas & ſacrificia 248 luctus in exequijs 80.b militaris victus 55 mos inuitandi ad nuptias 141.a.b. mos poſt victoriam 58.b preces ante & poſt epulas 264.a.b.265 ſacra ſupellex preciosa 193.b ſponſalia 65.b.66 victus militaris 56.b
Iudæis Ethnicorum conuiuia prohibita 6.b prandia & cœnæ vſitatæ 25.a.b
Iugarius vicus Romæ 71.b
Iuliani in Daphne luxus 54.b
Iulij Cæſaris epulum magnificum 48 cœna triumphalis 59.a.b diligentia in annonæ cura 178 natalis 33.b
Iuppiter Dapalis 128 hoſpitalis Romanorum 92.b nuptialis 66 prædator vnde 46 φράτριος 110 b ξένιος 88.b.89.a.b
Iuno Cinxia vnde dicta 232.b vnxia vnde cognominata 337.b
Iunonis varia nomina 71
Iuſta vnde dicta 75.b præbere quid Ciceroni 61.b
Iuriſiurandi mos antiquiſſimus 104
Iuuenilem ætatem ſilentium decet 358

K

KIkaion Ionæ quale virgultum 351.b
Kiſiſpaſſa cur dicatur rex Perſarum 291
Kali Heb. quid 55.b

Digitized by Google

Κάτυλος 97.b
Κατιζειν quid 183
Κάτιτος quid 282
Καπνοφάντης 143.b
Καταβόλιμος 130
Κατακλίσεις & κατάκλιμα 86.b
Κατάκρασις quid 272
Κεραυνοσκοπος quid 271.b
Κέρμις pincerna veterum 207
Κεκλισεῶν 3.b
Κεχλίζειν quid 161
Κλιτώριοι 3.b
Κοινωνία 7
Κόλαξ vnde dicatur 143
Κόλλυβος quid 197
Κίστη & Κοφίνι quid differant 236
Κουρεῶτις Athenienſium 38
Κρατὴρ vnde 207.b
Κροκοδίζειν 143.b
Κτίρισμα parentationis genus 73.b
Κύβοι 3.b
Κῶλα victimarum partes 283.b
Κωμάζειν quid 20.a.b
Κωμᾶν quid 111

L

LAbani & Rebeccæ hoſpitalitas 84
Lacinia tenere prouerb. 141.b
Laconis dictum de accubitu 263.b
Lacones cur paraſiti 144
Lacedæmonij cur bibendo armabantur 57
Lacedæmonij Græcorum præſtantiſsimi 377.b
Laconica cœna 13.b
Lacedæmonij quare comam aluerint 38.b
Lacedæmonijs propinationes veritæ 342.b
Lacedæmoniorum erga hoſpites benignitas 92.b
Lacænæ nutrices olim præſtantiſsimæ 37.b
Lachrimæ quando decoræ 367.b
Λαχανοπαλῶσι 160
Lacuna Cellæ vinariæ 172
Lactatio infantum miraculoſa 36.b
Lactis materni vis 37.a.b. vſus 56.b. eſus 162.a.b
Lactaria fercula quomodo ſumenda 281.b
Lactuca Veneri contraria 296.b
Lactucæ vſus 276
Lagenæ è filis radicum fici 332
Lactantij ſententia de Vaſis in ſacris 194
Lanius & Lanio quid 182
Lanienæ quid 174.b
Lapide fœdus & iuſiurandum olim fiebat 104.b
Largitionis peſtis 48.b
Lares pileati 230
Laridum quid 52
Latinæ eccleſiæ benedictio menſæ 266
Latinorum in edendo conſuetudo 21.b.22
Lauri virtus 353
Lautia qualia munera 93.b
Lautitia quid & vnde dicta 220
Lauare pedes pro ſordido miniſterio 247.b
Lauacri ſancti nomina 226
Lauationis materia 250.b
Lauationum vſus 217
Lauandi hora Rom. 23
Lanx quid 282.b
Lazari & epulonis Parabola euangelica 146.b
Lazarus vnde dicatur 146.b
Læna veſtis qualis 227.b
Λειτουργία quid & vnde 203
Lechem pro conuiuio 1
Lectus Sella commodior 258
Lecti auro & argento operti 256.b
Lectorum apparatus 257 in conuiuijs numerus 258.b inter epulas vſitatorum nomina 255.b
Lectiſternia quid & quomodo facienda 128.b
Lectiunculæ veterum inter epulas 364
Lectiſterniator qui 205.b
Legatis cur vitanda ebrietas 101
Legem Dei totam ebrietate violari 317
Leges canonicæ ſalrationes prohibent 380 cibariæ quæ 156.b frumentariæ, 133 inſanæ comporationum 154 ſumptuariæ 11.a.b
Legislatorum de conuiuijs inſtituta 6.b
Legumina quid 8
Lælius Strabo Brunduſij primus auliariorum author 170
Lemuria & Lemuralia quid 77
Lentis deſcriptio 158.b.159 56.b
Lentis leguminis eſus quid præſtet 73
Lenculorum nomina vnde 56.b
Leporina caro 161
Leporaria 70
Leuana Dea quæ 29
Leucanorum hoſpitalitas 94.b
Leuiticæ tribus ſtipendium 46
Lex regio Prouerbi 141
Libarius coquus qui 182
Libare proprie quid 268.b.269
Libatio in fœderibus 104
Libationes Ethnicorum 268 in fœderum contractu 104 mellitæ 163 non vino ſed alijs liquoribus factæ 270
Libationum genera 268.b.269.4.b vſus 272.b
Ligare & diſſoluere cingulum quid 233.b
Liberalia feſta quæ 122.b
Libidinis fomes vinum 315.b
Ligneilecti qui 256.b
Lignea pocula veterum 331.b & fictilia vaſa in ſacris 193
Liguſtri coronæ 353.b
Λίνεα 121
Liliorum coronæ 353.b
Limentinus Deus qui 237
Linguæ cur Mercurio ſacrificentur 237.a.b
Linum candidum quale Prou. 223.b
Linteorum vſus 220
Lipſenſis collegij mos inter epulas 364.b
Liquores corporibus grauiſsimi 219
Lituanorum mos precandi inter epulas 267.b
Liuonum ritus in exequijs 75
Locus conuiuialis 184.b.190.a.b. 191
Loci in conuiuijs gradus 263
Locuſtarum damna 163.b.169. eſus 166.b.167 genera ibidem 168.a.b
Locuſtiuori populi 165.b
Λοιβάτιον quid 268.b
Λοιβάδειν quid 271
Lomentum quid 158.b
Longobardorum comæ depoſitio 38.b
Loquendi formæ in propinationibus 344.b.344
Loquacitas in conuiuio vitanda 356.b
Loquacitatis vanæ cauſæ 313.b
Loro corpore conuiuiandum 217
Lothi hoſpitalitas 82
Lucernarum vſus, nomina 389.b 390.a.b.24.b mentio apud authores vnde? 24.b
Lucernaria vita quid 384.b
Lucifugæ homines qui ibid.
Luci olim conuiuiorum & ſacrificiorum locus 187.b
Lucus Tigurinæ vrbis 187.b
Luculli triclinium Apollineum 189.b
Luctus ſigna apud Iudæos 72.b
Ludus Structorius quid 286
Ludi conuiuiales duplices 380. b. quibus exercentur corpora 83
Ludorum genera 381.a.b
Lugentium habitus Hebr. 229
Lupercorum ſodalitas 112.b
Lurconum exempla 291.b
Luſus aleæ prohibitus & conceſſus 382. a.b Rom. quando habitus 23.b
Luſtralis aquæ vaſa 249.b.259.a.b
Luſtrationis modus 30.a.249
Luſtricum & Luſtrarium quid 29.b
Luſtricus Baptiſmi dies Germanorum improbandus 3
Luſtratores quid? 30
Λύτρον παλιγγενεσίας 31
Luxus ſupellectilis vitandus 191.b Perſicus 48. Sabbatarius 64
Luxuria diuerſoriorum coercenda 99 peſtis in militia 53. b. 54. quæ vituperanda 16.a.b quorundam illuſtrium 16 Romanorum 335
Lycaonis fabula 92.b
Lyciæ laus 188
Lyctus vrbs Cretæ 108
Lycurgus oculo priuatus 108.b
Lycurgi ratio educandi pueros 48

Digitized by Google

lex de conuiuijs in propatulo 188
Lydi caupones primi 97.b ludorum inuentores 381.b
Lysius cur dictus Bacchus 314
Αὐτοὶ θυσάδες quid 267

M

MAaphe Hebr. quid 179.b
Macellū & Macellarij quid 174
Maiora pocula post minora capiendi mos 340.b.341
Macedones saltatores 378.b
Macedonum lex militaris de cingulis 233
Mæsonicæ cauillationes quid 180.b
Mæschruta Heb. quid 67
Machometanorum in victu superstitio 297.b
Magacreontis Abderitæ dictū 21.b
Magister conuiuij 152.b
Magistri conuiuij electio 152.b.153 a.b munus 153.b.154.a.b nomina Græca 152
Magistri conuiuij vnde dicti 153
Magistri τῆς ἑταιρίας 286
Magistralia conuiuia 45.b
Magistratuum petitorum vestitus 223 b
Magistratibus gula in primis fraudi est 290.b
Μάγειρος quid 180
Μαγειρίνη quid sit 283.b
Magnæ Deûm Matris Sacra 127
Maius Mensis veteribus inauspicatus nuptijs 72
Μαλακόλαξ 143
Malluuium quid 251
Mammeæ diæta Alex. Imp. Romanæ matris 189.b
Mancipij vilitas 181
Manducare quid & vnde 287
Manducandi tempus apud veteres 21
Manichæorum abstinentia à vino 320. certis cibis 297.b superstitiosa oratio 265
Manumissionis vestitus qualis 223
Manus lauandi modus 251.b.252
Manus naturalis hominis poculum 331
Manuum ablutio obseruanda 250. 248.385.b apprehensio in salutationibus 242
Manibus cibi decore sumendi 288
Mappæ quid & vnde dictæ 201.b
Marcionitarum superstitio 297
Marcipanes 84
Mardocaicus dies qui 115
Marinæ aquæ natura 217.b
Marius potator 23.b
Marmoreæ mensæ 200
Marcia quercus 188.189
Marcialis sacerdos vnde dictus 263
Marsilij dicta de conuiuijs 6
Martyrum festa 80.b γενέθλια quæ 35
Martyrij candida quid 224
Massagetarum crudelitas in ægros 78
Maske Heb. quid 206.b
Masiniſſæ diæta 53.b
Masilienſium mos in sponsalibus 69 prudentia 100 in exequijs ritus 74.b78
Mastigophori qui 112
Matrimonia contrahendi mos in conuiuijs 69
Matrimonijs ebrietas damnosa 320.b
Matris familiâs officium 172.b 179.b
Matronalia festa 125.126
Matrum munus in nutriendis infantibus 37
Matutini temporis commoditas 184.b
Maximiliani Austriaci II epulum Cæsarianum 49.b
Mazah Græcorum quid 83.a.b
Mazones cœnæ Archadicæ 84
Mazoth Heb. quid 82.b
Μάζης Ethymon & deriuata 84
Mecœnatis munera natalitia Augusto missa 32
Mebaschelot Heb. quid 182.b.179.b
Medica abstinentia quæ 293.b
Medica mensa 10.b.15.b
Medicinæ tres partes 185.b vinum seruit 308
Medimni Attici portio 56
Medicorum & coquorum diuersi fines 180.b veterum instrumenta cornea 331.b
Μέθυ quid 305.b
Mel syluestre quid 56.b
Mellis descriptio 56.b esus 162. b. Prouerbia 163
Mellaria quid 170
Mellificatio in cadauere leonis 163
Melicæus Catulus. Prou. 383.b
Meliti scholia 372
Melilotinæ coronæ 352
Melodia Romanorum improbanda 370.b
Melsar Danielis & sociorum fidus custos 41.b
Mendici Euangelici & Homerici comparatio 146.b notatio 146.b
Mendici conuiuæ 145.b qui tolerandi 147
Mendicorū epithera Homerica 146
Menelai hospitalitas 86.b
Mensa aurea Aesculapij à Dionysio rapta 386.b credentia Papæ 43.b Domini in nouo Testamento 197 b.198 Ethnici pro ara vsi 198. hospitalis 89. Mosaica 197.b Persica 15.b res sacra 5. sacra Iustiniani 194. vnde dicta 196.b
Mensæ apponendi remouendique mos veterum 202 secundæ inuentores qui 349 significationes in sacris 195.b vsus in conuiuando 255. b alteræ quid 279 damnosæ quæ 196. b lignea in sacris Rom. 193 rotundæ & quadratæ 199.a.b sacræ quæ 197.b superstitiosæ 198 Syracusanæ 15.b vasorum 198.b
Mensarum in templis vsus, dedicatio 198.a.b
Mensis secundis olim propinationes vsitatæ 345
Mensurarum nomina 337.b
Mentis speculum vinum 313
Meraci vini potatio olim probrosa 329.b
Meraca libatio cur alijs dijs data 269.b
Mercurialia sacra 125
Merenda 19. a. b Iudæis non vsitata 26
Meretrix cur nonaria 23
Meretricia conuiuia quæ 20.b
Meridio & meridior quid 19
Meridiana conuiuia 18.a.b.19
Meritoria cœnacula quid 186
Merum quid 19.b.306
Mescharethim Heb. quid 202.b
Meseb pro conuiuio 1
Μεσυχυδορτοχίσται 143.b
Μετάπιστον quid 385.b
Micis sub mensa saturari 147.b
Miliarium quale vas 303.b
Milites cum imperatoribus vescebantur 53.b
Militum luxuria pernicioſa 53.b.54 castigatio 52
Militaris disciplina apud Rom. inuictu 51.b. saltationis vsus 377 Turcarum victus 55
Milium quid 158
Miraculosa abstinentia 298
Mimi conuiuiales 381
Minæ inter propinationes vsitatæ 344
Ministri à voluptatibus 208.b mensis eleganti vestitu olim adhibiti 211 vnde dicti 204
Minutia frumentaria quid 133.b
Ministrorum conuiuij dura conditio 327. b conuiualium gradus 208.b hospitij in Gallia dignitas 208. b in primitiua ecclesia victus 47 vinosorum calamitas 320.b
Ministerij conuiualis ratio 202.b
Μαγαγωγεῖν 146
Μαλοφαγίαι sacrificia 62.b
Mithridates fœdere à Rhadamisto deceptus 105.b
Mithridates Bacchus cognominatus 312
Mithridatis antidotum veneni 206
Missus quid 274.b
Missæ vox cur cœnæ dominicæ attributa 236.b
Mischte pro conuiuio 2
Mistheiain Heb. quid 57
Mixtio vini à natura quomodo sit variata 329.a.b
Moab cur olla Dei 248
Modestia in mensa seruanda 287.b
Modiperator quid 152.b

Digitized by Google

Moderatæ potationis cõmoda 343
Modij tritici pondus 56
Mola salsa in sacrificijs 106
Monachorum & Monacharum luxuria 45.a.b. nuptiæ 43.b.45.a.b
Monialium κοσμήσεις 38.b. vestitus mutatio 39
Monoceros Iudorum 331.b
Monomachiæ in conuiuijs Roman. 383
Monophagia quid 127.b olim probrosa 8.b
μονόσιτοι 27. quibus sit noxia 27
μονόσιτοι qui? 26
Montanistarum superstitio in victu 297
μύκημα 152
Mora qualis fructus 276.b
Moralis abstinentia quæ 293.b
Mors in olla quid 159.b
Mortis dies Christianis celebris 33.b
Mortuorũ natalitia celebrata superstitionum causa 34
Mos antiquus lac, mel, vinum, panem Eucharisticum dandi infantibus 31.b
Moscouitæ choreæ osores 380. pueris septem annorum dant Sacramentum 31.b
Moscouitarum regum mores in conuiuio 285.b victus militaris 55
Moscouitis symbolum amicitiæ panis 105.b.106
Mosynorum hospitalitas 95
Motus post cœnam ratio 390.b
Mulieris probæ in culina officium 181.b
Mulieres cur bina habeant vbera 37 Græcorum cum viris non accumbebant 137.b in conuiuio permutandi mos 138. silentium decet 358. quomodo collocandæ 161.b
Mulierum caput aperiendi & tegendi mos varius 231. 232. in potandi agone impudentia 328. fucatio 211.b quæ lactare nõ possunt officium 37.b
Mulieribus Rom. olim coquere vetitum 181.b
Mulsi vsus 163.279.b.56.b
Mundo renunciare quid 45.b
Munus septem solidorum quid 57.b
Muneris conuiualis descriptio ex Tacito 154.a.b
Munera esculenta emittendi mos 91.b hospitibus danda 32. Saturnalitia 125
Munuscula circumcisis Turcarum infantibus dantur 31. pueris recens natis data 29.b
Munerum conuiualium, quæ Apophoreta 388.b.389
Murrhina vasa 334
Mures quasi parasiti 145
Muscæ parasiti 145
Musalam circunciforum apud Turcas nomen 31
Muscaria instrumenta 208.b
Musica epulis accommodata 373 in conuiuijs 23.b. conuiualis Romanorum 372.b. cœna 13
Musicæ abusus 370.a.b.374.b laus in sacris, diuisio, vis, vsus 368.a.b. 369.a.b. conuiualis vsus apud Rom. 372.b.25.b
Mustacea placentæ genus 67.b
Mustelarum esus 166.b
Mustum semper dulce quomodo cõficiendum 326.b
Mutitare conuiuia quid 124
Mutitandi vox quid & vnde 62.b
Myconiorum more ad conuiuium venire quid 142.b
Myodes quis 142.b
Myrtus cur Veneri sacra 59. inter canentes circumferri solita 371.b pro verbena in fœderibus adhibita 164.b
Myrti coronæ 352
Mychragyrtæ qui 148
Mysiorum superstitiosa abstinentia 295.b
Mysteria ablactationis puerorum 36

N

NAbuchodonozoris sapientia 41 a.b
Nazaræorum vestitus albus 228.b
Nardi coronæ 351.b
Nardini olei præstantia 347.b
Nasamonum turpitudo in nuptialibus 69
Nasak Heb. quid 269
Nasturtij vsus 55. esus apud Persas 40.b
Natales celebrandi ratio vera 34.b
Natiuitatis dies execrandus 35
Natalis Christi vt hodie celebretur à Christianis 34.b
Natalis diei summa hilaritas 32.b
Natalis sacrorum 43.b
Natalitia cum publica tum priuata 33.b. conuiuia luxuriosa 32.b.cõuiuia quibus Gentibus vsitata 32 Iudæorum 32. publica veterum 33. quando & quomodo à Christianis celebranda 34. Christianorum nostri temporis 34. quomodo celebrata 33.b
Natalitium mos antiquus 29
Natalitiorum vestitus apud Romanos 225
Naucratitarum in nuptijs mediocritas 70. inter epulas religio 267 sysitia 111. vestitus 224.b
Nazad & Nazan Heb. quid 186
Nazaræi carnibus abstinentes 297
Nazaræorum κοσμήσεις 38.b
νομανία quid & vnde 115.b
Nectar quid 264.b
Nestoris poculum 337
Nigri coloris significatio 222.b
Nigrarum vestium vsus in exequijs 222.b
Niuatæ aquæ quæ veterum deliciæ 301.b.302
νίπτειν & ἀπονίπτειν quid 251
Νοχύσια festum ferale in Bithynia 74 Νομάδιον 15.b
Noachus vini fator 306.b
Nobilium conuiuia 314
Nocturna conuiuia 14.16.a.b
Nomadum rusticitas 243.b
Nothinalium solennitas Romanis 30
Nomina cur infantibus post septimũ diem imposita 30. iis salutationibus vsurpari solita 239.b
Nomenclator in conuiuijs qui 262 139.140.b
Nonæ Caprotinæ festum Romanorum 125
Nordmannorum fraus in America 79
Nouilunia Atheniensibus honorata 116
Nouendialis Romanorum 76.a.b
Nox à Romanis dea credita 115.b
Nucis natura & qualitas 281
Nudipedalia quid & vnde 64
Numa collegiorum artificũ author 112
Numerus conuiuarum 139
Numeri septenarij ratio 139 ternarij ratio 138.b
Numerorum veteres obseruantissimi 139.b
Numidarũ locus obseruantissimus 262.b regum superbia 246
Numina nuptialia 71
Numulariorum Romæ ratio habita 197
Nundina Romanorum dea 30
Nundinalis coquus quis 181.b
Nundinariæ epulæ 116
Nuptiarum finis præcipuus 71.b
Nuptiarum spiritualium descriptio 67
Nuptialis vestis Christo quid 228
Nuptiales epulæ 15.b
Nuptialium conuiuarum numerus 146.b epularum vsus & abusus 69. b. 70. a.b festinitarum luxus infinitus 70 b.61.b
Nuptialia Iudæorum conuiuia 66.b
Nutrices quales eligendæ 37.b
Nutricum vitia in infantes derivata 37
Νυκτίλια Bacchi sacra 121.b

O

OBesus qualis vox 41
Obesorum pœna apud Spartanos 42
Obsonium quid, & obsonare, & vnde dictum 173.a.b
Obsonandi modus 178.b.179
Obsonatores ministri qui 205
Obsonitor quis 173.b
Odi memorem compotatorem quale Prou. 273.368
Odilo Monachus Cluniacensis 76.b
οἰνοτίας quid? 37.b
Octonarius conuiuarum numerus 139.
Oeci quid 185
Oeconomi prudentis officiũ 169.b

Digitized by Google

Osilij Hilari mors operosa 303
Officia hominum duplicia 42.b
Officiorum gradus apud Rom. 92.b
Οἰκέτης propriè quid 203
Οἰνηρία qualis festiuitas 38.b
Οἰνόπται Athenienſium 207
Οἰνόπτας 152.b
Οἰνοχόη vas 206
Oleribus veſci olim qui ſoliti 159.b
Oleum cibarium quid 156.b
Olei diſtributio apud Rom. 133.b natura 210
Oleo nitidius quale Adag. 349
Olearij in velabro Prou. 349.b
Olitores qui 175.b
Olitorij conuiuij exemplum 160
Olla cuprea in Moſcouia 134 pulmentaria Tiguri 134 ſalutationis ſpecies 242
Ollæ amicitia Prou. 143.b
Ollæ Rhodiacæ 333
Omaſum bubalum 161.b
Omophagia Bacchi ſacra 121.b
Ὀμοφάλακτες 111
Omuli dictum ad Antoninũ Pium 247
Ὀνομαστήρια 29.b
Onix quid 348
Ὀξυφαβον quid 163.b
Opalia & Saturnalia cur ſimul celebrata 124.b
Ophe Heb. quid 179.b
Ophiomachus quid 167.b
Opificum & mercenariorum luxuria 60.b
Ὀψον quid 16.b
Ὀψονεῖν quid ſit 173
Ὀψώμοι 177
Ὀψώνους & ὀψωνίους 180
Ὀψοσπύλιοι 174
Ὄσλα 191.b
Opſophagia Romanorum 160.b
Opſonatores qui 173.b
Oporatheca quid 171.b
Ophim Heb. qui 182
Ὀστατῆον quare dicta culina 183.b
Ὄπτησις aſſatio vnde 183.b
Ὀυλοχύται quid 106
Operarijs ientacula & merenda vſitata 25
Ὀργια 121
Oratio Dominica qualis 266
Oratio ſocietatis humanæ concilia trix 355.b
Ordo in conuiuijs collocandis 260.b
Ὀργιαστικὰ δεῖπνα 111
Ὀργιάζειν quid & vnde 111
Ὄρχησις quid 375.b
Orchia lex de conuiuarum numero 140.b
Organorum Muſicorum ratio 368.b
Orientalium mos vina condendi 172.b panes 283.b potus factitij 322 vinum miſcendi conſuetudo 328.b
Origines contra Natalitia 33.b
Ὀρκια τέμνειν quid 103
Ornithones quid 170
Ὀρνεοθροφῶον 170
Ornitogonia quid 170
Orphei cantus 373
Othmaria Chriſtianorum feſta 122.b
Oſcilla Chriſtianorum 126.b
Oſcula fraudulenta 244
Oſculandi genera 241.b. 244.b. 243.b
Oſtrea cur primo comeſta 276
Ὀφθαλμοὶ in conuiuijs quid 152.b
Oua prandij principium 276.b
Ouationis ritus 59
Ouium præſtantia & laus 62.b tonſura apud Iudæos 62
Ouile 170
Ozar Heb. quid 171

P

Pacificum ſacrificium quid 116.b Patificale Papiſtarum 244
Pactilis corona prectioſiſsima 350
Παμφάγοι 169
Πανδοκεύτρια quid 29
Pędagogi boni exemplum 41.b
Pædeorum immanitas 78
Palmirum feſtum apud Iudęos 63.b
Pallium veſtis Græcorum propria 227.b
Pallia qualis veſtitus 227
Panaria quid 133
Panaria ebrietas quæ 311
Panarium quid 171.b
Panathenæ Athenienſium 127.b
Pantherina menſa 201
Panerharij Gallorum dapiferi 206
Panis ceremonia in nuptijs 105.b conficiendi ratio 164.a.b cum melle Attico quid 28. gradilis quid 133.b hordeaceus 157.b Iudaicus 184 & aqua pro quouis cibo, &c. 155 & placentarum genera 163.b & ſal amicitiæ ſymbola veteribus 105. b. militaris genera 50 particulæ Græcè 147.b vtilitas 286 vſus ad manus abſtergendas 251. a.b.
Panes frangendi mos 283.b
Pandemij qui 145.b
Πανδοχεῖς 97.b
Παρασιτεία 15
Panicum fructus 158
Papyrius Curſor Solarij inuentor 26.b
Paranymphus quid 66.92
Paraſiti voluptatis miniſtri 208.b
Paraſiticæ artis definitio 145.b
Paraſitorum nomina, mores, natura 142. b. 143. a. b. 131. b. 210. 144
Paraſitium qualis locus 143
Παραγκονίζον 143
Parentalia quid 73.75.b
Paries dealbatus quid 224
Parilia ſiue Palilia feſta quæ & vnde dicta 33
Pariſiorum vinum theologicum 43
Parochus in conuiuijs quis 152.b
Πάροχοι qui 91.b.92
Paropſis quale vas 282.b
Partes quæ olim honoratiores 285
Parthi canum more à regibus ſuis paſci ſoliti 147.b
Parthorum mos mirabilis 258.b
Paſcha cur hodie celebretur à Chriſtianis 115
Paſchatis hebdomada Quaſimodo dicta 226
Paſchale conuiuium 114.b
Paſtarma Turcarum in bello victus 55
Paſtorum eccleſiæ intemperantia 45.b
Patera in propinationibus vſitata 343.b electrina Cor. Macri. 334.b
Patellæ vſus 282.b
Πατὴρ vnde dictus 239.b
Patrum familiâs cura præcipua 169. b Sanctorum ſententię contra ſaltationes 380. a. b teſtimonia de conſecratione menſæ 265.b
Patroni artificum apud Chriſtianos 60
Pauo crudus in balneo, quid 220.b
Pauo inter edulia delicatiſsimus 161.b
Pauli Aemylij Imperat. induſtria 260.b
Pauli Aemylij epulum victoriale 59
Pauli doctrina de præparatione ad cœnam 213.b
Paupertatis parens Gula 291
Pauimenta floribus conſtrata 190.b marmorea veterum 190
Pax cur dicta cœna dominica 7.b
Pecunia Pryranæa 132.b
Pecunias in bakeis geſtandi mos 233.b
Peccata populi comedere quid ſit 45
Pedes oſculandi mos 244.b
Pedum lotio Iudæorum abrè cœnam 247 exoſculatio 243. b vnctio qualis 349
Peloria feſta quæ 125
Peluſiacus potus quis 321
Peluſiotæ Aegypti ſacerdotes cæpis abſtinentes 296.b
Pelluuium quid 251
Pendens vinum quid 172.b
Πενθετήρια 38.b
Pentecoſtes feſtum Iudæorum 63. 115
Penus quid 156.b.172
Penulam ſcindere, Prouerbium 141.b
Peniculi miniſtri qui 205.b
Pera mendicorum 147
Peregrinus olim hoſtis dictus 93
Peregrini cautè excipiendi 99. b & 100
Peregrinorum duo genera 100.a.b quatuor genera 91

Digitized by Google

Peregrinos excipiendi ratio duplex 96.b
Peregrinantium aduentendi tempus 235.b
Pericles conuiuiorum osor 8.a.b
περιδείπνον 73
περισταλαγμὸς sacrificium 62.b
Perpetua mensa quid 200
Persea arbor Aegyptiaca 101
Persæ Anapaptistarum Patroni 31 inter epulas fœdera faciebant 105 semel in die soliti fuerunt edere 26
Persarum educatio 40.b in conuiuio locus primus 262.b luxuria in vasis 192.b Magorũ cibus 159.b mos in conuiuiis inuitandis 137.b natalitia 32 oscula 244 potus puerorum 40 regis lecti luxuriosi 257 ritus in exequijs 78
Persici descriptio 181
Persici reges æstate in Ecbatanis hyeme Susis agebant 189.b
Persicorum regum inaugurationes 47.b luxus 48
Personæ coquentes cibum 179.b
Personæ sibijnuicem propinantes 327.a.b
Personæ quæ inuitandæ 135
Pes Pyrrichius vnde dictus 377
Pescennij institutum in militum victu 51.b diæta 53.b seuera disciplina militaris 54.57
Pestes Reipub. qui 176.b
Petitores cur candidati dicti 224
Peruanorum stultitia in exequijs 79
Perulgilia in potu 384.b
φάτνη 170
Phagesia Christianorum 122.b
φακοπτυσάτη quale edulium 56
Phallonitrobulum turpe poculum 336.
Pharaonis natalis dies 33.34 filiæ lauatio 220
Pharisæorum lauandi consuetudo 248
Phæacum mos in inuitandis conuiuis 138
Phiditia vnde dicta 108.b
Phiditiorum author 108.b
Philadelphi regis factum ὑδροποσίας 301.b
Philippus rex vmbras ad conuiuium adduxit 149.b vino furiosus 319 Alexandrum filium ob largitionem taxat 48.b
Philosophorum conuiuia acroamatica 363 luxuria 16 Syssitia 371
Philosophandum ne sit inter pocula 361.b.362
φιλοτησία quid. 387.b.323.b
Philoxenus homo edacissimus 218
Phoci conuiuium 10.b
Phisicillus panis genus 109
φρατρία siue φατρία quid 110.b
Phratriarum Athenicum Curijs Romanorum comparatio 110.b
Phreneticorum remedium 369
Phrygum immunitatis signum 238.b
φῦσαι quid 37
Phyliaria corona 353
Pius Monachus ambulando cur cibum sumpserit 259
Pij cæsaris ientaculum 28
Pilati ablutio manuum 249
Pilæ inuentor 381.b
Pileus quid & vnde dictus 229 b
Pilei seruorum in Saturnalibus 125
Pileum nobilitatis symbolum 230 sacerdotij 230.b
Pili cur ex hostiarum capitibus abscisi 103.b
Pilicrepi in balneis qui 220
πίνακες quid 282
Pincerna quid 206.b
Pincernæ munus 207.a.b.208
Pisces cum oleribus noxij 281.b saluberrimi qui 160.b
Piscium esus 160.a.b prouerbia 180.b
Pisciña Hierosolymis 219.b
Piscinæ quid 176.b Romanorum 219.b
Piscarius quid 181
Piscatorij ludi qui 174
Pistores quid 181. b
Pisatidarum muscarum natura 142
Pisonis sordes 166
Pisistrati discordia cum filijs 362.b
Pistor dulciarius & lactarius quid 182
Pittaci de lingua iudicium 273.b
Pithægia festa quæ 121.b
Pituitosi famis tolerantes 27
Placenta nuptialis quid 67
Placentæ sacræ quæ 83.b
Plagipatidæ 144
Platanus apta conuiuijs 188.a.b
Platæensium ritus in exequijs 75
Plato Italorum vocacitatis admirator 21. b Musicæ improbator 373
Platonis doctrina de Hospitalitate 91 leges de nuptialibus 70.b.71 natiuitas 32 Symposium παιδύκιον 384.b
Platoni saltationes exosæ 379.b
Platonica cœna 13.a.b
Plutarchi præcepta de Magistro conuiuij 153. b. inuitatione conuiuarum 140
Plebs pileata in Saturnalibus 230
Plectilis corona quæ 350
Poculum Christo in cruce propinatum 341.b 342 vltimum inuitationis Christianorum 387.b
Poculum, ὑγεῖαν quod 386 & Δίος σωτῆρος. ἀγαθῆ Δαίμονος 38.6.b. 387 a.b.227.b.92
Pocula coronare quid 354. b. ex cranijs 331.a.b magna apud Hebræos 337.b metallica 333.a.b ex Succino seu Electro confiata 334.b in amicorum & amicarum gratiam propinata 339 singula singulis conuiuis danda 341
Poculorum nomina varia 331
Poculentorum genera 165.333
Pocillator quis 208
Ποδαγροφία quid 68.b
Pol Heb. quid 56
Polenta quid? 55.b.157.b
Politica Romanorum collegia 111.b
Politicæ abstinentia vsus 293.b
Πόλται ἢ πωλητήριοι 55.b
Polybius Africani præceptor 6
Polypus quasi Parasitus 145
Pollionis Romulli longæuitas 162.b
Pollinctura & pollinctus quid 75.b
Pollucis epitheta Parasitos describentia 145.b
Pollucibilis cœna 14
Pomaria quid 171.b
Pontificum gentium ritus in exequijs 78
Pontificis Max. inauguratio apud Iudæos 42.b
Pontificis Rom. solenne conuiuium 43.b.44.a.b
Pontificalis cœna vetusta 43 locus semper summus 263
Pontificales cœnæ 15.b
Pontificalia conuiuia Romanorum 42.b.43
Popæ qui dicti 210
Popius quid 174.b
Populi ebriosi 317.b
Populorum hodierna edendi hora 26.b
Popularis cœna 14.b
Portæ Heb. forum rerum venalium 175
Porci Troiani descriptio 51
Porcij Catonis temperantia 54
Portionum æqualis distributio cur laudabilis 284.b
Portumnus qualis Deus 237
Posca qualis victus 52.b.380.b
Postium cultus apud veteres 237.b
Potina puerorum dea 36.b
Potus calidæ cur à veteribus vsurpatus 304.b frequens aquæ frigidæ noxius 303 varia genera 299.b
Potu num cœna sit terminanda? 388
Potationis abusus, materia, & nomina varia 300, 298.b.299
Potationum nuptialium, & choreæ abusus 70.b
Potatores vitreis maximè delectari 333.b vinum mixtum vitant 280 magni à mensuris cognominari 338.a.b
Potatorum misera conditio 316. b 325.a.b
Prandium militare vnde dictum 53. 57.b. Passerinum 13.b. pro gustu 275.b
Prandiolum 17.b
Prandij condimentum 21.b. duplex significatio 19. & cœnæ contrarietas apud patres 25.a. & b. significatio 19. largitas

Digitized by Google

Sessionis instrumenta 253
Seueri Imperat. disciplina militaris 54
Sehudah pro conuiuio 1
Sextans quid 337.b
Sedes mendicorum priscorum 147
Sedere ad pedes alicuius quid 210.b
Sedendi mos antiquus in conuiuijs 252.b.253 mos in sacris 253.b
Seleucides aues locustis vesci 167
Sellæ & Mensæ fabricator 196.b
Senatus Prytaneasis Athenis 109.b
Senatores Soleati 228
Senatoria conuiuia 48
Sicilia Romanorum cella penuaria 171
Siculorum voracitas 21.b
Sidra potionis genus 321.b
Sigillaria quid 125.b
Sigillata pocula quæ 336
Sigmatos vocis interpretatio 199.b
Signa & sigilla quid 336
Signa boni cerebri quæ 322.b
Silatum 17.b.18
Silentium in cubiculo non conuiuio 356.b perpetuum in conuiuio vitandum 356.b
Silentij vtilitas 357.b.358 perpetui in conuiuio vitium 358.b
Silere inter pocula 314
Silicernium quid 75.b
Siligo quid 158
Similia ducta à locustis 167.a.b
Simultates conuiuijs sublatæ 8
Sippoth Heb. quid 56
Sitalcam canere 377.b
Sitis potus condimentum 299.b quomodo restinguenda 52.b quid 299 eius incommoda 299.b
Σιτοποιοὶ qui 182
Σιτοφύλακες qui 177
Σιτομήτριον 61.b
Σιτόνια 177.
Sittim quale lignum 200
Sisinnius Nouatianorum Episcopus mollis 225.b
Σκῆμμα quid 220.b
Sobrietas in nuptijs 71
Socigena cur dicta vxor 71
Socrates vnguentariæ ofor vmbrarum author in conuiuijs 149.b
Sodalium sacerdotum nomina 111.b
Sodalitates Germanorum 113
Solarium quid 26.b
Solearum vsus apud antiquos 227 b.228 depositio in conuiuijs 229
Solennitatum descriptio Tertulliani 30.b
Solis mensa Aethiopum 113.b.128
Solutionis zonæ symbolum 232.b
Somnus concoctionis adiutor 28
Somni post cœnam ratio 390.b
Sonah Heb. quid 175.b
Soni inciuiles quid, & cur vitandi 367.b
Sonorum musicorum genera 368
Sordes in supellectili 194.b
Sordidi pro vulgo 22.4.b Ciceroni qui 176
Sordities Græculorum 9
Sortes conuiuales 583
Sortium dies apud Iudæos 115
Sotherici lecti qui 256.b
Spartanorum puerorum potus 40 41 Syssitia 108.a.b χιτωνίσκοι 285 oscula 344
Spartanos quid perdiderit 55
Spharica qualis ludus 378.b
Spenda Scaffusianorum 134
Σπόνδειον quid 268.b
Speculis figurata pocula 336.b
Spiridonis filia lauit hospitum pedes 247.b
Splenis descriptio 367
Spondæus pes vnde dictus 270.b
Σποντεῖον quid 268.b
Σποῦδαι Græcorum quid 103.b
Σποῦδη fœdus & libamen idem 272.b
Σποῦδιος qui 271.b
Σποῦδοφόροι qui 271
Sponsalitia conuiuia 65.b
Sportæ quid & vnde 173.b
Sportula pro salario iudicum 132.b
Sportulæ Christianorum 134
Sportulæ quid 132
Spureum vinum quod 269.b.330
Σπύρις vnde dicta 130
Stabulum quid 97
Stabulariæ mulieres quæ 97.b
Stacte vnguenti genus 349.b
Standi mos inter epulandum 259 254.b
Stercorinori Medici 169
Stibadia quid 256
Stipendia eorum qui sacris operantur 46 in Christianismo vnde 47
Stolæ albæ Symbolum 225.b
Stragularum vestium luxus 257
Strangulatoria conuiuia Germanorum 35
Strategus in conuiuijs 152.b
Stratonici Citharœdi dictum 85.b
Strena quid, & vnde 125.b
Strenua dea quę ibid.
Strigilis rubiginosæ vsus 218.b
Structores in conuiuijs 206.286
Struthionum ova in pocula mutata 331.b
Studiosis alimentum copiosum noxium 280.b
Stultus inter pocula non tacet 314
Subdiri ebrietate ferocium 320.b
Substantia conuiuij quæ 287
Succidia quid 52
Suatoslai Rutenorum principis seueritas 54.331.b
Suecorum hospitalitas 95.b
Suffibulum vestis genus 223
Suile 170
Suizeri Suecorum coloni 95.b
Sumptuariæ leges 11.a.b.178
Susannæ lauacrum 220.a.b
Susæ vrbs Medorum 335.b
Susceptorum nomen Christianis vnde 31.b
Sunamitis vidua 194.b
Supplices ad focum sedere soliti 87
Supellex conuiuialis 191.a.b in re diuina veterum 193
Supellectilis disponendæ ratio 194.b
Superbiæ affectus omnium vitiosissimus 313.b
Superstitiosa abstinentia quæ 295
Surgendi à mensa tempus 292
Surgentibus è mensa quid faciendum 385.a.b
Sutilis corona quæ 350
Sybariticum conuiuium 15.b
Sybaritarum saltandi mos 378.b
Sybaritæ aure annum mulieres ad conuiuium inuitabant 213
Sybaritarum libido inter pocula 335 b.192.b
Sycophantæ qui 144.b
Sylla luxuriosus 11.b.54
Syllæ post Dictaturam epulum 60
Σύμβιον 1.b
Symposiarcha 152
Sympula fictilia veterum 193
Σύμποσίμια 130
Symposiarchæ sobrietas 154.b
Συμποσία συμπόσια quid 260
Symposiarcha quid 327.b
Συμπόσιὰ vnde dicta 131
Symplatores quid 67.b
Sympunium quid 371.6
Sympyuium quid 271
Symplator & Symplones qui 4
Symbola siue collecta quid 130
Symbolum Apostolicum vnde 131
Συνωρία 8.5.b
Σύμφαγόν 3
Συνωτακεινοφάγος 343.b
Synthesis vestis Saturnalitiæ 126
Συνίδειπνον 130.b
Συνάξις cur dicta cœna dominica 7
Συνίδος 2
Syracidis de vino modice sumendo præcepta 311.312
Συναυτικὸν quid 185
Συσσίτια pro conuiuio 2 Athenensium sacra 110.b militum qualia esse debeant 51.b coniugum qualia esse debeant 72.a.b cur instituta 107.b.108
Syssitiorum apud Lacedæmonios ratio 108.b
Syracusanorum mos in exequijs 222.b
Syracusanç mensæ 15.b

T

TAbach Hebr. quid 179.b
Taberna quid 97
Tabernaculorum festum 118. 63 a.b.
Tabernę quid 175
Tabbahim Heb. quid 182
Θαλία 2.b
Talorum iactus varij 155
Talorum iactus in eligendo Symposiarcha ibid.
Tantali poculum quid 387.b

Digitized by Google

Tantali aquam Indi in fœderibus potabant 105
Ταμεῖον quid 171.209
Tartarorum militaris victus 55 mos in accubitu 259
Τάφου & πυρίσπητα differentia 73.b
Tarquinius Priscus bullæ aureæ author 39
Tarquinius Superbus collegia sustulit 112
Ταρχάσματα funebria festa 74
Ταριχεῖον quid 163
Tauroscytharum crudelitas 99.b
Taurus philosophus 363
Ταῦροι Ephesiorum pincernæ 207
Tednessani Africani hospitalitas 95.b
Tegesdeltorum Africanæ gentis hospitalitas 82
Temetum quid 305.b
Terebinthus Persis gratus 279
Telephi Grammatici victus 27.b
Tertullianus contra Marcionem de Baptismo 31.b de vasis sacris 194
Tertulliani querela de Ethnicismo Christianorum 127
Terebinthina pocula 332
Terei cœna funesta 10.b
Terra Vesta dicta 199
Terræ nomina varia 258
Terminationis conuiuij nomina 384
Terræ simulachrum mensa 199
Τετλοφάκη quid 56.b
Τρίπεζ & Τραπέζαι quid 203 b
Thales sapiens Græciæ fœnerator 176
Thaletis de adulatione dictū 144.b
Thamariscina pocula 332.b
Thasium infundere quid 330
Thalassius nuptiarum Deus 71.b
Thebanorum lex de mercatoribus 176.b
Theoretarum mos in conuiuijs solennibus 205
Thesea festa 127.b
Tesserarum quatuor genera 94
Thesei comæ depositio 38.b
Thessalorum Peloria 125
Thessali edaces 283
Thessera hospitalis 93.b
Thessala tempe 187.b
Testa Græca quid 172
Thebach pro conuiuio 1
Theatricus saltationum vsus 377
Theophra Turcarum mensa 201.b
Theriaca rusticorum 53
Thermopolium quid 303.b. 174.b
Themistocles gloriæ cupidus 363
Thraces natales suos luctu celebrarunt 35
Thraces cur allio vescantur 52.b
Thracum conuiuia quare tumultuosa 329.b mos sepulturæ 78
Thiasi qui 3
Thiasi quale sacrificium 101.b
Triclinares lucernæ 390
Θίασος 3
Θοίνη 2
Tholus Athenis quid 110
Thronus quid 253
Thorus altus quid 263
Temulenti proditores suijpsius 313.b
Temperaturæ vini authores 328.b
Templum Hierosc. cur spelunca latronum dictum 197
Terminalia 127.b
Tempestiua conuiuia 184.a.b
Tempus discedendi è conuiuio veterum 384. consuetum cibi capiendi quando negligendum 28.b in inuitatione conuiuarum 140.b. 141. a.b in apparando cibo 184 obsonandi 179.a.b
Temperaturæ vini tres 329
Θυέλλια 90
Θεογνωσία Christianorum 31
Θύρα quid 196.b
Tyrrhænorum ludi libidinosi inter epulas 383.b
Thyestea cœna 10
Θύμος 198
Tiberius cur semper lauream coronam gestarit 353
Tiberij bibacitas vide 37. frugalitas 192.b cœna libidinosa 212
Tibiæ vsus in epulis 374
Tibicines & tibiæ funebres 369.b
Ticitum quid 222.b
Τιτίνδια Spartanorum 36
Tigrina mensa Plinij 201
Tigurinorum hospitalitas 95. b.96. & b. ritus nuptiales eorundem 68 tyronum literarum solennis festiuitas 38
Triliæ conuiuiales Tiguri 189
Timonia conuiuia vitanda 14
Timothei Athenienſis dictum de cœna Platonis 290.b
Timoleontis Syracusani natalis dies celebris 33.b
Tineæ quasi parasiti 145
Tiresiæ mors 303
Tobiæ sponsalia 66
Toga mutata quid 224. b puerilis cur pura & candida fuerit 39. prætexta quale insigne 39
Togæ candidæ vsus apud Romanos 223. sumptio quid fuerit 38.b
Togam puram dare quid 39
Tonsores maximè loquaculi 358
Tonsoria conuiuia Hebræis magnifica 62.a.b
Toralia quid 257
Tori vnde dicti 256
Τράπεζα & eius significationes 196
Τραγήματα quid 278.b
Τράπεζα φλεγμαίνουσα 15
Trapezophorum quid 196
Τραπεζοφόροι 143.b
Τραπεζοποιος in conuiuijs 152.b
Tragœdiæ vnde natæ 64.b in epulis agitatæ 381
Tragematopola quid 182
Traiani diæta moderata 53.b
Trechedipna vestis 227
Τρεπτήρια 38.b
Trœcensium conuentus 125
Trigesima Christianorum pro defunctis 80
Trlambos quale sacrificium
Tritici descriptio 158 in alendo præstantia 55.b
Triumphale epulum Romanorum 58.b.59
Tritura anris epulæ 65
Triumphalium virorum inuitandi conuiuas mos 141.b
Triens quid 338
Triumuiri epulones qui 128.b
Trieterica Bacchi sacra 121.b
Triclinium quid 186.a.b
Τρικλίτη quintuplex significatio 187
Trichinarcha quid 151.b.152
Triclinarchæ qui 208.b
Triclinariorum lectorum materia 258
Triclinaria vestis genus 222
Tristitiæ antipharmacum vinum 368.a.b
Τριακοντάδης sacra feralia 74
Troianorum puerorum cibus 37.b
Tuberonis lecti lignei 256.b
Tubingensis collegij mos inter epulas 364.b
Tullus hostilius insignium Romani author 39
Tunica pallio proximior, Prouerb. 227.b
Tunica 226
Turpiloquium quid 361.b
Turcarum precandi mos inter epulas 267. mos in accubando 259 infantibus nomina in die natali induntur 31. cura annonæ 178. parsimonia 192.b lotio ante epulas 248. in exequijs consuetudo 79. aqua lustralis 250. luctus in funeribus 81. ritus in circuncisione 31. disciplina militaris 55
Tycta Persarum qualis festiuitas 48
Tyrrhenorum serui vestitu pretiosi 211.b
Θυσία αἰτίσεως 116.b
Θυώδεις quale sacrificium 60
Tyberij conuictores quales 135.b cura annonæ 178
Typicus ablactionis vsus 36
Tyrannis populorum cœtus inuisi sunt 118

V

VAcerra quid 169.b.170
Vacuna dea quæ 63
Vale cur dicebatur mortuis 75.b
Vale maledicti significationem habet 240.b
Vale & salue Latinorum salutatio 240
Vasa escaria & potoria ex ære 192 fictilia & lignea 193. quæ comparanda 194.a.b quatenus commodato poscenda 194.b
Vasorum conuiuialium nomina 191 b.192
Velaminum muliebrium luxus 232
Velirerna platanus 188.a.b
Veneti cur Lauredano Principatū detulerint 261
Venetorū præfectura annonæ 178
Venire in pede quid 210.b

Digitized by Google

Venter multorum malorum causa 147.b
Venter quibus solarium 26.b
Ventris operarij qui 144
Venus vnde Pastophoros dicta 185
Veneris fomes saltatio 379. iactus 153. lac vinum 318.b sacra 124
Vergere in libando quid 271.b
Veri Imperatoris luxuria 182
Veris victus ratio 27
Veritas vini filia Platoni 313
Vernæ vnde dicti 144.b
Vescum quid & vnde 287
Vespasiani truculentia 11. comitas 358.b
Vespæ pro cœna 22.b
Vesperna 19.b.20
Vespertinæ epulæ 19.b
Vestibulum quid Romanis 152.b
Vestibula vnde dicta 246.b
Vestis linteæ alba quæ 223.b. candidæ præstantia 225. candidæ in Baptismo symbolum 226
Vestes hospitibus dandæ 88. albæ in epulis funebribus 77. b. muliebres Romanorum 223.b. stragulæ quæ 257. triclinares quæ 187
Vestium apud Rom. genera 227.a.b candidarum vsus apud Roman. in festis 222. epularium nomina 221 b depositio ante epulas 252.b mutatio in festiuitatibus 128.b superstitiosarum apud Ethnicos colores 224.b
Vestitus in conuiuijs qualis deceat 235. mendicorum priscus 147 mutatio cum sacris 38.b Romanorum in spectaculis 223
Vestimenta sacerdotalia Romanorum 223. militaria Romanorum 223
Vernilitus qui 144.b
Victitare fabilibus quid 158.b
Victima cur sale condita 106
Victimæ Ethnicorum in fœderibus 103.b
Victoriales epulæ 58.b
Victus monstrosus populorum quorundam 165. a. b rusticorum antiquus 165. ratio in adolescentibus 39.b.40.a.b quid & vnde 156
Viennensium Senatorum conuiuia 48.b
Viginti octo conuiuas cur Plato expetat 139.b
Vigilias cruditates afferre 28
Vindemiale cōuiuium quid 64.b
Vincula escaria quid 156.b
Vinolentia nostri temporis 40
Vinum aqua dilutum olim in cœna Dominica 330. à pedibus quod 326.b inferium quid 271. theologicum quid 43. quale in libationibus adhibitum 269.b.270 quando naturæ aduersissimum 25 quatenus pueris dandum 40
Vini diuersæ mixtiones secundum tempus 329.b duplex abusus 330 b.309 effusiones turpes Christianis familiares 346.a.b effusio duplex veteribus vsitata 345. certa mensura conuiuis præscripta 340 b iustus vsus 307. nomina, etymon, vis 305.a.b vtilitas 306.a.b 307.a.b.308.a.b regna & magisteria 327.b repositoria 171.b. 172.a.b vsus in militia 57. vis 7. b.87.b.88
Vino vendibili non opus est hedera Prou. 351.b
Vina aduectitia 330. b factitia quæ 311
Vinorum varietas in epulis 330.b
Violaceæ coronæ 353.b
Violenta abstinentia 298
Virgines innuptæ à conuiuijs abdicatæ 137.b
Virginitati renunciandi ritus 38.b
Virtutes in epulis decantatæ 371
Vitæ varium genus conuenire sanis 40
Vitellius adulator insignis 231. cœnaculum conduxit 186.b luxuriosus 24.b
Viticis corona 354
Vitiorum arx quæ 192.315
Vitiosæ aquæ remedium 302.b
Vitrū ebriosorū mores referre 333.b
Vitrea pocula 333
Viculi saginati caro 161
Viuaria quid 170
Viuere carnibus leporinis, Prou. 161
Vladislai & Amuratis fœdus 107
Vlpicum quid 53
Vmbo candidus quid sit 39.a.b
Vmbra decempes 24. inter conuiuatores quid 149.a.b
Vmbræ in conuiuio officium 150
Vndulata mensa quid 201.b
Vlysses à canibus agnitus 148
Vna Myconum, quale conuiuium 269.b
Vncta cœna quid 14
Vnctionum species 218.b
Vnctiones Homericæ 218
Vnguentum in lente, Prou. 349.b
Vnguenta bibere soliti veteres 349.b singula singulorum membrorum 349. quæ inter pocula vsurpanda 348.b
Vnguentorum vsus in conuiuijs 347
Vocis moderatio in epulis 366.b
Vocare ad pileum quid sit 230
Vocatores qui 135.205
Vomitus ingluuiei comes 292.a.b
Voracitas morborum mater 289.b
Voraces cur bestijs similes 288.b
Vota & sacrificia itineris adeundi causa 101.b
Vrnarium mensæ genus 199
Vrnensilia quid 191.b
Vtres pro poculis 325
Vtrium vsus in cōdendis vinis 172.b
Vulcanus deorum pincerna 207
Vulgares salutationes 240.b
Vuluæ fusillis præstantia 162
Vxores vnde dictæ 71.237.b

X

Xenia & Xeniola 93.b
Ξενικὸς vocabulum ambiguum 85
Ξένιον quid 99
Ξενοδόκοι 97.b
Xenodochion Basilieense 134
Ξενοπάροχοι qui 91.b
Xenocratis calceolus, Prou. 162.b
Xerophagiæ Montanicæ 297
Xerxes vmbra platani delectat 188.b
Xerxis luxus turpissimus 48

Y

ὑδροπότης 301
ὑδροποσία in fœderibus 105
ὑμέναιος quid 70
ὑμεναῖοι quid & vnde dicti 67.b
ὑπηρέτης, ὑπηρεσία & ὑπηρέσιον quid 203.b
ὑποδηματικὰ conuiuia 101.b
ὑσπλία agricolorum sacra & conuiuia 62.b

Z

Zachariæ Pontificis decretum de solennitate Calend. Ian. 126.b
Zalach Heb. quid 179.b
Zea quid 158
Zebach pro conuiuio 1
Zeblicium marmor quid 335
Zeno seuerus cur in conuiuijs hilaris 356.b
Zenonis doctrina de vino 309.b
Zeta quid 185.b
Zona pro crumena 233.b
Zonæ symbolum 232.b
Zonam perdere quale Prou. 234
Zonarum vsus varius 232.b
Zon Heb. quid 56.b
Zepherini Episcopi vasa vitrea in sacris 193.b
Zoroastris in desertis victus 162.b
Zythum vini factitij genus 328
Ζώνη pro armatura bellica 233

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, QVI IN his libris Antiquitatum conuiualium doctissimè explicantur.

GENESIS.

Esceris puluere toto vitæ tuæ tempore 79
14 Dedit itaq; ei decimas de omnibus 46
14 Quercubus Mamre Emorrhæi fratris Eschol & fratris Aner 189
17 Sume mihi vaccam triennem & caprã atq; arietem triennes, turturorum quoq;, &c. 102.b
18 Mi Domine, si gratiam inueni in oculis tuis 82.141
18 Butyrum & lac suis hospitibus Abraham apposuit 56.b
18 Et sedebat Abraham circa meridiem ad ostium tabernaculi sui 81.b
18 Et seruus Abrahami vitulum fecit 180
18 Lauate pedes vestros 247
19 Obsecro vos mei domini ad domum serui vestri diuertite 82 141
19 Et coxit azyma, & comederũt 179.b
21 Quum autem creuisset puer ablactatus fuit, fecitq; Abraham conuiuium magnum 35.b
22 Et Abrahã ponit vtrem aquæ in scapulas Hagar 172.b
24 Dixitq;, Ingredere bene dicte Iehouæ, cur stas foris, cum ego præparauerim tibi? 84
24 Etiam palea & pabulum multũ est apud nos, quin & locus ad pernoctandum 84
24 Non comedam, donec loquar sermones meos 87.b.191
24 Protulit itaq; seruus ille vasa argentea & vasa aurea atq; vestes deditq; ipsi Ribcha 65.66
25 Coxit autem Iacob pulmentum 561.80
25 Et commutauit Esau cum pane & ebulitione lentium primogenituram 159.155.b
26 Fecit itaq; eis conuiuium & ederunt ac biberunt 103
28 Vouitq; Iacob votum dicendo: Ex omnibus quę dederis mihi decimas dabo tibi 46
29 Potum præbuit ouibus 323
31 Cur clàm me fugam capescere voluisti?
31 Erecta statua, nec non lapidum tumulo excitato, super eum vnà panem sumpserunt 103
31 Immolauit quoq; Iacob victimam in monte, & inuitauit fratres suos 103
31 Laban autẽ abierat ad tondendum oues suas, furata est intrim Rahel simulachra 62
32 Caurum erat religione vesci heruo contrahente 294.b
33 Esau fratrem suum osculatus est redeuntem ex Mesopotamia 243.b
40 Et restituit principem pyncernarum ad propinationem suã 206.b
40 Fuit itaq; die tertio, die quo natus fuerat Pareh, vt faceret conuiuium omnibus seruis 32
42 Fractionem famis domuum vestrarum 155
43 Et duxit Ioseph fratres suos in meridie secum cibum capturos 25.b
43 Et introduxit eos in domũ 235 b
43 Sedebant itaq; coram eo, primogenitus secundum primogenituram suam, & minor 659.b
43 Non potuerunt Aegyptij cum Hebræis comedere panẽ 155
45 Iacob Rachelem salutat osculo 243.b
45 Iussit Ioseph apponere panem, id est, conuiuium parare 275
45 Et osculatus est eos & amplexatus 243.b
48 Ioseph ambos filios suos eduxit è genibus suis 243.b

EXODI.

2 Filia autem Pharaonis descendit se lauandi gratia in fluuio 228
3 Exue calceos tuos, locus enim in quo stas locus sanctus est 228.b
10 Adduxit ventum Orientalem in terram tota die illa, & mane facto ventus eleuauit locustas 167.b
12 Edentes Pascha lumbos accinctos, pedes calceatos ac baculum manibus tenete 254.b
12 Coxeruntq; farinam quam dudum de Aegypto consperſam tulerant 179.b
15 Mosis soror lusit organis & choreas duxit 377
16 Quisq; sibi accipiebat Gomer Mannæ 55.b
18 Moses obuiam progressus socero suo, seq; incuruãs eum est osculatus 243.b
18 Et accepit Iethro socer Mose holocaustũ & sacrificia Deo 84
23 Non coques hœdum in lacte matris suæ 179.b
25 Abstinete ab adipe bouis, ouis, capreæ in sacrificijs 294.b
25 Facies præterea mensam è lignis Sittim, & tegès eam ex auro puro 197.b
28 Tolle iuuencum vnum filium bouis, & arietes duos immaculatos 42.b
29 Et pectusculum sit tibi in partem 283
32 Et summo mane surrexerunt sequenti die atq; obtulerunt holocausta 120.b
32 Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere 150.b.377
33 Ad terram scilicet fluentem lacte & melle 56.b
34 Et solennitatem hebdomadarũ facies tibi in primitijs messis triticeæ 63
34 Non mactabis super fermento 82.b
37 Fecit præterea mensam è lignis Sittim 197.b

LEVITICI.

2 Anima autem quum offeret oblationem minhàm Iehouæ, simila erit oblatio eius 116.b
2 Omne munus quod offertur Domino non facies cum fermento 82.b
2 Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec facies cessare 106
6 Oblationem verò pro delicto suo adducet arietẽ Iehouę integrum è pecudibus 42.b
7 Adolebit verò sacerdos adipem super altare 117
7 Et erit ei armus dexter in portionem 283
8 Et fecit Moses quemadmodum præceperat illi Iehoua 42.b
11 Focus & caminus destruentur 182.b
11 Omnis liquor qui bibitur 300
16 Ad emittendum illum in Azazeel in desertum 79
19 Pheret, id est, grana singula 370
19 Vinum non bibes tu & filij tui cum intrabitis atrium testimonij 319.b
23 Decimo quinto die mensis septimi, quando cõgregaueritis fructum terræ 63
23 Pauperi & peregrino relinques eam 84.b
23 Mense septimo primo die erit vobis sabbathum monimentũ clãgoris, cõuocatio sanctã 63b
23 Vsq; ad posterum diem sabbathi septimi numerabitis quinquaginta dies 63
26 Decem mulieres coquent panem in clibano vno 281.b

Digitized by Google

NVMERORVM.

5 Et potauit m ..ierem aqua 323
6 Dominus benedicat tibi & illuminet faciem suã super te & misereatur tui 240.b
11 Recordamur piscium quos comedebamus gratis, cucumerũ & peponum, & porrorum, & ceparum 159
13 Pertendimus ad terram ad quã misisti nos, & certe fluens est lacte & melle 56.b
18 Omnes deuotiones tradidi tibi ac filijs tuis atque filiabus in statutum perpetuum 106
18 Primitiæ omnium quæ in terra eorum, quas offerent Iehouæ, tuæ erunt 46
25 Habitauit verò Israel in Sittim 206
28 Porro die primitiarum quãdo offeretis minham nouam, &c. 63
28 Vinum libate super victimas 271.b

DEVTER.

1 Iudicate iuste inter virũ & fratrem suum, & inter peregrinum eius 84.b
1 Et aquas scindetis ab eis pro argento vt bibatis 1.b
6 Quemadmodum dixit Iehoua patrum tuorum in terram fluentem lacte & melle 56.b
8 Terram frumenti & hordei, & vitis, & ficus, & malogranati, terrã oliuę, olei & mellis 56.b
10 Faciens iudicium pupillo & viduæ, diligens item peregrinum dando ei panem & vestimentum 84.b
12 Abstinete ab hœdo cum matris lacte cocto 294.b
12 Maledictus qui muliebribus induitur 30.b
12 Non poteris comedere intra portas tuas decimã frumenti tui, & vini tui, & olei 117
14 Decimando decimabis omnem prouentum seminis tui 46
14 Non incidetis igitur vos, neq; ponetis caluitium inter oculos vestros super mortuum 73
14 Tertio quoq; anno proferes omnes decimas prouentus tui anno ipso, &c. 64
16 Septem deinde hebdomadas numerabis tibi, ex quo cœperit falx esse in segete 63
16 Solennitatem tabernaculorum septem diebus facies, quum collegeris tu de area tua, & de torculari tuo 63
25 Boui trituranti non obligabis os 64.b
25 Quum habitauerint fratres pariter & mortuus fuerit vnus ex eis, & filius non fuerit 229.b
26 Tunc accipies de primitijs omnium fructuum terrę, quas afferes 46
28 Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua 171
32 Butyro boum, & lacte ouium 56.b
32 Et fecit vt surgeret mel è petra & oleum è silice petræ 56.b
33 Adiunxerunt se pedibus tuis 210.b

IOSVE.

1 Parate vobis cibum 155
2 Et ingressi sunt domum mulieris hospitæ cuius nomen erat Rachab 84
9 Tollite in manu vestra escam proficiscere 155

IVDICVM.

1 Septuaginta reges pollicibus manuum suarum ac pedum abscissis, colligebãt sub mensa 147
4 Congregauit Baras Zabulon & Nephtalim, & fecit eos ascendere ad pedes 210.b
4 Sisera Imperator exercitus Iabini regis Chenaan cum à tribu Nephtali 99.b
9 Vnde egressi in agrum vindemiauerunt vineas suas & calcauerunt & lætati sunt 120.b
5 Phiala fortium 337
6 Dominus tecũ vir fortis 239.b
6 Et voluit Gedeon viro Dei sacrificium apponere 1
6 Gedeon hœdum caprarium apparauit, panes azymos confecit 179.b
6 Vexlebãtq; instar locustarum præ multitudine, neq; ipsorũ erat numerus 167
8 Date tortas panis populo, qui est in pedibus meis 210.b
9 Gedeon iuit & apparauit hœdum caprarum, panes azymos confecit, carnes posuit in canistro, ius posuit in olla, eduxit ad angelum & obtulit 275 offerre pro cibum apponere
9 Vnde egressi in agrum vindemiauerunt vineas suas, & calcauerunt, & lætati sunt 64.b
9 Et lauerunt pedes suos & comederunt 247
14 Examen apum erat in cadauere leonis & mel, sumpsitq; illud in manus 163
16 Satrapæ autem Philisthinorum congregati sunt vt facerent sacrificiũ magnum Deo suo Dagon, & vt lætarentur 58.b
16 Palæstinorum satrapæ conuenerũt, vt Dagoni suo magna sacra facerent 120.b
19 Fulci cor tuum buccella panis 155
26 Ieiunarunt illo die vsq; ad vesperam 25

RVTH.

1 Arpa discessura socrum suam osculata est 243.b
4 Hic autem erat mos antiquus in Israele, in redemptione 229.b
4 Sedit itaque illa à latere messorum 138
2 Dominus vobiscum. Respondérunt: Benedicat tibi Iehoua 241

I. SAMVELIS.

1 Deduxitq; illum secum posteaquam ablactauit eum cum iuuencis tribus, & modio vno farinæ, & vtre vini 36
5 Dagon limen portę rempli eran silijr 237.b
1 Pater Samuel dedit vxori suæ & filijs filiabusq; partes in epulo 283
8 Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas 179.b
9 Et dedit eis locum in capite inter inuitatos 260
9. & 22 Samuel apprehendens Saulem & puerũ introduxit eos in cœnaculum magnũ 184.b
9 Apprehendẽs itaq; Samuel Saulem & puerum eius introduxit eos in cœnaculum 84
9 Et duxit eum in cœnaculum 239
9 Et suspendit mactator armum & dicit Samueli 179.b
14 Et diuertit populus ad prædã, & acceperunt oues, & boues, & viculos, mactauerunt q; humi &c. 58.b
14 Ionathan intinxit virgam in fauum mellis, conuertitq; manum ad os suum, & illuminati sunt oculi eius 56.b
16 Non accumbens ad comedendum 253.b
16 Non discumbemus donec veneritis huc 117
16 Sanctificate vos & venite mecum ad victimam 117
17 Tolle nunc fratribus tuis Ephi polentæ, ac decem panes, & curre ad castra 55
20 Cras sunt Calendæ, itaque remoraberis, vacabitque sessio tua 115.b
20 Ecce cras sunt Calendæ, & sedendo sedere soleo apud regem 115.b
25 Benedictio hæc quam attulit detur ministris Domini mei 210.b
25 Ecce ancilla sit tua famula vt lauet pedes seruorum Domini 247.b

25 Eratq;

25 Eratq; vir ille magnus valde, qui habebat ouium tria millia & mille capras, fuit autē vt tonderet oues suas 62
26 Et Scyphus aquæ stetit ad caput Saulis 57
28 Porro mulieri erat viculus saginarij 170

II. SAMVEL.

3 Posthæc planxit rex ipsum Abner, & dixit 72.b
6 Finito epulo quisq; in domum suam abijt 389.b
6 Michol Dauidem saltantem deluſit 377
6 Rex Dauid peractis sacrificijs populo benedixit singulis portionem placentæ, panis carnis & pultis distribuit 283
11 Descende in domum tuam & laua pedes tuos 247.b
11 Egressus est rex Dauid & vniuersa familia in pedibus eius 210.b
11 Vidit mulierem lauantem se è tecto, eratq; mulier aspectu decora valde 220
14 Dauid Absalonem osculo excepit 244
14 In luctu prohiberur olei vsus 348
15 Viri qui venerant in pede eius 210.b
17 Et mel & butyrum & pecudes & caseos vaccinos obtulerūt Dauidi 56
17 Lectum & crateras & vasa figulina, & frumentum & hordeum & farinam & polentā 56
19 Nisset pro ferculo aut donario 275
20 Ioab osculatus Amasam occidit 244
20 Fecit Dauid ipsi Abner, & viris qui erant cum eo conuiuiū 203

I. REGVM.

1 Ascendit autem vir ille Elkana cum tota familia sua, vt offerret, &c. 117
1 Et Abisag Sunamitis ministrabat regi 202.b
4 Erat autem cibus Selomoh in singulos dies triginta Cori similæ, & sexaginta Cori farinæ 48.84.b
8 Feciq; Salomon tempore illo festiuitatem & vniuersus Israel cum eo, congregatio magna 117
8 Et extendit manus & benedixit 241
9 Ascende ante me in excelsum & comedetis mecum hodie 117
9 Samuel apprehendens Saulem & puerum eius introduxit eos in cœnaculum, & dedit eis locum in capite inuitatorum 117
9 Sustollens itaq; coquus armū, & quod erat super eum apposuit Sauli 117
9 Fecit insuper Salomon omnia vasa alia quæ erant in domo Iehouæ; altare aureū, & mensam auream 197.b
11 Omnia Solomonis pocula aurea 335
12 Finitoq; Ieiunio Dauid magnū conuiuium fecit 25
13 Non comedam panem necq; bibam in isto loco 300.b
13 Veni mecum vt prandeas 1
18 Tunc dixit Elias ad Achab, Ascende comede & bibe 58.b
19 Accingi lumbos.
19 Et recubuit & dormiuit subter geniſtam vnam 189
20 Ne glorietur accinctus sicut discinctus 233.b

II. REGVM.

1 Ieiunauerunt vsq; ad vesperam propter Saulem & Ionatham 25
1 Ite consulite Baalzebub Deū Ecron 142.b
1 Vir pilosus & cingulo pelliceo acinctus renes suos 232
3 Cingens se cingulo 233.b
3 Post sepulturam Abner cum vniuersus populus veniſſet ad Dauidem, &c. 25
4 Cum ipsi comederent de ebullitione 155.b
4 Dispone ollam grandem & coque pulmentum filijs 159.b 179.b
4 Et coque ebullitionem pro filijs Prophetarum 155.b
4 Et venit & conscidit in ollam ebullitionis 155.b
4 Faciamus cœnaculum parietis paruum & ponamus ibi ei lectum & mensam & sellam & candelabrum 255.b
4 Et vidua sese ad pedes illius abiecit 243.b
2 Pax 1. Vale 140
4 Ibi aderat mulier magna quæ ui retinuit eum, vt comederet panem 84
4 Ne quem in via saluetes, nec salutantes saluere iubeas 246.b
6 Adornauit illis conuiuium 1.b
6 Apparauit eis apparatum magnum & comederunt & biberunt 300.b
6 Pone panem & aquam coram eis vt comedant 155
6 Quin appone eis panem & aquam vt comedant & bibant 300.b
12 Crateres argentei 335

I. PARALIPOMENON

12 Fueruntq; in Hebron cum Dauide diebus tribus comedentes & bibentes 47.b
16 Cumq; finem feciſſet Dauid offerendi holocausta & pacifica tum benedixit populo 117

II. PARALIPOMENON

13 Iehoua Deus Israelis dedit regnum Dauidi super Israelē in seculum, illi & filijs eius pacto salis 106
20 Ingressi sunt autem Ieruſalem cum Psalterijs & citharis & tubis in domum Iehouæ 58.b
31 Et præcepit populo vt darent portionem Sacerdotibus & Leuitis vt confortarentur, &c. 46.b

I. ESDRAE

2 Dixiq; Thirsata illis ne comederent de sanctitate sanctitatum 117
4 Nos ergo memores salis, quod in palatio comedimus 106.b

II. ESDRAE QVI ET NEHEMIAE

4 Darius Zorobabelem osculo complectitur 244
8 Et mittite partes quibus non est paratum quicquam 283.b
8 Ite comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil est 117
9 Digressi ergo manducate pinguiſsima quæque, & bibite dulciſsima, & mittite munera ijs qui non habent 117
10 Et afferemus primitiua terræ nostræ, & primitiua omnis fructus 46.b
12 Partes sacerdotum, & cantorū 283.b
13 Partes cantorum 283
13 Arq; oblationi lignorum temporibus constitutis: primitiuis quoq;, &c. 46.b

BARVCH

3 Sequere Deum nudus 191.b
6 Sacerdotes vociferantes ram Dijs suis rugiu

Digitized by Google

TOBIAS.

1 Primas omnium fructuum decimas dabã sacerdotibus 46
7 Deus Abrahami & Deus Isaaci & Deus Iacobi vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis 66
10 Raguel filiam suã dimittit osculo 243.b

IVDITH.

1 His rebus gestis ipse cum omni turba, & maxima bellicosorũ virorum multitudine Niniuẽ reuersus; otia, &c. 58.b
6 Vocatis presbyteris, fecit magnam cœnam & confecto ieiunio illos refecit 25
11 Simul exurgens se vestitu & omni mundo muliebri exornauit 222. & 15. cap. ibid.
15 Et impositis sibi sociabq; suæ corona oleagina, choream vniuerso populo ducẽs, &c. 58.b

ESTHER.

1 & 7 Aman in domo conuiuij cecidit super lectum 255.b
1 Propinabat in vasis aureis 323 b
1 Postulatio mea & petitio mea est, Si inueni gratiam in oculis, &c. 141
2 Et placuit puella illa in oculis eius, susceptiq; misericordiã coram illa, &c. 48
5 Si Regi placeat veniat rex & Haman hodie ad conuiuium 141
9 Et missio partium quisq; proximo suo 283.b
9 Vt confirmarent dies sortium istos, temporibus suis 115

IOB.

1 Solebant autem ipsius filij apparare conuiuia, quisq; domi suæ per vices dierum 114
1 Mittebantq; & vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent secum 138
1 Post conuiuia filios suos sacrificijs sanctificauit, si quid forte peccassent 266.b
13 Et accepto linteo præcinxit sese 215
15 Bibere iniquitatem pro discere 298.b
Faciet mensam tuam plenam pinguedine 196
1 Peregrinus non foris negligendus, viatori ostiũ pateat 84.b
32 Venter meus tanquam vter vini, qui non est apertus 172.b
14 Bibere subsannationem 298.b
Accinge vt vir lũbos tuos 233.b

PSALMI.

Ex ore infantium & lactẽtium fundasti laudem tuam 36.b
11 Hæc est pars calicis eorũ 283.b
14 Qui populum meum comedũt vt panem 176.b
23 Adornas in cõspectu meo mensam meam coram hostibus meis 196
22 Edent pauperes & saturabuntur 266
22 Calix inebrians 315
23 Dominus pastor meus 265
35 Qui dat escam omni carni, & pullis coruorum 163
51 Consummatum est 116.b
51 Miserere mei Deus 266
52 Qui deuorant plebem meam vt cibum panis 45
56 Pone lachrymas meas in vtre tuo 172.b
60 Moab olla lotionis meæ 248
69 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum 196
78 Parare mensam in deserto 196
78 Quia comederunt Iacob & locum eius desolauerunt 45
81 Clangite in Nouilunio tuba, in operimento, in die &c. 115.b
81 Et cibasset eum Deus adipe frumenti, & de petra melle saturasset te 56.b
101 Et poculum meum cum fletu miscebam 300
103 Qui re coronat misericordionibus 350.b
104 Conterent onagri sitim suã 155
104 Vinum exhilarat cor hominis 307
104 Et panis qui fortificat cor hominis 155
104 Aperiente te manum tuam omnia implentur bonis 266.b
105 Et vocauit famem super terrã omnem virgam panis contriuit 155
108 Proijciam super Edom calceũ 229
109 Sicut vmbra, dum inclinat transeo, excussus sum quasi locusta 167.b
122 Lætatus sum ijs, qui dicunt mihi in domum Domini ibimus 266
140 Amaritudo conuiuarum meorum 4
144 Ipse est qui implet omne animal benedictione 163
146 Qui dat esurientibus escam 163

PROVERBIA SALO.

4 Sapientia dabit capiti tuo argumentum gratiæ & coronam decoris 350.b
7 Ad diem operimenti veniet domum 115.b
7 Adornaui cœnam, & ornamentis lectum ornaui ex lignis sfabrẽ incisis & sunt Aegyptio.
9 Sapientia ædificauit domum suam, excidit columnas suas, &c. 196
9 Bibere pro discere 298.b
In multiloquio non deerit peccatum 357
18 Prohibenti frumentum maledicit populus 176.b
11 Qui iuuat egentes & communicat frumentum, huic benedicit Dominus 177
15 Melior & victus oleris quam vitulus saginatus cum odio 155 159.b
15 Melius est conuiuium oleris vbi est dilectio, quam bouis saginati vbi est odium 13.b
17 Mulier industria viri corona 350.b
23 Vinum date ijs, qui sunt amaro animo 307
23 Potator & comessator ad inopiam redigetur 316.b
23 Ne sis inter potores vini & cum deuoratoribus carnis 316.b
23 Ne edas cibum mali oculi, neque desideres edulia eius 150.b
25 Non concupiscas cibos sapidos 155
26 Sicut frigus niuis tempore æstatis legatus fidelis mittenti bus eum 302
27 Meliores sunt plagæ diligentis quam fraudulenta oscula odio habentis 249
30 Qui exprimit lac, educit butyrum & mel comedet 56.b
31 Date siceram & vinum his qui amaro sunt animo 37

ECCLESIASTICVS.

30 Tolerabilior est mors ipsa quã valetudo aduersa 73
31 Vino ne viriliter agas 311.b
31 In conuiuio noli proximo tuo conuiciari.
Surge in tempore ne sis vltimus 385
32 Si conuiuij rector es constitutus, ne te supra alios efferas, sed quasi vnum ex illis 151
33 Asino pabulum debetur & flagellum & onus, ita seruo pœnis castigatio, labor 61.b

ECCLESIASTES.

4 Edamus panem nostrum in lætitia, vt Deo placeant illa ipsa etiam opera nostra 266.b
6 Sanè verba multa multiplicant vanitatem 357
7 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua 61.b
7 Seruum ne lædas in veritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam 62
7 Satius est in domum luctus quã domũ conuiuij intrare 184.b
9 Sint vestimenta tua candida 225.b
9 Viri iusti sint conuiuæ tui & in timore Domini sit gloriatio tua 135.b
10 Væ tibi terra cuius rex puer est, & Principes tui mane edunt

Digitized by Google

edunt 25.b.26
10 Beata terra cuius rex 25.b

CANTICA

1 Nardus mea dedit odorem suum 351.b
2 Cum esset in accubitu suo 254
3 Et mustum malorum granatorum meorum 300

ISAIAS

1 Si peccata vestra fuerint vt coccinum 225
1 Cognouit asinus præsepe suum 170
3 Omnem baculum panis & omnem baculum aquæ 306.b
4 Mane surgere ad potandum 307
5 Cithara, nablum, tibia tympanum in biujis vestris 370
5 Væ fortibus ad potãdum 311.b
7 Butyrum & mel comedet 56.b
14 Contriuit Iehoua baculum impiorum, virgam dominantium 155
21 Cinctus baltheo iustitiæ & tenes fidei baltheo 233.b
21 Filius areæ meæ 157.b
22 Afflictione coronare 350.b
24 Cessauit gaudium tympanorũ tuorum 370
25 Ego discingam coram te reges 233.b
26 Gentes inebriatæ vino scortationis 311
28 Quia omnes mensæ impletæ sunt vomitu & sordibus 292
29 Quasi musto suo inebriabuntur 300
32 Et potum sitienti auffert 300
32 Venite emite absq; vllo argento vinum & lac 31
53 Ouis instar ductus est ad victimam, & quasi agnus coram tonsoribus suis obmutuit 62.b
56 Vniuersi isti canes muti non valent latrare, dormitantes iacentes, &c. 45.b
57 Et post ostium & retrò postem posuisti memoriale tuum 238
58 Frange esurienti panem tuum 285.b
65 Qui manent in sepulchris & in desertis pernoctant 79

IEREMIAS

3 Inebriabo animam sacerdotum pinguedine 311
6 Vmbræ vespertinę appetũt 24
11 Vt detem illis terram fluentem lacte & melle secundũ diem hanc 56.b
13 Et cinxit lumbos suos cingulo 233
32 Et dedisti eis terram hanc super quam iurasti patribus eorum terram fluentem lacte & melle 56.b
34 Viros, inquam, istos qui fœdus meum transgressi sunt, neq; rata habuerunt verba 102.b
35 Potabis eos vino 323
42 Et cibaria eius cibaria perpetua tradantur ei à rege 155
46 Vt vitula formosa Misraim, ex ciſio ab Aquilone venit 170
46 Multiplicabuntur enim magis quam locustæ 167
49 Bibere poculum iræ 299

EZECHIEL

4 Et tu cape tibi hordeum & triticum & fabas, & lentes, & milium, & vicias, & pone ea vase vno 59
4 In exordio anni, decima mensis, decimo quarto anno 124.b
5 Et famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis 155
14 Et conteram ei virgam panis, & mittam in eam famem 155
18 Super montes non comedet 187.b
23 Te lauisti & stibio fucasti oculos tuos & ornasti te ornamento & sedisti super lectũ honorabilem, mensaq; præparata est ante ipsum & thymiama meum & vnguentum meum posuisti super eũ 255.b
24 Panem quoq; hominum afflictorum ne comedas.
34 Væ pastoribus Israel, qui pauerunt semetipsos, &c. 45.b
45 Et vinum non bibet vllus sacerdos cum ingreditur atrium interius 319
46 Istæ sunt dom⁹ coquorũ 179.b

DANIEL

1 Dixitq; rex ad Aspenaz principem Eunuchorum, vt adduceret de filijs Israel, &c. pueros in quibus non esset vlla macula 41
5 Vt biberent in eis rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius 138
5 Adornauit conuiuium magnũ 1

OSEAS

2 Dant panem & aquam meam 300.b
4 Peccata populi comedent 45
4 Vinum & Scortatio auferunt cor. 100.b
7 Dies regis nostri ęgrotare fecerũt principes vtre vini 172.b
7 Reges faciunt ægrotare vtre vini 337.b
9 Nõ libabunt domino vinũ 269

IOEL

1 Residuum erucæ comedit locusta 167.b

AMOS

4 Vineas vestras, & ficeta vestra, & oliueta vestra comedet eruca 167.b
6 Qui modulantur iuxta rationem nablij 370
6 Comedumq; agnos pingues de grege, & viculos de medio saginarij 170

MICHEAS

6 Carnẽ populi deuorant 176.b

NAHVM

3 Gladius deuorabit 12.168
3 Multiplica te vt bruchus multiplica te inquã vt locusta 167

ABAKVK

2 Væ, qui potum præbes socio 216.b.& 323

SOPHONIAS

1 Deus parauit victimam & sanctificauit 134.b
1 Qui transiliunt limen 237.b
1 Præparauit Dominus sacrificium 1

AGGEVS

1 Quando tetigerit cum ala sua panem, aut ebulationem 155.b

ZACHARIAS

6 In quadriga autem tertia equi albi 225.b

MALACHIAS

4 Egrediemini & multiplicabimini sicut vituli saginarij 170

II. MACHABAE.

6 Quod si qui nibus in Græcorum ritus trãsire voluissent, interficerentur 123.b
6 Nam templum luxu replebatur & comessationibus gentium, quæ inter scorta desidebant 120.b
15 Sed eam insignem celebrarent tertiam decimam duodecimi mensis, pridie die Mardochaicæ 115

MATTHAEVS

7 Pulsare & aperietur 236
9 Venit Christus in domum principis synagogæ, viditq; ibi tibicines in funere 368
10 Neq; peram ad iter neq; binas tunicas, neque soleas, neque virgam 147
10 Dignus est operarius sua mercede 46.b
10 Ditite pax vobis 24
12 Et quum venit, inuenit eam vacantem, versam, & ornatã 101

Digitized by Google

TOBIAS.

1 Primas omnium fructuum decimas dabã sacerdotibus 46
7 Deus Abrahami & Deus Isaaci & Deus Iacobi vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis 66
10 Raguel filiam suam dimittit osculo 243.b

IVDITH.

1 His rebus gestis ipse cum omni turba, & maxima bellicosorũ virorum multitudine Niniuẽ reuersus; otiã, &c. 58.b
6 Vocatis presbyteris, fecit magnam cœnam & confecto ieiunio illos refecit 25
12 Simul exurgens se vestitu & omni mundo muliebri exornauit 222. & 15. cap. ibid.
15 Et imposita sibi suciæq; suæ corona oleagina, choream vniuerso populo ducẽs, &c. 58.b

ESTHER.

1 & 7 Aman in domo conuiuij cecidit super lectum 255.b
1 Propinabat in vasis aureis 323 b
1 Postulatio mea & petitio mea est, Si inueni gratiam in oculis, &c. 141
2 Et placuit puella illa in oculis eius, susceptiq; misericordiã coram illa, &c. 48
5 Si Regi placeat veniat rex & Haman hodie ad conuiuium 141
9 Et misssio partium quisq; proximo suo 283.b
9 Vt confirmarent dies sortium istos, temporibus suis 115

IOB.

1 Solebant autem ipsius filij apparare conuiuia, quisq; domi suæ per vices dierum 114
1 Mittebantq; & vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent secum 138
1 Post conuiuia filios suos sacrificijs sanctificauit, si quid fortè peccassent 266.b
13 Et accepto linteo præcinxit sese 215
15 Bibere iniquitatem pro discere 298.b
Faciet mensam tuam plenam pinguedine 196
Peregrinus non foris negligendus, viatori ostiũ pateat 84.b
32 Venter meus tanquam vter vini, qui non est apertus 172.b
14 Bibere subsannationem 298.b
Accinge vt vir lũbos tuos 233.b

PSALMI.

Ex ore infantium & lactẽtium fundasti laudem tuam 36.b
11 Hæc est pars calicis eorũ 283.b
14 Qui populum meum comedũt vt panem 176.b
23 Adornas in cõspectu meo mensam meam coram hostibus meis 196
22 Edent pauperes & saturabuntur 266
22 Calix inebrians 315
23 Dominus pastor meus 265
35 Qui dat escam omni carni, & pullis coruorum 163
51 Consummatum est 116.b
51 Miserere mei Deus 266
52 Qui deuorant plebem meam vt cibum panis 45
56 Pone lachrymas meas in vtre tuo 172.b
60 Moab olla lotionis meæ 248
69 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum 196
78 Parare mensam in deserto 196
78 Quia comederunt Iacob & locum eius desolauerunt 45
81 Clangite in Nouilunio tuba, in operimento, in die &c. 115.b
81 Et cibasset eum Deus adipe frumenti, & de petra melle saturasset te 56.b
101 Et poculum meum cum fletu miscebam 300
103 Qui re coronat miserationibus 350.b
104 Conterent onagri sitim suã 155
104 Vinum exhilarat cor hominis 307
104 Et panis qui fortificat cor hominis 155
104 Aperiente te manum tuam omnia implentur bonis 266.b
105 Et vocauit famem super terrã omnem virgam panis contriuit 155
108 Proijciam super Edom calceũ 229
109 Sicut vmbra, dum inclinat transeo, excussus sum quasi locusta 167.b
122 Lætatus sum ijs, qui dicunt mihi in domum Domini ibimus 266
140 Amaritudo conuiuarum meorum 4
144 Ipse est qui implet omne animal benedictione 163
146 Qui dat esurientibus escam 163

PROVERBIA SALO.

4 Sapientia dabit capiti tuo argumentum gratiæ & coronam decoris 350.b
7 Ad diem operimenti veniet domum 115.b
7 Adornaui cœnam, & ornamentis lectum ornaui ex lignis sculptis fabrè incisis & funeAegyptio.
9 Sapientia ædificauit domum suam, excidit columnas suas, &c. 196
9 Bibere pro discere 298.b
In multiloquio non deerit peccatum 357
18 Prohibenti frumentum maledicit populus 176.b
11 Qui iuuat egentes & communicat frumentum, huic benedicit Dominus 177
15 Melior & victus oleris quàm vitulus saginatus cum odio 155 159.b
15 Melius est conuiuium oleris vbi est dilectio, quàm bouis saginati vbi est odium 13.b
17 Mulier industria viri corona 350.b
23 Vinum date ijs, qui sunt amaro animo 307
23 Potator & comessator ad inopiam redigetur 316.b
23 Ne sis inter potores vini & cum deuoratoribus carnis 316.b
23 Ne edas cibum mali oculi, neque desideres edulia eius 150.b
25 Non concupiscas cibos sapidos 155
26 Sicut frigus niuis tempore æstatis legatus fidelis mittentibus eum 302
27 Meliores sunt plagæ diligentis quàm fraudulenta oscula odio habentis 249
30 Qui exprimit lac, educit butyrum & mel comedet 56.b
31 Date siceram & vinum his qui amaro sunt animo 37

ECCLESIASTICVS.

30 Tolerabilior est mors ipsa quã valetudo aduersa 73
31 Vino ne viriliter agas 311.b
31 In conuiuio noli proximo tuo conuiciari.
Surge in tempore ne sis vltimus 385
32 Si conuiuij rector es constitutus, ne te supra alios efferas, sed quasi vnum ex illis 151
33 Asino pabulum debetur & flagellum & onus, ita seruo panis castigatio, labor 61.b

ECCLESIASTES.

4 Edamus panem nostrum in lætitia, vt Deo placeant illa ipsa etiam opera nostra 266.b
6 Sanè verba multa multiplicant vanitatem 357
7 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua 61.b
7 Seruum ne lædas in veritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam 62
7 Satius est in domum luctus quã domũ conuiuij intrare 184.b
9 Sint vestimenta tua candida 225.b
9 Viri iusti sint conuiuæ tui & in timore Domini sit gloriatio tua 135.b
10 Væ tibi terra cuius rex puer est, & Principes tui mane edunt

edunt 25.b.26
10 Beata terra cuius rex 25.b

CANTICA

1 Nardus mea dedit odorem suum 351.b
2 Cum esset in accubitu suo 254
8 Et mustum malorum granatorum meorum 300

ISAIAS

1 Si peccata vestra fuerint vt coccinum 225
1 Cognouit asinus præsepe suum 170
3 Omnem baculum panis & omnem baculum aquæ 306.b
4 Mane surgere ad potandum 307
5 Cithara, nablum, tibia tympanum in biujs vestris 370
5 Væ fortibus ad potādum 311.b
7 Butyrum & mel comedet 56.b
14 Contriuit Iehoua baculum impiorum, virgam dominantium 155
21 Cinctus baltheo iustitiæ & tenes fidei baltheo 233.b
21 Filius areæ meæ 157.b
22 Afflictione coronare 350.b
24 Cessauit gaudium tympanorū tuorum 370
25 Ego discingam coram te reges 233.b
26 Gentes inebriatæ vino scortationis 311
28 Quia omnes mensæ impletæ sunt vomitu & sordibus 292
29 Quasi musto suo inebriabuntur 300
32 Et potum sitienti auffert 300
32 Venite emite absq; vllo argento vinum & lac 31
53 Quis instar ductus est ad victimam, & quasi agnus coram tonsoribus suis obmutuit 62.b
56 Vniuersi isti canes muti non valent latrare, dormitantes iacentes, &c. 45.b
57 Et post ostium & retrò postem posuisti memoriale tuum 238
58 Frange esurienti panem tuum 285.b
65 Qui manent in sepulchris & in desertis pernoctant 79

IEREMIAS

3 Inebriabo animam sacerdotum pinguedine 311
6 Vmbræ vespertinæ apperūt 24
11 Vt darem illis terram fluentem lacte & melle secundū diem hanc 56.b
13 Et cinxit lumbos suos cingulo 233
32 Et dedisti eis terram hanc super quam iurasti patribus eorum terram fluentem lacte & melle 56.b
34 Viros, inquam, istos qui fœdus meum transgressi sunt, neq; rata habuerunt verba 102.b
35 Potabis eos vino 323
42 Et cibaria eius cibaria perpetua tradantur ei à rege 155
46 Vt vitula formosa Misraim, excisio ab Aquilone venit 170
46 Multiplicabuntur enim magis quam locustæ 167
49 Bibere poculum iræ 299

EZECHIEL

4 Et tu cape tibi hordeum & triticum & fabas, & lentes, & milium, & vicias, & pone ea vase vno 59
4 In exordio anni, decima mensis, decimo quarto anno 124.b
5 Et famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis 155
14 Et conteram ei virgam panis, & mittam in eam famem 155
18 Super montes non comedet 187.b
23 Te lauisti & stibio fucasti oculos tuos & ornasti te ornamento & sedisti super lectū honorabilem, mensaq; præparata est ante ipsum & thymiama meum & vnguentum meum posuisti super eū 255.b
24 Panem quoq; hominum afflictorum ne comedas.
34 Væ pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos, &c. 45.b
45 Et vinum non bibet vllus sacerdos cum ingreditur atrium interius 319
46 Istæ sunt dom⁹ coquorū 179.b

DANIEL

1 Dixitq; rex ad Aspenaz principem Eunuchorum, vt adduceret de filijs Israel, &c. pueros in quibus non esset vlla macula 41
5 Vt biberent in eis rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius 138
5 Adornauit conuiuium magnū 1

OSEAS

2 Dant panem & aquam meam 300.b
4 Peccata populi comedent 45
4 Vinum & Scortatio auferunt cor. 100.b
7 Dies regis nostri ęgrotare fecerūt principes vtre vini 172.b
7 Reges faciunt ægrotare vtre vini 337.b
9 Nō libabunt domino vinū 269

IOEL

1 Residuum erucæ comedit locusta 167.b

AMOS

4 Vineas vestras, & ficeta vestra, & oliueta vestra comedet eruca 167.b
6 Qui modulantur iuxta rationem nablij 370
6 Comedunq; agnos pingues de grege, & viculos de medio saginarij 170

MICHEAS

6 Carnē populi deuorant 176.b

NAHVM

3 Gladius deuorabit 12.168
3 Multiplica te vt bruchus multiplica te inquā vt locusta 167

ABAKVK

2 Væ, qui potum præbes socio 216.b.& 323

SOPHONIAS

1 Deus parauit victimam & sanctificauit 134.b
1 Qui transiliunt limen 237.b
1 Præparauit Dominus sacrificium 1

AGGEVS

1 Quando tetigerit cum ala sua panem, aut ebulationem 155.b

ZACHARIAS

6 In quadriga autem tertia equi albi 225.b

MALACHIAS

4 Egrediemini & multiplicabimini sicut vituli saginarij 170

II. MACHABAE.

6 Quod si qui nibus in Græcorum ritus trāsire voluissent, interficerentur 123.b
6 Nam templum luxu replebatur & comessationibus gentium, quæ inter scorta desidebant 120.b
15 Sed eam insignem celebrarent tertiam decimam duodecimi mensis, pridie die Mardochaicæ 115

MATTHAEVS

7 Pulsare & aperietur 236
9 Venit Christus in domum principis synagogæ, viditq; ibi tibicines in funere 369
10 Neq; peram ad iter neq; binas tunicas, neque soleas, neque virgam 147
10 Dignus est operarius sua mercede 46.b
10 Ditite pax vobis 24
12 Et quum venit, inuenit eam vacantem, versam, & ornatā 101

Digitized by Google

12 De omni verbo futili rationem homines reddent 361.b
12 Iste non eijcit dæmonia nisi per Beelzebul principem dæmoniorum 142.b
14 Quum autem agerentur Natalitia Herodis 321
14 Et fregit panem 283.b
14 Et dedit discipulis suis ut illi apposuerunt populo 206
14 Acceptis quinque panibus & duobus piscibus sublatis in cœlum oculis benedixit 165
15 Quod intrat per os non inquinat hominem 194.b
15 Non manus suas lauant cum panem edunt 248
17 Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix 225
19 Abi vende quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo 191.b
19 Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus 139.b
20 Filius hominis non venit vt ipsi ministretur 211
22 Simile est regnum cœlorum regi qui nuptias filio suo apparauit 67
22 Venite ad nuptias 141
22 Rex autem cum hoc audisset iratus est, & missis, &c. 151
22 Et vidit illic hominem sedentem non indutum veste nuptiali 222
23 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mẽtham & anethum & cuminũ 46.b
23 Væ vobis quoniam mundatis quod est extrinsecus 221
24 Media nocte surrexerunt virgines in occursum sponsi 390
25 In carcere eram & venistis ad me 82.b
26 Edentib⁹ autẽ eis accepit Iesus panem 117.b
26 Quẽ osculatus fuero is est, cõprehendite 244
28 Erat autem visus eius vt fulgur, & indumentum eius album sicut nix 225

MARCVS

1 Cuius non sum dignus vt geste calceos eius 228
1 Induebatur Ioannes zona pellicea circa lumbos suos 233
3 Dicebant, quod Beelzebul haberet, & quod per principem dæmoniorum 142.b
6 Quum igitur dies opportunus adesset, quo tempore Herodes in natalitijs suis cœnam faciebat 321
6 Et vt calciaretur sandalijs 228.b
6 Et distribuit panem 23.b
6 Et discumbere fecit eos distributis conuiuijs 260
6 Filia Herodiadis in natalitijs saltauit 378.b
8 Septem panes dedit discipulis vt proponerent 275
9 Et vestimenta eius facta sunt corruscantia, candida valde 225
9 Omnis homo igni salietur, & omnis victima salietur 106
9 Habete in vobis ipsis salem & pacem inter vos inuicem colite 106
14 Et decantato hymno exiuerũt 269.b
14 Cum accepisset Iesus panẽ & benedixisset, fregit, deditq; eis 117.b
14 Tunc ipse indicabit vobis cœnaculum magnum, stratum, paratum 184.b
16 Viderunt adolescentem sedentẽ ad dexteram amictum stola candida 220

LVCAS

1 Postquam completi sunt dies muneris eius 263.b
2 Aue Maria gratiosa 240
5 Fecit conuiuium magnum 1.b
7 Ingressus sum in domum tuã aquam pedibus meis non dedisti 84.b
7 Sed illi nõ receperunt eũ 84.b
9 Nisi id nos faciamus, vt abeuntes in ista tanta populi multitudine cibos emamus 178.b
10 Inquantunq; vrbem ingressi fueritis, & excipient vos, edite quæ apponent 46.b
10 Martha autem distrahebatur circa frequens ministeriũ 203
16 Mulier autem quædã Martha nomine excipit eum in domum suam 84.b
10 In ea autem ipsa domo manete edentes ac bibentes quæ apposita sunt 46.b
11 Inter loquendum autem rogauit eum Pharisæus quidam vt prandere at apud se. Ingressus igitur 90.b
11 Domũ ingressus accubuit 248.b
11 Amice da mihi tres panes quoniam amicus 194.b
12 Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt 187
12 Quem constituit dominus super famulitium suum 61.b
12 Considerate coruos quibus nõ est cellarium, &c. 171
12 Sint lumbi vestri præcincti 211
12 Amen dico vobis, præcinget se & trãsiens ministrabit ei 205
14 Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos 141
14 Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Abi cito in plateas 151
14 Beatus qui comedet panem in regno cœlorum 164
14 Beatus eris quia non possunt tibi reddere, &c. 136.b
14 Quum facis prandium aut cœnam, noli, &c. 1.b. item 25.b
14 Rogo te, habeas me excusatũ 151
14 Tu vero cum inuitatus fueris, &c. 260.263.b
15 Pater osculatus est filium perditum 243.b. & 244
16 Recepisti bona tua in vita tua 266.b
16 Erat quidam dives & induebatur purpurea, &c. 146.b
17 Si quis est in superiore parte domus, & vasa eius in domo sua, nõ descendat 194.b
17 Quis vestrũm seruum habens arantem, &c. 202.b
19 Quare non dedisti pecuniam meam, &c. 197
22 Vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo 164.b
22 Accubuit Christus cum discipulis 254
22 Quis maior est, qui accumbit an qui administrat? 203.b
23 Et accepto pane cum gratias egisset 117.b
23 Et indutum veste splendida remisit eum Pilato 225

IOANNES

2 Vt autem gustauit architriclinus aquam illam 151.b
3 Supra modum cum inebriati fuerint 309
4 Et discipuli eius in vrbem Samariæ, Sichar dictam, iuerunt 173
4 Bibere aquam viuam 298.b
6 Bibere sanguinẽ Christi 248.b
11 Non est mortuus sed viuit 35
12 Lachrymis lauit pedes eius.
13 Surgit à cœna & ponit vestimenta sua, &c. 247.b
20 Et vidit duos angelos albatos, sedentes 225
21 Venite ad prandendum 141
21 Dicit eis Iesus, venite prandete 26
22 Cum descendisset in terram vidẽt prunas positas, &c. 183.b

ACTA APOSTOLOR.

2 Non enim vt vos existimatis isti ebrij sunt, &c. 26
2 Omnes autem qui credebant conueniebant 113
2 Eranto; perdurantes in doctrina Apostolorum, &c. 117.b
4 Multitudinis autem eorum qui crediderant erat cor & anima vna 117.b
7 Dixit autem ei Dominus, solue soleas tuas, &c. 229.b
10 Surge & ego ipse homo sum.
10 Commune, pro prophano 248
10 Quod Deus sanctificauit, &c. 294.b

20 Nunquam immundum intrauit in os meum 294.b
20 Vsq; ad horam nonam sedebã ieiunus & precabar domi meæ 25
21 Singuli autem discipulorũ pro vt cuiq; supperebat decreuerunt in subsidiũ mittere 134
22 Pulsauit ostium 236
24 Cibo implet Deus & lætitia corda hominum benefaciẽs etiam incredulis 267
22 Educatus vero in hac ipsa vrbe ad pedes Gamalielis 210.b
23 Paries dealbate, percuciet te deus 224

AD ROMANOS

6 Exhibent membra sua arma iniustitię 4.b
13 Est enim minister Dei 203
14 Regnum Dei nõ est potus aut cibus 294.b
14 Alius quidem credit vescendũ esse quibusuis 159.b
14 Infirmus olera comedit 158
15 Vsq; ministerium hoc meum erga Hierusalem acceptum sit 174

AD CORINTHIOS

5 Cum fratre scortatore auaro, simulachrorum cultore, conuitiatore, &c. ne cibũ capiatis 9
5 Epulum in Azymis sinceritatis & pietatis 115
7 Hoc autem aio fratres tempus contractum est in posterum vt & qui habent vxores, sint vt non 191.b
8 A cibis licitis abstinendũ quando & cur 295
9 Porro qui suppeditat semen serenti, is & panem nobis 134
9 Quis militat proprijs stipendijs vnquam? 46.b
10 Nõ potestis mensæ domini participes esse 197.b
10 Bibere spiritualem potũ 298.b
10 Siue editis siue bibitis omnia in gloriam Dei facite 265
10 Omne quod in macello venditur emite 294.b
10 Quiquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam 119
10 Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis 9
10 Non potestis poculum Domini bibere & poculum dæmoniorum 119
10 Quod si quis infidelium vos vocat 9
10 Siue igitur bibitis siue quid aliud 213.b
11 Probet autem se homo, & ita de pane illo edat 113.b
11 Et hic quidem esurit, ille vero ebrius est 117.b
11 Omnis vir orans aut prophetãs operto capite dedecorat caput suum. Mulier verò non operto capite orans dedecorat caput 230.b.& 231
11 Cum conuenitis in vnum non licet dominicam cœnam edere 117.b
16 Porro de collecta in sanctos vt constituit 134
16 Osculum sanctum 244

II. AD CORINTH.

2 Cauponari sermonẽ Dei 305.b

AD GALATAS

6 Communicet autem qui instituitur in sermone ei qui instituit omnia bona 46.b

AD EPHESIOS

4 Omnis sermo putridus ex ore vestro non egrediatur 361
5 Nolite inebriari vino 311
5 Scortatio & omnis impuritas aut auaritia ne nomen quidem inter vos habeat 361
5 Nolite inebriari vino 369
6 State circũcincti subligaculo in veritate 233.b
6 Et pedibus calceati ad prædicationem Euangelij pacifici 228.b

AD PHILIPPENSES

2 Etiamsi pro libamento offerar super hostia, sacrificij fidei vestræ 268.b
4 Pios suum gaudium & coronam Paulus appellat 350.b

AD COLOSSENSES

2 Nemo vos iudicet in potu & cibo 244.6

I. AD THESSALON.

5 Osculo charitatis osculemini 244
5 Estote sobrij, nam qui dormiunt, noctu dormiunt 24.b

I. AD TIMOTH.

3 Oportet episcopom irreprehensum esse, vigilantem, sobrium, compositum, hospitalem 85
5 Si quis suis non prospicit, is fidem abnegauit, et est infideli deterior 316.b
4 Dæmoniorum dicitur ciborũ prohibitio 295
4 Sed exerce teipsum ad pietatem: Nam corporalis 113.b
4 Omnis creatura bona si cum gratiarum actione sumatur 265
5 Qui bene præsunt Præsbiteri duplici honore digni habeantur, maximè ij qui laborãt in sermone & doctrina
5 Si liberos educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit 85
5 Vidua, si lauit pedes sanctorum eligatur in diaconissam 248

AD TITVM

1 Sed hospitalem, bonorũ amantem, consultum, iustum, pium, temperantem 85
1 Omnia munda mundis

AD HEBRAEOS

7 Cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraham, qui primus, &c. 46
14 Sunt enim Angeli spiritus administratorij 203.b

IACOBI

1 Omnis homo sit celer ad audiendum, tardus ad loquendũ 357
2 Nonne discrimen feciſtis apud vos & facti estis iudices peruerse deliberantes 260
3 Lingua vt ignis incendium parat magnum 273

II. PETRI

2 Qui pro voluptate ducunt quotidianas delicias labes ac maculæ 117.b

I. IOANNIS

2 Qui exercet iusticiam iustus est, sicuti ille iustus est 134

APOCALYPSIS

3 Ecce sto ad ostiũ & pulso 235.b
3 Ideoq; incedent mecum albati digni enim sunt 225
6 Et ecce aderat equus albus 225
19 Beati qui ad cœnam nuptialẽ agni sunt vocati 67

Digitized by Google

Hyberniæ epulæ nuptiales inhonestæ 69
Hyemis victus ratio 27
Hymnum canendi post cœnam mos 269.b
Hymni Deorum in coniugijs decantati 370.b
Hypatus mons 278.b
Hypocausta Germanorum 189.b
Hypocrisis Phariſæorum in lotione 248.b in ſalutando deteſtanda 246
Hypothymiades quid 54.b.354
Hyſſopi natura 342

I

Iabelis Hebri Kenæi vxoris factum 99.b
Iabenſium moderatio in nuptialibus 70.b
Iacere pro accubare 255
Iacobi eorum de decimis 46
Iactus Venereus in talis cur Baſilicus 253
Iain pro ſympoſio 1
Ialchleuenſium Aphricanorum mos in ambiendis vxoribus 138
Iani religio apud veteres 237
Ianuarius cur γαμηλιών Athenienſibus 67
Ianuæ lauro atq; lucernis ornatæ 239
Iathuatum religio apud veteres 235 b.237
Ianuas claudendi antiqua conſuetudo 236.a.b
Ianualis porta Romæ 238.b
Ibis Aegyptiorum dæmonio dicata 381.b
Ieiuno ventre bibere perniciosum 322.b
Ieiunium verum Baſilio quod 25.b
Ieiunia à pueris nõ requirenda 39.b Iudæorum 25. Sabbataria 64
Ieiuniorum tempus 184.b
Ientaculũ 17.a.b ambulatoriũ 259 antiquorum quale 28 pueris vſitatum 84.b
Ientacula cur dicta collationes 131.b Græcorum tenuia 21.b Iudæis nõ vſitata 26
Ieremias diem ſuum natalem execratur 35
Ἱερόσυλοι & θεόσυλοι quid 183.b.
Ἱεροσύλοι 210
Ieci Tarentini luctatoris temperantia 13. cœna 12.b 13
Ichtiophagi ſiluberrimi 160.b
Idololatriæ ebrietas par 317
Ignatij Metelli facinus in ebriam mulierem 318.b
Ignis præſtantia 6
Ignis vnde dictus 183
Imagines in poculis exſculptæ 336 b
Imperatores Rom. aleatores qui 382
Imperatorum Rom. cura annonæ 378 cuſtodes ad fores 236.b victus 53.b luxuria perniciosa 53.b 54 ſtudium in tollendo feſtorum abuſu 129.b
Impij ad cœnas non inuitandi 135.b
Imprecatio in ſacrificijs fœderalibus 104
Imprecationes in eos qui peregrinos lædunt 89.b inter propinandum vſitatæ 340.a.b.
Improborum conſuetudo vitanda 150
Inambulando cibum capere 259
Inauguratio ſacerdotum noſtri temporis luxurioſa 43.b
Inaugurationes regum apud Iudæos 47.b
Incommodentiæ vitium 8.b
Incœnis quid 20
Indorum comedendi tempus 28.b diſciplina puerilis 41 menſæ ſublimes 199.b mos in funeribus 81 precatio 376.b varia ſepeliendi conſuetudo 78
Inebriari quando ſit vtile 316.b
Infames erant ante cœnam edentes Græcis 21.b
Infantis in vtero nutrimẽtitium fœdiſſimum 36.b
Infantes matrum lactandi 36
Infantum nutricationis tempus 36.b
Infantibus quo die nomina Romani impoſuerint 30
Infetiæ quid 77
Inferorũ cibus malua & porrũ 159.b
Ingeniorum ſpeculum 313
Ingenuorum hominum conuiuia 221.a.b
Ingluuies in epulis vitanda 287.b
Inhoſpitalitatis vituperatio 99 exempla 99.a.b.86.81.b
Inimici quoque inuitandi 137
Inſaniæ cauſa ebrietas 314.b. 315
Inſcriptiones Spoleti natalitia publica teſtantes 33
Inſignia puerorum Rom. 38.b
Inopiæ publicæ cauſa ebrietas 316.b
Intemperantiæ incommoda 40.b
Inter os & offam quale prouerbium 55.b
In tergore bouis deſedit Adag. 105
In triclinio choa quid 187.318.b
Inuehito vini 306
Inuitatio ad conuiuium 134.b
Inuitationis modus 141.b
Inuitati ad conuiuium officium 213.a.b
Inuitati cur non inuitatos adducere prohibiti 249.b
Inuitandi conuiuas modus 141
Inuitandorum numerus 262
Ioannis Baptiſtæ acridophagia 166
Ioannis Magni Moſcouitarum principis temulentia 395
Iolas Antipatri filius Alexandro venenum dedit 296
Iob diem ſuum natalem execratus eſt 35
Iobi filiorum conuiuia 114
Iocandi genus duplex 383.b.
Iocoſis cauillationibus cautio adhibenda 360.a.b.
Iones ſaltationum ſtudioſiſſimi 378
Ionicè viuere quid 349
Ioſephus prudentiſſimi Magiſtratus exemplum, 176.b.177 vt fratres conuiuas collocarit 159 b.160
Iouis cerebrum quid 278.b templum & lectiſternia Romæ 128
Iozeoth Heb. quid 174
Irus bihumius 147
Iſaaci ſponſalia 66
Iſmeniæ Thebani adorandi ſimulatio 241.b
Iſmeniæ Thebani virtus 369
Italiæ præſtantia 15.b
Italicæ menſæ 15.b
Itinerariæ inſtrumenta veterũ 234
Iudaicæ mulieres coquæ 181.b
Iudaicorum ſacerdotum luxuria 45.b
Iudæi à Chriſtianorum conuictu abhorrent 6.b.7 cur Bacchum coluiſſe crediti 63.b cur in ablactatione conuiuati 35.b orantes linteo caput obnubunt 231 poſt ieiunia laute viuebant 25 veſtibus candidis vti ſoliti 222
Iudæorum collegia cur ab Auguſto permiſſa 112.b conſuetudo ſuperſtitioſa 248.b conuiualis veſtitus albus 225.b conuiuia funebria 72.b hoſpitalitas 95 lauatio ante epulas & ſacrificia 248 luctus in exequijs 80.b militaris victus 55 mos inuitandi ad nuptias 141.a.b. mos poſt victoriam 58.b preces ante & poſt epulas 264.a.b.265 ſacra ſupellex pretioſa 193.b ſponſalia 65.b.66 victus militaris 56.b
Iudæis Ethnicorum conuiuia prohibita 6.b prandia & cœnæ vſitatæ 25.a.b
Iugarius vicus Romæ 71.b
Iuliani in Daphne luxus 54.b
Iulij Cæſaris epulum magnificum 48 cœna triumphalis 59.a.b diligentia in annonæ cura 178 natalis 33.b
Iupiter Dapalis 128 hoſpitalis Romanorum 92.b nuptialis 66 prædator vnde 46 φράτριος 110 b ξένιος 88.b.89.a.b
Iuno Cinxia vnde dicta 232.b vnxia vnde cognominata 337.b
Iunonis varia nomina 71
Iuſta vnde dicta 75.b præbere quid Ciceroni 61.b
Iuriſiurandi mos antiquiſſimus 104
Iuuenilem ætatem ſilentium decet 358

K

Kikaion Ionæ quale virgultum 351.b
Kiſilpaſſa cur dicatur rex Perſarum 251
Kali Heb. quid 55.b

Κάδοι

Κάγκελλος 97.b
Καπνίζειν quid 183
Κάπτειν quid 282
Καπνοφάντης 143.b
Καταβόλιμα 130
Κατακλίνειν & κατάκλισις 86.b
Κατάστεμα quid 272
Κερατίσκοι quid 271.b
Κίμινος pincerna veterum 209
Κοκκισσῶν 3.b
Καχλίζειν quid 161
Κλυστήριον 3.b
Κοινωνία 4
Κύλιξ vnde dicatur 143
Κίλλυβος quid 197
Κίστην & τορῶν quid differant 236
Κουρεῶτις Athenienſium 38
Κρατὴρ vnde 207.b
Κρεωδίζειν 143.b
Κτίρισμα parentationis genus 73.b
Κύβων 3.b
Κῶλα victimarum partes 283.b
Κωμάζειν quid 20.a.b
Κωμᾶν quid 111

L

LAbani & Rebeccæ hoſpitalitas 84
Lacinia tenere prouerb. 141.b
Laconis dictum de accubitu 263.b
Lacones cur paraſiti 144
Lacedæmonij cur bibendo armabantur 57
Lacedæmonij Græcorum præſtantiſsimi 377.b
Laconica cœna 13.b
Lacedæmonij quare comam aluerint 38.b
Lacedæmonijs propinationes veritæ 342.b
Lacedæmoniorum erga hoſpites benigniras 92.b
Lacænæ nutrices olim præſtantiſsimæ 37.b
Lachrimæ quando decoræ 367.b
Λαχανοπαλῶσι 160
Lacuna Cellæ vinariæ 172
Lactatio infantum miraculoſa 36.b
Lactis materni vis 37.a.b. vſus 56.b. eſus 162.a.b
Lactaria fercula quomodo ſumenda 281.b
Lactuca Veneri contraria 896.b
Lactucæ vſus 276
Lagenæ è filis radicum fici 332
Lactantij ſententia de Vaſis in ſacris 194
Lanius & Lanio quid 182
Lanienæ quid 174.b
Lapide fœdus & iuſiurandum olim fiebat 104.b
Largitionis peſtis 48.b
Lares pileati 230
Laridum quid 52
Latinæ eccleſiæ benedictio menſæ 266
Latinorum in edendo conſuetudo 21.b.22
Lauri virtus 353
Lautia qualia munera 93.b
Lautitia quid & vnde dicta 220
Lauare pedes pro ſordido miniſterio 247.b
Lauacri ſancti nomina 226
Lauationis materia 250.b
Lauationum vſus 217
Lauandi hora Rom. 23
Lanx quid 282.b
Lazari & epulonis Parabola euangelica 146.b
Lazarus vnde dicatur 146.b
Læna veſtis qualis 227.b
Λειτουργία quid & vnde 203
Lechem pro conuiuio 1
Lectus Sella commodior 258
Lecti auro & argento operti 256.b
Lectorum apparatus 257 in conuiuijs numerus 258.b inter epulas vſitatorum nomina 255.b
Lectiſternia quid & quomodo facienda 128.b
Lectiunculæ veterum inter epulas 364
Lectiſterniator qui 205.b
Legatis cur vitanda ebrietas 101
Legem Dei totam ebrietate violari 317
Leges canonicæ ſalrationes prohibent 380 cibariæ quæ 156.b frumentariæ, 133 inſanæ comporationum 154 ſumptuariæ 11.a.b
Legislatorum de conuiuijs inſtituta 6.b
Legumina quid 8
Lælius Strabo Brunduſij primus auiariorum author 170
Lemuria & Lemuralia quid 77
Lentis deſcriptio 158.b.159 56.b
Lentis leguminis eſus quid præſtet 73
Lentulorum nomina vnde 56.b
Leporina caro 161
Leporaria 70
Leuana Dea quæ 29
Leucanorum hoſpitalitas 94.b
Leuiticæ tribus ſtipendium 46
Lex regio Prouerb. 141
Libarius coquus qui 182
Libare proprie quid 268.b.269
Libatio in fœderibus 104
Libationes Ethnicorum 268 in fœderum contractu 104 mellitæ 163 non vino ſed alijs liquoribus factæ 270
Libationum genera 268.b.269.4.b vſus 272.b
Ligare & diſſoluere cingulum quid 233.b
Liberalia feſta quæ 122.b
Libidinis fomes vinum 315.b
Ligneilecti qui 256.b
Lignea pocula veterum 331.b & fictilia vaſa in ſacris 193
Liguſtri coronæ 353.b
Λίκνον 121
Liliorum coronæ 353.b
Limentinus Deus qui 237
Linguæ cur Mercurio ſacrificentur 237.a.b
Linum candidum quale Prou. 223.b
Linteorum vſus 220
Lipſenſis collegij mos inter epulas 364.b
Liquores corporibus grauiſsimi 219
Lituanorum mos precandi inter epulas 267.b
Liuonum ritus in exequijs 75
Locus conuiuialis 184.b.190.a.b. 191
Loci in conuiuijs gradus 263
Locuſtarum damna 168.b.169. eſus 166.b.167 genera ibidem 168.a.b
Locuſtiuori populi 165.b
Λοιβάτιον quid 268.b
Λοιβάδια quid 271
Lomentum quid 158.b
Longobardorum comæ depoſitio 38.b
Loquendi formæ in propinationibus 34.b.344
Loquacitas in conuiuio vitanda 336.b
Loquacitatis vanæ cauſæ 313.b
Loro corpore conuiuandum 217
Lothi hoſpitalitas 82
Lucernarum vſus, nomina 389.b 390.a.b.24.b mentio apud authores vnde? 24.b
Lucernaria vita quid 384.b
Lucifugæ homines qui ibid.
Luci olim conuiuiorum & ſacrificiorum locus 187.b
Lucus Tigurinæ vrbis 187.b
Luculli triclinium Apollineum 189.b
Luctus ſigna apud Iudæos 72.b
Ludus Structarius quid 286
Ludi conuiuiales duplices 380. b. quibus exercentur corpora 83
Ludorum genera 381.a.b
Lugentium habitus Hebr. 229
Lupercorum ſodalitas 112.b
Lurconum exempla 291.b
Luſus ſaltæ prohibitus & conceſſus 382. a.b Rom. quando habitus 23.b
Luſtralis aquæ vaſa 249.b.259.a.b
Luſtrationis modus 30.a.249
Luſtricum & Luſtrarium quid 29.b
Luſtricus Baptiſmi dies Germanorum improbandus 3
Luſtratores quid? 30
Λύτρον παλιγγενεσίας 31
Luxus ſupellectilis vitandus 191.b Perſicus 48. Sabbatarius 64
Luxuria diuerſoriorum coercenda 99 peſtis in militia 53. b. 54. quæ vituperanda 16.a.b quorundam illuſtrium 16 Romanorum 335
Lycaonis fabula 92.b
Lyciæ laus 188
Lyctus vrbs Cretæ 108
Lycurgus oculo priuatus 108.b
Lycurgi ratio educandi pueros 41

Digitized by Google

Lex de conuiuijs in propatulo 188
Lydi caupones primi 97.b ludorum inuentores 381.b
Lyaeus cur dictus Bacchus 314
Λυσιτελὲς quid 267

M

Maaphe Hebr. quid 179.b
Macellū & Macellarij quid 174
Maiora pocula post minora capiendi mos 340.b.341
Macedones saltatores 378.b
Macedonum lex militaris de cingulis 233
Mæsonicæ cauillationes quid 180.b
Mæschruta Heb. quid 67
Machometanorum in victu superstitio 297.b
Magacreontis Abderitæ dictū 21.b
Magister conuiuij 152.b
Magistri conuiuij electio 152.b.153 a.b munus 153.b.154.a.b nomina Græca 152
Magistri conuiuij vnde dicti 153
Magistri τῆς διατριβῆς 286
Magistralia conuiuia 45.b
Magistratuum petitorum vestitus 223 b
Magistratibus gula in primis fraudi est 290.b
Μάγειρος quid 180
Μαγειρίνειν quid sit 283.b
Magnæ Deum Matris Sacra 127
Maius Mensis veteribus inauspicatus nuptijs 72
Μαλακίαλε 143
Malluuium quid 251
Mammeæ diæta Alex. Imp. Roma. matris 189.b
Mancipij vilitas 181
Manducare quid & vnde 287
Manducandi tempus apud veteres 21
Manichæorum abstinentia à vino 320. certis cibis 297.b superstitiosa oratio 265
Manumissionis vestitus qualis 223
Manus lauandi modus 251.b.252
Manus naturalis hominis poculum 331
Manuum ablutio obseruanda 250. 248.385.b apprehensio in salutationibus 242
Manibus cibi decore sumendi 288
Mappæ quid & vnde dictæ 201.b
Marcionitarum superstitio 297
Marcipanes 84
Mardocaicus dies qui 115
Marinæ aquæ natura 217.b
Marius potator 23.b
Marmoreæ mensæ 200
Marcia quercus 188.189
Marcialis sacerdos vnde dictus 263
Marsilij dicta de conuiuijs 6
Martyrum festa 80.b γενέθλια quæ 35
Martyrij candida quid 224
Massagetarum crudelitas in ægros 78
Maske Heb. quid 206.b
Masiniſſæ diæta 53.b
Masilienſium mos in ſponſalibus 69 prudentia 100 in exequijs ritus 74.b78
Mastigophori qui 112
Matrimonia contrahendi mos in conuiuijs 69
Matrimonijs ebrietas damnosa 320.b
Matris familiâs officium 172.b 179.b
Matronalia festa 125.126
Matrum munus in nutriendis infantibus 37
Matutini temporis commoditas 184.b
Maximiliani Austriaci II epulum Cæsarianum 49.b
Mazah Græcorum quid 83.a.b
Mazones cœnæ Archadicæ 84
Mazoth Heb. quid 82.b
Μάζης Ethymon & deriuata 84
Meccœnatis munera natalitia Augusto missa 32
Mebaschelot Heb. quid 182.b.179.b
Medica abstinentia quæ 293.b
Medica mensa 10.b.15.b
Medicinæ tres partes 185.b vinum seruit 308
Medimni Attici portio 56
Medicorum & coquorum diuersi fines 180.b veterum instrumenta cornea 331.b
Μίθυ quid 305.b
Mel syluestre quid 56.b
Mellis descriptio 56.b esus 162. b. Prouerbia 163
Mellaria quid 170
Mellificatio in cadauere leonis 163
Melitæus Catulus. Prou. 383.b
Meliti scholia 372
Melilotinæ coronæ 352
Melodia Romanorum improbanda 370.b
Melsar Danielis & sociorum fidus custos 41.b
Mendici Euangelici & Homerici comparatio 146.b notatio 146.b
Mendici conuiuæ 145.b qui tolerandi 147
Mendicorū epitheta Homerica 146
Menelai hospitalitas 86.b
Mensa aurea Aesculapij à Dionysio rapta 386.b credentia Papæ 43.b Domini in nouo Testamento 197 b.198 Ethnici pro ara vsi 198. hospitalis 89. Mosaica 197.b Persica 15. b res sacra 5. sacra Iustiniani 194. vnde dicta 196.b
Mensæ apponendi remouendique mos veterum 202 secundæ inuentores qui 349 significationes in sacris 195. b vsus in conuiuando 255. b alteræ quid 279 damnosæ quæ 196. b lignea in sacris Rom. 193 rotundæ & quadratæ 199.a.b sacræ quæ 197.b superstitiosæ 198 Syracusanæ 15.b vasorum 198.b
Mensarum in templis vsus, dedicatio 198.a.b
Mensis secundis olim propinationes vsitatæ 345
Mensurarum nomina 337.b
Mentis speculum vinum 313
Meraci vini potatio olim probrosa 329.b
Meraca libatio cur alijs dijs data 269.b
Mercurialia sacra 125
Merenda 19. a. b Iudæis non vsitata 26
Meretrix cur nonaria 23
Meretricia conuiuia quæ 20.b
Meridio & meridior quid 19
Meridiana conuiuia 18.a.b.19
Meritoria cœnacula quid 186
Merum quid 19.b.306
Mescharethim Heb. quid 202.b
Meseb pro conuiuio 1
Μεσυχυδορποχίσης 143.b
Μεταίτιος quid 385.b
Micis sub mensa saturari 147.b
Miliarium quale vas 303.b
Milites cum imperatoribus vescebantur 53.b
Militum luxuria perniciosa 53.b.54 castigatio 52
Militaris disciplina apud Rom. inuictu 51.b. saltationis vsus 377 Turcarum victus 55
Milium quid 158
Miraculosa abstinentia 298
Mimi conuiuiales 381
Minæ inter propinationes vsitatæ 344
Ministri à voluptatibus 208.b mensis eleganti vestitu olim adhibiti 211 vnde dicti 204
Minutia frumentaria quid 133.b
Ministrorum conuiuij dura conditio 327. b conuiualium gradus 208.b hospitij in Gallia dignitas 208. b in primitiua ecclesia victus 47 vinosorum calamitas 320.b
Ministerij conuiualis ratio 202.b
Μαγαγοτρῶν 146
Μαλοσφαγίαι sacrificia 62.b
Mithridates fœdere à Rhadamisto deceptus 105.b
Mithridates Bacchus cognominatus 312
Mithridatis antidotum veneni 206
Missus quid 274.b
Missæ vox cur cœnæ dominicæ attributa 236.b
Mischte pro conuiuio 2
Mistheiain Heb. quid 57
Mixtio vini à natura quomodo sit variata 329.a.b
Moab cur olla Dei 248
Modestia in mensa seruanda 287.b
Modiperator quid 152.b

Digitized by Google

Moderatæ potationis cõmoda 343
Modij tritici pondus 56
Mola salsa in sacrificijs 106
Monachorum & Monacharum luxuria 45.a.b. nuptiæ 43.b. 45.a.b
Monialium κυρίευσις 38.b. vestitus mutatio 39
Monoceros Iudorum 331.b
Monomachiæ in conuiuijs Roman. 383
Monophagia quid 127.b olim probrosa 8.b
μονοκίτια 27. quibus sit noxia 27
μονόκιτος quis 26
Montanistarum superstitio in victu 297
μύρμων 152
Mora qualis fructus 276.b
Moralis abstinentia quæ 293.b
Mors in olla quid 159.b
Mortis dies Christianis celebris 33.b
Mortuorũ natalitia celebrata superstitionum causa 34
Mos antiquus lac, mel, vinum, panem Eucharisticum dandi infantibus 31.b
Moscouitæ choreæ osores 380. pueris septem annorum dant Sacramentum 31.b
Moscouitarum regum mores in conuiuio 285.b victus militaris 55
Moscouitis symbolum amicitiæ pamis 105.b.106
Mosynorum hospitalitas 95
Motus post cœnam ratio 390.b
Mulieris probæ in culina officium 181.b
Mulieres cur bina habeant vbera 37
Græcorum cum viris non accubebant 137.b in conuiuio permutandi mos 138. silentium decet 358. quomodo collocandæ 161.b
Mulierum caput aperiendi & tegendi mos varius 231. 232. in potandi agone impudentia 328. fucatio 211.b quæ lactare nõ possunt officium 37.b
Mulieribus Rom. olim coquere vetitum 181.b
Mulsi vsus 163.279.b.56.b
Mundo renunciare quid 45.b
Munus septem solidorum quid 57.b
Muneris conuiualis descriptio ex Tacito 154.a.b
Munera esculenta emittendi mos 91.b hospitibus danda 32. Saturnalitia 125
Munuscula circumcisis Turcarum infantibus dantur 31. pueris recens natis data 29.b
Munerum conuiualium, quæ Apophoreta 388.b.389
Murrhina vasa 334
Mures quasi parasiti 145
Muscæ parasiti 145
Musalam circunciforum apud Turcas nomen 31
Muscaria instrumenta 208.b
Musica epulis accommodata 373 in conuiuijs 23.b. conuiualis Romanorum 372.b. cœna 13
Musicæ abusus 370.a.b.374.b laus in sacris, diuisio, vis, vsus 368.a.b. 369.a.b. conuialis vsus apud Rom. 372.b.25.b
Mustacea placentæ genus 67.b
Mustelarum esus 166.b
Mustum semper dulce quomodo cõficiendum 326.b
Mutitare conuiuia quid 114
Mutitandi vox quid & vnde 62.b
Mycoriorum more ad conuiuium venire quid 142.b
Myodes quis 142.b
Myrtus cur Veneri sacra 59. inter canentes circumferri solita 371.b pro verbena in fœderibus adhibita 164.b
Myrti coronæ 352
Mychragyrtæ qui 148
Mysiorum superstitiosa abstinentia 295.b
Mysteria ablactationis puerorum 36

N

NAbuchodonozoris sapientia 41 a.b
Nazaræorum vestitus albus 228.b
Nardi coronæ 351.b
Nardini olei præstantia 347.b
Nasamonum turpitudo in nuptialibus 69
Nasak Heb. quid 269
Nasturtij vsus 55. esus apud Persas 40.b
Natales celebrandi ratio vera 34.b
Natiuitatis dies execrandus 35
Natalis Christi vt hodie celebretur à Christianis 34.b
Natalis diei summa hilaritas 32.b
Natalis sacrorum 43.b
Natalitia cum publica tum priuata 33.b. conuiuia luxuriosa 32.b. cõuiuia quibus Getitibus vsitata 32 Iudæorum 32. publica veterum 33. quando & quomodo à Christianis celebranda 34. Christianorum nostri temporis 34. quomodo celebrata 33.b
Natalitium mos antiquus 29
Natalitiorum vestitus apud Romanos 225
Naucratitarum in nuptijs mediocritas 70. inter epulas religio 267 sysstitia 111. vestitus 224.b
Nazad & Nazan Heb. quid 186
Nazaræi carnibus abstinentes 297
Nazaræorum κουρίευσις 38.b
νεομηνία quid & vnde 115.b
Nectar quid 264.b
Nestoris poculum 337
Nigri coloris significatio 222.b
Nigrarum vestium vsus in exequijs 222.b
Niuatæ aquæ quæ veterum deliciæ 301.b.302
νίψασθαι & ἀπονίψασθαι quid 251
Νοχύσια festum ferale in Bithynia 74 Νομάδιον 15.b
Noachus vini fator 306.b
Nobilium conuiuia 314
Nocturna conuiuia 14.16.b
Nomadum rusticitas 243.b
Nothinalium solennitas Romanis 30
Nomina cur infantibus post septimũ diem imposita 30. in salutationibus vsurpari solita 239.b
Nomenclator in conuiuijs qui 262 139.140.b
Nonæ Capratinæ festum Romanorum 125
Nordmannorum fraus in America 79
Nouilunia Atheniensibus honorata 116
Nouendialis Romanorum 76.a.b
Nox à Romanis dea credita 115.b
Nucis natura & qualitas 282
Nudipedalia quid & vnde 64
Numa collegiorum artificũ author 112
Numerus conuiuarum 139
Numeri septenarij ratio 139 ternarij ratio 138.b
Numerorum veteres obseruantissimi 139.b
Numidarũ locus obseruantissimus 262.b regum superbia 246
Numina nuptialia 71
Numulariorum Romæ ratio habita 197
Nundina Romanorum dea 30
Nundinalis coquus quis 181.b
Nundinariæ epulæ 116
Nuptiarum finis præcipuus 71.b
Nuptiarum spiritualium descriptio 67
Nuptialis vestis Christo quid 222
Nupriales epulæ 15.b
Nuptialium conuiuarum numerus 146.b epularum vsus & abusus 69. b. 70. a.b festinitarum luxus insanus 70 b.61.b
Nuptialia Iudæorum conuiuia 66.b
Nutrices quales eligendæ 37.b
Nutricum vitia in infantes derivata 37
Νυκτίλια Bacchi sacra 121.b

O

OBesus qualis vox 41
Obesorum pœnæ apud Spartanos 41
Obsonium quid, & obsonare, & vnde dictum 173.a.b
Obsonandi modus 178.b.179
Obsonatores ministri qui 205
Obsonitor quis 173.b
Odi memorem compotatorem quale Prou. 273.368
Odilo Monachus Cluniacensis 76.b
ὀδοντίζειν quid? 37.b
Octonarius conuiuarum numerus 139
Oeci quid 185
Oeconomi prudentis officiũ 169.b

Filij Hilari mors operosa 303
Officia hominum duplicia 42.b
Officiorum gradus apud Rom. 92.b
οἰκίτης propriè quid 203
οἰνηρία qualis festiuitas 38.b
οἰνίστια Athenienſium 207
οἰνίστης 152.b
οἰνοχόη vas 206
Oleribus veſci olim qui ſoliti 159.b
Oleum cibarium quid 156.b
Olei diſtributio apud Rom. 133.b
natura 210
Oleo nitidius quale Adag. 349
Olearij in velabro Prou. 349.b
Olitores qui 175.b
Olitorij conuiuij exemplum 160
Olla cuprea in Moſcouia 134. pulmentaria Tiguri 134 ſalutationis ſpecies 242
Ollæ amicitia Prou. 143.b
Ollæ Rhodiacæ 333
Omaſum bubalum 161.b
Omophagia Bacchi ſacra 121.b
ὀμογάλακτις 111
Omuli dictum ad Antoninũ Pium 247
ὀνομασία 29.b
Onix quid 348
ὀξυφαβὸν quid 163.b
Opalia & Saturnalia cur ſimul celebrata 124.b
Ophe Heb. quid 179.b
Ophiomachus quid 167.b
Opificum & mercenariorum luxuria 60.b
ὄψον quid 16.b
ὀψονεῖν quid ſit 173
ὀψώμιοι 177
ὀψόπους & ὀψοπίνος 180
ὀψοσπύλιοι 174
ὄψλα 191.b
Opſophagia Romanorum 160.b
Opſonatores qui 173.b
Oporatheca quid 171.b
Ophim Heb. qui 182
ὀπτανεῖον quare dicta culina 183.b
ὄπτησις aſſatio vnde 183.b
ὀυλοχύται quid 106
Operarijs ientacula & merenda vſitata 25
ὄργια 121
Oratio Dominica qualis 266
Oratio ſocietatis humanæ concilia trix 355.b
Ordo in conuiuis collocandis 260.b
ὀργιαστικὰ δόγματα 111
ὀργιάζειν quid & vnde 111
ὄρχησις quid 375.b
Orchia lex de conuiuarum numero 140.b
Organorum Muſicorum ratio 368.b
Orientalium mos vina condendi 172.b panes 283.b potus factitij 322 vinum miſcendi conſuetudo 328.b
Origines contra Natalitia 33.b
ὄρνια τάμνειν quid 103
Ornithones quid 170
ὀρνιθοφόνοι 170
Ornithogonia quid 170
Orphei cantus 373
Othmaria Chriſtianorum feſta 122.b
Oſcilla Chriſtianorum 126.b
Oſcula fraudulenta 244
Oſculandi genera 241.b. 244.b. 243.b
Oſtrea cur primo comeſta 276
ὀφθαλμοὶ in conuiuijs quid 152.b
Oua prandij principium 276.b
Ouationis ritus 59
Ouium præſtantia & laus 62.b tonſura apud Iudæos 62
Ouile 170
Ozar Heb. quid 171

P

Pacificum ſacrificium quid 116.b
Patificale Papiſtarum 244
Pactilis corona pretioſiſsima 350
Παμφάγοι 169
Πανδοκεύτρια quid 29
Pędagogi boni exemplum 41.b
Pædeorum immanitas 78
Palmarum feſtum apud Iudęos 63.b
Pallium veſtis Græcorum propria 227.b
Pallia qualis veſtitus 227
Panaria quid 133
Panaria ebrietas quæ 311
Panarium quid 171.b
Panathenæ Athenienſium 127.b
Pantherina menſa 201
Panetharij Gallorum dapiferi 206
Panis ceremonia in nuptijs 105.b conficiendi ratio 164.a.b cum melle Attico quid 28. gradilis quid 133.b hordeaceus 157.b Iudaicus 184 & aqua pro quouis cibo, &c. 155 & placentarum genera 163.b & ſal amicitiæ ſymbola veteribus 105. b. militaris genera 50 particulæ Græcè 147.b vtilitas 286 vſus ad manus abſtergendas 251. a.b.
Panes frangendi mos 283.b
Pandemij qui 145.b
Πανδοχεὺς 97.b
Πανδωσία 15
Panicum fructus 158
Papyrius Curſor Solarij inuentor 26.b
Paranymphus quid 68.92
Paraſiti voluptatis miniſtri 208.b
Paraſiticæ artis definitio 145.b
Paraſitorum nomina, mores, natura 142. b. 143. a. b. 131. b. 210. 144
Paraſitium qualis locus 143
Παραγχονίζον 143
Parentalia quid 73.75.b
Paries dealbatus quid 224
Parilia ſiue Palilia feſta quæ & vnde dicta 33
Pariſiorum vinum theologicum 43
Parochus in conuiuijs quis 152.b
Πάροχοι qui 91.b.92
Paropſis quale vas 282.b
Partes quæ olim honoratiores 285
Parthi canum more à regibus ſuis paſci ſoliti 147.b
Parthorum mos mirabilis 258.b
Paſcha cur hodie celebretur à Chriſtianis 115
Paſchatis hebdomada Quaſimodo dicta 226
Paſchale conuiuium 114.b
Paſtarma Turcarum in bello victus 55
Paſtorum eccleſiæ intemperantia 45.b
Patera in propinationibus vſitata 343. b electrina Cor. Macri. 334.b
Patellæ vſus 282.b
Πατὴρ vnde dictus 239.b
Patrum familiâs cura præcipua 169. b Sanctorum ſententię contra ſaltationes 380. a. b teſtimonia de conſecratione menſæ 265.b
Patroni artificum apud Chriſtianos 60
Pauo crudus in balneo, quid 220.b
Pauo inter edulia delicatiſsimus 161.b
Pauli Aemylij Imperat. induſtria 260.b
Pauli Aemylij epulum victoriale 59
Pauli doctrina de præparatione ad cœnam 213.b
Paupertatis parens Gula 291
Pauimenta floribus conſtrata 190.b marmorea veterum 190
Pax cur dicta cœna dominica 7.b
Pecunia Prytanæa 132.b
Pecunias in bakeis geſtandi mos 233.b
Peccata populi comedere quid ſit 45
Pedes oſculandi mos 244.b
Pedum lotio Iudæorum antè cœnam 247 exoſculatio 243.b vnctio qualis 349
Peloria feſta quæ 125
Peluſiacus potus quis 321
Peluſiotæ Ægypti ſi ſacerdotes cæpis abſtinentes 296.b
Pelluuium quid 251
Pendens vinum quid 172.b
Πιθωτήριον 38.b
Pentecoſtes feſtum Iudæorum 63. 115
Penus quid 156.b.175
Penulam ſcindere, Prouerbium 141.b
Peniculi miniſtri qui 205.b
Pera mendicorum 147
Peregrinus olim hoſtis dictus 93
Peregrini cautè excipiendi 99. b & 100
Peregrinorum duo genera 100.a.b quatuor genera 92

Digitized by Google

Peregrinos excipiendi ratio duplex 96.b
Peregrinantium aduentendi tempus 235.b
Pericles conuiuiorum osor 8.a.b
περιδέιπνον 73
περιστιαμὸς quid sacrificium 62.b
Perpetua mensa quid 200
Persea arbor Aegyptiaca 201
Persæ Anapaptistarum Patroni 31 inter epulas fœdera faciebant 105 semel in die soluti fuerunt edere 26
Persarum educatio 40.b in conuiuio locus primus 262.b luxuria in vasis 192.b Magorũ ibus 155.b mos in conuiuiis inuitandis 137.b natalitia 32 oscula 244 potus puerorum 40 regis lecti luxuriosi 257 ritus in exequijs 78
Persici descriptio 181
Persici reges æstate in Ecbatanis hyeme Susis agebant 189.b
Persicorum regum inaugurationes 47.b luxus 48
Personæ coquentes cibum 179.b
Personæ sibijnuicem propinantes 327.a.b
Personæ quæ inuitandæ 135
Pes Pyrrichius vnde dictus 377
Pescennij institutum in militum victu 51.b diæta 53.b seuera disciplina militaris 54.57
Pestes Reipub. qui 176.b
Petitores cur candidati dicti 224
Peruanorum stultitia in exequijs 79
Peruigilia in potu 384.b
φάττα 170
Phagesia Christianorum 122.b
φακοτυρὸν quale edulium 56
Phallonitrobulum turpe poculum 336.
Pharaonis natalis dies 33.34 filiæ lauatio 220
Pharisæorum lauandi consuetudo 248
Phæacum mos in inuitandis conuiuis 138
Phiditia vnde dicta 108.b
Phiditiorum author 108.b
Philadelphi regis factum ὑδροποσίας 301.b
Philippus rex vmbras ad conuiuium adduxit 149.b vino furiosus 319 Alexandrum filium ob largitionem taxat 48.b
Philosophorum conuiuia acroamata 363 luxuria 16 Syssitia
Philosophandum ne sit inter pocula 361.b.362
φιλοτησία quid. 387.b.323.b
Philoxenus homo edacissimus 218
Phoci conuiuium 10.b
Phisicillus panis genus 109
φρατρία siue φατρία quid 110.b
Phratriarum Athenensium Curijs Romanorum comparatio 110.b
Phreneticorum remedium 369
Phrygum immunitatis signum 238.b
φύσις quid 37
Phyliaria corona 353
Pius Monachus ambulando cur cibum sumpserit 259
Pij cæsaris ientaculum 28
Pilati ablutio manuum 249
Pilæ inuentor 381.b
Pileus quid & vnde dictus 229 b
Pilei seruorum in Saturnalibus 125
Pileum nobilitatis symbolum 230 sacerdotij 230.b
Pili cur ex hostiarum capitibus abscissi 105.b
Pilicrepi in balneis qui 220
πίναξ quid 282
Pincerna quid 206.b
Pincernæ munus 207.a.b.208
Pisces cum oleribus nóxij 281.b saluberrimi qui 160.b
Piscium esus 160.a.b prouerbia 180.b
Piscina Hierosolymis 219.b
Piscinæ quid 176.b Romanorum 219.b
Piscarius quid 182
Piscatorij ludi qui 174
Pistores quid 181.b
Pisatidarum muscarum natura 142
Pisonis fordes 166
Pisistrati discordia cum filijs 362.b
Pistor dulciarius & lactarius quid 182
Pittaci de lingua iudicium 273.b
Pithægia festa quæ 121.b
Pituitosi famis tolerantes 27
Placenta nuptialis quid 67
Placentæ sacræ quæ 83.b
Plagipatidæ 144
Platanus apta conuiuijs 188.a.b
Platæensium ritus in exequijs 75
Plato Italorum vocacitatis admirator 21. b Musicæ improbator 373
Platonis doctrina de Hospitalitate 91 leges de nuptialibus 70.b.71 natiuitas 32 Sympolium παιδίκοι 384.b
Platoni saltationes exosæ 379.b
Platonica cœna 13.a.b
Plutarchi præcepta de Magistro conuiuij 153. b. inuitatione conuiuarum 140
Plebs pileata in Saturnalibus 230
Plectilis corona quæ 350
Poculum Christo in cruce propinatum 341.b 342 vltimum inuitationis Christianorum 387.b
Poculum, ὑγείας quod 386 & Διὸς σωτῆρος. ἀγαθῆ δαίμονος 38.6.b. 387 a.b.227.b.92
Pocula coronare quid 354. b. ex cranijs 331.a.b magna apud Hebræos 337.b metallica 333.a.b ex Succino seu Electro conflata 334.b in amicorum & amicarum gratiam propinata 339 singula singulis conuiuis danda 341
Poculorum nomina varia 331
Poculentorum genera 165.333
Pocillator quis 208
Ποδαγροφία quid 68.b
Pol Heb. quid 56
Polenta quid? 55.b.157.b
Politica Romanorum collegia 111.b
Politicæ abstinentia vsus 293.b
Πολιτοὶ ἢ πολιτάριοι 55.b
Polybius Africani præceptor 6
Polypus quasi Paralitus 145
Pollionis Romulli longæuitas 162.b
Pollinctura & pollinctus quid 75.b
Pollucis epitheta Parasitos describentia 145.b
Pollucibilis cœna 14
Pomaria quid 171.b
Pontarum gentium ritus in exequijs 78
Pontificis Max. inauguratio apud Iudæos 42.b
Pontificis Rom. solenne conuiuium 43.b.44.a.b
Pontificalis cœna vetusta 43 locus semper summus 263
Pontificales cœnæ 15.b
Pontificalia conuiuia Romanorum 42.b.43
Popæ qui dicti 210
Popius quid 174.b
Populi ebriosi 317.b
Populorum hodierna edendi hora 26.b
Popularis cœna 14.b
Portæ Heb. forum rerum venalium 175
Porci Trojani descriptio 51
Porcij Catonis temperantia 54
Portionum æqualis distributio cur laudabilis 284.b
Portumnus qualis Deus 237
Posca qualis victus 52.b.380.b
Postium cultus apud veteres 237.b
Potina puerorum dea 36.b
Potus calidæ cur à veteribus vsurpatus 304.b frequens aquæ frigidæ noxius 303 varia genera 299.b
Potu num cœna sit terminanda? 388
Potationis abusus, materia, & nomina varia 300, 298.b.299
Potationum nuptialium, & choreæ abusus 70.b
Potatores vitreis maximè delectari 333.b vinum mixtum vitant 280 magni à mensuris cognominati 338.a.b
Potatorum misera conditio 316.b 325.a.b
Prandium militare vnde dictum 53. 57.b. Passerinum 13.b. pro gustu 275.b
Prandiolum 17.b
Prandij condimentum 21.b. duplex significatio 19. & cœnæ contrarietas apud patres 25.a. & b. significatio 19. largitas

Digitized by Google

7.b parcitas apud antiquos 28
Pandia Romanis vsitata 22
Pandiorum vsus apud Græcos 21.b
Pandere sibi quid 213
Παρεῖαι τρεῖαι quid 260
Preces ante libationem vsitatæ 270.b cur conuiuijs adhibitæ 266.b & cantiones post cœnam 388.a.b in sacrificijs adhibitæ 267.
Precum vtilitas 264
Precandi formula Prudentij 265.b formulæ inter propinandũ 339.b
Precatio in fœderibus 104
Preficiæ victimarum partes 283.b
Præbibere quid 323.b
Præcepta collocandorum conuiuarum 261.a.b
Præcinctus quid sit 233
Præfecti annonæ quomodo creandi 176 Romæ 77.b conuiuij descriptio ex Polluce 154.b
Præfectura annonæ quid 133.b
Prægustatores qui 206.a.b
Præmia & pœnæ eorum qui gryphos soluebant aut non 359
Præmia propinantibus proposita 344.b
Præsepe quid 159.b
Præsulibus sacrorum ebrietas damnosa 319.b
Prætor peregrinus Romanus 93
Prætorium epulum quid 57.b
Prætextati vnde dicti 39
Præla quid 126
Priamo saltratio turpis visa 379.b
Primogenij olim sacerdotes 46
Primitiæ Ethnicorum 268
Princeps ebrius morte mulctandus 318.b
Principum sermones epulares 358.b vitium in inuitando 136
Priscus Tarquinius triumphator primus 58 b
Priscillianistarum in victu superstitio 297.b
Privati coqui qui 181.b
Procuratores qui 210
Problematum conuiualium exemplum 363.b
Προγάμεια Græcorum 66
Προίξια & eius vitia 263
Profestum facere quid 129
Progymnasmata propinationũ 325.b
Προπόματα Antiquorum 326
Prometheo ad Caucasum affixo aleatores similes sunt 382.b
Promi qui & vnde dicti 209
Promptuarij vox & species 171.a.b
Promptuaria quid 269
Promulsis quid 275.b
Prophana gratiarum actio post cœnam 388.b
Propinare quid 323.a.b
Propinantes Deum aut hominem præfabantur 338.b
Propinantibus pœna proponi solita 344.b
Propinatio laudabilis 325
Propinationis immoderatæ incommoda 343 impiæ descriptio 324.b in conuiuijs leges 153.b in orbem mos 342 vltimæ ratio 385.b
Propinationes Græcorum 323.b hodie vsitatæ 325.b
Propinationum descriptio 342.-343 vsus liberalis 324.a.b abusus ibid.
Propinationibus amicitiæ initæ 105
Propola quid 175.b
Propolarum pœna diuina 176.b
Propositionis mensa 197.b
Προτίτται qui 176
Προξενία Græcorum quid 91.b
Προσφαγτήρια quid 68
Προτέλεια quid 66
Prouidentiæ diuinæ duo munera 36.b
Prytanæum quid, & qui ibi conuiuati 110
Prytanensia conuiuia 169 b
Prytanensium conuiuia qualia 110
Ptolemæus Epiphanes administrator conuiuij 212.b
Ptolemæus Lagi filius vasa à vicinis sumpsit 193.b
Ptisana quid 157.b
Πτοχῶν ἄλας 147
Πυμοκόλαξ 143
Psyches nuptiale epulum 376.b
Publici coqui qui 191
Pub. Cornelius Rufinus Senatu motus ob luxuriam 192.b
Puellæ alimentariæ 156.b
Puellarum Christianarum in ministrando lasciuia 211.b.212
Pueri an epulis adhibendi 138.b
Puerorum impuberum apud Rom. insignia 38.b
Pueris sæpius in die edendum 27 vinum interdicendum 318
Puertitiæ renuntiatio 38.b
Puerilia conuiuia quæ 35.b
Puerperalia conuiuia quæ? 29
Puerperalium conuiuiorum luxus apud Germanos 31.b
Pulmentorum vsus apud Heb. 55.b
Puls Germanis quid? 55.b
Pulsatio ianuæ 236
Pultis genera 55.b
Pullati quid 224.b
Puluinaria Deorum quid 128.b
Puluinorum vsus 257
Punicani lecti qui 256.b
Pura toga quid 223.b
Purgandi vtensilia ratio 195
Purpura Magistratuum insigne 224
Purpuræ prætextæ typus 39
Pureus argenteus quale poculũ 337
Pureus in Plauto quid 181.b
Πυγμὴ quid 248
Πυρομαντία quid 270.b
Pythagoræ Samij superstitio 295 symbolum 105.b.106.b
Pythagoreorum collegia mala 112.b
Pythagorica mensa vecerum 198.b
Pythagoricorum abstinentia superstitiosa 295 mos post conuiuium 364.b prandium 28 superstitio in humeris 139.B
Pyrricha quid 377.b
Pythij Bithyni platanus aurea 140.b

Q

Quadrans balneatoris merces 132.b
Quadrupedum receptacula 170
Quasimodo in albis quid 226
Quercus Basilicnsis 188.b Mamre 189 Martiana Arpinatium 189
Quies concoctionem adiuuat 28
Quies Christiani in epulis pretium 367.b
Quietis & somni post cœnam vtilitas 390.b.391
Quintij Flaminij consulis facinus fœdum 267
Quirinalis sacerdos qui & vnde dictus 263

R

Rabbinorum error quoad defunctos 79
Raguelis nuptiæ tristes 71.b
Realis salutatio quæ 241
Recinium quale vestis genus 222
Receptacula alimentorum duplicia 169.b triplicia 170
Recentatum quid 326.a.b
Recubandi vox 254.a.b
Recusandi conuiuium modus 150.b
Rectoris conuiuij nomina 151.b
Rectoralia in Academijs conuiuia 45.b
Restigeandæ aquæ ratio 362.b
Regum conuiuæ quales 135.b.136 ebrioforum exempla 319 opes præstantissimæ 41 pocula quondam fuerunt cornua 331.b temulentia nocentissima 318
Regina vini 153
Reipub. Christianæ interitus vnde? 11.b
Religiosa abstinentia quę 293.b
Reorum toga sordida 224.b
Repositoria alimentorum inanimatorum 171.a.b
Repotia in nuptijs quid 68.b.29
Repletionis immoderatæ remedia 292
Repositoria quid 196.a.b
Rerum necessariarum exportationes cauendæ 176
Rhenani de Natalitijs iudicium 34
Rhetræ Lycurgi leges 11.b
Rhytom poculum Heroicum 337
Rex conuiuij in Gallia 153
Rex mensæ quis 152.b
Rhitotesum propinare quid 324
Roborariæ quid 170
Rodolphus Habspurgensis Abbati S. Galli reconciliatus 8
Rhodiorũ in albo vestitu mos 224.b
Rhodij cur albi Cyrenẽsi dicti 304.b
Ricinum vestis genus 222.b
Ridere hominis proprium 367
Risus moderatio inter epulas 366.b
Rixarum causa vinum 315.b
Romani an velatis capitibus epulati sint 232. 230. b

palam

Digitized by Google

palàm epulari soliti 188. piscinarum studioli 170.b pultiphagi 55.b quando luxuria corrupti 92.b quoties in die comedere soliti 22. vespere cœnare soliti 22.b
Romanorum accumbendi mos 255. Aedilium officium 177.b comæ depositio 38.b conuiuia funebria 75. consulum mos laudabilis 263. edendi mos 22.a.b iuuenum in accubitu mos laudabilis 263.b hospitalitas erga legatos 93.b industria in annonæ cura 177.b luxuria 333.335.349.b mos in conuiuis inuitandis 137.b mos in fœderibus 104. frugalitas in vasis 192. Natalitia 32. oscula 244. puerorum diæta 41. propinationes 324. sponsalia 66.b
Romanis saltationes probrosæ 378.b.379
Romæ vrbis natalis dies 33
Romuli natalis dies 33.b
Rosa silentij symbolum in conuiuijs 352.b
Roseæ coronæ 352.a.b
Rusticorum luxuria 65
Ruidum quid 52
Rustica cœna 13.b
Rustici cur statim à cibo exerceantur 28
Rusticum vitæ genus honorificum 62
Ruta veteribus cibi principium 277

§

Sabab pro conuiuio 1
Sabbathi abusus 129.a.b violatio in ebrijs 317. obseruatio superstitiosa 64
Sabbatæ Iudæorum luxuriosæ 64
Sacean festum Babyloniorum 60.b 125
Saccari descriptio 279.163.b
Sacerdotes Imperatorum 111
Sacerdotum accubitus 263. Aegypti abstinentia 296.b comæ depositio 38.b & Prophetarum ebrietas reprehenditur 319.b initiationes epulis celebratæ 43.b nostri temporis luxuria 44.b Iudæorum ablutio manuum ante sacrificium 248.b
Sacra collegia Romanorum 111.b conuiuia 116.a.b
Sacra ἐνιαύσια quid 269.b
Sacrificium conuiuatiuum 131.b in fœdere adhibitum 104. Nephalium 13.b epulæ sacræ 7. seeus viam profectionis causa facta 106.b
Sacrificiorum genera, vsus 116.a.b partes 283.b
Saginarium quid 170
Sagum militare vestimentum 227.b
Salaam quid 167.b
Sal diuinus 163. hospitalitatis symbolum 92. 106.b hospitibus primo appositum 92.106
Salis effusi malum omen 106.b mysterium in sacrificijs & fœderibus 106. Prouerbia 106.b
Salgama qualis victus 52
Salgamarius coquus quid 182
Saliares cœnæ 15.b
Salij quales sacerdotes 43
Saliorum mores 375.b
Salire quid 373.b
Salinæ vsus efficax 30
Salomonis mensa 197.b magnificentia 335. victus quotidianus 48
Salsamentarius quid 182
Saltatio Musicæ comes 375
Saltationis effectrix 375. nomina 375
Saltationes bestiarum 378.b conuiuiales in sacris literis 378.b prohibitæ 380. a.b quomodo à quibusdam defendantur 380.b
Saltationum antiquus vsus 376.a.b. 377 a.b vsus hodiernus 379. improbandus ibid.
Saltandi per ignem mos in Palilijs 33
Salus à Schalom Heb. 240
Salutare in via neminem cur iusserit Christus discipulos 246.b aperto capite 241
Saluratio duplex 239. a.b, opus honestum 246.a.b
Salutationis sacræ formula 240.b humanæ forma Homerica 86
Salutationes manibus fieri solitæ 241. a.b Romanorum 23. b sanctorum 246
Salutandi horæ Romanis 23.a.b in potando formula 344
Salutatorum præmium 132.b
Salutatoriæ formulæ 239.b
Samaritanorum in lectis luxuria 256 b. inhospitalitas 84.b
Samia vasa pretiosa 191.193
Sampetrea quercus Basileæ 188.b
Samsonis nuptiale conuiuium 66.b gryphus in conuiuio 360
Samuelis ablactatio celebris 36
Sandalium quid 228.b
Sancta ebrietas quæ 311
Sanorum hominum vita qualis esse debeat 40
Sanguis cibo conformis fit 39.40
Sanitatis studium quid 299
Sapientiæ laus 370
Saponibus & vnguentis aqua mixta 251
Scolion quid 371.b.372.a.b
Seleuci Soteris poculum 387
Sardolybies frugales 192.b
Sardonyche natalitia quæ 32.b
Saturnus vnde dictus 124.b
Saturni cœna 12.b
Saturnalia optimus dies dictus 125
Saturnalia 124.a.b
Saturnaliorum festiuitas 64.a.b
Saturio parasitus 145
Scaphusiana tilia triclinaris 189
Scelerum Aegyptiorum 344
Schecathah Heb. quid 184.b
Schemora locusta 168.b
Shiruta Heb. quid 25
Scholastica collegia 115 b
Scholasticorum Ethnicorum feriæ 38
Scioterici inuentor 26.b
Scipio Asdrubali reconciliatus 8
Scipionis diæta 53.b
Scipionis stratagema contra Asdrubalem 48
Sclauorum hospitalitas 95.b
Scobes quid 190
Scommata Christianis vitanda 361
Sfungia pauis 163.b
Scommatum moderatio quæ 360
Scurra quid, & vnde 144.b
Scopæ ex palma 190.a.b
Scoparius quid 205.b
Scorta cur parasiti dicti 144
Scyphus quid & vnde dictus 57
Scythæ Bacchanaliorum osores 123 merobibi 329.b
Scytharum iusiurandum per conuiuium 5
Sebah sacrificium & epulum 103
Secluforium quid 170.b
Sector zonarius quid 234
Secundæ mensæ vsus 2. 77. a.b 238.a.b
Secar Hebræorum potus 322
Senes olim ientare soliti 25
Senibus decrepitis sæpius in die cibum sumendum esse 27 quatenus vinum dandum 318
Septimana, solennia Christianorum pro defunctis 80
Septimij Seueri congiaria 59.b
Septemuiri epulonum 128.b
Septenarius numerus potentissimus 249.b.193
Septimontium quale festum 126.b
Septimontialis dies qui 133
Sepulchra dealbata quid 224
Sera velo Thisbin Heb. prouerbium 169.b
Sergij Galbæ mos cum reliquijs 212.b veracitas 24.b
Sermones epulares magnorũ principum 358.b.23.b.360. Christianorum priscorum 364. pulchri animi pabulum 358.b
Seruorum conuiuialium materia 359 nomina, vrilitas & iucunditas 355.b
Serta, serti & sertæ 350
Serui ad pedes qui 210.b manumissi pileati 229. b olim structores 286.a.b quomodo tractandi 61.b Romanorum non admittebantur ad mensam 138.a.b supellectilarij qui 191.b
Seruorum victus & diæta 61
Seruis sacra accedere non licitum 205
Seruilia conuiuia 60.b
Seruitutis causa gula 291
Seruij Tullij natalis dies 33.b
Seseli herba 18
Sesemus qualis fructus 158
Sessio in sactis quid significarit 253.b

Digitized by Google

Sessionis instrumenta 253
Severi Imperat. disciplina militaris 54
Sehudah pro conuiuio 1
Sextans quid 337.b
Sedes mendicorum priscorum 147
Sedere ad pedes alicuius quid 210.b
Sedendi mos antiquus in conuiuijs 252.b.253 mos in sacris 253.b
Seleucides aues locustis vesci 167
Sellæ & Mensæ fabricator 196.b
Senatus Prytaneusis Athenis 109.b
Senatores Soleati 228
Senatoria conuiuia 48
Sicilia Romanorum cella penuaria 171
Siculorum voracitas 21.b
Sidra potionis genus 321.b
Sigillaria quid 125.b
Sigillata pocula quæ 336
Sigmatos vocis interpretatio 199.b
Signa & sigilla quid 336
Signa boni cerebri quæ 322.b
Silatum 17.b.18
Silentium in cubiculo non conuiuio 356.b perpetuum in conuiuio vitandum 356.b
Silentij vtilitas 357.b.358 perpetui in conuiuio vitium 358.b
Silere inter pocula 314
Silicernium quid 73.b
Siligo quid 158
Similia ducta à locustis 167.a.b
Simultates conuiuijs sublatæ 8
Sipporh Heb. quid 56
Sitalcam canere 377.b
Sitis potus condimentum 299.b quomodo restinguenda 52.b quid 299 eius incommoda 299.b
Σιτοποιοὶ qui 182
Σιτοφύλακες qui 177
Σιτομήτριον 61.b
Σιτόνια 377.
Sittim quale lignum 200
Sisinius Nouatianorum Episcopus mollis 225.b
Σίτιγμα quid 220.b
Sobrietas in nuptijs 71
Socigena cur dicta vxor 71
Socrates vnguentariæ ὀσμῆς 374 vmbrarum author in conuiuijs 149.b
Sodalium sacerdotum nomina 111.b
Sodalitates Germanorum 113
Solarium quid 26.b
Solearum vsus apud antiquos 227 b.228 depositio in conuiuijs 229
Solennitatum descriptio Tertulliani 30.b
Solis mensa Aethiopum 113.b.128
Solutionis zonæ symbolum 231.b
Somnus concoctionis adiutor 28
Somni post cœnam ratio 390.b
Sonah Heb. quid 175.b
Soni indutiles quid, & cur vitandi 367.b
Sonorum musicorum genera 368
Sordes in supellectili 194.b
Sordidi pro vulgo 22.4.b Ciceroni qui 176
Sordities Græculorum 9
Sortes conuiuales 583
Sortium dies apud Iudæos 115
Sothericis lecti qui 256.b
Spartanorum puerorum potus 40 41 Syssitia 108.a.b κρεωδαίσια 285 oscula 344
Spartanos quid perdiderit 55
Spharica qualis ludus 371.b
Spenda Scaffusianorum 134
Σπονδεῖον quid 268.b
Speculis figurata pocula 336 b
Spiridonis filia lauit hospitum pedes 247.b
Splenis descriptio 367
Spondæus pes vnde dictus 270.b
Σπονδεῖον quid 268.b
Σπονδαὶ Græcorum quid 103.b
Σπονδὴ fœdus & libamen idem 272.b
Σπονδικὸς qui 271.b
Σπονδοφόροι qui 271
Sponsalitia conuiuia 65.b
Sportæ quid & vnde 173.b
Sportula pro salario iudicum 132.b
Sportulæ Christianorum 134
Sportulæ quid 132
Spureum vinum quod 269.b.330
Σπύρις vnde dicta 130
Stabulum quid 97
Stabulariæ mulieres quæ 97.b
Stacte vnguenti genus 349.b
Standi mos inter epulandum 259 254.b
Stercorinori Medici 169
Stibadia quid 256
Stipendia eorum qui sacris operantur 46 in Christianismo vnde 47
Stolæ albæ Symbolum 225.b
Stragularum vestium luxus 257
Strangulatoria conuiuia Germanorum 35
Strategus in conuiuijs 152.b
Stratonici Citharœdi dictum 85.b
Strena quid, & vnde 125.b
Strenua dea quę ibid.
Stripilis rubiginosæ vsus 218.b
Structores in conuiuijs 206.286
Struthionum ova in pocula mutata 331.b
Studiosis alimentum copiosum notium 280.b
Stuleus inter pocula non tacet 314
Subditi ebrietate ferociunt 320.b
Substantia conuiuij quæ 287
Succidia quid 52
Suatoslai Rutenorum principis seueritas 54.331.b
Suecorum hospitalitas 95.b
Suffibulum vestis genus 223
Suile 170
Suizeri Suecorum coloni 95.b
Sumptuariæ leges 11.a.b.178
Susannæ lauacrum 220.a.b
Susæ vrbs Medorum 335.b
Susceptorum nomen Christianis vnde 31.b
Sunamitis vidua 194.b
Supplices ad focum sedere soliti 87
Supellex conuiualis 191.a.b in re diuina veterum 193
Supellectilis disponendæ ratio 194.b
Superbiæ affectus omnium vitiosissimus 313.b
Superstitiosa abstinentia quæ 295
Surgendi à mensa tempus 292
Surgentibus è mensa quid faciendum 385.a.b
Sutilis corona quæ 350
Sybariticum conuiuium 15.b
Sybaritarum saltandi mos 378.b
Sybaritæ anne annum mulieres ad conuiuium inuitabant 213
Sybaritarum libido inter pocula 335 b.192.b
Sycophantæ qui 144.b
Sylla luxuriosus 11.b.54
Syllæ post Dictaturam epulum 60
Σύμμιστον 1.b
Sympotiarcha 152
Sympula fictilia veterum 193
Σύμποσιμον 130
Sympotiarchæ sobrietas 154.b
Συμπόσια συμπόσιον quid 260
Sympotiarcha quid 327.b
Σύμποσις vnde dicta 131
Symplatores quid 67.b
Sympunium quid 271.6
Sympyuium quid 271
Symplator & Symplones qui 4
Symbola siue collecta quid 130
Symbolum Apostolicum vnde 131
Συνωρὶς 8.5.b
Συναγώγιον 3
Συναγωγοσιτοφύλαξ 243.b
Synthesis vestis Saturnalitiæ 126
Συνίδειπνον 130.b
Συναξὶς cur dicta cœna dominica 7
Συνόδους 2
Syracidis de vino modice sumendo præcepta 311.312
Συνωρὶς quid 185
Συνώριον pro conuiuio 2 Athenienses sum sacra 110.b militum qualia esse debeant 51.b coniugum qualis esse debeant 72.a.b cur instituta 107.b.108
Syssitiorum apud Lacedæmonios ratio 108.b
Syracusanorum mos in exequijs 222.b
Syracusanç mensæ 15.b

T

TAbach Hebr. quid 179.b
Taberna quid 97
Tabernaculorum festum 118. 63. a.b.
Tabernę quid 175
Tabbahim Heb. quid 182
Θαλία 2.b
Talorum iactus varij 155
Talorum iactus in eligendo Sympotiarcha ibid.
Tantali poculum quid 387.b

Digitized by Google

Tantali aquam Indi in fœderibus potabant 105
Ταμεῖον quid 171.209
Tartarorum militaris victus 55
mos in accubitu 259
Τάφου & κηδείας differentia 73.b
Tarquinius Priscus bullæ aureæ author 39
Tarquinius Superbus collegia sustulit 112
Ταρχύσματα funebria festa 74
Ταριχεῖον quid 163
Tauroscytharum crudelitas 99.b
Taurus philosophus 363
Ταῦροι Ephesiorum pincernæ 207
Tednelissi Africani hospitalitas 95.b
Tegesdelcorum Africanæ gentis hospitalitas 82
Temetum quid 305.b
Terebinthus Persis gratus 279
Telephi Grammatici victus 27.b
Tertullianus contra Marcionem de Baptismo 31.b de vasis sacris 194.
Tertulliani querela de Ethnicismo Christianorum 127
Terebinthina pocula 332
Terei cœna funesta 10.b
Terra Vesta dicta 199
Terræ nomina varia 258
Terminationis conuiuij nomina 384
Terræ simulachrum mensa 199
Τετταροφάρμακον quid 56.b
Θέρμη & Θερμάστρα quid 203 b
Thales sapiens Græciæ fœnerator 176
Thaletis de adulatione dictū 144.b
Thamariscina pocula 332.b
Thasium infundere quid 330
Thalassius nuptiarum Deus 71.b
Thebanorum lex de mercatoribus 176.b
Theoretarum mos in conuiuijs solennibus 205
Thesea festa 127.b
Tesserarum quatuor genera 94
Thesei comæ depositio 38.b
Thessalorum Peloria 125
Thessali edaces 283
Thessera hospitalis 93.b
Thessala tempe 187.b
Testa Græca quid 172
Thebach pro conuiuio 1
Theatricus saltationum vsus 377
Theophra Turcarum mensa 201.b
Theriaca rusticorum 53
Thermopolium quid 303.b.174.b
Themistocles gloriæ cupidus 363
Thraces natales suos luctu celebrarunt 35
Thraces cur allio vescantur 52.b
Thracum conuiuia quare tumultuosa 329.b mos sepulturæ 78
Thiasi qui 3
Thiasi quale sacrificium 101.b
Triclinares lucernæ 390
Θίασος 3
Θοίνη 2
Tholus Athenis quid 110
Thronus quid 253
Thorus altus quid 263
Temulenti proditores suijpsius 313.b
Temperaturæ vini authores 328.b
Templum Hierosol. cur spelunca latronum dictum 197
Terminalia 127.b
Tempestiua conuiuia 184.a.b
Tempus discedendi è conuiuio veterum 384. consuetum cibi capiendi quando negligendum 28.b in inuitatione conuiuarum 140. b. 141. a.b in apparando cibo 184 obsonandi 179.a.b
Temperaturæ vini tres 329
Θυέστεια 90
Θυεστία Christianorum 31
Θύμα quid 196.b
Tyrrhænorum ludi libidinosi inter epulas 383.b
Thyestea cœna 10
Θύμβρος 198
Tiberius cur semper lauream coronam gestarit 353
Tiberij bibacitas vnde 37. frugalitas 192.b cœna libidinosa 212
Tibiæ vsus in epulis 374
Tibicines & tibiæ funebres 369.b
Ticinum quid 222.b
Τιθαίδια Spartanorum 36
Tigrina mensa Plinij 201
Tigurinorum hospitalitas 95. b. 96. & b. ritus nuptiales eorundem 68 tyronum literarum solennis festiuitas 38
Triliæ conuiuiales Tiguri 189
Timonia conuiuia vitanda 14
Timothei Atheniensis dictum de cœna Platonis 290.b
Timoleontis Syracusani natalis dies celebris 33.b
Tineæ quasi parasiti 145
Tiresiæ mors 303
Tobiæ sponsalia 66
Toga mutata quid 224. b puerilis cur pura & candida fuerit 39. prætexta quale insigne 39
Togæ candidæ vsus apud Romanos 223. sumptio quid fuerit 38.b
Togam puram dare quid 39
Tonsores maximè loquaculi 358
Tonsoria conuiuia Hebræis magnifica 62.a.b
Toralia quid 257
Tori vnde dicti 256
Τράπεζα & eius significationes 196
Τραγήματα quid 278.b
Τράπεζα φλεγμαίνουσα 15
Trapezophorum quid 196
Τραπεζοφόροι 143.b
Τραπεζοποιοὶ in conuiuijs 152.b
Tragœdiæ vnde natæ 64.b in epulis agitatæ 381
Tragematopola quid 182
Traiani diæta moderata 53.b
Trechedipna vestis 227
Τρισπόρια 38.b
Trœcensium conuentus 125
Trigesima Christianorum pro defunctis 80
Triambos quale sacrificium
Tritici descriptio 158 in alendo præstantia 55.b
Triumphale epulum Romanorum 58.b.59
Triturantis epulæ 65
Triumphalium virorum inuitandi conuiuas mos 141.b
Triens quid 338
Triumuiri epulones qui 128.b
Trieterica Bacchi sacra 121.b
Triclinium quid 186.a.b
Τρικλίνιον quintuplex significatio 187
Trichinarcha quid 151.b.152
Triclinarchæ qui 208.b
Triclinariorum lectorum materia 258
Triclinaria vestis genus 222
Tristitiæ antipharmacum vinum 368.a.b
Τριακτηρίδες sacra feralia 74
Troianorum puerorum cibus 37.b
Tuberonis lecti lignei 256.b
Tubingensis collegij mos inter epulas 364.b
Tullus hostilius insignium Roman. author 39
Tunica pallio proximior, Prouerb. 227.b
Tunica 226
Turpiloquium quid 361.b
Turcarum precandi mos inter epulas 267. mos in accubando 259 infantibus nomina in die natali imponuntur 31. cura annonæ 178. parsimonia 192.b lotio ante epulas 248. in exequijs consuetudo 79. aqua lustralis 250. luctus in funeribus 81. ritus in circuncisione 31. disciplina militaris 55
Tycta Persarum qualis festiuitas 48
Tyrrhenorum serui vestitu pretioso 211.b
Θυσία αἰνίκιος 116.b
Θυώνιος quale sacrificium 60
Tyberij conuictores quales 135.b cura annonæ 178
Typicus ablactionis vsus 36
Tyrannis populorum cœtus inuisi sunt 118

V

VAcerra quid 169.b.170
Vacuna dea quæ 63
Vale cur dicebatur mortuis 75.b
Vale maledicti significationem habet 240.b
Vale & salue Latinorum salutatio 240
Vasa escaria & potoria ex ære 192 fictilia & lignea 193. quæ comparanda 194.a.b quatenus commodato poscenda 194.b
Vasorum conuiualium nomina 191 b. 192
Velaminum muliebrium luxus 232
Velirerna platanus 188.a.b
Veneti cur Lauredano Principatū detulerint 261
Venetorū præfectura annonæ 178
Venire in pede quid 210.b

Digitized by Google

Venter multorum malorum causa 147.b
Venter quibus solarium 26.b
Ventris operarij qui 144
Venus vnde Pastophoros dicta 185
Veneris fomes saltatio 379. iactus 153. lac vinum 318. b sacra 124
Vergere in libando quid 271 b
Veri Imperatoris luxuria 182
Veris victus ratio 27
Veritas vini filia Platoni 313
Vernæ vnde dicti 144.b
Vescum quid & vnde 287
Vespasiani truculentia 11. comitas 358.b
Vespæ pro cœna 22.b
Vesperna 19.b.20
Vespertinæ epulæ 19.b
Vestibulum quid Romanis 152.b
Vestibula vnde dicta 246.b
Vestis linea alba quæ 223.b. candidæ præstantia 225. candidæ in Baptismo symbolum 226
Vestes hospitibus dandæ 88. albæ in epulis funebribus 77. b. muliebres Romanorum 223.b. stragulæ quæ 257. triclinares quæ 187
Vestium apud Rom. genera 227.a.b candidarum vsus apud Roman. in festis 222. epularium nomina 221 b depositio ante epulas 252.b mutatio in festiuitatibus 126.b superstitiosarum apud Ethnicos colores 224.b
Vestitus in conuiuijs qualis deceat 235. mendicorum priscus 147 mutatio cum sacris 38.b Romanorum in spectaculis 223
Vestimenta sacerdotalia Romanorum 223. militaria Romanorum 223
Vernilitus qui 144.b
Victitare fabilibus quid 158.b
Victima cur sale condita 106
Victimæ Ethnicorum in fœderibus 103.b
Victoriales epulæ 58.b
Victus monstrosus populorum quorundam 165. a. b rusticorum antiquus 165. ratio in adolescentibus 39.b.40.a.b quid & vnde 156
Viennenses Senatorum conuiuia 48.b
Viginti octo conuiuas cur Plato expetat 139.b
Vigilias eruditates afferre 28
Vindemiale cōuiuium quid 64.b
Vincula escaria quid 156.b
Vinolentia nostri temporis 40
Vinum aqua dilutum olim in cœna Dominica 330. à pedibus quod 326.b inferium quid 271. theologicum quid 43. quale in libationibus adhibitum 269.b.270 quando naturæ aduersissimum 25 quatenus pueris dandum 40
Vini diuersæ mixtiones secundum tempus 329.b duplex abusus 330 b. 309 effusiones turpes Christianis familiares 346.a.b effusio duplex veteribus vsitata 345. certa mensura conuiuis præscripta 340 b iustus vsus 307. nomina, etymon, vis 305.a.b vtilitas 306.a.b 307.a. b.308.a.b regna & magisteria 327. b repositoria 171.b. 172.a.b vsus in militia 57. vis 7. b.87.b.88
Vino vendibili non opus est hedera Prou. 351.b
Vina aduectitia 330. b factitia quæ 311
Vinorum varietas in epulis 330.b
Violaceæ coronæ 353.b
Violenta abstinentia 298
Virgines innuptæ à conuiuijs abdicatæ 137.b
Virginitati renunciandi ritus 38.b
Virtutes in epulis decantatæ 371
Vitæ varium genus conuenire sanis 40
Vitellius adulator insignis 231. cœnaculum conduxit 186.b luxuriosus 24.b
Viticis corona 354
Vitiorum arx quæ 192.315
Vitiosæ aquæ remedium 302.b
Vitrū ebriosorū mores referre 333.b
Vitrea pocula 333
Viruli saginati carō 161
Viuaria quid 170
Viuere carnibus leporinis, Prou. 161
Vladislai & Amuratis fœdus 107
Vlpicum quid 53
Vmbo candidus quid sit 39.a.b
Vmbra decempes 24. inter conuiuatores quid 149.a.b
Vmbræ in conuiuio officium 150
Vndulata mensa quid 201.b
Vlysses à canibus agnitus 148
Vna Myconum, quale conuiuium 269.b
Vncta cœna quid 14
Vnctionum species 218.b
Vnctiones Homericæ 218
Vnguentum in lente, Prou. 349.b
Vnguenta bibere soliti veteres 349.b singula singulorum membrorum 349. quæ inter pocula vsurpanda 348.b
Vnguentorum vsus in conuiuijs 347
Vocis moderatio in epulis 366.b
Vocare ad pileum quid sit 230
Vocatores qui 135.205
Vomitus ingluuiei comes 292.a.b
Voracitas morborum mater 289.b
Voraces cur bestijs similes 288.b
Vota & sacrificia itineris adeundi causa 101.b
Vrnarium mensæ genus 199
Vtensilia quid 191.b
Vtres pro poculis 325
Vtrium vsus in cōdendis vinis 172.b
Vulcanus deorum pincerna 207
Vulgares saturationes 240.b
Vuluæ fusillis præstantia 168
Vxores vnde dictæ 71.237.b

X

Xenia & Xeniola 93.b
Ξένιοι vocabulum ambiguum 85
Ξενοκτονία 99
Ξενοδόχοι 97.b
Xenodochion Basilicnse 134
Ξενοπάροχοι qui 91.b
Xenocratis caseolus, Prou. 162.b
Xerophagiæ Montanicæ 297
Xerxes vmbra platani delectat 188.b
Xerxis luxus turpissimus 48

Y

ὑδροπότης 301
ὑδροποσία in fœderibus 105
ὑμεναῖος quid 70
ὑμεναίοι quid & vnde dicti 67.b
ὑπηρέτης, ὑπηρεσία & ὑπηρέτειον quid 203.b
ὑποληπτικὰ conuiuia 101.b
ὑσπία agricolorum sacra & conuiuia 62.b

Z

Zachariæ Pontificis decretum de solennitate Calend. Ian. 126.b
Zalach Heb. quid 179.b
Zea quid 158
Zebach pro conuiuio 1
Zeblicium marmor quid 335
Zeno seuerus cur in conuiuijs hilaris 356.b
Zenonis doctrina de vino 309.b
Zeta quid 185.b
Zona pro crumena 233.b
Zonæ symbolum 232.b
Zonam perdere quale Prou. 234
Zonarum vsus varius 232.b
Zon Heb. quid 56.b
Zepherini Episcopi vasa vitrea in sacris 193.b
Zoroastris in desertis victus 162.b
Zythum vini factitij genus 326
Ζύσις pro armatura bellica 238

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, QVI IN his libris Antiquitatum conuiualium doctissimè explicantur.

GENESIS.

Esceris puluere toto vitæ tuæ tempore 79
14 Dedit itaq; ei decimas de omnibus 46
14 Quercubus Mamre Emorrhei fratris Eschol & fratris Aner 189
17 Sume mihi vaccam triennem & caprã atq; arietem triennes, turturorum quoq;, &c. 102.b
18 Mi Domine, si gratiam inueni in oculis tuis 82.141
18 Butyrum & lac suis hospitibus Abraham apposuit 56.b
18 Et sedebat Abraham circa meridiem ad ostium tabernaculi sui 81.b
18 Et seruus Abrahami vitulum fecit 180
18 Lauate pedes vestros 247
19 Obsecro vos mei domini ad domum serui vestri diuertite 82 141
19 Et coxit azyma, & comederũt 179.b
21 Quum autem creuisset puer ablactatus fuit, fecitq; Abraham conuiuium magnum 35.b
22 Et Abrahã posuit vtrem aquæ in scapulas Hagar 172.b
24 Dixitq;, Ingredere bene dicte Iehouæ, cur stas foris, cum ego præparauerim tibi? 84
24 Etiam palea & pabulum multũ est apud nos, quin & locus ad pernoctandum 84
24 Non comedam, donec loquar sermones meos 87.b.191
24 Protulit itaq; seruus ille vasa argentea & vasa aurea atq; vestes deditq; ipsi Ribcha 65.66
25 Coxit autem Iacob pulmentum 561.80
25 Et commutauit Esau cum pane & ebulitione lentium primogenituram 159.155.b
26 Fecit itaq; eis conuiuium & ederunt ac biberunt 103
28 Vouitq; Iacob votum dicendo: Ex omnibus quę dederis mihi decimas dabo tibi 46
29 Potum præbuit ouibus 323
31 Cur clam me fugam capescere voluisti?
31 Erecta statua, nec non lapidum tumulo excitato, super eum vnã panem sumpserunt 103
31 Immolauit quoq; Iacob victimam in monte, & inuitauit fratres suos 103
31 Laban autẽ abierat ad tondendum oues suas, furata est inter rim Rahel simulachra 62
32 Cautum erat religione vesci neruo contrahente 294.b
33 Esau fratrem suum osculatus est redeuntem ex Mesopotamia 243.b
40 Et restituit principem pyncernarum ad propinationem suã 206.b
40 Fuit itaq; die tertio, die quo natus fuerat Pareh, vt faceret conuiuium omnibus seruis 32
42 Fractionem famis domuum vestrarum 155
43 Et duxit Ioseph fratres suos in meridie secum cibum capturos 25.b
43 Et introduxit eos in domũ 235 b
43 Sedebant itaq; coram eo, primogenitus secundum primogenituram suam, & minor 659.b
43 Non potuerunt Aegyptij cum Hebræis comedere panẽ 155
45 Iacob Rachelem salutat osculo 243.b
45 Iussit Ioseph apponere panem, id est, conuiuium parare 275
45 Et osculatus est eos & amplexatus 243.b
48 Ioseph ambos filios suos eduxit è genibus suis 243.b

EXODI.

2 Filia autem Pharaonis descendit se lauandi gratia in fluuio 228
3 Exue calceos tuos, locus enim in quo stas locus sanctus est 228.b
10 Adduxit ventum Orientalem in terram tota die illa, & mane facto ventus eleuauit locustas 167.b
12 Edentes Pascha lumbos accinctos, pedes calceatos ac baculum manibus tenete 254.b
12 Coxeruntq; farinam quam dudum de Aegypto consperſam tulerant 179.b
15 Mosis soror lusit organis & choreas duxit 377
16 Quisq; sibi accipiebat Gomer Mannæ 55.b
18 Moses obuiam progressus socero suo, seq; incuruãs eum est osculatus 243.b
18 Et accepit Iethro socer Mose holocaustũ & sacrificia Deo 84
23 Non coques hœdum in lacte matris suæ 179.b
25 Abstinete ab adipe bouis, ouis, capreæ in sacrificijs 294.b
25 Facies præterea mensam è lignis Sittim, & teges eam ex auro puro 197.b
28 Tolle iuuencum vnum filium bouis, & arietes duos immaculatos 42.b
29 Et pectusculum sit tibi in partem 283
32 Et summo mane surrexerunt sequenti die atq; obtulerunt holocausta 120.b
32 Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere 150.b.377
33 Ad terram scilicet fluentem lacte & melle 56.b
34 Et solennitatem hebdomadarũ facies tibi in primitijs messis triticeæ 63
34 Non mactabis super fermento 82.b
37 Fecit præterea mensam è lignis Sittim 197.b

LEVITICI.

2 Anima autem quum offeret oblationem minham Iehouæ, similà erit oblatio eius 116.b
2 Omne munus quod offertur Domino non facies cum fermento 82.b
2 Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec facies cessare 106
6 Oblationem verò pro delicto suo adducet arietẽ Iehouę integrum è pecudibus 42.b
7 Adolebit verò sacerdos adipem super altare 117
7 Et erit ei armus dexter in portionem 283
8 Et fecit Moses quemadmodum præceperat illi Iehoua 42.b
11 Focus & caminus destruentur 182.b
11 Omnis liquor qui bibitur 300
16 Ad emittendum illum in Azazeel in desertum 79
19 Pheret, id est, grana singula 370
19 Vinum non bibes tu & filij tui cum intrabitis atrium testimonij 319.b
23 Decimo quinto die mensis septimi, quando cõgregaueritis fructum terræ 63
23 Pauperi & peregrino relinques eam 84.b
23 Mense septimo primo die erit vobis sabbathum monimentũ clãgoris, cõuocatio sancta 63b
23 Vsq; ad posterum diem sabbathi septimi numerabitis quinquaginta dies 63
26 Decem mulieres coquent panem in clibano vno 181.b

Digitized by Google

NVMERORVM.

5 Et potauit mulierem aqua 323
6 Dominus benedicat tibi & illuminet faciem suã super te & misereatur tui 240.b
11 Recordamur piscium quos comedebamus gratis, cucumerũ & peponum, & porrorum, & cepparum 159
13 Perueniimus ad terram ad quã misisti nos, & certe fluens est lacte & melle 56.b
18 Omnes deuotiones tradidi tibi ac filijs tuis atque filiabus in statutum perpetuum 106
18 Primitiæ omnium quæ in terra eorum, quas offerent Iehouæ, tuæ erunt 46
25 Habitauit verò Israel in Sittim 206
28 Porro die primitiarum quãdo offeretis minham nouam, &c. 63
28 Vinum libare super victimas 271.b

DEVTER.

1 Iudicate iuste inter virũ & fratrem suum, & inter peregrinum eius 84.b
1 Et aquas scindetis ab eis pro argento vt bibatis 1.b
6 Quemadmodum dixit Iehoua patrum tuorum in terram fluentem lacte & melle 56.b
8 Terram frumenti & hordei, & vitis, & ficus, & malogranati, terrã oliuę, olei & mellis 56.b
10 Faciens iudicium pupillo & viduæ, diligens item peregrinum dando ei panem & vestimentum 84.b
12 Abstinete ab hœdo cum matris lacte cocto 294.b
12 Maledictus qui muliebribus inuitur 30.b
12 Non poteris comedere intra portas tuas decimã frumenti tui, & vini tui, & olei 117
14 Decimando decimabis omnem prouentum seminis tui 46
14 Non incidetis igitur vos, neq; ponetis caluitium inter oculos vestros super mortuum 73
14 Tertio quoq; anno proferes omnes decimas prouentus tui anno ipso, &c. 64
16 Septem deinde hebdomadas numerabis tibi, ex quo cœperit falx esse in segete 63
16 Solennitatem tabernaculorum septem diebus facies, quum collegeris tu de area tua, & de torculari tuo 63
25 Boui trituranti non obligabis os 64.b
25 Quum habitauerint fratres pariter & mortuus fuerit vnus ex eis, & filius non fuerit 229.b
26 Tunc accipies de primitijs omnium fructuum terrę, quas afferes 46
28 Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua 171
32 Butyro boum, & lacte ouium 56.b
32 Et fecit vt surgeret mel è petra & oleum è silice petræ 56.b
33 Adiunxerunt se pedibus tuis 210.b

IOSVE.

1 Parate vobis cibum 155
2 Et ingressi sunt domum mulieris hospitæ cuius nomen erat Rachab 84
9 Tollite in manu vestra escam proficiscere 155

IVDICVM.

1 Septuaginta reges pollicibus manuum suarum ac pedum abscissis, colligebãt sub mensa 147
4 Congregauit Baras Zabulon & Nephtalim, & fecit eos ascendere ad pedes 210.b
4 Sisera Imperator exercitus Iabini regis Chenaan cum à tribu Nephtali 99.b
9 Vnde egressi in agrum vindemiauerunt vineas suas & calcauerunt & lætati sunt 120.b
5 Phiala fortium 337
6 Dominus tecũ vir fortis 239.b
6 Et voluit Gedeon viro Dei sacrificium apponere 1
6 Gedeon hœdum caprarium apparauit, panes azymos confecit 179.b
6 Vexilebantq; instar locustarum præ multitudine, neq; ipsorũ erat numerus 167
8 Date tortas panis populo, qui est in pedibus meis 210.b
9 Gedeon iuit & apparauit hœdum caprarum, panes azymos confecit, carnes posuit in canistro, ius posuit in olla, eduxit ad angelum & obtulit 275 offerre pro cibum apponere
9 Vnde egressi in agrum vindemiauerunt vineas suas, & calcauerunt, & lætati sunt 64.b
9 Et lauerunt pedes suos & comederunt 247
14 Examen apum erat in cadauere leonis & mel, sumpsitq; illud in manus 163
16 Satrapæ autem Philisthinorum congregati sunt vt facerent sacrificiũ magnum Deo suo Dagon, & vt lætarentur 58.b
16 Palæstinorum satrapæ conuenerũt, vt Dagoni suo magna sacra facerent 120.b
19 Fulci cor tuum buccella panis 155
20 Ieiunarunt illo die vsq; ad vesperam 25

RVTH.

1 Arpa discessura socrum suam osculata est 243.b
4 Hic autem erat mos antiquus in Israele, in redemptione 229.b
4 Sedit itaque illa à latere messorum 138
2 Dominus vobiscum. Responderunt: Benedicat tibi Iehoua 241

I. SAMVELIS.

1 Deduxitq; illum secum posteaquam ablactauit eum cum iuuencis tribus, & modio vno farinæ, & vtre vini 36
5 Dagon limen portę templi transilijt 237.b
1 Pater Samuel dedit vxori suæ & filijs filiabusq; partes in epulo 263
8 Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas 179.b
9 Et dedit eis locum in capite inter inuitatos 260
9. & 22 Samuel apprehendens Saulem & puerũ introduxit eos in cœnaculum magnũ 184.b
9 Apprehendẽs itaq; Samuel Saulem & puerum eius introduxit eos in cœnaculum 84
9 Et duxit eum in cœnaculum 239
9 Et suspendit mactator armum & dicit Samueli 179.b
14 Et diuertit populus ad prædã, & acceperunt oues, & boues, & vitulos, macta ueruntq; humi &c. 58.b
14 Ionathan intinxit virgam in fauum mellis, conuertitq; manum ad os suum, & illuminati sunt oculi eius 56.b
16 Non accumbens ad comedendum 253.b
16 Non discumbemus donec venerit huc 117
16 Sanctificate vos & venite mecum ad victimam 117
17 Tolle nunc fratribus tuis Ephi polentæ, ac decem panes, & curre ad castra 55
20 Cras sunt Calendæ, itaque remoraberis, vacabitque sessio tua 115.b
20 Ecce cras sunt Calendæ, & sedendo sedere soleo apud regem 115.b
25 Benedictio hæc quam attulidetur ministris Domini mei 210.b
25 Ecce ancilla sit tua famula vt lauet pedes seruorum Domini 247.b

25 Eratq;

25 Eratq; vir ille magnus valde, qui habebat ouium tria millia & mille capras, fuit autē vt tonderet oues suas 62
26 Et Scyphus aquæ sletit ad caput Saulis 57
28 Porro mulieri erat viculus saginarij 170

II. SAMVEL.

3 Posthæc planxit rex ipsum Abner, & dixit 72.b
6 Finito epulo quisq; in domum suam abijt 389.b
6 Michol Dauidem saltantem deluſit 377
6 Rex Dauid peractis sacrificijs populo benedixit singulis portionem placentæ, panis carnis & pultis distribuit 283
11 Descende in domum tuam & laua pedes tuos 247.b
11 Egressus est rex Dauid & vniuersa familia in pedibus eius 210.b
11 Vidit mulierem lauantem se è tecto, eratq; mulier aspectu decora valde 220
14 Dauid Absalonem osculo excepit 244
14 In luctu prohiberur olei vsus 348
15 Viri qui venerant in pede eius 210.b
17 Et mel & butyrum & pecudes & caseos vaccinos obtulerūt Dauidi 56
17 Lectum & crateras & vasa figulina, & frumentum & hordeum & farinam & polentā 56
19 Niſet pro ferculo aut donario 275
20 Ioab osculatus Amasam occidit 244
20 Fecit Dauid ipsi Abner, & viris qui erant cum eo conuiuiū 203

I. REGVM.

1 Ascendit autem vir ille Elkana cum tota familia sua, vt offerret, &c. 117
1 Et Abisag Sunamitis ministrabat regi 202.b
4 Erat autem cibus Selomoh in singulos dies triginta Cori similæ, & sexaginta Cori farinæ 48.84.b
8 Feciq; Salomon tempore illo festiuitatem & vniuersus Israel cum eo, congregatio magna 117
8 Et extendit manus & benedixit 241
9 Ascende ante me in excelsum & comedetis mecum hodie 117
9 Samuel apprehendens Saulem & puerum eius introduxit eos in cœnaculum, & dedit ei locum in capite inuitatorum 117
9 Sustollens itaq; coquus armū, & quod erat super eum apposuit Sauli 117
9 Fecit insuper Salomon omnia vasa alia quæ erant in domo Iehouæ; altare aureū, & mensam auream 197.b
11 Omnia Solomonis pocula aurea 335
12 Finitoq; ieiunio Dauid magnū conuiuium fecit 25
13 Non comedam panem necq; bibam in isto loco 300.b
13 Veni mecum vt prandeas 1
18 Tunc dixit Elias ad Achab, Ascende comede & bibe 58.b
19 Accingi lumbos.
19 Et recubuit & dormiuit subter geniſtam vnam 189
20 Ne glorietur accinctus ſicut discinctus 233.b

II. REGVM.

1 Ieiunauerunt vsq; ad vesperam propter Saulem & Ionatham 25
1 Ite consulite Baalzebub Deū Ecron 142.b
1 Vir pilosus & cingulo pelliceo acinctus renes suos 232
3 Cingens se cingulo 233.b
3 Post sepulturam Abner cum vniuersus populus veniſſet ad Dauidem, &c. 25
4 Cum ipsi comederent de ebullitione 155.b
4 Dispone ollam grandem & coque pulmentum filijs 159.b 179.b
4 Et coque ebullitionem pro filijs Prophetarum 155.b
4 Et venit & conscidit in ollam ebullitionis 155.b
4 Faciamus cœnaculum parietis paruum & ponamus ibi ei lectum & mensam & sellam & candelabrum 255.b
4 Et vidua sese ad pedes illius abiecit 243.b
2 Pax 1. Vale 140
4 Ibi aderat mulier magna quæ ui retinuit eum, vt comederet panem 84
4 Ne quem in via salutes, nec salutantes saluere iubeas 246.b
6 Adornauit illis conuiuium 1.b
6 Apparauit eis apparatum magnum & comederunt & biberunt 300.b
6 Pone panem & aquam coram eis vt comedant 155
6 Quin appone eis panem & aquam vt comedant & bibant 300.b
18 Crateres argentei 335

I. PARALIPOMENON

12 Fueruntq; in Hebron cum Dauide diebus tribus comedentes & bibentes 47.b
16 Cumq; finem feciſſet Dauid offerendi holocausta & pacifica tum benedixit populo 117

II. PARALIPOMENON

13 Iehoua Deus Israelis dedit regnum Dauidi super Israelē in seculum, illi & filijs eius pacto salis 106
20 Ingressi sunt autem Ieruſalaim cum Psalterijs & citharis & tubis in domum Iehouæ 58.b
31 Et præcepit populo vt daret portionem Sacerdotibus & Leuitis vt confortarentur, &c. 46.b

I. ESDRAE

2 Dixiq; Thirsata illis ne comederent de sanctitate sanctitatum 117
4 Nos ergo memores salis, quod in palatio comedimus 106.b

II. ESDRAE QVI ET NEHEMIAE

4 Darius Zorobabelem osculo complectitur 244
8 Et mittite partes quibus non est paratum quicquam 283.b
8 Ite comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil est 117
9 Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima, & mittite munera ijs qui non habent 117
10 Et afferemus primitiua terræ nostræ, & primitiua omnis fructus 46.b
12 Partes sacerdotum, & cantorū 283.b
13 Partes cantorum 285
13 Atq; oblationi lignorum temporibus constitutis: primitiuis quoq;, &c. 46.b

BARVCH

3 Sequere Deum nudus 191.b
6 Sacerdotes vociferantes ram Dijs suis rugie

Digitized by Google

NVMERORVM.

5 Et potauit mulierem aqua 323
6 Dominus benedicat tibi & illuminet faciem suã super te & misereatur tui 240.b
11 Recordamur piscium quos comedebamus gratis, cucumerũ & peponum, & porrorum, & ceparum 159
13 Pertulimus ad terram ad quã misisti nos, & certe fluens est lacte & melle 56.b
18 Omnes deuotiones tradidi tibi ac filijs tuis atque filiabus in statutum perpetuum 106
18 Primitiæ omnium quæ in terra eorum, quas offerent Iehouæ, tuæ erunt 46
25 Habitauit verò Israel in Sittim 206
28 Porro die primitiarum quãdo offeretis minham nouam, &c. 63
28 Vinum libate super victimas 271.b

DEVTER.

1 Iudicate iuste inter virũ & fratrem suum, & inter peregrinum eius 84.b
2 Et aquas scindetis ab eis pro argento vt bibatis 1.b
6 Quemadmodum dixit Iehoua patrum tuorum in terram fluentem lacte & melle 56.b
8 Terram frumenti & hordei, & vitis, & ficus, & malogranati, terrã oliuę, olei & mellis 56.b
10 Faciens iudicium pupillo & viduæ, diligens item peregrinum dando ei panem & vestimentum 84.b
12 Abstinete ab hœdo cum matris lacte cocto 294.b
12 Maledictus qui muliebribus induitur 30.b
12 Non poteris comedere intra portas tuas decimã frumenti tui, & vini tui, & olei 117
14 Decimando decimabis omnem prouentum seminis tui 46
14 Non incidetis igitur vos, neq; ponetis caluitium inter oculos vestros super mortuum 73
24 Tertio quoq; anno proferes omnes decimas prouentus tui anno ipso, &c. 64
16 Septem deinde hebdomadas numerabis tibi, ex quo cœperit falx esse in segete 63
16 Solennitatem tabernaculorum septem diebus facies, quum collegeris tu de area tua, & de torculari tuo 63
25 Boui trituranti non obligabis os 64.b
25 Quum habitauerint fratres pariter & mortuus fuerit vnus ex eis, & filius non fuerit 229.b
26 Tunc accipies de primitijs omnium fructuum terrę, quas afferes 46
28 Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua 171
32 Butyro boum, & lacte ouium 56.b
32 Et fecit vt surgeret mel è petra & oleum è silice petræ 56.b
33 Adiunxerunt se pedibus tuis 210.b

IOSVE.

1 Parate vobis cibum 155
2 Et ingressi sunt domum mulieris hospitæ cuius nomen erat Rachab 84
9 Tollite in manu vestra escam pro itinere 155

IVDICVM.

1 Septuaginta reges pollicibus manuum suarum ac pedum abscissis, colligebãt sub mensa 147
4 Congregauit Barac Zabulon & Nephtalim, & fecit eos ascendere ad pedes 210.b
4 Sisera Imperator exercitus Iabini regis Chenaan cum à tribu Nephtali 99.b
9 Vnde egressi in agrum vindemiauerunt vineas suas & calcauerunt & lætati sunt 120.b
5 Phiala fortium 337
6 Dominus tecũ vir fortis 239.b
6 Et voluit Gedeon viro Dei sacrificium apponere 1
6 Gedeon hœdum caprarium apparauit, panes azymos confecit 179.b
6 Vexlebantq; instar locustarum præ multitudine, neq; ipsorũ erat numerus 167
8 Date tortas panis populo, qui est in pedibus meis 210.b
9 Gedeon iuit & apparauit hœdum caprarum, panes azymos confecit, carnes posuit in canistro, ius posuit in olla, eduxit ad angelum & obtulit 275 offerre pro cibum apponere
9 Vnde egressi in agrum vindemiauerunt vineas suas, & calcauerunt, & lætati sunt 64.b
9 Et lauerunt pedes suos & comederunt 247
14 Examen apum erat in cadauere leonis & mel, sumpsitq; illud in manus 163
16 Satrapæ autem Philisthinorum congregati sunt vt facerent sacrificiũ magnum Deo suo Dagon, & vt lætarentur 58.b
16 Palæstinorum satrapæ conuenerũt, vt Dagoni suo magna sacra facerent 120.b
19 Fulci cor tuum buccella panis 155
26 Ieiunarunt illo die vsq; ad vesperam 25

RVTH.

1 Arpa discessura socrum suam osculata est 243.b
4 Hic autem erat mos antiquus in Israele, in redemptione 229.b
4 Sedit itaque illa à latere messorum 138
2 Dominus vobiscum. Responderunt: Benedicat tibi Iehoua 241

I. SAMVELIS.

1 Deduxitq; illum secum postea quam ablactauit eum cum iuuencis tribus, & modio vno siliginis, & vtre vini 36
5 Dagon limen portę templi cranilijs 237.b
1 Pater Samuel dedit vxori suæ & filijs filiabusq; partes in epulo 263
8 Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas 179.b
9 Et dedit eis locum in capite inter inuitatos 260
9. & 22 Samuel apprehendens Saulem & puerũ introduxit eos in cœnaculum magnũ 184.b
9 Apprehendẽs itaq; Samuel Saulem & puerum eius introduxit eos in cœnaculum 84
9 Et duxit eum in cœnaculum 239
9 Et suspendit mactator armum & dicit Samueli 179.b
14 Et diuertit populus ad prædã, & acceperunt oues, & boues, & vitulos, macta uerunt q; humi &c. 58.b
14 Ionathan intinxit virgam in fauum mellis, conuertitq; manum ad os suum, & illuminati sunt oculi eius 56.b
16 Non accumbẽs ad comedendum 253.b
16 Non discumbemus donec veneritur huc 117
16 Sanctificate vos & venite mecum ad victimam 117
17 Tolle nunc fratribus tuis Ephi polentæ, ac decem panes, & curre ad castra 55
20 Cras sunt Calendæ, itaque remoraberis, vacabitque sessio tua 115.b
20 Ecce cras sunt Calendæ, & sedendo sedere soleo apud regem 115.b
25 Benedictio hæc quam attuli detur ministris Domini mei 210.b
25 Ecce ancilla sit tua famula vt lauet pedes seruorum Domini 247.b

25 Eratq;

25 Eratq; vir ille magnus valde, qui habebat ouium tria millia & mille capras, fuit autē vt tonderet oues suas 62
26 Et Scyphus aquæ sictic ad caput Saulis 57
28 Porro mulieri erat viculus saginarij 170

II. SAMVEL.

3 Posthæc planxit rex ipsum Abner, & dixit 72.b
6 Finito epulo quisq; in domum suam abijt 389.b
6 Michol Dauidem saltantem deluſit 377
6 Rex Dauid peractis sacrificijs populo benedixit singulis portionem placentæ, panis carnis & pultis distribuit 283
11 Descende in domum tuam & laua pedes tuos 247.b
11 Egressus est rex Dauid & vniuersa familia in pedibus eius 210.b
11 Vidit mulierem lauantem se è tecto, eratq; mulier aspectu decora valde 220
14 Dauid Absalonem osculo excepit 244
14 In luctu prohiberur olei vsus 348
15 Viri qui venerant in pede eius 210.b
17 Et mel & butyrum & pecudes & caseos vaccinos obtulerūt Dauidi 56
17 Lectum & crateras & vasa figulina, & frumentum & hordeum & farinam & polentā 56
19 Nisset pro ferculo aut donario 275
20 Ioab osculatus Amasam occidit 244
20 Fecit Dauid ipsi Abner, & viris qui erant cum eo conuiuiū 203

I. REGVM.

3 Ascendit autem vir ille Elkana cum tota familia sua, vt offerret, &c. 117
3 Et Abisag Sunanimitis ministrabat regi 202.b
4 Erat autem cibus Selomoh in singulos dies triginta Cori similæ, & sexaginta Cori farinæ 48.84.b
8 Fecitq; Salomon tempore illo festiuitatem & vniuersus Israel cum eo, congregatio magna 117
8 Et extendit manus & benedixit 241
9 Ascende ante me in excelsum & comedetis mecum hodie 117
9 Samuel apprehendens Saulem & puerum eius introduxit eos in cœnaculum, & dedit ei locum in capite inuitatorum 117
9 Sustollens itaq; coquus armū, & quod erat super eum apposuit Sauli 117
9 Fecit insuper Salomon omnia vasa alia quæ erant in domo Iehouæ; altare aureū, & mensam auream 197.b
11 Omnia Salomonis pocula aurea 335
12 Finitoq; Ieiunio Dauid magnū conuiuium fecit 25
13 Non comedam panem necq; bibam in isto loco 300.b
13 Veni mecum vt prandeas 1
18 Tunc dixit Elias ad Achab, Ascende comede & bibe 58.b
19 Accingi lumbos.
19 Et recubuit & dormiuit subter geniſtam vnam 189
20 Ne glorietur accinctus ficut discinctus 233.b

II. REGVM.

1 Ieiunauerunt vsq; ad vesperam propter Saulem & Ionatham nem 25
1 Ite consulite Baalzebub Deū Ecron 142.b
1 Vir pilosus & cingulo pelliceo acinctus renes suos 232
3 Cingens se cingulo 233.b
3 Post sepulcuram Abner cum vniuersus populus veniſſet ad Dauidem, &c. 25
4 Cum ipsi comederent de ebullitione 155.b
4 Dispone ollam grandem & coque pulmentum filijs 159.b 179.b
4 Et coque ebullitionem pro filijs Prophetarum 155.b
4 Et venit & conscidit in ollam ebullitionis 155.b
4 Faciamus cœnaculum parietis paruum & ponamus ibi ei lectum & mensam & sellam & candelabrum 255.b
4 Et vidua sese ad pedes illius abiecit 243.b
2 Pax 1. Vale 140
4 Ibi aderat mulier magna quæ ui retinuit eum, vt comederet panem 84
4 Ne quem in via salutes, nec salutantes saluere iubeas 246.b
6 Adornauit illis conuiuium 1.b
6 Apparauit eis apparatum magnum & comederunt & biberunt 300.b
6 Pone panem & aquam coram eis vt comedant 155
6 Quin appone eis panem & aquam vt comedant & bibant 300.b
12 Crateres argentei 335

I. PARALIPOMENON

12 Fueruntq; in Hebron cum Dauide diebus tribus comedentes & bibentes 47.b
16 Cumq; finem feciſſet Dauid offerendi holocausta & pacifica tum benedixit populo 117

II. PARALIPOMENON

13 Iehoua Deus Israelis dedit regnum Dauidi super Israel in seculum, illi & filijs eius pacto salis 106
20 Ingressi sunt autem Ieruſalaim cum Psalterijs & citharis & tubis in domum Iehouæ 58.b
31 Et præcepit populo vt daret portionem Sacerdotibus & Leuitis vt confortarentur, &c. 46.b

I. ESDRAE

2 Dixitq; Thirsata illis ne comederent de sanctitate sanctitatum 117
4 Nos ergo memores salis, quod in palatio comedimus 106.b

II. ESDRAE QVI ET NEHEMIAE

4 Darius Zorobabelem osculo complectitur 244
8 Et mittite partes quibus non est paratum quicquam 283.b
8 Ite comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil est 117
9 Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima, & mittite munera ijs qui non habent 117
10 Et afferemus primitiua terræ nostræ, & primitiua omnis fructus 46.b
12 Partes sacerdotum, & cantorū 283.b
13 Partes cantorum 285
13 Arq; oblationi lignorum temporibus constitutis: primitiuis quoq;, &c. 46.b

BARVCH

3 Sequere Deum nudus 191.b
6 Sacerdotes vociferantes ram Dijs suis rugie

Digitized by Google

TOBIAS.

1 Primas omnium fructuum decimas dabã sacerdotibus 46
7 Deus Abrahami & Deus Isaaci & Deus Iacobi vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis 66
10 Raguel filiam suam dimittit osculo 243.b

IVDITH.

1 His rebus gestis ipse cum omni turba, & maxima bellicosorũ virorum multitudine Niniuẽ reuersus, otiã, &c. 58.b
6 Vocatis presbyteris, fecit magnam cœnam & confecto ieiunio illos refecit 25
12 Simul exurgens se vestitu & omni mundo muliebri exornauit 222. & 15. cap. ibid.
15 Et impositis sibi sociabq; suæ corona oleagina, choream vniuerso populo ducẽs, &c. 58.b

ESTHER.

1 & 7 Aman in domo conuiuij cecidit super lectum 255.b
1 Propinabat in vasis aureis 323 b
1 Postulatio mea & petitio mea est, Si inueni gratiam in oculis, &c. 141
2 Et placuit puella illa in oculis eius, susceptiq; misericordiã coram illa, &c. 48
5 Si Regi placeat veniat rex & Haman hodie ad conuiuium 141
9 Et misso partium quisq; proximo suo 283.b
9 Vt confirmarent dies sortium istos, temporibus suis 115

IOB.

1 Solebant autem ipsius filij apparare conuiuia, quisq; domi suæ per vices dierum 114
1 Mittebantq; & vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent secum 138
1 Post conuiuia filios suos sacrificijs sanctificauit, si quid fortè peccassent 266.b
13 Et accepto linteo præcinxit sese 215
15 Bibere iniquitatem pro discere 298.b
Faciet mensam tuam plenam pinguedine 196
Peregrinus non foris negligendus, viatori ostiũ pateat 84.b
32 Venter meus tanquam vter vini, qui non est apertus 172.b
14 Bibere subsannationem 298.b
Accinge vt vir lũbos tuos 233.b

PSALMI.

Ex ore infantium & lactẽtium fundasti laudem tuam 36.b
11 Hæc est pars calicis eorũ 283.b
14 Qui populum meum comedũt vt panem 176.b
23 Adornas in cõspectu meo mensam meam coram hostibus meis 196
22 Edent pauperes & saturabuntur 266
22 Calix inebrians 315
23 Dominus pastor meus 265
35 Qui dat escam omni carni, & pullis coruorum 163
51 Consummatum est 116.b
51 Miserere mei Deus 266
52 Qui deuorant plebem meam vt cibum panis 45
56 Pone lachrymas meas in vtre tuo 172.b
60 Moab olla lotionis meæ 248
69 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum 196
78 Parare mensam in deserto 196
78 Quia comederunt Iacob & locum eius desolauerunt 45
81 Clangite in Nouilunio tuba, in operimento, in die &c. 115.b
81 Et cibasset eum Deus adipe frumenti, & de petra melle saturasset te 56.b
101 Et poculum meum cum fletu miscebam 300
103 Qui tẽ coronat miserationibus 350.b
104 Conterent onagri sitim suã 155
104 Vinum exhilarat cor hominis 307
104 Et panis qui fortificat cor hominis 155
104 Aperiente te manum tuam omnia implentur bonis 266.b
105 Et vocauit famem super terrã omnem virgam panis contriuit 155
108 Proijciam super Edom calceũ 229
109 Sicut vmbra, dum inclinat transeo, excussus sum quasi locusta 167.b
122 Lætatus sum ijs, qui dicunt mihi in domum Domini ibimus 266
140 Amaritudo conuiuarum meorum 4
144 Ipse est qui implet omne animal benedictione 163
146 Qui dat esurientibus escam 163

PROVERBIA SALO.

4 Sapientia dabit capiti tuo argumentum gratiæ & coronam decoris 350.b
7 Ad diem operimenti veniet domum 115.b
7 Adornaui cœnam, & ornamentis lectum ornaui ex lignis sculptis fabrè incisis & sunt Aegyptio.
9 Sapientia ædificauit domum suam, excidit columnas suas, &c. 196
9 Bibere pro discere 298.b
In multiloquio non deerit peccatum 357
18 Prohibenti frumentum maledicit populus 176.b
11 Qui iuuat egentes & communicat frumentum, huic benedicit Dominus 177
15 Melior & victus oleris quàm vitulus saginatus cum odio 155 159.b
15 Melius est conuiuium oleris vbi est dilectio, quam bouis saginati vbi est odium 13.b
17 Mulier industria viri corona 350.b
23 Vinum date ijs, qui sunt amaro animo 307
23 Potator & comessator ad inopiam redigetur 316.b
23 Ne sis inter potores vini & cum deuoratoribus carnis 316.b
23 Ne edas cibum mali oculo, neque desideres edulia eius 150.b
25 Non concupiscas cibos lapidos 155
26 Sicut frigus niuis tempore æstatis legatus fidelis mittentibus eum 302
27 Meliores sunt plagæ diligentis quàm fraudulenta oscula odio habentis 249
30 Qui exprimit lac, educit butyrum & mel comedet 56.b
31 Date siceram & vinum his qui amaro sunt animo 37

ECCLESIASTICVS.

30 Tolerabilior est mors ipsa quã valetudo aduersa 73
31 Vino ne viriliter agas 311.b
31 In conuiuio noli proximo tuo conuiciari.
Surge in tempore ne sis vltimus 385
32 Si conuiuij rector es constitutus, ne te supra alios efferas, sed quasi vnum ex illis 151
33 Asino pabulum debetur & flagellum & onus, ita seruo panis castigatio, labor 61.b

ECCLESIASTES.

4 Edamus panem nostrum in lætitia, vt Deo placeant illa ipsa etiam opera nostra 266.b
6 Sanè verba multa multiplicant vanitatem 357
7 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua 61.b
7 Seruum ne lædas in veritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam 62
7 Satius est in domum luctus quã domũ conuiuij intrare 184.b
9 Sint vestimenta tua candida 225.b
9 Viri iusti sint conuiuæ tui, & in timore Domini sit gloriatio tua 135.b
10 Væ tibi terra cuius rex puer est, & Principes tui mane edunt

edunt 25.b.26
10 Beata terra cuius rex 25.b

CANTICA

1 Nardus mea dedit odorem suum 351.b
2 Cum esset in accubitu suo 254
8 Et mustum malorum granatorum meorum 300

ISAIAS

1 Si peccata vestra fuerint vt coccinum 225
1 Cognouit asinus præsepe suum 170
3 Omnem baculum panis & omnem baculum aquæ 306.b
4 Mane surgere ad potandum 307
5 Citbara, nablum, tibia tympanum in biujis vestris 370
5 Væ fortibus ad potãdum 311.b
7 Butyrum & mel comedet 56.b
14 Contriuit Iehoua baculum impiorum, virgam dominantium 155
21 Cinctus baltheo iustitiæ & tenes fidei baltheo 233.b
21 Filius areæ meæ 157.b
22 Afflictione coronare 316.b
24 Cessauit gaudium tympanorũ eorum 370
25 Ego discingam coram te reges 233.b
26 Gentes inebriatæ vino scortationis 311
28 Quia omnes mensæ impletæ sunt vomitu & sordibus 292
29 Quasi musto suo inebriabuntur 300
32 Et potum sitienti auffert 300
32 Venite emite absq; vllo argento vinum & lac 31
53 Ouis instar ductus est ad victimam, & quasi agnus coram tonsoribus suis obmutuit 62.b
56 Vniuersi isti canes muti non valent latrare, dormitantes iacentes, &c. 45.b
57 Et post ostium & retrò postem posuisti memoriale tuum 238
58 Frange esurienti panem tuum 285.b
65 Qui manent in sepulchris & in desertis pernoctant 79

IEREMIAS

5 Inebriabo animam sacerdotum pinguedine 311
6 Vmbræ vespertinæ apperũt 24
11 Vt datem illis terram fluentem lacte & melle secundũ diem hanc 56.b
13 Et cinxit lumbos suos cingulo 233
32 Et dedisti eis terram hanc super quam iurasti patribus eorum terram fluentem lacte & melle 56.b
34 Viros, inquam, istos qui fœdus meum transgressi sunt, neq; rata habuerunt verba 102.b
35 Potabis eos vino 323
42 Et cibaria eius cibaria perpetua tradantur ei à rege 155
46 Vt vitula formosa Misraim, excisio ab Aquilone venit 170
46 Multiplicabuntur enim magis quam locustæ 167
49 Bibere poculum iræ 299

EZECHIEL

4 Et tu cape tibi hordeum & triticum & fabas, & lentes, & milium, & vicias, & pone ea vase vno 59
4 In exordio anni, decima mensis, decimo quarto anno 124.b
5 Et famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis 155
14 Et conteram ei virgam panis, & mittam in eam famem 155
18 Super montes non comedet 187.b
23 Te lauisti & stibio fucasti oculos tuos & ornasti te ornamento & sedisti super lectũ honorabilem, mensaq; præparata est ante ipsum & thymiama meum & vnguentum meum posuisti super eũ 255.b
24 Panem quoq; hominum afflictorum ne comedas.
34 Væ pastoribus Israel, qui pauerunt semetipsos, &c. 45.b
45 Et vinum non bibet vllus sacerdos cum ingreditur atrium interius 319
46 Istæ sunt dom⁹ coquorũ 179.b

DANIEL

1 Dixitq; rex ad Aspenaz principem Eunuchorum, vt adduceret de filijs Israel, &c. pueros in quibus non esset vlla macula 41
5 Vt biberent in eis rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius 138
5 Adornauit conuiuium magnũ 1

OSEAS

2 Dant panem & aquam meam 300.b
4 Peccata populi comedent 45
4 Vinum & Scortatio auferunt cor. 100.b
7 Dies regis nostri ægrotare fecerũt principes vtre vini 172.b
7 Reges faciunt ægrotare vtrè vini 337.b
9 Nõ libabunt domino vinũ 269

IOEL

1 Residuum erucæ comedit locusta 167.b

AMOS

4 Vineas vestras, & ficeta vestra, & olineta vestra comedet eruca 167.b
6 Qui modulantur iuxta rationem nablij 370
6 Comedunt q; agnos pingues de grege, & viculos de medio saginarij 170

MICHEAS

6 Carnẽ populi deuorant 176.b

NAHVM

3 Gladius deuorabit 12.168
3 Multiplica te vt bruchus multiplicate inquã vt locusta 167

ABAKVK

2 Væ, qui potum præbes socio 216.b.& 323

SOPHONIAS

1 Deus parauit victimam & sanctificauit 134.b
1 Qui transiliunt limen 237.b
1 Præparauit Dominus sacrificium 1

AGGEVS

1 Quando tetigerit cum ala sua panem, aut ebulationem 155.b

ZACHARIAS

6 In quadriga autem tertia equi albi 225.b

MALACHIAS

4 Egrediemini & multiplicabimini sicut vituli saginarij 170

II. MACHABAE.

6 Quod si qui nibus in Græcorum ritus trãsire voluissent, interficerentur 123.b
6 Nam templum luxu replebatur & comessationibus gentium, quæ inter scorta desidebant 120.b
15 Sed eam insignem celebrarent tertiam decimam duodecimi mensis, pridie die Mardochæi 115

MATTHAEVS

7 Pulsate & aperietur 236
9 Venit Christus in domum principis synagogæ, vidit q; ibi tibicines in funere 369
10 Neq; peram ad iter neq; binas tunicas, neque soleas, neque virgam 147
10 Dignus est operarius sua mercede 46.b
10 Ditite pax vobis 24
12 Et quum venit, inuenit eam vacantem, versam, & ornatam 101

Digitized by Google

TOBIAS.

1 Primas omnium fructuum decimas dabã sacerdotibus 46
7 Deus Abrahami & Deus Isaaci & Deus Iacobi vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis 66
10 Raguel filiam suam dimittit osculo 243.b

IVDITH.

1 His rebus gestis ipse cum omni turba, & maxima bellicosorũ virorum multitudine Niniuẽ reuersus; otia, &c. 58.b
6 Vocatis presbyteris, fecit magnam cœnam & confecto ieiunio illos refecit 25
11 Simul exurgens se vestitu & omni mundo muliebri exornauit 222. & 15. cap. ibid.
15 Et imposita sibi sociaq; suæ corona oleagina, choream vniuerso populo ducẽs, &c. 58.b

ESTHER.

1 & 7 Aman in domo conuiuij cecidit super lectum 255.b
1 Propinabat in vasis aureis 323 b
1 Postulatio mea & petitio mea est, Si inueni gratiam in oculis, &c. 141
2 Et placuit puella illa in oculis eius, susceptiq; misericordiã coram illa, &c. 48
5 Si Regi placeat veniat rex & Haman hodie ad conuiuium 141
9 Et missio partium quisq; proximo suo 283.b
9 Vt confirmarent dies sortium istos, temporibus suis 115

IOB.

1 Solebant autem ipsius filij apparare conuiuia, quisq; domi suæ per vices dierum 114
1 Mittebantq; & vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent secum 138
1 Post conuiuia filios suos sacrificijs sanctificauit, si quid fortè peccassent 266.b
13 Et accepto linteo præcinxit sese 218
15 Bibere iniquitatem pro discere 298.b
Faciet mensam tuam plenam pinguedine 196
Peregrinus non foris negligendus, viatori ostiũ pateat 84.b
32 Venter meus tanquam vter vini, qui non est apertus 172.b
14 Bibere subsannationem 298.b
Accinge vt vir lũbos tuos 233.b

PSALMI.

Ex ore infantium & lactẽtium fundasti laudem tuam 36.b
11 Hæc est pars calicis eorũ 283.b
14 Qui populum meum comedũt vt panem 176.b
23 Adornas in cõspectu meo mensam meam coram hostibus meis 196
22 Edent pauperes & saturabuntur 266
22 Calix inebrians 311
23 Dominus pastor meus 265
35 Qui dat escam omni carni, & pullis coruorum 163
51 Consummatum est 116.b
51 Miserere mei Deus 266
52 Qui deuorant plebem meam vt cibum panis 45
56 Pone lachrymas meas in vtre tuo 172.b
60 Moab olla lotionis meæ 248
69 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum 196
78 Parare mensam in deserto 196
78 Quia comederunt Iacob & locum eius desolauerunt 45
81 Clangite in Nouilunio tuba, in operimento, in die &c. 115.b
81 Et cibasset eum Deus adipe frumenti, & de petra melle saturasset te 56.b
101 Et poculum meum cum fletu miscebam 300
103 Qui te coronat miserationibus 350.b
104 Conterent onagri sitim suã 155
104 Vinum exhilarat cor hominis 307
104 Et panis qui fortificat cor hominis 155
104 Aperiente te manum tuam omnia implentur bonis 266.b
105 Et vocauit famem super terrã omnem virgam panis contriuit 155
108 Proijciam super Edom calceũ 229
109 Sicut vmbra, dum inclinat transeo, excussus sum quasi locusta 167.b
122 Lætatus sum ijs, qui dicunt mihi in domum Domini ibimus 266
140 Amaritudo conuiuarum meorum 4
144 Ipse est qui implet omne animal benedictione 163
146 Qui dat esurientibus escam 163

PROVERBIA SALO.

4 Sapientia dabit capiti tuo argumentum gratiæ & coronam decoris 350.b
7 Ad diem operimenti veniet domum 115.b
7 Adornaui cœnam, & ornamentis lectum ornaui ex lignis ascis fabrè incisis & funeAegyptio.
9 Sapientia ædificauit domum suam, excidit columnas suas, &c. 196
9 Bibere pro discere 298.b
In multiloquio non deerit peccatum 357
11 Prohibenti frumentum maledicit populus 176.b
11 Qui iuuat egentes & communicat frumentum, huic benedicit Dominus 177
15 Melior & victus oleris quam vitulus saginatus cum odio 155 159.b
15 Melius est conuiuium oleris vbi est dilectio, quam bouis saginati vbi est odium 13.b
17 Mulier industria viri corona 350.b
23 Vinum date ijs, qui sunt amaro animo 309
23 Potator & comessator ad inopiam redigetur 316.b
23 Ne sis inter potores vini & cum deuoratoribus carnis 316.b
23 Ne edas cibum mali oculo, neque desideres edulia eius 150.b
25 Non concupiscas cibos sapidos 155
26 Sicut frigus niuis tempore æstatis legatus fidelis mittentibus eum 302
27 Meliores sunt plagæ diligentis quam fraudulenta oscula odio habentis 249
30 Qui exprimit lac, educit butyrum & mel comedet 56.b
31 Date siceram & vinum his qui amaro sunt animo 37

ECCLESIASTICVS.

30 Tolerabilior est mors ipsa quã valetudo aduersa 73
31 Vino ne viriliter agas 311.b
31 In conuiuio noli proximo tuo conuiciari.
Surge in tempore ne sis vltimus 385
32 Si conuiuij rector es constitutus, ne te supra alios efferas, sed quasi vnum exilliis 151
33 Asino pabulum debetur & flagellum & onus, ita seruo panis castigatio, labor 61.b

ECCLESIASTES.

4 Edamus panem nostrum in lætitia, vt Deo placeant illa ipsa etiam opera nostra 266.b
6 Sanè verba multa multiplicant vanitatem 357
7 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua 61.b
7 Seruum ne lædas in veritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam 62
7 Satius est in domum luctus quã domũ conuiuij intrare 184.b
9 Sint vestimenta tua candida 225.b
9 Viri iusti sint conuiuæ tuæ & in timore Domini sit gloriatio tua 135.b
10 Væ tibi terra cuius rex puer est, & Principes tui mane edent

Digitized by Google

edunt 25.b.26
10 Beata terra cuius rex 25.b

CANTICA

1 Nardus mea dedit odorem suum 351.b
1 Cum esset in accubitu suo 254
8 Et mustum malorum granatorum meorum 300

ISAIAS

1 Si peccata vestra fuerint vt coccinum 225
1 Cognouit asinus præsepe suum 170
3 Omnem baculum panis & omnem baculum aquæ 306.b
4 Mane surgere ad potandum 307
5 Cithara, nablum, tibia tympanum in biujis vestris 370
5 Væ fortibus ad potãdum 311.b
7 Butyrum & mel comedet 56.b
14 Contriuit Iehoua baculum impiorum, virgam dominantium 155
21 Cinctus baltheo iustitiæ & tenes fidei baltheo 233.b
21 Filius areæ meæ 157.b
22 Afflictione coronare 310.b
24 Cessaut gaudium tympanorũ tuorum 370
25 Ego discingam coram te reges 233.b
26 Gentes inebriatæ vino scortationis 311
28 Quia omnes mensæ impletæ sunt vomitu & sordibus 292
29 Quasi musto suo inebriabuntur 300
32 Et potum sitienti auffert 300
32 Venite emite absq; vllo argento vinum & lac 31
53 Quis instar ductus est ad victimam, & quasi agnus coram tonsoribus suis obmutuit 62.b
56 Vniuersi isti canes muti non valent latrare, dormitantes iacentes, &c. 45.b
57 Et post ostium & retrò postem posuisti memoriale tuum 238
58 Frange esurienti panem tuum 285.b
65 Qui manent in sepulchris & in desertis pernoctant 79

IEREMIAS

3 Inebriabo animam sacerdotum pinguedine 311
6 Vmbræ vespertinę appetũt 24
21 Vt detem illis terram fluentem lacte & melle secundũ diem hanc 56.b
23 Et cinxit lumbos suos cingulo 233
32 Et dedisti eis terram hanc super quam iurasti patribus eorum terram fluentem lacte & melle 56.b
34 Viros, inquam, istos qui fœdus meum transgressi sunt, neq; rata habuerunt verba 102.b
35 Potabis eos vino 323
42 Et cibaria eius cibaria perpetua tradantur ei à rege 155
46 Vt vitula formosa Misraim, excisio ab Aquilone venit 170
46 Multiplicabuntur enim magis quam locustæ 167
49 Bibere poculum iræ 299

EZECHIEL

4 Et tu cape tibi hordeum & triticum & fabas, & lentes, & milium, & vicias, & pone ea vase vno 59
4 In exordio anni, decima mensis, decimo quarto año 124.b
5 Et famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis 155
14 Et conteram ei virgam panis, & mittam in eam famem 155
18 Super montes non comedet 187.b
23 Te lauisti & stibio fucasti oculos tuos & ornasti te ornamento & sedisti super lectũ honorabilem, mensaq; præparata est ante ipsum & thymiama meum & vnguentum meum posuisti super eũ 255.b
24 Panem quoq; hominum afflictorum ne comedas.
34 Væ pastoribus Israel, qui pauerunt semetipsos, &c. 45.b
45 Et vinum non bibet vllus sacerdos cum ingreditur atrium interius 319
46 Istæ sunt dom⁹ coquorũ 179.b

DANIEL

1 Dixitq; rex ad Aspenaz principem Eunuchorum, vt adduceret de filijs Israel, &c. pueros in quibus non esset vlla macula 41
5 Vt biberent in eis rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius 138
5 Adornauit conuiuium magnũ 1

OSEAS

2 Dant panem & aquam meam 300.b
4 Peccata populi comedent 45
4 Vinum & Scortatio auferunt cor. 100.b
7 Dies regis nostri ęgrotare fecerũt principes vtre vini 172.b
7 Reges faciunt ægrotare vtre vini 337.b
9 Nõ libabunt domino vinũ 269

IOEL

1 Residuum erucæ comedit locusta 167.b

AMOS

4 Vineas vestras, & ficeta vestra, & olineta vestra comedet eruca 167.b
6 Qui modulantur iuxta rationem nablij 370
6 Comedunq; agnos pingues de grege, & viculos de medio saginarij 170

MICHEAS

6 Carnẽ populi deuorauit 176.b

NAHVM

3 Gladius deuorabit 12.168
3 Multiplica te vt bruchus multiplicate inquã vt locusta 167

ABAKVK

2 Væ, qui potum præbes socio 216.b.& 323

SOPHONIAS

1 Deus parauit victimam & sanctificauit 134.b
1 Qui transiliunt limen 237.b
1 Præparauit Dominus sacrificium 1

AGGEVS

1 Quando tetigerit cum ala sua panem, aut ebulationem 155.b

ZACHARIAS

6 In quadriga autem tertia equi albi 225.b

MALACHIAS

4 Egrediemini & multiplicabimini sicut vituli saginarij 170

II. MACHABAE.

6 Quod si qui nibus in Græcorum ritus trãsire voluissent, interficerentur 123.b
6 Nam templum luxu replebatur & comessationibus gentium, quæ inter scorta desidebant 120.b
25 Sed eam insignem celebrarent tertiam decimam duodecimi mensis, pridie die Mardochaicæ 115

MATTHAEVS

7 Pulsate & aperietur 236
9 Venit Christus in domum principis synagogæ, viditq; ibi tibicines in funere 369
10 Neq; peram ad iter neq; binas tunicas, neque soleas, neque virgam 147
10 Dignus est operarius sua mercede 46.b
10 Ditite pax vobis 24
12 Et quum venit, inuenit eam vacantem, versam, & ornat 101

Digitized by Google

TOBIAS.

1 Primas omnium fructuum decimas dabã sacerdotibus 46
7 Deus Abrahami & Deus Isaaci & Deus Iacobi vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis 66
10 Raguel filiam suam dimittit osculo 243.b

IVDITH.

1 His rebus gestis ipse cum omni turba, & maxima bellicosorũ virorum multitudine Niniuẽ reuersus; otiã, &c. 58.b
6 Vocatis presbyteris, fecit magnam cœnam & confecto ieiunio illos refecit 25
11 Simul exurgens se vestitu & omni mundo muliebri exornauit 222. & 15. cap. ibid.
15 Et imposita sibi sociaq; suæ corona oleagina, choream vniuerso populo ducẽs, &c. 58.b

ESTHER.

1 & 7 Aman in domo conuiuij cecidit super lectum 255.b
1 Propinabat in vasis aureis 323 b
1 Postulatio mea & petitio mea est, Si inueni gratiam in oculis, &c. 141
2 Et placuit puella illa in oculis eius, susceptiq; misericordiã coram illa, &c. 48
5 Si Regi placeat veniat rex & Haman hodie ad conuiuium 141
9 Et missio partium quisq; proximo suo 283.b
9 Vt confirmarent dies sortium istos, temporibus suis 115

IOB.

1 Solebant autem ipsius filij apparare conuiuia, quisq; domi suæ per vices dierum 114
1 Mittebantq; & vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent secum 138
1 Post conuiuia filios suos sacrificijs sanctificauit, si quid fortè peccassent 266.b
13 Et accepto linteo præcinxit sese 211
15 Bibere iniquitatem pro discere 298.b
Faciet mensam tuam plenam pinguedine 196
31 Peregrinus non foris negligendus, viatori ostiũ pateat 84.b
32 Venter meus tanquam vter vini, qui non est apertus 172.b
34 Bibere subsannationem 298.b
Accinge vt vir lũbos tuos 233.b

PSALMI.

Ex ore infantium & lactẽtium fundasti laudem tuam 36.b
11 Hæc est pars calicis eorũ 283.b
14 Qui populum meum comedũt vt panem 176.b
23 Adornas in cõspectu meo mensam meam coram hostibus meis 196
22 Edent pauperes & saturabuntur 266
22 Calix inebrians 311
23 Dominus pastor meus 265
35 Qui dat escam omni carni, & pullis coruorum 163
51 Consummatum est 116.b
51 Miserere mei Deus 266
52 Qui deuorant plebem meam vt cibum panis 45
56 Pone lachrymas meas in vtre tuo 172.b
60 Moab olla lotionis meæ 248
69 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum 196
78 Parare mensam in deserto 196
78 Quia comederunt Iacob & locum eius desolauerunt 45
81 Clangite in Nouilunio tuba, in operimento, in die &c. 115.b
81 Et cibasset eum Deus adipe frumenti, & de petra melle saturasset me 56.b
101 Et poculum meum cum fletu miscebam 300
103 Qui ré coronat miserationibus 350.b
104 Conterent onagri sitim suã 155
104 Vinum exhilarat cor hominis 307
104 Et panis qui fortificat cor hominis 155
104 Aperiente te manum tuam omnia implentur bonis 266.b
105 Et vocauit famem super terrã omnem virgam panis contriuit 155
108 Proijciam super Edom calceũ 229
109 Sicut vmbra, dum inclinat transeo, excussus sum quasi locusta 167.b
122 Lætatus sum ijs, qui dicunt mihi in domum Domini ibimus 266
140 Amaritudo conuiuarum meorum 4
144 Ipse est qui implet omne animal benedictione 163
146 Qui dat esurientibus escam 163

PROVERBIA SALO.

4 Sapientia dabit capiti tuo argumentum gratiæ & coronam decoris 350.b
7 Ad diem operimenti veniet domum 115.b
7 Adornaui cœnam, & ornamentis lectum ornaui ex lignis asfabrè incisis & funeAegyptio.
9 Sapientia ædificauit domum suam, excidit columnas suas, &c. 196
9 Bibere pro discere 298.b
In multiloquio non deerit peccatum 337
11 Prohibenti frumentum maledicit populus 176.b
11 Qui iuuat egentes & communicat frumentum, huic benedicit Dominus 177
15 Melior & victus oleris quàm vitulus saginatus cum odio 155 159.b
15 Melius est conuiuium oleris vbi est dilectio, quàm bouis saginati vbi est odium 13.b
17 Mulier industria viri corona 350.b
23 Vinum date ijs, qui sunt amaro animo 307
23 Potator & comessator ad inopiam redigetur 316.b
23 Ne sis inter potores vini & cum deuoratoribus carnis 316.b
23 Ne edas cibum mali oculo, neque desideres edulia eius 150.b
25 Non concupiscas cibos sapidos 155
26 Sicut frigus niuis tempore æstatis legatus fidelis mittentibus eum 302
27 Meliores sunt plagæ diligentis quàm fraudulenta oscula odio habentis 249
30 Qui exprimit lac, educit butyrum & mel comedet 56.b
31 Date siceram & vinum his qui amaro sunt animo 37

ECCLESIASTICVS.

30 Tolerabilior est mors ipsa quã valetudo aduersa 73
31 Vino ne viriliter agas 311.b
31 In conuiuio noli proximo tuo conuiciari.
Surge in tempore ne sis vltimus 385
32 Si conuiuij rector es constitutus, ne te supra alios efferas, sed quasi vnum ex illis 151
33 Asino pabulum debetur & flagellum & onus, ita seruo panis castigatio, labor 61.b

ECCLESIASTES.

4 Edamus panem nostrum in lætitia, vt Deo placeant illa ipsa etiam opera nostra 266.b
6 Sanè verba multa multiplicant vanitatem 357
7 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua 61.b
7 Seruum ne lædas in veritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam 62
7 Satius est in domum luctus quã domũ conuiuij intrare 184.b
9 Sint vestimenta tua candida 223.b
9 Viri iusti sint conuiuæ tui, & in timore Domini sit gloriatio tua 135.b
10 Væ tibi terra cuius rex puer est, & Principes tui mane edunt

edunt 25.b.26
16 Beata terra cuius rex 25.b

CANTICA

1 Nardus mea dedit odorem suum 351.b
1 Cum esset in accubitu suo 254
8 Et mustum malorum granatorum meorum 300

ISAIAS

1 Si peccata vestra fuerint vt coccinum 225
1 Cognouit asinus præsepe suum 170
3 Omnem baculum panis & omnem baculum aquæ 306.b
4 Mane surgere ad potandum 307
5 Cithara, nablum, tibia tympanum in biujis vestris 370
5 Væ fortibus ad potãdum 311.b
7 Butyrum & mel comedet 56.b
14 Contriuit Iehoua baculum impiorum, virgam dominantium 155
21 Cinctus baltheo iustitiæ & renes fidei baltheo 233.b
21 Filius areæ meæ 157.b
22 Afflictione coronare 310.b
24 Cessauit gaudium tympanorũ tuorum 370
25 Ego discingam coram te reges 233.b
26 Gentes inebriatæ vino scortationis 311
28 Quia omnes mensæ impletæ sunt vomitu & sordibus 292
29 Quasi musto suo inebriabuntur 300
32 Et potum sitienti auffert 300
32 Venite emite absq; vllo argento vinum & lac 31
53 Quis instar ductus est ad victimam, & quasi agnus coram tonsoribus suis obmutuit 62.b
56 Vniuersi isti canes muti non valent latrare, dormitantes iacentes, &c. 45.b
57 Et post ostium & retrò postem posuisti memoriale tuum 238
58 Frange esurienti panem tuum 285.b
65 Qui manent in sepulchris & in desertis pernoctant 79

IEREMIAS

3 Inebriabo animam sacerdotum pinguedine 311
6 Vmbræ vespertinę appetũt 24
11 Vt datem illis terram fluentem lacte & melle secundũ diem hanc 56.b
13 Et cinxit lumbos suos cingulo 233
32 Et dedisti eis terram hanc super quam iurasti patribus eorum terram fluentem lacte & melle 56.b
34 Viros, inquam, istos qui fœdus meum transgressi sunt, neq; rata habuerunt verba 102.b
35 Potabis eos vino 323
42 Et cibaria eius cibaria perpetua tradantur ei à rege 155
46 Vt vitula formosa Misraim, excisio ab Aquilone venit 170
46 Multiplicabuntur enim magis quam locustæ 167
49 Bibere poculum iræ 299

EZECHIEL

4 Et tu cape tibi hordeum & triticum & fabas, & lentes, & milium, & vicias, & pone ea vase vno 59
4 In exordio anni, decima mensis, decimo quarto año 124.b
5 Et famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis 155
14 Et conteram ei virgam panis, & mittam in eam famem 155
18 Super montes non comedet 187.b
23 Te lauisti & stibio fucasti oculos tuos & ornasti te ornamento & sedisti super lectũ honorabilem, mensaq; præparata est ante ipsum & thymiama meum & vnguentum meum posuisti super eũ 255.b
24 Panem quoq; hominum afflictorum ne comedas.
34 Væ pastoribus Israel, qui pauerunt semetipsos, &c. 45.b
45 Et vinum non bibet vllus sacerdos cum ingreditur atrium interius 319
46 Istæ sunt dom⁹ coquorũ 179.b

DANIEL

1 Dixitq; rex ad Aspenaz principem Eunuchorum, vt adduceret de filijs Israel, &c. pueros in quibus non esset vlla macula 41
5 Vt biberent in eis rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius 138
5 Adornauit conuiuium magnũ 1

OSEAS

2 Dant panem & aquam meam 300.b
4 Peccata populi comedent 45
4 Vinum & Scortatio auferunt cor. 100.b
7 Dies regis nostri ęgrotare fecerũt principes vtre vini 172.b
7 Reges faciunt ægrotare vtre vini 337.b
9 Nõ libabunt domino vinũ 269

IOEL

1 Residuum erucæ comedit locusta 167.b

AMOS

4 Vineas vestras, & ficeta vestra, & olineta vestra comedet eruca 167.b
6 Qui modulantur iuxta rationem nablij 370
6 Comedumq; agnos pingues de grege, & viculos de medio saginarij 170

MICHEAS

6 Carnẽ populi deuorant 176.b

NAHVM

3 Gladius deuorabit 12.168
3 Multiplica te vt bruchus multiplicate inquã vt locusta 167

ABAKVK

2 Væ, qui potum præbes socio 216.b.& 323

SOPHONIAS

1 Deus parauit victimam & sanctificauit 134.b
1 Qui transiliunt limen 237.b
1 Præparauit Dominus sacrificium 1

AGGEVS

1 Quando tetigerit cum ala sua panem, aut ebulationem 155.b

ZACHARIAS

6 In quadriga autem tertia equi albi 225.b

MALACHIAS

4 Egrediemini & multiplicabimini sicut vituli saginarij 170

II. MACHABAE.

6 Quod si qui nibus in Græcorum ritus trãsire voluissent, interficerentur 123.b
6 Nam templum luxu replebatur & comessationibus gentium, quæ inter scorta desidebant 120.b
15 Sed eam insignem celebrarent tertiam decimam duodecimi mensis, pridie die Mardochaicæ 115

MATTHAEVS

7 Pulsate & aperietur 236
9 Venit Christus in domum principis synagogæ, viditq; ibi tibicines in funere 369
10 Neq; peram ad iter neq; bipertitas, neque soleas, neque virgam 147
10 Dignus est operarius sua mercede 46.b
10 Ditite pax vobis 24
12 Et quum venit, inuenit eam vacantem, versam, & ornat- 101

12 De omni verbo futili rationem homines reddent 361.b
12 Iste non eijcit dæmonia nisi per Beelzebul principem dæmoniorum 142.b
14 Quum autem agerentur Natalitia Herodis 321
14 Et fregit panem 283.b
14 Et dedit discipulis suis ut illi apposuerunt populo 206
14 Acceptis quinque panibus & duobus piscibus sublatis in cœlum oculis benedixit 165
15 Quod intrat per os non inquinat hominem 194.b
15 Non manus suas lauant cum panem edunt 248
17 Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix 225
19 Abi vende quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo 191.b
19 Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus 139.b
20 Filius hominis non venit vt ipsi ministretur 211
22 Simile est regnum cœlorum regi qui nuptias filio suo apparauit 67
22 Venite ad nuptias 141
22 Rex autem cum hoc audisset iratus est, & misis, &c. 151
22 Et vidit illic hominem sedentem non indutum veste nuptiali 222
23 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mẽtham & anethum & cuminũ 46.b
23 Væ vobis quoniam mundatis quod est extrinsecus 221
24 Media nocte surrexerunt virgines in occursum sponsi 390
25 In carcere eram & venistis ad me 82.b
26 Edentibꝰ autẽ eis accepit Iesus panem 117.b
26 Quẽ osculatus fuero is est, cõprehendite 244
28 Erat autem visus eius vt fulgur, & indumentum eius album sicut nix 225

MARCVS

1 Cuius non sum dignus vt gestẽ calceos eius 228
1 Induebatur Ioannes zona pellicea circa lumbos suos 233
3 Dicebant, quod Beelzebul haberet, & quod per principem dæmoniorum 142.b
Quum igitur dies opportunus adesset, quo tempore Herodes in natalitijs suis cœnam faciebat 32
Et vt calciaretur sandalijs 228.b
Et distribuit panem 23.b
Et discumbere fecit eos distributis conuiuijs 260
Filia Herodiadis in natalitijs saltauit 378.b
8 Septem panes dedit discipulis vt proponerent 275
9 Et vestimenta eius facta sunt corruscantia, candida valde 225
9 Omnis homo igni salietur, & omnis victima salietur 106
9 Habete in vobis ipsis salem & pacem inter vos inuicem colite 106
14 Et decantato hymno exiuerũt 269.b
14 Cum accepisset Iesus panẽ & benedixisset, fregit, deditq; eis 117.b
14 Tunc ipse indicabit vobis cœnaculum magnum, stratum, paratum 184.b
16 Viderunt adolescentem sedentẽ ad dexteram amictum stola candida 220

LVCAS

1 Postquam completi sunt dies muneris eius 203.b
2 Aue Maria gratiosa 240
5 Fecit conuiuium magnum 1.b
7 Ingressus sum in domum tuã aquam pedibus meis non dedisti 84.b
9 Sed illi nõ receperunt eũ 84.b
9 Nisi id nos faciamus, vt abeuntes in istam cæ populi multitudini cibos emamus 178.b
10 Inquantunq; vrbem ingressi fueritis, & excipient vos, edite quæ apponent 46.b
10 Martha autem distrahebatur circa frequẽs ministeriũ 203
16 Mulier autem quædã Martha nomine excipit eum in domum suam 84.b
10 In ea autem ipsa domo manete edentes ac bibentes quæ apposita sunt 46.b
11 Inter loquendum autem rogauit eum Pharisæus quidam vt pranderet apud se. Ingressus igitur 90.b
11 Domũ ingressꝰ accubuit 248.b
11 Amice da mihi tres panes quoniam amicus 194.b
12 Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt 187
12 Quem constituit dominus super famulitium suum 61.b
12 Considerate coruos quibus nõ est cellarium, &c. 171
12 Sint lumbi vestri præcincti 211
12 Amen dico vobis, præcinget se & trãsiens ministrabit ei 205
14 Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos 141
14 Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Abi cito in plateas 151
14 Beatus qui comedet panem in regno cœlorum 164
14 Beatus eris quia non possunt tibi reddere, &c. 136.b
14 Quum facis prandium aut cœnam, noli, &c. 1.b. item 25.b
14 Rogo te, habeas me excusatũ 151
14 Tu vero cum inuitatus fueris, &c. 260. 263.b
15 Pater osculatus est filium perditum 243.b. & 244
16 Recepisti bona tua in vita tua 266.b
16 Erat quidam dives & induebatur purpurea, &c. 146.b
17 Si quis est in superiore parte domus, & vasa eius in domo sua, nõ descendat 194.b
17 Quis vestrũm seruum habet arantem, &c. 202.b
19 Quare non dedisti pecuniam meam, &c. 197
22 Vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo 164.b
22 Accubuit Christus cum discipulis 254
22 Quis maior est, qui accumbit an qui administrat? 203.b
23 Et accepto pane cum gratias egisset 117.b
23 Et indutum veste splendida remisit eum Pilato 225

IOANNES

2 Vt autem gustauit architriclinus aquam illam 151.b
3 Supra modum cum inebriati fuerint 309
4 Et discipuli eius in vrbem Samariæ, Sichar dictam, iuerunt 173
4 Bibere aquam viuam 298.b
6 Bibere sanguinẽ Christi 248.b
11 Non est mortuus sed viuit 35
12 Lachrymis lauit pedes eius.
13 Surgit à cœna & ponit vestimenta sua, &c. 247.b
20 Et vidit duos angelos albatos, sedentes 225
21 Venite ad prandendum 143
21 Dicit eis Iesus, venite prandete 26
22 Cum descendisset in terram videt prunas positas, &c. 183.b

ACTA APOSTOLOR.

2 Non enim vt vos existimatis isti ebrij sunt, &c. 26
2 Omnes autem qui credebant conueniebant 113
2 Erantq; perdurantes in doctrina Apostolorum, &c. 117.b
4 Multitudinis autem eorum qui crediderant erat cor & anima vna 117.b
7 Dixit autem ei Dominus, solue soleas tuas, &c. 229.b
10 Surge & ego ipse homo sum.
10 Commune, pro prophano 248
10 Quod Deus sanctificauit, &c. 294.b

Digitized by Google

10 Nunquam immundum intrauit in os meum 294.b
20 Vsq; ad horam nonam sedebã ieiunus & precabar domi meæ 25
21 Singuli autem discipulorũ pro vt cuiq; supperebat decreuerunt in subsidiũ mittere 134
12 Pulsauit ostium 236
24 Cibo implet Deus & lætitia corda hominum benefaciẽs etiam incredulis 267
22 Educatus vero in hac ipsa vrbe ad pedes Gamalielis 210.b
23 Paries dealbate, percuciet te deus 224

AD ROMANOS

6 Exhibent membra sua arma iustitię 4.b
13 Est enim minister Dei 203
14 Regnum Dei nõ est potus aut cibus 294.b
14 Alius quidem credit vescendũ esse quibusuis 159.b
14 Infirmus olera comedit 158
25 Vtq; ministerium hoc meum erga Hierusalem acceptum sit 174

AD CORINTHIOS

5 Cum fratre scortatore auaro, simulachrorum cultore, conuitiatore; &c. ne cibũ capiatis 9
5 Epulum ih Azymis sinceritatis & pietatis 115
7 Hoc autem aio fratres tempus contractum est in posterum vt & qui habent vxores, sint vt non 191.b
8 A cibis licitis abstinendũ quando & cur 295
9 Porro qui suppeditat semen serenti, is & panem nobis 134
9 Quis militat proprijs stipendijs vnquam? 46.b
10 Nõ potestis mensæ domini participes esse 197.b
10 Bibere spiritualem potũ 298.b
10 Siue editis siue bibitis omnia in gloriam Dei facite 265
10 Omne quod in macello venditur emite 294.b
10 Quiquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam 119
10 Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis 9
10 Non potestis poculum Domini bibere & poculum dæmoniorum 119
10 Quod si quis infidelium vos vocat 9
10 Siue igitur bibitis siue quid aliud 213.b
11 Probet autem se homo, & ita de pane illo edat 113.b
11 Et hic quidem esurit, ille vero ebrius est 117.b
11 Omnis vir orans aut prophetãs operto capite dedecorat caput suum. Mulier verò non operto capite orans dedecorat caput 230.b.& 231
11 Cum conuenitis in vnum non licet dominicam cœnam edere 117.b
16 Porro de collecta in sanctos vt constitui 134
16 Osculum sanctum 244

II. AD CORINTH.

2 Cauponari sermonẽ Dei 305.b

AD GALATAS

6 Communicet autem qui instituitur in sermone ei qui instituit omnia bona 46.b

AD EPHESIOS

4 Omnis sermo putridus ex ore vestro non egrediatur 381
5 Nolite inebriari vino 311
5 Scortatio & omnis impuritas aut auaritia ne nomen quidem inter vos habeat 361
5 Nolite inebriari vino 369
6 State circũcincti subligaculo in veritate 233.b
6 Et pedibus calceati ad prædicationem Euangelij pacifici 228.b

AD PHILIPPENSES

2 Etiamsi pro libamento offerar super hostia, sacrificij fidei vestræ 268.b
4 Pios suum gaudium & coronam Paulus appellat 350.b

AD COLOSSENSES

2 Nemo vos iudicet in potu & cibo 244.6

I. AD THESSALON.

5 Osculo charitatis osculemini 244
5 Estote sobrij, nam qui dormiunt, noctu dormiunt 24.b

I. AD TIMOTH.

3 Oportet episcopom irreprehensum esse, vigilantem, sobrium, compositum, hospitalem 85
3 Si quis suis non prospicit, is fidem abnegauit, et est infideli deterior 316.b
4 Dæmoniorum dicitur ciborũ prohibitio 295
4 Sed exerce teipsum ad pietatem: Nam corporalis 113.b
4 Omnis creatura bona si cum gratiarum actione sumatur 265
5 Qui bene præsunt Præsbiteri duplici honore digni habeantur, maximè ij qui laborãt in sermone & doctrina
5 Si liberos educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit 85
5 Vidua, si lauit pedes sanctorum eligatur in diaconissam 248

AD TITVM

1 Sed hospitalem, bonorũ amantem, consultum, iustum, pium, temperantem 85
1 Omnia munda mundis

AD HEBRAEOS

7 Cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraham, qui primus, &c. 46
14 Sunt enim Angeli spiritus administratorij 203.b

IACOBI

1 Omnis homo sit celer ad audiendum, tardus ad loquendũ 357
2 Nonne discrimen feciſtis apud vos & facti estis iudices perverse deliberantes 260
3 Lingua vt ignis incendium parat magnum 273

II. PETRI

2 Qui pro voluptate ducunt quotidianas delicias labes ac maculæ 117.b

I. IOANNIS

2 Qui exercet iustitiam iustus est, sicuti ille iustus est 134

APOCALYPSIS

3 Ecce sto ad ostiũ & pulso 235.b
3 Ideoq; incedent mecum albati digni enim sunt 225
6 Et ecce aderat equus albus 225
19 Beati qui ad cœnam nuptialẽ agni sunt vocati 67

Digitized by Google

12 De omni verbo futili rationem homines reddent 361.b
12 Iste non eijcit dæmonia nisi per Beelzebul principem dæmoniorum 142.b
14 Quum autem agerentur Natalitia Herodis 321
14 Et fregit panem 283.b
14 Et dedit discipulis suis at illi apposuerunt populo 206
14 Acceptis quinque panibus & duobus piscibus sublatis in cœlum oculis benedixit 165
15 Quod intrat per os non inquinat hominem 194.b
15 Non manus suas lauant cum panem edunt 248
17 Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix 225
19 Abi vende quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlo 191.b
19 Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus 139.b
20 Filius hominis non venit vt ipsi ministretur 211
22 Simile est regnum cœlorum regi qui nuptias filio suo apparauit 67
22 Venite ad nuptias 141
22 Rex autem cum hoc audisset iratus est, & missis, &c. 151
22 Et vidit illic hominem sedentem non indutum veste nuptiali 222
23 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mētham & anethum & cuminū 46.b
23 Væ vobis quoniam mundatis quod est extrinsecus 221
24 Media nocte surrexerunt virgines in occursum sponsi 390
25 In carcere eram & venistis ad me 82.b
26 Edentibus autē eis accepit Iesus panem 117.b
26 Quē osculatus fuero is est, cō prehendite 244
28 Erat autem visus eius vt fulgur, & indumentum eius album sicut nix 225

MARCVS

1 Cuius non sum dignus vt gestē calceos eius 228
1 Induebatur Ioannes zona pellicea circa lumbos suos 233
3 Dicebant, quod Beelzebul haberet, & quod per principem dæmoniorum 142.b
Quum igitur dies opportunus adesset, quo tempore Herodes in natalitijs suis cœnam faciebat 32
Et vt calciaretur sandalijs 228.b
Et distribuit panem 23.b
Et discumbere fecit eos distributis conuiuijs 260
Filia Herodiadis in natalitijs saltauit 378.b
8 Septem panes dedit discipulis vt proponerent 275
9 Et vestimenta eius facta sunt corruscantia, candida valde 225
9 Omnis homo igni salietur, & omnis victima salietur 106
9 Habete in vobis ipsis salem & pacem inter vos inuicem colite 106
14 Et decantato hymno exiuerūt 269.b
14 Cum accepisset Iesus panē & benedixisset, fregit, deditq; eis 117.b
14 Tunc ipse indicabit vobis cœnaculum magnum, stratum, paratum 184.b
16 Viderunt adolescentem sedentē ad dexteram amictum stola candida 220

LVCAS

1 Postquam completi sunt dies muneris eius 263.b
2 Aue Maria gratiosa 240
5 Fecit conuiuium magnum 1.b
7 Ingressus sum in domum tuā aquam pedibus meis non dedisti 84.b
Sed illi nō receperunt eū 84.b
9 Nisi id nos faciamus, vt abeuntes in tantæ populi multitudini cibos emamus 178.b
10 Inquantunq; vrbem ingressi fueritis, & excipient vos, edite quæ apponent 46.b
10 Martha autem distrahebatur circa frequens ministeriū 203
16 Mulier autem quædā Martha nomine excipit eum in domum suam 84.b
10 In ea autem ipsa domo manete edentes ac bibentes quæ apposita sunt 46.b
11 Inter loquendum autem rogauit eum Pharisæus quidam vt prandere at apud se. Ingressus igitur 90.b
11 Domū ingressus accubuit 248.b
11 Amice da mihi tres panes quoniam amicus 194.b
12 Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt 187
12 Quem constituit dominus super famulitium suum 61.b
12 Considerate coruos quibus nō est cellarium, &c. 171
12 Sint lumbi vestri præcincti 211
12 Amen dico vobis, præcinget se & trāsiens ministrabit ei 205
14 Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos 141
14 Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Abi cito in plateas 151
14 Beatus qui comedet panem in regno cœlorum 164
14 Beatus eris quia non possunt tibi reddere, &c. 136.b
14 Quum facis prandium aut cœnam, noli, &c. 1.b. item 25.b
14 Rogo te, habeas me excusatū 151
14 Tu vero cum inuitatus fueris, &c. 260. 263.b
15 Pater osculatus est filium peredirum 243.b. & 244
16 Recepisti bona tua in vita tua 266.b
16 Erat quidam diues & induebatur purpurea, &c. 146.b
17 Si quis est in superiore parte domus, & vasa eius in domo sua, nō descendat 194.b
17 Quis vestrum seruum habet arantem, &c. 202.b
19 Quare non dedisti pecuniam meam, &c. 197
22 Vt edatis & bibatis super mensam meā in regno meo 164.b
22 Accubuit Christus cum discipulis 254
22 Quis maior est, qui accumbit an qui administrat? 203.b
23 Et accepto pane cum gratias egisset 117.b
23 Et inductum veste splendida remisit eum Pilato 225

IOANNES

2 Vt autem gustauit architriclinus aquam illam 151.b
3 Supra modum cum inebriati fuerint 309
4 Et discipuli eius in vrbem Samariæ, Sichar dictam, iuerunt 173
4 Bibere aquam viuam 298.b
6 Bibere sanguinē Christi 248.b
11 Non est mortuus sed viuit 35
12 Lachrymis lauit pedes eius.
13 Surgit à cœna & ponit vestimenta sua, &c. 247.b
20 Et vidit duos angelos albatos, sedentes 225
21 Venite ad prandendum 141
21 Dicit eis Iesus, venite prandete 26
22 Cum descendisset in terram videt prunas positas, &c. 183.b

ACTA APOSTOLOR.

2 Non enim vt vos existimatis isti ebrij sunt, &c. 26
2 Omnes autem qui credebant conueniebant 113
2 Erantq; perdurantes in doctrina Apostolorum, &c. 117.b
4 Multitudinis autem eorum qui crediderant erat cor & anima vna 117.b
7 Dixit autem ei Dominus, solue soleas tuas, &c. 229.b
16 Surge & ego ipse homo sum.
10 Commune, pro prophano 248
10 Quod Deus sanctificauit, &c. 294.b

Digitized by Google

10 Nunquam immundum intrauit in os meum 294.b
10 Vsq; ad horam nonam sedebã ieiunus & precabar domi meæ 25
21 Singuli autem discipulorũ pro vt cuiq; supperebat decreuerunt in subsidiũ mittere 134
12 Pulsauit ostium 236
24 Cibo implet Deus & lætitia corda hominum benefaciẽs etiam incredulis 267
22 Educatus vero in hac ipsa vrbe ad pedes Gamalielis 210.b
23 Paries dealbate, percuciet te deus 224

AD ROMANOS

6 Exhibent membra sua arma iustitiæ 4.b
13 Est enim minister Dei 203
14 Regnum Dei nõ est potus aut cibus 294.b
14 Alius quidem credit vescendũ esse quibusuis 159.b
14 Infirmus olera comedit 158
15 Vtq; ministerium hoc meum erga Hierusalem acceptum sit 174

AD CORINTHIOS

5 Cum fratre scortatore auaro, simulachrorum cultore, conuitiatore, &c. ne cibũ capiatis 9
5 Epulum in Azymis sinceritatis & pietatis 115
7 Hoc autem aio fratres tempus contractum est in posterum vt & qui habent vxores, sint vt non 191.b
8 A cibis licitis abstinendũ quando & cur 295
9 Porro qui suppeditat semen serenti, is & panem nobis 134
9 Quis militat proprijs stipendijs vnquam? 46.b
10 Nõ potestis mensæ domini participes esse 197.b
10 Bibere spiritualem potũ 298.b
10 Siue editis siue bibitis omnia in gloriam Dei facite 265
10 Omne quod in macello venditur emite 294.b
10 Quicquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam 119
10 Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis 9
10 Non potestis poculum Domini bibere & poculum dæmoniorum 119
10 Quod si quis infidelium vos vocat 9
10 Siue igitur bibitis siue quid aliud 213.b
11 Probet autem se homo, & ita de pane illo edat 113.b
11 Et hic quidem esurit, ille vero ebrius est 117.b
11 Omnis vir orans aut prophetãs operto capite dedecorat caput suum. Mulier verò non operto capite orans dedecorat caput 230.b.& 231
11 Cum conuenitis in vnum non licet dominicam cœnam edere 117.b
16 Porro de collecta in sanctos vt constituit 134
16 Osculum sanctum 244

II. AD CORINTH.

2 Cauponari sermonẽ Dei 305.b

AD GALATAS

6 Communicet autem qui instituitur in sermone ei qui instituit omnia bona 46.b

AD EPHESIOS

4 Omnis sermo putridus ex ore vestro non egrediatur 381
5 Nolite inebriari vino 311
5 Scortatio & omnis impuritas aut auaritia ne nomen quidem inter vos habeat 361
5 Nolite inebriari vino 369
6 State circũcincti subligaculo in veritate 233.b
6 Et pedibus calceati ad prædicationem Euangelij pacifici 228.b

AD PHILIPPENSES

2 Etiamsi pro libamento offerar super hostia, sacrificij fidei vestræ 268.b
4 Pios suum gaudium & coronam Paulus appellat 350.b

AD COLOSSENSES

2 Nemo vos iudicet in potu & cibo 244.6

I. AD THESSALON.

5 Osculo charitatis osculemini 244
5 Estote sobrij, nam qui dormiunt, noctu dormiunt 24.b

I. AD TIMOTH.

3 Oportet episcopom irreprehensum esse, vigilantem, sobrium, compositum, hospitalem 85
3 Si quis suis non prospicit, is fidem abnegauit, et est infideli deterior 316.b
4 Dæmoniorum dicitur ciborũ prohibitio 295
4 Sed exerce teipsum ad pietatem: Nam corporalis 113.b
4 Omnis creatura bona si cum gratiarum actione sumatur 265
5 Qui bene præsunt Præsbiteri duplici honore digni habeantur, maximè ij qui laborãt in sermone & doctrina
5 Si liberos educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit 85
5 Vidua, si lauit pedes sanctorum eligatur in diaconissam 248

AD TITVM

1 Sed hospitalem, bonorũ amantem, consultum, iustum, pium, temperantem 85
1 Omnia munda mundis

AD HEBRAEOS

7 Cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraham, qui primus, &c. 46
14 Sunt enim Angeli spiritus administratorij 203.b

IACOBI

1 Omnis homo sit celer ad audiendum, tardus ad loquendũ 357
2 Nonne discrimen feciſtis apud vos & facti estis iudices perverse deliberantes 260
3 Lingua vt ignis incendium parat magnum 273

II. PETRI

2 Qui pro voluptate ducunt quotidianas delicias labes ac maculæ 117.b

I. IOANNIS

2 Qui exercet iustitiam iustus est, sicuti ille iustus est 134

APOCALYPSIS

3 Ecce sto ad ostiũ & pulso 235.b
3 Ideoq; incedent mecum albati digni enim sunt 225
6 Et ecce aderat equus albus 225
19 Beati qui ad cœnam nuptialẽ agni sunt vocati 67

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google